Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
LI
C
21
NAPOLI


LEGATORIA
Niola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

Digitized by Google

LI C. 21-22

Digitized by Google

B
14


HISTORIÆ
AUGUSTÆ
SCRIPTORES VI.
TOM. I.
LUGD. BATAVORUM,
Ex Officina HACKIANA A°. 1671.

HISTORIÆ AUGUSTÆ SCRIPTORES VI.

ÆLIUS SPARTIANUS. VULC. GALLICANUS.
JULIUS CAPITOLINUS. TREBELL. POLLIO.
ÆLIUS LAMPRIDIUS. FLAVIUS VOPISCUS.

Cum integris Notis

ISAACI CASAUBONI, CL. SALMASII
& JANI GRUTERI.

Cum Indicibus locupletiſſimis Rerum ac Verborum.

TOMUS I.



LUGDUNI BATAV.
Ex Officina HACKIANA, Aº MDCLXXI.

Digitized by Google

VIRO
Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Clariſſimo,
JOHANNI MEERMAN.
INCLYTÆ REIPUB. LUGDUNENSIS CONSULI PRIMARIO, ANTE BIENNIUM ILLUSTRISSIMORUM AC PRÆPOTENTIUM DD. ORDINUM FOEDERATI BELGII AD SERENISSIMUM MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM ORATORI.

S. P. D.

HACKII FRATRES.

PERQUAM inique cum rebus comparatum eſt humanis, nec deploranda ſatis fragilis earum conditio: nihil certum, nihil firmum, fato cuncta in-

evitabili ruinæque expoſita perdit conſtitutum rebus omnibus à natura commune excidium.

Nec melius conſuluere fata iis, quibus ad humanitatem vita informari ſolet, queis mens noſtra altius vulgo caput erecta, vixiſſe omnibus ſæculis rite videri poteſt: literis, inquam, bonarum artium, & ſeriis Antiquitatis, majorumque cultoribus. Quanta ævi vetuſtas, quæ non dira obtrectatio molita in optimos fingendæ mortalitatis artifices! Quæ cum maxime damna & incommoda ab infeſtis ſignis literarum Hiſtoriarumque Mæcenatibus inflicta, auctoribuſque!

Quare diutius dubiam nobis mentem traxit ſententia, iterumne publicæ luci exponendum opus hoc & malorum calumniis, an tenebris, quibus involutum hærebat, relinquendum. Sed ſubito diſcuſſa dubitationis nubes, ut tuum ſubiit nomen, Vir Ampliſſime, præſentiſſimum hiſce temporibus moribuſque remedium. Tuus in fronte titulus omnium injuriarum φυλακτήριον:

Ad te igitur, Vir Nobiliſſime, tutiſſimum perfugium ducit nos imperterritus & fiduciæ plenus animus, promptioreſque ad rem gerendam

Digitized by Google

dam facit, ſpectata non ita pridem tui in nos ſtudii ſignificatio, cum Vellejum tuo titulo inſignem publica lux exciperet. Hos etiam, ſed meliori, quam antea, cultu, auctores in tuum gremium deponimus, & Donarium hoc (Dii dent gratiſſimum) tuo nomini ſacrum ſuſpendimus, dicamus, conſecramus. A quo enim melius petat commendationem labor noſter, quam à te, cujus celebrata per terrarum orbem eruditio, nota Tranſmarinis populis eloquentiæ vis, qui, ſimul ut tuum nomen oblatum fuerit, cum veneratione opus hoc admirabuntur & ſuſpicient, quod dignum judicaſti tuis titulis inſignitum procedere. Et quæſo immortalitatem hiſce auctoribus quis non polliceri audeat; quis malevolorum obtrectationem; quis edax tempus extimeſcat? Tuum certe, MEERMANNE, inſigne nomen, cumque omni æternitate adæquandum vitam operi promittit longiſſimam. Nec ingratam fore ſperamus oblationem, cum ea ſit materia qua tuum, Vir Nobiliſſime, delectatur maxime ingenium. Stylus certe ſatis Romanus, qui quantopere animum afficiat, teſtatur tuæ orationis nitor & elegantia. Inſuper latus Hiſtoriarum ſeſe aperit campus, in quo

luxuriet ſolutus, ſi umquam, publicis curis animus. Quapropter tolle expoſitum hunc fætum & inſere tuæ familiæ adoptivam ſobolem.

Sic tua proceſſus habeat fortuna perennes:
Sic ope non egeas ipſe, juveſque tuos.
Sic habites terras, & te deſideret æther:
Sic ad pacta tibi ſidera tardus eas.

Vovent

HACKII FRATRES

Nominis Tui

Cultores Humillimi.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

UT ſpectatus jam toties rerum eventus, & longa dies gratum orbi laborem noſtrum prædicat; avideque diſtracta exemplaria, fraternæ induſtriæ teſtantur ſautrices doctorum omnium familias, ſtimulus & calcar ad majora additum, utque gratum illum animum pari virtute noſtra exciperet æquitas, placuit, nihil morantibus immenſos ſumptus, Novum, difficile, & præter exſpectationem arduum opus magno animo aggredi. Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, inquam, ſex celeberrimos: tentatum antea, ſed minus feliciter pelagus. Non tamen cum maxime luſa ſpes, nec decepta exſpectatio. En tactam decurſo ſpatio metam. Habes, Lector, quod nemo hactenus, quamvis avidus ſibi polliceri auſus fuerat. Habes quod mente petiſſe, maxima (ut opinamur) fuiſſet invidia. Nec membris truncatos, luxatos, mutiloſve extrudimus auctores; omnibus potius numeris abſolutos, & variis modis expolitos donamus.

Quod ad textum, ſubjectam illam tot celeberrimis ingeniis ad dicendum materiam, præſtamus vobis nitidum, & ſine labe magno opere ad præſtantiſſimum, hoc eſt, Salmaſianum exemplar examinatum. Quæque typographorum incuria irrepſerant, ex adjectis erratis ejecta, omniaque ſuæ elegantiæ & debito nitori reſtituta. Inſuper, ad invidiam Salmaſianæ editionis totum in minuta capita diſſectum opus, quod quanta ſtudiis importet commoda, adſtruit doctorum hominum opinio.

Non nobis ſatis oris ire in laudes hujus materiæ, nec tam docta manus, quæ ſuis Auctorum dignitatem coloribus depingat. Damus divinos vobis artifices, rei literariæ triumviros, non ſine veneratione prædicanda nomina,

Caſaubonum, nobile illud Galliæ ornamentum, Grutterum celebrem Criticum, denique Salmaſium orbis totius miraculum.

Quid eſt, Amice Lector, quo ulterius noſtra voluntas progredi poſſit? Integras offerimus horum omnium notas, ne litterula detracta. Opus certè profundæ eruditionis & variæ. Habet Hiſtoricus quo ſuum delectet otium. Habet Antiquitatis ſcrutator ſerius colendi ingenii materiam, Græci & Latini idiomatis ſtudioſus refertum verborum & Phraſium armamentarium. Nec conferenda Salmaſiana editio (exemplarium defectu multis retro annis multis expetita) cum noſtrâ hac. Omiſſis aliis indicio ſint integra Grutteri in hos auctores commentaria, fidem faciant locupletiſſimi Indices omni cura expoliti, denique facilis Notarum diſpoſitio, Typorumque elegantia. Noſtro igitur hoc labore fruere, Lector, & gaude, donec ſimiles fœtus acto tempore proferet induſtria. Vale.

INDEX

INDEX AUCTORUM

Qui in ſequentibus Notis laudantur, illuſtrantur, emendantur.

A.

ABdias.
R. Aben Tybon.
Abercii acta.
Achmes.
Acro.
Adamantinus Martyrius.
Adelmus.
Adriani dialogus cum Epicteto.
Ælianus.
Æſchynes.
Æſchylus.
Æſchyli Scholiaſtes.
Æthicus.
Aëtius.
Afranius.
Agatharchides.
Agathias.
Ageſilaus.
Aggenus.
Agrimenſorum liber.
Agrœcius.
Alcæus
Alciphron.
Alexandri epiſtola manuſcr. ad Ariſtotelem.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexander Trallianus.
Alexis Comicus.
Aloyſius Cadamuſtus.
Alphenus Varus J..
D. Ambroſius.
Ammianus.
Anacreon.
Anaſtaſius de vitis Pontif.
Anaſtaſius Sinaita.
Anaxilas.
Anianus.
Antimachus poëta.
Antimaclius.
Antiphanes.
Antipho.
Antoninus Liberalis.
Apicius.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius. ejus Scholiaſtes.
Appianus.
Apulejus.
Aquilæ verſio.
Arabicor. proverbior. lib.
Aradius J.C.
Arator.
Archedicus.
Archeſtratus poëta.
Archias.
Arculphus.
Ariſtænetus.
Ariſteas.
Ariſtides.
Ariſtophanes.
Ariſtophanis Scholiaſtes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Aſterius Amaſeæ epiſc.
Athanaſius.
Athenagoras.
Athenæus.
Auctor dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ.
Auctor Alexandrini belli.
Auctor Alexandr Magni vitæ.
Auctor incertus de Orthographia.
Auctor periegeſis orbis Rom.
Auctor Panegyrici Conſtantino dicti.
Auctor Panegyrici ad Piſonem.
Auctor vetus de origine gentis Romanæ.
D. Auguſtinus.
Auguſti epiſtolæ.
Avicenna.
Avienus.
Aurelius Victor.
Auſonius.
Axionicus.
Azelinus.

B.

Balſamo.
Baſilica.
Baſilius.
Beda.
Benjaminus Judæus.
Bibliorum vetus interpres.

Bion.

Bion.
Byzantius poëta.

C.

Cæcilius.
Cælius Aurelianus.
Cæſar.
Callimachus.
Callimorphus medicus.
Calliſtratus.
Calpurnius.
Campeſter.
Caniſius.
Caper Grammaticus.
Capitularium Caroli Magni.
Carphyllides.
Caſſianus Baſſus.
Caſſianus monachus.
Caſſiodorus.
Catalecta Virgiliana.
Catalogus Olympionicarum.
Cato.
Catonis diſticha.
Catullus.
Cedrenus.
Celſus.
Cenſorinus.
Cento Virgilianus.
Cephiſodorus.
Chæremon.
Chariſius.
Chorographia manuſcript.
Chronica vetera.
Chronicon Alexandrinum.
ejus Interpres.
D. Chryſoſtomus.
Cicero.
Ciceronis Synonyma.
Claudianus.
Claudianus manuſcr.
Clemens.
Codex Juſtiniani.
Codex Theodoſianus.
Codinus.
Collatio legum Moſaicarum & Romanarum.
Colloquia Græco Latina.
Colloquia Scholaſtica.
Columella.
Concilium Laodicenum.
Concilium Toletanum.
Conſentius.
Conſtantini donatio.
Conſtantini ſanctio.
Conſtantinus Porphyrogennetes.
Corippus.
Cornelius Nepos.
Cornificius ad Herennium.
Cratinus.
Curtius.
Cynoſophium.
D. Cyprianus.
D. Cyrillus.

D.

Demetrius.
Democritus Epheſius.
Demoſthenes.
Dexippus.
Dicæarchus.
Dictys Cretenſis.
Digeſta.
Dio.
Dio Chryſoſtomus.
Dio in Melancoma.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Diogenianus.
Diomedes.
Dionyſius Afer.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Dioſcorides.
Diphilus.
Donatus.
Doſiades.
Doſitheus.

E.

Eginhartus.
Empedocles.
Ennius.
Ennodius.
Epictetus.
Epigrammata Græca, ſive Anthologia.
eorum Scholiaſtes.
Epigrammata Græca nondum edita.
Epigrammata vetera Latina.
Epigrammata alia Latina nondum edita.
Epigrammatum Florilegium Pithœi.
Epiphanius.
Epiſtolæ Pontificum.
Eſaiæ Prophetia.
Eſtheris lib.
Etymologicum magnum.
Euangelium.
Euagrius.
Eugraphius.
Eumenius.
Eunapius.
Euphorion.
Euripides.
Euripidis Scholiaſtes.
Euſebius.
Euſtathius.
Euthymius.
Eutropius.
Eutropius Puteani in

paſſione B. Pontii.
Eutropii interpres Græcus alius à Pæanio.
Excerpta Geographica.
Exodi liber.
Ezechiel Proph.

F.

Faunus.
Faſti Caſauboniani.
Faſti Græci.
Faſti Siculi.
Feſtus.
Firmicus.
Firmilianus Epiſcopus.
Florus.
Florus poëta.
Fragmentum vetus.
Frontinus.
Fronto.
Fulgentius.

G.

Gajus J. C.
Galenus.
Gallus Antipater.
Gaudentius.
Gellius.
Geneſis liber.
Georgius Chryſococcus med.
Georgius Monachus.
Georgius Piſides.
Germanicus.
Gloſſæ veteres,
Gloſſæ optimæ,
Gloſſæ Placidi,
Gloſſæ Arabicolatinæ.
Gloſſæ Auctoris.
Gloſſæ Baſilicon.
Gloſſæ Nomicæ.
Gloſſæ Græco-Latinæ.
Gloſſæ veteris Grammatici.
Gloſſæ Labbæi.
Gloſſæ manuſcr.
Gloſſæ Græcorum.
Gloſſæ Puteani.
Grammatici Græci.
Gratius.
Gregorius Dialogus.
Gregorius Turonenſis, ejuſque appendix.
Gregorii Nazianzeni teſtamentum.
Guibertus.

H.

Harmenopulus.
Harpocratio.
Hegeſippus.
Heliodorus.
Hephæſtio.
Hero.
Herodis vetus inſcriptio.
Herodianus.
Herodotus.
Heſychius.
Hieremiæ prophetia.
Hierocles.
D. Hieronymus.
ejus verſio.
D. Hilarius.
Hincmarus,
Hippocrates.
Himerius.
Hirtius.
Homerus.
Honorius Scholiaſt.
Horatius.
Horatii vetus interpres.
Hygenus, vel Hyginus.
Hyginus in Fabulis.

I.

Jamblichus.
Javolenus.
Idatius.
Innocentius.
Inſcriptiones veteres & lapides antiqui.
D. Joannes.
Joannes Abbas.
Joannes Antiochenſis.
Joannes Caſſianus.
Joannes epiſcopus.
Joannes Gazenſis.
Joannes Gramm.
Joannes Pediaſimus.
Joannes Saliſberienſis.
Jordanes.
Jornandes.
Joſephus.
Iſaacius Porphyrogenneta.
Joſippus.
Iſæus.
Iſaias propheta.
Iſidorus.
Iſidori Gloſſæ.
Iſidorus Peluſiota.
Itinerarium Antonini.
Itinerarium vetus.
Julianus.
Julianus Anteceſſor.
Julianus Imp.
Julius Paulus.
Julius Pollux.
Julianus Pontifex.
Julius Valerius.
Ivo Carnutenſis.
Juſtinianus.
Juſtiniani Novellæ.
Juſtinus hiſtor.
Juſtinus martyr.
Juſtinus hiſt.
Jus orientale.

Juve-

Juvenalis.
Juvenalis vetus interpres.

L.

Laberius.
Lactantius.
Leges veteres Boiariorum.
Burgundionum.
Longobardorum.
Ripuariorum.
Viſigotthorum.
Legis Mamiliæ fragmenta.
Leo in Tacticis.
Leonidas poëta.
Leonis Imp. Conſt. xciv.
Leonis Novellæ.
Lexicon Latino-Arabicum.
Lexicon vetus.
Livius.
Longinus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucifer Epiſc. Caralitanus.
Lucilius.
Lucretius.
Luitprandus.
Lutatius.
Luxurius.
Lycophron.
Lycophronis Scholiaſtes.

M.

Macrobius.
Magno.
Mamertinus.
Manilius.
Manuſcriptum vetus in ligni cortice, ex Bibliotheca R.
Marcellinus comes.
Marcellus empiricus.
Marcus Antoninus philoſ.
Marcus Imp.
Macrinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Martinus Polonus.
Martyrologia vetuſta.
D. Matthæus.
Matthæus Blaſtares.
Mattius apud Gellium.
Mauritius.
Maximianus.
Maximus Scholiaſt. Dionyſ.
Menander.
Metaphraſtes.
Methodius.
Mimus.
Minutius Felix.
Modeſtinus.
Moſchopulus.
Moſchus.
Moſes.

N.

Nævius.
Nathan Juſtus.
Nemeſianus.
Nicander in hemiambis.
Nicandri interpres vetus.
ejus Scholiaſtes.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas.
Nicolaus Damaſcenus.
Nigidius.
Nonius.
Nonnus.
Nonnus poëta.
Notæ Tyronis & Senecæ.
Notitia imperii.
Novella Conſtantini Porphyrogennetæ.
Novellæ Juſtiniani.
earum vetus interpres.
Novellæ Theodoſii.
Nummi veteres.

O.

Olympiodorus.
Onoſander.
Oppianus.
Optatus Milevitanus.
Oraculum.
Origenes.
Orion.
Ovidius, ejuſque vetus interpres.

P.

Pæanius.
Palladius.
Pandectæ Florentinæ.
earum vetus Index.
Pandectæ Piſanæ.
Papias.
Paraphraſis Chaldaica.
Paulinus.
Paulus Ægineta.
Paulus diaconus.
Paulus J. C.
Paulus Silentiarius.
Pauſanias.
Pelagonius.
Perſius.
Perſii interpres.
Pervigilium Veneris.
Petronius.
Petrus Patricius.
Petrus Diaconus.

Peu-

Peutingerorum tabulæ vetuſtæ.
Phædrus.
Philargyrus.
Philemon.
Philippus.
Philo.
Philo Byblienſis.
Philoſtratus.
ejus interpres.
Phlegon Trallianus.
Photius.
Pindarus.
Pindari vetus interpres.
Placidus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plinius Secundus.
Plutarchus.
Poëma vetus non editum.
Poëta incertus.
vetus.
Pollux.
Polyænus.
Polybius.
Pomponius.
Pomponius Mela.
Pontius Diaconus.
Porphyrio.
Porphyrius.
Poſidonius.
Priſcianus.
Priſcus.
Proclus apud Photium.
Procopius.
Propertius.
Proverbiorum appendix ex Vaticano.
Prudentius.
Pſellus.
Ptolemæus.
Publius Syrus.
Pythagoras.

Q.

Querolus.
Quintilianus.
Idem in Declamationibus.

R.

Rabanus.
Regino.
Regum liber.
Robertus à Porta.
Ruffinus.
Rutilius Gallus.
Rutilius Lupus.

S.

Sæculus Flaccus.
Salica lex.
Salluſtius.
Salomon.
Salvianus.
Sammonicus.
Scaurus.
Scholion vetus.
Scribonius Largus.
Seneca.
Seneca rhetor.
Seneca Tragicus.
Sententiæ Senecæ & P. Syri.
Septimius Romanus.
Septuaginta interpretes.
Servius.
Servii Gloſſæ.
Servius manuſcr.
Sextus vel Feſtus Rufus.
Sibyllini verſus.
Sidonius Apollinaris.
Sidonius Papa.
Sigebertus.
Silius Italicus.
Socrates.
Solinus.
Sophocles.
Sophron.
Soranus.
Soſipater Chariſius.
Sozomenus.
Statius.
Statii vetus interpres.
Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Suidæ Etymologicum non editum.
Sulpitius Severus.
Symmachus.
Symmachus apud Jordanem.
Symmachi verſio.
Symphoſius.
Syneſius.
Synodus Chalcedonenſis.
Synodus Gangrenſis.
Synopſis Baſilicωn.

T.

Tabulæ itinerariæ.
Tacitus.
Terentius.
ejus interpres vetus.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theocritus.
Theocriti interpres.
Theodoretus.
Theodoſius.
Theodotionis verſio.
Theophilus.
Theophraſtus.
Theophylactus.
Thomas Magiſter.
Thucydides.
Tibullus.

Titia-

Titinnius.
Tragœdia vetus Medea.
Trogus.
Tryphonius.
Tzetzes.

V.

Valerianus.
Valerius in Catholicis.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valerius Probus.
Varro.
Vegetius.
Velius.
Vellejus Paterculus.
Venantius.
Victor.
Victor alter.
Vigilius.
Virgilius.
Virgilii vita.
Vitruvius.
Ulpianus.
Urbicii Tactica manuſcripta.

W.

Wilielmus Maſpurienſis.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.

Z.

Zeno Veronenſis.
Zenonis conſtitutio.
Zenobius.
Zonaras.
Zoſimus.

ÆLII

[1] Ælii Spartiani

[2] ADRIANUS IMP.
AD
[3] DIOCLETIANUM AUG.

[4] ORigo imperatoris Adriani vetuſtior à Picen- 1
tibus, [5] poſterior ab Hiſpanienſibus manat: ſi-
quidem

CASAUBONUS.

ÆLii Spartiani.] Liber manu exaratus qui in Chriſtianiſſimi Regis luculentiſſima bibliotheca ſervatur, *Helius* ſemper, non *Ælius* ſcribit: ſolenni librariorum errore, de quo mox dicemus. Princeps editio Veneta anni CIↃ CCCC LXXX. rectè *Ælius.* Fuerunt iſti ſex temporum Cæſareorum ſcriptores ætate propemodum æquales: quod ſolùm videntur illi Critici ſpectaſſe, qui ante multa ſecula ex omnibus Latinis hiſtoriæ Auguſtæ conditoribus, (fermè quinquaginta poſſumus nominare, quos hodie omnes maximo rei literariæ damno deſideramus:) hos potiſſimùm ſex elegerunt, unde iſtud nobis corpus πολύμορφον concinnarent. Omnes imperante Diocletiano, aut Conſtantio qui ei ſucceſſit, vel certè filio ejus Conſtantino vixerunt. Spartianum verò Diocletiani amicitia valde familiariter eſſe uſum, aut fortaſſe etiam libertum fuiſſe ipſius, conjecturam faciebamus ex iſtis verbis initiò præfationis in vitam Ælii Veri, *Diocletiano Auguſto Ælius Spartianus ſuus.* videtur enim adjectione inſolentis vocis *ſuus* ejuſmodi aliquid ſignificari: ut cum exempli gratia, Dio Caſſius Heliodorum epiſtolarum Hadriani magiſtrum τὸν αὐτοῦ ἴδιον *ſuum illius* nominat. Offendi annotatum à ſuperioris memoriæ viro docto, contentos volumine iſto auctores, non ſex, verùm quinque tantùm eſſe: unius quippe hominis eſſe nomina, *Ælius Lampridius Spartianus:* unde librariorum imperitiâ duo ſint facti, *Ælius Spartianus*, & *Ælius Lampridius.* Hanc ego ſententiam nec pro vera & certa amplecti, nec pro falſa penitus auſim rejicere. Satis enim mirum videtur nobis, quod de Ælio Spartiano, Ælio Lampridio, & Julio Capitolino vulgati libri ſuggerunt: omnes hos tres cùm ſub Diocletiano cœpiſſent florere, ad Conſtantini tempora duraſſe: omnes Imperatorum omnium vitas tempore eodem ſcribere aggreſſos, (& quidem ſtylo ita parum diſſimili, ut diſcrimen vix ullum liceat notare) pariter in opere inſtituto progreſſos, pariter deſiiſſe. Ita planè eſt neceſſe, ſi vulgarium codicum non falluntnos inſcriptiones. Extant enim horum omnium parili modo aliæ Diocletiano, aliæ Conſtantino inſcriptæ vitæ. Spartianus ad Diocletianum miſit *Hadrianum* ſuum, *Ælium Verum*, *Didium Julianum*, *Severum* & *Peſcennium Nigrum:* at *Antoninus Geta*, Conſtantini Auguſti titulum præfert. *Antoninus Caracallus*, utri miſſus fuerit, ſilentibus libris, eſt incertum. Julius Capitolinus Diocletiano inſcripſit *Antoninum Pium*, & *Verum Imperatorem.* *Clodium* verò *Albinum* Conſtantino Auguſto. In *Opilio Macrino*, quod jure aliquis miretur, redit ad Diocletianum: deinde iterum ad Conſtantinum: cui inſcribuntur *Maximini* duo, *Gordiani* tres. *Marcus Antoninus* & *Pertinax*, itemque *Maximus*

& *Balbinus* cui à Capitolino fuerint nuncupati, neſcimus. Ælii Lampridii *Commodus Antoninus* Diocletiani nomen habet præſcriptum : *Heliogabalus* & *Alexander Severus* Conſtantini. Advertit nos haud immerito hæc tot circunſtantiarum in tribus perſonis ξυγχυσία ϗ ξυνέμπλωσις, futura utique in duobus longè probabilior. Nam quod aliquis objiciat, nomen *Ælius* gentis eſſe appellationem, non prænomen; id verò plumâ levius. Quis neſcit totam illam Romanorum nominum veterem rationem ſub Imperatoribus variè fuiſſe immutatam; Sed & gentilia duo nomina ſæpe copulari ſolita Faſti arguunt, & omnis hiſtoria Auguſta. Verùm iſtud, ut incertum, eſto per nos in medio relictum. Porrò omnis quæ ſex hiſce auctoribus deſcribitur hiſtoria, annorum eſt circiter centum & ſexaginta. Nam Hadrianus imperii habenas ſuſcepit circa annum à conditu Urbis IↃ CCCCLXX. ab eo habes hic omnes Cæſares & Auguſtos ad Diocletiani uſque principatum: hoc eſt annum v. c. quadrageſimum, vel XLI. ſupra milleſimum. Excipiendi ſunt anni circiter novem aut decem propter amiſſas caſu neſcio quo principum aliquot vitas: Philipporum, Deciorum, & Galli Hoſtilianique, cum Galli filio Voluſiano, & Æmilio Æmiliano.

SALMASIUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Ita liber Palatinæ Bibliothecæ ſemper ſcriptum exhibet: qui liber ut de auctorum iſtorum recenſione, & nova eorumdem editione, cogitare vellemus, atque etiam fortaſſe poſſemus, ſolus fecit. Poſt Caſaubonum? inquies. immo poſt Caſaubonum, quem ego virum longe longeque doctiſſimum, & mihi, dum viveret, amiciſſimum, meritiſque in rem litterariam clariſſimum, maxima ingenii & eruditionis laude, parique diligentiæ, in hiſtoricis recenſendis verſatum eſſe fateor, & illi demum negare poſſunt, qui verum fateri non conſueverunt. poſt adeo diligentem & induſtrium virum ſi ceſſaſſem, & operam meam heic deſiderari paſſus eſſem, quis me tanquam in litterarum injuriam & publico damno deſidem merito reprehenderet? quid enim aliud ſupererat, quam actum agere, & miſeras aliquot ſpicas, meſſori non relictas, ſed abjectas legere? Nunc illius optimi vetuſtiſſimique codicis beneficio non ſpicilegio manus admovenda, ſed in meſſem integram, & opimam falx immittenda fuit: tantam is nobis, ac tam benignam obſervationum materiam ſubminiſtravit. Infinitis enim locis veram ſcripturam ſine diſſimulatione nobis obtulit, quam omnes illi, quibus uſus eſt Caſaubonus, libri, minime expreſſam, ſed adumbratam tantum, & ſub vitioſæ lectionis involucris latentem, & per obſcura veſtigia, vix ingenii vi, conjecturarumque tormentis quærendam, & eruendam præferebant. Hujus igitur Codicis fiducia id auſi ſumus, & aggreſſi, quod abſque illo fuiſſet, fortaſſean ne tentaſſem quidem. Etſi non pauca olim mihi in hos ſcriptores obſervata, quæ viros doctiſſimos fugerant, aut perperam ab iiſdem erant expoſita, me ad hunc laborem ſuſcipiendum etiam citra vetuſti exemplaris opem, invitare potuerunt, atque incitare. quod res ipſa facile indicabit. Ecce autem cum in eo eſſem, ut de nova editione Auguſtæ hiſtoriæ ſerio cogitarem, & hoc cum maxime agerem, antiquam illius editionem Mediolani curatam, utendam mihi commodavit optimus & doctiſſimus Juretus noſter. eam ego meliori jure principem editionem vocare poſſem, quam quæ hoc nomine ac titulo ab eruditiſſimo Caſaubono donata eſt. Mediolanenſis enim illa totis vigintiquinque annis iſta Veneta, qua Caſaubonus uſus eſt, & quam pro principe habuit, anterior eſſe, liquida fide comprobatur. Haud tamen eam adfirmare auſim omnium editionum primam, licet

illa Veneta tot annis, ut antiquiorem ita & meliorem, & quæ vicem nobis manuſcripti fuit, in omnibus fere cum illo Palatino Codice optimo conſentiens, adeo ut plane ad ejus typum, & exemplar, bona fide expreſſa & excuſa eſſe videatur. Quis autem primus omnes iſtos hiſtoriæ Cæſarianæ ſcriptores in unum coegerit ac compegerit, tam incertum mihi eſt, ut ulla ratione certum fieri poſſe non exiſtimem. nec dictu facile eſt, quam rationem ille quiſquis tandem eſt, ſequutus ſit in his auctoribus componendis & ſub uno faſce colligendis. quæri non immerito poteſt, cur ab Hadriano initium hujus συναγωγῆς fecerit, omiſſis Nerva & Trajano optimis imperatoribus. nam ne ab aliquo ex iis qui Nervam anteceſſerunt Cæſaribus, hiſtoriæ hujuſce compilaticiæ exordium duceret, hæc potuit eſſe, aut fuit illi ratio, quod Suetonius uſque ad Nervam Auguſtorum hiſtoriam perduxiſſet. Inde igitur illi fuerat incipiendum, ubi Suetonius deſinit. An eum id voluiſſe quidem, ſed minime potuiſſe dicemus, non reperto ſcilicet auctore, qui vitas Nervæ Trajanique ſcripſiſſet? At Spartianum hunc ipſum habebat, quem omnes qui poſt Cæſarem dictatorem, vel Cæſares vel Auguſti appellati ſunt, in litteras miſiſſe, & ſingulis libris expoſuiſſe, de ſe id dicenti credimus. Fortaſſe verum eſt quod ſuſpicamur. unicum olim codicem, patrum ſcilicet noſtrorum temporibus, extitiſſe horum hiſtoricorum, eumque initio mutilum. ex quo omnia quæ nunc extant exemplaria manuſcripta cum propagata fuerint, eumdem defectum ſervaſſe, non mirum eſt. & per hoc deſiderari cœptæ Nervæ Trajanique vitæ, quas vitio illius unici Codicis intercidiſſe apparet. nam in medio, ubi deſiderantur Philipporum Deciorumque vitæ, & initium Valeriani, non certo conſilio hujus compilationis auctoris id eſſe factum, qui eas ſponte omiſerit, certo pronuntiare poſſe videmur. quid igitur? hiatus illius cauſam aliam nullam eſſe exiſtimo, præter exemplaris labem & vitium, illa parte parum integri, qua Philipporum Deciorumque vita continebatur. cujus rei fidem facit Valeriani vita, non ea quidem intercepta tota, ſed principio truncata. quod adſcribere auctori hujus collectionis non poſſumus: vero ipſius vitæ auctori, hoc eſt Trebellio Pollioni, multo minus. ſolus igitur Codex in vitio, ex quo cetera quæ habentur, exemplaria deſcripta fuere. quod ad ipſum Valeriani vitæ libellum pluribus oſtendemus. De auctoribus autem ipſis, quorum libelli in hanc collectionem congeſti ſunt, magnam antiqui libri diverſitatem præferunt, & nunc huic nunc illi, illam & illam vitam adſignant. Sed quod etiam magis mireris dicam. vidi antiquiſſima Spartiani excerpta, quæ ſervantur in Bibliotheca illuſtriſſimi Principis, Comitis Palatini, quibus excerptis ſi fides habenda eſt, nullus in hac hiſtoria Vulcatio Gallicano locus, nullus Ælio Lampridio, nullus etiam Julio Capitolino, niſi in Maximinis tantum, & iis imperatoribus qui ſequuntur uſque ad Valerianum: reliquos enim omnes ab Hadriano in Maximinos Spartiano ſoli tribuit, & Maximinos etiam. Sed eos Julio Capitolino adſeri debere ad locum diximus: de reliquis, an Spartiano ſoli debeant adſcribi, ad ſingulos libros, de quibus erit controverſia, dicemus. De ordine librorum non minor in ſcriptis codicibus varietas. immo ut dicam verius, nullam illi varietatem oſtendunt, ſed uno conſenſu, eum ordinem ſervant, quem nulla agnoſcit editio, præter antiquiſſimam omnium Mediolanenſem. hac igitur ſerie libri collocantur in Palatino Codice, excerptis Spartiani, & illa veteri Editione.

ADRIANUS.
ÆLIUS VERUS.
ANTONINUS MARCUS.

VERUS ANTONINUS.
DIDIUS JULIANUS.
COMMODUS ANTONINUS.
HELVIUS PERTINAX.
AVIDIUS CASSIUS.
SEVERUS.
PESCENNIUS NIGER.
ANTONINUS CARACALLA.
ANTONINUS GETA.
ANTONINUS HELIOGABALUS.
DIADUMENUS ANTONINUS.
OPILIUS MACRINUS.
CLODIUS ALBINUS.
AURELIUS ALEXANDER.
MAXIMINUS.

Cujus equidem ordinis, adeo inordinati, quæ ſit ratio non intelligere me profiteor. Cur enim Diadumenus ante Opilium? ante patrem filius? Cur Julianus ante Commodum, ſucceſſor anteceſſorem? cur denique Heliogabalus ante Diadumenum, cum in vita Diadumeni ſub finem præ ſe ferat auctor multa ſuo loco de Heliogabalo dicturum, cujus vitam nondum ſcilicet ediderat, cum illa ſcriberet? Poſtremo cur Clodius Albinus tanto intervallo poſt Severum collocatur? Hæc magis mirari quam eorum rationem reddere poſſumus. Tanta ſane librorum veterum conſtantia eſt in hoc ordine retinendo, ut ab auctoribus ipſis ita eum relictum fuiſſe plane mihi perſuadeam. niſi quis putet illum qui primus iſtos ſcriptores in unum conſarcinavit, eos ſic temere digeſſiſſe non ſervata ſucceſſionum ſerie, & nulla prorſus ratione ſucceſſores anteceſſoribus præpoſuiſſe, & omnia confudiſſe. in pleriſque tamen palam eſt carere culpa conſarcinatorem illum, ſed in auctore ipſo, ſi quæ eſt ordinis ita turbati culpa, totam eam hærere, qui dedita opera, jure quodammodo ſuo, nulla ſucceſſionis habita ratione, qui ſuccedebat, ut antecederet, fecit. ut in Diadumeno Antonino, vitam ejus ideo vitæ patris antepoſuiſſe refert auctor, propter Antoninorum nomen. ſic quattuor Antoninos ordine poſuit, Antoninum Caracallam, Antoninum Getam, Antoninum Heliogabalum, & Antoninum Diadumennum. ut tribus igitur Antoninis hunc quartum adderet, neceſſe habuit filium patri præponere, quod pater Antoninus dictus non eſſet, ſed filius tantum. Sed cur Heliogabalum Antonino Diadumeno priorem poſuit, cum poſterior fuerit? Ceſſat enim heic hæc Antoninorum nominis ratio. immo fortaſſe non ceſſat. nam idcirco Antoninum Heliogabalum, etſi poſteriorem, Diadumeno Antonino præpoſuit, quod Antoninus ille in argumentum generis hoc ſibi nomen aſciverat, ut qui filius Antonini Caracalli crederetur. atque hinc non ſine cauſa ab auctore factum puto, ut eum patri, quam proxime poſſet, ſubjungeret. Diadumeno vero hoc nomen arte patris impoſitum eſt, illo tempore quo ad imperium venit, cum id nomen magno in amore & honore apud omnes eſſe ſciret. Præterea cum vellet Spartianus, ſeu quiſquis alius auctor, πλεγίδιον Antoninorum ſimul edere, ſi Diadumenum ante Heliogabalum poſuiſſet, ut ordo videbatur exigere, ne ſic quidem ordini ſucceſſionis optime conſuluiſſet, immo pejus etiam aliquanto eum turbaſſet. interpoſito enim Heliogabalo, filium Diadumenum longius à patre Macrino removiſſet, & anteriorem eum non parvo intervallo feciſſet, qui tamen poſterior erat. eandem, ut puto, rationem ſequutus eſt, cum Didium Julianum, Commodum, & Helvium Pertinacem, tribus Antoninis ſubjunxit, Antonino Pio, Antonino Marco, & Vero Antonino. Nam Didium Julianum, & Pertinacem Antoninorum prænominibus fuiſſe inſignitos, ſcribit idem Spartianus in Diadumeno. De Commodo minus dubium eſt. Sed quærendum, cur Julianum Commodo præpoſuerit, & Pertinacem Juliano poſtpoſuerit? Hoc eſt, quod ego me neſcire fateor. niſi dicamus hoc ordine fuiſſe editos ab auctore libros, ac prout, prius aut poſterius,

ſterius, hos vel illos ediderit, ita locum tenuiſſe. Sed de his infra ad ſingulos vitarum libros ſuo loco fuſius dicemus.

GRUTERUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Liber manuſcriptus Bibliothecæ Palatinæ, & alioquin vetuſtate nulli inferior, ſervat *Ælius*, non *Helius*. idem præliminari paginâ ſic exhibet indiculum.

VITÆ DIVERSORVM PRINCIPVM ET TYRANNORVM, A DIVO HADRIANO VSQVE AD NVMERIANVM DIVERSIS CONPOSITI.

I. Spartiani vita Hadriani.
II. Item ejuſdem Helvius Verus Cæſar.
III. Item Juli Capitolini Antoninus Pius.
IV. Item Julii Capitolini Marcus Antoninus Philoſophus.
V. Item ejuſdem Verus.
VI. Ælii Spartiani Didius Julianus.
VII. Ælii Lampridii Commodus Antoninus.
VIII. Julii Capitolini Helvius Pertinax.
IX. Vulcacii Callicani V. C. Avidius Caſſius.
X. Ælii Spartiani Severus.
XI. Ejuſdem Peſcenninus Niger.
XII. Ejuſdem Antoninus Caracallus.
XIII. Ejuſdem Antoninus Geta.
XIV. Ælii Lampridii Antoninus Varius Heligabalus.
XV. Ejuſdem Diadumenus Antoninus.
XVI. Julii Capitolini Opilius Macrinus.
XVII. Ejuſdem Clodius Albinus.
XVIII. Ælii Lampridii Alexander Severus.
XIX. Julii Capitolini duo Maximiani.
XX. Ejuſdem Gordiani tres.
XXI. Ejuſdem Maximus, ſive Puppienus & Balbinus.
XXII. Ejuſdem Valeriani duo.
XXIII. Ejuſdem Gallieni duo; ejuſdem Trajani.
XXIV. Cyriades.
XXV. Poſtumi duo.
XXVI. Lollianus.
XXVII. Victorini duo.
XXVIII. Marius.
XXIX. Ingenuus.
XXX. Regilianus.
XXXI. Aureolus.
XXXII. Macrini duo.
XXXIII. Quietus.
XXXIV. Odenatus.
XXXV. Herodes.
XXXVI. Meonius.
XXXVII. Balliſta.
XXXVIII. Valentes duo.
XXXIX. Piſo.
XL. Æmilianus.
XLI. Saturninus.
XLII. Tetrici duo.
XLIII. Trebellianus.
XLIV. Herennianus.
XLV. Timolaus.
XLVI. Celſus.
XLVII. Zenobia.
XLVIII. Victuria.
XLIX. Ticus.
L. Cenſorinus.
LI. Trebellii Pollionis Divus Claudius.
LII. Flavii Vopiſci Syracuſi Divus Aurelianus.
LIII. Ejuſdem Tacitus.
LIV. Ejuſdem Florianus.
LV. Ejuſdem Probus.
LVI. Ejuſdem Infirmus Saturninus, Proculus & Bonoſus.
LVII. Ejuſdem Carus, Charinus & Numerianus.

CASAUBONUS.

2 ADRIANUS.] Meliùs ſcribitur hoc nomen cum aſpiratione *Hadrianus*, ut in prima editione. quæ ſi maturiùs in noſtras manus incidiſſet, cùm alia nonnulla, tum iſtud nomen aliter ubique eſſet ſcriptum. nam ita nummi & lapides conſtanter. Scripti tamen quos vidimus, aliter: & Græci ferè cum tenui Ἀδριανὸς: aut etiam, ſi Muſis placet, Ἀνδριανὸς: quaſi eſſet deductum nomen ab ἀνδρεία, vel ἀνδρειάς: ſic enim ſcriptum invenimus tum alibi perſæpe, tum in Procopio regiæ bibliothecæ. Fa-

quidem Adria ortos majores ſuos, [1] apud Italicam, Sci-

miliaris eſt Græcis hæc propriorum nominum depravatio: cujus cauſſam ad Alagabalum aperiemus. Hebræi meliùs quia ita efferunt חדריינוס: Unde חדריינא *Hadrimeus nummus* apud Nathanem Juſtum è tractatu Thalmudico De peregrino cultu, ſive Idololatria. Legimus tamen in aliis eorundem libris, & quidem vetuſtis, אדריאנוס *Adrianus*. Reperi etiam id uno aut altero lapide ADRIANUS: quod rariſſimum eſt.

3 AD DIOCL. AUG.] Regius liber & editio Aldina hæc non agnoſcunt.

4 *Origo Imperatoris Hadriani vetuſtior à Picentibus.*] Sanè vetuſta origo: & cujus ſervare memoriam qui potuerint majores Hadriani, homines præſertim provinciales aut municipales, non ſine cauſſa addubites. Nam ſi ab ejus natalibus ad tempora quæ hìc deſignantur retro aſcendas, trecentos & plures multo annos invenies. Ego verò nullus dubito Hadrianum, à quo ſumſerunt quantum fuit hiſtoricorum, ex cenſoriis tabulis, quæ ſumma cura ubique ſervabantur, gentis ſuæ ſtemma ab origine ultima repetiiſſe: idque majore fortaſſe diligentia, quæ fere hominum ambitio, quàm fide. De Picentibus Italiæ populo ſupra Umbros ſito non dicam quæ nota ſunt omnibus.

5 *Poſterior ab Hiſpanienſibus manat.*] *Hiſpanus*, ὁ αὐτόχθων, & cujus majores aliunde orti non dicantur: *Hiſpanienſis* hoc loco qui etſi in Hiſpania natus, aliunde tamen ſit oriundus. Vopiſcus, *Bonoſus homo Hiſpanienſis fuit, origine Britannus.* Sic Judæos toto orbe à tot ſeculis ἀπηλάτας πατρίδος diſperſos, propriè non Hiſpanos aut Germanos dixeris, ſed Hiſpanienſes, vel Germanienſes. Sic Gallienſes, Italienſes, Sicilienſes. Alibi accipiuntur hæc nomina aliter: ut cùm *Hiſpanienſes merces* dicuntur, *Gracienſe mare* & *ſcimpodium Gracienſe.* Aliter item *Romanenſem eccleſiam* Tertullianus, ejuſdem cum Romana fidei: *Hiſpanienſem aſtutiam*, Vopiſcus in Probo.

GRUTERUS.

3 DIOCLETIANUM AUGUSTUM.] Pal. noſter hæc non habet, niſi manu recentiore, ad oram.

4 *Origo Imperatoris Hadriani.*] Sic ſemper codex ille Palatinus; meliuſque quàm illi quibus abeſt adſpiratio, quam ei adſerunt etiam numiſmata. Habemus tamen Imperatorum horum epitomam in alio libro manu exarato, in quo modò ſcriptum *Adrianus*, modò *Hadrianus*: quæ diverſitas etiam inveniunda in inſcriptionum noſtrarum theſauro. quid ni enim idem nomen tribuam, quod jamdudum ei impoſuit Lipſius noſter.

1 *Apud Italicam.*] Haud aliter quoque Pal. ille integer. nam is qui excerpta continet, adſentitur vulgatis, habetque *Italiam.*

CASAUBONUS.

1 *Apud Italicam Scipionum temporibus reſediſſe.*] Sic rectè, non ut in primis editionibus, *apud Italiam.* Ex A. Gellio, Eutropio, & Euſebii Chronico docti homines pridem emendarunt. Clariſſimè Appianus in Hiſpanicis de Italica loquens, καὶ πατρίς ἐστι Τραϊανοῦ τε καὶ Ἀδριανοῦ, τῶν ὕστερον Ῥωμαίοις ἀρξάντων τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν. Neque aliter habuerunt membranæ illæ, quibus olim juvenis in Italia uſus ampliſſimus atque integerrimus curiæ Pariſienſis ſenator Claudius Puteanus: vir inter paucos, dum viveret, bonarum literarum & amans & callens. Alii omnes libri corrupti: & quidem jam olim: nam & Robertus à Porta Bononienſis qui ante aliquot ſecula res Romanas ab urbis condita ad Conſtantini uſque tempora contexuit, Spartiani verba corrupta recitat. Is liber à clariſſimo doctiſſimoque ſenatore Paulo Petavio

[1] Scipionum temporibus, reſediſſe, [2] in libris vitæ ſuæ Adrianus ipſe commemorat. [3] Adriano pater Ælius Adria-

vio commodatus, ſæpe nobis in recenſendis hiſce ſcriptoribus fuit non inutilis. Falluntur qui huc afferunt Aurelii Victoris junioris verba iſta: *Ælius Hadrianus ſtirpis Italicæ, Ælio Hadriano Trajani principis conſobrino Adriæ orto genitus.* non enim hoc dicit Victor, Hadrianum Italica urbe Hiſpaniæ eſſe oriundum: ſed plane è contrario, diſſimulans originem illius Hiſpanicam, aut quaſi rem notam omnibus prætermittens, Italiæ, quantum poteſt, Hadrianum aſſerit. *ſtirpis Italicæ* quid aliud eſt interpretari quàm Ἰταλικοῦ γένους? quin plerique libri ſcripti non *Italicæ*, ſed *Italæ* præferunt eo loci.

1 *Scipionum temporibus.*] Liber Puteani, *ſub Scipionum temporibus.* ſic etiam Robertus à Porta deſcribit. Fuerit olim, *ſub Sc. tempus* vel *tempora.* aut, ſi diſcedere licet paullò longiùs à veſtigiis ſcripturæ hujus, *P. & Cn. Scipionum temporibus.* Obſcurè autem Spartianus illud tempus denotat, cùm Scipio rebus in Hiſpania compoſitis, de reditu in Italiam cogitans, omnes Italos vulneribus affectos in una urbe collocavit, quam de ipſorum patria Italicam nominavit. auctor Appianus.

2 *In libris vitæ ſuæ.*] Idem, *in libro v. ſ.* ſed iterum infrà, *libros vitæ ſuæ ſcriptos à ſe.*

SALMASIUS.

1 *Scipionum temporibus.*] Ita Pal. & recte, & ſic editio Mediolanenſis. perperam libri quos verſavit Caſaubonus præferunt: *ſub Scipionum temporibus.*

3 *Hadriano pater Ælius Hadrianus Afer fuit.*] Verba Xiphilini idem ſonant: ἦν δὲ Ἀδριανὸς γένος μὲν Ἀδριανοῦ Ἄφρου υἱός, φύσει δὲ φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ. quæ verba, eo quo concepta ſunt modo, non aliam poſſunt admittere ſententiam, quàm hanc, *Adrianum, Adriani Afri filium.* nam illud γένος ad patrem, non ad patriam debet referri. unde & συγγενεῖς dicuntur, qui ab eadem origine, hoc eſt patre genus ducunt. & apud Dionem γένους δὲ αὐτῷ ἐκοινώνει. nihil igitur mutandum in verbis Xiphilini. Pleniora Dionis verba refert Suidas, quæ Xiphilinus more ſuo abbreviata, & trunca poſuit, ex quibus manifeſtum eſt, non aliter accipi debere illum Xiphilini locum quam quomodo poſuimus.

CASAUBONUS.

3 *Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomento Afer fuit.*] Xiphilinus, ἦν δὲ Ἀδριανὸς γένος μὲν Ἀδριανοῦ Ἄφρου υἱός. Magnam injuriam accuratiſſimæ diligentiæ hiſtorico Dioni ivit factum breviator hic cùm iſta ſcriberet. Falſiſſimam enim ſententiam illi appingit: cùm ſit indubitatum Hadriani patrem non ortu fuiſſe Afrum, ſed cognomento ſic dictum. Satis conſtat multas gentium Romanarum familias hoc cognomen frequentaſſe. Afrum verò genere fuiſſe Hadriani Auguſti patrem, quis veterum præter Xiphilinum, & qui ipſo duce eundem illi errorem errarunt, unquàm ſcripſit? Errat ſanè Xiphilinus, & auctoris ſui mentem aliud agens corrumpit. Nam Dionem ipſum hujus ſententiæ auctorem putare, quod viros tamen doctiſſimos facere video, iniquum judicio meo fuerit, imò abſurdum. Quis putet tantum virum, & rerum Romanarum adeò peritum, ignoraſſe quod nemo tunc hominum neſcivit, Hadrianum ſtirpis eſſe Italicæ, aut, ut dicam verius, Italo Hiſpanicæ? Atqui legerat Dio Hadriani libros de vita ſua, ſicut ipſe ſignificat. Adde quòd de Hadriano omnia ſibi certa & comperta patrem ſuum Apronianum narraſſe, principis illius propè æqualem, ſta-

 tim

Adrianus cognomento Afer fuit, [1] conſobrinus Trajani imperatoris: mater [2] Domitia Paulina Gadibus orta:
ſoror

tim initio ſcribit idem. Quid multa? ipſe Dio procul à ſe errorem hunc amolitur, cùm Hadrianum *Τραιανοῦ πολίτην* nominat, ſicut Spartianus in Severo *Trajani municipem.* Porrò Trajanum Dio pariter cum cæteris omnibus prodit Hiſpanum. Scripſerat fortaſſe Xiphilinus, *ἦν δὲ Ἀδριανὸς Σπανὸς μὲν γένος, Ἀδριανοῦ δὲ Ἄφρου υἱός.* Hiſpaniam Græci, ut alibi dicebamus, modò *Σπανίαν* dicunt, modò *Ἱσπανίαν.* & *Σπανὸς* iidem ſæpe pro *Ἱσπανός.* etiam Juvenalis vetus interpres *Spaniam* nominat aliquoties non Hiſpaniam. Pæanius de Hadriano, *Ἰταλικοῦ μὲν γένους, τεχθέντος δ' ἐν Σπανίαις.* ſic enim more ſuo Eutropii illa depravat, *natus Italicæ in Hiſpania.* Poſſumus & ſine mutatione ulla Dionis breviatorem culpæ abſolvere: cùm non ſit neceſſe *γένος* de patria interpretari. Atque hoc fortaſſe rectius. Suadet Suidas: *ἦν δὲ,* ait, *τὸ γένος βουλευτοῦ πατρὸς, ἐστρατηγηκότος, Ἄφρου· οὕτω γὰρ ὠνομάζετο.* lege quæ ſequuntur: non dubitabis è Dione totum locum eſſe deſcriptum. Cedrenus contrà non Dionem ſed Xiphilinum ſecutus, male capit ejus verba. inquit enim, *ἦν δὲ Ἄφρος τὸ γένος.* ſed in talibus ſolens more ſuo Græcus ille fallitur. *Ælius* autem ſcribendum, non *Helius*: etſi ita ferè cum in libris citimæ vetuſtatis; tum in ejuſdem ætatis ſcriptoribus, Johanne Sariſberienſi, Roberto Bononienſi, aliis. ſic *Helius* Verus, *Helius* Spartianus, *Helius* Lampridius in iiſdem libris ſemper: confuſis perperam duabus Romanis gentibus, Helia & Ælia. An poteſt ambigi de nomine Hadriani, à quo Æliam urbem, & alia multa loca ejuſdem appellationis, conſtat eſſe denominata? Mirum verò quod Græcorum vetuſtiſſimi critici de hoc nomine obſervant: quia Hadrianus dicebatur Ælius, propterea & cæteros Auguſtos *Ælios*, & Auguſtas *Ælias* appellari. Orion, *Αἴλιος ὁ Ἀδριανὸς βασιλεὺς ἐκαλεῖτο· ὅθεν Αἴλιοι χρηματίζουσιν ἐκ τούτου, καὶ Αἴλιαι αἱ βασιλίδες.* Eſto: de imperatoribus ſui temporis verè hoc dixerit Orion: qui juvenis ſub Hadriano (cui & panegyricum ſcripſerat) proximos tantùm Auguſtos vidit; quos ſcimus Hadriani nomina aſſumpſiſſe: at de uxoribus imperatorum qui poteſt excuſari? cùm neque Sabina Hadriani, neque Lucilla Ælii Veri, neque Fauſtina Antonini Pii, aut altera Fauſtina Marci Æliæ reperiantur nominatæ, neque in ſcriptis hiſtoriis, neque in ſculptis lapidibus aut nummis.

1 *Conſobrinus Trajani Imperatoris.*] Ælio Ælii Hadriani imperatoris avo conjux fuit Ulpia M. Ulpii Trajani ſoror, Trajani Auguſti amita. Trajanus igitur imperator & pater Hadriani Cæſaris, ut ex fratre & ſorore nati, amitini invicem fuerunt: quos etiam conſobrinos nominare ſolent Latini, ut & Juriſconſultus notat. Sed & filii conſobrinorum vocantur conſobrini: quare Spartiano etiam Trajanus & Hadrianus Auguſti ſic dicuntur. Præter hoc jus cognationis, erant & vinculo adfinitatis conjuncti. Utriuſque conjunctionis meminit ex Dione Xiphilinus. *γένους δ' αὖ ἐκοινώνει,* Hadrianus Trajano, *καὶ ἀδελφιδῆν αὐτοῦ ἐγεγαμήκει.* Sabina nempe Hadriani uxor ſorore Trajani Marciana erat genita.

2 *Domitia Paulina Gadibus orta.*] In inſula hac oppidum fuit civium Romanorum, ut ſcribit Plinius: ne quis hìc miretur nomina Romana. Ait autem *Gadibus orta,* quia etſi Gaditanis parentibus nata, non Gadibus tamen. ferè enim cives Gaditani Romæ habitabant aut alibi locorum, ut de iis obſervat non ſemel Strabo.

3 Soror

[1] ſoror Paulina [2] nupta Serviano, uxor Sabina: [3] avus Marullinus, [4] qui primus in ſua familia ſenator populi Romani fuit. [5] Natus eſt Romæ IX. Kal. Feb. Veſpaſiano ſepties & Tito quinquies Coſs. Ac decimo ætatis

1 *Soror Paulina.*] Hadrianus in epiſtola qua matrem ad natalitiam cœnam invitat. ἐὰν ἐθέλῃς σὺν συνεορτεύειν μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου λελουμένη ἔρχου. plures igitur una ſorores habuit: ſi fides conſtat ei ſcripto.

2 *Nupta Serviano.*] Hic eſt Julius Servianus, qui ad tertium conſulatum pervenit, in quo habuit collegam Vibium Verum, anno Hadriani XVII. de ejus cæde ſub finem hujus libri Spartianus. Xiphilini codices initio quidem Hadriani Servianum cum Spartiano: ſed poſtea ſemper cum in eo libro, tum in Severi vita, Severianum nominant. Et eſt ſcriptura illa antiqua: nam Zonaras quoque Severianum, è Dione utique, non è Xiphilino, eum appellat qui ab Hadriano occiſus. Scribe ubique Σερουϊανόν. nam ita conſtanter Latini codices.

3 *Avus Marillinus.*] Scribe, *atavus* M. nam & vetuſtæ editiones & ſcripti ſic habent: neque aliter Robertus Bononienſis. Eruditiſſimus Onuphrius proavum facit, nullo auctore.

SALMASIUS.

3 *Avus Marillinus.*] Recte Caſaubonus ex libris ſuis, *atavus*, repoſuit. ſic enim noſtri. Sed *Marillinus* mendoſum, non enim *Marillus* dicitur. ſed *Marilius* à *Marius*: ut *Servilius*, à *Servius*: *Quintilius* à *Quintius*, & ſimilia. legendum igitur *Marullinus*, à *Marullus*, ut *Tertullinus*, & *Tertullianus*, à *Tertullus*. confirmat Palatinus liber, qui habet *Maryllinus*. Nec enim dubium, quin ita ſcriptum ſit pro *Marullinus*. ſic *Tertyllianum Senatusconſultum* in Pandectis Piſanis pro Tertulliano. ſic *Centyrio* ſcribebant, pro *Centurio*; & *gyiam* quidam pro *gula*. ſic in eodem libro Palatino, *oſcyla* pro *oſcula* ſcriptum reperi.

GRUTERUS.

3 *Atavus Marillinus.*] Ita etiam Pal. noſter, niſi quod is, *Maryllinus*. pleræque editiones, *avus Maryll.*

CASAUBONUS.

4 *Qui primus in ſua familia ſenator populi R. fuit.*] Etiam coloniarum & municipiorum decuriones dicti ſunt ſenatores: & cœtus eorum, minor ſenatus, vel etiam, ſenatus, ἁπλῶς: majorum præſertim urbium, cujuſmodi fuit Vienna Allobrogum: unde etiam ipſa aliquando *urbis ſenatoriæ* nomen tulit. Ad diſtinctionem igitur addit, *populi R.* nam Adriæ aut Italicæ quin ante Marillinum ſenatores in ejus familia & gente Ælia fuerint, non dubium. Sic Trebellius Pollio in Vopiſco, *Victorina Tetricum ſenatorem populi R. ad imperium hortata eſt.* Aurelius Victor in Pio, *Vir veterrimæ familiæ è Lanuvino municipio ſenator urbis.* Lampridius in Alexandro Severo, *ſenator Romanus.* Dio in Severo, βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων. & ſæpe apud Græcos ſcriptores, ἀνὴρ ἐκ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς. nunquam enim illis βουλευτὴς per ſe, eſt populi R ſenator.

5 *Natus eſt Romæ.*] Eutropius, *Natus eſt Italicæ in Hiſpania.* Puto falli Eutropium, & Spartiano fidem habeo potius. Erroris cauſſam fuiſſe conjecto iſtam: quòd parentes Hadriani domicilium Italicæ haberent; Romam autem non aliter quàm rationibus ipſorum id poſtulantibus commearent. propterea & Spartianus propriam Hadriani patriam, etſi Romæ nati, Italicam, ſive Bæticam in qua fuit Italica, nominat in ſequentibus.

A 5 1 *Ulpium*

tis anno patre orbatus, [1] Ulpium Trajanum prætorium virum, conſobrinum ſuum, qui poſtea imperium tenuit, & [2] Cælium Tatianum equitem Romanum, tuto-

1 *Ulpium Trajanum prætorium virum.*] Ita veteres: priùs editi, *prætorium tunc.* Scribo, *prætorium tunc virum.* Quòd autem fuerit tunc temporis prætorius tantùm Trajanus, annorum ratio probat. Nam Hadriani pater an. XVI imperii Domitiani fati legem implevit: Trajanus primum Coſ. x. ejuſd. anno.

2 *Cælium Tatianum equitem R.*] Mira varietas in hoc nomine. Scripti codices modò *Arcianum*, modò *Artianum*, aut *Accianum*, rariſſime *Tatianum*, hunc nominant. quam tamen ſcripturam & Zonaras firmat, qui è libris Dionis Tatianum appellat: firmat & corrupta apud Xiphilinum lectio, ὅ, τι Ἀ'τἰλιανός. paret enim ſcripſiſſe illum, ὁ Ταλιανός. In regio codice *Titianum* ſemel nominatum invenimus. an igitur ita ſcribendum? nam videtur hic eſſe Titianus ille Gallicani collega in conſulatu quem geſſerunt anno Hadriani decimo. Ita ſanè viſum patri Romanæ hiſtoriæ Onufrio. Eſt tamen dubitationi locus: ut jure placeat magis ἐπέχειν, & lectoris arbitrio judicium permittere. nam, ut diximus, aliter Græci.

GRUTERUS.

2 *Et Cælium Tatianum Equitem Rom.*] Sic uterque liber Pal. at infra cap. 4. ut & 5. & 9. idem vocatur alteri Palatino integro, *Attianus.*

SALMASIUS.

2 *Cælium Tatianum.*] Vetus editio, *Celium.* rectius. pro *Tatianum* autem, ipſa *Attianum* vel *Accianum* ſemper exhibet: ut & optimus Palatinus, in quo ſemper *Attianum* ſcriptum reperi. cujus optimi libri auctoritate permotus, & Xiphilini qui Ἀ'τἰλιανὸν vocat, ubique ſcribendum cenſeo *Attianum.* nec dubito quin Ταλιανὸς apud Zonaram corruptum ſit. locos aliquot exſcribam, ubi ſemper *Attianus* in Pal. ut ſemel hac opera defungar. pag. 111. editionis Caſaubonianæ: *ex equeſtri autem Tatiani tutoris quondam ſui, & Liviani Turbonis.* lege *Attiani*, ex illo Codice. pag 4. *& quum ſub primis imp rii diebus ab Trajano eſſet admonitus*, ſcribe, *ab Attiano.* nam ita Pal. quod firmat editio vetus, quæ legit, *Actiano.* eadem pag. *poſt hoc Antiochia digreſſus ad inſpiciendas reliquias Trajani, quas Tatianus, Plotina, & Mattidia deferebant.* *Attianus* etiam ibi agnoſcunt iidem libri. pag. 6. *ut quum Tatianum ex præfecto prætoris ornamentis conſularibus præditum, faceret Senatorem.* vet. ed. pro *Tatianum*, habet, *Atutinum.* lege *Attianum.* pag. ead. *quorum quidem necem in conſilia Tatiani refundebat.* eadem editio, *in Attiani.* ubicumque igitur lectum erit *Tatianus*, mutandum in *Attianus.* Xiphilinus: Ἀ'λλὰ καὶ Καίσαρα αὐτὸν καὶ αὐτοκράτορα τοῦ Τραϊανοῦ ἄπαιδος μεταλλάξαντος, ὅτι Ἀ'τἰλιανὸς πολίτης αὐτοῦ ὢν καὶ ἐπίτροπος γεγονὼς, καὶ ἡ Γλωτίνα ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας πλησίον ὄντα ἀπέδειξαν. At Titianum qui collega Gallicani fuit in conſulatu, anno Trajani decimo, perperam eundem faciunt cum hoc Attiano. illius Titiani meminit Spartianus infra. ubi magno errore Titianum pro hoc Attiano intellexit vir eruditiſſimus. verba Spartiani: *atque adeo prope cunctos vel amiciſſimos, vel eos quos ſummis honoribus evexit, poſtea ut hoſtium loco habuit, ut Attianum, & Nepotem, & Septicium Clarum. Nam Eudæmonem prius conſcium imperii ad egeſtatem perduxit. Polyænum, & Marcellum ad mortem voluntariam coëgit. Heliodorum famoſiſſimis litteris laceſſivit. Titianum ut conſcium tyrannidis, & argui paſſus eſt, & proſcribi.* Locum integrum adduxi, ut pateret diverſum eſſe Titianum ab Attiano. Cur enim heic repeteret Titia-

tutores habuit. [1]Imbutuſque impenſiùs Græcis ſtudiis, [2]ingenio ejus ſic ad ea declinante, ut à nonnullis Græculus diceretur: Quintodecimo anno ad [3]patriam re- 2 diit,

Titianum ab Adriano proſcriptum, cum tribus proxime lineis ſupra inter eos numeraſſet, quos hoſtium loco habuit Hadrianus? Hic igitur erit Titianus Gallicani collega, quem perperam cum Attiano confundit Onuphrius.

CASAUBONUS.

1 *Imbutuſque impenſius Græcis literis.*] Junior Victor, *Hic Græcis literis impenſius eruditus, à pleriſque Græculus appellatus eſt.* amat enim ille ſcriptor & res & verba è Spartiano mutuari. Græco ſermone ſcriptas non dubito Hadriani declamationes, quas ait vidiſſe, legiſſe, probaſſeque mediocriter, eruditiſſimus vir, Photius patriarcha. Ἀνεγνώσθησαν Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως μελέται διάφοροι, εἰς τὸ μέτριον τοῦ λόγου ἀνηγμέναι καὶ οὐκ ἀηδεῖς. Cùm igitur utriuſque linguæ peritiſſimus eſſet Hadrianus, præſides provinciarum utroque ſermone literas ad illum dare ſolitos obſervamus: Latinas quidem de iis negotiis quæ ad rem publicam, aut adminiſtrationem ſuam pertinerent: Græcas vero de literis & iis quæ ad eruditionem ſpectarent. Lege Arrianum in Euxini ponti Periplo.

2 *Ingenio ejus ſic ad ea declinante.*] Adeò quidem, ut & reſcripta illius Græca, & ad neceſſarios ac familiares epiſtolæ, lingua eadem ſcriptæ, per multa ſecula in eruditorum manibus ſint verſatæ: quod ex Doſithei reliquiis hodie cognoſcimus.

3 *Ad patriam rediit.*] *Ad* pro in, ſequioris ſeculi idiotiſmus. ſic, *profectus eſt ad Campaniam*, in Pio. contrà *in* pro ad. ut apud Marcellum empiricum, *medicamentum hoc refertur in Muſam Antonium.* Patria Hadriani, ut jam diximus, Italica Bæticæ urbs fuit. Sic accipiendum apud Dionem cùm ſcribit, Hadrianum qui tantum terrarum ſit emenſus, patriam tamen ſuam, poſt ſuſceptum imperium adiiſſe nunquam. τὴν πατρίδα, ait, καίτοι μεγάλα τιμήσας καὶ πολλὰ καὶ ὑπερήφανα αὐτῇ δούς, ὅμως οὐκ εἶδεν. Hanc igitur patriam ſuam primùm vidit Hadrianus, ut auctor eſt Spartianus, anno decimo quinto: quippe & natus & educatus Romæ. Atqui notandum eſt Spartiani verbum, *rediit.* cur enim ſic loquitur? an quia natus quidem Romæ Hadrianus, ſed Italicæ conceptus?

SALMASIUS.

3 *Patriam rediit.*] Magna incogitantia, vel loquendi ſecuritas in his auctoribus. quid enim iſta ſibi volunt, *ad patriam rediit*? Hadrianus Romæ natus ibidemque educatus, anno decimo ætatis, amiſſo patre tutores habuit Trajanum & Celium Tatianum. poſtea vero anno demum decimo quinto *in patriam*, inquit Spartianus, *rediit.* an viderat aliquando patriam Hadrianus, ut ex intervallo ad illam rediret? nec enim ſic ideo loqui Spartianum exiſtimem, quod natus quidem Romæ fuerit Hadrianus, Italicæ vero conceptus. hoc omnino communi ſenſui repugnat. Quis enim ſic loquatur, Romæ aliquem fuiſſe, quod eum ibi ſua mater concepiſſet, cum alias urbem illam nunquam vidiſſet? Videtur igitur Hadrianus, quamvis hoc non dicat Spartianus, Romæ quidem natus, ſed in patria educatus. uſq; ad annos, qui magiſtris traduntur. quo tempore Romam venit ad cultum ingenii capiendum. quod non obſcure innuit auctor his verbis: *imbutuſque impenſius Græcis ſtudiis ingenio ejus ſic ad ea declinante, ut vulgo Græculus diceretur.* Romæ enim ſtudiis imbutus, anno quin-

diit, ac ſtatim militiam iniit, venandi [1] uſque ad reprehenſionem ſtudioſus. Quare à Trajano abductus à patria & [2] pro filio habitus, [3] nec multo poſt decemvir litibus

quintodecimo in patriam rediit. Sed ut verum fatear, cum itionis nuſquam meminerit, eum nunc reditionis in patriam mentionem facere, mihi valde durum. Romæ natus, educatus, tutores anno decimo habuit Romæ Trajanum & Celium Tatianum, anno decimoquinto Italicam rediit. Sed quando antea fuit? Omnino mihi placet, *rediit*, heic poſitum pro ſimplici *ivit*. ſic *reddere* pro dare vel tradere. Martialis:

—— *Suburranæ tironem redde magiſtræ.*

Apulejus: *gratiſſimum avibus pabulum reddam.* pro tradam. ſic *redire* etiam infra uſurpavit auctor. cum enim dixiſſet Hadrianum in amore Trajani fuiſſe, addit paulo poſt, *denique ſtatim ſuffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediit.* nam ibi *redire* nihil aliud quam *ire* ſignificat, aut *venire*, nec reverſionis habet ſignificationem. Huc facit, quod *reditus* Latini vocant, prædiorum fructus, quos Græci προσόδους. quæ vox non reditum, ſed aditum potius ſonat. ſic *repromittere*, *promittere* eſt, & alia infinita ejuſmodi verba in quibus *re* nihil addit ad ſignificationem, ſic nobis igitur hoc loco accipiendum videtur, *Hadrianum in patriam rediiſſe*, quam nunquam antea viderat.

1 *Uſque ad reprehenſionem ſtudioſus.*] *Prehenſionem* heic pro *reprehenſionem* habet vet. editio Mediolanenſis. ita & libri legebant quos vidit Caſaubonus. quod ſi verum eſt, ſic & loquuti videntur Græci, λαμβάνεσθαι pro ἐπιλαμβάνεσθαι. Philoſtratus: λαμβάνονται δ' ἐκ τῆς παροιμίας εἰς ταπεινῶς περιῤῥιμμένης. Sed & *adprehendere* pro *reprehendere* dixit Juſtinianus his verbis: *ſed etſi quid forſitan prætermiſſum eſt, quod in tantis millibus, quaſi in profundo poſitum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obſcuritate involutum, neceſſario derelictum eſt, quis hoc adprehendere, recto animo poſſit?* ubi *adprehendere* poſitum pro *reprehendere*. ſic ἐπιλαμβάνεσθαι Græcis utrumque ſignificat. Gloſſæ veteres: ἐπιλαμβάνομαι *arripio, deprehendo, reprehendo.*

GRUTERUS.

1 *Venandi uſque ad reprehenſionem ſtudioſus.*] Pal. integer habet *venando, uſ prehenſionem*, ſpatiumque vacuum inter *uſ* & *prehenſionem* litterarum quinque; quod deinde recenti calamo ſuppletum eſt, factumque, *venando uſque ad reprehenſionem ſtudioſus.* Conſulatur Caſaubonus. Militiæ autem prodeſſe venationes; abunde oſtendimus ad iſta Livii de Romulo & Remo: *Ita geniti, ita educati; cum primum adolevit ætas, nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, venando peragrare circa ſaltus. hinc robore corporibus animiſque ſumto, &c.* l. 1. c. 4. f.

CASAUBONUS.

1 *Venandi uſque ad reprehenſionem ſtudioſus.*] Plinius epiſtola VII. libri tertii: *Erat* φιλόκαλος *uſque ad emacitatis reprehenſionem.* Libri multi, *prehenſionem.* ſimplex pro compoſito, ut *tulit* pro abſtulit, toties in his libris, & ſimilia multa. De venandi ſtudio Hadriani plura Dio. Ita inſtituebantur ad militiam. Vide Trebellium Pollionem de Odenato.

2 *Pro filio habitus.*] Refert ad conſuetudinem & convictum vitæ quotidianæ, aut militiæ contubernium. Erat moris ut nobiles adoleſcentes tirocinium agerent apud aliquem è præcipuis amicorum. ſed Hadrianus præter cæterorum morem in contubernio Trajani permanſit etiam ἀνδρωθείς. Dionis breviator, τὰ σύμπαντα συνῴκει αὐτῷ καὶ συνδιῃτᾶτο.

3 *Nec multò pòſt decemvir litibus judicandis datus.*] Ait, *nec multò pòſt*, ut hoc ſignificet, multo ante vigeſimum ætatis

tibus judicandis datus, ¹ atque inde tribunus ſecundæ adju-

tatis annum factum eſſe judicem Hadrianum: quod & ſequentia arguunt. nam decemviratu hoc functus, tribuunſque militum creatus, in Mœſiam eſt tranſlatus, vivo adhuc Domitiano: quo pereunte agebat Hadrianus annum vitæ primum & vigeſimum. Sanè & Ulpianus, eum qui non ſit minor decem & octo annis judicem admittit. Decemviros litibus ſive ſtlitibus judicandis ita circumloquitur Dio libro LIV. *οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι.* nimirum è numero centum illorum virorum qui cauſſas centumvirales diſceptabant, erant decemviri. quorum in eo negotio præcipuæ partes.

1 *Atque inde tribunus ſecundæ Adjutricis legionis cr.*] Regius codex, *ac idem.* non rectè: cùm non poſſet idem Romæ litibus operam dare, & tribunum legionis agere. Sed mutata diſtinctione ſententia hoc fortaſſe modo reformanda. *Atque idem tribunus ſecundæ Adjutricis legionis creatus poſt hoc, in inferiorem Mœſiam tranſlatus.* Non eſt dubitandum quin tempore eodem Hadrianus & creatus fuerit tribunus legionis & in Mœſiam inferiorem miſſus. neque duæ hic promotiones illius diverſæ notantur: ſed una tantùm. Favere tamen vulgatæ lectioni videtur quòd legio ſecunda Adjutrix, non in Myſia inferiore, verùm in Pannonia inferiore prætendebat. Dio libro LV. *Οὐεσπασιανὸς (κατέλεξε) τὸ δεύτερον (στρατόπεδον) τὸ ἐπικουρικὸν, τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ κάτω.* Sed de temporibus ſuis loquitur Dio: facilè autem fieri potuit, (& ſcimus ſæpe factum) ut de prima ſtatione ſua legio hæc in aliam provinciam transferretur. Legionis II. Adjutricis, cujus auctor Veſpaſianus, mentio etiam in Codice Juſtinianeo, lege prima, De profeſſoribus & medicis. Primæ verò Adjutricis quam Galba conſcripſit, meminerunt Impp. Theodoſius & Valens lege ultima Codicis, De caſtrenſi peculio, & lege ult. De apparitoribus præfectorum præt.

GRUTERUS.

1 *Atque inde tribunus, &c.*] Hæc quoque eſt ſcriptura Palatini codicis.

SALMASIUS.

1 *Atque inde Tribunus ſecundæ adjutricis legionis.*] Profert ex Regio Codice Caſaubonus, *ac idem Tribunus.* quam lectionem, nec liber Pal. nec vetus editio agnoſcunt. Sed quod idem vir eruditiſſimus mutata diſtinctione putat legendum: *atque idem ſecundæ adjutricis legionis creatus poſt hoc in inferiorem Mœſiam tranſlatus.* ut una promotio, non duæ intelligantur, & Tribunum ſecundæ legionis adjutricis tranſlatum in Mœſiam accipiamus, nimium multa ſunt, quæ huic diſtinctioni aſſenſum commodare me prohibent. Primum librorum veterum auctoritas, qui hoc in loco cum vulgatis conſentiunt. deinde hiſtoriæ ratio. nam ſecunda illa adjutrix legio, non in Mœſia inferiore ſed in Pannonia reſidebat. *ἐν τῇ Παννονίᾳ κάτω*, inquit Dio. Nec eſt quod aliquis objiciat mihi, Dionis quidem ætate in Pannonia inferiore ſtationem habuiſſe legionem iſtam, ſed poſtea in Mœſia fuiſſe collocatam. Præterea uſitata loquendi forma hanc lectionem reſpuit. nam hoc ordine procedunt promotiones Hadriani ſub Trajano. *pro filio habitus, nec multo poſt decemvir litibus judicandis datus, atque inde tribunus ſecundæ adjutricis legionis creatus, poſt hoc in Mœſiam tranſlatus.* Si de duobus autem una facienda eſſet promotio, tunc ſic auctor loqui debuiſſe videatur: *atque inde tribunus ſecundæ adjutricis legionis in Mœſiam tranſlatus.* non dubium eſt igitur veram eſſe diſtinctionem quæ habetur in editis, nec ea ſollicitanda eſt.

adjutricis legionis creatus, [1] poſt hoc in inferiorem Mœſiam tranſlatus, extremis jam Domitiani temporibus. [2] ibi à mathematico quodam de futuro imperio id dicitur comperiiſſe, quod à patruo magno Ælio Adriano [3] peritiam cœleſtium callente, prædictum eſſe compererat. [4] Trajano à Nerva adoptato, [5] ad gratulationem

eſt. non dicit autem quid muneris ibi facturus, in Mœſiam tranſlatus ſit Adrianus. videtur alicujus militaris legationis gratia. ſic enim paulo poſt: *Trajano à Nerva adoptato ad gratulationem exercitus miſſus, in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt.* tranſlatus igitur in Mœſiam, vel Tribunus etiam legionis ibi futurus, vel aliquo uberiore atque honeſtiore ſtipendio militaturus, ut in vita Pertinacis: *Inde ad ducenum ſeſtertiorum ſtipendium tranſlatus in Daciam.* quam lectionem fruſtra mutant doctiſſimi viri, ut pluribus ibi docebimus.

GRUTERUS.

1 *Poſt hac in inferiorem Mœſiam tranſlatus.*] Ita diſtinguit, ita exprimit Pal.

2 *Ibi à mathematico quodam.*] Pravè avidi ſumus omnes ſcire futura. itaque vix eſt quin quiſque aſtrologos adeat: vereque de iis ipſis Tacitus lib. 1. Hiſt. cap. 22. *Genus hominum, potentibus infidum, ſperantibus fallax; quod in civitate noſtrâ, & vetabitur ſemper, & habebitur.* quid ni?

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

CASAUBONUS.

3 *Peritiam cœleſtium callente.*] Σοφὸν τὰ οὐράνια, vel τὰ περὶ οὐρανοῦ quod eleganter dixit Auſonius,

Tu cæli numeros & conſcia ſidera fati Callebas.

Sic autem loquitur Spartianus, ne ſi diceret aſtrologum aut mathematicum vel genethliacum, civem Romanum ejus loci infamaret: nam ita vocibus illis ad invidiam utebantur. Hic igitur cùm recens nati Hadriani geneſin indagaſſet, ex artis præceptis imperii ſpem aliquam ei fecerat: quod cùm in illius animum penitiùs deſcendiſſet, nactus in Myſia mathematicum, hoc arcanum cum ipſo communicavit. Spartiani hæc mens.

4 *Trajano à Nerva adoptato ad gratulationem exercitus miſſus.*] Emendabat columen literarum Joſephus Scaliger, *ad gratulationem, exercitus miſſu in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt.* certa emendatio ſi *tranſlatus eſt*, interpretemur, profectus eſt, venit. Erit tum ſenſus: allato in Myſiam inferiorem nuntio de adoptione Trajani, miſſum fuiſſe Hadrianum ab exercitu Myſiaco in Germaniam, ut Trajano qui illi tum præerat, exercitus nomine gratularetur. Sin ita τὸ *tranſlatus eſt*, accipimus, ut paullò antè cùm in inferiorem Myſiam Hadrianum dixit tranſlatum, nec mutatione opus & totius loci ſententia capienda hoc modo. Cùm XIIII. Kal. Octobris, aut non multò pòſt, celebrata fuiſſet Romæ Trajani per Nervam adoptio, ubi ejus rei fama in Mœſiam inferiorem eſt perlata, ſtatim à provinciæ Præſide, vel ab ipſo exercitu miſſus eſt Hadrianus Romam, qui ſeni Imperatori conſenſum & gratulationem exercitus deferret. Ibi tum egiſſe cum Nerva Hadrianus videtur, ut quo propius à Trajano conſobrino ſuo abeſſet, relicta Myſia, ſtipendia mereretur in Germania. Ita Imperatoris iuſſu in ſuperiorem Germaniam tranſlatus eſt Hadrianus. qui vix eo pervenerat, cùm de morte Nervæ auditum eſt, quæ ſequentis anni principio ante diem ſextum accidit Kal. Febr. Erat tum temporis Trajanus in Ger-

nem exercitus miſſus, in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt: ex qua feſtinans ad Trajanum ut primus nuntiaret exceſſum Nervæ, ' à Serviano ſororis viro (qui & ſumptibus & ære alieno ejus prodito Trajani odium in eum movit) diu detentus, fractoque conſultè vehiculo

Germania inferiore, longiùſque à Roma aberat quàm Hadrianus. qui intellecto Nervæ exceſſu, è veſtigio ad Trajanum iter arripuit, gratiam aucupatus læti adeò nuntii. Invenit autem, opinor, Trajanum apud Agrippinam coloniam: ibi enim ſuſceptum ab illo imperium Aurelius Victor ſcribit.

SALMASIUS.

4 *Trajano à Nerva adoptato ad gratulationem exercitus miſſus.*] Mirum mihi videretur hoc loquendi genus, ſi ita acciperemus, ut viris doctiſſimis accipiendum placet: *ad gratulationem exercitus mitti*, pro, ad gratulandum exercitus nomine mitti. ſed hac loquutione cui vel quibus gratulatus ſit, non diceret auctor; quod tamen tacere non debuit. Si enim exercitus nomine miſſus ad gratulandum Hadrianus de adoptione Trajani, quinam illi ſunt, ad quos miſſus eſt? miſſum ſcilicet Hadrianum intelligemus ab exercitu Mœſiaco Romam ut gratularetur Trajano, & poſtea eumdem tranſlatum in Germaniam ſuperiorem. hoc vero nimis impeditum intricatumque eſt. nec verba Spartiani hanc ſententiam patiuntur. Sed nec vera Scaligeri emendatio corrigentis: *ad gratulationem, exercitus miſſu, in ſuperiorem Germaniam tranſlatus eſt.* Simplicius multo eſt, nihil mutare, & ſic accipere, Trajano à Nerva adoptato, Hadrianum ad exercitus gratulationem miſſum, in ſuperiorem Germaniam tranſlatum eſſe. id eſt, miſſum ad gratulandum exercitui de Trajano adoptato, Germaniæ præſide. Sane non aliter licet capere illa verba, *ad gratulationem exercitus* quam *ad gratulandum exercitui* Germaniæ autem præerat Trajanus cum à Nerva adoptatus eſt. miſſus igitur ad gratandum exercitui Germaniciano Hadrianus de adoptione Trajani, ducis ac præſidis ſui, & ad eam rem in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt. ne cui autem mira aut nova videatur hæc locutio, *mitti ad gratulationem exercitus*, pro *mitti ad gratulandum exercitui:* eodem plane loquendi modo dicitur in jure noſtro, *deportatione inſulæ condemnari*, qui deportandus in inſulam condemnatur. de qua loquutione nos alibi.

GRUTERUS.

5 *Ad gratulationem exercitus miſſus, in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt.*] Pal. non agnoſcit voculam *in*, niſi à manu ſecundâ; quo ipſo firmatur emendatio magni illius Joſephi Scaligeri *ad gratulationem, exercitus miſſu, in Germaniam tranſlatus eſt.* ſ enim ſæpe degenerat in *in*. verùm de hac re videantur & notæ amiciſſimi noſtri Caſauboni.

CASAUBONUS.

1 *A Serviano ſororis viro diu detentus.*] Videtur Servianus ſtationarii aut potiùs curioſi (curſum publicum curabant iſti, ut & qui Græcis λογοθέται vel φροντισταὶ τοῦ δρόμου dicebantur) munus curaſſe in illa provincia. Tergiverſandi autem prætextus non deerat: quia ſine tractoria & apicibus principis cogi ad veredorum exhibitionem ſtationarii non poterant. Hadriano, ut in tali re, diploma fuit nullum.

1 Pe-

culo tardatus, [1] pedibus iter faciens, [2] ejuſdem Serviani

1 *Pedibus iter faciens.*] Rara & meritò mirabilis diligentia: pedibus curſum publicum antevertiſſe. Alibi ſcribit Spartianus Hadrianum *vicena millia pedibus armatum ambulaſſe.* quot igitur fecit expeditus? Et tamen res eò facilior quòd paucis diebus confici hoc curriculum potuit: neque enim Trajanus in ultimam receſſerat provinciam: quem in Agrippioenſium Vibiorum colonia repertum modò dicebamus. In longiore intervallo major fuiſſet difficultas, atque adeò, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ſupra humanarum virium modum.

2 *Ejuſdem Serviani beneficiarium antevenit.*] Legebatur in omnibus libris, *ejuſdem S. beneficio ad Trajanum antè venit.* abſurda ſententia: ſed & falſa ac palàm cum ſuperioribus verbis pugnante. Regius codex & Puteani, *e. S. veneficiarium antevênit.* prono errore & frequenti *v* littera loco *b* poſita. nam auctor ſcripſerat *beneficiarium*. Elegans prorſus & neceſſaria correctio. Servianus cùm non poſſet ipſe ad Trajanum contendere, unius è militibus ſuis opera in eam rem eſt uſus. Soliti milites hanc operam ducibus ſuis ac præfectis præſtare. Ariſtides Sacrarum libro II. ubi ſuum in Italiam iter deſcribit, tanta contentione ſe uſum ait, ut ipſos milites qui nuntios deferunt anteverteret: ὥστε γὰρ, inquit, οἱ τὰς ἀγγελίας κομίζοντες τῶν στρατιωτῶν ἡμᾶς γε παρῆλθον. Hujus generis milites erant certo numero ſingulis legionibus attributi, optiones, teſſerarii, ſpiculatores, & frumentarii. At Servianus, ut in tanti momenti re hominem miſit, cujus ſibi eſſet perſpecta fides ac diligentia: hoc eſt, ut loquitur Spartianus, beneficiarium ſuum. Qui alicujus commendatione aut ſuffragio fuerant promoti, beneficiarii illius dicebantur: ut in veteri inſcriptione, BENEFICIARII CONSULIS, & BENEFICIARIUS PROCONSULIS, item BENEFICIARIUS PRÆTORIS, & id genus alia. Suetonius in Tiberio cap. XII. *Venit etiam in ſuſpicionem per quendam beneficii ſui centurionem:* ad quem locum plura olim de iſtis beneficiis notabamus. Quia autem perſæpe improbi magiſtratus per iſtos ſcelera ſua patrabant, & concuſſiones exercebant, ideo Tertullianus *beneficiarios* accenſet curioſis, tabernariis, laniis, furibus balnearum, aleonibus & lenonibus. Juſtinianus quoque Novella XIII. inter præfecti vigilum miniſtros rapinis ſuis notos βενεφικιαλίους nominat, hoc eſt beneficiarios. λ in hac voce locum τοῦ ρ occupat: ut contrà in Euangelio φραγελλώσας pro flagellare. ſunt enim hæ liquidæ facilè invicem permutabiles, ut alibi diſputamus.

GRUTERUS.

2 *Ejuſdem Serviani beneficiarium antevenit.*] Ita forſan quoque fuit in Palatino noſtro: ſed eraſum à ſcriba poſterioris ævi, quod exaratum eſſet *veneficiarum*, factumque, *ejuſdem Serviani veneficia antevenit.*

SALMASIUS.

2 *Ejuſdem Serviani beneficiarium antevenit.*] Ita eleganter reſtituit Caſaubonus. nam ſic planè Palatinus noſter. Beneficiarios interpretatur Feſtus qui vocationem munerum habebant, beneficio. nam ita legendum apud Feſtum: *Beneficiarii qui muneribus vacabant, beneficio.* Vulgo legitur, *qui muneris beneficio vacabant.* opponebantur igitur munificibus beneficiarii: beneficiarii enim muneribus vacabant, beneficio Ducis vel Tribuni. Hinc in veteribus monumentis beneficiarii præſidum, præfectorum, conſulum, proconſulum, & legatorum, Tribunorumque. Frequentiſſime Tribunorum beneficiarii occurrunt: & Vegetius beneficiarios eſſe ait qui beneficio Tribuni promovebantur. extant etiam inſcriptiones in quibus

ni beneficiarium antevenit: [1] fuitque in amore Trajani, nec

quibus beneficiarii abſolute vocantur, non appoſito, cujus beneficio id meruerint. Fugit autem ratio doctiſſimum virum ad hunc locum qui Tertullianum beneficiarios curioſis, tabernariis, laniis, furibus balnearum, aleonibus, & lenonibus ideo accenſuiſſe ſcribit, quod per eos perſæpe improbi judices ſcelera ſua, & concuſſiones exercerent. quid cogitabat, cum illa ſcriberet neſcio. Tertullianus libro De fuga in perſecutione, beneficiarios quidem & curioſos ſimul nominat, ſed non ut iis lenones & fures accenſeat. Immo dolendum ait quod in matricibus beneficiariorum, & curioſorum, una cum tabernariis, lenonibus, aleonibus Chriſtiani vectigales recenſeantur. verba ejus hæc ſunt: *neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum, & curioſorum inter tabernarios & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque vectigales continentur.* nec melius alter ille, vir item doctiſſimus, qui ad eum Tertulliani locum notat, beneficiarios opponi curioſis, & hanc lepidam adjungit rationem, *quia beneficiarii miniſterio præſtando, curioſi ſignificandis rebus, quas cognoverant, tenebantur.* quaſi id voluerit Tertullianus, aut ſenſus illius loci hanc præclaram differentiam & diſtinctionem beneficiariorum ac curioſorum poſtularet. Beneficiarios & curioſos ſimul ponit Tertullianus quod iis exigendarum vectigalium cura incumberet: ideo in eorum matricibus Chriſtiani vectigales continebantur. non hoc dolet Tertulliano quod Chriſtiani vectigales in libris cenſualibus beneficiariorum continerentur: quo jure enim vectigales eſſe recuſaſſent? ſed quod tanquam impuræ vitæ homines, impuris accenſerentur & improbitatis notæ hominibus, ut lenonibus, aleonibus, tabernariis, laniis & id genus. beneficiarios in officio Rationalis fuiſſe, quibus exhibitio curſus publici & primipili neceſſitas injungeretur, habemus Cod. Theod. de cohort. princip. cornic. & primip. *beneficiarii vel officiales Rationalis*, &c. Sed & in aliorum præſidum præfectorumque officiis beneficiarii apparebant. ex diverſis autem officiis mittebantur, qui curſum publicum exhiberent, qui vectigalia exigerent, & paſtum primipili curarent, ut ſtationarii, curioſi, beneficiarii, primipilarii, principes, cornicularii, & id genus cæteri, de quibus nos alibi affatim. Beneficiariorum opera & miniſterio utebantur magiſtratus in reis conquirendis & exhibendis. Sic enim in edicto Maximini apud Euſebium de Chriſtianis: ὅμως ἵνα μήτε ὑπὸ τῶν βενεφικιαλίων, μήτε ὑπ' ἄλλων τῶν τυχόντων ὕβρεις, μήτε σεισμοὺς ὑπομένειν, ἀκόλουθον ἐνόμιζα καὶ τούτοις τοῖς γράμμασι τὴν σὴν στιβαρότητα ὑπομνῆσαι. in altero edicto ejuſdem Maximini officiales appellantur, quos beneficiarios in illo priore edicto appellaverat: ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως ἐξ ἧς κεκελευσμένον ἦν ὑπὸ τῶν θειοτάτων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξαρθῆναι πολλοὺς σεισμοὺς καὶ ἀποστερήσεις ὑπὸ τῶν ὀφφικιαλίων γεγενῆσθαι.

1 *Fuitque in amore Trajani, nec tamen ei per pædagogos defuit.*] Locus hic eruditiſſimi viri ſententia, & mancus & corruptus eſt. mea vero leviter corruptus tantum, non etiam mutilus. illa enim, *per pædagogos puerorum favente Gallo*, merito negotium faceſſunt. levi mutatione lego: *nec tamen ei ſuper pædagogos puerorum, Gallo favente, defuit.* hoc eſt, nec ei defuit amor Trajani, Gallo ſuper pædagogos puerorum, quos impenſius diligebat Trajanus, favente. Erat hic Gallus, ut videtur, ſuper pædagogos puerorum delicatorum Trajani, id eſt præfectus pædago-

[1] nec tamen ei per [2] pædagoges puerorum quos Trajanus

gogorum. ſic *ſuper velarios*, eſt præpoſitus velariorum in veteri inſcriptione: SUPRA. VELARIOS. DE. DOMV. AUG. ſic *ſuperjumentarius* apud Suetonium, jumentariorum præfectus, in Claudio: *quem barbarum, & olim ſuperjumentarium, ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcunque de cauſis quam ſæviſſime coerceret.* ſic *ſuperſtationarius* apud Optatum Milevitanum ſtationariis præpoſitus. ſic *ſuper hereditates libertus* apud Marcellum empiricum: *hoc Anteros Tiberii libertus ſuper hereditates curatus eſt.* is eſt qui in veteri inſcriptione dicitur, *procurator patrimonii & hereditatum.* ſic & *ſuperpoſitus medicorum* in veteri item inſcriptione dicitur, qui *ſuper medicos* poterat dici. Scribit igitur Spartianus Adrianum in amore Trajani fuiſſe, ob nuntium allatum de exceſſu Nervæ, nec ei defuiſſe favente Gallo, qui ſuper pædagogos erat delicatorum Trajani. nec huic ſententiæ obſtat, quod paulo poſt ſequitur ſuffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediiſſe. gradus enim quoſdam quaſi deſignat amoris Trajani erga Hadrianum. & primo quidem in illius amore fuiſſe, cum primus ei nunciaſſet exceſſum Nervæ, quo in amore retinendi faventem habuit ſibi Gallum pædagogorum præfectum. poſtea ſuffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediiſſe: poſt mortem vero Suræ, familiaritatem erga ipſum Trajani creviſſe, cauſa epiſtolarum quas dictabat, favente etiam nonnihil Plotina.

CASAUBONUS.

1 *Nec tamen ei per pædagogos p.*] Corruptus locus, &, ut videtur, mutilus. quid enim hæc ſignificent? à Mss. auxilium nullum. Vir magnus tentabat facere medicinam & reſcribebat, *nec tamen ei, pædagogo puerorum quos Trajanus impenſius diligebat, Gallo favente defuit.* Movent nos illa verba, *fuitque in amore Trajani:* quibus non ſatis hæc lectio videtur convenire. ſi enim per ſe amatus eſt Trajano, nihil ei opus cujuſquam patrocinio. Sed & ſequentia verba aliò nos ducunt. Nam ſi amicitia Trajani floruit tum Hadrianus, quid eſt cur eo potiſſimum tempore de illius judicio dicatur fuiſſe ſollicitus? Adde quod ſequitur non longo pòſt intervallo: *Denique ſtatim ſuffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediit.* quibus verbis ſignificatur, niſi fallor, friguſculum aliquod Trajani erga Hadrianum amori interveniſſe. Quare totum locum ita concipimus: *fuitque in amore Trajani: nec tamen ei per pædagogos puerorum quos Trajanus impenſius diligebat, Gallo faciente, invidia defuit.* hoc vult: Gallum qui Hadriano Trajani amicitia florenti invideret, pædagogos delicatorum Trajani puerorum ſtimulaſſe, ut Hadrianum apud imperatorem παιδεραστῇ traducerent, quaſi rivalem videlicet ejus amorum. Trajanum in eam fœditatem fuiſſe proclivem, notiſſimum ex Dione, Juliano, aliis. etſi contrarium Plinius ſuadet, caſtitatem illius dilaudans.

GRUTERUS.

1 *Nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Trajanus impenſius diligebat, Gallo favente, defuit.*] Corruptus locus: ſed nihil juvat Palatinus codex; qui nullâ litterâ abit à vulgato. variè locus emendatur, ſed meo judicio minus feliciter. nam certè illud *Gallo favente* prorſus heic ineptum. quis enim iſte *Gallus*? hariolabar aliquando; *nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Trajanus impenſius diligebat, malefaventia defuit*; ut nimirum nocuerit loco verbum inuſitatius.

SALMASIUS.

1 *Nec tamen ei defuit.*] *Tamen* hoc loco παρέλκει, aut poſitum eſt pro *autem*, vel *quidem*. ſic in vita Commodi: *tunc tamen Perennis cuncta ſibimet vindicavit, quos voluit interemit, ſpoliavit*

janus impenſiùs diligebat, Gallo favente defuit. Quo quidem tempore quum ſolicitus [1] de imperatoris erga ſe judicio, [2] Virgilianas ſortes conſuleret,

Quis

liavit plurimos. idem in libris juris ſæpe mihi obſervatum, ut de Peculio: *licet tamen prætor ſi cum qui in poteſtate ſit, geſtum ſit, pollic eatur actionem, tamen ſciendum eſt, etſi in nullius ſit poteſtate, de peculio dari actionem.* Et D. Mand. vel contra leg. Lucius Titius: *non abſimilis illa quæ frequentiſſime agitari ſolet. fidejuſſor an & prius quam ſolvat agere poſſit ut liberetur, nec tamen ſemper expectandum eſt, ut ſolvat aut judicio accepto condemnetur, ſi diu in ſolutione reus ceſſabit.* poſſem & alia innumera proferre exempla, ſed hæc ſufficere credo. non alia igitur opus habebat mutatione hic locus.

CASAUBONUS.

2 *Pædagogos puerorum.*] Lapis Romæ. T. FLAVIO. AVG. LIB. GANYMEDI. PÆDAGOGO. PVERORVM. CÆS. N. alius, D. M. TI. CLAVDIO. AVG. LIB. GRATIO. PÆDAGOGO. PVERORVM. CÆRETANORVM. AVG. N. SER. FECIT. item alius lapis: D. M. P. ÆLIVS. AVG. LIB. LYCVS. PÆDAGOG. PVERORVM. AC. APVT. AFRICAS. τὸ AC. principium eſt nominis quo patria iſtorum puerorum declarabatur. ſed erant in Africa plures populi quorum nomina ita incipiebant.

1 *De imperatoris erga ſe judicio.*] *Judicium* hic non eſt κρίσις, & opinio de alicujus virtute aut vitio: ſed, ut paſſim apud juris auctores, propenſio ad amorem aut odium: quos affectus ſuprema ſua ordinantes declarare homines ſolent. De ſucceſſione imperii ſollicitus erat Hadrianus.

2 *Virgilianas ſortes conſuleret.*] Μαντικῆς illius quæ per ſortes divinabat, multæ leguntur ſpecies. Eſt enim κληρομαντεία quaſi genus quoddam in diverſas ſpecies fuſum. quæ hic commemoratur ea eſt quam Græci ῥαψῳδομαντείαν vel ῥαψῳδομαντικὴν, & eam callentes ῥαψῳδομάντεις nominant. Etiam hujus varii modi. Interdum nobilis alicujus poëtæ ſelectos verſus in pittaciis deſcribebant: quibus in ſitulam conjectis idem ordo ſervabatur qui in aliis ſortitionibus, queis urna interveniebat. de hoc genere propriè dicitur *ſors excidit* vel *extitit*, & κλῆρος ἐξέπεσε. Interdum verſus fatidicos in tabella deſcribebant, & talorum arbitrante alea divinationem peragebant. Hic eſt πίναξ ἀγυρτικὸς ſive ἀγυρτικὴ σανίς, cujus ſæpe in libris Græcorum fit mentio. Fuit & modus alius ῥαψῳδομαντείας: cùm temere arrepto & aperto poëtæ cujuſdam libro, ut quidque primum oculis ſe objecerat, pro ſorte id & oraculi loco habebatur. B. Auguſtinus Confeſſionum libro IV. capite III. *A quo ego cùm quæſiſſem qua ex cauſſa hoc fieret, ut multa vera à planetariis pronunciarentur: reſpondit ille ut potuit, vim ſortis hoc facere in rerum natura uſquequaque diffuſam. Si enim de paganis poëtæ cujuſpiam longè aliud canentis atque intendentis, cùm ſorte* (vel *ſortem*) *quis conſuluit, mirabiliter conſonus negotio ſæpe verſus exiret: mirandum non eſſe*, &c. Atque hoc divinationis genus à paganis acceptum, & Rabbinorum curioſitas frequentavit, & veteres etiam Chriſtiani interdum uſurparunt, ſubſtituto in poëtarum locum ſacri fœderis utroque teſtamento. Gregorius Turonenſis libro IV. tmemate XVI. *Poſitis clerici tribus libris ſupra altarium, id eſt prophetiæ, apoſtoli, atque evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chriſtiano quid eveniret oſtenderet.* Mox, *Aperto igitur primo omnium prophetarum libro reperiunt, Auferam maceriam ejus.* libro quinto, *Ego verò reſerato Salomonis libro verſiculum qui primus occurrit arripui, qui hæc continebat, Oculum qui adverſus aſpexerit patrem,*

 &c. Se-

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? noſco crines [1] *incanáque menta*
Regis Romani, [2] *primam qui legibus urbem*
Fundavit, Curibus parvis & paupere terra,
Miſſus in imperium magnum, cui deinde ſubibit,
ſors excidit, [3] quam alii ex Sibyllinis verſibus ei proveniſ-

&c. Sequitur, *Poſt hæc continuato triduo in jejuniis, vigiliis atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, revolvit librum qui erat Regum. Verſus autem primus paginæ quam reſeravit, hic erat: Pro eo quod dereliquiſtis Dominum Deum,* &c. Vide ejuſdem librum v. tmemate XLIX. & Nicephorum Gregoram libro octavo: ubi ſimilis Andronici ſenioris conſultatio aperto Pſalmorum volumine. Aliquando qui conſulebant, non aperiebant ipſi libros ſacros, ſed de voce diaconi legentis in eccleſia omen captabant: cujus rei exemplum eſt apud eundem Gregorium libro octavo, tmemate quarto. Metaphraſtes in Octobri, de B. Cypriano loquens (is alius eſt ab eo cujus hodie extant ſcripta) tranſitum ad partes Chriſti meditante. εἰσιὼν τοίνυν εἰς τὸ κυριακὸν δεξιὸν ἐποιεῖτο σύμβολον τὴν εἰς τὸν ναὸν εἴσοδον, εἴ τι προσκοπῶν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὴν ἀκροάσεως ῥήματα συμβαίνοντα ἴσχοι· εἶχε μὲν οὖν τοὺς πόδας τῆς ἐκκλησίας ἐντός· εἶχε δὲ παραδόξως καὶ τὸν διάκονον, ὥσπερ δὴ πρὸς τοῦ ἀποστόλου διατεταγμένα. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. ὡς δὲ καὶ πρὸς τοῦ προφήτου, Εἶδε Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς. Κύριε μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ· κατ' αὐτὸ δὲ τὸν Ἡσαΐαν ὑπαναγινώσκειν ἕτερος, Ἰδοὺ συνήσει λέγων ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ᾑρέτισα. ἅπερ ἅπαντα συνᾴδοντα τῷ ἰδίῳ κρίνας σκοπῷ, ἐντελέστερος πρὸς τὴν εἰς Θεὸν πίστιν συνεβίβαζε τὴν ψυχήν, ἅτε συνετὸς ὢν ἄγαν, καὶ τὸ δέον συνιδεῖν ὀξύτατος.

SALMASIUS.

1 *Incanaque menta.*] Optimè in Hadrianum conveniebat, quem canes ad imperium attuliſſe quidam volunt, in vita Taciti: *Hadrianus ſenex ad imperium venit.* Pſeudoſibylla de Hadriano:

—— μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνήρ ——

2 *Primam qui legibus urbem.*] Non de induſtria mutatum puto, *primus* in *primam*, quod illud *primus* Adriani vita non caperet; ſed memoria lapſum Spartianum in referendis verſibus. nec enim qui ſortes Virgilianas conſulebant, quidquam mutare conſueverant, de verbis poëtæ. nec erat neceſſe omnia verba ad amuſſim quadrare in perſonam illius, qui conſulebat. ſed nec id fieri poterat. ſatis erat intelligi quid & cui portenderetur. At iſta ſorte quæ Adriano conſultante excidit, nemini dubium potuit eſſe, quin illi portenderetur imperium.

GRUTERUS.

2 *Primam qui legibus urbem Fundabit.*] Ita Regius codex quem conſuluit Caſaubonus. nam noſter Pal. *Fundavit*, ut vulgati. neque mirandum. ſcribis veteris ævi *u* & *b* mutuas præſtabant vices.

CASAUBONUS.

2 *Primam qui legibus urbem Fundavit.* Scrib. *Fundabit.* Apud poëtam eſt *primus*: ſed hoc videtur de induſtria mutatum, ut falſum de Hadriano & invidioſum nimis futurum. Regius codex, *Roman qui l. v. Fundabit.*

3 *Quam alii ex Sibyllinis verſibus ei proveniſſe dixerunt.*] Cùm Hadrianus non Virgi-

veniſſe dixerunt. [1] Habuit autem præſumptionem imperii

Virgilium, ſed oraculorum Sibyllinorum librum conſuluiſſet. Sanè etiam in ſubdititiis verſibus qui extant hodie ſub Sibyllarum nomine, luculentum de Hadriano eſt oraculum hoc:

—— μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνήρ· τῷ δ' ἔσσεται
ὄνομα πόντου.
Ἔσται καὶ πανάριστος ἀνήρ, καὶ πάντα
νοήσει.

Planiſſimè Hadrianum deſcribit: cui illud optimè convenit, πάντα νοήσει: nam hanc maximè gloriam affectavit, ut omnes artes, omnes diſciplinas, atque adeò quicquid ἐπιστητὸν, aut ſciret, aut videretur ſcire. De canitie quam voce ἀργυρόκρανος illi attribuit, poteſt dubitari: non enim videtur ad imperium canos attuliſſe, qui annis quadraginta non eſſet tunc multo major. Illud perſpicuè falſum, ἔσται καὶ πανάριστος. Illéne perfectè bonus, cujus defuncti memoriam ſenatus minimo minùs damnavit & nomen eraſit?

1 *Habuit autem præſumptionem imperii.*] *Præſumptio* eſt πρόληψις, anticipata rei notitia, πρόγνωσις. vox philoſophorum. nam apud J. Ctos, Caſſiodorum, alios, non id ſignificat. Prætermittit autem Spartianus hoc loco aliam præſumptionem futuri imperii quam ex Caſtalio fonte habuit Hadrianus. Narrat Ammianus Marcellinus libro XXII. *Hæc dum ita procedunt more pacis, multorum curioſior Iulianus novam conſilii viam ingreſſus eſt, venas fatidicas Caſtalii recludere cogitans fontis: quem obſtruxiſſe Cæſar dicitur Hadrianus, mole ſaxorum ingenti: veritus ne ut ipſe præcinentibus aquis capeſſendam Remp. comperit, etiam alii ſimilia docerentur: ac ſtatim circumhumata corpora ſtatuit exinde transferri, eo ritu quo Athenienſes inſulam purgaverant Delon.* Fuit cùm de Caſtalio fonte ad Delphos locum hunc caperem. Memineram enim legere in Græcorum hiſtoriis & martyrologiis miſſum aliquando ad Delphicum Apollinem Oribaſium à Juliano: cui hæc ſors dicitur edita:

Εἴπατε τῷ βασιλῆϊ, χαμαὶ πέσε
δαίδαλος αὐλά.
Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν,
οὐ μάντιδα δάφνην,
Οὐ παγὰν λαλέουσαν· ἀπέσβετο
καὶ λάλον ὕδωρ.

Sed vetat præcedens apud Marcellinum Antiochiæ mentio: & liquidiùs multo Sozomenus qui eandem hiſtoriam his verbis refert libro quinto cap. XIX. Ἀμέλει τοι, inquit, καὶ Ἀδριανῷ ἔτι ἰδιωτεύοντι τὰ περὶ τῆς βασιλείας αὐχοῦσιν ἐνθάδε προμεμηνῦσθαι· φασὶ γὰρ αὐτὸν φύλλον δάφνης ἐμβάψαντα τῇ πηγῇ ἀρύσασθαι τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν ἐγγράφως ἐπὶ τοῦ φύλλου δηλωθεῖσαν· παρελθόντα δὲ εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταχῶσαι τὴν πηγὴν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι καὶ ἄλλοις προμανθάνειν τὸ μέλλον.

SALMASIUS.

1 *Habuit autem præſumptionem imperii.*] *Præſumptio* heic non eſt ſimpliciter πρόγνωσις, ſed fiducia quædam & ſpes indubitata rei neceſſario eventuræ. Sic infra præſumptionem adoptionis cum dicit habuiſſe, cum omnino certus eſſe cœpit de adoptione: *in adoptionis ſponſionem venit Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis, & quos poſtea ipſe ſemper inſequutus eſt in ſuſpicionem adfectatæ tyrannidis lapſis, ſecundo conſul Plotinæ favore factus totam præſumptionem adoptionis emeruit.* ubi vides plus aliquid habere præſumptionem quam ſponſionem, & magis eſſe certam. Spondemus enim nobis quæ plerumque eventura non ſunt. Sed non niſi pæne certa præſumimus. ita hoc loco præſumptionem imperii habuiſſe dicitur Hadrianus, qui præſumeret certò ſibi eventurum ut imperaret.

imperii mox futuri [1] ex ſano quoque Nicephorii Jovis manante reſponſo, quod [2] Apollonius Syrus Platonicus libris ſuis indidit. Denique ſtatim [3] ſuffragante Sura, ad

CASAUBONUS.

1 *Ex ſano quoque Nicephorii Iovis manante reſponſo.*] Prima editio *Nicefori*, rectiùs. nam poſt victoriam partam, cujus fuit monumentum oppidum Nicephorium, ante omnia poſitum eſt Iovis Victoris fanum : quo nomine etiam Romæ colebatur: Græcis ἱερὸν Διὸς νικηφόρου : non autem Νικηφορίου; quaſi ab urbe, quæ poſtea acceſſit, cognomen illud Jupiter inveniſſet. imò vero ἀπὸ τοῦ Νικηφόρου Διὸς, Νικηφόριον τὸ κτίσμα eſt appellatum. Ubi verò fuit iſtud Nicephori Iovis fanum, quod oracula ſciſcitantibus redderet, nemo veterum, opinor, eſt qui nos doceat : cùm ex hiſtoria & geographia conſtet, variis locis eo cognomine cultum olim Iovem.

2 *Apollonius Syrus Platonicus.*] Addit *Platonicus*, ne confundamus cum Apollonio Calchidenſi, de quo in M. Antonino. uterque Syrus, uterque philoſophus : ætas quoque eadem, aut non multùm diverſa. ſed Platonicus hic, ille Stoicus.

GRUTERUS.

1 *Ex ſano quoque Nicephori Jovis.*] Palat. *Nicefovii Jovis.* altera ſcriptura eſt ab editione principe.

SALMASIUS.

1 *Ex ſano Nicephorii Iovis.*] Mediolanenſis editio, *Nicephori.* quod eſſet Νικηφόρου. Sed optimus liber habet, *Nicephorii*, cui magis accedo. Νικηφόρος Ζεὺς multis locis cultus, ut de quo Nicephoro heic intelligendum ſit, merito dubitari poſſit. ſed legendo *Nicephorii*, nulla erit dubitatio quin de Nicephorio urbe ſit capiendum, in qua Iovis Nicephorii fanum, ex quo reſponſum manavit Hadriano. Nicephorium urbs circa Edeſſam. ἐθνικὸν Νικηφόριος. unde Iuppiter Nicephorius. Stephanus: Νικηφόριον οὕτως ἡ Κωνσταντίνα ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις. τὸ ἐθνικὸν Νικηφόριος ὡς Βυζάντιος. neſcio an alia urbs hoc nomine. Certum tamen mihi eſt à loco dictum eſſe hunc *Nicephorium Iovem.* ſic à locis idem dicebatur, Ἀλεῖος, Ἀπισαυλῖος, Ἀταβύριος, Κάριος, Κάσιος, Ταραντῖος, Δολιχαῖος, qui *Dolichenus* in veteri inſcriptione. ſic & *Iovi Damaſceno* in iiſdem inſcriptionibus.

2 *Apollonius Syrus Platonicus.*] Fateor me dubitaſſe diu multumque, an non hic eſſet Chalcidenus ille philoſophus quo magiſtro uſus Marcus imperator. Chalcis enim, ut notum, eſt urbs Syriæ, cujus ἐθνικὸν, Χαλκιδηνός. Sed ille Chalcidenus Stoicus fuit. & Dio eum accenſet τοῖς Ζηνωνείοις λόγοις μελετῶσιν. At iſte Platonicus. Apollonium neſcio quem memorat Suidas, qui Adriani temporibus vixerit. putarem hunc ipſum eſſe qui heic nominatur niſi Τυανεὺς ibi diceretur. Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς νεώτερος γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ὡς Ἀγρέσφων ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων. Sed cur ille Agreſphon, quiſquis eſt, in illo ſuo περὶ ὁμωνύμων libro, hos ὁμωνύμους Apollonios non recenſuit, hunc Platonicum, & illum Stoicum? neſcio tamen an Syrus appellari poſſit, qui Tyanenſis fuerit. Nam Tyana ad portas Cilicias ſita, à quibus in Syriam breviſſimus tranſitus.

CASAUBONUS.

3 *Suffragante Sura.*] Licinio Suræ: de quo & de Trajani erga ipſum amicitia,

ra, ad amicitiam Trajani pleniorem rediit, [1] nepte per ſororem Trajani uxore accepta, favente Plotina, Trajano leviter (ut [2] Marius Maximus dixit) volente. [3] Quæſturam geſſit [4] Trajano quater [5] & Arunculeio 3
Coss.

citia, multa Juvenalis, Martialis, & Dio. Julianus eſt auctor in ſuis Cæſaribus, Trajanum in formandis epiſtolis & orationibus, hujus opera plurimum uſum.

1 *Nepte per ſororem Trajani uxore accepta.*] Sabina ut ante diximus. Iuris auctoribus & vetuſtioribus Latinis *nepos* eſt tantum, ὁ ἔκγονος, filii aut filiæ natus. Poſterior ætas produxit vocis uſum ad ἀδελφιδοῦς, natos fratre aut ſorore: quam ſolam vocis ejus notionem, vernaculus ſermo noſter & Italicus agnoſcunt. Sic aliquoties in his libris capiuntur nepotis & neptis appellationes: & in Liviana epitoma atque Eutropio, qui inde habet, Octavianus C. Cæſaris ex ſorore nepos dicitur. Apud beatum Ambroſium in eadem epiſtola LXVI. & veteri notione & hac poſteriore obſervabamus poſitum neptis vocabulum. Agitur ibi de matrimonio inter Paterni filium, & neptem ejuſdem ex filia. cum veteribus loquitur, quando ait, *vis filio neptem copulare ex filia*: alteram notionem vulgo tum receptam indicat, cùm ſcribit, *Interroga nominum religionem: nempe avunculus iſte illius, iſta hujus neptis vocatur.* Ovidius quoque ſic locutus illo verſu, ut à Joſepho Scaligero literarum lumine ſumus docti,

Cæſar ab Ænea qui tibi fratre nepos.

2 *Marius Maximus.*] Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor inter primos è Latinis: unde pleraque conſtat deſumpta, quæ hiſce continentur libris ad Alexandrum uſque Severum: in quo principe videtur Marius ſcribendi feciſſe finem, ipſe, niſi fallor, eorum temporum æqualis. Opus ſuum in ſeptenorum librorum tomos aliquot tribuerat: nam alibi eum Spartianus in primo ſeptenario laudat. Scribit Ammianus Marcellinus, fuiſſe ſuo ſeculo multos, qui in ſummo veterum omnium ſcriptorum faſtidio, hunc ſolum ex hiſtoricis, è poëtis unum Iuvenalem mirarentur ac ſtudioſè lectitarent. Qui ſi judicio pari Maximi hiſtoriam ac Iuvenalis ſatyras probarunt: næ actum malè nobiſcum, quibus ejus viri omnia monumenta perierunt. Sed non omnium de tanta Marii Maximi præſtantia idem fuit judicium: nam Flavius Vopiſcus ſcriptor elegantiſſimus, longè aliter de eo pronunciat libelli ejus initio, quo Firmum & alios tres minuſculos imperatores poſteris tradidit. Laudatur Marius Maximus & à veteri Iuvenalis interprete.

3 *Quæſturam geſſit Trajano* IIII. *&* *Arunculeio* COSS.] Erat hic Adriano annus legitimus petendæ quæſturæ: vigeſimus quintus nempe. Scribendum autem, ut in editione prima, & codice Auguſtano, *& Articuleio.* Vetus lapis,

M. VLPIO. TRAIANO. AUG. IIII.
SEX. ARTICULEIO. PÆTO.

De hujus nomine Senatuſconſultum Articuleianum eſt appellatum: cujus meminit Martianus lege II. Dig. De fideicommiſſariis libertatibus.

GRUTERUS.

4 *Trajano quater & Articuleio Conſulibus.*] Confirmat & hanc ſcripturam Pal. noſter, etſi deinceps ſcribæ mutarint in *Arculeio.*

SALMASIUS.

5 *Et Arunculeio.*] Palatinus liber: *& Arculeio.* Sed Mediolanenſis editio, *Articuleio*, articulatim expreſſum habet, & ita reponendum jam vident eruditiſſimi viri.

Coſs. in qua quum [1] orationem imperatoris in ſenatu agreſtiùs pronuntians riſus eſſet, uſque ad ſummam peritiam & facundiam [2] Latinis operam dedit. [3] Poſt quæſturam, acta ſenatus curavit: [4] atque ad bellum Dacicum [5] Trajanum [6] familiariùs proſequutus eſt. [7] quandoquidem & [8] indulſiſſe vino ſe dicit, [9] Trajani mori-

CASAUBONUS.

1 *Orationem Imperatoris in ſenatu agreſtius pronuntians.*] Notus mos ex Dionis variis locis, juris auctoribus, Caſſiodoro, & aliis hiſtoricis. Olim conſcripti illi patres ſententiam de more ex ſcripto in ſenatu recitaturi ſurgebant: quod & Imperatores initio factitarunt. Dio de Claudio: ὅσα δὲ αὐτὸς ἀνεγίνωσκε, καθήμενος εἰς τὸ πολὺ ἐπελέγετο. Obſervat Dio, ut illa ætate inſolens, quòd ſedens Imperator ſententiam in curia legerit. Hujus igitur moleſtiæ vitandæ, ſimul ſtabiliendæ ſuæ majeſtatis, jam idem ab Auguſto ſæpiùs factum ab Imperatoribus, ut vel quæſtoris, vel curionis aut præconis ore tam in ſenatu patres, quàm in concione populum alloquerentur.

2 *Latinis operam dedit.*] Regius vocem *Latinis* omiſit: penitus tamen neceſſariam. *Latinis operam dare* pro literis Latinis, aut rhetoribus Latinis, ſive grammaticis. Audivit Hadrianus Scaurum grammaticum, ut in Lucio Vero ſcribit Capitolinus.

3 *Poſt quæſturam acta ſenatus curavit.*] Videtur Hadrianus & quæſturam & curam actorum ſenatus paucos menſes eodem anno egiſſe: qui quidem in expeditione Dacica Trajanum ſit comitatus, ut ſtatim ſubjicitur: nam ea expeditio illo ipſo anno ſuſcepta. Propterea etiam ædilitas ab Hadriano omiſſa: cùm tamen eſſet moris ab actorum ſenatus cura ad illam aſcendere. ſcribit enim Dio Caſſius de quodam Domitio Floro, τὰ τῆς βουλῆς ὑπομνήματα διὰ χειρὸς ἔχων, καὶ ἀγορανόμος ἐπ' αὐτοῖς ἀποδειχθῆναι ὀφείλων.

6 *Familiarius proſecutus eſt.*] Hoc eſt, ut ex Dione jam diximus, τὸ σύμπαν συνῆν αὐτῷ καὶ συνδιῃτᾶτο. Mox, *per ea tempora quibus in aula familiarior fuit.* Evertunt hi loci emendationem viri docti qui corrigit hoc loco *in familiaribus.* magnum enim diſcrimen inter familiares alicujus, & junctos alicui familiarius.

7 *Quando quidem & ind.*] Malè alii *quandoquidem.* eſt enim ὅτι καὶ, non ἐπειδή. ſic mox, *quandoquidem multa egregia ejus facta claruerunt.* & ſæpe in his libris. quod alibi, *qua quidem tempeſtate*, vel *cum*, ſimpliciter. infra *cùm accepit*, ὅτι καὶ ἔλαβε.

SALMASIUS.

4. *Atque ad bellum Dacicum.*] Vet. Ed. *ad bellum Dacum. Dacum* pro *Dacicum.* ſic *bellum Illyrum*, pro *Illyrico. Bellum Picens* pro *Piceno* apud Florum. & *bellum Gallum, bellum Ligurum, bellum Macedonum*, & *bellum Allobrogum* pro Allobrogico, in vetuſtiſſimo libro Palatinæ Bibliothecæ ſcriptum repperi. item *de bello Traco*, pro, *de bello Thracico.*

GRUTERUS.

2 *Latinis operam dedit.*] Sic & Pal. intelligitur *ſtudiis*, aut *litteris*, aut quid ſimile.

5 *Trajanum familiarius proſequutus eſt.*] Ita & Pal.

8 *Indulſiſſe vino ſe dicit, Trajani moribus obſequentem: atque ob hoc ſe à Trajano locupletiſſimè muneratum.*] Non ſolum promotos ad opes, ad honores qui

moribus obſequentem: atque ob hoc ſe à Trajano locupletiſſimè muneratum. Tribunus plebis factus eſt [1] Candido & Quadrato iterum Coſs. in quo magiſtratu [2] ad perpetuam tribunitiam poteſtatem omen ſibi factum aſſerit, quòd penulas amiſerit [3] quibus uti tribuni

buni

qui Principi indulgent circa res ſerias, ſed etiam ineptas, immò vitioſas; pluribus oſtendi ad Tacitum lib. XII. Ann. cap. 49. Immò, certum ſæpe adfuiſſe exitium iis, qui detrectarent turpe obſequium; liquet vel ex Suetonii Nerone cap. 5. ubi pater Neronis, libertum ſuum occidit; *quod potare, quantum jubebatur, recuſarat.*

CASAUBONUS.

9 *Trajani moribus obſequentem.*] De cujus vinoſitate Dio Caſſius, Lampridius in Alexandro Severo, multique alii. Julianus, οὐκ ἦν ἔξω τῶν σωματικῶν ῥᾳθυμιῶν, ὑπὸ δὲ τῆς φιλοποσίας ἀμβλύτερος ἑαυτοῦ πολλάκις ἦν. Sed notanda adprime quæ de ea re ſcribit Aurelius Victor, *Vinolentiam quo vitio, uti Nerva, angebatur, prudentia molliverat, curari vetans juſſa poſt longiores epulas.* ubi ſcribendum *agebatur. Agi vitio* tam Latinè dicitur, quàm falſum eſt vitio angi vitioſum quo delectatur. ſic alibi idem ſcriptor *agi libidine*, tmemate XXXIX. *Quippe Herculius libidine tanta agebatur, ut ne ab obſidum corporibus quidem animi labem comprimeret.*

1 *Candido & Quadrato iterum* COSS.] τὸ *iterum* refer ad utrumque. Vetus inſcriptio, T. JULIO. CANDIDO. II. A. JULIO QUADRATO. II. COSS. Erat hic annus imperii Trajani octavus: ætatis Hadriani nonus & vigeſimus. Obſervabit diligens lector ordinem hic temporum, ut ſæpe in iſtis vitis, perverti ab auctore: nam horum conſulatum biennio Dacicum bellum ſecundum præceſſit, de quo mox dicturus eſt.

2 *Ad perpetuam tribunitiam poteſtatem.*] Ad imperium, cujus individua comes poteſtas tribunitia. Cauſſam ejus rei ad Suetonium declaravimus libro II.

SALMASIUS.

3 *Quibus uti Tribuni pluviæ tempore ſolebant.*] Cum Tribunus plebis eſſet Hadrianus, omen ſibi factum imperii ex eo credidit, quod pænulas amiſerit, quibus imperatores, qui perpetuam habebant Tribunitiam poteſtatem nunquam utebantur, at Tribuni plebis pluviæ tantum tempore uti conſueverant. nec tantum Tribuni plebis, ſed etiam reliqui magiſtratus videntur, pluviali tempore, pænulas uſurpaſſe. immo Adriani temporibus pænulæ jam erant in uſu promiſcuo, etiam ſenatoribus, & cum pluviale tempus non eſſet. rarus tamen earum etiam tunc uſus, & nonniſi frigoris gratia aut pluviæ, capiebantur pænulæ. in quo etiam diſtinctio pænularum adhibenda. nam cum peregre irent Romani, in itinere pænulas ſemper habuere, eaſque ſcorteas. quarum & apud Varronem mentio, & Ciceroni in epiſtolis ad Atticum. lib. XIII. ep. XXXIII. *De Varrone loquebamur: lupus in fabula. venit enim ad me, & quidem id temporis ut retinendus eſſet. Sed ego ita egi ut non ſcinderem pænulam. memini enim tui, & multi erant, noſque imparati. quid refert? paullo poſt C. Capito cum C. Carinate. Horum ego vix attigi pænulam: tamen remanſerunt.* Itinerarium igitur veſtimentum pænula, eaque, ut dixi, ut plurimum ſcortea: cujus ſcorteæ mentio apud Varronem in fragmento quodam quod apud Nonium Marcellum habetur, ſed nunc non eſt in promptu. eundem ad uſum, hoc eſt itineris & pluviæ,

viæ, ſcorteas pænulas commendat Martialis:

Ingrediare viam cælo licet uſque ſereno,
Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas.

Lemma ipſius epigrammatis, *pænula ſcortea.* ſcorteas tamen & pænulas ſeparatim nominat Seneca in quæſtionibus Naturalibus, & ad utramvis harum diſcurri ſolitum, cum plueret, aut grandinaret, ſcribit lib. IV. cap. VI. *Hi cum ſignum dediſſent adeſſe jam grandinem, quid expectas? ut homines ad pænulas diſcurrerent, aut ſcorteas.* nec *ſcorta*, aut *ſcortea* ibi legendum, ſed *ſcorteas*, quæ mattæ non ſunt, aut tegetes, ut volunt ad eum locum primarii viri, ſed veſtes ſcorteæ. Gloſſæ. *Scortea*, δερμάτοχιτών. Atque hæc de ſcorteis & pluvialibus, atque itinerariis pænulis. erat & aliud pænularum genus, ex lana, quas intra urbem uſurparunt ſub imperatoribus, hyemis præcipue tempore, & frigoris. Martialis *Gauſapinas pænulas* eas appellat, de quibus ſic ait:

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta,
Ut me vel media ſumere meſſe velis.

Hieme igitur tantum ſumebantur. titulus epigrammatis, *Pænula gauſapina.* & frigoris quidem cauſa tantum ſumi ſolitas has gauſapinas pænulas indicat idem Martialis lib. VI. epigrammate LIX.

Et dolet, & queritur ſibi non contingere frigus
Propter ſexcentas Baccara Gauſapinas.

de his capiendus Tertullianus in Apologet. *Video & theatra, nec ſingula ſatis eſſe, nec nuda. nam ne vel hieme voluptas impudica ceſſaret, primi Lacedæmonii pænulam ludis excogitarunt.* Spartianus tamen in Alexandro Severo vult eum primum permiſiſſe, ut Senatores intra urbem pænulis frigoris cauſa uterentur, cum antea hoc veſtimenti genus, pluviale tantum, aut itinerarium fuiſſet. Sed falſus eſt. Nam Hadriani tempore, immo & Domitiani, pænulæ in uſu per hiemem & frigora. nullum autem aliud pænularum genus, præter illa duo quæ notavi: & primum quidem illud, ante imperatores, iter facientium ſemper proprium fuit. iſtud autem ſub imperatoribus, & pluviæ, & frigoris tempore uſitatum. at lacernæ tunc temporis plurimum frequentatæ, quæ cum penulis confundendæ non ſunt; quod feciſſe quoſdam video: nec verum eſt, quod ad hunc locum vir magnus obſervavit, Hadriani tempore etiam ſenatores, & magiſtratus ipſos in publicum prodire pænulatos non puduiſſe, idque ex Gellii lib. XIII. cap. XX. confirmari putavit. Lacernati enim apud Gellium Senatores illi prodeunt non penulati, eoſque hoc nomine reprehendit Caſtricius, quod ſaltem pænulati non eſſent, ſi togati eſſe nollent. quod enim addit, *de multo jam uſu ignoſcibilem eſſe illum veſtitum in ſenatoribus pop. R.* non de pænulis ſed de lacernis accipiendum. Nam pænulæ, ut jam dixi, non alias habebantur, quam urgente frigore, aut pluvia impendente: ac lacernæ paſſim, & omni tempore, apud Senatores, equites, & plebem ipſam, ut alibi pluribus oſtendemus in noſtro *de re veſtiaria* commentario. Lacernas iſtas Græci vocant χλαμύδας, ἐφεστρίδας, μανδύας, & βήρια. falluntur, qui μανδύην pænulam interpretantur, quoties id nomen occurrit apud Dionem Caſſium. μανδύη eſt lacerna non valde ſane diverſum viſtimenti genus lacerna & pænula, tamen diverſũ. hanc Græci φαινόλην proprie vocant, illam μανδύην. & ſic aperte diſtinguit Artemidorus libro ſecundo capite tertio. χλαμὺς ἢ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ ἢ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βήριον καλοῦσι, θλίψιν καὶ στενοχωρίαν καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαινόλης, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις ὅμοιον εἴη. non dicit idem ſignificare φαινόλην, & μανδύην, ſed idem in ſomniis ſignificare & oſtendere. per φαινόλην pænulam, per μανδύην

μανδύλην lacernam intellige. φαινόλης autem vox magnæ Græciæ, & ſemper, ὁ φαινόλης dicitur, nunquam ἡ φαινόλη. nam id Græcum non eſſet. ὁ φαινόλης adjectivum eſt τοῦ χιτῶνος φαινόλης χιτὼν, tranſlucens & perlucida tunica, quod poſtea in ſubſtantivum tranſiit, & ſimpliciter & abſolutè dictus eſt ὁ φαινόλης, pro illo genere veſtis. ſic πυῤῥὸς χιτὼν cum diceretur, πυῤῥὸς abſolute dici cœpit, atque hinc Latini byrrum ſuum dixere. nam *byrrus* Latinis vel *burrus*, eſt qui Græcis πυῤῥὸς. idem in aliis uſu veniſſe permultis, & veſtium generibus, & aliarum rerum, ut adjectiva pro ſubſtantivis acciperentur, docemus alibi. à φαίνω igitur, φαινόλης, qui lucet, ut μαινόλης, à μαίνω, qui inſanit. unde μαινόλης Διόνυσος. ſic σκωπτόλης, irriſor à σκώπτω: & κορυπτόλης, qui cornibus petit, ἀπὸ τοῦ κορύπτω. apud Rinthonem legendum, ἔχοισα καινὸν φαινόλαν, non καινάν, ut perperam habetur apud Heſychium & Pollucem, & in Etymologico magno, τὸν φαινόλαν ἀποδύζασα. male hodie legitur ibi, τὰν φαινόλαν. fœmininum à φαινόλης, non eſt φαινόλη, ſed φαινολὶς, ut φαινολὶς αὔως, Sapphoni. Heſychius: φαινόλας τὸ ὕφασμα. Ρίνθων ἔχοισα καινὸν φαινόλαν. aliud videtur eſſe φαιλόνης apud eundem Heſychium. nam loculum & involucrum membranaceum interpretatur, φαιλόνης εἰλητάριον μεμβράϊνον ἢ γλωσσόκομον. Suidas: φαιλόνης εἰλητὸν τομάριον, μεμβράϊνον ἢ γλωσσόκομον ἢ χιτώνιον. in Etymologico magno ſcribitur φελόνης: φελόνης, inquit, εἰλητὸν τομάριον μεμβράϊνον ἢ γλωσσόκομον ἢ χιτώνιον. Idem φαινόλιον, interpretatur χιτῶνα vel ἐφεστρίδα ſecundum veteres. at φελόνην recentiores Græci, immo & vetuſtiores dixerunt quæ Latinis pænula eſt: detortum eſſe ex φαινόλης tranſpoſitis elementis quidam arbitrantur, ſed non ita eſt, φελλόνης, & inde φελόνης tunicæ genus. Cretenſium eſſe vocem notatum inveni apud Heſychium: ἀμφινώτας φιλλόνας. Κρῆτες χιτῶνα φελλόνην καλοῦσι. Hinc paſſim φελόνης, & φελόνιον apud recentiores Græcos pro pænula. & fortaſſe φελλόνης à voce φελλὸς deducitur, quæ corticem arboris ſignificat, & ſuperficiem cujuſlibet rei. Unde & pro libri involucro pelliceo uſurpata eſt: nec dubium eſt quin vox Latina *pellis*, inde facta ſit. φελλὸς *pellis*: ut φαινόλης, *pænula*. πορφύρα *purpura*: φοινίκεον *puniceum*. Sed de his alibi. Heſychius: φελλὸς φλοιὸς δένδρου, καὶ τὸ τῶν βιβλίων ἔξωθεν σκέπασμα. ex pelle enim fiebant libris integumenta, σιττύβαι δερμάτιναι στολαί, τὰ μικρὰ ἱματιάρια. vulgo ἱματίδια apud Heſychium: malè niſi fallor. σίττυβοι etiam dicebantur. idem Heſychius: σίττυβον, ἀκάνθιον ἄδερον καὶ ἰσδιδιμόν τι, καὶ τῶν βιβλίων τὸ δέρμα. Sed ad pænulas redeamus, quas non dubitandum eſt à Græco illo φαινόλας dictas. ὁ φαινόλης, *hæc pænula*, ut ὁ χάρτης, *hæc charta*. ὁ κοχλίας, *hæc cochlea*. ὁ γαυσάπης, *hæc gauſapa*. nam falſus eſt vir eruditiſſ. qui τὴν φαινόλην dici exiſtimavit. corrigendus etiam Heſychius: φαινόλαι, τὸ ὕφασμα. lege φαινόλας. Lacerna militum olim erat & dicebatur, verum poſtquam ab urbanis in paſſivo uſu haberi cœpit, ad habitus diſtinctionem pænulæ militum dictæ ſunt. ita Senecæ, Tertulliano, Suetonio, aliis. at Ciceronis ætate militis pænulam qui diceret nemo erat. Verius tamen eſt lacernas militum etiam pænulas dictas eſſe, quod iſtæ veſtes quantum ad formam attinet, non multum diſſimiles eſſent, & hinc vulgo ab auctoribus confunderentur. Vetus interpres Perſii ad illud:

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

buni plebis pluviæ tempore ſolebant, [1] imperatores autem

Scis birrum, inquit, *attritum comiti condonare. lacerna pallium fimbriatum quo olim ſoli milites velabantur. penula pallium cum fimbriis longis. Birrum* & lacernam, & pænulam confundunt auctores, & indiſcretim ſæpenumero alterum pro altero ponunt. Sed qui proprie ſunt loquuti, pænulam de veſtimento tantum itinerario uſurpaverunt, & pluviali, ſed extra urbem: nam in urbe pluviæ tempore lacernas ſupra togam accipiebant honeſtiores. eas lacernas pænulas etiam ab auctoribus plerumque vocari certum eſt. pænulas igitur iſtas quibus tribunos pluviæ tempore uſos eſſe heic ſcribit Spartianus, lacernas fuiſſe verius quam pænulas pluribus oſtendam ad Alexandrum Severum. pænulas enim pro lacernis ſæpe ponunt ſcriptores, ſic Spartianus in Commodo μανδύην apud Dionem *pænulam* vertit, cum lacernam reddere debuiſſet, ut ibi dicam.

CASAUBONUS.

1 *Imperatores autem nunquam.*] Erat enim pænula veſtis non Romana, ſed peregrina, & exotica. Lacedæmoniorum eſſe inventum ne ludis frigerent, ſcribit Tertullianus in Apologetico. Ideo è Græcis antiquis ſoli Dores hujus veſtis meminerunt. Extant apud Heſychium veteris poëtæ verba, ὅπως ἔχουσα καινὰν φαινόλαν. quæ Rinthonis Tarentini eſſe ex illius Iphigenia in Tauris ſcimus Julii Pollucis teſtimonio. ac fortaſſe apud Heſychium pro ὅπως, quam vocem Pollux non agnoſcit, ſcribendum, Ῥίβων. Φαινόλα, ſive Φαινόλας, nam utrumque dixerunt, veſtis aſtricta, & quæ partium corporis quas tegebat, figuram exprimeret: quod proprium eſt earum veſtium quæ arctè, non ſolutim, amiciunt, nec multo patent latiùs quàm id quod tegunt corpus. non multo aliter φαινόλις αὔως quæ ortu ſuo terras & univerſum hoc patefaciat oculis ſpectandum, apud Sapphonem, Doricam & ipſam poëtriam, illo verſu, Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ᾽ αὔως. A magnæ Græciæ incolis aut etiam aliis Græcis uſum ſimul & nomen pænulæ habuerunt Romani. Etſi autem veriſimile eſt, non eandem penitus Romanæ pænulæ formam fuiſſe, quæ erat olim Laconicarum φαινολῶν: tamen & hæc recentior veſtis arctiùs amiciebat & preſſius, quàm toga aut pallium. Ideo Artemidorus inter veſtes quæ θλίψιν ac στενοχωρίαν ſignificant, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα, & pænulas recenſet. Dio Caſſius Romanorum pænulam μανδύην ſemper vertit: quia ut etiam Artemidorus eo loco ſignificat, ſimiles fuere pænula & chlamys illa quam vulgo tum dicebant μανδύην aut βηρίον: Latini birrum. Initio pænulam apud Romanos tenuiſſimi quique tantum geſtabant: puta ſervi aut his conditione proximi: eratque propria iter facientium veſtis: cujuſmodi mulionica pænula Ciceroni nominatur. Poſtea etiam intra urbem cœpere geſtari pænulæ: nec ut ante à ſervis ſolùm, aut ſordidioris conditionis hominibus; ſed etiam ab honeſtis civibus: donec tandem eò ventum, ut Hadriani tempore etiam ſenatores & magiſtratus ipſos in publicum prodire pænulatos non puderet: quod ex hoc Spartiani loco apparet, & A. Gellii libro XIII. capite XX. Aſſumebantur autem pænulæ frigoris aut pluviæ cauſſa: vel cum Imperatoris funus celebraretur, ut dicemus ad Lampridii Commodum: nec viri tantum, ſed & matronæ Romanæ pænularum uſum probarunt, ut in Alexandro Severo auctor eſt idem Lampridius. Atque hæc de pænulis hoc loco ſatis: nam de illis πᾶσαν τὴν ἱστορίαν ſcripſimus ubertim in noſtris De re veſtiaria commentariis. Cæterùm quod negat hic Spartianus factum unquam ut pluviæ tempore

autem nunquam. [1] Unde hodieque imperatores ſine penu-

tempore Imperatores pænulati in publico viderentur, penitus & ſine exceptione verum non eſt: ſcribit enim Dio libro LVII. de Tiberio, ὑετοῦ ἐν πανηγύρει τινὶ γενομένου, φαιὰν μανδύην ἐπενέδυ. Nam, ut diximus, μανδύης Dioni ſemper eſt Romana pænula. atque ita eruditiores Græcorum nominabant. Quam ob cauſſam vocem φαινόλης hoc ſignificatu non ſine περιεργίας apud Athenæum uſurpat Cynulcus libro III.

SALMASIUS.

1 *Imperatores vero nunquam.*] Tribuni plebis, & ceteri magiſtratus, patriciique omnes aliquando pænulati, pluviæ nempe tempore, imperator vero nunquam. & ſane imperatoris pænulam nuſquam legi, niſi ſi quis improprie pænulam pro lacerna uſurparit, ut videtur feciſſe Spartianus in Alexandro Severo, cum dicit eum togis & pænulis communibus uſum eſſe. vel reſpexerit ad ſæculum ſuum, quo pænulati etiam imperatores, excepto tantum illo tempore quo videbantur à togatis: tunc enim ſine pænulis erant, ut ſequenti animadverſione dicam.

CASAUBONUS.

1 *Unde hodieque imperatores ſine pænulis à togatis videntur.*] A ſalutatoribus nempe: qui Romano more imperatoribus ſalutationem matutinam, velut officium aliquod neceſſarium præſtabant. Res notiſſima. *Togati* pro ſalutatores: quia in alia veſte matutinum illud ave deferre fas non erat: quod ſciunt qui Martialem ſaltem legerunt. nec ſoli ſalutantes togati, verum & imperator. Trebellius Pollio in Gallienis: *cum chlamyde purpurea gemmatiſque fibulis & aureis Romæ viſus eſt: ubi ſemper togati principes videbantur.* Utrumque diligenter ſervatum: ut & qui viſerent principem, & princeps cùm videretur, eſſent togati. Cùm autem Spartianus hîc de principum veſte agat, non eorum qui ad principem adibant, ſcribi malim, *ſine pænulis togati videntur.* aut potius, *ſ. p. attogati v.* Gloſſæ veteres præſtantiſſimi Puteani, *attogatio*, *paradiſis.* lego, παρένδυσις. ſic togam vocat quæ tunicis ſuperinduitur. Græci meliùs ἐπενδύματα & ἐπενδύτης omne extimarum genus veſtium. *attogatio* igitur ἡ τηβεννοφορία. contrarium apud alios *extogatus*. Legi etiam apud Ammianum *contogatus*. ut libro XXIX. *ſodalis & contogatus.* Etſi autem conſtans mos fuit ut togati principes viderentur: interdum tamen qui aulicum faſtigium ſpernebant imperatores, etiam in domeſticis veſtibus ſe paſſi ſunt videri. Capitolinus de Pio: *Viſus eſt ſanè ab amicis & cum privatis veſtibus, & domeſtica quædam gerens.*

GRUTERUS.

1 *Unde hodieque Imp. ſine pænulis à togatis videntur.*] Sic etiam Pal.

SALMASIUS.

1 *Unde hodieque imperatores ſine pænulis à togatis videntur.*] Perperam de hujus loci emendatione ſolliciti fuere doctiſſimi viri: nihil enim mutari debet. Etſi de principum veſte agat, non de principem adeuntium Spartianus, non propterea neceſſariam illam emendationem judico, ut legatur, *ſine pænulis attogati videntur.* Primum illud *attogati* nihil verbum eſt: cur non potius ſimplex *togati*? deinde quid opus eſſet illo ſine pænulis? nam qui togati ſunt, utique pænulati non ſunt, Spartiani igitur ſenſus eſt. Hadriani tempore nunquam imperatores cum pænulis viſos, quas tamen Tribuni plebis, & reliqui magiſtratus pluviæ ſaltem tempore geſtabant. Sua vero ætate, non omnino quidem nec omni tempore pænularum geſtamen

penulis à togatis videntur. [1] Secunda expeditione Dacica, Trajanus eum [2] primæ legioni Minerviæ præpoſuit ſecumque duxit: [3] quando quidem multa egregia ejus facta claruerunt. Quare [4] adamante gemma quam Traja-

men illis incognitum, ſed illo tantum tempore ſine pænulis eos fuiſſe quo videbantur à togatis. tangit matutinum ſalutationis tempus, quo togati videbant imperatorem, & ſalutabant: nec enim in alio habitu quam in toga ſalutationis illud officium peragebatur. Hinc togati hoc loco dicuntur, qui illud *ave matutinum*, Imperatori portabant. quos togatos cum excipiebat imperator, pænulas non habebat: poſt hoc officium, ut videtur habebat, & hoc Spartiani ætate. Nam Trajani, Hadriani, & anteriorum principum ævo, nunquam cum pænulis Cæſar. De toga ſalutantium Martialis lib. XIV.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos,
A trita veniet ſportula ſæpe toga.

ita legendum. vulgo *attrita*, perperam. idem intelligit Seneca epiſt. IV. *ad ſupervacua ſudatur: illa ſunt quæ togam conterunt, quæ nos ſeneſcere ſub tentorio cogunt, quæ nos in aliena littora impingunt.* Nam eorum toga conterebatur, qui potentiores colebant, eorumque limina matutinis ſalutationibus frequentabant, ut ſportulam lucrarentur. Videri autem imperatorem pro ſalutari, res ex iſtis auctoribus nota, qui centies ita uſurpant. non poſſum omittere locum Senecæ ex lib. VI. de beneficiis, cap. XVI. ubi medicum ægrotos ſuos perambulantem, & manum ſingulis tangentem, non aliter eos videre dicit, quam videt aliquis imperatorem dum orbem illum ſuum ſalutationis matutinæ peragit: nam ave dicto diſcedit. verba ejus hæc ſunt: *Itaque medico qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos quos perambulat ponit, ſine ullo affectu vitanda facienda ve præcipiens, nihil amplius debeo: quia me non tanquam amicum vidit, ſed tanquam imperatorem.* torſit ille locus non mediocriter omnes interpretes, qui ægros imperatores eſſe ac dici medicorum, ex Alpheno falſo argutati ſunt. Medicum qui ægros ſuos perambulat, nec amplius quam manum iis tangit, ſine ullo affectu præcipiens, quæ fugienda, aut facienda ſunt, illi ſalutatori comparat, qui matutino officio imperatorem videt & alios principes, quibus cliens eſt. nihil, inquit, Seneca, illi medico amplius quam mercedem debeo, qui me non vidit tanquam amicum, ſed tanquam imperatorem, qui ita videtur & ſalutatur à togatis, ut ave dicto diſcedant.

CASAUBONUS.

1 *Secunda expeditione Dacica.*] Prior ſuſcepta quarto Trajani conſulatu: altera quinto, cùm ſextum jam annum imperaret. Teſtes nummi hoc anno cuſi: quales videre eſt paſſim multos.

2 *Primæ legioni Minerviæ.*] Hanc Domitianus conſcripſit, ut ſcribit Dio. nominatur & in veteribus inſcriptionibus ſæpe. Secundam verò Minerviam inveni adhuc nuſquam: quæ tamen ſi fuit nulla, cur hæc prima dicebatur?

3 *Quando quidem multa egregia ejus facta claruerunt.*] ὅτι καὶ πολλὰ αὐτοῦ ἀνδραγαθήματα διέλαμψε. poëticum eſt pro, multis egregiis factis claruit. Græci dicerent, πολλὰ ἔργα λόγου ἄξια ἀποδεῖξαι, vel πολλὰς ἀριστείας ἠρίστευσε.

4 *Adamante gemma, quam Trajanus à Nerva acceperat, donatus.*] Virtutis præmia in militia Romana & multa & diverſi generis. In his erant armillæ, coronæ etiam aureæ, torques vel ſimpla-

Trajanus à Nerva acceperat donatus, ad ſpem ſucceſſionis erectus eſt. [1] Prætor factus eſt [2] Sura bis, Serviano iterum Coſs. [3] quum ſeſtertium iterum vicies ad

ſimplares vel duplares, & pro accipientis conditione majoris, aut minoris pretii fibulæ. Gemmas inter ἀριστεῖα Romanorum fortium legere non menimi: imò verò certum eſt, morem eum non fuiſſe. Quare Hadrianus extra ordinem gemma donatus, & quidem ea quæ jam ſemel omen fuerat imperii, non temere ad ſucceſſionis ſpem eſt erectus. Erat enim conſuetudo veterum, annuli traditione heredem & ſucceſſorem deſignare. Sic Alexander Magnus, ἐπειδὴ τὸ ζῆν ἀπέγνω, περιελόμενος τὸν δακτύλιον ἔδωκε Περδίκκᾳ, inquit Diodorus Siculus. Valerius Maximus libro VII. *T. Barrulus L. Spintheri decedens ſuos anulos perinde atque unico heredi tradidit.*

1 *Prætor factus eſt.*] Fuit tum Hadrianus annorum unius & triginta: decem ipſis annis junior quàm M. Tullius cùm prætor eſt factus.

SALMASIUS.

1 *Prætor factus eſt, Sura bis, Serviano iterum Coſſ.*] Vet. Ed. cum Palatino codice conſtanter legunt: *Subſurano bis, Serviano iterum Coſſ.* ſcribendum, *ſub Surano bis, Serviano iterum Coſſ.* ſic enim loquitur in vita Antonini Pii: *ipſe Antoninus Pius natus eſt tertio decimo Kal. Octobres, ſub Domitiano duodecimum & Cornelio Dolabella Coſſ.*

GRUTERUS.

1 *Prætor factus eſt, Surano bis, Serviano iterum Conſulibus.*] Hæc etiam eſt lectio Palatina, quæ tamen interſerit voculam, *eſt*, *ſub Surano, &c.* vulgg. *Surâ bis.*

CASAUBONUS.

2 *Sura bis, Serviano iterum* coss.] Scribe, *Surano bis, & Serviano iterum* coss. quia Suram ſæpius in hac vita nominat Spartianus, hîc quoque putarunt eum intelligi. Regius ſic, *Suriano & Serviano i.* c. ſed iſti nomen Surano fuit, non Suriano: neque aliter Auguſtanus. deinde voculam *bis* tuetur lapis vetus apud eruditiſſimum Onuphrium, C. IULIO. SERVILIO. URSO. SERVIANO. & SURANO. II. COS. Fuit ſanè etiam Licinius Sura eodem anno conſul: ſed ordinarius, collega Senecione. Servianus & Suranus ſuffecti.

3 *Cùm ſeſtertium vicies ad ludos edendos à Trajano accepit.*] Ita fuit tum moris, ut tenuioris cenſus hominibus vel quibus aliàs cuperent imperatores, ſimul cum honoribus ſumtus quoque decernerent. Magni enim ludorum cura & præſidatus conſtabant. Exempla paſſim in his ſcriptoribus. Mamertinus in Gratiarum actione ad Iulianum: *Quid quòd nihil ſperanti mihi de honoris augmento perfertur nuntius, Conſulem me creatum ſine impendio? quod jam diu paucis.* Cauſſam hujus moris præclarè explicat Valerianus in epiſtola ad Aurelianum. *Levanda eſt enim paupertas eorum hominum, qui diu Reip. viventes, pauperes ſunt, ut nullorum magis.* Sic accipe paullò poſt quod dicitur de Hadriani largitionibus ad *honores explendos*. Illa autem *ſeſtertiûm vicies*, an ſatis ex fide? Nam in regio & Auguſtano ſcriptum, *ſeſtertiûm iterum vicies.* Sanè etſi magnà ſatis eſt ſumma vulgatæ editionis, ut quæ ad coronatorum hodiernorum quinquaginta millia accedat, longè tamen majore opum vi ad ludorum editionem Hadriano fuit opus. Quare de hac ſcriptura cur ſit cogitandum ampliùs cauſſa ſubeſt. Valerianus in epiſtola ad Ælium Xiphidium præfectum ærarii. *Aureliano cui conſulatum detulimus ob paupertatem qua ille magnus eſt, cæteris major, dabis* ad

ad editionem Circenſium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippros minutulos tria millia, in ære ſeſtertiûm quinquagies. Lege quæ ſequuntur, ut videas quanto illa Valeriani liberalitas iſtâ ſit profuſior. Habes hujuſmodi impenſarum definitum ab Imperatore Conſtantino modum lege quinta & xxv. Codicis Theodoſ. De prætoribus & quæſtoribus. Olympiodorus hiſtoricus, Μάξιμος εἰς τὴν ὀπτόρων εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτοῦραν τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια. hoc eſt, aureorum millia quadringenta.

GRUTERUS.

3 *Cùm ſeſtertiûm vicies ad ludos edendos à Trajano accepit.*] Viſitur & in Palat. lectio auctior verbo; nempe, *cùm ſeſtertium iterum vicies ad ludos*, &c. ſed locutio non ſatis placet.

SALMASIUS.

3 *Quum ſeſtertium vicies ad ludos edendos.*] Nimis permodica hæc ſumma pro liberalitate Trajani, præſertim ſi aliorum imperatorum in his rebus liberalitates in comparationem adducantur, & prætorum ſumptus in ludis edendis. itaque recte hanc ſummam duplicant libri veteres. habent enim, tam excuſi quam ſcripti: *ſeſtertium iterum vicies.* elegans & uſitata loquutio, *iterum vicies*, & *bis vicies*, pro quadragies. ſic enim loqui amabant: quod non videntur animadvertiſſe qui *iterum* hoc loco expunxerunt. ſic *bis decies* pro vicies, & *bis dena* Martiali, & *bis centena*, pro *ducentis*. apud eundem *bis trecenties*, pro ſexcenties.

Dederas Apici bis trecenties ventri,
Adhuc ſupererat centies tibi laxum.

Ita heic *iterum vicies*, pro bis vicies, & utrumque pro quadragies. quadragies autem ſeſtertium, efficit aureorum qui tunc erant, hoc eſt Romanorum, quadraginta millia, vel noſtrorum centum millia. ſatis magna ſumma, & liberalitate Trajani digna. nec eſt quod quiſquam opponat illam Valeriani ut majorem, qui Aureliano ad ludos edendos deferri juſſit, *aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos tria millia, in ære ſeſtertium quinquagies.* ut habetur in epiſtola ejuſdem Valeriani ad Ælium Xiphilinum præfectum ærarii, quam producit Capitolinus. Hæc quidem ſumma totis decem millibus aureorum, quales erant Romani, & quadringentis præterea cum viginti, illam Trajani juſſu, Adriano delatam ſuperat. Sed Conſuli data ſunt illa ad editionem Circenſium. Cui longe majores impenſæ, ut par eſt, faciendæ quam prætori, pro modo ſcilicet, & menſura dignitatis. nemo enim dubitet, multo plus impendendum conſuli, ludis edendis, quam prætori. Ideo non mirum, ſi plus dedit Valerianus Aureliano conſuli creato ad editionem Circenſium, quam Trajanus Hadriano prætori facto. Temporum præterea diverſitas conſideranda. Nam ſub Valeriano, & ſequentibus principibus, longe magis inſaniebant ſumptibus & profuſionibus Conſules prætoreſque, cum magiſtratum inibant, quam Trajani temporibus. Hinc illæ auctorum de ſuis temporibus querelæ, conſulatum jam non eſſe hominum, ſed divitiarum. tota enim patrimonia in ludos exhauriebantur, immaniſſimis largitionibus, & inaniſſimis voluptatibus. Vide Vopiſcum in Aureliano, & in vita Carini ſub finem. Quis non miretur Symmachum qui de mediocribus erat, in prætura filii viginti auri centenaria prodegiſſe? ita refert Olympiodorus in excerptis apud Photium. quæ viginti centenaria, non aureorum millia quadraginta efficiunt, ut ad hunc locum rationem ſubduxit vir eruditiſſimus, immo efficiunt centum ſexaginta quattuor millia aureorum, qui tunc erant Romanis in uſu, noſtrorum autem trecenta viginti octo millia. Fuerunt qui illa in ætate alterum tantum impenderent, ut de Maximo narrat idem Olympiodorus. quod miror poſt definitum lege Conſtantii hujuſmodi largitionum & erogationum

gationum modum, & ad magnam parcitatem redactum. nam primæ præturæ Flaviali viginti quinque millium follium & quinquaginta librarum argenti erogationem, & ſumptum præſcripſerat. hoc eſt centum argenti libras. nam viginti quinque millia follium, non plus quinquaginta libras argenti reddunt. tantum igitur in ære, quantum in argento erogari voluit. atque ita ſemper obſervatum, ut in auro, & argento, & ære, largitiones illæ celebrarentur. quod ex multis horum auctorum locis licet confirmare. nuſquam enim apud illos, largitionum imperialium aut ſalariorum ducibus, aut tribunis dandorum occurrit mentio, quin aureorum nummorum, argenteorum, atque æreorum pariter ratio ineatur. qua de re nos infra alio loco. at Conſtantius in hac lege, argenti & æris meminit tantum, non etiam auri. cujus rei hæc poteſt ratio reddi. cum admodum arcte harum impenſarum & erogationum licentiam circumſcripſiſſet Conſtantinus, ut in plures largitio ſpargi poſſet, in æreis tantum & argenteis minutis eam peragendam, hac lege ſanxit. ne ſi in auro perageretur, tantula ſumma per paucos aureos nummos eroganda, ad paucos perveniret. eodem pertinet lex prima Cod. Theod. *de ludorum expenſis*, qua conſtituerunt imperatores qui ibi nominantur, *ut nulli prorſus alteri, exceptis conſulibus ordinariis, auri ſportulam, aut dyptica ex ebore dandi facultas eſſet.* ac ne argenteum quidem nummi fas eſſet expendere majorem, quàm qui formari ſolebat, cum argenti libra una in argenteos ſexaginta divideretur. Juſtinianus etiam Novella c v. ne conſules aurum ſpargerent prohibuit: *οὐ μὴν χρυσίον ῥίπτειν ἐφίεμεν οὐ μικροτέρου τινὸς, οὐδὲ μείζονος ὅλως ἢ μέσου χαράγματος ἢ σταθμοῦ.* & hanc rationem addit: *ὅσῳ γὰρ ἂν μικρότερον εἴη τὸ ῥιπτόμενον τοσούτῳ πλείους οἱ λαμβάνοντες.* Hinc Conſtantinus lege illa qua prætorum expenſas coërcuit, argenti tantum & æris meminit, non auri. Folles enim erant ærei, ut alibi oſtendimus. Conſtantini autem temporibus, quingenti folles ærei libram argenti efficiebant, & centum folles aureum unum. nam follis & ſeſtertius idem ſub Conſtantino. ſic viginti millia follium, & quadraginta libræ argenti, quæ ſecundæ præturæ Conſtantinianæ largienda cenſet, lege dicta Conſtantinus, octoginta libris argenti valent: argenteis autem nummis, quales expendebantur, quattuor millibus & octingentis. Hæc ideo pluribus expoſuimus, quod follium æſtimationem in illa lege doctiſſimis etiam hominibus vulgo ignoratam eſſe ſciremus, quam multis ſtabiliemus in noſtro de re nummaria commentario. Sed de his, etiam infra ad Heliogabali vitam, non pauca diſſeremus. Sed quod attinet, ad has prætorum impenſas & largitiones, leges illæ quæ de modo iis adhibendo ſancitæ ſunt, parum obſervatæ fuiſſe videntur. alioquin quomodo Symmachus in prætura filii, tam profuſe prodigus fuiſſet, ut octo & viginti librarum argenti millia expenderet, (tot enim libris argenti rependebantur tunc viginti auri centenaria,) ſi legem Theodoſii ſub quo præfectus urbi fuit, obſervare curaſſet? qua lege Theodoſius ſic præturarum erogationes definivit, ut Conſtantiniana, & Conſtantiana prætura per duos dandis, libris argenti mille perageretur: Theodoſiana vero & Arcadiana, libris quoque argenti mille: Triumphalis & Auguſtalis libris argenti quadringentis, & quinquaginta: Romana vero & laureata libris argenti ducentis & quinquaginta celebraretur. quas ego leges ita intelligendas eſſe cenſeo, ut minorem quidem modum argenti quam qui præſcriptus erat, in præturæ functione nulli expendere liceret: magna vero libertas ac facultas eſſet expendendi, quantum quis vellet, aut poſſet, pro facultatum ſcilicet modo. Nam Maximus, qui ditiſſi-

C mus

ad ludos edendos à Trajano accepit. [1] Legatus poſtea præ-

mus erat, altero tanto plus impendit in prætura filii quam Symmachus. prætura illis temporibus, ut omnes norunt, erat onus, non honos, cujus functioni erat obnoxius ſenatorius ordo. Sic igitur ejus ſumptibus modum ſtatuerunt imperatores illi ut minus nemo poſſet in præturam inſumere, quam quod conſtitutionibus eſſet præſcriptum: qui plus vellet, ei ſane liceret. Falſi ſunt ſi qui putarunt illis legibus coercitam immoderatam illam ſumptuum profuſionem, quam prætores faciebant, & inſanis eorum largitionibus poſitos eſſe terminos, ultra quos evagari non poſſent.

CASAUBONUS.

1 *Legatus poſtea prætorius.*] Qui in Cæſaris provincias mittebantur, ii ex inſtitutione Auguſti, Legati Cæſaris, & Proprætore dicebantur, ut ſcribit Dio Caſſius. Sed ex lectione hiſtoricorum & antiquis inſcriptionibus conſtat, etiam aliter poſtea hos fuiſſe nominatos. nam etiam Proconſules hi quoque dicti, & Proconſules Auguſti vel principis ejus à quo mittebantur: ut *Proconſul Tiberii* apud Tertullianum in Apologetico: ſic enim ibi legendum eſt, ut obſervavit Joſephus Scaliger, doctiſſime & acutiſſimè. Dicebantur & Legati conſulares, ii nempe qui è conſulatu in Cæſaris provincias mittebantur: & Legati prætorii, ut Hadrianus hic, qui mox à Prætura in Pannoniam inferiorem, Cæſaris tum provinciam, miſſus eſt. Lapis antiquus: PRÆTORIO. LEGATO. PROVINCIÆ. AFR.

SALMASIUS.

1 *Legatus poſtea prætorius.*] Legati prætorii, qui & legati pro prætore, qui Cæſaris miſſu in provincias prætorias ibant. ii & legati Cæſaris pro prætore dicebantur. quorum frequens mentio in vetuſtis inſcriptionibus. Græci ἀντιστράτηγοι Καίσαρος eos appellant, proprætores Cæſaris. hinc illa in corpore inſcriptionum Grutteri noſtri: ἀντιστράτηγος Τραϊανοῦ. ἀντιστράτηγος Αὐγούστου Μυσίας τῆς κάτω. hoc eſt, *legatus Auguſti proprætore Mæſiæ inferioris.* Sed quod docti homines, aliter etiam eos poſtea fuiſſe nominatos, ex lectione hiſtoricorum, & antiquis inſcriptionibus conſtare ajunt, Proconſules ſcilicet quoque dictos, & proconſules Auguſti, id falſiſſimum eſſe deprehendi. Ex inſtitutione Auguſti notum eſt, alias fuiſſe provincias pop. R. alias Cæſaris. qui in provincias pop. Romani mittebantur, hi dicebantur Proconſules: qui in provincias Cæſaris, proprætores, vel legati pro prætore. non ignoro poſtea, & provincias proconſulares, quæ olim in poteſtate populi erant ſecundum Auguſti diviſionem, in Cæſarum poteſtatem & arbitrium etiam conceſſiſſe. Certum eſt præterea, proconſulares provincias, prætorias eſſe factas & contra. unde legatus prætorius Africæ, & legatus pro prætore Africæ, in inſcriptionibus Grutterianis ſæpe occurrit, cum tamen ea provincia proconſularis fuerit. Sed proconſules Auguſti, vel legatos proconſule dictos eſſe proprætores Auguſti, non poſſum perſuaderi. unius ad hoc probandum inſcriptionis antiquæ teſtimonio nituntur, quæ ſic habet: APOLLINI. GRANNO. Q. LUCIUS. SABINIANUS. PROCOS. AUG. In Britannia reperta eſt illa inſcriptio. conſtat autem Britanniam adminiſtratam fuiſſe ab Auguſti proprætore. Hinc argumentantur Sabinianum illum legatum in ea provincia pro prætore fuiſſe, quod Proconſul Auguſti ibi dicatur. nam Proconſulem Auguſti, & proprætorem eumdem eſſe. Ego aliud ſentio. Proconſul ille Auguſti Sabi-

Sabinianus, ſi provinciæ præſidebat, eamque jure proconſulari obtinebat, cur non hoc ipſum appoſuit? ſane non omiſiſſet. Valde igitur mihi ſuſpecta illa ſcriptura, PROCOS. AUG. Ut quid enim in aliis inſcriptionibus non reperiuntur illi Auguſti Proconſules? puto itaque in lapide ſcriptum fuiſſe, PROC. AUG. hoc eſt, procurator Auguſti, vel PROCUR. & perperam lectum eſſe, PROCOS. Procuratores autem in provinciis erant, tam Cæſaris, quam populi, qui procuratores Auguſti dicebantur. nec mihi dubium eſt, quin ille Sabinianus procurator Auguſti fuerit in Britannia. nam de proconſule, ſomnia ſunt. extant tamen & aliæ inſcriptiones in quibus mentionem fieri exiſtimant, legati Auguſti Proconſule. nam ita in indice veterum inſcriptionum ſcripſit vir eruditiſſimus: *Legatus Tib. Cæſaris Auguſti pro Conſ.* &, *Legatus TI. Claudii Cæſaris Auguſti Proconſ.* Sed ſi adeamus ad ipſas inſcriptiones, nihil tale habent, ſi quidem recte capiantur, hoc eſt ſi ſeparetur vox Proconſul, à legato Cæſaris. duæ enim ſunt ac diverſæ dignitates. Hoc modo: SEX. PAIPELIO. P. F. VEL. HISTRO. LEGATO. TI. CLAUDI. CÆS. AUG. PROCONSUL. ille quiſquis eſt, & ſe legatum Cæſaris, & proconſulem fuiſſe indicat, non autem legatum Proconſule. ſic intelligenda eſt alia item inſcriptio in qua ſic habetur: LEGATUS. TI. CÆSARIS. AUG. PROCOS. PRÆFECTUS. FRUMENTI. DANDI. EX. S. C. Hoc eſt, *legatus TI. Cæſaris & Proconſul, & præfectus frumenti dandi.* tres enim iſtæ dignitates ſeparatim ſunt ponendæ. quod ex multis aliis litteratis ſaxis conſtat. exempli gratia unum duntaxat proferam. Q. ASCONIUS. GABINIUS. MODESTUS. PRÆTOR. PROCOS. PRÆFECTUS. ÆRARI. SATURNO. malis fundamentis nihil boni poteſt ſuperſtrui. quod enim proconſulem Tiberii, ex hac ipſa falſa obſervatione, apud Tertullianum legendum & intelligendum putavit vir ſummus, falſiſſimum eſt.

Scribit Tertullianus in Apologetico, *uſque ad proconſulatum Tiberii penes Africam infantes immolari ſolitos.* emendat, vir ille quem dixi, *uſque ad proconſulem Tiberii:* & Tiberii proconſulem accipit, legatum Auguſti pro prætore qui Africam obtinebat. multa ſunt, quæ illam emendationem deſtruunt, & falſam eſſe convincunt. Tiberii tempore non erant proconſulares provinciæ in poteſtate Cæſaris, ſed populi: nec in eas mittebantur Auguſti legati, ſed proconſules ſortiti provincias illas accipiebant. Dio, Tacitus, omnes hiſtorici hoc teſtantur. quomodo igitur Auguſti legatus in Africam provinciam proconſularem? aut qua ratione dictus Proconſul Auguſti qui Africam adminiſtrabat, non Auguſti miſſu, ſed ſenatus, atque id ſortitione? Deinde quis erit ille proconſul Tiberii? an unus tantum ſub Tiberio proconſul Africæ fuit? ſi plures, ut omnino plures, qui ſcire poterimus, quo tempore deſierint in Africa Saturno infantes immolari, niſi ſciamus ſub quo proconſule illa infanticidia ceſſarunt? ſi ſcivit Tertullianus, cur tacuit? quis autem credat eum adeo rerum in patria ſua geſtarum imperitum fuiſſe, ut hoc neſciverit? Certo certius eſt nihil in illo Tertulliani loco mutari debere: ſed de aliquo Tiberio Africæ proconſule accipiendum, quem ſi quo tempore fuerit, ignoramus, an omnes qui Africæ proconſules fuerunt, ſcire nos neceſſe eſt? quoſdam & alios nominat Africæ præſides idem Tertullianus, non minus quam hunc Tiberium, ignotos. ut Scapulam, ad quem librum ſcripſit, in quo libro meminit, & Hilariani, vel Hilarini præſidis, & aliorum ex hiſtoria non magis notorum. Si in Tertulliano mendum eſt, hæret in ſolo Tiberii nomine. Sed nuper quidam extitit, qui de Tiberio imperatore illum locum intelligeret, & perargute proconſulatum Tiberii Tertulliano dici putaret, primum Tiberii imperatoris

Conſulatum. quia Tiberius eo anno paucis diebus Conſul, reliqua parte anni conſulibus aliis ſuffectis. nihil vidi argutius. Tiberius Conſul, depoſito conſulatu, ſtatim proconſul. Hinc Tertullianus proconſulatum ejus maluit dicere, quam conſulatum. Sed an proconſul tantum illo anno Tiberius, quo Conſul fuit? aut quo uſque proconſul? uſque ad alterum ſcilicet conſulatum, poſt quem, & iterum proconſulem fuiſſe neceſſe eſt. oportet inſigniter hiſtoriæ Romanæ imperitum eſſe, qui talia cenſeat, ac neſcire prorſus, quid proconſul fuerit. An Tiberius finito vel abdicato Conſulatu in Africam miſſus eſt, eamque provinciam jure proconſulari obtinuit? Sane Tertulliani verba manifeſto indicant proconſulem illum Africæ, etiam in Africa fuiſſe, & ejus juſſu ſacerdotes Saturni in crucem actos, qui infantes immolabant. quid enim apertius iſtis? *uſque ad proconſulatum Tiberii qui eoſdem ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbratricibus ſcelerum votivis crucibus expoſuit, teſte militia patriæ noſtræ, quæ id ipſum munus illi Proconſuli functa eſt.* Ex eodem doctrinæ ſuæ penu ſcitam illam, & plane miram obſervationem deprompſit, ſimiliter etiam alios principes dictosproconſules, iis nempe annis, quibus alios ſuffectos ſibi habuere Conſules. fateor me hodie primulum didiciſſe, quod antea ignorabam. Gratia ſit illi viro doctiſſimo, cujus beneficio hoc didici. putabam olim non alios dictos fuiſſe proconſules, quam qui finito conſulatu, provincias conſulares ſortiebantur, eaſque imperio proconſulari regebant. atque ita quidem ſemper obſervatum ſtante rep. poſtea vero ſub imperatoribus multos proconſules fuiſſe, & jure proconſulari provincias adminiſtraſſe qui nunquam conſules fuiſſent. qua in ſententia, cum infinita me veterum auctorum monumentorumque teſtimonia confirmarent, quæ loco ſuo producam, non parum etiam facere mihi videbatur ad eam conſtabiliendam. locus iſte ex lege Conſtantii, Cod. Theod. de præt. & quæſt. cujus hæc verba ſunt: *prætores deſignentur Senatusconſulto legitime celebrato, ita ut adſint decem è procerum numero, qui ordinarii conſules fuerint, quique Præfecturæ geſſerint dignitatem, proconſulari etiam honore ſublimes, Themiſtius quoque philoſophus, &c.* Heic quæram à magiſtro, qui nos tam multa nova docuit: ſi ordinarii conſules, poſt conſulatum ipſo jure fiunt proconſules, atque ita dicuntur, cur in illa Conſtantii lege ſeparatim nominantur, qui ordinarii conſules fuere, & proconſulari honore ſublimes? inepta & ſupervacua hæc repetitio videri queat, ſi quidem omnes omnino qui Conſulatum ordinarium geſſerunt, ſuffectis aliis ſibi conſulibus, ipſi proconſules ſunt. *Imperatores*, inquit, *dicti proconſules, iis annis, quibus fuere conſules.* Hinc Severus, Baſſianus, Heliogabalus, Alexander, Macrinus, aliique, in veteribus inſcriptionibus vocantur Proconſules. Hoc erat, quod ſe neſcire confeſſus eſt ὁ μακαρίτης Scaliger in Epiſtola quadam ad Caſaubonum. quod ſi ad hoc uſque tempus dilata fuiſſet illi vita, gauderet nunc ſe vivere, ut optimi magiſtri opera, poſſet hoc doceri, quod ignoravit. neſcio tamen, ut jam libere fatear quod ſentio, an Scaligero ſatisfeciſſet, adeo naris emunctæ ſeni, καὶ οὐκ διαπεπτωκότας ἀκοὰς ἔχοντι. mihi certe non ſatisfecit, ſed ut ſatis riderem fecit, rem tam novam, tam inauditam, atque adeo ridiculam docendo. nam certum eſt, pleroſque imperatorum Proconſules in antiquis inſcriptionibus vocari, non quod conſules fuerint, nam id quidem ridiculum, ſed ob imperium proconſulare, quod illis aliquando deferebatur, una cum imperio, & reliquis principatus titulis, inter quos & hic fuit, ut & tribunitia poteſtas. Capitolinus in Pertinace, ominis loco illi fuiſſe dicit, *quod primus omnium ea die qua Auguſtus appellatus eſt, etiam*

prætorius in Pannoniam inferiorem miſſus, [1] Sarmatas compreſſit, diſciplinam militarem tenuit, [2] procuratores latiùs evagantes coërcuit: [3] ob hoc Cos. eſt factus. In quo magiſtratu, ut à Sura comperit adoptandum ſe à Trajano eſſe, ab amicis Trajani contemni deſiit ac negligi. [4] Et defuncto quidem Sura, Trajani ei fami-

patris patriæ nomen receperit, nec non etiam imperium proconſulare, nec non jus quartæ relationis. Atqui Pertinax, & Conſul ante fuerat, & proconſul etiam Africæ. Sic Marcus Antoninus, ſecundum Conſul deſignatus cum eſſet, tribunitia poteſtate donatus eſt, atque imperio extra urbem proconſulari. antiquiorem autem hoc Marco imperatorem non novi alium, qui proconſul vocetur in veteribus illis inſcriptionibus, nam qui non putant ulli ex antiquioribus hoc nomen adſcriptum, ante Severum, falluntur. Sed de hoc principum proconſulatu vel imperio proconſulari commodior alibi dicendi locus.

CASAUBONUS.

1 *Sarmatas compreſſit.*] Rectè *compreſſit.* Inter gentes quas Trajanus non ſubegit, ſed in fidem accepit, & Sarmatæ ſive Sauromatæ nominantur Euſebio in Chronico. Sarmatas autem intellige populos trans Iſtrum, non procul ab ejus oſtiis, (ubi etiam fuit Sarmatarum quædam inſula) partem aliquam τῶν πολυανθρωποτέρων Scytharum. Boſporo Thracio vicinos fuiſſe Plinii ad Trajanum epiſtola docet libro decimo: quam vide nam geſtarum rerum per Trajani legatos cum Sarmatis nuſquam hodie extat memoria. Hi jam ab Auguſti temporibus, ut ſcribit Dio, Romanis moleſti, frequentes in Myſiam & Pannoniam impreſſiones factitarunt. Vide Joſephum Belli Iudaïci libro quinto, cap. XII.

2 *Procuratores latiùs evagantes coërcuit.*] Non igitur in omnibus ſemper Trajani procuratoribus verum, quod de illis prodidit memoriæ Plinius in Panegyrico: *Quæ præcipua gloria eſt, ſæpius vincitur fiſcus: cujus mala cauſſa nunquam eſt, niſi ſub bono principe. Ingens hoc meritum: majus illud, quòd eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios judices malint.* Victor alter, ſive Victorinus, in vita Conſtantii: *Pompeja Plotina, incredibile dictu eſt, quanto auxerit gloriam Trajani: cujus procuratores cùm provincias calumniis agitarent, illa conjugem corripuit, atque increpavit, quòd laudis eſſet incurioſus.* Hadrianus verò & ante imperium, & poſtea princeps, huic generi hominum infeſtus. Paullò poſt: *circumiens provincias procuratores & præſides prò factis puniit.* Eleganter *latiùs evagari*, pro eo quod Capitolinus in Gordianis, *ſibi præter procurationem omnia vindicare.* Idem in Pio, *Procuratores ſuos modeſtè ſuſcipere tributa juſſit: excedentes modum, rationem factorum ſuorum reddere præcepit.* ſic apud Ammianum, *ultra terminos poteſtatis delatæ procurrere.* quod alibi dixit idem, *ſupra plantam evagari*, ut in hiſtoria XXVIII.

3 *Ob hoc conſul eſt factus.*] Tertio poſt præturam Hadrianus agens annum XXXIV. conſul fuit non ordinarius, ſed ſuffectus, cum L. Publilio Celſo. Propterea Dio de Trajani in Hadrianum lento affectu, ὕπατος ἐν τοῖς πρώτοις οὐκ ἐγένετο.

GRUTERUS.

4 *Et defuncto quidem Surâ, Trajani ei familiaritas crevit.*] Palatinus habuit à primâ manu *crebuit.*

familiaritas crevit, [1] cauſa præcipuè orationum quas
4 pro imperatore dictaverat. Uſus Plotinæ quoque favore, cujus ſtudio etiam [2] legatus, expeditionis Parthicæ tempore, deſtinatus eſt. Qua quidem tempeſtate ute-

SALMASIUS.

1 *Cauſa præcipue orationum, quas pro imperatore dictaverat.*] Ait defuncto Sura familiaritatem Trajani erga Hadrianum creviſſe, cauſa orationum quas pro imperatore dictaverat. Poſtrema hæc verba, *quas pro imperatore dictaverat*, ad Suram, qui Trajano erat ab epiſtolis, referri, doctiſſimo viro placet, mihi vero non placet: nempe ut dicatur, ex eo familiaritatem in interiorem Trajani inſinuaſſe Adrianum, quod ejus orationes dictaverit Sura? quæ hæc ratio eſſet? Sura dictabat orationes Trajani. Hinc Trajanus amare cœpit Hadrianum. hoc ineptiſſimum. Non dubium eſt defuncto Sura in ejus locum ſucceſſiſſe Hadrianum, & orationes Trajani dictaſſe, quas Sura dictabat. Hinc factum ut à Trajano impenſius amaretur, & in ejus familiaritatem intimam admitteretur. qua in re tamen uſus etiam eſt favore Plotinæ. itaque non dubitem totum hunc locum ſic legere & diſtinguere: *& defuncto quidem Sura Trajani ei familiaritas crevit, cauſa præcipue orationum, quas pro imperatore dictavit, in ea re uſus Plotinæ quoque favore, cujus ſtudio etiam legatus, &c.* Scilicet, in ea re, etiam favore Plotinæ adjutus eſt, ut Suræ ſuccederet dictandis principis orationibus. Sed & *dictaverat* eo ſenſu retineri poteſt, & poſitum eſt pro *dictabat.* quæ temporum mutatio iſtis auctoribus familiaris, & aliis omnibus qui jam labente latinitate ſcripſerunt. vetus interpres Terentii: *quoties cauſa ab oratoribus finiebatur, & à judice ſententia ferri habuerat, ſemper conclamabatur Ilicet, hoc eſt ire licet. habuerat*, pro *habebat.* Utut ſit, de Adriano conſtat hæc accipi debere, non de Sura. Hoc autem curandarum epiſtolarum principis officium, magni erat momenti ad maxima quæque in aula conſequenda, & familiaritatem principis promerendam. Philoſtratus in Hermocrate: Ἀντίπατρος δὲ παρεληλυθὼς εἰς τὰς βασιλείους ἐπιστολὰς ἤδη, ἀσπαζόμενος τι ἁρμόσαι οἱ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα πονήρως ἔχουσαν τοῦ εἴδους, οὐκ ἐπήδησε πρὸς τὴν ἐκείνου εὐπραγίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς προμνηστρίας ἀναγκάσης εἰν τὴν τοῦ Ἀντιπάτρου ἰσχὺν ἣν εἶχε τότε, οὐκ ἄν ποτε ἔφη δουλεῦσαι περὶ μακρᾶ καὶ πενθεροῦ τύφῳ. ἐνθουσιώντων δὲ αὐτὸν τῶν συγγενῶν εἰς τὸν γάμον, καὶ Διὸς Κόρινθον ἡγουμένων τὸν Ἀντίπατρον, ὁ προστρέπων εἶχεν ἡ Σεβήρου αὐτοκράτορα μεταπεμψάμενος αὐτὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δοῦναι οἱ τὴν κόρην.

CASAUBONUS.

1 *Cauſſa præcipuè orationum quas pro imperatore dictaverat.*] Caliginoſum nonnihil locum qui me audiet ita capiet. Fuit Licinius Sura, dum vixit, Trajano familiariſſimus, & omnium arcanorum vel ideo conſcius, quòd ſolitus imperator fugitans ejus laboris, epiſtolas omnes & orationes de majori re dictandas ipſi relinquere. Iulianus de Trajano, ὁ δὲ περὶ τὰς δυνάμενος λέγεται. ὑπὸ ῥαθυμίας ἐπιτρέπειν εἰώθει τὰ πολλὰ τῷ Σούρᾳ γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ. Sura defuncto in vacuum ejus locum prudentia & aſtu invaſit Hadrianus. Inde igitur familiaritas crevit. *dictaverat*, hoc eſt, dictare ſolitus fuerat Sura.

2 *Legatus expeditionis Parthicæ tempore.*] non, ut quidem arbitror, à principio expeditionis illius, in qua plures annos poſuit Trajanus: ſed cum jam ultimarent ejus tempora, & de reditu

te utebatur Adrianus amicitia [1] Soſii Pappi & Pletorii Nepotis, ex ſenatorio ordine: ex equeſtri autem Tatiani tutoris quondam ſui & [2] Liviani Turbonis. [3] In adoptionis ſponſionem venit [4] Palma & Celſo inimicis

reditu in Italiam cogitaret: tum Hadrianus Syriæ eſt impoſitus. Dio, τῇ Συρίᾳ ἐπὶ τῷ Παρθικῷ πολέμῳ προσετάχθη. initio Hadriani: vide eundem fine Trajani.

1 *Soſii Papp., & Pletorii Nepotis.*] Soſium in hiſtoria temporum Trajani invenio, & quidem notiſſimum: fuit enim quartum conſul: ſed illi cognomen Senecioni, non Pappo. at hic de quo Spartianus, ille eſt quem narrat Dio ſic dilectum Trajano, ut ei ſtatuam dicaret. Pletorius Nepos is eſt de cujus cæde infrà Spartianus.

2 *Liviani Turbonis.*] Martius Livianus Turbo notiſſimæ famæ vir ſub Trajano & Hadriano.

SALMASIUS.

3 *In adoptionis ſponſionem venit.*] Verba quæ ſequuntur, egere conjectore non interprete cenſet vir eruditiſſimus. & ſane ut nunc ſe habent, divinandum eſt. quid velint. nos parva mutatione magnam ſententiæ lucem fecimus, & verbis ſanitatem reddidimus nam pro *lapſos*, legendum *lapſis*, & ſic conſtituendus locus: *in adoptionis ſponſionem venit, Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis, & quos poſtea inſecutus eſt, in ſuſpicionem adfectatæ tyrannidis lapſis.* Dicit heic Spartianus, Adrianum ſpopondiſſe ſibi adoptionem, Palma, & Celſo, quos inimicos ſemper habuit privatus, & quos poſtea inſectatus eſt imperator factus, in ſuſpicionem adfectatæ tyrannidis, adductis. amotis enim illis, ob ſuſpicionem affectati regni, qui plurimum apud Trajanum poterant, & ſibi infenſi erant, bene cœpiſſe ſperare de adoptione, & in ſponſionem ejus veniſſe, quam certiorem mox habuit, ſecundo Conſul Plotinæ favore factus.

GRUTERUS.

3 *In adoptionis ſponſionem venit Palmâ & Celſo.*] Sic quoque Pal. Putabam aliquando, legendum, *in adoptionis ſuſpicionem.* nunc taceo; videoque præſtare, nonnulla ignorare, quàm omnia ſcire.

CASAUBONUS.

4 *Palma & Celſo.*] A. Cornelium Palmam, ſine dubio intelligit, qui fuit cos. II. ordinarius, eodem anno quo inter ſuffectos Hadrianus. Celſi plures in Rep. illo tempore clari: hic verò eſt opinor, L. Publilius Celſus, Hadriani in illo ſuo conſulatu collega. Sed velim doceant me peritiores qualenam hoc loquendi ſit genus: *In adoptionis ſponſionem venit, Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis.* nam hic conjectore opus, non interprete. An hæc mens eſt? Illis temporibus, hoc eſt, paullò ante Trajani exceſſum veniſſe Hadrianum in ſpem certam adoptionis: futuramque adeò fuiſſe ſpem ejus non vanam, niſi in hoc incepto retardatus fuiſſet à Palma & Celſo, inimicis ſemper ſuis? Per hanc ſententiam non *ſponſionem* fuerit legendum, ſed *ſpem.* ſic in Ælio Vero, *qui in famam aut in ſpem principatus venerunt.* ſed editam lectionem retinent omnes libri. An igitur hoc potius? Hadrianum qui jam tum ſpem aliquam adoptionis ſuæ conceperat, & per Plotinam id ſeriò agebat, auſum eſſe de eo cum Palma & Celſo ſponſione contendere: qui videlicet ad Trajanum rem detulerint, & inſtituti negotii rationes conturbarint. Scribo, *In adoptionis ſponſionem venit*

cis ſemper ſuis: & quos poſtea ipſe inſequutus eſt [1] in ſuſpicionem affectatæ tyrannidis lapſos. [2] Secundò Cos. favore Plotinæ factus, [3] totam præſumptionem adoptionis emeruit. [4] Corrupiſſe eum Trajani libertos, [5] curaſſe delicatos, [6] coſdemque ſepeliſſe per ea tem-

cum Palma, &c. Novum, ſed non inelegans dicendi genus, *in ſponſionem venire cum aliquo*. ut dicimus venire in ſuſpicionem apud aliquem. Cædem utriuſque horum infrà narrat auctor.

SALMASIUS.

1 *In ſuſpicionem adfectatæ tyrannidis.*] Optimus Pal. *adjectæ*. legendum *adfectæ*. & ita plane habet vetus editio. *afficere tyrannidem* pro *affectare*, auctoribus iſtis uſitatum, & non uno loco uſurpatum. in Avidio Caſſio: *affectio tyrannidis* pro *affectatio*. *denique tentaſſe in pueritia dicitur extorquere etiam Pio principatum, ſed per patrem virum ſanctum & gravem affectionem tyrannidis latuiſſe.* Sic enim libri eo loco legunt, non *affectationem*. in eodem Caſſio: *miſera conditio imperatorum quibus de affecta tyrannide niſi occiſis non poteſt credi.* ita enim *affectio* ſumitur apud Tertullianum pro affectatione. ſic *inſequi* pro *inſectari*, *trahere de aliqua re*, pro *tractare*. & *tractus* pro *tractatus*. Gloſſæ: *Tractatibus*, τρακτάτοις· quod alibi pluribus confirmabimus.

3 *Totam præſumptionem adoptionis emeruit.*] Notavimus ſupra, præſumptionem apud hos auctores eſſe, certam ſpem ac fiduciam, de re ut neceſſario eventura conceptam. paulo ante, *habuit quoque præſumptionem imperii mox futuri, ex fano Nicephorii Iovis manante reſponſo.* ſic autem *totam præſumptionem* hoc loco dixit Spartianus, ut Vopiſcus *totam ſecuritatem: omneſque orbis partes, in totam ſecuritatem redactæ ſunt.* ſic Ammianus, *totam felicitatem* dixit: Hieronymus, *totam libertatem: qui tota frontis libertate delinquit.*

CASAUBONUS.

2 *Secundò* COS. *favore Plotinæ factus.*] Hoc eſt, deſignatus. Annis novem poſt priorem conſulatum deſignatus eſt Hadrianus conſul ordinarius in annum proximum: quem & geſſit ex Kal. Januarii: ſed auctus imperatoria majeſtate, mortuo Trajano a. d. III. Eidus Auguſti. Hallucinantur omnino qui putant Trajano vivo Hadrianum conſulatum ſuum ſecundum egiſſe. Quid Dioni reſpondebunt qui deſertè negat? οὐ μέντοι οὔτ' ἄλλο τι ἐξαίρετον παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν, οὔθ' ὕπατος ἐν τοῖς πρώτοις ἐγένετο.

3 *Totam præſumptionem adoptionis emeruit.*] Pro incerta ſpe quam dudum conceptam hactenus foverat, πληροφορίαν eſt conſecutus ac ſpem certam. *præſumtio*, πρόγνωσις. *tota præſumtio*, plena & perfecta cognitio futuri. Primò Hadrianus de imperio cogitavit ex ſuggeſtione patrui magni, & Mœſi cujuſdam mathematici. ſed id votum erat potiùs quàm ſpes. deinde autem donatus à Trajano adamante gemma, *ad ſpem ſucceſſionis eſt erectus.* in ea ſpe poſtea confirmavit eum Sura, *à quo comperit adoptandum ſe à Trajano.* Itaque auſus eſt aliquanto pòſt *in adoptionis ſponſionem venire cum Palma & Celſo.* Tandem verò ſecundùm conſul deſignatus, *totam præſumtionem adoptionis emeruit.* Hæc ita Spartianus, ſanè quàm hac in re diligentiſſimus. *Merere* ſive *emerere* pro nanciſci, Tertulliano & deinceps omnibus Latinis familiare.

4 *Corrupiſſe eum Trajani libertos.*] Id eſt, δώροις πεῖσαι, & muneribus.

5 *Curaſſe delicatos.*] Θεραπεῦσαι τοὺς παιδικοὺς αὐτοῦ. *Delicati* qui & *deliciæ* etiam Suetonio. οἱ ἐρώμενοι. & in antiquis lapidibus DELICATI ac DELICATÆ

catamiti ſæpe nominantur. *Curare* quod in idiotiſmo noſtro *faire la cour*. Martialis libro VI. in Theleſinum,

Obſcœnos poſtquam cœpit curare cinædos,
Argentum, menſas, prædia ſolus emit.

ſed nec malè acceperis hic curare pro eo quod alibi, *pſilothro curare*. Lampridius in gemina huic de Heliogabalo hiſtoria: *In balneis cum mulieribus fuit, ita ut ipſe eas pſilothro curaret.* quod Martialis dixit, *pſilothro lavare*. Tranquillus de Domitiano: *Erat fama quaſi concubinas ipſe divelleret.*

SALMASIUS.

5 *Curaſſe delicatos.*] *Curaſſe* heic θεραπεῦσαι accipiunt, ut Hadrianus coluiſſe delicatos pueros Trajani dicatur. Sed male Martialis locus adducitur firmandæ iſti verbi *curare*, ſignificationi,

Obſcœnos poſtquam cœpit curare cinædos.

nam emendati ac veteres libri eo loco legunt, *ſervare cinædos*. & ita edendum curavit optimus atque doctiſſimus Grutterus noſter. curaſſe ad cultum corporis refero, ut comendis & ornandis delicatis operam dediſſe Hadrianum intelligamus. quod ſequentia oſtendunt. Sed nec bene accipi heic cenſeam *curare*, ἀντὶ τοῦ ψιλίζειν, quod *pſilothro curare*, dixit Lampridius in Heliogabalo, aliud enim *curare*, aliud *pſilothro curare*. Sic *dropace accurare* apud veterem interpretem Juvenalis. *curare* igitur τημελῆσαι interpretamur, nō θεραπεῦσαι, nec ψιλίζειν.

GRUTERUS.

5 *Curaſſe delicatos, eoſdemque ſepeliſſe, &c.*] Lipſio placebat, *eoſdemque depilaſſe*: Caſaubono, *eoſdemque ſæpè liſſe*, hoc eſt *liviſſe*. valde ἀστόχως.

CASAUBONUS.

6 *Eoſdémque ſepeliſſe.*] Corrupta lectio in omnibus libris. Non diſplicet quod excogitarunt viri docti: *eoſdémque depilaſſe*. ſed magis ipſis, niſi animi fallor, placebit conjectura noſtra. Scribimus ſine ullius literæ mutatione, *eoſdémque ſæpe liſſe*. hoc eſt, liviſſe. Aptiſſimum huic loco eſt τὸ *linere*, verbum τῆς κομμωτικῆς proprium, & τῆς θεραπευτικῆς: unde & *curare* eſt traductum. Nemo dubitat coſmetas illos, quorum circa cutim occupabatur induſtria, plurimùm collyriorum inunctionibus, omnibúſque illis remediis uſos, quæ eò quòd linantur ἔγχριστα aut περίχριστα φάρμακα vocant Græci. Linebant faciem vel ad oculorum ὑπογραφαῖς, quibus adeò veteres delectati. Plinius epiſtola ſecunda libri VI. de Marco Regulo oratore: *oculum modò dextrum, modò ſiniſtrum circumlinebat: dextrum, ſi à petitore; alterum, ſi à poſſeſſore eſſet acturus.* vel ad glabritiem & lævigationem. Suetonius de Othone, *Quin & faciem quotidie raſitare, ac pane madido linere conſuetum.* vel ad ſollicitandum candorem. Iuvenalis vetus interpres, ad ſextam ſatyram: *Aſinino lacte faciem linit, ut cutem tendat & candorem eliciat.* Idem, *Otho tam probroſa cura in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem liniret ad ſollicitandum candorem.* pro *linere* dixit *linire*: quomodo apud Suetonium quidam codices. nam hæc verba indiſcriminatim uſurpant. Quidam ut nævos occultarent faciem linebant: ut ille apud Martialem libertinus frontem literatus:

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem?
Ignoras quid ſit? ſplenia tolle: leges.

Atque hinc ortum proverbium, *os ſublinere*: quod de eo propriè dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorem, uti mos fuit, contrà & ſecus quàm erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim gryllum pingebant. nam *ſublinere* in hac parœmia eſt περιχρίειν, potiùs quàm ὑποχρίειν. Plautus etiam *os oblinere* dixit: quod iis κυρίως convenit, qui non faciei partem de conſueto more liniebant, ſed os totum. *oblinere* eſt καταχρίειν, ad plenum linere: ut apud Marcellum empiricum, *pinnula oblinere ſtrumas*. E contrario *linere aliquem* pro κολακεύειν dixe-

dixerunt. Hieroymus in Ezechielem libro VII. *Prophetæ quoque illi qui ventura pronuntiant, liniebant eos abſque temperamento.*

SALMASIUS.

6 *Eaſdemque ſæpeliſſe.*] Nihil melius nunc quidem mihi in mentem venit, quam quod excogitarunt docti viri, *eoſdemque ſæpe liſſe.* quamvis *liſſe* non probem pro *leviſſe*, χρῖσαι enim ejus requiro. Scribendum igitur, *leviſſe.* pro *ſæpe leviſſe.* male ſcriptum fuit, *ſæpeleviſſe.* poſtea correptum ab aliquo ſciolo, *ſepeliviſſe*, aut *ſepeliſſe.* Lini autem moris erat iſtos delicatos, vel ad candorem nitoremque cutis conciliandum, vel ne cito barbati eſſent. Suetonius de Othone narrat, *faciem quotidie pane madido linere conſuetum, idque inſtituiſſe à prima lanugine, ne barbatus unquam eſſet.* delicatos lini ſimpliciter heic dicit Spartianus. ſic Martialis de muliere:

Deque coloratis nunquam lita mater
Etruſcis.

coloratos Etruſcos vocat, ἡλιοκαύστους, & mulierem nunquam litam, quæ faciem medicamentis nunquam induxerit, ad candorem ſervandum, & ſolem cuti defendendum, ne coloraretur. Hujuſmodi autem medicamina, quæ præſtabant, ne ſole facies læderetur, θερινὰ προφυλακτικὰ προσώπων vocabant τῶν κομμωτικῶν auctores, eaque omnia erant ἐπίχριστα. Neſcio quam verum ſit, quod ad hunc locum ſcripſere doctiſſimi viri, veteres linere faciem ſolitos, vel ad oculorum ὑπογραφάς, vel ad glabritiem, & lævigationem. aliter enim facies, aliter oculi inungebantur, & diverſo utrumque fine: facies linebatur, vel ut candor conciliaretur, ac rubor etiam aliquando, vel, ut cutis tenderetur. Galenus: τὸ μέντοι λευκότερον τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου ποιεῖν ἐκ φαρμάκων ἢ ἐρυθρότερον τῆς κομμωτικῆς κακίας ἐστί. Medicamina illa quibus nitor aut candor parabatur in facie, προσώπου ἐπίχριστα λαμπρυντικὰ dicebantur; & προσώπου καταπλάσματα λαμπρυντικά, & σμήγματα προσώπου στιλβωτικά. illa vero quibus cutis tendebatur, τετανώθρα & τετανώματα. Latini veteres *tentipellia* dixere. Tibullus cum dicit,

Quid ſucco ſplendente genas ornare —

per *ſuccum ſplendentem*, τὸ ἐπίχριστον λαμπρυντικὸν intelligit. Juvenalis:

Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus, coctaque ſiliginis
offas
Accipit & madidæ, facies dicetur an
ulcus?

καταπλάσμα προσώπου λαμπρυντικὸν intelligit, ut & paulo poſt:

Et preſſum in facie digitis extendere
panem.

idem ibidem:

Interea fœda aſpectu ridendaque multo
Pane tumet facies —

ubi vetus interpres *medicamen ad tendendam faciem, vel cutem magis.* Græci dicerent, πρὸς τὸ τεταμένον ποιεῖν τὸ πρόσωπον· nam τετανώματα προσώπου ejuſmodi medicamina vocant. Tertullianus: *in illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant.* alia autem erant καταπλάσματα. alia σμήγματα. quibus utebantur ad cutem poliendam. ſublatis enim cataplaſmatis, τὰ σμήγματα adhibebant. idque etiam obſervavit Juvenalis in illa divina Satyra, adverſus ſequiorem, & nequiorem ſexum. ubi eleganter καταπλάσματα vocat tectoria.

Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit.
Incipit agnoſci.

Tectoria vocat panem illum, quo madido faciem linebant, ac veluti tectorio quodam inducebant, τετανωτικὰ καὶ στιλβωτικὰ τοῦ χρωτός. quod tectorium ſeu κατάπλασμα abſtergebant ſmegmate ex lacte aſinino, cum ad mœchos irent. Juvenalis:

— ridendaque multo
Pane tumet facies, aut pinguia Poppœana
Spirat,

tempora quibus in aula familiarior fuit, [1] opinio multa firmavit. [2] Quinto Iduum Auguſti die, legatus Syriæ literas adoptionis accepit: [3] quando & natalem adoptionis

Spirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti,
Ad mœchum lota veniunt cute ——

id eſt lomento expolita, vel ſmegmate, ſublato ἐπιχρίσμ. lac aſininum ad hanc rem idem memorat:

Incipit agnoſci atque illo lacte fovetur
Propter quod ſecum comites educit aſellas.

Vetus interpres: *aſinino lacte faciem linit, ut cutem tendat, & candorem eliciat.* Aetius libro. 7. ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῶν ἐπιχρίστων πειρῶνται τὴν ὄψιν σμήχειν, χρηστέον ταῖς ὑπογεγραμμέναις σκευασίαις. hoc eſt quod Juvenalis dixit:

Ad mœchum lota veniunt cute ——

enumerat deinde Aetius, illa σκευασιῶν genera, & nominat σμῆγμα πρόσωπα λαμπρῦνον, σμῆγμα προσώπου, σιλιγνίσμα, πτισάνημα, & alias ſimiles ſaponum, & lomentorum ſpecies, quibus qui utebantur, tam ad faciem quam ad reliquum corpus extergenda, polienda, & nitidanda, *lini* proprie dicebantur. Hæc ut Spartianum & Juvenalem explicaremus, diximus.

2 *Quinto Iduum Auguſti legatus Syriæ litteras adoptionis accepit.*] Agebat Antiochiæ Adrianus, ubi à Trajano cum exercitu relictus erat, cum litteras adoptionis accepit. Dio: ὡς δὲ τοῦ νοσήματος ἐπιέζετο, αὐτὸς μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν ὥρμησε πλεῖν, Πόπλιον δὲ Αἴλιον Ἀδριανὸν ἐν τῇ Συρίᾳ κατέλιπε μετὰ τοῦ στρατοῦ. Tertio autem Idus Auguſtas eidem nunciatum eſt Trajanum Selinunte deceſſiſſe. Sed eodem die minime fieri potuit, ut & Trajanus decederet, & Hadriano deceſſiſſe nunciaretur, propter intervallum locorum. ita biduum tantum intercerit inter adoptionem Adriani, & exceſſum Trajani. Scribit Dio aliquot dies tacitam eſſe mortem imperatoris, donec ordinarentur à Plotina, quæ ad Hadriani adoptionem ſpectabant. ὁ γὰρ πατήρ μου, inquit, Ἀπρωνιανὸς τῆς Κιλικίας ἄρξας πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐμεμαθήκει σαφῶς. ἔλεγε δὲ τά τε ἄλλα ὡς ἕκαστα, καὶ ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Τραϊανοῦ ἡμέρας τινὰς διὰ τοῦτο συνεκρύφθη ἵν' ἡ ποίησις προεκφοιτήσῃ. Et bonam ad hoc confirmandum rationem adfert, quod orationi ad ſenatum de adoptione Hadriani miſſæ, non Trajanus more ſolito, ſed Plotina ſubſcripſiſſet. Spartianus ſuppoſitum dicit aliquem, qui verba adoptionis pronuntiaret, feſſa & deficiente voce, Trajano ſcilicet jam extincto.

CASAUBONUS.

1 *Opinio multa firmavit.*] Eſt ſententia notiſſimi verſiculi Aſcræi ſenis.

Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζουσι.

nam opinio non eſt δόξα, ſed φήμη ἣν πολλοὶ φημίζουσιν, ut ad Suetonium exponebamus. Sic accipe in his auctoribus ſæpe.

2 *Quinto Iduum Aug.*] Apparet Trajanum in Hadriani adoptionem non ante Plotinæ conſenſiſſe, quàm ſpe diuturnioris vitæ poſita. Obiit enim Trajanus biduo poſt aut triduo.

3 *Quando & natalem adoptionis celebrari juſſit.*] Antiqui vocarunt natales omnes dies propter aliquam lætitiam inſignem ſibi ſolennes. Hegio Plautinus cùm audiviſſet adveniſſe filium ſuum captivum,

Di immortales, iterum natus videor, ſi vera autumas.

Inde in hiſtoriis principis ejuſdem

tot

ptionis celebrari juſſit. [1] Tertio Iduum earumdem, quando & natalem imperii inſtituit celebrandum, exceſſus ei Trajani nuntiatus eſt. Frequens ſanè opinio fuit, [2] Trajano id animi fuiſſe, ut [3] Neratium Priſcum non

tot natales. Theodorus Balſamon ad Photii Nomocanonem. Νατάλια δὲ εἰσὶ τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια, καὶ ἡ τούτων ἀναῤῥήσις. ſic rectè Græcus codex ms nam interpretum uterque ſine cauſſa hic turbant. Duos natales agnoſcit: nativitatis, ſive genitalem; unde *genitalicii ludi* in Pertinace: & delati imperii. Tertium hic habes qui vocatur adoptionis. Sic veteres quoque Chriſtiani eam vocem uſurparunt multifariam. Alii enim erant natales ordinationis: ut in Martyrologio Romano, ordinationis Ambroſii: & apud Ambroſium epiſtola quinta natalis Felicis Comenſis: quo ille ſuſceperat gubernacula ſummi ſacerdotii: alii τῆς τελειώσεως cujuſque martyrum: qui & *depoſitionis dies* dicebantur. Cujus appellationis cauſſam fusè explicat Ambroſius ſermone LXX.

1 *Tertio Iduum earumdem, exceſſus ei Trajani nuntiatus eſt.*] Notari hunc locum velim: nam ex doctiſſimorum virorum ratiociniis incidit mors Trajani in hunc ipſum diem. Atqui longiore intervallo Selinus Ciliciæ & Antiochia Syriæ metropolis ſejunctæ ſunt, quam ut vel rapidiſſimi veredi, vel incitatiſſimus myoparo pauculis horis tantum iter emetirentur. Trajanum Selinunte hominem exuiſſe dubitat nemo, etſi non ignoramus eſſe qui Seleuciæ dicant: ſed cur illis potiùs quàm Dioni fidem habeamus? In quinto Sibyllinorum oraculorum, de loco ubi fato conceſſurus eſſet Trajanus hæc verba leguntur:

Ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν· ἀλλ' ἀνεμώλης
Ἄνθειος οὔνομ' ἔχουσα.

non nominat, ſed periphraſi circumloquitur Selinuntem. Quare corrigendum,

— ἀλλὰ Νέμειος Ἄνθειος. ἢν. ἤ. Apium appellat Νέμεον ἄνθος: quia Nemeonicarum erat præmium σέλινον, id eſt ex apio corona. res notiſſima. Gentile hujus loci uſitatius Νεμεαῖος: ſed & Νέμειος dixerunt ac Νέμεος, ſicut obſervat è Stephano Hermoſaus Byzantius.

GRUTERUS.

1 *Tertio Iduum earumdem, quando & natalem imperii inſtituit celebrandum.*] Pal. *Tertium*; item *ſtatuit celeb.*

SALMASIUS.

2 *Trajano id animi fuiſſe ut Neratium Priſcum.*] De Neratio tacet Dio. idem in vita Hadriani non Neratium, ſed Servianum imperio maxime dignum Trajano viſum ſcribit. Nam in convivio quodam, cum ab amicis exegiſſet ut decem viros imperio dignos nominarent, paulum ſubſtitit, & mox, ut novem tantum nominarent, juſſit: unum quippe ſe jam tenere, nempe Servianum. εἰπεῖν γοῦν ποτε ἐν συμποσίῳ τοῖς φίλοις, ἵνα αὐτῷ δέκα ἄνδρας μοναρχεῖν δυναμένους ὀνομάσωσιν, εἶτ' ὀλίγον ἐπισχὼν ἔφη ὅτι ἐννέα δέομαι μαθεῖν, τὸν γὰρ ἕνα τοῦτ' ἔστι Σερβιανὸν ἔχω. ita enim apud Dionem legendum, non Σεβηριανόν.

CASAUBONUS.

3 *Neratium Priſcum.*] Juriſconſultum illum nobilem: cujus virtutibus nullum excellentius elogium, aut teſtimonium ἀξιοπιστότερον poſſit deſiderari iſto Optimi principum judicio.

1 Com-

non Adrianum ſucceſſorem relinqueret, multis amicis in hoc conſentientibus, uſque eò ut Priſco aliquando dixerit, [1] *Commendo tibi provincias*, [2] *ſiquid mihi fatale contigerit*. Et multi quidem dicunt, Trajanum in animo id habuiſſe, [3] ut exemplo Alexandri Macedonis, ſine certo ſucceſſore moreretur: multi ad Senatum eum orationem voluiſſe mittere, petiturum ut ſiquid ei eveniſſet, principem Romanæ reip. ſenatus daret, [4] additis duntaxat nominibus, ex quibus optimum idem ſenatus eligeret. [5] Nec deſunt qui factione Plotinæ mor-

1 COMMENDO TIBI PROVINCIAS.] Παρακατατίθεμαί σοι τὰς ἐπαρχίας. propria ultimis illis pietatis curis verba apud Græcos & Latinos. ſed cur provincias nominat potiùs quàm Rempublicam? Puto erupiſſe in hæc verba Trajanum de miſeriis provincialium cogitantem, vel cum Priſco ſermones habentem.

2 SI QUID MIHI FATALE ACCIDERIT.] *Fatum*, hoc eſt, mors, τὸ χρεών. ſed in hoc loquendi genere ſæpiùs reticetur hoc verbum à Latinis: etiam à Græcis, ἐάν τι πάθω, ἐάν τι συμβῇ.

3 *Ut exemplo Alexandri Macedonis.*] Reſpicit morientis Alexandri dictum: cùm interrogatus ab amicis cui regnũ relinqueret, *optimo*, inquit, & addidit, Προορῶμαι γὰρ ἐπιτάφιον μέγαν ἀγῶνα γενησόμενόν μοι τῶν φίλων. Etiam Auguſtum putarunt quidam ob ſimilem ambitionem herede Tiberio voluiſſe mori, ut ſcribit Tranquillus libro III. cap. XXI. Fuit autem Romanis principibus familiare, ut ſequioribus aut aſperioribus ſuis factis exemplum aliquod ex veteri memoria repetitum prætenderent. Sic Trajanus hic Alexandri auctoritate conſilium ſuum defendit: Hadrianus mox Catonis: *exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pron.* & paullò pòſt de eodem, *exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris ſui Trajani.* Alibi de Caracallo: *Eos quos legerat occidit, exemplo Ptolemæi Euergetis.* Simile eſt quod de maximo principum Auguſto obſervat Suetonius capite LXXXIX.

4 *Additis duntaxat nominibus.*] Fortaſſe deeſt hic numeri nota poſt vocem *additis*.

SALMASIUS.

4 *Additis duntaxat nominibus.*] Cenſet vir doctiſſimus excidiſſe numeri notam. ego aliter cenſeo. ſed id velle Spartianum: nuda tantum nomina in ea oratione ponere voluiſſe Trajanum, illorum quos imperio dignos judicabat: ut nudis nominibus propoſitis, ſenatus optimum eligeret. Libertatem enim electionis ac judicii Senatui Trajanus eripuiſſet, ſi ad ſingulorum nomina commendationem à virtute aut merito cujuſque adjeciſſet. Sic ſuam de unoquoque ſententiam oſtendendo, magis quis ex omnibus eligi dignior aperuiſſet, quam integrum ea de re ſenatui judicium reliquiſſet.

CASAVBONVS.

5 *Nec deſunt qui factione Plotinæ m.*] Fusè narrat Dio Caſſius: etiam è Latinis quidam. Aurelius Victor: *Quamquam alii Plotinæ Trajani conjugis favore imperium aſſecutum putent: quæ viri teſtamento heredem regni inſtitutum ſimularat.* Profertur inſcriptio vetus in qua

mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adſcitum eſſe prodiderint, ſuppoſito qui pro Trajano feſſa voce loqueretur. Adeptus imperium, ad priſcum ſe ſtatim morem inſtituit, [1] & tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus quas Trajanus ſubegerat, Mauri laceſſebant, Sarmatæ bellum inferebant, [2] Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant, Ægyptus ſeditionibus urgebatur, [3] Lycia denique ac Palæſtina rebelles

qua ſunt de hac Tanaquile & de Trajano verba iſta: EIUS. OPERA. HADRIANUM. ADOPTATUM. IN. IMPERIO. SUCCESSOREM. HABUIT. & dicitur ad Aquas Sextias hodie extare. Atqui ubi ubi illa ſit, adulterina eſt, & à ſemidocto quodam antiquario conficta.

1 *Et tenendæ p. o. t. paci operam intendit.*] Regius & Roberti Bon. *e. t. p. o. t. pacis operam dedit.* perperam.

2 *Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant.*] Regius, *Bractiani.* qui nulli fuerunt in rerum natura. ſed *Bactrianos* habuit in animo librarius. Firmat quod ſcriptum infrà de Bactrianorum rege, legatos tandem ad Hadrianum mittente: ubi iterum idem monſtrum offendimus. Idem codex, *dictione.* Eſt verò *ditio* quaſi dictio: *quia,* inquit Servius, *omnis poteſtas dictis conſtat, id eſt imperio.*

SALMASIUS.

1 *Et tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit.*] Immo, *impendit. operam* enim *alicui rei impendere*, Latinum eſt. *at operam intendere,* vix dici poteſt. ita etiam in membranis ſcriptum reperi.

2 *Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant.*] De Britannico motu ſub Hadriano magnum apud auctores ſilentium. Conſtanter tamen hanc lectionem retinent libri noſtri. quod enim *Bractianos* ex ſuis profert vir doctus, & mutandos eos cenſet in Bactrianos, idque firmare quod infra ſcriptum eſt, de Bactrianorum rege legatos tandem ad Hadrianum mittente, probare non poſſum. nam Bactrianos nationibus illis comprehendi cenſeam, quas Trajanus ſubegerat, quæque tunc deficiebant cum igitur præter illas nationes à Trajano ſubactas, & cum maxime defectionem cogitantes, deficerent & aliæ gentes imperii Romani, ut Sarmatæ, Mauri, Britanni, Ægyptii, Judæi, coactus eſt Hadrianus provincias virtute Trajani imperio acquiſitas, quia teneri amplius non poterant, demittere, & tenendæ paci per orbem terrarum operam impendere. Si quis autem conjecturæ locus, videntur Britanni novis rebus eo tempore ſtuduiſſe, quo Julius Severus ex Britannia cui præſidebat, evocatus ad Judæos, qui tunc rebellabant, comprimendos miſſus eſt.

GRUTERUS.

1 *Et tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit.*] Pal. noſter ab emendatrice manu, ſed ſatis tamen antiquâ, *impendit.*

3 *Lycia denique ac Palæſtina rebelles animos efferebant.*] Idem, *afferebant.* nihil tamen variat in illo *Lycia*, niſi quod habeat *Licya.* quo juvatur conjectura Caſauboniana, *Libya.*

CASAUBONUS.

3 *Lycia denique ac Palæſtina reb.*] De Palæſtina temporibus illis tumultuante notum omnibus. Lyciam movere

les animos efferebant. [1] Quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo (ut dicebat) Catonis, [2] qui [3] Macedonas liberos pronuntiavit quia teneri non

vere aliquid auſam mirum eſt: nationem neque præpotentem, & Romanæ ſervitutis jugo ita dudum aſſuetam: Sed non dubitamus ſcribendum eſſe *Libya*. Ita vocabant veteres Africæ provinciam Ægypto vicinam: quæ inter Ægyptum & Pentapolim media, à Romanis Ægypto fuit attributa. aliis Maræotis Libya appellatur. Judæos tempeſtate illa totum eum tractum ſua rebellione infeſtaſſe, ex hiſtoria rerum Trajani & Hadriani notum eſt.

SALMASIUS.

3 *Lycia denique ac Palæſtina.*] Ita quoque libri noſtri. placet tamen eruditiſſimo viro, *Libya*, & Libyam illam intelligi quæ Ægypto vicina. ſed cur Libyam Palæſtinæ potius adjungeret, quam Ægypto, cui erat adjuncta & attributa? nam ut omnes ſciunt, ſub Ægyptiaca præfectura erat illa Libya. Sed Lyciam, inquiunt, quis credat, aliquid tunc movere auſam, provinciam nec potentem, & longa ſerviendi conſuetudine manſuetam? ego profectò credo, quoniam ita heic habetur. ſiquid eſſet mutandum, libentius legerem, *Cilicia denique ac Palæſtina.* Cilicia enim Syriæ vicina, & Cilices rerum novarum ſtudioſi, leves, perfidique, juxta cum Syris. niſi quis malit in Lycia turbaſſe Judæos ut & in Palæſtina. quod verum eſt.

CASAUBONUS.

1 *Quare omnia trans Euphratem & Tigrim reliquit.*] Ut eſſet imperii finis Euphrates, inquit Eutropius: qua de re alio dicemus loco. At Trajanus *ad ortum ſolis cunctas gentes quæ inter Indum & Euphratem amnes inclytos ſunt, bello concuſſerat*, ut ſcribit Aurelius Victor. De Hadriano eleganter Auguſtinus De civitate Dei libro IV. cap. XXVIII. *In orientalibus partibus Hadriani voluntate mutati ſunt termini imperii Romani. Ille namque tres provincias nobiles Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam Perſarum imperio. ut deus ille Terminus qui Romanos terminos ſecundum iſtos tuebatur, & per illud pulcherrimum auſpicium loco non ceſſerat Iovi, plus Hadrianum regem hominum, quam regem deorum timuiſſe videatur.* Hadriani factum reprehendunt plerique omnes: non illi, opinor, improbent, qui ſtatuant cum ſapientiſſimo principum Auguſto, & publicam habendi cupiditatem eſſe coërcendam. Quamobrem Diocletianus, princeps & ipſe prudentiſſimus, Auguſti præceptum, Hadrianique exemplum ſecutus, imperii fines à meridie ſupra Ægyptum arctavit: auctor Procopius in Perſicis. Idem Imperator reliquit & Daciam à Trajano conſtitutam, ſublato exercitu & provincialibus: *deſperans eam poſſe retineri*, Vopiſcus ait. Joviani factum in ore omnibus eſt: ſed Jovianum multi, nominis præſertim Chriſtiani hoſtes, hanc ob cauſſam lacerarunt. Nolo patrocinium illius ſuſcipere: tantùm dicam, falsò in ejus invidiam ſcriptum Ammiano, *nunquam*, ait, *ab Urbis ortu inveniri poteſt annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas noſtrarum ab Imperatore vel* cos. *hoſti conceſſas.* eſto de conſulibus: de imperatoribus liquet contrarium ex antè dictis.

2 *Qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*] Perſeo devicto cùm miſſi ſunt in Macedoniam legati decem, ut de eorum ſententia res componerentur, pronuntiata ea eſt libera, & ſuis legibus uti permiſſa. Hiſtoriam narrat Livius libro XLV.

ri non poterant. [1] Pſamatoſſirim, quem Trajanus Parthis regem fecerat, [2] quod eum non magni ponderis apud

XLV. ſed cauſſa longè aliter ibi explicatur. Apponam ejus verba: *Omnium primum liberos eſſe placebat Macedonas atque Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma populi Romani non liberis ſervitutem, ſed contrà ſervientibus libertatem afferre.* Pro *teneri* liber regius & Auguſtanus *tueri*, paſſiva notione, ut apud Lucretium, Varronem, & paſſim in Pandectis.

GRUTERUS.

3 *Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*] Etiam Pal. ſervat, *tueri non poterant.*

1 *Pſamatoſſirim.*] Noſtra quoque ſcripta lectio, *Sarmatoſirin.*

CASAUBONUS.

1 *Pſamatoſſirim quem Trajanus Parthis regem fecerat.*] Lectio ſcripta, *Sarmatheſirim.* Scripſiſſe Spartianum autumo, *Parthamoſirim*, ut apud Dionem Παρθαμασίριν: vel *Pharmacoſirim*, cum Eutropio: in cujus libris malè hodie, *Pharnace Syro occiſo*: pro, *Pharmacoſiri occiſo.* Sed falſus eſt in hoc nomine Spartianus, deceptus affinitate duarum dictionum. Nam ille rex quem Parthis impoſuit Trajanus, & quem ipſi expulerunt, Parthamaſpates nominabatur. at is cujus nomen poſuit Spartianus, Armeniorum rex erat, & regno ſuo à Trajano fuit ſpoliatus. Hæc liquidò conſtant ex Dione. confirmat & Eutropius, *Armeniam quam occupaverant Parthi, recepit: Pharmacoſiri occiſo qui eam tenebat.* cætera Eutropius rectè, & convenienter Dioni: at regem illum fuiſſe occiſum, apparet falſum ex Dionis hiſtoria. Inſcitiſſime Pæanius, ut alia pleraque omnia, depravatiſſimis Eutropii codicibus uſus pro bonis & emendatis.

SALMASIUS.

1 *Pſamatoſirim.*] *Sarmatoſirim*, hunc regem indigetant membranæ Palatinæ, & editio Mediolanenſis. quod propius accedit ad Παρθαμάσπατες, ut eum vocat Dio. non prætereundum eſt, rectè animadvertiſſe doctos viros, perperam heic ab auctore confundi Parthamoſirin cum Parthamoſape. quorum alter Armeniæ rex, nempe Parthamoſiris: alter Parthis à Trajano impoſitus, qui Parthamoſapes Dioni dicitur. De Parthamoſiri locus Dionis in Trajano: Τραιανὸς δὲ ἀμαχεὶ πάντα χειρωσάμενος εἰς Σατάλα ἦλθε καὶ εἰς Ἐλεγείαν τῆς Ἀρμενίας χωρίον, καὶ τὸν Ἡνιόχων βασιλέα ἐτίμησε, Παρθαμάσιριν δὲ τὸν Ἀρμένιον ἐτιμωρήσατο. en ἐτιμωρήσατο. non igitur ille, quem Parthis impoſuit Trajanus. eum enim Παρθαμασπάτην appellat, & ſic de eo ſcribit: καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς καὶ μεγαληγορήσας ὑπὲρ ὧν κατειργάσατο, Παρθαμασπάτην τοῖς Πάρθοις βασιλέα ἀπέδειξε τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπιθείς. eodem libro paulo poſt: καὶ γὰρ καὶ οἱ Πάρθοι τὸν Παρθαμασπάτην ἀπαξιώσαντες ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι. & hoc ipſum eſt quod hoc loco tangit Spartianus, Hadrianum cum apud Parthos videret haud in magno pondere haberi regem ſuum Parthamoſirin, proximis gentibus eum dediſſe regem. ſed *Parthamoſirin* perperam appellat, qui *Parthamoſpates.* quod vero vir doctiſſimus regem illum Armeniæ occiſum non conſtare ex Dione notat, cum Eutropius occiſum eſſe ſcribat, non video quomodo aliter liceat accipere verba illa Dionis, ἐτιμωρήσατο. Sane ita ea videtur accepiſſe Eutropius, vel auctor ille quem Eutropius ſequitur. Sextus tamen Rufus diadema tantum illi ſublatum ſcribit.

CASAUBONUS.

2 *Quod eum non magni ponderis apud Parthos videret.*] Paullò aliter Dio: non

apud Parthos videret, [1] proximis gentibus regem dedit. Tantum autem ſtatim clementiæ ſtudium habuit, ut quum ſub primis imperii diebus [2] ab Tatiano per epiſtolas eſſet admonitus, ut & [3] Bæbius Macer præfectus urbis, ſi reniteretur ejus imperio, necaretur, [4] & Laberius Maximus qui [5] ſuſpectus imperio in inſula exulabat, & Frugi Craſſus, neminem læderet. quamvis Craſſum poſtea procurator [6] egreſſum inſula, [7] quaſi res novas moliretur, [8] injuſſu ejus occiderit. [9] Militibus ob auſpicia imperii duplicem largitionem dedit. [10] Luſium Quietum, [11] ſublatis gentibus Mauris

non enim contemtui ſolùm habitum, ſed planè ejectum. *οἱ Πάρθοι τῆς Παρθαμασπάτην ἀπαξιώσαντες, ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλείας.*

1 *Proximis gentibus regem dedit.*] Temporibus illis pleræque Orientis gentes aut à Trajano aut ab Hadriano acceptos reges habuerunt. Vide Arrianum in Euxini ponti periplo.

2 *Ab Tatiano.*] Regius, *ab Arriano*: Puteani, *Aciano*: Auguſtanus, *Actiano*.

3 *Bæbius Macer præfectus urbi.*] Hic eſt Bæbius Macer, cujus nomen inter conſules ſuffectos ejus anni, cui nomen dederunt Trajanus IIII. & Articulejus coss. de eodem conſule deſignato Plinius libro IV. epiſtola nona. An hic eſt Bæbius Macer hiſtoricus, quem aliquoties Servius aliique laudant? Scripſiſſe hunc faſtos dies auctor Fulgentius de priſco ſermone. Bæbii Macrini rhetoris mentio in Alexandro Severo: & item alius Bæbii Macri præfecti prætorio ſub Valeriano principe apud Vopiſcum in Aureliano.

4 *Et Laberius Maximus.*] Regius, *Labienus*. ſed Laberius Maximus notus illa tempeſtate inter Romanos proceres. Vide Plinii epiſtolam XVI. libri decimi. Labienus Maximus nuſquam repertus.

GRUTERUS.

4 *Et Laberius Maximus.*] Sic & Pal. noſter.

7 *Quaſi res novas moliretur, injuſſu ejus occiderit.*] Palat. *injuſſo ejus*. ſed non diſplicet lectio codicis Gallicani, *juſſu ejus*.

10 *Luſium Quietum, ſublatis gentibus Mauris.*] Ita conſtanter Pal.

CASAUBONUS.

5 *Suſpectus imperio*] Hoc eſt, affectatæ tyrannidis. Sic iterum mox loquitur.

6 *Egreſſum inſula, quaſi res novas molir.*] Ex Hadriani conſtitutione exſul in inſulam relegatus, qui exceſſerit, non punitur capite, ſed in inſulam deportatur, auctore Calliſtrato, lege XXVIII. Dig. De pœnis.

8 *Injuſſu ejus occiderit.*] Regius, *juſſu*. quod putem verius.

9 *Militibus ob auſpicia imperii.*] Qui imperium ſuſcipiebant, aut in eam ſpem adoptabantur, donativo milites, populum congiario ſibi conciliabant. Sed conſuetum & quaſi legitimum ejus largitionis modum duplicavit Hadrianus. de militibus hìc Spartianus: de populo non longè poſt.

10 *Luſium Quietum.*] Hic eſt ille Luſius inter Trajani duces ſtrenuiſſimus: de quo tam multa in illius principis

ris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, exarmavit, [1] Martio Turbone, Judæis compreſſis, ad

cipis hiſtoria. In depravando ejus nomine variè luſit librariorum oſcitantia. Regius hîc, *Buſium*. apud Xiphilinum Λούκιος ſemel aut iterum pro Λούσιος, ut ſemper alibi. id enim rectum. Euſebius in Chronico *Lyſiam Quietum* nominat, ſecutus inconſultò alicujus depravati codicis fidem: aut Græcorum more Romanum nomen in affine Græcum corrumpens. Nam ita ſcripſiſſe ipſum Euſebium, & poſt illum Hieronymum, antiquiſſimus codex clariſſimi Petavii arguit: & confirmat vetuſtiſſimus Georgii Monachi liber regius, ubi ſcriptum offendimus ex illo Euſebii loco, Λυσίαν Κύητον. At in Hiſtoria ejuſdem Euſebii libro quarto, capite ſecundo, perperam ſcriptum Λούκιος Κόϊντος, pro Λούσιος Κύητος. ſicut & apud Mauricium imperatorem Τακτικῶν libro IX. capite, de circuitionibus nocturnis: ὅπερ ἐποίησε Λούκιος ὁ στρατηγὸς Ῥωμαίων ἐπὶ Τραϊανοῦ: ita legi in codicibus regiæ bibliothecæ. ſed etiam hîc Λούσιος ſcribendum, vel teſte Ammiano Marcellino libro XXIX. *Luſius*, inquit, *Trajano rem regente Romanam pluribus inclaruit fortibus factis*. Inter Romanas gentes & Luſia. Apud Cælium Aurelianum eſt Luſius quidam medicus. Lapis Comenſis. LUSIÆ. L. F. QUINTÆ. VXSIUS. ubi cenſeo aut lectum malè, aut ſculptum à quadratario QUINTÆ pro QUIETÆ. Eſt & Luſius Lupus apud Marcum Antoninum in duodecimo libro: ſed de eo parum nobis liquet. apud Tacitum in rebus Claudii nominantur Luſius Geta, & Luſius Varius.

II *Sublatis gentibus Mauris quos regebat.*] Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, *gentibus quos*. nam ita ſcripti. Infra, *non injucundum rem inſerere, ex quo conſtet eum multa didiciſſe*. niſi ex gloſſa irrepſit vox *gentibus*. ſed ea figura frequentius nihil. Hieronymus in Ezechielis cap. XVI. *Omnes nationes quæ à principio idolis ſervierunt, non tanti criminis rei ſunt*. Non diu autem rexit Mauros Luſius. nam extremis Trajani temporibus adverſus rebellantes Judæos in Cyprum inſulam miſſum refert Dio. Functus eſt & præſidatu Judææ, non multò ante Trajani exceſſum. Vide Euſebii hiſtoriam libri quarti initio.

I *Martio Turbone Iudæis compreſſis.*] Ubi? & quibus? nam paullò ante obitum Trajani variis locis Aſiæ Africæque motus Judæorum extiterunt. Narrat Euſebius uſum opera hujus Trajanum contra Judæos Cyrenenſes, & vicinos Ægyptios. Videtur & Hadrianus primo imperii ſui tempore, in ordinandis Ægypti rebus ejuſdem uſus miniſterio. In Chronico Euſebii legimus ad annum Hadriani primum: *Hadrianus Alexandriam à Romanis ſubverſam publicis inſtauravit expenſis*. Hem! à Romanis? quis hoc alius dixit? Georgius Monachus ſic: Ἀδριανὸς Ἰουδαίους κατ' Ἀλεξάνδρειαν στασιάζοντας ἐκόλασε. & in eam ſententiam plura Oroſius, libro ſeptimo, cap. XII. An igitur ſcribendum apud Euſebium *à Judæis*? Sed ἐπέχω, & herois illius heroe nati Joſephi Scaligeri Euſebianas curas avidiſſimè expecto. Quo divino opere tam multa, ſcio, indicta, inaudita, planeque nova docebimur, ὅσ' ἐν πόᾳ Κύματα ποιεῖται χείματι τοῦ ὀδοῦ.

SALMASIUS.

I *Martio Turbone Iudæis compreſſis.*] Ubi & quando factum, ut Judæos compreſſerit Turbo, quæritur à doctis hominibus hoc loco. Judæos ſane ſub Hadriano rebellaſſe, non ſolum

[1] ad deprimendum tumultum Mauritaniæ deſtinato. [2] Poſt hoc Antiochia digreſſus eſt [3] ad inſpiciendas reliquias Trajani, quas Tatianus, [4] Plotina [5] & Mattidia deferebant. Quibus exceptis & navi Romam dimiſſis, ipſe Antio-

lum ſub Trajano, legere eſt apud Xiphilinum; nec in una tantum orbis parte ſeditionem excitaſſe, ſed ubique terrarum: ad quos comprimendos, & compeſcendos Julium Severum Britanniæ præſidem ſcriptum reliquit idem Xiphilinus. Martiani autem Turbonis opera ad eam rem uſum Hadrianum non dixit. veriſimile tamen eſt, etiam Martianum Turbonem in illis fuiſſe qui Judæos tumultuantes repreſſerunt & contenderunt. non enim unum tantum, ſed multos, & optimos duces ad tumultum eorum pacandum miſſos ab Hadriano ſcribit idem Dio. vel Xiphilinus potius: *καὶ πάσης ὡς εἰπεῖν οἰκουμένης, τότε δὴ τοὺς κρατίστους τῶν στρατηγῶν ὁ Ἀδριανὸς ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ὧν πρῶτος Ἰούλιος Σεβῆρος ὑπῆρχεν, ἀπὸ Βρεττανίας ἧς ἦρχεν ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους σταλείς.* Primus igitur hic Julius Severus fuerit ex ducibus quos Hadrianus miſit ad debellandos rebellantes Judæos. non tamen ſolus, & videtur ultimam manum impoſuiſſe illi bello Martius Turbo, qui compoſitis adverſus Judæos rebus, ad Mauritaniam pacandam, quæ in motu erat, ab eodem deſtinatus eſt.

CASAUBONVS.

1 *Ad deprimendum tumultum.*] Vi x Latinæ aures admittant *deprimere tumultum* pro reprimere. tamen ita ſcripti.

2 *Poſt hoc Antiochia digreſſus eſt.*] Reg. *Poſt hæc Antiochiam dig. e.* ſed refutat hiſtoria.

3 *Ad inſpiciendas Trajani reliquias.*] Malim, *excipiendas.* Sequitur ſtatim, *quibus exceptis, & navi Romam dimiſſis.* an ibi potius *inſpectis* ſcribendum? Reliquiarum exceptio videtur ad oſſilegium pertinere. nam mirum ſanè fuerit Hadrianum ad legendas de more reliquias parentis ſui, (ita voluit credi,) Selinuntem non veniſſe. Inſpectio reliquiarum ad venerationem illarum ſpectat, & ritum inferias faciendi. Sic apud Herodianum urnam feralem in qua Severi reliquiæ s. p. q. r. *προσκυνοῦσι.*

5 *Et Mattidia.*] Scrib. *Matidia* unico T. ut in ſaxis.

SALMASIUS.

1 *Ad deprimendum tumultum.*] Sic omnes libri ſcripti editique, uno conſenſu. *deprimere* pro *reprimere*, ut *detrectare* & *retrectare* idem. puto tamen *reprimendum* legi debere.

3 *Ad inſpiciendas reliquias.*] Dubitat Caſaubonus, an heic legendum, *ad excipiendas reliquias.* ſequitur enim, *quibus exceptis.* ſed nihil opus. nec excipere ſignificat hoc loco quod vulgo putant. non enim ad oſſilegium quidquam pertinet, ſed ad honorem tantum τῆς ὑπαντήσεως. cum igitur reliquias Trajani deferrent Attianus, Plotina & Mattidia, Antiochia digreſſus eſt Hadrianus, ut obviam illis procederet, inſpiceret, & exciperet. quibus exceptis & Romam dimiſſis Antiochiam regreſſus eſt. Igitur inſpicere & excipere eodem pertinet hoc loco, nec de oſſilegio agitur. legi etiam poſſet, *ad ſuſcipiendas reliquias.*

GRUTERUS.

1 *Ad deprimendum tumultum.*] Sic quoque Pal. ut & mox, *ad inſpiciendas reliquias.*

4 *Plotina & Matidia.*] Haud aliter Pal. unico *t*, non ut alii *Mattidia.*

D 2 1 *Catilio*

Antiochiam regreſſus, præpoſitoque Syriæ [1] Catilio
6 Severo, [2] per Illyricum Romam venit. [3] Trajano divinos honores, datis ad ſenatum & quidem accuratiſſimis literis poſtulavit, [4] & cunctis volentibus meruit, ita ut ſenatus multa quæ Adrianus non poſtulaverat, in honorem Trajani ſponte decerneret. Quum ad ſenatum ſcriberet, veniam petiit [5] quod de imperio ſuo judi-

CASAUBONUS.

1 *Catilio Severo.*] De quo in vita Marci Antonini. Qui legunt hic, *C. Atilio Severo*, refelluntur etiam à literatis lapidibus.

2 *Per Illyricum Romam venit.*] Hic primus eſt Hadriani Imperatoris adventus Romam. Cùm enim in Oriente ſub Trajani mortem magni motus variis locis fuiſſent excitati, ut antè dictum: coactus eſt novus Auguſtus componendis iis rebus, & paci ſtabiliendæ, diutius in Syria morari, aut vicinis provinciis. Ideo Plotina, & Matidia eo non expectato, defuncti reliquias Romam advexerunt. Mox compoſito Orientis ſtatu, cùm ſe itineri Hadrianus accinxit, *per Illyricum*, inquit Spartianus, *Romam venit.* nimirum prudens princeps navigationi terreſtre iter antepoſuit, ut in tranſitu provincias Achajam, Macedoniamque poſſet inſpicere. Ex iſtis perſpicuum fit, non potuiſſe Hadrianum, eo anno qui ſupremus fuit Trajano, Romam venire. Atqui ſecundùm Conſul venit. nam id evincunt nummi decreto ſenatus cuſi, in quibus ab altera parte ſecundus ejus conſulatus eſt adnotatus; ab altera hæc: FORTUNÆ. REDUCI. S. C. Quamobrem falluntur viri magni, qui ab Onuphrio diſſentientes, putant Hadrianum ſecundum conſulatum vivo Trajano egiſſe: & primum hunc illius in Urbem adventum ad tertium ipſius referunt conſulatum. Quid enim fiet illis quos dixi nummis? quales & deſcripti ſunt ab eruditis hominibus multi: & nobis aliquot oſtendit Phœnix ille Galliarum, Virtutis imago certa & vera, omni eruditione inſtructiſſimus, Jacobus Auguſtus Thuanus, Præſes, & ſupremæ curiæ τὸ καλὸν ἄγαλμα. Nummi de tertio conſulatu, quos docti illi viri afferunt, nihil quicquam huc pertinent, ut mox dicemus.

3 *Trajano divinos honores, d.*] Hæc alieno loco ab auctore poſita. priùs enim hoc factum quàm itineri ſe accingeret: cum de ejus reditu jam dixerit. Sexcenta in his ſcriptoribus talia: quæ facilè incauto lectori imponant. Fere enim ubique in conſcribendis hiſce vitis, mera fecerunt mapalia. Adeò ſæpe in eorum narrationibus & hiſtoriis, quod doctores Hebræorum dicere ſolent, nec prius eſt, nec poſterius. Duos excipio, Trebellium Pollionem, & Flavium Vopiſcum, in quorum ſcriptis hanc ἀταξίαν minus deprehendes. Vopiſcus quidem ita accuratus & caſtigatus ſcriptor, ut videatur nobis unus ex omnibus merito ſuo ὑπεροχὴν ἐμφέρειν ἄλλων.

SALMASIUS.

4 *Et cunctis volentibus meruit ita, ut Senatus.*] Diſtingue, *Trajano divinos honores, datis ad Senatum, & quidem accuratiſſimis litteris, poſtulavit, & cunctis volentibus meruit. ita ut Senatus multa quæ Hadrianus non poſtulaverat, in honorem Trajani ſponte decerneret.*

CASAUBONUS.

5 *Quod de imperio ſuo judicium ſenatui non dediſſet.*] Quod fecere alii imperatores, verè an ſimulate. Gordianus

judicium ſenatui non dediſſet, [1] ſalutatus ſcilicet præpropere à militibus imperator, [2] quod eſſe reſpub. ſine imperatore non poſſet. Quum triumphum ei ſenatus, qui Trajano debitus erat, detuliſſet, recuſavit ipſe, atque [3] imaginem Trajani curru triumphali vexit, [4] ut optimus imperator ne poſt mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. [5] Patris patriæ nomen ſibi delatum

nus in epiſtola ad ſenatum prima poſt aſſumtam purpuram: *Veſtrum eſt æſtimare quid velitis: Nam ego uſque ad ſenatus judicium incertus & varius fluctuabo.* Probus imperator oratione prima ad ſenatum: *Quæſo ut de meis meritis faciatis quicquid juſſerit veſtra clementia.* Opilius quoque Macrinus etſi tyrannus manifeſtus, hac tamen ſimulatione uſus, ſcribens ad ſenatum in hæc verba: *Milites detulerunt ad me imperium, cujus ego P. C. interim tutelam recepi. tenebo regimen, ſi & vobis placuerit, quod militibus placuit.* De Hadriani autem literis ita Dio, ἔγραψε πρὸς τὴν βουλὴν ὁ Ἁδριανός, ἀξιῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν καὶ παρ' ἐκείνης. *Dare judicium*, pro deferre. aliter in jure cùm Prætor *judicium dare* dicitur.

SALMASIUS.

1 *Salutatus ſcilicet præpropere à militibus imperator.*] Salutatus ſcilicet Antiochiæ ubi cum exercitu relictus à Trajano fuerat: ἦν δὲ ὅτε ἀνηγορεύθη αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸς ἐν τῇ μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ ἧς ἦρχεν.

CASAUBONUS.

2 *Quod eſſe Reſp. ſine imperatore non poſſet.*] Id olim triſtiſſimi ominis loco habitum. Nam inde eſt, quod inter Caji immania id quoque poſuerunt, per illum Remp. triduo ſine ſumma fuiſſe poteſtate. Suetonius cap. XXVI. *Conſulibus oblitis de natali ſuo edicere, abrogavit magiſtratum: fuitque per triduum ſine ſumma poteſtate Reſp.* Hoc igitur prætexit Hadrianus feſtinationi ſuæ in occupando imperio. At enimvero poſſe Remp. etiam ſine imperatore eſſe declaratum eſt poſt cædem Aureliani: cum quidem totis ſex menſibus principe caruit Reſpublica.

3 *Imaginem Trajani curru triumphali vexit.*]. De hac imagine alter Victor ſive Victorinus, *Hujus exuſti corporis cineres relati Romam, humatique Trajani foro ſub ejus columna: & imago ſuperpoſita, ſicuti triumphantes ſolent in Urbem invecta, ſenatu præeunte & exercitu.*

4 *Ut optimus imperator.*] Alluſum ad Trajani cognomen OPTIMUS. Porro videtur Hadriani hæc moderatio ita grata vulgò omnibus fuiſſe, ut ejus pietatem erga Trajani manes publico teſtimonio ſenatus ſibi proſequendum judicarit. Huc enim refero nummum eo anno cuſum cum hac inſcriptione, PIETAS.

5 *Patris patriæ nomen ſ. d. ſtatim, & iterum poſtea diſtulit.*] Quamdiu autem? hoc vellem adjeciſſet Spartianus. Cæterum conſtat hanc moram longam non fuiſſe: atque fortaſſe minimam, ne dicam nullam. Lapis ſecundo ejus conſulatu poſitus, hoc eſt, paullò poſt quam imperium Hadrianus ſuſcepit. IMP. CÆS. TRAIAN. HADRIANUS. AUG. P. M. TR. POT. COS. II. P. P. Sunt & ſimiles alii: ex quibus rectè conjiciebat eruditiſſimus Onuphrius, Hadrianum unà cum imperio omnes ἀθρόως ſuſcepiſſe titulos Auguſtis ſolennes. Quod adeò verum eſt, ut reperiantur nummi ad celebrandam adoptionis ejus memo-

tum ſtatim & iterum poſtea, diſtulit: [1] quod hoc nomen Auguſtus ſerò meruiſſet. [2] Aurum coronarium Italiæ remiſit, in provinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarii ambitioſe ac diligenter expoſitis. [3] Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, præ-

riam, in quibus eadem eſt appellatio. ut in iſto: IMP. CAES. TRAIAN. HADRIAN. OPT. P. F. AUG. GERM. DAC. PARTHIC.. DIVI.TRAIANI.AUG. F. P. M. TR. P. COS. P. P. ADOPTIO. nec miramur: nam teſtamento adoptatus, cum Trajani nomine & imperium, & omnia imperii ornamenta, quantumvis initio aliqua diſſimulatione uſus, re tamen ipſa & ſuſcepit & geſſit.

1 *Quod hoc nomen Auguſtus ſerò meruiſſet.*] Sanè ſero, & vix novem ante exceſſum ſuum annis, cum tot imperarit.

2 *Aurum coronarium Italiæ remiſit, in provinciis minuit.*] Notum genus exactionis, & circa illud indulgentia principum, jam inde ab Auguſto. Vide lapidem Ancyranum, & quæ in illum olim adnotavimus. Exigebatur ob varias cauſſas: frequentiſſimè propter partam de hoſte victoriam, vel ſuſceptum imperium, aut Cæſaris adoptionem. Dio vocat τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον. incertus ſcriptor apud Suidam, στεφανικὸν τέλεσμα. Strabo libro VIII. φιλικῶν λειτουργιῶν appellatione eſt complexus. *Remittere* hic quod idem ſcriptor οὐ δέχεσθαι. alibi idem ac minuere. nam utrumque vox ea ſignificat. Italis igitur remiſſum hoc aurum: provinciis ſaltem minutum. cur ſilet de Roma? nam & ab urbicis exigebant. Lampridius Alexandro Severo: *Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remiſit.* non dubium quin & his Hadrianus remiſerit: ſemper enim in talibus civium urbanorum ante Italicos habita ratio; tum deinde Italicorum ante provincias.

3 *Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum.*] Regius, *Audito de tum. Sar. & regum Alanorum.* Poſſit legi *S. regum & Al.* ſed verius *Roxolanorum.* Nam in Auguſtano ſcriptum, *& rex Alanorum.* Inter ſeptentrionis populos Romanis tum infeſtos & Roxolani fuerunt. Situm eorum pete e geographis. Dio in Marco Daciam facit mediam inter hos & Jazyges. Trebellius Pollio in Regilliano Tyranno Sarmatarum & Roxolanorum conjunctim meminit ut hoc loco. Illud *audito* quod habetur in regio, eſſet προσαγγελθέντος, ut ſæpe apud Livium. nihil tamen muto, & vocem *dein* retinendam cenſeo: qua docet nos Spartianus, primam poſt reditum in Urbem ſuſceptam hanc fuiſſe expeditionem ab Hadriano. Incidit in proximum à reditu annum: quando cuſi hi nummi: EXPED. AUG. COS. III. S. C. nam ſecundum & tertium conſulatum geſſit Hadrianus annis continuis. Euſebius in Chronico: *Bellum contra Sauromatas geſtum.* male hæc adnotantur è regione anni quarti: ad tertium enim pertinent: quo tempore & ſuſceptum & finitum hoc bellum, coacto Hadriano Romam repetere, ex ſequentibus Spartiani verbis colligimus.

GRUTERUS.

3 *Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum.*] Pal. à ſecunda manu, *& regis Alanorum.* ſed prius erat tamen, *& alanorum*, cum ſpatio trium aut quatuor literarum inter *&* atque *alanorum.* ſtatim etiam idem liber, *Cum rege mox Alanorum*: proximè ad verum.

1 *Turbo-*

præmiſſis exercitibus Mœſiam petiit. Martium [1] Turbonem [2] poſt Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum, Pannoniæ Daciæque ad tempus præfecit. [3] Cum rege

CASAUBONUS.

1 *Turbonem poſt Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum.*] Regebatur Mauritania à Præſide. quare infulæ hic ſunt inſignia Præſidatus. alia erant inſignia proconſulatus, & omnium aliorum magiſtratuum. Gloſſæ, *Infulæ*, στέμματα. aliæ Gloſſæ, *infulæ*, καυσίαι. falſum hoc: nam infulæ non ſunt cauſiæ, ſed lorum illud & diadema quo cingebant ſuas cauſias ſive pileos Macedoniæ reges. De iis Servius ad decimam Æneidem. Melius gloſſographus alius: *Infula, ſacerdotalis vitta, & adminiſtratio judicialis.* Duo infularum genera: ſacrarum, quæ Homero στέμματα. de his Varro, Feſtus, & Spartianus in Juliano. & ἀρχικῶν: quas iſte vocat adminiſtrationem judicialem: judicem enim appellabant omnem magiſtratum Urbis, Italiæ aut provinciæ. Erat autem & Dacia tunc temporis provincia præſidialis. Sed Turboni mox delatum honoris incrementum, ut poſtea dicitur.

3 *Cum rege Roxolanorum.*] Ita veteres libri: edita lectio *c. r. mox Alanorum.* erat autem Pharaſmanes Alanorum rex, cujus infra habetur mentio. Alani Dione auctore & Ammiano Marcellino Romanis, qui olim Maſſagetæ. Vide Procopium ſecundo libro Perſicorum. Roxolanorum autem in hiſtoria Romana non infrequens mentio etiam ante hæc tempora: ut in lapide qui Veſpaſiano principe dicatus eſt honori Ti. Plautii Silvani. *Regibus Baſtarnarum & Rhoxolanorum filios Dacorum fratrum captos aut hoſtibus ereptos remiſit.*

SALMASIUS.

2 *Poſt Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum, Pannoniæ Daciæque ad tempus præfecit.*] Infulis ornatum dicit Turbonem poſt Mauritaniæ præfecturam, ſed quibus infulis? præſidum ſane iſtæ infulæ fuerunt, & reliquorum magiſtratuum. ſed nimis generale eſt, *infulis ornatum* dicere, nec addere cujus dignitatis infulis, aut cujus præfecturæ. miror non vidiſſe doctiſſimos homines hunc locum interpunctionis vitio laborare. diſtinguendum igitur: *Martium Turbonem poſt Mauritaniæ præfecturam, infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit.* ſic enim etiam legendum, *Daciæ quoque*, non *Daciæque*. Dicit ornatum Turbonem infulis Pannoniæ, & Daciæ ad tempus præfectum: non autem Pannoniæ Daciæque præfectum. nam cum dicit *infulis ornatum Pannoniæ*, non Pannoniæ præfectum intelligit, ſed titulo duntaxat Pannoniacæ præfecturæ ornatum. ſic de eodem Turbone paulo poſt: *Romam venit Dacia Turboni credita, titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus haberet auctoritatis, ornato.* non dicit præfectum eum Auguſtalem Ægypti factum, nec enim duas ſimul provincias poterat adminiſtrare: ſed titulo tantum ornatum, ad augendam ejus dignitatem, & auctoritatem. tantum autem intereſt, inter præfectum, & præfecturæ infulis ornatum, quantum inter conſulem, & conſularibus ornamentis honoratum. hujuſmodi dignitatum infulas στρόφια vocat Artemidorus lib. 1. cap. 18. μεγάλην ἔχειν δοκεῖν κεφαλὴν ἀγαθὸν ἀνδρὶ πλουσίῳ οὔπω ἄρξαντι, καὶ πένητι καὶ ἀθλητῇ καὶ δανειστῇ καὶ τραπεζίτῃ καὶ ἐρανάρχῃ. τῷ μὲν γὰρ ἀρχὴν τινὰ προσαγορεύει ἐν ᾗ δεήσει αὐτὸν στέφανον, ἢ στρόφιον, ἢ διαδήματος, ubi στρόφιον, infula verti debet, non faſcia. ſed de his infulis alibi pluribus, ſic ſenatoriæ dignitatis infulæ in Novella quadam Theodoſii.

3 *Cum rege Roxolanorum qui de imminutis*

rege Roxolanorum, [1] qui de imminutis ſtipendiis querebatur,

minutis ſtipendiis querebatur.] An regi Roxolanorum ſolverint ſtipendia Romani, neſcio. Sane videtur diverſum quod hoc loco memorat Spartianus de querela regis Roxolanorum, & imminutis ſtipendiis, à tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, cujus ſupra meminit. Heic enim querela tenus tantum videtur proceſſiſſe rex iſte Roxolanorum, propter imminuta ſtipendia, quod negotium facile compoſuit Hadrianus. at tumultus Roxolanorum alius fuit, propter quem præmiſſis exercitibus Mœſiam petiit Hadrianus. libens itaque reponerem lectionem in omnibus libris mihi, qua ſcriptis, qua editis repertam: *cum rege mox Alanorum, qui de imminutis ſtipendiis querebatur, pacem compoſuit.* De Pharaſmane Alanorum rege accipi velim, qui inter amicos reges imperii, & cui fortaſſe etiam ſtipendia ſolvebantur. nam & eum invitaſſe dicitur Hadrianus, & invitationem eam ſuperbe contempſiſſe. non autem ſine motu fuit illa querela regis Alanorum. ideo pacem cum illo compoſuiſſe Adrianum ſcribit Spartianus. Dio: ἕτερος δὲ ἐξ Ἀλανῶν, εἰσὶ δὲ Μασσαγέται, ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου. reſtituenda igitur omnium anteriorum editionum ſcriptura, *cum rege mox Alanorum.* nam in re ambigui juris, ſemper ſecundum poſſeſſorem judicandum eſt.

CASAUBONUS.

1 *Qui de imminutis ſtipendiis querebatur.*] Vetus malum in Romano imperio, annuis muneribus gentium barbararum pacem redimere. Quod quid erat aliud quam probroſa tributi penſione, ad rebellandum animos illis facere? Exemplum à Domitiano primo, quantum memoria teneo, in Remp introductum. Nam illa peſtis Decebalum Dacorum regem, cum armis vincere non poſſet, annui tributi penſitatione ſibi eum placavit. Pernicioſiſſimum exemplum retinuere omnes deinceps principes in utroque imperio. De Trajano & Hadriano conſtat ex iſtis. iterum Spartianus paullò poſt: *A pleriſque regibus pacem redemit.* Sed conſuluerunt exiſtimationi ſuæ Rom. Imperatores, cum penſionem hanc annuam, quæ verum erat tributum, honeſtiore vocabulo *ſtipendium* nominarunt, aut *munus*. Herodianus συντάξεις. Salvianus De providentia Dei libro VI. *Ubi ſunt antiquæ Romanorum opes & dignitates? Fortiſſimi quondam Romani erant, nunc ſine viribus. Terrebant Romani veteres, nos timemus: vectigalia illis ſolvebant populi Barbarorum, nos vectigales Barbaris ſumus. Vendunt nobis hoſtes lucis uſuram: tota admodum ſalus noſtra commercium eſt.* & ſtatim: *Inſuper etiam ridiculos ipſi nos facimus, aurum quod pendimus* MUNERA *vocamus. Dicimus* DONUM *eſſe quod pretium: & quidem conditionis duriſſimæ ac miſerrimæ.* Hæc ille ſanctiſſimus epiſcopus: qui Theodoſii & Valentiniani temporibus vivens, iniquo ferebat animo Romanos Francis, quorum erat tum in Galliis recens imperium, tributa pendere. Sic narrat Procopius Juſtinianum imperatorem pacem Perſarum pretio emiſſe: & velandæ ignominiæ munus appellaſſe aut fœdus, quod erat tributum. Sed nominum, inquit, potius quam rerum turpitudinem fugiunt mortales. Ipſa magni illius ſcriptoris verba apponam, ὕστερον μὲν τοι τὸ ξυγκείμενον ἅπαν χρυσίον Ῥωμαῖοι Πέρσαις διδοὺς ἔδοσαν, τοῦ μὴ δοκεῖν δασμοὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος αὐτοῖς ἀποφέρειν. Τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα οὐ τὰ πράγματα εἰώθασιν ἄνθρωποι ὡς τὸ ἐπιπλεῖστον αἰσχύνεσθαι. & mox: ὄνομα τοῦ ΔΑΣΜΩ, τὰς ΣΠΟΝΔΑΣ θέμενοι. Indignatur & Syneſius in oratione ſua ad Arcadium, audere barbaros exigere à Romanis μισθὸν εἰρήνης.

1 *Nigrini*

rebatur, cognito negotio pacem compoſuit. [1] Nigrini 7
inſidias, quas ille [2] ſacrificanti Adriano, conſcio ſibi Luſio [3] & multis aliis paraverat, quum eum etiam ſucceſſorem ſibimet Adrianus deſtinaſſet, evaſit. [4] Quare Palma Terracinæ, Celſus Bajis, Nigrinus Faventiæ, Luſius in itinere, ſenatu jubente, invito Adriano (ut ipſe in vita ſua dicit) occiſi ſunt. Unde ſtatim Adrianus ad refellendam triſtiſſimam de ſe opinionem, quod occidi paſſus eſſet uno tempore quatuor conſulares, [5] Romam venit, Dacia Turboni credita, [6] titulo Ægy-

1 *Nigrini inſidias.*] Fuêre tum in Rep. Nigrini plures, diverſarum gentium, Avidiæ, Pontiæ, Domitiæ: ex qua hic. nam ejus filia erat Domitia Lucilla Ælii Veri uxor: quem, etſi inſidiatoris ſui generum, adoptavit Hadrianus. Meminit & Galenus Domitii Nigrini cujuſdam, libro ſeptimo De compoſitione medicamentorum κατὰ γένη.

2 *Sacrificanti Hadriano.*] Dio Caſſius: ὡς ἐν θήρᾳ δῆθεν ἐπιβεβουλευκότες αὐτῷ. Diſſentit de ſmodo inſidiarum: niſi ſcripſerat ὡς ἐν θυσίᾳ. Utrumque tempus & venationis & rei divinæ aptum inſidiis. fiunt enim opportuni injuriæ qui alibi mentem habent occupatam. Valerius Maximus de Q. Pompejo conſule: *Ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, ſacrificare incipientem adorti, in modum victimæ mactarunt.* Propterea Hadrianus, ut narrat alibi Spartianus, cum Græcanicis ſacris intereſſet, veterem ſuſtulit morem: per quem ſoliti multi cultros in ſacris habere. Quantopere autem genus hoc cædis abominati ſint veteres, ad Suetonium notare meminimus.

3 *Et multis aliis.*] Hi ſunt quibus cùm eſſet ab Hadriano remiſſa pœna, cuius eſt hic nummus: CLEMENTIA. AUG. COSS. III. P. P.

5 *Romam venit.*] Refer huc iſtos nummos perperam nonnullis acceptos: FORT. RED. COS. III. S. C. & in aliis ejuſdem anni, ADVENTUS. AUG. S. C. Rediit autem non pedibus, ſed navigio. Alii nummi, NEPTUNO. RED. COS. III. S. C.

SALMASIUS.

4 *Quare Palma Terracinæ.*] Optimæ membranæ, *Terracenis*, & confirmat hanc lectionem vetus editio, quæ habet *Tracenis*. *Terracenam* igitur, & *Terracenas* dixere, ut *Tyanam* & *Tyanas*, *Melitenam* & *Melitenas*, in veteri Tabula. ſic Ἄρκη & Ἄρκαι & alia infinita. Ταῤῥακῖναι Ptolemæo & apud Socratem, Ταῤῥακῖναι in Hiſt. Eccleſ. ſic Ἀναγνίαι Polybio.

6 *Titulo Ægyptiacæ præfecturæ ornatum.*] Hoc eſt infulis Ægyptiacæ præfecturæ. ut ſupra, *infulis ornatum Pannoniæ, & Daciæ ad tempus præfectum*, dixit. heic vero Daciæ præfectum participat etiam titulo Ægyptiacæ præfecturæ, hoc eſt inſignia illi defert præfecti Auguſtalis. ſic ornamenta conſularia cùm alicui deferebantur, non Conſulem eum factum deſignabant niſi titulo tantum & nomine tenus.

CASAUBONUS.

6 *Titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quò plus haberet auctoritatis, ornato.*] Tiberii inſtitutum fuit, ut referunt Tacitus & Tranquillus, provinciæ alicujus præfecturam alii deferre, nomine

 tenus,

Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus haberet auctoritatis, ornato: & [1] ad comprimendam de ſe famam, [2] congiarium duplex præſens populo dedit, ternis jam [3] per ſingulos aureis ſe abſente diviſis. In ſenatu quoque [4] excuſatis quæ facta erant, juravit ſe nunquam ſenatorem niſi ex ſenatus ſententia puniturum. [5] Statim cur-

tenus, alii eam regendam credere. Ad id exemplum, etſi mente diverſa ac fine, videtur Hadrianus Turbonem Daciæ præfectum, alius præfecturæ titulo ornaſſe. Ægyptiacæ autem præfecturæ honor illi defertur: quia inter præfecturas ordini equeſtri proprias, Auguſtalis Ægypti præcipua fuit dignatio. Neque novum eſt, ut & inſignia & ſalaria majoris ordinis alicui virtutis ergô decernantur. Vide epiſtolam Valeriani Auguſti ad procuratorem Syriæ de honoribus Aureliani tribuni legionis. Ibi leges inter cætera. *Hæc autem omnia idcirco ſpecialiter non quaſi tribuno, ſed quaſi duci detuli, quia vir talis eſt, ut ei plura etiam deferenda ſint.* An hoc potius Spartianus? Turboni Daciæ præſidi titulum communicatum Ægyptiacæ præfecturæ? hoc eſt, Præfectum Auguſtalem eſſe juſſum appellari.

GRUTERUS.

1 *Ad comprimendam de ſe famam, congiarium duplex præſens populo dedit.*] Sollemne iſtud Principibus, ſepelire infamiam ſuam pulvere aureo. de quâ arte, nimis quam nervoſe Plinius paneg. ad Trajanum cap. XXVIII. cujus verba, ut & aliorum multa produximus ad Tac. lib. XIII. Annal. cap. 18.

CASAUBONUS.

2 *Congiarium duplex præſens populo dedit.*] Referas huc non abſurdè nummum: LIBERALITAS. AUG COS. III. addit *præſens*: quia ut plurimum Imperatores pronuntiabant, non repræſentabant congiaria.

3 *Per ſingulos diviſis.*] Reg. *pro ſingulis.* minùs eleganter: minus verè.

4 *Excuſatis quæ facta erant.*] Dio, καὶ ἀπελογήσατο, καὶ ἐπώμοσε μὴ κελεῦσαι ἀποθανεῖν αὐτούς.

5 *Statim curſum fiſcalem inſtituit.*] Quò illis duobus viris doctis mens, qui *inhibuit* ſcribendum cenſuerunt? Quia meminerant curſum ab Auguſto pridem fuiſſe inſtitutum, putarunt falſum eſſe quod diceretur hic Hadrianus eum inſtituiſſe. Atqui id Spartianus non dicit: ſed hoc potius, curſum à privatis ad fiſcum eſſe traductum, ſicut alibi idem loquitur. τὸ *inſtituit*, refer ad *fiſcalem*, non ad *curſum.* Auguſtus qui primus publicum & vehicularium curſum inſtituit, (errant qui inter iſta diſcrimen ſtatuunt) pluſne Romano imperio commodarit, an urbibus Italiæ & provincialibus incommodarit, dictu difficile. Utilitas inventi pace belloque palam maxima: ſed calamitas non minor illorum, quorum poſſeſſionibus ſive patrimoniis indicebantur angariæ aut veredi, ut ſcribit Arcadius Juriſconſultus. Conatus ex parte mederi æquiſſimus Nerva: qui durum munus remiſit; ſed Italis. Extant cum hac inſcriptione nummi: VEHICVLATIONE. ITALIAE. REMISSA. S. C. Trajanus verò ſeverè, ſi minùs ab Italicis, certè ab provincialibus iſtud præſtationis genus exegit. de quo Aurelius Victor: *Simul noſcendis ocyùs quæ ubique è Rep. gerebantur, admota media publici curſus. Quod equidem munus ſatis utile, in peſtem Romani orbis vertit, poſteriorum avaritiâ inſolentiaque.* Hæc Victor: cujus que-

querimonia, etſi ad ipſius tempora propriè ſpectat, ut clarum ex iis quæ ſubjicit, & ex ejus æquali Ammiano Marcellino: certum tamen eſt, jam inde à principio angariarum onere civitates & provincias multimodis ſemper eſſe vexatas. Hinc illæ tot leges, tot principum conſtitutiones, ad ſublevandum curſum publicum promulgatæ. Habes hodieque in libris omnibus juris civilis multa quæ illuc ſpectent. Cùm autem in curſu publico etiam eorum qui illum uſurpabant, ſumtus intervenirent; videtur Hadrianus ea lege qua de hic Spartianus, non provincialium conſuluiſſe commodis, ſed illorum qui curſum eſſent uſurpaturi. Nam ſubjungit auctor: *ne magiſtratus hoc onere gravarentur.* Magiſtratus hic capio, non urbicos: quid enim illis cum curſu? ſed qui irent in provincias, aut per provincias ſuas iter facerent. Hos juſſit Hadrianus, non propriis ipſorum, ſed fiſci impenſis, uti publicis equis. Ante Octavium nihil opus tali ſubſidio magiſtratibus provinciarum: cùm præſto ipſis adeſſent præbendorum mancipes, qui equos, mulos, tabernacula, & quicquid ad iter neceſſarium, de publico exhiberent. Poſtea verò quam mutata eſt per Auguſtum ratio vetus, & cuique eorum qui in provincias deſtinarentur, certum quid, ut referunt Suetonius libro ſecundo, capite XXXVI. & Dio libro LIII. fuit attributum pro cujuſque dignitate: tum cœpêre illi vecturæ ſumtus experiri quàm eſſent magni. His igitur Hadrianus lege iſta ivit conſultum. Nam de magiſtratibus urbium, in quibus ſtationes collocatæ, aut decurionibus interpretari, ſi quid judico, non debemus. Si obſtaret nihil aliud, illud tamen magnum: quòd non iſtorum profectò, ſed Romanorum procerum gratiam captabat Hadrianus. cujus etiam ſimilis munificentia erga milites quoſdam infrà commemoratur. Nam ſcribit Spartianus, *Iis quos ad militiam ipſe per ſe vocavit, equos, mulos, veſtes, ſumtus & omnem ornatum ſemper exhibuit.* Ut iſtis inſtrumenta viæ de ſuo exhibuit Hadrianus: ſic magiſtratibus in provincias ſuas ituris, publici curſus uſum gratuitum. Poſt hunc principem quid ſit ſervatum, haud ſcio ſatis. De Pio ſcribit Capitolinus: *Vehicularium curſum ſumma diligentia ſublevavit.* Planius de Severo Spartianus: *Poſt hæc cùm ſe vellet commendare hominibus, vehicularium munus à privatis ad fiſcum traduxit.* Sed ex his verbis non colligas provincialiumne commodis, an eorum qui publicis equis currebant Pius ac Severus conſuluerint. Alexander Severus antiquum jus retuliſſe viſus eſt: *cùm præberet provinciarum præſidibus mulos binos, equos binos*, inquit Lampridius. ſed non propterea minùs illis publicus curſus fuit neceſſarius. Extat in Codice lex Arcadii, Honorii, & Theodoſii A. A. A. qua vetantur provinciarum duces, poſtquam in illas venerint, curſu atque angariis uti. Qua conſtitutione videtur beneficium ab Hadriano in illis collatum, partim confirmatum, partim abrogatum. Fuiſſe autem Hadrianum ad hujus generis beneficia facilem, teſtis illorum temporum hiſtoria. Scribit Philoſtratus de Dionyſio Mileſio ſophiſta: *Ἀδριανὸς σατράπην αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ὀλίγων ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι.* Vides ſimul deferri præfecturam provinciæ, & jus utendi publicis veredis. Et nota verbum *κατέλεξε*: ex quo intelligimus omnium qui hoc à principe beneficium impetraſſent, nomina in laterculo fuiſſe deſcripta. Idem alibi de Heliodoro item ſophiſta: *αὐτῷ τε ἱππεύειν δημοσίᾳ ἔδωκεν*, imperator videlicet, ſive is Hadrianus fuit, ſive aliquis Antoninorum: *καὶ παισὶν ὁπόσους εἶχε.* Si quis malit in iſtis ſimilibuſque locis *δημοσίᾳ ἱππεύειν* de promotione in equeſtrem ordinem interpretari, non deerit, quo ſuam ſententiam tueatur.

SALMASIUS.

5 *Statim curſum fiſcalem inſtituit.*] Inſtitu-

ſtitutio hæc fiſcalis curſus ab Hadriano curſum repreſſit eruditiſſimorum interpretum, qui ſcopulo quaſi quodam objecto heic repente reſtiterunt. quidam, ut impedimentum amolirentur, legebant, *inhibuit* pro *inſtituit*, diverſiſſima ſententia, & omnino falſa, meritoque à doctiſſimo viro, cui vitam debet Spartianus cum ſociis, exploſa. qui tamen ipſe non minus peccavit, dum *curſum fiſcalem inſtituit*, ſic accipiendum putat, *à privatis ad fiſcum traduxit.* nimium multa ſunt, quæ hanc interpretationem prohibeant eſſe veram. primum ſi ſic accipimus, *curſum inſtituit fiſcalem*, pro *curſum inſtituit, ut fiſcalis eſſet*, vel *inſtituit ut curſus eſſet fiſci*: præter loquendi modum prorſus inuſitatum & novum, ratio quæ ſequitur, huic expoſitioni plane repugnat: ſubjunxit enim, ideo curſum publicum ad fiſcum traduxiſſe, ne magiſtratus hoc onere gravarentur. ſi magiſtratus heic capimus, qui in provincias ibant, aut per provincias ſuas iter faciebant, quid illorum interfuit, ad fiſcum potius pertinuiſſe curſum publicum quam ad privatos? nam ſi privati ante Adrianum curſum illum magiſtratibus exhibebant, non magis tunc onere gravati fuere, quam cum eum ad fiſcum Adrianus tranſtulit. ſive enim privati, ſive fiſcus, curſum publicum præſtabat, immunes utique ab illo onere magiſtratus. quid opus igitur fuit, fiſcalem eum facere, ne magiſtratus gravarentur? Sane non poteſt aliter hic locus exponi, quam Adrianum primum inſtituiſſe publicum curſum, cum ante ipſum non eſſet: idque in gratiam magiſtratuum, ne in provincias euntes, impenſis ſuis iter facerent. nam *curſum fiſcalem* heic vocat Spartianus, quem alii *curſum publicum*. ſic *Reda fiſcalis*, Sulpitio Severo lib. III. de vita Martini: *per aggerem publicum plena militantibus viris fiſcalis reda veniebat.* atque conſtat curſum publicum ab Auguſto primum inſtitutum, ſic enim ſcribit Suetonius: *quo celerius ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſet, quid in provincia quaque gereretur, juvenes, primo modicis intervallis, per militares vias, dehinc vehicula diſpoſuit.* Videtur tamen Auguſtus ita vehicularium illum curſum inſtituiſſe, ut ad eam rem tantum uſurparetur, quam ibi notat Suetonius, nempe, ut quid in provinciis gereretur, cognoſcere celerius poſſet, non ut etiam magiſtratibus aliiſque paſſim hominibus exhiberetur: quod poſtea factum eſt, ex inſtituto Adriani, quemadmodum hic locus aperte oſtendit. & ut ſcias non poſſe nec debere hæc aliter accipi, en tibi Aurelium Victorem qui hanc inſtitutionem publici curſus Trajano tribuit ſub eadem ratione qua Suetonius Auguſto: *ſimul noſcendis ocius quæ ubique è republica gerebantur admota media publici curſus: quod equidem munus ſatis utile in peſtem Romani orbis vertit poſteriorum avaritia inſolentiaque.* an non ſatis aperte ac dilucide Trajanum auctorem facit primum, & inſtitutorem publici curſus? nec minus manifeſto hoc loco Spartianus Hadrianum. nec enim verba illa Victoris hanc ſententiam admittunt, ut ab Italicis minus ſevere, à provincialibus autem ſeverius illam præſtationem exegiſſe Trajanum intelligamus. non dubium tamen eſt ante Trajanum & Hadrianum vehicularium curſum fuiſſe cognitum vel ab illa inſtitutione Auguſti, de qua Suetonius in ejus vita. Nam & vehiculationem Italiæ remiſſam in veteribus Nervæ nummis legere eſt. ſed & initio vitæ hujus, ubi ſic ſcriptum eſt de Hadriano adhuc privato, *ex qua feſtinans ad Trajanum ut primus nunciaret exceſſum Nervæ, à Serviano ſororis viro diu detentus, fractoque conſulte vehiculo diu tardatus, pedibus iter faciens ejuſdem Serviani beneficiarium antevenit.* vehiculum illud ὄχημα δημόσιον fuiſſe interpretor. falſi igitur fuerint Spartianus & Aurelius Victor, hic qui Trajano, ille qui Adriano inventionem publici curſus vindicat. Conſtat tamen & certum eſt ante Adrianum magiſtratibus

tibus, cum in ſuas ibant provincias, non patuiſſe copiam publici curſus, ſed ſuis ſumptibus ire & redire ſolitos. nec enim alii vehicularium illum curſum uſurpabant, quam qui ex provinciis ad principem deſtinabantur, aut qui à principe in provincias mittebantur, aliquid annunciaturi. nam ad hoc tantum fuit primum inſtitutus. atque ita quidem verum erit, quod ad magiſtratus, Hadrianum inſtituiſſe curſum fiſcalem, ne hoc onere gravarentur. nam antea non fuerat, ut ejus facultas daretur magiſtratibus. quod ſi fiſcalem ita accipimus, cujus præſtatio fiſco incumberet, dicendum erit quis poſtea princeps, ne fiſcalis eſſet, fecerit. nam in Severo habemus, cum ut ſe gratioſum provincialibus præberet, à privatis ad fiſcum onus illud tranſtuliſſe. Denique ſi fiſcalem hoc ſenſu ſumamus, non alio ſenſu fuerit capienda *Reda fiſcalis*, apud Severum Sulpitium. atqui nemo poſſit ignorare temporibus illius Sulpitii, curſum publicum non fiſco ſed provincialibus oneroſum fuiſſe, qui eum tolerabant, ut lex Juliani loquitur. Fiſcalis igitur reda, & fiſcalis curſus, non quod eum fiſcus exhibere teneretur, ſed quod res fiſcales eo tranſveherentur; ut aurum & argentum ſacrarum largitionum, cum ad comitatum principis deſtinabantur veſtes & aliæ ſpecies, quæ fiſcales dicebantur. vel fiſcalis ſimpliciter, eſt δημόσιος. ut contra τὸ δημόσιον, fiſcum appellarunt. nec enim publicus curſus dicebatur, quod omnibus eſſet publicus, aut paſſim omnibus licentia fieret ejus uſurpandi. nam præter magiſtratus, & illuſtres, quorum honori potius quam uſui hoc deferebatur, ut ait lex LIV. Cod. Theod. *de curſu publico*, & eos quos ad ſe princeps evocabat, aut à ſe dimittebat, nemini prorſus privato, vindicandi publici curſus facultas erat conceſſa, nec niſi in publicis cauſis evectiones fieri licebat, aut ad tranſmittendos largitionales titulos. hinc publicus & fiſcalis dictus. quod ſi liberet vel liceret omnino, ſecundum doctiſſimi viri ſententiam, ita hunc locum interpretari, ut *inſtituit*, non ad *curſum*, ſed ad *fiſcalem* referretur, & Hadrianum ad fiſcum à privatis publici curſus exhibitionem tranſduxiſſe intelligeremus, tum magiſtratus municipales & decuriones accipiendos exiſtimarem, non magiſtratus populi Romani. curialibus autem ex antiquo incubuiſſe neceſſitatem exhibendi publici curſus teſtatur lex Valentiniani, Theodoſii & Arcadii A. A. A. quæ eſt Cod. Theod. de pub. curſu: *publici curſus exhibitio antiqua ex conſuetudine indicta curialibus, viritim per curias debet penſata locorum, hominum, facultatum qualitate diſtribui.* adde quod vox magiſtratus de municipalibus illis plerumque uſurpatur, ut in lege Valentis, Valentiniani & Gratiani A. A. A. Cod. Theod. eod. tit. *jam vero mancipum non ab ordine, nec à magiſtratibus accipienda videntur obſequia, ſed ab officio proconſulari qui miſſione donantur.* nam magiſtratus ibi vocat, oppidaneos illos magiſtratus. nec quo minus de iis etiam hoc loco loqui Spartianum putemus, obſtat illud, quod non iſtorum ſed procerum Romanorum gratiam captaſſe videatur Hadrianus. non enim à proceribus tantum gratiam iuire voluiſſe Hadrianum, ſed etiam à populo & provincialibus patet ex iis quæ ſequuntur: *ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam quæ fiſco debebatur privatis debitoribus in urbe, atque in Italia, in provinciis vero etiam ex reliquis ingentes ſummas remiſit.* adjuvare hanc ſententiam videtur, quod ſcriptum eſt, *ne onere hoc magiſtratus gravarentur.* quos enim magis proprie gravatos hoc onere intelligere debemus, quam qui curſum publicum exhibere tenebantur? huic exhibitioni obnoxios fuiſſe decuriones ſupra oſtendimus. ſic in lege Impp. Arcadii, Honorii & Theodoſii tit. quo ſupra: *comperimus provinciales*

curſum [1] fiſcalem inſtituit, [2] ne magiſtratus hoc onere gra-

ciales & pabula & pecuniam pro equorum curſualium ſollenni ratione conferre, & extrinſecus paraveredorum onere prægravari. provinciarum igitur rectores procurent, ne unquam curſus publicus veniat in querelam, & occaſio deceptionis curiales animalia indebita præſtare compellat. quam legem idcirco attulimus, ut emendatior legeretur. Eorum igitur proprie onus qui hos ſumptus exhibendi curſus publici ſuſtinebant: at majorum magiſtratuum non magnum onus illud fuerit ſi in provinciam ſibi demandatam ire cogantur non accepta utendi curſu publico licentia, præſertim quibus daretur de publico ſumptus, & equi & muli, & reliqua ad iter neceſſaria. nam Suetonius refert Auguſtum Proconſulibus certam conſtituiſſe pecuniam ad mulos & tabernacula, quæ olim publice locari moris erat. adde quod ne ſub poſterioribus quidem imperatoribus omnes magiſtratus hanc publici curſus uſurpationem ſibi vindicare audebant, ſed illi tantum, *quos ſublimiſſimæ adminiſtrationis inluſtraverat indeptio, & quos magiſtri equitum ac peditum pompa ſublimaverat, qui tamen omnes in actu poſiti Reip. providiſſent, non hi quos honorarii tantum nominis ſuffragia proſequerentur*, ut fertur lege Gratiani, Valentiniani & Theodoſii A. A. A. titulo quo ſupra. In alia lege eod. tit. Illuſtrium virorum mentio eſt, quorum honori hæc facultas defertur: ſenatui quoque conceditur leg. XXXII. ejuſdem tituli. at lege LXXI. omnibus judicibus interdicit uſurpationem curſus publici, excepto præfecto prætorio. Lex vero XLIII. etiam illuſtres magiſtros pedeſtris & equeſtris publici curſus uſurpatione abſtinuiſſe oſtendit. ſic varie pro temporibus moderata eſt publicæ evectionis ratio, & modo latius, modo arctius diſpenſata, ut dicturi ſumus ad vitam Antonini Pii. Favebit etiam huic expoſitioni quod curſum ſimpliciter, curſum illum publicum appellent interdum auctores, ut leg. V. Cod. Theod. *de curioſis: in his duntaxat in quibus curſus à provincialibus exhibetur*, & leg. III. eod. tit. *per id tempus quo curſus tuendi ſollicitudinem ſuſtinetis.* & lege IIII. *quatenus labore atque ordine ad curſum regendum, & ad curas agendas judicio ſcholæ, & ordinis merito dirigamini.* ſic *curſum inſtituere fiſcalem*, hoc loco eſſet, inſtituere ut curſus publicus eſſet fiſcalis: hoc eſt à fiſco exhiberetur. tunc omnino illa verba, *ne hoc onere magiſtratus gravarentur*, de onere exhibitionis accipi deberent, & de magiſtratibus municipalibus vel curialibus. non enim minus hoc onere levati eſſent rectores provinciarum, ſi provinciales curſum exhibuiſſent, quam ſi fiſcus. quod jam ſupra nobis dictum. Hanc interpretationem qui volet amplectatur, quam fateor maxime veriſimilem eſſe, vel propter illud, *hoc onere*. facile quid velim intelligent, qui aliquem ſenſum latinitatis habent. non poſſum adhuc tamen à priore mea ſententia deduci, *curſum fiſcalem*, heic eſſe publicum curſum.

GRUTERUS.

5 *Statim curſum fiſcalem inſtituit.*] Haud aliter Pal. etiam noſter; male mutatum ab aliis in *inhibuit*.

SALMASIUS.

1 *Fiſcalem curſum.*] *Fiſcalis curſus* & *curſus publicus* idem. ſic *res publicæ*, & *res fiſcales*. Cod. Theod. de curſu pub. *ſine angariarum curſum ſubmoveri non oportet propter publicas ſpecies quæ ad diverſos portus deferuntur.* ubi *publicæ ſpecies*, ſunt quæ alibi *fiſcales* vocantur, & *largitionales*. leg. LXVII. ejuſdem tit. *addita eo ut aurum ceteraque ſpecies largitionales non ad libidinem proſequutorum vel ſuſceptorum, ſed aptis oneri ac ponderi vehiculis*

gravarentur. Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, [1] infinitam pecuniam quæ fiſco debebatur, [2] privatis debitoribus in urbe atque Italia, [3] in provin-

biculis deferantur. & alibi paſſim, & leg. xx. tit. quo ſupra: *ne quidquam oneris vehiculis cumulatius quam ratio fiſcalis poſcet ſuperponeretur.* ubi *vehicula publica*, ut *rheda fiſcalis*, Sulpitio: & *ratio fiſcalis*, eodem pertinens. ſic *fiſcales ſpecies* incerto auctori nondum edito in periegeſi orbis Romani: *his ſimiliter & Seleucia civitas optima, quæ & ipſa omnia quæ veniunt prædictæ Antiochiæ affert, & fiſcales ſpecies & privatas.* idem paulo poſt, *fiſcale onus* vocat: *Dominus orbis terrarum imperator Conſtantinus videns quod ſic utilis eſſet ei & exercitui, montem maximum ſecavit, & mare introduxit, & portum fecit magnum & bonum, ubi venientes naves ſalvarentur, & fiſcale onus non periret.*

2 *Ne magiſtratus hoc onere gravarentur.*] Ut in auctore & inſtitutore primo publici curſus diſſident Victor & Spartianus, ſic in cauſa quoque inſtitutionis. ille enim ad hoc inſtitutum refert, ut ocius noſceretur annunciarenturque principi quæ ubique terrarum è rep. gerebantur. in quo falſus eſt. nam longo ante Trajanum tempore jam Auguſtus vehicularium curſum inſtituerat in hoc, ut citius & ſub manum poſſet noſcere, quid in provinciis gereretur. Spartianus autem non Trajanum, ſed ſucceſſorem ejus Hadrianum auctorem publici curſus agnoſcit, & cauſam inſtitutionis hanc fuiſſe vult, ne magiſtratus hoc onere gravarentur, hoc eſt ne ſuis impenſis iter facerent, cum in provincias ſuas mittebantur magiſtratus. Licet omnia feceris, non aliter poſſis hunc locum exponere. δημοσίᾳ vero ἱπποδιεῖν, non eſt curſum publicum uſurpare, ut cenſet vir undequaque doctiſſimus. nam quibus dabatur δημοσίᾳ ἱπποδιεῖν ab Imperatore, illi erant qui publico equo donabantur, ut infra multis docebimus. Non omiſerim optimi & doctiſſimi Jureti noſtri conjecturam, qui mendoſam opinatur vocem *ſtatim* in iſtis, *ſtatim curſum publicum inſtituit*, & mutandam eam putat in *ſtatum*. *ſtatim* tamen ferri poteſt.

CASAUBONUS.

2 *Ne magiſtratus hoc onere gravarentur.*] Jam expoſuimus. Sed non deerunt fortaſſe qui referre malint ad magiſtratuum prædia quæ in Italia & provinciis poſſidebant: quæ hac lege Hadriani munere angariarum fuerint ſublevata. quæ interpretatio etſi non eſt abſurda, veriorem tamen cenſemus illam quæ à nobis ſupra eſt allata.

1 *Infinitam pecuniam quæ fiſco debebatur.*] Fiſci nomine etiam populi Rom. ærarium debes hic intelligere. Zonaras ex Dione: ἐπεὶ δ' ἐς τὴν Ῥώμην ἧκε, χρεωκοπίαν ἐκήρυξε τοῖς ὀφλοῦσι τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ, καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν Ῥωμαίων. ubi vides tempus indicari liberalitatis hujus, ſub primum Hadriani Romam adventum. Ex diverſis lapidibus diſcimus, inchoatam ſecundo ejus conſulatu liberalitatem; tertio, id eſt anno ſequente fuiſſe conſummatam.

2 *Privatis debitoribus in urbe atque Italia.*] Separat debita civium urbanorum atque Italicorum à debitis provincialium. Omnes perinde fiſco tenebantur: ſed diverſo modo. cives urbani & Italici privatim ex diverſis cauſſis: putà, legatis teſtamentorum, adminiſtratione rerum fiſci, aut ærarii, item ex mulctis, & ſimilibus: provinciales homines etiam publicè tributorum reliqua debebant.

3 *In provinciis verò etiam ex reliquis.*] Euſe-

Euſebius in Chronico, Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων (addit Cedrenus καὶ πολιτῶν) ἀνηκεύσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπήνεγκε, καύσας τοὺς χάρτας. ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο. de civibus urbanis & Italicis nihil nominatim.

SALMASIUS.

3 *In provinciis vero etiam ex reliquis.*] Euſebius in Chronico, ut à Scaligero editum eſt, Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν ἀνηκεύσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπήνεγκε καύσας τοὺς χάρτας· ὁ αὐτὸς φόρους πολλοὺς Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο. quæ verba ſic vertit D. Hieronymus: *Hadrianus reliqua tributorum urbis relaxavit, chartis publice incenſis. plurimos etiam ipſis tributis liberos fecit.* quæ verſio non per omnia cum Græco convenit. Primum pro, *reliqua tributorum urbis*, legendum, *reliqua tributorum urbibus relaxavit.* ſic etiam apud Caſſiodorum legitur, & in veteri Chronico: *tributa urbium plurimarum relaxavit*, in Græco, τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων. nam illud καὶ πολιτῶν, ex Cedreno addidit Scaliger, haud ſcio quam bene. quod vero idem ſic vertendum fuiſſe Hieronymo ſcribit, *Hadrianus debita urbium ſuarum, & privatorum quæ ad fiſcum pertinebant, abolevit. idem tributa multa Romanis indulſit.* non poſſum ullo modo aſſenſum præbere. nam ut τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις intelligamus, provincias Cæſaris quæ à præſidibus regebantur, id ratione caret. quis credat Hadrianum in ſuas tantum provincias hac liberalitate eſſe uſum, & reliquas populi Romani provincias iſtius munificentiæ fuiſſe expertes? Deinde quod majus eſt, nulla ſub Hadriano diſtinctio erat provinciarum Cæſaris, & populi ex inſtituto Auguſti. Sed provincias proconſulares per præſides ſuos Cæſar adminiſtrabat, & ad arbitrium ex proconſularibus prætorias. ex prætoriis proconſulares, & præſidales faciebat, ut alibi pluribus obſervavi. igitur τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις, non aliter interpretari poſſumus, quam provincias omnes imperii Romani, vel urbes omnes quæ ſub imperio erant, vel imperatore. itaque indefinite provincias dixit Spartianus: *provinciis ex reliquis ingentem ſummam remiſit.* per πολίτας vero intelligi quos Spartianus privatos debitores fiſci vocat, id eſt vectigalium redemptores, neutiquam probabile eſſe puto. nam τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν, idem ſignificat, ſed & illud καὶ πολιτῶν à Cedreno arbitror, vel ab aliquo gloſſatore. Hieronymus enim πόλεων tantum agnoſcit, & πολιτῶν ſupervacuum eſt. mirum vero eumdem Hieronymum, quod erat in Græco Euſebii, καὶ Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο, Romanorum nomen ſuppreſſiſſe, & vertiſſe, *plurimos tributis liberos fecit.* non dubium eſt quin Euſebius, vel auctor unde Euſebius ſumpſit, per Ῥωμαίους cives urbanos & Italicos intellexerit: per πόλεις vero, καὶ πολίτας, provincias & provinciales. nam ſub Hadriano adhuc obſervabatur illud diſcrimen, inter cives Romanos, & provinciales, quod poſtea ſublatum eſt lege Antonini Pii, qua civitas omnibus data. D. Hieronymus, cum ad ætatem ſuam reſpiciens, ſciret omnes cives eſſe Romanos, in verſione Euſebii *plurimos* pro Romanis poſuit, cum ſatis de Romanis dictum putaret illis verbis, *tributa urbibus remiſit.* nam utique urbes illæ erant Romanæ: cur igitur opus repetito, *Romanis tributa indulſiſſe?* Notanda & hæc differentia apud Euſebium in Græcis; urbibus quidem, id eſt provinciis reliqua tributorum remiſſa. ita enim recte vertit Hieronymus, τῶν χρεῶν ὀφειλάς. Romanis vero, quod de civibus interpretor, tributa ipſa remiſſa. nam hoc in futurum, illud in præteritum. Subit tamen mirari neque in illa vetere inſcriptione, quam ſupra poſuimus, neque in veteribus Hadriani nummis, aliquid

provinciis verò etiam [1] ex reliquis [2] ingentes ſummas remiſit, [3] ſyngraphis in foro divi Trajani, quo magis ſecu-

aliquid nominatim de civibus, aut provincialibus expreſſum, ut apud hunc Spartianum, neque de tributorum remiſſione in gratiam Romanorum facta, ut apud Euſebium, ſed ſimpliciter mentionem fieri reliquorum veterum abolitorum, quæ fiſco debebantur. non aliud dixit Dio, cum de hac re loqueretur: ἐλθὼν γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφῆκε τὰ ὀφειλόμενα τῷ τε βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ τῶν Ῥωμαίων.

1 *Ex reliquis ingentes ſummas remiſit.*] Palatinus codex, & Mediol. editio, *ex reliquiis.* Non puto tamen *reliquias* ab auctoribus in hoc ſenſu uſurpari. ſed *reliqua* ſemper dicunt, Græci λοιπάδας, & λοιπογραφίας. & *reliquiæ* proprie ſunt λείψανα. Corrigendus in hac voce reliquorum Quintilianus lib. 6. cap. 4. *& diſpenſatori qui cum reliqua non reſponderent diceba ſubinde, non comedi panem & aquam bibo, paſſer redde quod debes.* vulgo legitur: *qui cum ad reliqua non reſponderet.*

CASAUBONUS.

1 *Ex reliquis.*] Non rectè priùs editi, *reliquiis*: etſi dicunt Græci & ἐλλείμματα & λοιπάδας. dicunt & λοιπά. Gloſſ. λοιπὰ, *reliqua, reliquorum.* non ut eſt editum *reliquarum.*

2 *Ingentes ſummas remiſit.*] Definit vetus lapis ſummam hujus indulgentiæ. IMP. CÆSAR. TRAIANUS. HADRIANUS. AUG. P. M. TR. P. COS. III. RELIQUA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. ait VETERA: hoc eſt proximorum ſedecim annorum: quo ſpatio liberalitas hæc ab Hadriano circumſcripta, teſte Dione.

3 *Syngraphis in foro incenſis.*] Fecere hoc multi principes: qua de re ad Suetonium multa, libro ſecundo, capite XXXII. in editione altera: quæ certorum hominum culpa, quibus ante biennium eum codicem miſimus, adhuc tamen differtur.

GRUTERUS.

3 *Syngraphis in foro divi Trajani, quo magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis.*] Non infrequens Principum bonorum factum, ut pluribus demonſtravimus exemplis ad illa Taciti libro XIII. Annal. cap. 23. *Tabulæ exuſtæ ſunt, quibus obliterata ærarii monumenta retrahebat.*

SALMASIUS.

3 *Syngraphis in foro Trajani quo magis omnibus ſecuritas roboraretur incenſis.*] Caſſiodorus in chronico: *Aviola & Panſa, his conſulibus reliqua tributorum urbibus relaxavit, chartis publicis incenſis, plurimos etiam ipſis tributis liberos fecit.* at vetus collectio chronicorum ex Thoromacho ſic habet: *Adrianus utraque lingua eruditus benigniter tributa urbium plurimarum relaxavit: polepticis publicis incenſis plurimos à tributis liberos fecit. poleptica*, pro *polyptica.* ſic enim ſcribebant, ut *megalinæ pelles*, apud vetuſtum auctorem pro *mygalinis.* & *Hippo diarretus*, pro *diarrhytus. Cenocephali* in veteri tabula Peutingerorum, pro *cynocephali.* Polyptica igitur, & ſyngraphæ, & chartæ publicæ, pro eodem. laterculum & indicem, etiam hodie *poliarium* vocamus, quaſi *polypticarium.* Polyptichum hac notione accipitur apud Vegetium l. II. c. XIX. *majore prope diligentia quam res annonaria vel civilis polyptichis adnotatur.* ſic enim ibi legendum. ſic *puletica* pro *polyptichis* etiam dicimus epiſtolas amatorias. ſic apud veteres ad eum uſum habebantur duplices, & triplices tabellæ. de triplicibus Martialis in apophoretis:

Tunc triplices noſtros non vilia digna putabis,
Cum ſe venturam ſcribet amica tibi.

 de du-

ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis. [1] Damnatorum bona [2] in fiſcum privatum redigi vetuit, [3] omni ſumma

de duplicibus Ovidius, ubi conqueritur inanes ſuas tabellas rediiſſe, amica non promittente:

——— *vos re duplices pro nomine ſenſi.*

ſic diptycha interpreti Juvenalis: *quamvis, inquit, ille dives cinædus ..... tuum conſpexerit, & cupiditate blandis te epiſtolis & diptychis ſollicitet, nihil tamen accipies, niſi ſtellas bene poſitas in geneſi habueris, quæ tibi hoc præſtent.* eumdem uſum videntur quoque præſtitiſſe veteribus polyptycha. inde enim noſtra *puletica* vel *puleta*. Sed hæc parum fortaſſe ad rem. de his autem tributis, vel tributorum reliquis ab Hadriano remiſſis, extat vetus inſcriptio, quam jam produxit in animadverſionibus ſuis ad Euſebium Jos. Scaliger, ſed aliquantum interpolatam. eam heic ſincere ſcriptam, & emendatam libet apponere.

NVMINIB. DEORVM. AVG. IOVI. OPT. MAX. ÆDEM. VOTO. SVSCEPTO. Q. LEPIDVS. M. F. M. CVRIVS. M. F. COSS. III. S. P. Q. R.

IMP. CÆS. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. D. NERVÆ. NEP. TRAIANO HADRIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COSS. II. QVOD. VNVS. OMNIVM. PRINCIPVM. ET. SOLVS. REMITTENDO. SESTERTIVM. NOVIES. MILLIES. DEBITVM. FISCO. NON. PRÆSENTES. MODO. SED. ET. POSTEROS. SVOS. PRÆSTITIT. HAC. LIBERALITATE. SECVROS. IVLIA. AVG. MATER. AVGG. ET. CASTRORVM. MATRONIS. RESTITVIT. SABINA. AVGVSTA. MATRONIS.

DIVVS. AVG. PONT. MAX. EX. S. C. REFECIT.

qui loquutionem illam, *novies millies ſeſtertium, debitum fiſco*, minime intelligebant, mirifice locum illum conturbarunt, reponendo *novies millies, centena millies, centena millia nummûm, debitum fiſci.* quæ eſt mera balbuties. in eam ſummam, quam repoſuimus, conſentiunt etiam veteres Hadriani nummi, ab eruditis hominibus prolati. RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILLIES. ABOLITA. hoc eſt, *reliqua vetera ſeſtertii novies millies abolita.* ſic enim loquebantur. quæ ſumma ad Gallicanum collybum ſi revocetur, non XVIII. tantum milliones aureorum ſolatorum, & præterea ſeptingenta quinquaginta millia excurrentia efficiet. ut cenſet vir doctiſſimus, ſed viginti duo milliones, & præterea ſummæ excurrentis, aureorum ſolatorum quingenta millia. quod probari facile poſſet, ſi res aut locus exigeret.

CASAVBONVS.

1 *Damnatorum bona.*] an omnium? an illorum tantùm quatuor conſularium, de quorum damnatione ac cæde modò dictum?

2 *In fiſcum privatum redigi vetuit.*] quaſi alius eſſet fiſcus præter privatum principis. Sed abutuntur vocibus *fiſcus* & *ærarium* mediæ ætatis ſcriptores. Volcatius Gallicanus, in Avidio Caſſio & gemina ſententia. *Bona proſcripti Antoninus in privatum ærarium congeri noluit: quare ſenatu præcipiente in ærarium publicum ſunt relata.*

SALMASIUS.

1 *Damnatorum bona.*] Male dubitari video, utrum omnium, an illorum tantum quattuor conſularium, de quorum damnatione paulo ante loquutus eſt auctor. nullo modo dubitandum eſt quin omnium.

2 *In fiſcum privatum redigi vetuit.*] *In fiſcum privatum*, εἰς τὸ βασιλικόν. fiſcus, & ærarium συνώνυμα ſunt. ſed magis proprie, fiſcus de principis ærario: ita enim uſus obtinuit. Confundunt tamen auctores, & privatum ærarium

ſumma in ærario publico recepta. [1] Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit. [2] Senatoribus qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo ſenatoriæ profeſſionis explevit, ita [3] ut pleriſque [4] in diem

ærarium, & privatum fiſcum appellant, τὸ βασιλικὸν ταμεῖον. publicum autem, populi ærarium. Sic Dio, aliique ſcriptores Græci, τὸ βασιλικὸν τῷ δημοσίῳ opponunt: privatum nempe ærarium publico. in M. Antonino, καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ. Et aliis locis paſſim, ubi ſubaudiendum eſt, ταμιείῳ. Gloſſæ: ταμιεῖον, *fiſcus, ærarium.*

3 *Omni ſumma in ærarium publicum ſuſcepta.*] Non ſollicitanda hæc ſcriptura, nec diſtinctio. cave enim illam admittendam cenſeas, quam in ſuo Regio reperiri teſtatur vir eruditiſſimus. nihil ea falſius.

CASAUBONUS.

3 *Omni ſumma in ærarium publicum ſuſcepta.*] Invenio ſcripturam longè aliam in regio: ubi totus locus ita eſt conceptus. *Dam. b. in ſ. pr. r. vetuit. omnem ſummam in ærario publico receptam, pueris ac puellis, quibus e. T. a. d. incrementum liberalitatis adjecit.*

1 *Pueris ac puellis quibus etiam Traj.*] Veteri lege ante undecimum ætatis annum pueri ad frumentationem non admiſſi. Primus gratiam fecit annorum Auguſtus, ut narrat Suetonius, vitæ ejus, capite XLI. Sed Auguſti beneficium ad unam aut fortaſſe alteram ipſius liberalitatem pertinuit, non immutata lege veteri: quam primus ille Optimus principum labefactavit etiam cum pueris & puellis hoc jure communicato. Quo nomine meritò laudatur in illo perfectæ artis panegyrico Plinii. Aucta eſt deinde aliorum principum munificentiâ Trajani liberalitas: quod in Hadriani, Pii, & Marci vitis non eſt prætermiſſum. Signatè locutus eſt cùm dixit, *incrementum liberalitatis adjecit.* nam hujuſmodi largitiones *incrementa* vocabant. Flavius Vopiſcus in Probo: *ut ejus dignitas incrementis adjuvetur.* id eſt, liberalitate. Sic in veteribus inſcriptionibus, ut obſervatum eſt Joſepho Scaligero: INCREMENTA. PUERIS. CURIÆ. ET. SPARSIONEM. NUCUM. DENT. Contrà apud Caſſiodorum libro nono, AUGMENTUM, proprium tributi nomen. & in XVII. Ammiani, in dictionale AUGMENTUM, quod & *Incrementum* appellat.

2 *Senatoribus patrimonium explevit.*] Suetonius in Veſpaſiano, *Explevit cenſum ſenatorium.* Exemplum ab Auguſto. Suetonius, cap. XLI. *Senatorum cenſum ampliavit, ſupplevitque non habentibus.* De Nerone idem cap. X. *Senatorum nobiliſſimo cuique, ſed à re familiari deſtituto, annua ſalaria, & quibuſdam quingena conſtituit.* narrat & Tacitus Annal. lib. XIII. ubi ſumma eadem: quam & Veſpaſianus retinuit, ut eſt apud Suetonium. Sed illud Hadriano proprium, quòd *pro liberorum modo* cuique cenſus expletur ſenatoriæ profeſſionis. Addit, *qui non vitio ſuo decoxerant*: quia in decoctores ſeverè animadvertit Hadrianus, ut narratur inferius.

GRUTERUS.

3 *Ut pleriſque in diem vitæ ſuæ dimenſum ſine dilatione reſtituerit.*] Palat. *reſtiterit*: adeo ut videatur fuiſſe *præſtiterit.*

SALMASIUS.

4 *In diem vitæ ſuæ.*] In hac locutione, *in diem vitæ ſuæ*, vita non accipienda

diem vitæ ſuæ [1] dimenſum [2] ſine dilatione præſtiterit. [3] Ad honores explendos non ſolùm amicis, [4] ſed etiam peſſi-

cipienda eſt pro morte, ut diem vitæ putemus eſſe, ultimum vitæ diem, & mortem ipſam, quemadmodum videtur voluiſſe vir doctiſſimus, qui propterea miram hanc loquutionem ſibi videri ſcripſit. dies heic pro tempus, & *in diem vitæ ſuæ*, nihil aliud vult, quam *in vitam ſuam*, vel *in vitæ ſuæ tempus*, quod Græci διὰ βίου dicunt. ſic in menſem, in annum durare, & ſimilia.

CASAUBONUS.

4 *In diem vitæ ſuæ.*] διὰ βίου. Mira locutio: nam dies obitus intelligitur, ſive ultimus vitæ. alius dixiſſet, uſque ad mortem: ſic Vopiſcus in ſimili ſententia de Probo & Bonoſi tyranni uxore loquens: *uxore quoque ejus in honore habita, & uſque ad mortem ſalario præſtito.* hoc eſt, ut heic loquitur Spartianus, in diem vitæ ipſius. Saxum vetus Romæ: IN. DIEM. VITÆ. SVÆ. QVIBVS. EX. S. C. COIR. LIC. OB. DEDICATIONEM. DEDIT. SING. &c. B. Ambroſius epiſtola XXIV. *Tu obtuliſti quaſi arbiter litis, ut ſoror in diem vitæ ſuæ poſſideret partem prædii: poſt obitum ejus fratri cederet omnis poſſeſſio.* Sic vivere pro mori. Capitolinus in Vero: *non imperandi ſecutos ordinem ſed vivendi.* id eſt, vitam implendi, & moriendi, ut ibi exponemus.

1 *Dimenſum ſine dilatione reſtituerit.*] Lego *præſtiterit*, aut, *exhibuerit.* Eſt enim *reſtituere* debitori proprium verbum, non beneficium præſtantis.

4 *Sed etiam paſſim aliquantis m.*] Regius, *ſed peſſimus etiam al.* atque ita deſcripſit Robertus Bonon. ſanè peſſimè: nam verum eſt *paſſim*: id eſt, χύδην & ſine privatæ amicitiæ reſpectu, ut quemque fors obtulerat Hadriano ejus opis egentem. inde *paſſivus* apud Tertull. & Firmium, & *paſſivitus*, quod aliis paſſim. De pallio: *pars veſtium paſſivitus omnibus utiles.* hoc eſt, αἱ δὲ διαχείριστοι πᾶσι χρησιμεύουσι. *Aliquantis* pro aliquot, ut *tanti* pro tot, *quanti* pro quot, apud Tertullianum & omnes inferiores ſcriptores nuſquam non. etiam apud Manilium, poëtam adeò antiquum, aliquoties. Sic apud Græcos τόσοι & τοσοῦτοι confunduntur.

GRUTERUS.

3 *Ad honores explendos, non ſolùm amicis, ſed etiam paſſim aliquantis, multa largitus eſt.*] Adſcripta item Palatino aliorum lectio, *ſed etiam peſſimis.* verùm ipſe alteram retinet rectè. idem enim dicit quod Tac. lib. IV. Annal. cap. 64. *Sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & ultro accitos munificentia juverat.* ubi nos de vera largitione plura.

SALMASIUS.

2 *Sine dilatione reſtituerit.*] Reſtituuntur, quæ ab aliquo abierunt, ſed præſtantur, quæ nondum cuiquam contigerunt. legendum igitur hoc loco, *præſtiterit*, ex fide & auctoritate vetuſti Codicis: & ita jam pridem ex conjectura, ut apparet, legendum viderat Caſaubonus.

4 *Sed etiam paſſim aliquantis.*] Quidquid placeat eruditiſſimo Caſaubono, non mihi placet hoc loquendi genus, *paſſim aliquantis.* quæ paſſim dantur, omnibus fere dantur. at qui ſunt iſti aliquanti, adverſus quos liberalis & munificus Hadrianus? ait Spartianus, eum non ſolum amicis multa eſſe largitum ad honores explendos: ſed etiam paſſim aliquantis. iterum quæro quinam ſint iſti aliquot, quibus paſſim dedit? omnes certe libri manu exarati, & editiones anteriores agnoſcunt, *peſſimis aliquantis.* nec aliter in ſuis offendit ſcriptum Caſaubonus, quam tamen lectionem ipſe

peſſimis aliquantis multa largitus eſt. Fœminas nonnullas ad ſuſtentandam vitam ¹ ſumptibus juvit. Gladiatorium munus per ſex dies continuos exhibuit, & ¹ mil-

ipſe peſſimam judicavit. ego contra, tot librorum conſenſu facile permoveat, ut optimam eſſe judicem. quærendum duntaxat qua ſignificatione heic dicantur *peſſimi*. *peſſimus* non ſemper τὸ κάκιστον ſignificat, ſed etiam vilem, & infimum. Gloſſæ: *peſſimus*, ἔσχατος, κάκιστος. & *peſſimus*, κάκιστος, χείριστος, ἔσχατος, χείρων. nec caret ratione. nam *peſſumus* à *peſſum* veteri voce, quæ κάτω ſignificat. unde *peſſumdare*. ita vocem *peſſimum* uſurpavit Salluſtius in Jugurthino: *primi, peſſumique*. quid ſi peſſimos hoc ſenſu heic interpretamur? ut Hadrianus non ſolum ſenatoribus patrimonium expleverit, & amicis ſuis, honoratis ſcilicet viris, ad honores explendos multa largitus ſit, ſed etiam peſſimos aliquantos, viles ſcilicet, & infimas perſonas liberalitate juverit? videtur id confirmari eo quod ſequitur, fœminas nonnullas ab eodem fuiſſe ſumptibus adjutas. liceat etiam peſſimos accipere, nequam homines, τοὺς ἀσώτους, & qui vitio ſuo decoxerant. nam ſupra dixit Hadrianum multis ſenatoribus qui non vitio ſuo decoxerant, ſenatorium cenſum ſuppleviſſe. at nunc dicat eum & multis etiam multa largitum eſſe malæ vitæ hominibus.

CASAUBONUS.

1 *Sumtibus juvit.*] Id eſt pecunia, M. Tullius, *pecuniæ collocandæ ratio eſt, quæ perpetuos ſumtus ſuppeditat*. Infrà, *& ſervit eum donavit & ſumtibus*. ſic cùm dicimus, *magnis ſumtibus redimere aliquid*. vel alimentis: ut apud Græcos ἀναλίσκειν pro edere. & ἀναλώματα victus: Paulinus in vita Ambroſii, *cui non minimum ſolatii ſacerdos præbuit, dando ſumtus, vel alia quæ erant neceſſaria*. ſeparat victum ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. cùm tamen ſæpe idem ſint. Inde *exercere ſumtum diurnum*, locutio ejus ſeculi, pro χρηματίζειν, πορίζειν αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια, vel τὰ καθ' ἡμέραν. Ambroſius libro ſecundo, cap. XV. *maximè ſi non effuſione adoleſcentiæ, ſed direptione alicujus, & amiſſione patrimonii, in eam reciderit injuriam, ut ſumtum exercere non queat*. Sic loquitur & alibi, ut epiſtola XVII. *Quid mihi prodeſt in clero manere, ſubire injurias, labores perpeti, quaſi non poſſit ager meus me paſcere: aut ſi ager deſit, quaſi aliter exercere ſumtum nequeam?* Mox, *quaſi verò hoc ſolum ſit in clerico, ut ſumtum expedias ſuum.*

SALMASIUS.

1 *Sumptibus juvit.*] Cave *ſumptus*, heic pro alimentis accipias. ſumptus pecuniam propriè ſignificat, apud illius ætatis auctores. Donatus ad illud Terentianum: *hunc ſumamus diem. Non accipiamus, ſed impendamus & conſumamus. unde & ſumptum dicimus pecuniam*. idem ad illud ejuſdem Comici: *ferietur alio munere. Ex conſuetudine ferietur. nam & plagam damnum, & ſumptum ſanguinem noſtrum dicimus.* ubi *ſumptum* pro pecunia dixit. Sic vox *ſumptus* accipitur in lege II. Cod. Theod. de concuſſ. advoc. *nec latet manſuetudinem noſtram ſæpiſſime ſcholaſticos ultra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum omnium & annonas & ſumptus accipere conſueſſe*. ubi ſumptus manifeſto ſunt pecuniæ. hinc *ſumptum diurnum exercere*, eſt quæſtum diurnum exercere, & pecuniam colligere ex mercedibus operæ diurnæ. Sic Græci ἀναλώματα pecuniam dicunt. Seneca inſumptum dixit pecuniam quæ inſumitur, exemplo Græ-

 corum,

8 & [1] mille feras natali ſuo edidit. Optimos quoſque de ſenatu [2] in contubernium imperatoriæ majeſtatis adſcivit. Ludos circenſes, præter natalitios, decretos ſibi ſprevit: [3] & in concione & in ſenatu ſæpe dixit, [4] *Ita ſe remp. geſturum* [5] *ut ſciret populi rem eſſe, non propriam.* [6] Tertio conſules, quum ipſe ter fuiſſet, plurimos fecit. Inſi-

corum, qui ἀναλώματα. lib. II. de benef. cap. X. *Arceſilas, ut ajunt, amico pauperi, & paupertatem ſuam diſſimulanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti deeſſe ſibi inſumptum ad neceſſarios uſus, cum clam ſuccurrendum judicaſſet, pulvino ejus ignorantis ſacculum ſubjecit.* ita enim legendum ex librorum veterum auctoritate, non *in ſumptus*, ut vulgo editum eſt. Paulinus in vita Ambroſii: *cui non minimum ſolatii ſacerdos præbuit, dando ſumptus, vel alia quæ erant neceſſaria.* Fallitur vir eruditus qui *ſumptus* heic apud Paulinum pro victu accepit, & ſeparari victum putat ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. nam ibi *ſumptus* eſt pecunia; *alia* autem *neceſſaria*, τὰ ἐπιτήδεια, quæ Græce pro victu accipiuntur.

CASAUBONUS.

1 *Mille feras natali ſuo exhibuit.*] Dio centum leones & leas totidem ludis natalitiis ſimul exhibuiſſe Hadrianum ſcribit. ut mirum non ſit univerſas eorum ludorum feras tot numero fuiſſe, quod ait Spartianus.

2 *In contubernium imperatoriæ majeſtatis*] Hoc eſt, in conſilium ſuum, & ad de publicis rebus conſultationes. hoc enim vocat contubernium imperatoriæ majeſtatis. Sic Auguſtus è ſenatoribus conſilium ſibi inſtituit, cum quo de negotiis ad frequentem ſenatum referendis antè tractaret. Suet. cap. XXXV. Nihil hoc ad convictum & interiorem Hadriani vitam.

3 *Et in concione & in ſenatu ſæpe dixit.*] Robertus à Porta olim legit, *& in conſilio & in ſ.*

GRUTERUS.

3 *Et in concione, & in Senatu ſæpe dixit.*] Ita quoque Pal.

4 *Ita ſe Rempublicam geſturum, ut ſciret populi rem eſſe, non propriam.*] Egregiè. bonus enim Princeps, nihil aliud quàm procurator de quâ re egimus ad Taciti lib. I. Hiſt. cap. 49. *Pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicæ avarus.*

CASAUBONUS.

5 *Ut ſciret populi rem eſſe, non propriam.*] Eadem mens illius φιλοσοφωτάτου imperatoris Marci, de quo Dio Caſſ. ὁ Μάρκος πάντα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ τὰ χρήματα, καὶ τἆλλα ἔλεγεν εἶναι. Alexander quoque Severus diſpenſatorem ſe publicum ſolitus appellare.

6 *Tertiò conſules, cùm ipſe ter fuiſſet, plurimos fecit.*] Quinam ſunt iſti tertiò conſules ab Hadriano facti? nam in faſtis conſularibus vix unum invenias aut alterum. atqui Spartianus ait factos plurimos. vereor ne oratoriè nimis. Sed interiere videlicet horum nomina, ut ferè omnium ſuffectorum conſulum: quos memoriæ hominum ereptos fama obſcura recondit. Cur autem non & quartò conſules quoſdam fecit? Ejus rei rationem reddit hanc Spartianus: cùm ipſe ter fuiſſet. Res nempe abſurda futura erat, ſi aliquis reperiretur, qui ſæpius quàm Imperator conſul fuiſſet: neque hoc moderatio & pudor tunc hominum ſuſtinuiſſet, ut diſcimus ex Plinii Panegyrico. Obſervabamus ad quartum Suetonii, manſiſſe conſulatui ſummum honorem, etiam

Infinitos autem ſecundi conſulatus honore cumulavit. Ipſum autem tertium conſulatum, & quatuor menſibus tantùm egit, & in eo ſæpe jus dixit. [1] Senatui legitimo quum in urbe vel juxta urbem eſſet, ſemper interfuit. [2] Senatus faſtigium in tantum extulit, difficile faciens ſenatores, ut quum Tatianum [3] ex præfecto prætorii, ornamentis conſularibus præditum, faceret ſenatorem, nihil ſe amplius habere quod in eum conferri poſſet, oſtenderit. [4] Equites Romanos, nec ſine ſe de ſena-

etiam poſt imminutum & penitus enervatum ejus robur. Inter præcepta imperandi quibus apud Dionem libro LII. Auguſtus inſtituitur à Mecænate, eſt & iſtud: *τοῖς ὑπάτοις τὴν μὲν τιμὴν φύλαξον, τὴν δ' ἰσχὺν παράλυσον.* Utrumque ſervatum eſt ad ultima uſque tempora. duravit verborum honos, potentia eſt ſublata. Suetonius vocat *ſummam poteſtatem*: cap. XXII. ejus libri. Plinius quoque in Panegyrico, imperium & conſulatum duas nominat *poteſtates ſummas.* Procopius Perſicorum libro primo, de infelice illo Johanne, *ἄνδρα ἐς τὸν ὑπάτων ἀναβεβηκότα τὸν δίφρον· οὗ μεῖζον εἶναι οὐδὲν ἔν γε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δοκεῖ.* negat eſſe majorem ullum conſulatu gradum dignitatis in Rep. Rom. neque imperium ſaltem excipit: ut neque B. Chryſoſtomus homilia decima in eam ad Hebræos. *τί γάρ, εἰπέ μοι, μέγα νομίζεις; ποῖον ἡγῇ μέγα ἀξίωμα εἶναι; τὸ τοῦ ὑπάτου; οὐδὲν γὰρ τούτου τοῦ ἀξιώματος μεῖζον νομίζουσιν οἱ πολλοί.* Corrige vero apud eundem ſanctiſſimum patrem paullò poſt: *ποῦ εἰσὶν οἱ δεκάκις ὕπατοι γενόμενοι* non ut editum eſt *δίκα*: quod interpretibus impoſuit. Repetitio conſulatus honorem augebat. Eſto, inquit, fuerint aliqui decies conſules: illi tamen, ubi jam ſunt? Sequentia lege.

1 *Senatui legitimo.*] Expoſuimus ad Suetonium libro II. cap. XXXV. Capitolinus in Gordianis, *Non legitimo ſed indicto ſenatu* cos. *venit in curiam.*

2 *Senatus faſtigium in tantum extulit.*] Certum multis argumentis. Inluſtre eſt quod commemorat Ulpianus libro primo, De appellationibus: *Sciendum eſt appellari à ſenatu non poſſe principem: idque oratione divi Hadriani effectum.*

3 *Ex præfecto prætorii faceret ſenat.*] nam præfectura prætorii ex Mecænatis conſilio, quod ille Auguſto dedit, ut refert Dio libro LII. penes equeſtrem ordinem diu manſit: rariſſimè ad præfecturam vocatis qui ordinis eſſent ſenatorii: interdum tamen; ut de Arretino Clemente refert Tacitus: de Tito obſervat Suetonius. Mutavit hoc inſtitutum Alexander Severus: qui narrante Lampridio, *præfectis prætorio ſuis ſenatoriam addidit dignitatem.*

4 *Equites Romanos nec ſine ſe de ſenatoribus.*] Capitolinus in Marco, *Hoc quoque ſenatoribus detulit, ut quoties de eorum capite eſſet judicandum, non pateretur equites Romanos talibus intereſſe cauſſis.* Judicabat tamen de ſenatoribus præfectus prætorio, qui rariſſimè factus ex ordine ſenatorio: idque ad Alexandrum Severum video obtinuiſſe: qui, ut ſcribit Lampridius, *ideo eo ſenatores eſſe voluit præfectos prætorii, ne quis non ſenator, de Romano ſenatore judicaret.* cognovit & præfectus urbi de ſenatore: ut ex Dione & libris juris conſtat.

ſenatoribus nec ſecum judicare permiſit. Erat enim tunc mos,[1] ut quum princeps cauſas cognoſceret, & ſenatores & equites Romanos [2] in conſilium vocaret, & ſententiam ex omnium deliberatione proferret. Execratus eſt denique principes qui minus ſenatoribus detuliſſent. Serviano ſororis viro, cui tantum detulit [3] ut ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertium conſulatum, [4] nec ſecum tamen, [5] quum ille bis

SALMASIUS.

1 *Ut cum princeps cauſas cognoſceret.*] Vet. ed. cum Palatinis membranis, *cauſas agnoſceret.*

2 *In conſilium vocaret, ſententiam ex omnium ſententia diceret.*] Inſerenda particula, *&*: *in conſilium vocaret, & ſententiam ex omnium deliberatione proferret.*

CASAUBONUS.

3 *Ut ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit.*] Ita moris fuit comioribus principibus, & magis civilibus. ideo Flavius Vopiſcus in deſcribenda ſuperbia Carini imperatoris: *Præfectus nunquam coss. obviam proceßit.* ubi legendum cenſeo: *Præfectis nunquam aut* coss. *obv. proc.* Ammianus de Juliano: *cùm die quodam cauſſa ejus ſpectandi veniſſe nuntiatus eſſet ex Aſia philoſophus Maximus, exiluit indecorè; & qui eſſet oblitus, effuſo curſu à veſtibulo progreſſus exoſculatum ſuſceptumque reverenter ſecum induxit.*

4 *Nec ſecum tamen.*] Scias dediſſe hoc Hadrianum Serviani moribus: qui etiam in illa extrema ætatis ſuæ tegula *φρονηματίας τις ἦν*, regioſque adeò animos gerebat: quo & nomine tandem ſibi pernitiem accivit. Nam quod vel ipſe, vel conſcius morum ejus imperator, parum putavit honorificum; id videas ab aliis expetitum ambitioſiſſimè: ut collegæ in conſulatu eſſent principis. Quare Trajanus tertium conſulatum ideo in plures produxit menſes, ut duos ſummos viros pariter conſules tertiò, collegas ſibi alterum poſt alterum poſſet facere. auctor Plinius: qui magnitudinem hujus honoris elegantiſſimè deſcribit hiſce verbis. *Quanti tunc illi, quantuſque tu? Accidit quidem ut corpora quamlibet ardua & excelſa procerioribus admota decreſcant: item ut altiſſimæ civium dignitates collatione faſtigii tui, quaſi deprimantur: quantóque propiùs ad magnitudinem tuam aſcenderint, tanto etiam à ſua deſcendiſſe videantur. Illos tamen tu quanquam non potuiſti tibi æquare quum velles, adeò in edito collocaſti, ut tantum ſupra cæteros, quantum infra te cernerentur.* Sanè tanti honor iſte habitus eſt, ut eum poſtea principes privatis inviderint: ſed reſtituit Julialjanus. Ammianus libro XXIII. *Julianus jam ter conſule aſcito in collegium trabeæ Salluſtio præfecto per Gallias, quater ipſe ampliſſimum inierat magiſtratum. & videbatur novum adjunctum eſſe Auguſto privatum: quod poſt Diocletianum & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum.*

SALMASIUS.

5 *Quum ille bis ante Hadrianum fuiſſet.*] Hæc verba ſignificant Servianum bis conſulem fuiſſe, antequam Hadrianus vel ſemel fuiſſet. quod an verum ſit videamus. Servianus primum Conſul fuit cum Licinio Sura anno quo Hadrianus prætor creatus eſt. Spartianus ſupra: *prætor factus eſt ſub Surano bis, Serviano iterum Coſ.* Si verum dicit illo loco Spartianus, minime dubium eſt, quin & verum dixerit

bis ante Adrianum fuiſſet, [1] ne eſſet ſecundæ ſententiæ,

xerit hoc loco, nempe Servianum bis ante Adrianum Conſulem fuiſſe. ſed falſum Servianum iterum Conſulem fuiſſe, quo anno præturam adeptus eſt Hadrianus: eo enim anno primum Conſulatum cepit. Secundum autem Conſul fuit cum L. Fabio Juſto, tertio poſt Hadriani primum Conſulatum anno, ut ex vetuſtis lapidibus conſtat, in quibus ita ſcribitur non uno loco: C. VRSO. SERVIANO. II. ET. IVSTO. COSS. alibi autem in iiſdem lapidibus nominatur, *C. Julius Servilius, Urſus Servianus.* ſic non bis ante Hadrianum Conſul fuerit Servianus, ſed ſemel tantum. Tertium autem Conſulatum, cujus heic apud Spartianum mentio, geſſit cum Vibio Varro, quem Verum vocari vult Onuphrius. perperam. nam is, C. Ubius Juventius Varus dictus eſt, ut nos alibi dicemus. & ita reponendum in vetuſto lapide quem produxit.

CASAUBONUS.

1 *Ne eſſet ſecundæ ſententiæ.*] Ipſene an Servianus? Hadrianum imperatoria majeſtas ſupra collegam efferebat: Servianum, ſi antiquis moribus fuiſſet locus, ætas, & quòd, ut Spartianus ait, bis ante Hadrianum conſul fuiſſet. Primæ aut ſecundæ ſententiæ eſſe dicebantur propriè ſenatores, non autem conſules. horum erat relatio; illorum ſententiæ dictio. Primi ſententias rogabantur coss. deſignati: aut ſi ii nulli eſſent, princeps ſenatus. quare *primæ ſententiæ ſenator, & princeps ſenatus* tantundem valent. Trebellius Pollio in Piſone tyranno, *Aurelius Fuſcus conſularis primæ ſententiæ, qui in locum Valeriani ſucceſſerat.* Valerianus autem Capitolinus in Gordianis vocat *principem ſenatus.* Trebellius, *clariſſimum principem civitatis.* Vopiſcus in Aureliano, *Tunc ſurrexit primæ ſententiæ Ulpius Syllanus.* Ita ſæpe legas *primæ ſententiæ ſenatorem.* etiam in lapide, qui honori Symmachi fuit dicatus. QVI. PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM. ROGARI. SOLITVS. Alluſit huc Lactantius, libro primo, capite x. *Liberum patrem neceſſe eſt in ſenatu deorum ſummæ auctoritatis, primæque eſſe ſententiæ.* Conſulem verò primæ ſententiæ aut ſecundæ, legere alibi non memini. quanquam & conſules ſententiam rogabantur: deſignati quidem ſemper: qui autem inierant & conſulatum agebant, quoties Cæſar referret, ut obſervat Tacitus libro tertio Annalium.

SALMASIUS.

1 *Ne eſſet ſecundæ ſententiæ.*] Variæ ſunt de hoc loco ſententiæ eruditorum. Turnebus exiſtimat Hadrianum ſibi conſuluiſſe, quod Servianum tertio conſulem ſecum non fecerit, ne ſcilicet ipſe ſecundo loco poſt Servianum ſententiam diceret. nam Servianus bis Conſul ante Hadrianum. notum eſt autem eum qui plures geſſerit conſulatus, vel qui totidem geſſerit, ſed ante honorem eum adeptus ſit, primæ ſententiæ fuiſſe, imperatorum ætate. Hoc quidem verum in ſenatoribus, ſed in imperatoribus ipſis quis putet? an metuendum erat Hadriano, ne ſi conſulem ſecum faceret Servianum, ipſe ſecundæ ſententiæ eſſet, Servianus primæ, quod hic bis conſulatum geſſerat ante Hadrianum? Quis unquam dixit imperatorem primæ aut ſecundæ fuiſſe ſententiæ? ſed quis vel Conſules? Conſules quidem deſignati primi rogabantur ſententiam, & conſulares viri, vel antiquiores, vel qui plures conſulatus geſſerant, primæ ſententiæ fuere. magiſtratus ipſi, hoc eſt conſules, nunquam ſententiam rogabantur niſi referente Principe. cui vero perſuaſum poſſit eſſe Principem rogari ſolitum? non igitur primæ aut ſecundæ ſententiæ

princeps; nam nihil abſurdius, nec cuiquam rerum veterum prudenti hoc in mentem venire poſſit: & falſa Turnebi ſententia. Probabilior, non tamen verior, quam Caſaubonus tuetur. hoc nempe honori Serviani datum ad Hadriano ne tertium ei conſulatum ſecum deferret, ne Servianus eſſet ſecundæ ſententiæ. non minoribus, immo iiſdem plane abſurditatibus obnoxia hæc interpretatio, quibus illa ſuperior. diximus principem quoties ſenatui intereſſet, rogare ſententiam ſolitum, nunquam rogari. immo & eo referente, conſules rogari. cum vero abeſſet, res ordine ſuo peragebatur. Conſules referebant: qui primæ ſententiæ erat conſularis, is primus ſententiam rogabatur, aut conſules deſignati, ſi qui eſſent. quæ, malum, igitur ratio eſt, ut imperatoris collega in conſulatu, ſecundæ ſententiæ fuiſſe dicatur, cum ipſe imperator nunquam primæ? Servianus Conſul, aut rogabat ſententiam abſente imperatore, aut rogabatur principe referente. cum rogabat, nullius erat ſententiæ, non minus quam princeps. nam qui ſententiam rogat, ſententiam non dicit. Cum rogabatur autem, quis dubitat quin primo loco rogaretur? vacat igitur hæc ratio, propter quam dicitur Hadrianus collegam in tertio Conſulatu ſibi facere noluiſſe Servianum, ne is ſcilicet ſecundæ ſententiæ eſſet. nam qui ſecundus ab imperatore, is certe omnium primus. Hæc verba, *ne ſecundæ ſententiæ eſſet*, non aliam capiunt, præter has duas quas poſuimus interpretationes, ut aut de Serviano, aut de Hadriano dictum accipiamus. utrumlibet autem exponendi modum amplectaris, falſus & abſurdus apparebit. in vicino remedium: nihil enim propius eſt, quam hæc verba falſi arguere & expungere, quæ ſciolus aliquis in hunc locum inſulſerat, qui rationem heic deſiderari putabat, quare Hadrianus non ſecum tertium Conſulatum Serviano detuliſſet: & eam quam maxime veriſimilem reperiebat, ad oram Codicis adpoſuerat, quæ poſtea in contextum admiſſa eſt. Sic igitur totus hic locus legendus, & conſtituendus ejectis inſerticiis illis verbis: *Serviano ſororis viro, cui tantum detulit, ut ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertium Conſulatum, nec ſecum tamen, cum ille bis ante Hadrianum fuiſſet, non petenti ac ſine precatione conceſſit.* Spartianus paulo ante, ut Hadrianum ſenatoribus multum ſemper detuliſſe, & civilem in omnibus principem egiſſe oſtenderet, ſcripſit eum tertio Conſules plurimos feciſſe, cum ipſe ter fuiſſet; ſic numero Conſulatuum plures ſibi exæquaſſe. eumdem hunc honorem tertii Conſulatus Serviano non petenti ac ſine precatione conceſſiſſe heic dicit. non illud ſolum magnum, quod tertium conſulatum, nam multis hoc dederat, ſed quod non petenti. addit Spartianus, *non tamen ſecum.* quod pertinet ad imminutionem honoris iſti Serviano ab imperatore conceſſi. nam majus, & magis honorificum ipſi fuiſſet, ſi collega Hadriani in hoc tertio Conſulatu factus eſſet. Honorem enim Conſulatus iſtud non parum augebat, eum magiſtratum cum principe gerere, & principis collegam eſſe. tantum vero abeſt ut cuiquam minime honorificum fuerit, collegam Cæſaris in conſulatu fieri, quod de Serviano putarunt ad hunc locum eruditi, ut etiam de faſtigio ſuo deſcendere quodammodo exiſtimaretur imperator, & in æquum venire cum privatis, dum eum honorem non ſolus, ſed cum altero gereret. Suetonius in Octavio: *Exegit autem, ut quoties ſibi conſulatus daretur, binos pro ſingulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus imminui, quod honorem eum non ſolus, ſed cum altero gereret.* Hinc factum, ut omnes poſt Diocletianum principes hunc honorem privatis communicare deſierint, uſque ad Iulianum, qui veterem morem reſtituit, & collegam ſibi in conſulatu unum ex privatis,

tiæ, [1] non petenti ac ſine precatione conceſſit. [2] Inter hæc tamen & multas [3] provincias à Trajano acquiſitas reliquit: & [4] theatrum quod ille in campo Martio poſuerat, contra omnium vota deſtruxit. Et hæc quidem eo triſtiora videbantur quòd [5] omnia quæ diſplicere vidiſ-

vatis adſcivit. refert Ammianus. non igitur hoc honori Serviani dedit Hadrianus, quod eum ſecum conſulem non fecerit, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. nec hic ſenſus hujus loci. Contrarium plane oſtendit Spartianus, illa voce, *tamen conceſſit*, inquit, *tertium Conſulatum Serviano, cui plurimum deferebat, non petenti ac ſine precatione, non ſecum tamen.* quibus verbis aperte ſignificat unum iſtud defuiſſe honori, quem Serviano conceſſum ivit Hadrianus, quod non ſecum eum illi honorem indulſerit, nec collegam ſibi in tertio Conſulatu fecerit. quæ ſequuntur autem, *quum ille bis ante Hadrianum fuiſſet*, eo pertinent ut demonſtret Spartianus, Hadrianum ſi voluiſſet potuiſſe Servianum ſecum tertio conſulem nuncupare. nam cum hic Servianus bis conſul ante Hadrianum fuerit, tres vero Conſulatus poſt Servianum iterum conſulem geſſerit Hadrianus, poterat Servianum in uno ex his tribus conſulatibus collegam ſibi aſſumere, & tertio conſulem facere. quod tamen non fecit, ſed tres iniit & cepit Conſulatus, antequam tertium Serviano deferret. Cauſam non adjecit Spartianus, quare Serviano cum tertium Conſulatum daret Hadrianus, non ſecum tamen dederit. Extitit gloſſator quidam, ineptiſſimus homo, qui divinaret non aliam eſſe poſſe, quam *ne ſecundæ ſententiæ eſſet.* quæ quam abſurda ſit & falſa, nemo non ex iis quæ diximus, poteſt intelligere. multas ſimiles imperitorum gloſſas ex his auctoribus ſuſtulimus, quæ viros etiam acutiſſimos fugerant.

2 *Inter hæc tamen & multas provincias à Trajano acquiſitas reliquit.*] Hactenus Spartianus in laudibus, & laudandis Hadriani factis verſatus tranſit ad ea quæ maculam figerent alias optimi principis vitæ, inter quæ primum obtinet locum quod multas provincias à Trajano acquiſitas reliquit. Suidas ex Dione, ut apparet: οὐκ ἀδιαφόρως δὲ τὴν Μεσοποταμίαν παραχωρεῖ Πέρσαις δεηθεῖσιν αὐτοῦ κτηθεῖσαν ὑπὸ Τραϊανοῦ καὶ τὸν Εὐφράτην ὅρον ποιεῖται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Sed cur repetit Spartianus, quæ jam ſupra dixerat, & in laudis parte poſuerat? diverſe hoc Hadriani factum homines accepere. quidam enim id eum in invidiam rerum geſtarum gloriæque Trajani, alii callido conſilio feciſſe interpretati ſunt, quaſi aſtute donaret illud quod retinere non poterat: Dio vero inconſiderate & inconſulte Perſis poſtulantibus eam provinciam à Trajano acquiſitam conceſſiſſe.

3 *Provincias à Trajano acquiſitas.*] Sic auctor Græcus: κτηθεῖσαν ὑπὸ Τραϊανοῦ Μεσοποταμίαν. Donatus ad Phormionem Terentii: *acquiſita bello longe ab Italia regiones provinciæ dictæ ſunt, à porro vel procul & vincendo.*

CASAUBONUS.

4 *Theatrum quod ille in campo Martio poſuerat.*] P. Victor in deſcriptione Urbis, *Trajani porticus in campo Martio.* theatri, ut ab Hadriano deſtructi, mentio nulla.

GRUTERUS.

1 *Non petenti, ac ſine precatione conceſſit.*] Aliud quid fuit in Pal. codice, loco illo *non*; ſed quod ita eraſum eſt, ut nihil appareat vocis prioris.

5 *Omnia quæ diſplicere vidiſſet Hadrianus.*]

vidiſſet Adrianus, [1] mandata ſibi ut faceret decreto Trajani eſſe ſimulabat. [2] Quum Tatiani, præfecti ſui & quondam tutoris, potentiam ferre non poſſet, niſus eſt eum obtruncare: ſed revocatus eſt, quia jam quatuor conſularium occiſorum, [3] quorum quidem necem in Tatiani conſilia refundebat, premebatur invidia. [4] Cui quum ſucceſſorem dare non poſſet [5] quia non petebat, id egit ut peteret: atque ubi primùm petiit, in Turbonem tranſtulit poteſtatem: [6] quum quidem

nus, mandata ſibi ut faceret, decreto Trajani eſſe ſimulabat.] Aſtutia non incommoda, ad minuendam præſentium invidiam; ut oſtendimus ad Tac. lib. 1. Ann. cap. 6. *Patris juſſa ſimulabat.*

CASAUBONUS.

1 *Mandata ſibi ut faceret decreto Trajani.*] Vetus ars principum ad declinandam triſtioris facti invidiam. Sic Antonius & Octavius, omnia ex tabulis Cæſaris fingebant ſe facere: Tiberius ex Auguſti præceptis.

3 *Quorum quidem necem in Tatiani conſilia refundebat.*] Regius, *quorum quidam necem in Arciani c. r.* Ἀκυρολογία eſt, *refundere*, pro transfundere, vel transferre, & ut vertitur in Gloſſis, μεταβάλλειν. propriè eſt μετίσχειν. Juriſconſultis ἀναλύειν τὴν δαπάνην: cum reſtituitur facta impenſa. Apud Pollionem in Claudio, *loricam refundere, cocum refundere*, reddere cùm fuerit uſus.

4 *Cui cùm ſucceſſorem dare non poſſet.*] *Dare ſucceſſorem* alicui dicebant, ut verbi invidiam mollirent, pro ſummovere, exauctorare, καθαιρεῖν. paullò pòſt, *Septitio Claro & Suetonio Tranquillo ſucceſſores dedit.* Capitolinus in Pio, *Nulli eorum quos Hadrianus provexerat ſucceſſorem dedit.* Idem, *Succeſſorem viventi bono judici nulli dedit.* Lampridius in Alexandro Severo, *Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addit. Gratias tibi agit Reſp.* ſic mittere *ſucceſſorem*, & διάδοχον πέμπειν apud Herodianum, pro abrogare alicui imperium.

GRUTERUS.

5 *Quia non petebat, id egit ut peteret.*] Procul dubie arte aliquâ ſimili, quam deſcripſit Tacitus in vitâ Agricolæ capite XLII. ubi hæc examinamus penſius.

SALMASIUS.

1 *Mandata ſibi ut faceret decreto Trajani eſſe ſimulabat.*] Optimæ membranæ: *decreto à Trajano*, vet. ed. *decreta à Trajano*, legendum putarim: *& hæc quidem eo triſtiora videbantur, quod omnia quæ diſplicere vidiſſet Hadrianus, mandata ſibi ut faceret, & decreta Trajano eſſe ſimulabat.* ea decreviſſe facere Trajanum, & ſibi mandaſſe ut faceret. legi etiam poſſet, *decreta à Trajano*, ex fide veteris Editionis.

2 *Et quum Tatianum ex præfecto prætorii.*] Vet. ed. *Atti. inum*, & paulo poſt, *quorum quidem necem in Tatiani conſilia refundebat*, *in Attatiani* habet. utrobique legendum *in Attiani.* diximus de hoc *Attiano* ſupra, qui tutor Hadriani fuit, quemque perperam viri docti, & inter hos Onuphrius cum Titiano confundunt, qui anno decimo imperii Hadriani Conſul fuiſſe memoratur cum Gallicano. nam hic Attianus nunquam conſul fuit, ſed conſularibus tantum ornamentis præditus Spartianus hoc loco.

6 *Quum quidem Simili alteri præfecto Septicium clarum.*] Non poteſt ex Dione vel

dem [1] etiam Simili alteri præfecto, [2] Septicium Clarum ſucceſſorem dedit. [3] Summotis his â præfectura quibus debebat imperium, Campaniam petit: ejuſque omnia oppida beneficiis & largitionibus ſublevavit, [4] optimum quenque amicitiis ſuis jungens. Romæ verò

ne vel ex Xiphilino potius, colligi duos illa tempeſtate fuiſſe præfectos prætorio. diſſentit etiam Spartianus à Dione de hoc Simili. nam videtur Spartianus heic innuere Hadrianum Simili offenſum, ſucceſſorem ei dediſſe ut Attiano. ſequitur enim, *ſummotis his à præfectura, quibus imperium debebat, Campaniam petiit.* Contrarium plane ſcribit Dio, qui & Similem invitum ad præfecturam veniſſe, ac brevi illam tempore adminiſtraſſe ac ſtatim ſponte ſua dimiſiſſe narrat, cum vix id impetraſſet: καὶ τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν ἄκων ποτὲ ἔλαβε, καὶ λαβὼν ἐξίστατο μόλις δ' ἀφεθεὶς ἐν ἀγρῷ ἥσυχος ἑπτὰ ἔτη τὰ λοιπὰ τοῦ βίου διήγαγε. Eadem fere ſcribit Joannes Gazenſis, περὶ ἀρχαιολογίας, quem manuſcriptum habemus; qui & Σιμίλιον, & Σιμιλιν vocat: Ἀδριανὸς Σιμίλιον τινὰ ἄνδρα φρονήσει καὶ ἐπιεικείᾳ κεκοσμημένον ἠνάγκασε τὴν ἀρχὴν τῶν δορυφόρων παραλαβεῖν. καὶ μόλις μὲν, ἔπεισε δ' οὖν. ὀλίγον δὲ ἐπισχὼν καὶ δεηθεὶς ἐξίστη τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐν ἀγρῷ ἔτη ζ διαγαγὼν τελευτᾷ, ἐπιγραφὴν ἐγχαράξας ἐν τῷ μνημείῳ αὐτοῦ, ΣΙΜΙΛΙC ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΕΙΤΑΙ ΒΙΟΥΣ ΜΕΝ ΕΤΗ Ν ΖΗCΑC ΔΕ ΕΤΗ Ζ. quod epigramma etiam apud Xiphilinum habetur. ſed pro βιοὺς μὲν ἔτη ν ſcriptum eſt, ἔτη τόσα. igitur hic Similis vixit annos quinquaginta, bene vixit annos ſeptem. ſic quinquageſimo anno mortuus eſt.

4 *Optimos quoſque amicitiis ſuis jungens.*] Optimos quoſque in amicorum numero habuiſſe Adrianum non ſemel dixit Spartianus. quod & Dio ſcribit: ἀεί τε περὶ ἑαυτὸν καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἔξω τοὺς ἀρίστους εἶχε καὶ συνῆν σφισὶ καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις. Hinc confirmatur expoſitio noſtra loci illius ita à nobis emendati ſupra: *non ſolum amicis ad explendos honores, ſed etiam peſſimis aliquantis multa largitus eſt.* quæ verba hoc volunt, non optimis tantum quibuſque, quales erant omnes amici Hadriani, ſed etiam peſſimis aliquantis, multa ab Hadriano donata. quæ correctio, & interpretatio veræ ſunt. Spartianus paulo ſupra: *optimos quoſque de ſenatu in contubernium imperatoriæ maieſtatis adſcivit.* & infra: *adhibitis conſilio ſuo conſulibus & prætoribus, & optimis ſenatoribus.*

GRUTERUS.

3 *Summotis his à præfectura quibus debebat imperium.*] Aliud obtinebat ſæculo aureo. de quo ſic Seneca epiſt. xc. *Officium erat regnare, non regnum. nemo quantum poſſet, adverſus eos experiebatur, per quos cœperat poſſe.* de qua modeſtia nos plura ad illa Taciti lib. IV. Ann. cap. 57. *Traditur etiam matris impotentia extruſum; quam dominationis ſociam adſpernebatur: neque depellere poterat, cùm dominationem ipſam donum ejus accepiſſet.*

CASAUBONUS.

1 *Etiam Simili alteri præfecto.*] Erant igitur illa tempeſtate duo præfecti prætorio: quod jam inde ab Auguſto interdum accidiſſe obſervat Dio. poſtea auxit variè numerus. Similem in præfectura collegam Tatiani tollit in cœlum laudibus Dio, & ex eo Zonaras, Cedrenus, alii. Vellem tanti viri proprium nomen & prænomen ne nobis invidiſſent. Cedrenus novè Græca facie induit hoc nomen, Σίμηλος efferens: quod doctiſſimo inter-

rò [1] prætorum & conſulum officia frequentavit, [2] conviviis amicorum interfuit. [3] Ægros bis ac ter die, & nonnullos equites Romanos ac libertinos, viſitavit, [4] ſolatiis refovit, conſiliis ſublevavit, conviviis ſuis ſemper

interpreti impoſuit. Dio & Zonaras Σίμιλις· quod miror: nam hujus formæ Latina nomina Græci in ιος fingunt: ut *Nobilis* Νωβίλιος: *Illuſtris*, Ἰλλούστριος: *Perennis*, Περέννιος: *Martialis*, Μαρτιάλιος in Pandectis. In antiquis inſcriptionibus malè ſculptum aut deſcriptum, P. ΑΛΦΙΗΝΟΣ ΜΑΡΤΙΑΛΙΙΣ. oportuit Μαρτιάλιος.

2 *Septicium Clarum.*] Reg. *Secium.* perperam: notiſſimus vir ex hiſtoricis, & Plinii epiſtolis.

4 *Optimum quemque amicitiis ſuis iungens.*] Etſi de Campanis hominibus ſolùm videtur loqui, eſt tamen verum etiam in aliis. Dio obſervat & Romæ & in provinciis optimum quemque in contubernio ſuo habuiſſe Hadrianum; cum iis cœnitaſſe; atque adeò ſæpe quartum in curru vectum. quod & de Trajano quoque idem, καὶ πολλάκις καὶ τέταρτος ὀχεῖτο.

1 *Prætorum & conſulum officia frequentavit.*] Ita imperatorum comiſſimus quiſque. De Auguſto & Suetonius & Dio multa: qui etiam de Trajano refert ſimilia. De iſtis officiis diximus ad Suet. libro ſecundo, capite LIII.

2 *Conviviis amicorum interfuit.*] Dio, τοῖς ἑορτάζουσι φίλοις συνδιῃτᾶτο.

3 *Ægros bis ac ter die.*] Qui præſertim graviùs ægrotarent. Dio, τοὺς πάνυ νοσοῦντας φίλους ἐπεσκέπτετο· poteſt verti, *amicos graviùs ægrotantes viſitavit.* vel, *conjunctiores amicos ægrotantes v.* Spartianus infrà, *ægros milites in hoſpitiis ſuis viſebat.* Apparet magni Romanos officii genus hoc æſtimaſſe: cujus adeo frequens in vitis imperatorum mentio. Regius, & à Porta, *ter in die.* τρὶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν. at *ter die*, τρὶς τῆς ἡμέρας. utrumque in uſu. *ter in anno* apud Plautum, τρὶς τοῦ ἔτους.

GRUTERUS.

3 *Ægros bis ac ter die.*] Sic & Pal. noſter.

SALMASIUS.

4 *Solatiis refovit.*] Solatia heic, mea quidem ſententia, non ſunt ſimplices allocutiones, quibus adverſus ægrotantes amicos defungimur, cum eos inviſimus, ſed aliquid plus quam verba vox hæc ſignificat hoc loco. ſolatia pro alimentis & ſalariis accipiebat non ſolum ſequior & poſterior ætas, ſed etiam illa quæ optimæ, & antiquæ propior. exempla paſſim obvia, & jam pridem ab eruditis viris hoc obſervatum in Cod. Theod. *ſolatiis pro mercedula præſtitis.* Caſſiodorus lib. 5. Variarum: *hoc ſollicitudo noſtra proſpexit, ut acceptis mercedibus competentibus pedaturam murorum omnes in commune ſubeatis, qui vicinitate jungimini: quatenus accommodato ſolatio ſecurius impleatur quod paucis inexplicabile fortaſſe cognoſcitur.* Sed fatendum eſt hoc loco Caſſiodori viros doctos ſolatium pro mercede male accepiſſe. *accommodato* enim *ſolatio*, nihil aliud eſt, quam communicata opera, & invicem mutuo præſtita, multis in commune laborantibus. nam cum plures rem aliquam adnituntur, ſolatio ſibi ſunt invicem. ita ſecurius multi exſequuntur, id quod pauci explicare vix poſſent. Commoda & ſalaria militiæ, ſolatia appellant imperatores in Codice. Juſtinianus etiam *puncta* dixit Cod. de advocat. diverſ. jud. inde *adpunctari* vulgo dicimus, cui ſalarium conſtitutum eſt, & *diſpungere* donare. hinc *diſpunctores*, *donatores* in veteribus Gloſſis. de quo nos alibi pluribus. *refrigerium* etiam, pro

Digitized by Google

per adhibuit. omnia denique ad privati hominis modum fecit. [1] Socrui ſuæ honores præcipuos impendit ludis gladiatoriis [2] cæteriſque officiis. [3] Poſt hæc profectus in Gallias, [4] omnes cauſariis liberalitatibus ſublevavit.

pro ſolatio vel ſalario dixerunt, & *refrigerare*. Tertullianus, *refrigerare indigentibus*. & ἀναψυχὴ in Novellis Juſtiniani pro ſalario. *ſolatiis* igitur *refovit*, heic apud Spartianum eſt, muneribus miſſis, aut neceſſariis quibuſdam ad ægros ſublevandos & ſuſtentandos juvit.

CASAUBONUS.

1 *Socrui ſuæ honores præcip.*] Marcianæ ſorori Trajani: quem etiam Auguſtæ nomine fuiſſe decoratam, nummi teſtantur & ſaxa. Eadem mortua in Deos relata, & DIVA eſt appellata. Ludi gladiatorii ſolennis honos funereus omnium Auguſtorum. iterum Spartianus infrà: *Romæ poſt cæteras immenſiſſimas voluptates in honorem ſocrus ſuæ, aromatica populo donavit.*

2 *Cæteriſque officiis.*] Significat etiam ſacerdotes & flaminicas Marcianales illi ab Hadriano inſtitutas. Leges in veteri ſaxo inter cætera, SEVERINÆ. SACERDOTI. DIVÆ. MARCIANÆ.

3 *Poſt hæc profectus in Gallias*] *Poſt hæc*, id eſt, poſteaquam reverſus è bello Sarmatico, res urbanas & Italicas ordinaſſet. Hæc ſecunda Hadriani ex Urbe profectio extra Italiam.

4 *Omnes cauſariis liberalitatibus ſublevavit.*] Regius, *caſuariis liberalitatibus ſ.* Robertus Bon. *omnes libertatibus ſublevavit.* alii, *o. cauſarios l. ſ.* Quarum omnium lectionum nulla eſt quam vulgatæ merito anteponamus. *Cauſſaria liberalitas* ita dicta, ut miſſio cauſſaria. nam vocabulum *cauſſa*, etſi natura ſua μέσον, in deteriorem tamen partem accipiebant: quod & in aliis dictionibus multis accidit, ut τύχη, συμφορὰ, *caſus*, *valetudo*, aliis. inde eſt *cauſſa* pro morbo, apud Marcellum Empiricum, & alios medicos Latinos. *in cauſſa eſſe* pro νοσεῖν eidem, capite ſeptimo, & *locus qui eſt in cauſſa*, ὁ πεπονθὼς, cap. XV. *oculorum cauſſarius*, capite octavo, ὁ νοσῶν τὼ ὀφθαλμώ. paullò aliter apud Scribonium Largum, *medicamentum cauſſam faciens*, capite XCI. cùm vim ſuam incipiens exerere dolorem gignit. *Cauſſaria miſſio*, cui morbus cauſſa fuit, ut loquitur Livius. ſic *cauſſaria liberalitas*, cui aliquis caſus ac calamitas fuit cauſſa: putà, terræ motus: etſi ea fortuna rariùs intervenit Galliarum opidis: interdum tamen: ſicut ante annos octodecim, cùm Helvetiæ pars gravi motu eſt concuſſa: quem & Allobrogum ditio in qua eramus, & vicina quoque Lugdunenſis ſenſerunt. Sed & alii multi ſunt caſus per quos liberalitas principis poſſet provocari, ut vel reliqua tributorum remitteret, vel eorum minueret modum. Cauſſaria liberalitas opponitur illi, quæ virtutis ergô aut meritorum impetretur. In membranis queis olim in Italia præſtantiſſimus Puteanus eſt uſus, ſcriptum, *cenſuariis liberalitatibus*. quæ fortaſſe vera lectio. Videtur Hadrianus cùm in Galliis eſſet, cenſum egiſſe Galliarum, exemplo Auguſti: de quo Livii Epitome libro CXXXIV. *Cum ille conventum Narbone egit, cenſus à tribus Galliis quas Cæſar pater vicerat actus.* apud Tacitum primo Annali Germanicus per Gallias cenſum agit & accipit. Egit poſtea & Claudius Cæſar, ut ex ejus oratione conſtat, quam hodièque in æs inciſam Lugduni videre eſt, & nos vidimus. Neque dubiùm luſtris ſingulis mitti ſolitos qui tabulas cenſuales reficerent, & denuò rationem cujuſque cenſuum inirent. ex cenſu enim tributum pendebant Galliæ: quod etiam cenſus dicitur, & Græcis κῆνσος.

ος. In antiquis inſcriptionibus hujus rei fit ſæpius mentio. Igitur *liberalitates cenſuariæ* erunt, quas in exigendis profeſſionibus cenſualibus, aut cenſibus ipſis, & in privos Gallos, & in urbes ipſas Galliæ contulit Hadrianus. Tertullianus De pallio, in Severi encomio, & deſcribenda ſeculi felicitate, illud etiam ponit, quod beneficio principis *multorum cenſus tranſcripti.* quæ verba etſi poſſunt & aliter accipi, putem tamen ad cenſuarias ordinationes vel liberalitates eſſe referenda Atque hoc tempore, & occaſione iſta, videntur cuſi nummi in Hadriani honorem. RESTITUTORI. GALLIÆ. & CONSERVATORI. GALLIÆ.

GRUTERUS.

4 *Omnes cauſſariis liberalitatibus ſublevavit.*] Pal. quoque *caſuariis.* ideo ſcilicet quod minus notam haberent vim vocis alterius: de qua videndus Caſaubonus noſter.

SALMASIUS.

4 *Omnes cauſariis liberalitatibus ſublevavit.*] Non parum ſollicitos habuit hic locus eruditos interpretes, Turnebum, Caſaubonum, & quos non? tempus in aliorum conjecturis falſi convincendis non teram, ſed dicam quod mihi verum eſſe videtur. legendum enim puto: *omnes cauſarios liberalitatibus ſublevavit.* potuiſſem quidem, *cauſarias liberalitates*, ut cauſarias miſſiones heic intelligere, quibus ſcilicet cauſam præbuerit neceſſitas & egeſtas eorum quos ſublevavit. Sed nihil verius, quam *cauſarios.* falſum ſiquidem omnes ab Hadriano liberalitatibus ſublevatos: nam neque cauſa fuit Hadriano, ut omnes ſublevaret. quam multi non indiguere iſta liberalitate? erga ſolos igitur cauſarios liberalis fuit: id eſt egentes & facultatibus defectos, & quibus non ſine cauſa ſubveniretur. Cauſarius homo ſic dicitur, ut *cauſarius locus* apud medicos qui in cauſa eſt, vel qui morbo tentatur, aut dolore. ſic *dens cauſarius* Marcello Empirico, *oculus cauſarius*, cap. 8. *Atque ex eo quemlibet oculorum cauſarium intus, id eſt intra oculos inunges.* ubi *cauſarius oculorum* homo etiam dicitur, cui oculi dolent, aut in cauſa ſunt. nam *cauſas oculorum, cauſas inteſtinorum*, paſſim dicunt pro doloribus. idem pro *loco cauſario* dixit, *locum de quo quis queritur*, cap. 25. *trita miſcebis ut pulverem facias, & in balneo locum de quo quereris inunges.* alibi apud eumdem *locus miſer* appellatur. ſic *latus miſerum* Horatio, quod dolore tentatur.

— *lateris miſeri, capitiſque dolore.*

ſic Græci voce ὑπαίτιος aliquando utuntur. Heſychius: ἐπιλήπτῳ, ὑπαιτίῳ, δαιμονιζομένῳ. ὑπαίτιον vocat, id eſt cauſarium, qui morbo comitiali vexatur. quem caducum & cadivum Latini recentiores dixere. nam cadivus eſt ἐπίληπτος, vel πληξικός. à *cado cadivus.* ut à *vaco, vacivus*, à *nocco, nocivus.* Marcellus: *& tuſſicos ſolitaneos curat, & cadivis prodeſt.* eod. cap. *nam ſi vel ad duos cyathos cadivus inde ſorbeat, & currat paſſus mille ducentos jejunus, mire remediabitur.* ita accipi debet cadivus in formula venditionis Servi apud Marculphum: *non furem, non fugitivum, non cadivum, ſed mente & corpore ſanum.* ſed ὑπαίτιον proprie vocat Heſychius eum qui morbo comitiali laborat, quod is morbus ſonticus Latinis diceretur. ſonticus autem eſt αἴτιος, vel ὑπαίτιος. nam ſontes ſunt αἴτιοι, ὑπεύθυνοι, *inſontes*, ἀναίτιοι. inde ſonticus morbus de comitiali, & ſontici vel ὑπαίτιοι Heſychio, qui illo morbo tentantur. Gloſſæ veteres: *ſonticus morbus*, ἱερὰ νόσος. Plinius *ſonticum morbum*, gagatis lapidis ſuffitu deprehendi alicubi ait, & comitialem intelligit. in ædilicio edicto nihil de morbo ſontico ſcriptum erat, ſed de morbo generaliter. quod mirum videri non debere notat Juriſconſultus, *nihil enim ibi agitur de ea re, cui hic ipſe morbus obſtat.* de comitiali loquitur: at in formulis Marculphi de vendendis mancupiis, ſemper præſtatur,

levavit. Inde in Germaniam tranſiit: paciſque magis quàm belli cupidus, militem, quaſi bellum immineret, exercuit, tolerantiæ documentis eum imbuens, [1] ipſe quoque inter manipulares [2] vitam militarem magi-

ſtatur, non eſſe caducum mancipium, vel cadivum, ut loquitur, id eſt ſontico morbo minime laborare. Scio tamen in jure, & in duodecim tabulis, non comitialem tantum, ſed quemcumque graviorem, & vehementiorem, ut rapidam aliquam, & quercetam febrim, ſonticum morbum appellari, non ab eo quod vim nocendi habeat, ſed quod juſtam legitimamque cauſam afferat, ut ne quis in judicio ſiſti poſſit. hinc à *ſonte*, *ſontiam*, hoc eſt αἰτίαν fecerunt, quam corrupto vocabulo, ſondiam & ſonniam dixere infimi ſcriptores noſtri, *eſſoine*. inde *ſontius*, ἀληθής in veteribus gloſſis exponitur. & *ſontica cauſa*, vera & legitima, quæ & *ſontia* uno verbo. non mirum igitur ſi doctiſſimus Grammaticus ἐπίληπτον ὑπαίτιον interpretatur, id eſt *ſonticum*, vel *cauſarium*, qui morbo comitiali tenetur. Gloſſæ, ὑπαίτιος, *cauſarius*. nam *ſons* Latinis eſt, αἰτίαν τινὸς ἔχων, vel αἴτιος. Sic cauſarii heic dicuntur egeni, & facultatibus lapſi; vel etiam ægroti: quod genus hominum in Galliis cum eſſet Hadrianus liberalitatibus fovit, & adjuvit. nec alia opus erat emendatione: nam *cenſuarias liberalitates*, heic nullo modo poſſum probare.

CASAUBONUS.

1 *Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem magiſtrans.*] Scribebam, *v. militarem agitans.* nam τὸ *m* potuit repeti ex fine dictionis præcedentis. Sic etiam emendabat doctiſſimus Puteanus, non ex libris, ſed ex ingenio. Retineo tamen ſcripturam librorum, *magiſtrans*, pro agens magiſtrum vitæ militaris. στρατιωτικοῦ βίου ἡγεμών, vel, εἰς ἑαυτὸν τύπον στρατιωτικοῦ βίου παραδιδούς. Dio de Hadriano, πάντας ἰδίᾳ ἐδίδασκεν ἃ χρὴ ποιεῖν. alii Græci, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι πρὸς ὅμοιον ζῆλον ἐκάλει. Sic apud elegantiſſimum Scriptorem Johannem Caſſianum, diſcere aliquid *magiſtrante experientia* duobus locis. verbo *magiſtrari* uſus Aurelius Victor. Alibi dicitur, *facere aliquid ad exemplum docendi.* Vopiſcus in Tacito: *ad exemplum docendi milites frequenter equitare.* Treb. Pollio in Macriano, *Senex ſum, ad exemplum equitare non poſſum.* mox, *cùm in diverſis prœliis ad exemplum fortiter faceret.* Spartianus ſtatim, *exemplo virtutis ſuæ cæteros adhortari.* hinc in antiquis inſcriptionibus, VIR. ACTIBUS. AD. EXEMPLUM. PRÆCIPUUS. Sed mirum quod ait Spartianus, *inter manipulares*, id eſt, in peditum contuberniis cum ipſis militibus caligatis ſumtum ab Hadriano cibum, non ſecus atque ab aliquo gregario commanipulone.

SALMASIUS.

1 *Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem magiſtrans.*] Pro *inter manipulares*, habet vetus editio cum Palatino libro, *inter manipula.* quod retinendum cenſeo, id eſt, *inter contubernia militum.* Vegetius: *contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quod junctis manibus pariter dimicabant.* Ammianus Marcellinus: *convocatis cohortibus, & centuriis & manipulis omnibus tribunal aſcendit.* hinc *commanipulus*, & *contubernalis.* idem in veteri inſcriptione; COMMANIPULUS. ET. HERES. EJUS. CONTUBERNALI. KARISSIMO. *Manipulum* autem heic pro *manipulus*, generis enallage uſitatiſſima.

2 *Vitam militarem magiſtrans.*] Notanda vox *magiſtrare*, quæ hoc loco vicem magiſtri fungi ſignificat. magiſtrabat vitam militarem Hadrianus,

magiſtrans, [1] cibis etiam caſtrenſibus [2] in propatulo libenter utens, hoc eſt, larido, caſeo & poſca, [3] exemplo Scipionis Æmiliani & [4] Metelli, [5] & auctoris ſui Trajani: multos præmiis, nonnullos honoribus donans, ut ferre poſſent ea quæ aſperiùs jubebat: ſiquidem ipſe

poſt

cum ipſe militibus exemplo præeſſet, & in conſuetudinem vitæ militaris eos induceret. Dio de Hadriano: ἐγύμναζε δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ πᾶν εἶδος μάχης. καὶ τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δ' ἐνουθέτει. πάντας δὲ ἐδίδασκεν ἃ χρὴ ποιεῖν. καὶ ὅπως γε καὶ ὁρῶντες αὐτὸν ὠφελοῖντο, σκληρᾷ τε πανταχοῦ τῇ διαίτῃ ἐχρῆτο καὶ ἐβάδιζεν ἢ καὶ ἵππευεν πάντα. quæ verba explicant, quid ſit apud Spartianum, *vitam militarem magiſtrare.* nam magiſtrare eſt docere. Feſtus: *magiſtrare, regere, & temperare eſt. magiſtrare, moderari. unde magiſtri non ſolum doctores artium*, &c.

GRUTERUS.

2 *Vitam militarem magiſtrans.*] Haud aliter etiam Pal.

CASAUBONUS.

1 *Cibis etiam caſtrenſibus.*] Facilibus paratu & minimè delicatis: ſed ut Tacitus ait de Veſpaſiano, *cibo fortuito*: ut Ammianus, *brevi & vili.* σκληρὰν δίαιταν appellat Dio: cujus ſunt de Hadriano, σκληρᾷ πανταχοῦ τῇ διαίτῃ ἐχρῆτο. alibi idem, ϛρατιωτικῶς περὶ τὴν τροφὴν ζῆν. Apud Ariſtophanem in Equitibus allia & cæpe vocantur ναυτικὰ καὶ ϛρατιωτικὰ σιτία ab ejus ſcholiaſta. apud Syneſium De regno, cibi quibus in caſtris utitur Carinus imperator, ſunt, puls è piſo, & laridum. τὸ δὲ δεῖπνον ἦν, inquit, πίσινον ἕωλον ἔτνος, καὶ ἐν αὐτῷ τεμμάχια ἄττα, ταρίχη κρεῶν ὑείων, ἀπολελαυκότα τοῦ χρόνου De militaribus cibis paſſim in his libris, aliiſque auctoribus, & in Codice.

2 *In propatulo.*] Non in tabernaculo, aut ſub cryptis vel trichilis; ſed ſub dio omnibus ſpectantibus: ὅπως γε, ait Dio, ὁρῶντες ὠφελοῖντο. vel ſi in tentorio, at aperto illo & undique patente. Lampridius Alexandro: *apertis papilionibus prandit atque cænavit.* Mamertinus de Juliano parabata: *qui ſæpius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro obvio & poculo fortuito.*

3 *Exemplo Scipionis Æmiliani.*] Cujus ſeveritatem in exigenda atque etiam intendenda diſciplina militari, omnes hiſtorici celebrant, in belli Numantini præſertim hiſtoria. Vide Polyænum libro octavo, & Julium Frontinum libro quarto, capite primo. idem ſcriptor alibi: *Æmilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem, accepto pane veſci ſolitum.*

4 *Metelli.*] Q. Cæcilii Metelli Numidici, qui bello Jugurthino in Numidiam profectus malos militis mores, & omnibus partibus corruptam militarem diſciplinam ſingulari diligentia reſtituit, ut refert Salluſtius, & in eo bello alii.

5 *Et auctoris ſui Trajani.*] Plinius in Panegyrico, de Trajano in militiam proficiſcente, *Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia faſtidium, annona quæ cæteris.* Auctorem Hadriani Trajanum vocat, à quo imperium habuerat, & in cujus contubernio militarem diſciplinam addidicerat. Marcellinus de Cæſare Gallo: *auſurus hoſtilia in auctorem ſuæ felicitatis.* apud eundem lib. XXI. cùm in curia recitaretur Juliani in Conſtantium invectiva, exclamat univerſus ſenatus, AUCTORI TUO REVERENTIAM ROGAMUS. non intellexit hanc vocem Robertus Bon. qui dixit, *prædeceſſoris ſui.*

1 *Poſt*

[1] poſt Cæſarem Octavianum, [2] labantem diſciplinam incu-

CASAUBONUS.

1 *Poſt Cæſarem Octavium.*] Reg. *Octavianum.*

2 *Labantem diſciplinam retinuit.*] Ideo percuſſi nummi, non per adulationem, ſed ex rei veritate, ſic inſcripti: HADRIANUS. AUG. COS. III. P. P. & ab altera parte, DISCIPLINA. AUG. S. C. nec retinuit ſolùm in præſens, ſed & promulgatis multis conſtitutionibus in poſterum ſanciit. Earum meminêre multis locis civilis prudentiæ conditores, & Vegetius, qui inde multa ſumſit. Dio etiam ſcribit militaria Hadriani inſtituta, ſua adhuc ætate pro legibus fuiſſe obſervata: quod & Valeriani Imp. epiſtola docet, quam habes apud Vopiſcum in Probo.

GRUTERUS.

1 *Poſt Cæſarem Octavianum.*] Antea editi *Octavium*; ſed noſtrum illud, viſitur in Regio codice & Pal. quamvis hic emendatus ad formam vulgarem; manentibus interim veſtigiis ſcripturæ alterius.

SALMASIUS.

2 *Labantem diſciplinam incuria ſuperiorum principum retinuit.*] De diſciplina tantum militari loquitur: rei vero militaris omnis ſcientiſſimum fuiſſe Hadrianum veteres teſtantur. nam & τακτικώτατος fuit, & τακτικὰ etiam ſcripſit, illa nempe quæ Orbicii nomine inſcribebantur. eorum enim non Urbicius auctor, ſed Hadrianus fuiſſe dicitur. vetuſtum Epigramma nondum editum, ſic habet. Εἰς βίβλον τακτικῶν Οὐρβικίου ἀπὸ ὑπάτων. ἦν δὲ ἡ βίβλος ποίημα Ἀδριανοῦ βασιλέως.

Τέρπεο μοι κρατερῶν καμάτων ἰσχύμονα βίβλον,
Ἣν πάρος Ἀδριανὸς μὲν ἄναξ ἔχεν ἐν πολέμοισι.
Κρύψε δ' ἀεργίη χρόνον ἄσπετον ἐς χθόνι λήθης.
Ἀλλ' ὑπὸ καρτερόχειρος Ἀναστασίου βασιλῆος
Ἤλυθεν εἰς φάος αὖθις ἵνα στρατιῇσιν ἀρήξῃ.
Οἶδα γὰρ ἀνδροφόνους καμάτους πολέμοιο διδάσκειν.
Οἶδα δὲ πῶς μετ' ἐμεῖο καὶ ἑσπερίους ἁλὸς ἄνδρας
Καὶ Πέρσας ὀλέσεις καὶ αἰνομόρους Σαρακηνούς,
Καὶ θοὸν ἱπποκέλευθον ἀρειμανέων γένος Οὔννων,
Πετραίων δ' ἐφύπερθεν ἀλυσκάζοντας Ἰσαύρους.
Πάντα δ' ὑπὸ σκήπτροισιν Ἀναστασίοιο πελάσσω,
Ὃν καὶ Τραϊανοῖο φαάντερον ἤγαγεν ἠώς.

poſt longum igitur temporis intervallum tactica illa Hadriani Imperatoris cum diu latuiſſent, ſub Anaſtaſio tandem emerſerunt, opera Urbicii viri conſularis, vel ex conſulibus, ut tunc loquebantur. nam aliud tunc erat ὑπατικός, aliud ἐξ ὑπάτων. qui quidem Urbicius multa de ſuo videtur addidiſſe Tacticis Adriani, & vetera priſcorum ducum inventa ad tacticen pertinentia. quæ continebantur illo Hadriani libro, novis & ætate ſua demum repertis auxiſſe. Sic enim in fragmento ejuſdem ex Regiæ Bibliothecæ penu ab eruditiſſimo Rigaltio eruto & publicato, ſcriptum eſt: αἱ μὲν προτεταγμέναι τάξεις τῶν παλαιῶν ἐκτεθεῖσαι πρὸς στρατιώτας μεμελετηκότας δέχεσθαι τὰς τῶν πολεμίων προσβολάς. quæ verba ſic legenda ſunt. nam vulgo mendoſe ſunt excuſa. Et nos hoc docent omnia quæ præmiſerat περὶ τακτικῆς, ex libro Hadriani habuiſſe. Hoc vero ἐπιτήδευμα, quod ibi multis deſcribit, de ſuo adjunxiſſe veteribus inventis. quod clarius indicat paulo poſt his verbis: ἐτόλμησα μίαν παράταξιν προσθεῖναι, τὴν μὲν στρατιώτην φυλάτ-

incuria ſuperiorum principum, retinuit, [1] ordinatis & officiis & impendiis: [2] nunquam paſſus aliquem à caſtris injuſtè abeſſe, [3] quum tribunos non favor militum ſed juſtitia commendaret: exemplo etiam virtutis ſuæ cæteros adhortatus, [4] quum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet, [5] triclinia de caſtris &

τυχὼν ἄπεωθεν, τοὺς πολεμίους δὲ κατεργαζομένην· μὴ ῥηθεῖσαν μὲν ὑπό τινος τῶν παλαιῶν, ἐπινοηθεῖσαν δὲ παρ᾽ ἐμοῦ. Meminit Vegetius Hadriani conſtitutionum de re militari. Sed falluntur, qui ex illis conſtitutionibus, putant Hadrianum de re militari libros edidiſſe. quod de illo non magis poteſt affirmari, quam de Auguſto vel Trajano, qui multas conſtitutiones de militari diſciplina feciſſe dicuntur, referente eodem Vegetio: *quæ Paternus diligentiſſimus juris militaris aſſertor in libros redegit, quæ Auguſti & Trajani & Hadriani conſtitutionibus cauta ſunt.* nam illæ conſtitutiones diſciplinam ſpectabant, quam priorum principum incuria lapſam reſtituiſſe heic dicitur Hadrianus. nihil autem ad tacticen pertinebant: at libri Hadriani, ſi quos ſcripſit, quorum mentionem facere videtur illud epigramma, περὶ τακτικῆς fuere. Spartianus de diſciplina ab Hadriano reſtituta tantum loquitur hoc loco. quam tamen labantem à temporibus Auguſti non ſolus in melius retuliſſe videtur hic Adrianus, nec primus. nam jam ante ipſum Trajanus plurimas conſtitutiones ad eam reparandam ediderat, ut docemur illo Vegetii loco.

CASAVBONUS.

1 *Ordinatis officiis.*] Victor alter, ſive Victorinus, de Hadriano, *Officia ſanè publica & palatina, nec non militiæ, in eam formam ſtatuit, quæ paucis per Conſtantinum immutatis perſeverat.* Quid autem immutatum ſit ab Hadriano, de priore Auguſti ordinatione circa officia, & univerſam Remp. non eſt hic locus pluribus explicandi. Et factum jam accuratiſſimè à peritiſſimo hiſtoriæ Romanæ viro Onuphrio Panvinio.

2 *Nunquam paſſus aliquem à caſtris injuſtè abeſſe.*] Hoc ait: caviſſe Hadrianum ſeverè, ne tribuni gratioſos militibus commeatus, ſub obtentu falſarum cauſſarum, darent. Quorum fuerit hoc jus, largiendi commeatus, diſcas meliùs ex titulo Codicis De commeatu, quàm ex Vegetio.

3 *Cùm tribunos non favor militum ſed juſtitia commendaret.*] Duobus modis ad tribunatum militum perveniebatur ſub extrema libertatis tempora: vel populi ſuffragiis in comitio: vel militum commendatione apud imperatorem. Idem ſervatum & diu poſtea commutata Reip. forma.

4 *Cùm etiam vicena millia pedibus armatus ambularet.*] Nimirum Hadrianus ad manipularis militis modum omnia agebat. Ut plurimùm itinera militum ita ſe habebant; horas quinque ambulabant quotidie: eo ſpatio conficiebant modò vicena, modò vicena & quaterna paſſuum millia. Ille militaris gradus, hic plenus dicebatur, ut ſcribit Vegetius libro primo, cap. IX. Exempla contentioris itineris quæ paſſim in hiſtoriis, nihil ad conſuetam & ordinariam rationem, quæ tangitur hic à Spartiano. Etiam in jure civili ad legitimum diei unius iter viginti millia paſſuum præſcribuntur, non ampliùs: ut in lege tertia De verborum ſignificatione, & alibi ſæpius.

5 *Triclinia de caſtris dirueret.*] Ut vel ſedentes, vel etiam ſtantes cibum ſumerent, lectos tricliniares ſuſtulit, & totum illum apparatum, quo triclinia moris

moris erat inſtrui. Appianus de Scipione Æmiliano, κλίνας τε ἀπεῖπεν ἔχειν, καὶ πρῶτος ἐπὶ στιβάδων ἀνεπαύετο. videtur hic cenſor utroſque ſummoviſſe lectos, & tricliniares & cubiculares. Faciunt ad lucem hujus loci & quæ ad Suetonium ſcripſimus libro primo, capite XLVI. & magis quæ in commentario De lectis & ſtragula veterum veſte. Fuit ſanè mos hic militiæ, ut ſtantes ſumerent cibum. Ammianus de Juliano, *Per varios procinctus ſtans interdum more militiæ cibum brevem vilemque ſumere viſebatur.*

SALMASIUS.

5 *Triclinia de caſtris, & porticus, & topia dirueret.*] Neſcio an de caſtris olim triclinia diruerit Hadrianus, ſed ſane libenter illa de hoc loco diruerem, & diſturbarem, ſi mei res eſſet arbitrii. non enim video quo jure locum heic obtinere poſſint: & multis de cauſis ita cenſeo. Primum, triclinia pro lectis tricliniaribus illius temporis auctores non dixere, ſed pro conclavibus & cœnationibus ipſis hanc vocem uſurparunt Vitruvius, Quintilianus, Suetonius, & reliqui ἀριθμῷ κρείττονες. Deinde triclinarium lectorum illa tempeſtate uſus erat prorſus abolitus, & in eorum locum ſucceſſerant ſtibadia & ſigmata, & accubita, ut vocabant. de quibus nos infra ſuo loco dicemus. Triclinia igitur Hadriani tempore, & Spartiani erant conclavia, & membra domus. nec aliter hanc vocem heic accipi liceret, ſi liberet eam agnoſcere. an autem hujuſmodi triclinia, & cœnationes in caſtris Romanorum extructæ fuerint neſcio. Conſtat enim ſub tentoriis & papilionibus, ut vocarunt recentioris ævi ſcriptores, ſemper egiſſe Romanos milites in caſtris ſuis. quinimo triclinia papiliones ipſos appellaſſe videtur Severus in Epiſtola ad Roconium Celſum, ubi conqueritur de corruptis militarium moribus, & diſciplinæ militaris neglectu: *milites tui vagantur, Tribuni medio die lavant, pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria.* tantum abeſt, ut diſciplinæ retinendæ gratia, triclinia deſtrui, & removeri velit, ut contra queratur milites ita corruptos & diſciplinæ negligentes eſſe, ut tricliniorum loco, popinas frequentarent, & pro cubiculis meritoria. Sed fortaſſe triclinia ibi non papiliones ſunt, ſed hoſpitia militum in urbibus, in quibus hibernabant: nihil tamen prohibet, triclinia etiam tabernacula militum intelligi. nam in tabernaculis & prandebant & cœnabant milites, & cubabant. triclinia autem cœnationes proprie dicebantur. Sic tentorium pro triclinio vel cœnatione militi. Gloſſæ, Τρίκλινος, *triclinium, cœnatio.* at triclinia pro lectis tricliniaribus heic accipi, quæ doctiſſimorum virorum ſententia eſt, nulla ratione poſſum mihi perſuadere, repugnante χρήσει illorum temporum: nuſquam enim legere eſt, apud illius ætatis ſcriptores triclinia, de lectis quibus ad menſam accumbebant, qui penitus ab uſu erant remoti. Scipionem cum corruptam diſciplinam apud Numantiam diligenter ſevereque corrigeret, ſuſtuliſſe lectos è caſtris ſcribit Appianus. De lectis cubicularibus accipiebat vir doctus lib. 5. *de militia Romana.* de tricliniaribus tantum accipiendum Polyæni locus oſtendit lib. 8. ubi de eodem Scipione loquens ita ſcribit: πρῶτον μὲν δὴ ἀπεπέμψατο κλίνας, τραπέζας, ἐκπώματα, καὶ σκεύη πάντα πλὴν χύτρας καὶ ὀβελίσκου καὶ ποτηρίου. ita legendum apud Polyænum: nam vulgo corruptiſſime legitur, κοινὰς τραπέζας. removit igitur lectos tricliniares, ut cibum ſtantes ſumerent, qui mos erat militiæ, ut ſcribit Ammianus Marcellinus de Juliano. Polyænus de Scipionis militibus: ἀριστᾶν τε ὀρθοὺς ἄπυρον ὄψον. quod de prandio quidem verum eſt. cœnantes autem accubuiſſe alibi probamus. Videtur tamen Appianus de cubicularibus tantum lectis intellexiſſe, cujus hæc verba ſunt: κλίνας

τι ἀπεῖπεν ἔχειν καὶ περῶντος ἐπὶ στιβάδων ἀνεπαύετο. quod ultimum ſic expreſſit Polyænus: *αὐτὸς δὲ στρατηγὸς ἐπὶ στιβάδος ἀνακείμενος ὑπαίθριος φαίνεσθαι πειθεῖν τὴν τοῦ στρατιώτου ἀσωτίαν καὶ μαλακίαν*. quem locum ita emendavimus, cum vulgo in editis corruptiſſimus ſit. Sed tempus eſt ſuſpicionem meam de hoc Spartiani loco aperire. pro *triclinia diruit*, putarem ſcribendum, *trichilia diruit*. quam conjecturam ſequentia comprobant: *porticus, topia, cryptas*. in æſtivis caſtris milites, labante diſciplina militari, trichilas, & topia, & virides porticus ſibi extruebant, umbræ & frigoris captandi gratia: quæ omnia diruit Hadrianus & evertit. ſimilem luxum in caſtris Pompeji fuiſſe obſervat Cæſar lib. III. de bello civili, apud quem *trichilas* in *triclinia* mutaverant, ut & apud Spartianum homines imperiti. hæret tamen adhuc mendum in verbis Cæſaris: nam pro *trichilas ſtratas*, *trichilas ſtructas* legendum eſt. eodem modo corruptum apud Salluſtium, *mare conſtratum* pro *conſtructum*, memini olim legere & corrigere. trichilæ quid eſſent, jam dictum doctiſſimis viris. quam vocem Græcam eſſe viderunt quidem, ſed male ἀπὸ τῶν τριχῶν deduxerunt, à pilis ſcilicet: atque inde *trichinum quæſtum*, apud Varronem dici exiſtimaverunt. ſic non ſemel errare datur iis, qui aliquando in errorem inducti ſunt. *tricinus*, non *trichinus*, apud Varronem pro ſpiſſo & tardo ponitur, à tricis. unde & verbum *tricare*. à *trico*, *tricino*, ut ago, agino: fuco, fucino. *coquo*, *coquino*: unde *coquinare* Plauto. ſic *natare*, & *natinare*, & alia ejuſmodi infinita. ſic *intricare* & *intricinare*. Nonius: *tricæ ſunt impedimenta & implicationes*, & *intricinare*, *impedire*, *morari*. ſic enim legendum ex vet. Cod. qui habebat, *intricenare*. hinc à *tricis*, *tricinus*. trichilas autem non poſſe dici à tricis, nec à tricino, ſyllabæ primæ modulus in utroque vocabulo diverſus arguit. nam *trichilia* primam corripit. at contra eſt in tricis, & quæ inde vocabula derivantur. Græca vox eſt, *Trichila*. Græcis eſt τροχάλη & τροχάλιον. *trichilium*. o in i mutatur. ut κόνις. & a in i. ut βάσκανος, faſcinus. κάναστρον, *caniſtrum*. hinc *dimichæ* pro *dimachæ* apud Curtium. Τροχαλὸν autem Græci vocant, quidquid curvum eſt, & inflexum. hinc τροχάλας dixere porticus virides, arcuatas & in camerarum modum factas. nos *bercellos*, & *tonnellas*, vulgo vocamus. ſic καμάραν Græcis idem quod τροχαλόν. inde καμάρας. & Latinis cameræ, arcuata tecta, & in morem rotarum rotundata. unde *rotatio camerarum* apud Caſſiodorum, ἡ τροχάλισις τῶν καμαρῶν. nec dubium eſt, trichilas hinc appellatas pergulas illas concameratas, & arcuatas ex harundinis inflexis, & opere topiario colligatis contextas. Iſidori: *trichilia ubi pendent vatiæ*. perperam in vulgatis habetur, *trictilia*. trichilas intelligit ex quibus dependebant cucumeres, & cucurbitæ quas vatias appellat, quod incurvæ eſſent & obtortæ, ducta metaphora ab iis hominibus, qui cruribus obtortis ſunt, quos Latini *vatios* & *vatias* dicunt. Columella:

> *Tum modo dependens trichili, modo more chelydri*
> *Intortus cucumis.*

Erravit mea ſententia vir doctiſſimus, qui *trochilo* legendum putavit in illo verſu, & ita vocari torulum in apophyſibus columnarum. nam *trichila* ſcribendum. quod confirmat plane Iſidorus in Gloſſis ſupra citatis. Plinius, de cucumeribus, *contra oleum refugiunt, aut ſi quid obſtet, vel pendeant, curvantur*. & de melopeponibus, *non pendent hi, ſed humi rotundantur*. idem ibidem: *quædam jacent creſcuntque, ut cucurbitæ & cucumis. eadem & pendent*. ſed hæc plus ſatis de *trichilis* & *trichiliis*, quæ nos hoc loco reſtituimus, dirutis tricliniis. recte an ſecus id fecerimus, judicent eruditi.

& [1] porticus & cryptas [2] & topia dirueret: [3] veſtem humil-

CASAUBONUS.

1 *Porticus & cryptas.*] Hujuſmodi loca ſibi comparabant, qui inter ambulandum, exercendum, aut vehendum, neque æſtatis neque hiemis ferre poterant incommoda. quod tamen non in omnibus fiebat caſtris; ſed iis ſolùm ubi collocati milites præſidiarii & limitanei. nam horum caſtra cum temporaria non eſſent urbium inſtar habuerunt. Porticus ut & balnea inter delinimenta vitiorum cenſet gravis auctor Tacitus in vita Agricolæ. Earum & figura & uſus multiplex ac varius, auctore Vitruvio: item cryptarum. Sic propriè appellatur locus in ædibus minùs expoſitus hominum oculis & latens, aut in quo res lateant reconditæ. Vitruvius junxit cum horreis & apothecis, libro ſexto. Ulpianus Juriſconſultus homo Tyrius vocem hanc latinitate conatus donare, *refugia* dixit, ſanè durius, lege XIII. De uſufructu. Hieronymus apud Hieremiam Prophetam [illegible] capiens pro effugii loco, vertit *cryptam.* hic verò cryptæ ſunt quas Vitruvius alibi hypogæas deambulationes nominat: porticus quædam ſubterraneæ, quæ ideo etiam cryptoporticus vocantur Vitruvio, Plinio, & ex hoc, Apollinari Sidonio. Has igitur hypogæas cryptas deſtruit Hadrianus, ut luxus inſtrumenta. Ambroſius. epiſt. XII. *Luxurioſorum eſt hypogæa quærere, captantium frigus æſtivum, eo quòd reſoluti delitiis æſtus aliter ferre ac tolerare nequeant, & ideo quærant umbroſa penetralia: vel quòd deſidioſi ignava ſub terris agant otia.* poſtea, *ſciebat deſides eſſe habitantes in hypogæis & voluptatum gurguſtiis.* Porrò quæ Spartianus de ſublatis tricliniis, porticibus ac cryptis hîc dicit, verbo indicantur in Dionis Epitoma: τὰς οἰκήσεις ἐφορῶν: quæ hinc lucem accipere debent.

2 *Et topia.*] Quid ſit *topiarium opus* apud Plinium, vel *herba topiaria*, apud M. Tullium, *topiariam facere*, apud Vitruvium *varietatibus topiorum ornare*, &, *per topium pingere*, ignorat hodie nemo. Funiculis opus totum dirigitur: iiſque adeò plurimùm artifices topiarii utuntur. inde nomen arti. nam τοπεῖον Græcis reſtis aut funis.

3 *Veſtem humillimam*] Caſtrenſem videlicet dictam: de qua multa alibi. Tacitus de Veſpaſiano, *veſte habituque vix à gregario milite diſcrepans.* Quæcunque autem de Hadriani veſtibus hic dicuntur, ad illud referenda ſunt tempus, quo verſatus eſt in caſtris. Alibi habuiſſe illum imperatoriæ ſtationis quam temperabat, rationem, certiſſimum eſt. nam & auro clavatis mantilibus eum eſſe uſum omnium primum, fuere qui ſcriberent, ut refert in Alexandro Lampridius.

SALMASIUS.

1 *Porticus & cryptas.*] Milites æſtate in campo exercebantur, hyeme ſub tecto, ſed pluviali tantum tempore. nam ſi pluviæ, vel nives ceſſarent, etiam hybernis diebus exercebantur in campo, & ſub dio. porticus igitur ad hanc rem ſtruebant, & tegulis vel ſcandulis tegebant, aut ſi abeſſent, ulva aut cannis. Vegetius l. I. cap. XVII. *equi lignei hyeme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo.* & lib. II. cap. XXIII. *miſſilia quoque vel plumbatas jugi perpetuoque exercitio dirigere cogebantur uſque adeo, ut tempore hyemis de tegulis, vel ſcandulis, quæ ſi deeſſent, certe de cannis, ulva vel culmo, & porticus tegerentur ad equites, & quædam velut baſilicæ ad pedites.* de genere hoc non videntur fuiſſe, nec ad hunc uſum comparatæ quas de caſtris diruiſſe corrector diſciplinæ labentis dicitur Hadrianus, ſed virides porticus, & flexibilibus & in ſe curvatis arboribus conſtructæ, ſub quibus delicati milites, & otioſi, omnis jam exercitii militaris expertes æſtum vitabant, & deambulabant. eodem referendæ cryptæ ſive hypo-

humillimam frequenter acciperet, [1] ſine auro balteum

hypogæa, quæ per ſummum æſtum ſubirent, captandi frigoris gratia. ſic hæc quatuor conjunxit hoc loco Spartianus, quæ in æſtivis caſtris milites luxuria diffluentes uſurpabant; trichilas, porticus, cryptas, & topia. de porticibus viridibus Firmicus: *vel qui buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut virides porticus in circuitum flexis vitibus faciat.*

2 *Et topia.*] De topiis quis non dixit? ne toties dictum, nunc quoque dicamus. auctorem belli Alexandrini in hac voce mendoſum emendabimus tantum, fruſtra doctiſſimis viris aliquoties tentatum: *quibus rebus attenuati milites oppido perquam pauci ſub pellibus acquieſcebant, reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis atque arundinibus ſcopiſque contextis.* ita ſcriptum habetur in vulgatis. ſcripti habent: *atque arundinum copiis*. ſcribe, *arundinum topiis contextis*, vel *arundine topiis contextis*. topiarium autem opus, ut omnes norunt, ex arboribus maxime ſequacibus, & flexibilibus conſtabat, & tonderi aptis, ut ſunt myrtus, buxum, acanthus, & ſimilia. hinc ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες apud Hieroclem: εἰ μὲν δὴ πολυτελεῖς οἶκοι καὶ ὀρθόστρωτοι οἶκοι, καὶ περίστωα, τοῖς ὑπὸ τῆς ἀπειροκαλίας θαυμαζομένοις λίθοις διαποικιλλόμενα. οὐδὲ ζωγραφία καὶ ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες. ubi ψαλιστοὺς μυῤῥινῶνας, viri eruditione ſummi loca myrtis conſita, & opere topiario arcuatim ſtructa perperam exponunt. Scio ψαλίδα Græcis interdum eſſe arcum & fornicem vel cameram. ſed heic aliter accipiendum ψαλιστὸς, pro tonſili ſcilicet. itaque ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες, ſunt *tonſilia myrteta*. ſic *tonſile buxetum*, Martiali. Firmicus: *aut qui buxeas arbores tondens in belluas fingat*. ψαλίζειν eſt tondere. ψαλίξαι, κεῖραι. Heſychius. nec fingere tantum ſed pingere per topia dicebant, ut apud Vitruvium. qui belluas, arbores, homines, antra, portus, & alia id genus, variaque, & minuta, opere topiario exprimebant, ῥωπογράφοι vulgo dicebantur. nam ῥῶπος eſt varia & minuta merces. hinc ῥωπογραφία ripulæ apud Ciceronem in Epiſtolis ad Atticum lib. xv. epiſt. xvi. *Et tamen hæc* ῥωπογραφία *ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.* quam vocem vulgo deducunt ἀπὸ τῶν ῥώπων, id eſt à virgultis, omnino male, cum ἀπὸ τοῦ ῥώπου facta ſit. hinc ῥωπικὸν etiam ἀντὶ τοῦ ὡραίου Græci ponunt, quod varietate ipſa pulcrum eſt. hinc ῥωπογράφος pictor ille dictus apud Plinium, quod humilia tantum pingeret, ut aſellos, & obſonia & ſimilia ῥωπικά. perperam apud Plinium hodie legitur ῥυπαρογράφος. *propoſito neſcio an deſtruxerit ſe, quoniam humilia quidem ſequutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam, tonſtrinas ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia ac ſimilia, ob hoc cognominatus rhopographos.* Ῥωπογραφία opponitur μεγαλογραφία, quæ in rebus magnis & argumentis nobilibus exequendis verſatur, & exprimendis, ut ſunt deorum ſimulacra, ædes, heroës, bellorum hiſtoriæ veteres, & alia id genus. Vitruvius: *nonnullis locis ſignorum megalographia, habens deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Trojanas pugnas, ſeu Ulyſſis errationes per topia, cæteraque quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus à natura procreata.* ſolum enim argumentum facit megalographiam, non magni ſumptus, ut falſo ſibi perſuaſerunt homines docti. ſic ῥωπογραφία in rebus humilibus & argumentis variis & exiguis verſatur, megalographia in grandibus & magnificis.

CASAUBONUS.

1 *Sine auro balteum ſumeret.*] Cum tamen balteos ornatos auro & gemmis conſtellatos duces Romani haberent.

teum ſumeret, [1] ſine gemmis fibulas ſtringeret, capulo

berent. vide Trebellium Pollionem in Salonino Gallieno. ſed is luxus poſt Hadrianum in mores publicos irrepſit. nam idem Pollio in altero Gallieno ut rarum obſervat, quòd *gemmato balteo ſit uſus*. & Vopiſcus de Carino, *habuit balteum etiam ſæpe gemmatum*. Cauſſam aperit Herodianus de Macrino ſcribens imperatore: περόνῃ τε πορπαῖς καὶ ζωστῆρι χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένοις κεκοσμημένος. τῆς τοιαύτης πολυτελείας παρὰ τοῖς Ῥωμαίων στρατιώταις οὐκ ἐπαινουμένης. βαρβάροις δὲ μᾶλλον καὶ θηλυπρεπέσιν εἶναι δοκούσης. non ſeparat imperatorem à milite: ſed tam in illo quàm in iſto luxum damnat circa baltea ſive aurata ſive gemmata. Sane baltea gemmata diſtrictè vetantur lege prima Cod. Nulli licere in frenis, &c.

1 *Sine gemmis fibulas ſtringeret.*] Balteo ſolent jungi fibulæ: & apud Græcos ſimiliter ζωστῆρος & πόρπης junctim ſæpe mentio. veteres etiam pallia & ſaga fibulis annectebant. Liber Puteani, *ſ. g. fibula ſtringeret*. non probo: nam *fibulas ſtringere* ſive *aſtringere* ita dictum, ut mox, *ſpatham claudere*. Vopiſcus obſervat in Aureliano, *ut fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus conceſſit: cùm antea argenteas habuiſſent*. In codice etiam præcipitur idem: *Fibulis in chlamydibus his utantur quæ ſolo auro & arte pretioſæ ſunt*. gemmatæ prohibentur. Fibulas è margaritis commemorat Ulpianus lege xxv. De auro, argento, m.

SALMASIUS.

1 *Sine auro baltheum ſumeret.*] An & ſine argento? non putem. nam paſſim, milites argentata balthea ſumebant. Plinius lib 33. *Et quid hæc attinet colligere cum capuli militum etiam ebore faſtidito, cælentur argento, vaginæ catillis, balthei laminis crepent?* Si gregarii milites argentatis baltheis utebantur, quidni duces & Tribuni auratos ſtellatoſque, id eſt gemmatos uſurparent? auro enim, vel aureis clavis configebantur balthei, & gemmis ſtellabantur. Virgilius:

— *& aurea bullis*
Cingula. —

clavos aureos interpretatur Servius. ſed de his alibi fuſe & accurate.

1 *Sine gemmis fibulas ſtringeret.*] Facile quid velit intelligitur: lectio tamen ipſa non ſatis pura. nam fibulæ ſtringi non dicuntur, ſed veſtes fibulis ſtringi, ſic in Trebellii Tyrannis, *veſtis muliebri fibula ſtricta*. & apud Florum: *veſtis ingentibus obſtricta gemmis*, id eſt gemmatis fibulis obſtricta. quod autem ait, ita dici *fibulas ſtringere*, quemadmodum *ſpatham claudere*, ut paulo poſt ſequitur, dici non poteſt, quam diverſum ſit. legebam olim, *ſine gemmis fibula ſtringeretur*. poſtea nulla littera minus ita ſcriptum offendi in vetere Palatino. *fibula* dixit, quod unica tantum fibula ſtringerentur chlamydes & paludamenta imperatorum, & ſaga militum. ſic πόρπην Græci numero unitatis ſæpe dicunt. Agathias lib. 4. καί τοι μέγα κεκράγασιν οἱ κατήγοροι καὶ δεινὰ τεθρυλήκασι φάσκοντες εἰς δὴ βασιλέως ἀνηρημένον. χρῆναι δὲ ἐν τῇ πόρπῃ καὶ τῇ χλαμύδι, καὶ τοῖς ἄλλοις φαινομένοις ἐγκαλλωπίσμασι τοιούτην προσγίνεσθαι τὴν ἐπωνυμίαν. Vopiſcus in Carino: *niſi gemma, fibula uſus non eſt*. plerumque gemma fibulæ vicem utebantur. Claudianus:

— *& fulva mordatur iaſpide pectus.*

Atque hæ ſunt, quæ gemmatæ fibulæ dicuntur. hinc *gemmis obſtricta veſtis* Floro de Antonio, id eſt gemmatis fibulis. Hadrianus autem more Tribuni militaris, auream fibulam, nulla gemma ornatam gerebat.

GRUTERUS.

1 *Sine gemmis fibulas ſtringeret.*] Pal. *ſine gemmis fibula ſtringeretur.*

Digitized by

[1] capulo vix eburneo ſpatham clauderet: [2] ægros milites

CASAUBONUS.

1 *Capulo vix eburneo ſpatham clauderet.*] Spatha, σπάθη. notæ voces & ſignificatus illarum varii. At bonus Egnatius pueriliter hìc errat. nam ſi Græcæ vocis etymum ignorabat, conſuleret ſaltem Vegetium. Atqui σπάθη pro latiore gladio, adeò antiqua vox, contrà quàm ille criticus pronuntiat, ut videatur nobis ספסירא vox Chaldaica inde originem habuiſſe. extat in Targumin librorum ſacrorum aliquoties, ut capite XII. Proverbiorum Salomonis, & in hiſtoria Estheræ cap. VIII. non ſemel. cujus libelli paraphraſis Græcis vocibus eximie referta, mixtis etiam quibuſdam Latinis. ספסירא σπασπίελον, leviter corruptum pro σπαθίελον. & fortaſſe irrepſerit ס pro ט ob affinitatem figuræ. aliter tamen auctor Aruch. ſed hæc non hujus loci. *claudere ſpatham capulo*, venuſtè dictum & Λακωνικῶς, pro enſem geſtare, cujus in extremo ſit capulus eburneus. Amat Tertullianus hæc loquendi genera, ut De Pallio: *Aries trabes machina eſt, quæ muros frangere militat*, id eſt, qua utuntur militantes in frangendis muris. non enim audiendi qui emendant *minitat*. Enſium capuli tenuioribus è cornu. Apud Euripidem in Phœniſſis μελάνδετον gladium, ſcholiaſtes interpretatur, habentem μέλαιναν λαβὴν κεκτημένον. Baſilius in Grammaticis: Κερόκαπτον ξίφος, τὸ ἀπὸ κέρατος ἔχον τὴν κώπην, ἤτοι τὴν λαβήν. honeſtioribus ex ebore: quod & appellatione cornu poteſt intelligi, ex Oppiani quidem ſententia. Virgilius, *atque enſem collo ſuſpendit eburnum*. Legas etiam capulos ex auro, argento & gemmis. τὸ *claudere* & *includere*, fabrilis artis interdum ſunt verba, & proprie λιθοκολλήτοις operibus conveniunt. Lucretius lib. IV.

Scilicet & grandes viridi cum luce ſmaragdi
Auro includuntur.

Gloſſæ Latino-Arabicæ Scaligeri & Raphelengii: *cluſor*, *qui gemmas auro concludit*. Hieronymus in caput XXIV. Hieremiæ prophetæ: *Fabros & incluſores vel legis interpretes atque doctores debemus accipere, vel artifices incluſoréſque auri atque gemmarum: quæ ars apud Barbaras nationes pretioſiſſima eſt.* Sic *includere* & *incluſor* ſæpius, apud veterem bibliorum interpretem. Anaſtaſius Bibliothecarius, *Patenam argenteam chriſmalem, auro cluſam.* idem in Sylveſtro, *Fecit ſcyphum ſingularem ex metallo, corallo ornatum undique de gemmis praſinis, & hyacinthinis, auro intercluſum.* & paſſim in ejus libris.

SALMASIUS.

1 *Capulo vix eburneo ſpatham clauderet.*] Gregarii plane militis habitu incedebat Hadrianus: veſtis humilis, hoc eſt ſine purpura. fibula ſine gemmis, baltheum ſine auro, ſpatha vix capulo eburneo clauſa. atqui Plinius ſua ætate ſcribit militibus faſtiditos eburneos etiam capulos, & argento cælatos habuiſſe. non eſt autem, quod eſſe opinati ſunt hoc loco interpretes, *capulo ſpatham claudere*. nec enim Laconice dictum *ſpatham capulo eburneo claudere*, pro ſpatham geſtare, quæ capulum habeat ex ebore. *ſpatham eburno capulo claudere*, nihil aliud eſt quam eburnum capulum vel clauſulam ſpathæ addere. ſic Græci κατακλείειν τὸ ξίφος dicunt de enſe, cui capulus additur. Vetus interpres Nicandri in Alexipharmacis ad illud, — μύκης ὅθι κωπήεντος ἄρπης. μύκης κυρίως τὸ ἄκρον τοῦ ξίφους, τὸ κατακλείδιον τὴν θήκην. μύκητας Græci vocant enſis capulum, quod fungi formam referat. nos *pomale* à pomi ſimilitudine vulgo appellamus. Græci quoque hodierni μῆλον eadem

dem de cauſa. clauſulam enſis etiam liceat vocare, ut Græci κατακλεῖδα. nam extremum alicujus rei, vel id quo teneri poteſt, κατακλεῖδα appellant, Latini clauſulam. hinc *clauſula* pro anſa apud Apulejum de ſtrigili in Floridis: *juxtaque honeſtam ſtrigilculam recta faſtigatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea rivulo liberetur.* ubi vides capulum & clauſulam pro eodem poni. ſpatham autem eburno capulo clauſam Græci ἐλεφαντόκωπον σπάθην vocant. Theopompus, ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας ..... ſic κερόκωποι, ſpathæ quæ capulum habent ex cornu. dicebantur & ἐλεφαντόδετοι, quæ capulum eboreis clavis fixum haberent, ut & χρυσόδετοι, quæ capulo erant aureis clavis vincto. ſic χρυσόδετα σκεύη, quæ Latinis auro vincta pocula. de quibus in vita Claudii plura dicemus, & ad Galienum. ſic κώπην χρυσοκόλλητον Euripides in Palamede, capulum auro vinctum: nam & χρυσοκόλλητον σκεῦος, auro vinctum poculum interpretamur, & idem eſt cum χρυσοδέτῳ. hinc σπάθην χρυσόδετον Philemon dixit, in eodem ſignificatu quo Euripides χρυσοκόλλητον, verſus Philemonis ita legendus:

σπάθην παραφαίνει δηλαδὴ χρυσόδετον.

Latini quoque capulum enſis auro vinctum dixere. Servius Æneid. IV. ad illud:

— *atque illi ſtellatus iaſpide fulva*
Enſis erat. —

Seceſpita autem eſt culter oblongus ferreus manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis æneis. ita enim diſtinguendus ille locus Servii qui peſſime in excuſis conceptus eſt, & vitioſa interpunctione diſtinctus. *vincto ad capulum auro argentoque*, eſt ad verbum χρυσοδέτῳ καὶ ἀργυροδέτῳ. Sequitur apud eumdem Servium: *enſem ergo pro cultro longiore debemus accipere, ſtellatum autem pro acutis æneis vinctum.* acutis æneis heic dixit quod ſupra, clavis æneis fixum. hoc eſt χαλκόδετον. corrupte *acutis aneis* legitur in editionibus. *acutum* abſolute pro clavo paſſim uſurparunt infimi ævi ſcriptores. Macrobius: *qui ſequenti nocte deferebant infixo cuicumque parti corporis acuto æneo apros carne integra pertulerunt.* Plutarchus in eadem re explicanda ἧλον χαλκοῦν poſuit. Vegetius de re veterinaria lib. III. cap. II. *tunc ad acum vel acutum cuprinum pars auriculæ quæ lata eſt, quaſi in circulo ſignatur.* Iſidorus: *clavati quaſi caligati, eo quod minutis clavis, id eſt, acutis ſola caligæ vinciantur.* ex quo id etiam diſcimus, minutos clavos, acutos proprie appellatos. Sed & clavis vinciri calceos, ut capulos enſium, cum clavis configuntur. Anonymus de rebus bellicis: *ejuſdem tichodifri tabulatis, ut meminimus, acutis ferreis communitis.* quos hoc loco dixit *acutos ferreos*, *fixoria* ſupra nuncupaverat: *qui duabus ſuper impoſitis cratibus, fixoriiſque confixus intra ſe tectos ab omni incurſione defendit.* de eodem tichodifro. atque hæc obiter, occaſione oblata, de acutis dicta ſunto. capuli igitur enſium auro, argento, ære, ebore vincti, ſunt clavis aureis, æreis, & argenteis confixi, vel etiam aurati & argentati. nam auro vincta pocula ſimpliciter deaurata appellavere, ut & *auro cluſa*. Græcis χρυσόκλειστα. de quibus nos inferius, alio & ſuo loco. proprie tamen χρυσόκλειστα, ſunt quibus aurum incluſum eſt, διὰ τῆς ἐμπαιστικῆς τέχνης, quæ & χρυσοκόλλητα. Plinius: *pudet intuentem tantum nomina iſta, quæ ſubinde nova Græco ſermone excogitantur, expreſſo argenteis vaſis auro, vel incluſo, quibus deliciis vaneunt tam aurea quam aurata.* hinc *cluſores*, & *incluſores* dicti qui aurum argento includunt, & gemmas auro. at annulorum gemmæ proprie *cingi auro* dicebantur, licet etiam *auro cludi* dicantur. Plinius: *quaſdam vero neque ab ea parte, qua digito occultatur, auro cluſit.* Iſidorus: *ungulus eſt gemmatus, vocatuſque hoc nomine, quia ſicut ungula carne, ita gemma annuli auro cingitur.*

Digitized by Google

lites in hoſpitiis ſuis videret, [1] locum caſtris caperet: [2] nulli vitem, niſi robuſto & bonæ famæ daret, [3] nec tribu-

cingitur. Plinius de Samothraciis annulis qui loco gemmæ ferrum habebant auro cluſum vel cinctum, cætera aurei toti. *nec non & ſervitia jam ferrum auro cingunt, alia per ſeſe mero auro decorant, cujus licentiæ origo nomine ipſo in Samothracia id inſtitutum declarat.* Servi quibus interdictus aureorum annulorum uſus, aureos quidem eos ſed non totos gerebant, ſiquidem ex ferro pala erat: & erravit longe Lipſius, qui Plinum emendare illo loci conatur ad hunc modum: *alii per ſi ſe mero auro decolorant.* ut aurum ferro ſuperinductum intelligamus. cui conjecturæ revincendæ ſatis unus Iſidorus fuerit: *Samothracius annulus aureus eſt quidem, ſed capitulo ferreo, à loco ita vocatus.* nemo melius poterat, aut brevius locum Plinii exponere.

Ib. *Capulo vix eburneo ſpatham clauderet.*] Spatham eburneo capulo clauſam geſtabat Hadrianus, non tamen ipſe claudebat. Sed hoc eſt genus loquendi non inelegans, ita me Deus amet, nec invenuſtum: cui plane par & ſimile illud apud Julium Capitolinum in Maximinis: *uſus eſt argentea lorica. uſus eſt clypeo gemmato inaurato, & haſta inaurata. fecit & ſpathas argenteas, fecit etiam aureas, & quidquid ejus pulcritudinem poſſet juvare. fecit & galeas gemmatas, fecit & buculas.* ſic enim ibi Maximinus ſpathas feciſſe dicitur ut heic Hadrianus ſpatham eburno capulo clauſiſſe. non utique fecit, ſed factis uſus, vel ſibi faciendas curavit. ita hoc loco capulo eburneo ſpatham ſibi claudendam curavit.

CASAUBONUS.

2 *Ægros milites in hoſpitiis ſuis videret.*] Robertus Bon. *infirmos milites in hoſpitiis inviſaret.* ex libris depravatis. *videret* pro viſeret, ut εἶναι, γίνεσθαι & *eſſe*, pro venire: niſi tamen ſcripſerat auctor *viſeret.*

1 *Locum caſtris caperet.*] Quæ erat metatorum provincia, eorumve qui præfecti caſtrorum dicti: aut certè diligentiorum ducum. Tacitus de Veſpaſiano, adhuc duce: *acer militiæ anteire agmen, locum caſtris capere.*

GRUTERUS.

2 *Nulli vitem, niſi robuſto, &c.*] Ita & recte Palat. ſuperſcriptumque, *nulli utrem.* adeò librarii omnia capiebant, præter voces auctorum germanas.

CASAUBONUS.

2 *Nulli vitem niſi robuſto & bonæ famæ daret.*] Regius, *nulli aurem n.* Robertus Bon. *nulli aurum.* quæ ideo afferimus, ne emergant ineptuli tirones, qui hæc ut proba & nobis ignorata tanquam ἕρμαιον aliquod arripiant, & defendere aggrediantur. Quotidie ita depravantur auctores optimi. De vite centurionum omnia protrita: illud tamen, quod ſciam, explicavit adhuc nemo: cur ut diverſa ponantur hic à Spartiano hæc duo: vitem dare, & facere centurionem. Ratio autem eſt: quia datio vitis, quaſi deſignatio fuit ad centurionatum: qui tunc poſtea obibatur, cum erat aliquis vacuefactus locus morte unius centurionum, aut miſſione, vel regradatione. Cùm erant plures vite donati, promovebatur is qui erat gradu propior, aut qui eſſet antiquior ejus loci candidatus: niſi qui hunc proximè impellebat, cauſſam diceret, cur ille prior expelleretur. Quod accidit principe Galieno, cùm Marinus jam Chriſtianus, & mox beatiſſimus Chriſti martyr, inibi eſſet, ut fieret centurio. Euſebius libro ſeptimo: Τιμή τίς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους τόπου σχολάζοντος. ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τὸν Μαρῖνον ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. ἤδη τε μέλλοντα

λοντα τῆς τιμῆς ἔχεσθαι. παρελθὼν ἄλλος πρὸ τοῦ βήματος κατηγόρει. Inſignis locus, & ex quo omnia quæ diximus colliguntur haud dubiè. Lege modò totum, & cape rectè: nam qui ponunt τελείαν στιγμὴν poſt ἑκατοντάρχους, & hoc dicere cenſent Euſebium, omnes vitem adeptos dici centuriones, auctoris mentem non ſunt aſſecuti. Etiam vir ille ampliſſimus & hiſtoriæ eccleſiaſticæ peritiſſimus, qui negat κλῆμα apud Euſebium vitem eſſe, aliud agens magni erroris ſe obligavit.

SALMASIUS.

2 *Nulli vitem niſi robuſto ac bonæ famæ daret.*] Nihil mutant libri noſtri, & rectè. nam qui mutant, eo ipſo vitioſi. de vite autem centurionum, tam multa dicta ſunt, ut quædam etiam dicta nolim. ut doctiſſimo viro ad hunc locum quam temere excidit, aliud eſſe *vitem dare*, aliud *centurionem facere*? qui quaſi rem novam nos docere voluit. dationem vitis, eſſe velut deſignationem centurionatus, ad quem aditus tunc eſſet illi qui vitem gerebat, cum locus vacaret, morte centurionis alicujus, vel promotione in majorem gradum. res ſane nova, & ad diſcendum præclara, ſi quidem vera eſſet. ſed magis mirum quod ſcripſit, ut diverſa poni hæc duo à Spartiano. ubi vero iſtud? nam in hoc loco nihil tale: nec centurionis ulla mentio. *nulli vitem niſi robuſto ac bonæ famæ daret, nec tribunum niſi plena barba faceret.* ſi pro tribuno centurionem poſuiſſet, tunc locus eſſet illi diverſitati. puto igitur, cum aliud cogitaret, doctiſſimum virum heic tribunum pro centurione accepiſſe. locus Euſebii, quem ad confirmationem hujus novæ obſervationis ſuæ adducit, ſi recte diſtinguatur, & exponatur, nihil illum juvabit. ſic enim ille lib. VII. τιμή τις ἐστὶ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι· τόπου σχολάζοντος ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τοῦ Μαρίνου ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. ἤδη τε μέλλοντα τῆς τιμῆς ἔχεσθαι παρελθὼν ἄλλος πρὸ τοῦ βήματος, μὴ ἐξεῖναι μὲν ἐκείνῳ τῆς Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους Χριστιανῷ γε ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι κατηγόρει. ita Euſebius, qui cum illa vitioſa diſtinctione quæ vulgatas editiones occupat, hoc velle videtur: *vitem nomen eſſe honoris apud Romanos; quem qui adepti ſunt, centuriones fieri, ſi vacet locus.* Sed quis in legitima & ordinaria militia deſignatorum centurionum meminit? quo nomine vero dicebantur illi deſignati centuriones? priuſquam enim centuriones eſſent, quo tempore vitem tantum gerebant, quo titulo vel quo militiæ munere fungebantur? an milites vite caſtigabant? at hoc ipſum centurionum proprium fuit, quibus propterea vitis in manu data, verberando ſcilicet militi qui deliquiſſet. diſtinguendum igitur apud Euſebium: τιμή τις ἐστὶ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι· τόπου σχολάζοντος ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τοῦ Μαρίνου ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. *vitis nomen militaris dignitatis apud Romanos, quam qui obtinent, centuriones eſſe dicuntur. hujuſmodi locus cum vacaret, ad ejus promotionem Marinum gradus ordo vocabat.* poſſet etiam legi in Euſebio: τόπου σχολάζοντος ἐπὶ τούτου ἡ προκοπῇ τοῦ Μαρίνου, καὶ ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. Sed idem ſenſus ex vulgata lectione oritur, quæ nec ipſa male habet. ordine ut notum eſt, in militia Romana promotiones fiebant, & in orbem quemdam. Marinus iſte cujus apud Euſebium mentio, cum is centurio quem proximus impellebat, vel deceſſiſſet, vel in altiorem militiæ gradum promotus eſſet, locum cum maxime vacantem, jure ſibi ac promotionis ordine debitum ubi obire velle cœpit, interceſſit quidam, & Chriſtianum dignitate iſta potiri poſſe negavit, & cum hoc nomine accuſavit, quod Chriſtianus eſſet. Hic ſenſus verborum Euſebii, hæc vera diſtin-

tribunum niſi plena barba faceret, [1]aut ejus ætatis quæ

diſtinctio. qui centuriones autem fiebant, vel ordine promotionis ad hunc gradum perveniebant, ut ille Marinus apud Euſebium, & Scæva apud Lucanum,

—— ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

vel beneficio imperatoris aut ducis ad hunc honorem promovebantur, quibus vitis ſcilicet dabatur ab imperatore, ut hoc loco, & in veteri inſcriptione: ET. MIHI. VITEM. DEDERIT. VLPIA. LEGIONE. MISSVS. Suetonius in Tiberii: *per quoſdam beneficii ſui centuriones.* qui vitem ſcilicet ab illo acceperant.

CASAUBONUS.

3 *Nec tribunum niſi plena barba faceret.*] In faciendo tribuno duo præcipuè ſpectabat Hadrianus, ætatis maturitatem, & famæ integritatem. Ad utrumque poteſt referri quod hic de plena barba dicitur: nam & impudici adoleſcentes ſtudioſiſſimè cùm pſilothris tum volſellis depilabantur. Sed Hadriani lex non ſemper obtinuit. Valerianus Auguſtus in epiſtola ad Mulvium Gallicanum P. P. *Miraris fortaſſis, quòd ego imberbem tribunum fecerim contra conſtitutum divi Hadriani.* Habebat Hadrianus & ſtaturæ rationem, ut narrat Doſitheus.

SALMASIUS.

3 *Nec tribunum niſi plena barba faceret.*] Plena barba eſſe dicitur qui ad plenum barbatus eſt, qualem Græci ἀνδροπώγωνα vocant. ut prima barba dicitur ὁ πρωτογενειάζων. Lucillius:

Jamque parectato chlamydes, & barbula prima.

veteres Gloſſæ: *prima barba*, πρωθήβης, πρωτογενειήτης. putant per hæc verba non tantum annos ſpectaſſe Hadrianum in tribunis diligendis, ſed etiam famæ integritatem. nam luxuria infames adoleſcentes plerumque vellebant ſe, & depilabant. mihi, ut ad ætatem ſolum hæc plena barba referatur, placet: ut eos tantum feciſſe tribunos Hadrianum exiſtimemus, qui id ætatis eſſent, quæ plena barba mentum operire conſuevit. id aperte indicat Valerianus in quadam ſua epiſtola apud Vopiſcum, qua excuſat ſe, quod contra Hadriani conſtitutionem Tribunum imberbem fecerit. non præciſe tamen Hadrianus ſemper in tribunis faciendis plenam barbam exegiſſe videtur, ſi ejus ætatis eſſent & prudentiæ, quæ tribunatui par eſſe poſſet. ſequitur enim: *aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret.* pleniberbes autem Græci πληρογενείους & ὁλογενείους vocant: ut κακογενείης, qui ſunt male barbati. quos Latini veteres unica voce dicebant, *maliberbes*. Gloſſæ: *Maliberbis*, σπανοπώγων. Suidas: κακογένειος, σπανοπώγων. *maliberbis*, ut *malidenſis*, *male denſatus*. unde *malidenſia Coa* Lucretio. de qua voce nos alibi.

1 *Aut ejus ætatis quæ prudentia aut annis facile tribunatus robur impleret.*] Hæc aliter fortaſſe capi debent, quam in præmiſſa animadverſione capienda duximus; ut dicat neminem ab Hadriano creatum tribunum niſi plene barbatum, καὶ εἰς ἄνδρα γενειάζοντα, aut etiam provectioris ætatis, qui per annos & rerum experientiam, ac prudentiam facile ejus muneris adminiſtrationi ſupereſſe poſſent. communis tamen recte loquentium conſuetudo, illam quam ſupra tetigimus, expoſitionem poſtulabat. ſed ſemper id quod rectum eſt non ſequuntur auctores iſti. ſic Hadrianus neminem tribunum faciebat, juniorem pleniberbe, & multis hunc honorem committebat jam ævi maturis, & prudentia firmatis.

1 Nec

quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, [1] nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere: ' deli-

1 *Nec pateretur quicquam tribunum à milite accipere.*] Centuriones, tribuni, duces emolumenta à militibus accipiebant. Centuriones militibus munerum vacationem vendebant. quod tamen boni principes prohibuere, & centurionibus vacationes annuas è fiſco ſolvendas conſtituere. Tacitus lib. 1. Hiſt. *Sed Otho ne vulgi largitione centurionum animos averteret, ex fiſco vacationes annuas ſoluturum promiſit: rem haud dubie utilem, & à bonis poſteà principibus perpetuitate diſciplinæ firmatam.* milites autem qui alicujus beneficio vacationem muneris impetrabant, ſive gratiis, ſive pretio, beneficiarii illius dicebantur, per quem id erant conſequuti. nec dubito centurionum multos beneficiarios hoc pacto factos, quo tempore illis vacationes vendere permiſſum. ſed de centurionibus quidem diſcimus ex illo Taciti loco, perpetuitate diſciplinæ conſtitutum, ne vacationes venderent, ſed eas à fiſco acciperent. de Tribunis res variavit. Hadrianus ne quid a militibus acciperent, cavit. alii item principes poſt Hadrianum in Tribunos ſevere vindicarunt, qui aliquid per ſtellaturam à militibus accepiſſent non hoc tamen perpetuum, nec ſub omnibus principibus obtinuit quis autem dubitat quin & vacationes vendiderint militibus tribuni, & commeatus, pecuniamque eo nomine, aut annonam à militibus acceperint? Hinc paſſim beneficiarii tribunorum in vetuſtis monumentis occurrunt. nam ut aliquem commeatalem ex militibus facerent, hoc eſt commeatum illi darent, pecuniam ab eo auferebant. quod prohibuit Juſtinianus Cod. de offic. P. P. Africæ, leg. 11. *& nullum audeant duces vel tribuni commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant provincias.* Anaſtaſius quoque ne tribunis liceret commeatales milites facere, lege cavit, quæ legitur Cod. de erog. mil. ann. *ſin vero ſaluberrimam conſtitutionem offendendo, amplius quam triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere auſus fuerit, pecunias quidem quæ poſt præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimiſſis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi erogator non dubitet reportandas.* Vide & quæ ſequuntur in eadem lege. nam plane inde conſtat tribunos ex commeatibus quos militibus dabant ſolitos eſſe quæſtum facere, & ex conſtitutione Juſtiniani tit. quo ſupra, cujus hæc ſunt verba: *magis enim debent duces & tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores de noſtra largitate remunerationem ſperare, & non de commeatis militum, aut de eorum ſtipendiis lucrum ſibi acquirere.* eorum enim quos dimittebant, aut quibus commeatum dabant, militum ſtipendia tribuni in ſinum convertebant, aut aliquid eo nomine ab illis corradebant. atque hinc fortaſſe *ſtellatura* dicta eſt, quam tribunis milites pro commeatu dabant. nam στέλλειν eſt mittere aut dimittere. hinc στόλος Græcis, qui Latinis *commeatus*. στέλλειν autem *ſtellare*. ut βάλλειν, *ballare*. παραβολεύειν, *parabolare*. πιλεῖν, *pilare*. καλεῖν, *calare*: & ſimilia. nos tamen ejus nominis aliam alibi reddimus rationem, quæ nobis veriſimilior viſa eſt. ſi cui tamen hæc vera videatur, me libente poteſt eam probare. non enim dubium ſtellaturas illas accepiſſe tribunos à militibus pro temporaria vacatione, & commeatu. ſed etſi ob aliam rem eas acciperent, nomen tamen idem manſit. ſic ſportulæ nomine primipilares ducibus pecuniam conferebant. de quo videndus Cod. Theod. *de cohort. princip. cornic. & primipilaribus.* vide & quæ

[1] delicata omnia undique ſummoveret, [2] arma poſtremò eorum [3] ſuppellectilemque corrigeret. [4] De militum etiam ætatibus judicabat, [5] nequis aut [6] minor quàm

quæ diſputamus ad Peſcennii Nigri vitam de ſtellaturis.

1 *Delicata omnia undique ſummoveret.*] Dio: καὶ πολλά γε εἰς τὸ ἁβρότερον ἐκδεδιῃτημένα καὶ κατεσκευασμένα καὶ μετερρύθμισε καὶ κατέσκαψεν. quem locum peſſime vertit interpres. τὰ εἰς ἁβρότερον ἐκδεδιῃτημένα, Spartianus reddidit, *delicata omnia.* quod ſcribit Dio, κατέσκαψεν, ad illa referendum de quibus ſupra Spartianus, *Trichilia de caſtris, topia, porticus, cryptas diruit.* ἐκδεδιῃτημένον Græci vocant hominem perverſum, malæ vitæ, & pravi inſtituti, delicate luxurioſeque viventem, quaſi extra communem vivendi ordinem & morem poſitum. ἐκδεδιῃτημένος βίος, *vita mollis & effœminata, & luxurie perdita.* hanc vocem reſtituimus apud Onoſandrum in loco non admodum diſſimili. ubi milites ad laborem cogendos præcipit, etiam cum minime opus, ut urgente poſtea & incumbente laborandi neceſſitate non deterreantur quaſi re inſolita. locum autem ipſum integrum apponam, nec enim hac tantum parte corruptus eſt. αἱ γὰρ ἡδοναὶ δελεάζουσαι τῆς καθ' ἡμέραν συνηθείας τὰς ἐπιθυμίας διαφθείρουσι καὶ τῶν ἐκμελετώντων. ὅθεν οὐ μακρὰν ἀπείργειν δεῖ τοὺς ἄνδρας τῶν πόνων. ἐπειδὰν γὰρ μετὰ χρόνον ἀναγκάζωνται πρὸς τὰ πολεμικὰ χωρεῖν, οὐχ ἡδέως ἐξίασιν. οὐ γὰρ ἐπιπολὺ ὑπομένουσιν, ἀλλ' ἐκδεδιῃτημένοι ταχὺ μὲν ὀρρωδοῦσι πρὶν ἢ καὶ πειρᾶσαι τὰ δεινά, ταχὺ δὲ πειράσαντες ἀποχωροῦσι. perperam hodie legitur, ἐκδεδιτιόμενοι. Dio in fragmentis apud Urſinum de militibus item corruptis, & luxuria depravatis hoc verbum uſurpavit: οἱ γάρ τοι ςρατιῶται τὸ μέν τοι τοῖς πλαίσμασιν ἀχθόμενοι, τὸ δὲ πλεῖον οὐ τι πόνον οὐδένα ἔθ' ἑκούσιοι ὑπομένοντες, ἀλλ' ἐς παῖγα δὴ πάντως ἐκδεδιῃτημένοι οὔτι αὐτοκράτορα οὐδένα ἰσχυρῶς σφῶν ἄρχοντα ἔχειν ἐθέλοντες. apud alios auctores quam plurimos Græcos id verbi repe.itur, & in multis quidem corruptum. Heſychius: ἐκδιαιτηθῆναι. διαςραφῆναι ἢ διαπραχθῆναι. iſtud διαπραχθῆναι, ex variæ lectionis annotatione natum. ſed neutra vera eſt. ſcribe: ἐκδιαιτηθῆναι, διαςραφῆναι, perverti.

GRUTERUS.

2 *Arma poſtremò eorum ſuppellectilemque corrigeret.*] Haud abit ab hac ſcriptura Pal.

5 *Ne quis aut minor, quam virtus poſceret.*] Tuentur hanc lectionem ambo Palatini. & vult omninò, excluſiſſe caſtris, quibus nondum erat ætas aut robur militare. Sic Salluſtius Catilin. cap. 7. *Jam primum juventus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat.* Sed de hac re diximus plenè ad Livium lib. XXVII. cap. 13. *Magnum præterea numerum eorum conquiſiverunt, qui equo merere deberent, atque ex iis qui principio ejus belli ſexdecim annos nati fuerant, neque militaverant omnes ærarios fecerunt.*

CASAUBONUS.

3 *Suppellectilemque.*] Robertus Bon. *& ſuppellectilia.* Signatè hac voce uſus eſt: nam inde illius origo, ut etiam Celſus juriſconſultus obſervat. Tacitus vocat *utenſilia.*

4 *De militum etiam ætatibus.*] Regius, *actibus*, non probè.

6 *Minor quàm virtus poſceret.*] Ante legitimum adeundæ militiæ tempus. *Virtus* hic eſt corporis robur, & ut interpretatur Juſtinianus, ἡ ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχύς. Scripta lectio, *minus,* poſſet

quàm virtus poſceret, aut [1] major quàm pateretur humanitas, in caſtris [2] contra morem veterem verſaretur: agebatque ut ſibi ſemper noti eſſent, [3] & eorum numerus ſciretur. [4] Laborabat præterea ut [5] condita 11
militaria-

poſſet accipi de miſſione ante exactum legitimorum ſtipendiorum tempus impetrata. ſed refutat ſequens vox *major*.

1 *Major quàm pateretur humanitas.*] Ne poſt emerita ſtipendia cogerentur militare. Unde illa Pannonicarum legionum ſub Auguſti finem juſta indignatio, apud Tacitum. Vigeſimus annus ſub imperatoribus finem afferebat militiæ. Sed diverſa in pedite & equite obſervata eſſe tempora, & in iis ſæpius variatum non ignorant eruditi. Ita igitur Hadrianus juniores ſenioreſque militia excludebat: idem Gordianus junior fecit, ſed alio fine. Julius Capitolinus: *Nullum ſenem militare paſſus eſt: nullum puerum annonas accipere.*

GRUTERUS.

2 *Contra morem veterem verſaretur.*] Excerpta Pal. *veterum.*

4 *Laborabat præterea, ut condita militaria diligenter agnoſceret.*] Pal. *condicta*, quæ vox alicui ſalivam movere poſſet; non mihi.

CASAUBONUS.

3 *Et eorum numerus ſciretur.*] In laterculis militaribus deſcripti nominatim manipuli, cohortes, alæ, legiones: & eorum qui ſubinde morerentur nomina diligenter adnotata. hoc laterculum, & ut Appianus vocat, βιβλίον ἐφημερινὸν τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος, tribuni quotidie Imperatori offerebant, cùm ab eo ſignum peterent.

SALMASIUS.

1 *Minor quam virtus poſceret.*] Id eſt, qui per ætatem arma ferre non poſſet, nec ſatis virium ad hanc rem haberet. nam virtutem, pro corporis viribus heic poſuit. ſic Capitolinus in Maximino: *denique cum immortalem ſe crederet ob magnitudinem corporis virtutiſque, mimus quidam in theatro præſente illo dicitur verſus Græcos dixiſſe.* ubi *magnitudinem virtutis* dixit, magnitudinem virium. ſic etiam optimi & antiqui auctores loquuti ſunt. Phædrus:

Virtuti ſemper prævalet ſapientia.

Locum Ennii adducimus ad Capitolinum in Maximinis, ubi pariter virtutem pro viribus dixit.

4 *Laborabat præterea ut condita militaria diligenter agnoſceret.*] Quin ita recte reſtituerint eruditi, non inficias eundum, pro eo quod olim legebatur, *condicta militaria.* non aliter tamen ſcriptum præfert Palatinus, aut excuſum vetus editio, ut ſcias vetuſtum eſſe mendum. Fulgentius in mythologicis hanc vocem *condicta* uſurpavit, ſed alio ſenſu: *Pactoli ipſius fluenta condictis frequentibus deſiccaſſent. condicta* ibi poſuit pro indictis. Hæc autem condita militaria Græci vocant, ἀπόθετα. Gloſſæ, ἀπόθετον, *conditum.* Querolus:

Sæpe condita luporum, ſunt rapinæ vulpium.

Lege x. Cod. Theod. *de numerariis, actuariis*, &c. *actuariis Palatinorum, & comitatenſium numerorum ſenas annonas, ſenum etiam capitum: pſeudocomitatenſium etiam quaternas annonas, & quaternum capitum ex horreorum conditis præberi præcepimus, & per decennium curam ejus officii ſuſtinere.* ita legendus & ſupplendus ille locus. Annonariæ illæ ſpecies, militibus erogandæ, aſſervabantur in limitaneis civitatibus, & prout magnæ, aut parvæ eſſent illæ urbes limitaneæ, plurium aut pauciorum menſium habebant condita. ideo autem in urbibus limitaneis illa

condita, quod longe major pars militum in limitibus conſtituta, quibus annona erogabatur promenda ex horreis publicis, quæ in illis urbibus habebantur. hinc tam frequens mentio in Codice Theodoſiano, *primipilariorum ad paſcendos milites ad limitem ſollenniter deſtinatorum.* ex limitibus vero, vel limitaneis urbibus ad caſtra deferebantur ſpecies annonariæ per viciniores limitis provinciales, militeſque in limitaneis caſtris conſtituti, duas alimoniarum partes ibidem de conditis ſumebant, tertiam ipſi vehere cogebantur. ita habet lex Juliani Cod. Theod. *de erogat. militaris annonæ.* quæ quia corruptiſſime in editionibus pervulgata eſt, eam heic ut emendari debet proponam: *ſicut fieri per omnes limites ſaluбri proſpectione præcipimus ſpecies annonarias à vicinioribus limitis provincialibus ordinabis ad caſtra conferri, ut in limitaneis caſtris conſtituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis ſumant, nec amplius quam tertiam partem ipſi vehere cogantur.* quod enim vir eruditiſſimus ad hunc locum ſcribit, ſpecies iſtas etiam in caſtris condi & ſervari ſolitas, ubi prætenturæ militum limitaneorum, id nimium quantum à vero longe abeſt. nec Auſonii verſus ad eam rem probandam quicquam faciunt. mens enim illorum Auſonii verſuum iſta: caſtella nempe, & burgi olim ad tuendum militem in ripa Moſella extructi nunc pace ubique firmata vicem horreorum Belgis jam ſecuris, & nihil timentibus præbent.

Sed modo ſecuris non caſtra ſed horrea Belgis.

Caſtra heic Auſonius, pro caſtellis & burgis poſuit, quæ in limitibus, & fluviorum ripis extruebantur, & à caſtellanis militibus præſidii gratia ſervabantur, quibus limitis cuſtodia commiſſa. ſed in illis caſtris ſine φρουρίοις, nulla horrea, aut ſpecierum publicarum condita, quæ tantum in civitatibus limitaneis, iiſque munitiſſimis habebantur. δημόσια Græci vocant horrea in quibus ſpecies illæ publicæ recondebantur. Procopius: ἐν Δάρας τε καὶ Νισίβιδι πόλει ἐν δημοσίῳ τὰς ἐπετείους τροφὰς ἀποτίθεσθαι νενομίκασι· δημόσιον appellat, horreum publicum vel fiſcale. ſic enim dicitur in leg. XVI. Cod. Theod. *de erogatione militaris annonæ. de propriis facultatibus vel militibus ipſis, vel fiſcalibus horreis adigantur inferre.* ibidem, *condita fiſcalia* dicuntur. Δημόσιον vulgo, Græcis dicitur fiſcus vel ærarium publicum. Procopius pro horreo publico uſurpavit. Recentiores Græci, τὸ δημόσιον militarem annonam videntur vocaſſe. Gloſſæ Nomicæ: ἀπὸ πριμιπίλου, ἀπὸ δημοσίου. πριμιπίτλον, δημόσιον. πριμιπίλον, πριμιπιλευτικὴ ἀννόνα. primipili paſtum intellexit. horreum autem apud Latinos, non ſolum frumenti, ſed etiam rerum quarumcumque ταμεῖον, & in illis horreis militaribus, non frumentum condi tantum erat ſolitum, ſed vinum, acetum, lardum, fœnum, paleæ, & reliquæ ſpecies fiſcales & militares. ſic vini horrea pro apothecis dixit Columella. Gloſſæ: *Horreum* ἀποθήκη. nam *apothecam*, cellam proprie vinariam dici nemo eſt qui neſciat. Græcis ὡρεῖον cujuſlibet rei φυλάκιον & conditorium, ex quo vox Latina ducta *horreum.* nam falluntur qui ὡρεῖον apud Græcos, ex Latino flexum exiſtimarunt, eamque vocem ut barbaram in lexicis ſuis notarunt. οὖρος & ὦρος Græcis φύλακα deſignat. hinc ὤρειον & ὄρειον τὸ φυλάκιον, vel φυλακτήριον. hinc νεώρια, navalia, in quibus ſubductæ naves quaſi ſervantur. Heſychius: οὔρειον, φυλακὴ, σημεῖον, & ὄρειον, τείχισμα, φρασμόν. ὄρος, terminum & limitem ſignificat, à verbo ὁρῶ, tueor, & video. quod cum cura agrorum limites cuſtodirentur. nam ὁρᾷν Græcis & videre, & curare vel defendere ſignificat. ut Latinis quoque *tueri.* utrumque in vetuſta inſcri-

militaria diligenter agnoſceret : [1] reditus quoque provinciales ſolerter explorans, ut ſi alicubi quippiam deeſſet,

ſcriptione : Λύσιοι κόνιν ὀρῶσι. *Dri Lyſii cineres tuentur & defendunt.* ὄρος, Ionice οὖρος : ut νόσος νοῦσος. & Dorice, ὦρος. ſic ὅρειον, οὔρειον, & ὤρειον, idem ſignificat. ut Ὦπις, Οὖπις & Ὦπις. quod nuper obſervabam ad inſcriptionem Herodis. ex illo igitur ὤριον, non dubium eſt Latinos horreum ſuum deduxiſſe. idem enim omnino eſt ὤριον, & horreum. ὤριον, φυλάκιον. ὦροι, φύλακες. Heſychius, & ὤρια, φυλακτήρια. ὤριον & ὅριον dicebant. Plegon Trallianus, de hippocentauro qui in horreis Cæſaris ſervabatur, τὸν δὲ πεμφθέντα εἰς Ῥώμην εἴ τις ἀπιστεῖ, δύναται ἱστορῆσαι· ἀπόκειται γὰρ ἐν τοῖς ὡρείοις τοῦ αὐτοκράτορος ταριχευμένος εἰς ἐπίδειξιν. ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτοκράτορος, *in horreis imperatoris.* inepte doctus interpres, *in finibus imperatoris.* Gloſſæ : ὡρεῖον, *horreum.* in horreis autem pretioſiſſimæ quæque res reponi ſolitæ. vide legem tertiam, D. *de off. præf. vig.* & leg. VI. *D. de edendo.* hanc de horreis λόγου ἐκβολὴν, non adeo alieno, ut mihi quidem videtur, loco inſertam, benignus lector excuſet, niſi boni conſulere malit.

CASAUBONUS.

5 *Condita militaria diligenter agnoſceret.*] In Alexandro Lampridius, *Annonam militum diligenter inſpexit.* Capitolinus in Gordiano juniore : *cujus viri tanta in Rep. diſpoſitio fuit, ut nulla eſſet unquam civitas limitanea potior, quæ non poſſet exercitum Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido atque hordeo & paleis condita non haberet.* Vides quæ potiſſimum ſpecies intelligantur appellatione conditorum : de quibus & in utroque Codice titulus extat. Græci etiam ut Latini ἀποθέτα ſimpliciter vocant. Juſtinianus Novella CLXIII. χώραν τῶν ἐν εἴδεσι συντελουμένων, ὑπέρ τε τῶν ἀποθέτων καὶ τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης. Hæ annonariæ ſpecies ſive horreaticæ, in urbibus munitiſſimis, quæ ferè capita ſuarum provinciarum erant, aſſervandæ condebantur: ut loquitur Marcellinus de Palæis Iſauriæ. Procopius Perſicorum libro ſecundo : ἐν Δάρας τε καὶ Νισίβιδι πόλει ἐν δημοσίῳ τοὺς ἐπετείους τροφὰς ἀποτίθεσθαι νενομίκασι. Locus quem appellat Procopius δημόσιον, Prætorium erat, in iis quidem urbibus, ubi erant & palatium & prætorium. Nam ita conſtituit Leo imperator lege ultima Cod. De officio rectoris provinciæ. ſervabantur & in caſtris, ubi prætenturæ militum limitaneorum : nam hæc caſtra burgi erant & munitiſſima oppida. Auſonius in Moſella.

Mœniaque antiquis te proſpectantia muris
Addam, præſidiis dubiarum condita rerum,
Sed modò ſecuris non caſtra, ſed horrea Belgis.

Cùm autem per provincias iter faciebat Imperator, totius annonæ militaris ratio coram illi exponebatur, atque etiam δείγματα oculis ſubjiciebantur : quæ poſterior ætas appellavit *probam.* Morem aperit Ammianus Marcellinus libro XXI. *Joviniano vehiculo inſidenti quod portabat reliquias Conſtantii, ut principibus ſolet, annonæ militaris offerebantur inditia, & (ut ipſi nominant) proba, & animalia publica monſtrabantur.*

1 *Reditus quoque.*] Scripti, *redditus.* quæ ſcriptura in veteribus libris frequens.

deeſſet, expleret. [1] Ante omnes tamen enitebatur [2] ne quid otioſum vel emeret aliquando [3] vel paſceret. [4] Ergo [5] converſis regio more militibus, Britanniam petiit:

SALMASIUS.

1 *Ante omnes tamen enitebatur.*] Ita libri conſtanter. forte ſcribendum: *ante omne tamen enitebatur.* ſic Græci, πρὸ παντὸς. *ante omne*, pro *ante omnia*. ſic Florus: *omne intra Iberum & Tagum flumen depopulatur.* ſed *ante omnes*, vix eſt ut mutandum cenſeam. vult enim, ſi qui quandoque curaverunt & enixe ſtuduerunt, ut nihil otioſum emerent aut paſcerent, eos omnes in hoc ſtudio curaque ab Hadriano ſuperatos. ſic ante omnes hoc Hadrianus eniſus eſt, nequid otioſum emeret vel paſceret. ita etiam optimi auctores ſunt loquuti.

GRUTERUS.

1 *Ante omnes tamen enitebatur.*] Stant pro hac lectione duo Pall.

CASAUBONUS.

1 *Ante omnes tamen enitebatur.*] Scribe, *Ante omnia t.* Robertus Bon. *ultra omnia.* & *nitebatur*, regius, non *enit.*

2 *Ne quid otioſum vel emeret.*] Ut bonum patremfamilias ſe præſtaret. Cato, *Patremfamilias vendacem non emacem eſſe oportet.*

3 *Vel paſceret.*] *Paſcere* propriè de familia ſervorum: ut apud Catonem *bene veſtire & bene paſcere.* Apuleius in Apologia imitatus, *parcius paſco, levius veſtio.* Juvenalis, *Quot paſcit ſervos?*

4 *Ergo converſis regio more militibus.*] Mira locutio, *converti regio more*, pro, ad mores regis ſive imperatoris: πρὸς τὰ τοῦ βασιλέως ἤθη. *Mos* Latinis & *mores* non differunt minus quàm Græcis ἔθος & ἦθος: quæ neceſſariò diſtinguuntur à ſapientibus. ſed mos quod eſt ἔθος, ἀντὶ τοῦ ἦθος hic accipitur. Plautus Capteiveis,

Nunc ſervitus ſi evenit, ei vos morigerari mos bonus eſt.

καλόν ἐστιν ἦθος. hoc eſt, πρὸς ἄνδρας ἐστὶν ἤθη καλὰ ἔχοντος. bene moratôs decet. REGIS appellationem quam tantopere abominati ſunt veteres Romani, & primi etiam Imperatores, proxima ætas frequentavit. Sane etiam apud Tacitum *regnum* appellari Romanum imperium aliquoties adnotavimus in ejus Annalibus, *& domus regnatrix* ſtatim initio eorundem. Atqui multum interfuit, ætate præſertim illa, inter Romanum imperatorem, qui princeps propriè dictus eſt initio, & regum aliquem. Ideo Suetonius de Cajo Caligula, *Nec multum*, inquit, *afuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque* PRINCIPATUS *in* REGNI *formam converteret.* ſed quod tentavit hic furioſus, perfecit poſtea ſobrius princeps Aurelianus, ut in ejus vita Latini Græcique obſervant. ſumſit enim diadema primus, & reliqua regum inſignia. Tum primùm igitur imperator dici rex potuit, imperium regnum. Sed multo ante Latini ſcriptores cœperunt ita loqui, ut jam diximus. Sic infra Spartiano, *ſervi regis*: alibi in his libris *ſtatio regia*, *ornamenta regia*, *ſedile regium*, & *regale imperium* Vopiſco, ἡ αὐτοκράτειρα. *regina* Lampridio in Alexandro, pro Auguſta. Græcis jam inde à principio βασιλεὺς & βασίλεια: ſed per κολακείαν & adulationem: cùm ipſi imperatores, ut ſcribit etiam Appianus, eam appellationem non admitterent: certè non uſurparent neque in epiſtolis Latinis, neque in Græcis. Syneſius, Περὶ βασιλείας: καὶ τοὔνομα αὐτό σοι δείξω τοῦ βασιλέως ὄψιμον, ἐκλιπὲς Ῥωμαίοις γενόμενον ἀφ' οὗ Ταρκυνίους ὁ δῆμος ἐξήλασεν. ἀπὸ τούτου γὰρ ἡμεῖς μὲν ὑμᾶς ἀξιοῦμεν

petiit: in qua multa correxit, [1] murumque [2] per octoginta milia paſſuum primus duxit, qui barbaros Romanoſ-

μεν τὸ καλούμενοι βασιλέας, τὸ γράφομεν οὕτως· ὑμεῖς δὲ εἴτε εἰδότες εἴτε μή, συνηθείᾳ δὲ συγχωροῦντες, τὸ ὄσχον τῆς προσηγορίας ἀναδυομένοις ἐοίκατε· οὔτε πρὸς πόλιν, οὔτε πρὸς ἰδιώτην, οὔτε πρὸς ὕπαρχον γράφοντες, οὔτε πρὸς ἄρχοντα βάρβαρον ἐκαλλωπίσασθέ ποτε τῷ βασιλέως ὀνόματι· ἀλλ᾽ αὐτοκράτορες εἶναι ποιεῖσθε· ὃ δὲ αὐτοκράτωρ ὄνομα στρατηγίας ἐστὶ τέλειον ποιεῖν ὑποστάσεως. Poſtea verò labefactato Romano imperio, cùm à Francis, Gothis & Vandalis, aliiſque Barbaris regna diverſis locis eſſent conſtituta, regiſque nomen à novis dynaſtis uſurpatum, eviluit apud Romanos & regis & regni appellatio. neque hos Græci βασιλέας, ſed ῥῆγας appellant. Procopius Gotthicorum lib. I. de Theoderico qui Romam & totam ferè Italiam obtinebat. καὶ βασιλέως μὲν τῶν Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν· ἀλλὰ ῥὴξ καλούμενος διεβίω· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι νενομίκασιν quaſi verò aliud ſit rex quàm βασιλεύς.

SALMASIUS.

5 *Converſis regio more militibus.*] Hoc eſt, συναναστρεφομένων κατὰ τὸ βασιλικὸν τρόπον στρατιωτῶν. converſatis vel converſantibus regio more militibus. converti enim & converſari idem. ſic verti pro verſari. Virgilius.

——— *ipſe catervis*
Vertitur in mediis, & toto vertice ſupra eſt.

converti autem & converſari eſt quod Græcis ἀναστρέφεσθαι & συναναστρέφεσθαι. quod vulgo dicimus, *ſe comporter.* & *quotidiana converſatio.* Gloſſæ: *converſatur*, ἀναστρέφεται, διάγει. *converſatio*, ἀναστροφή, διαγωγή, βίος. *convertitur*, συναναστρέφεται. Græco-latinæ: συναναστρέφομαι, *converſor*, συναναστροφή, *converſio.* item alius liber Gloſſarum: *de converſatione*, περὶ τῆς συναναστροφῆς. &, ἀρχόμεθα γράφειν ὅλης τῆς ἡμέρας συναναστροφήν. ſic Vegetius humanæ vitæ converſationem dixit, quem optimi Græci auctores βίον dicunt. *nam cum in humana vitæ converſatione, aliud fugiendum, aliud vero ſequendum, non eſt perfecta peritia niſi quæ utraque cognoverit.* in *humana vitæ converſatione*, id eſt ἐν τῷ βίῳ. ſic apud Cyprianum, vir bene converſatus circa diſciplinam. epiſt. LXXV. *nam ſubito apparuit illi unus de exorciſtis vir probatus & circa religionis diſciplinam bene ſemper converſatus.* *converſis* heic pro *converſatis*, poſuit Spartianus. ſic *afficere* pro *affectare*, notavimus in ſuperioribus: ſi quis vero malit cum Caſaubono morem heic pro moribus accipere, & *converti regio more*, pro *converti ad regios mores*, non invitus ad ejus accedam ſententiam, & convertar. ita tamen ut morem non pro moribus hoc loco, ſed pro vitæ conſuetudine exponam. moris enim habuit Hadrianus, veſtem humilem ſumere, ſine auro baltheum cingere, & fibulis ſine gemma veſtem ſtringere, & vicena millia armatus ambulare, & in omnibus vitam plane militarem magiſtrare, ut ſupra dixit. quo more inſtitutoque vitæ milites ſuos convertit, à priſtina conſuetudine delicate & luxurioſe vivendi deduxit. hoc eſt quod hoc loco dicit Spartianus, *converſis more regio militibus.*

GRUTERUS.

1 *Murum per octoginta millia paſſuum primus duxit.*] Sic quoque ambo Pall.

CASAUBONUS.

2 *Per octoginta millia paſſuum.*] Membranæ Puteani, *per octo.* perſpicuè falſo.

manoſque divideret. Septicio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro, [1] multiſque aliis [2] qui apud Sabinam uxorem, injuſſu ejus, familiariùs ſe tunc egerant quàm reverentia domus aulicæ poſtulabat, ſucceſſores dedit: [3] uxorem etiam [4] ut moroſam & aſperam dimiſſurus (ut ipſe dicebat) ſi privatus fuiſſet. [5] Et erat curioſus non ſolum domus

GRUTERUS.

1 *Multiſque aliis, qui apud Sabinam uxorem.*] Pal. *quos apud Sab.* ut fortè fuerit, *quod.*

SALMASIUS.

2 *Qui apud Sabinam uxorem injuſſu ejus familiarius ſe tunc egerant.*] Mediolanenſis editio & Palatinus, non *qui* ſed *quos* habent ſcriptum. nimirum legendum: *quod apud Sabinam uxorem familiarius ſe tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ poſtulabat.* Hæc enim cauſa fuit quare ſucceſſores illis daret Hadrianus, quod ſe familiarius apud Auguſtam egerant. qua vero in re, aut quid agendo vel dicendo iſti nimium familiariter egerant apud Auguſtam, tacet Spartianus, nec nos poſſumus dicere. nam qui impudicam familiaritatem intelligunt, næ illi multum falluntur. ne tale quicquam cogitarent, poterat per illas duas voces fieri, *injuſſu ejus*, ſi diligentius paulo attendiſſent.

4 *Ut moroſam & aſperam dimiſſurus.*] Moroſa & aſpera Sabina uxor Hadriano: & invicem Hadrianus aſper & moroſus uxori Sabinæ. male enim tractatam ab Hadriano uxorem Victor alter ſcribit: *hujus uxor Sabina dum prope ſervilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulſa eſt.* ex his apparet, quantopere uxorem contempſerit hic imperator, & quam indignis modis eam tractarit, adeo ut etiam videatur non ipſe eam tantum deſpicatui habuiſſe, ſed amicis quoque, ut irreverenter erga illam ſe gererent, imperaſſe. quod eum facere ſolitum facile arguunt, quæ præcedunt ſi recte intelligantur. *Septicio Claro præfecto prætorio, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro, multiſque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injuſſu ejus, familiarius ſe tunc egerant quam reverentia domus aulicæ poſtulabat, ſucceſſores dedit.* his enim, qui nominantur, non ideo ſucceſſores dedit, quod non eum honorem Auguſtæ habuiſſent, quem reverentia domus aulicæ poſcebat, & quod nimis familiariter erga illam ſe geſſiſſent; hoc enim volebat ipſe, eam ſcilicet quam contemptiſſime haberi; ſed quod injuſſu ſuo hoc feciſſent. non poteſt alius ſenſus illis verbis accommodari, *injuſſu jus*

CASAUBONUS.

3 *Uxorem etiam.*] Quam tandem occidiſſe dicitur. vide inferius.

5 *Et erat curioſus.*] Tertullianus Apologetico, *Hadrianus curioſitatum omnium explorator.* etſi de alio genere curioſitatis loquitur.

SALMASIUS.

5 *Et erat curioſus non ſolum domus ſuæ, ſed etiam amicorum.*] Mira loquutio, *curioſum domus ſuæ, & amicorum* aliquem dici, non qui illorum curam habeat, eoſque curet, & pro illis ſollicitus ſit, ſed qui multa ſcire cupiat de amicis, & diligenter inquirat, & rimetur quid rerum agant. Seneca ſane dixit, *Deum noſtri curioſum*, qui nos curat, & res noſtras, lib. IV. de beneficiis, cap. XVII. *in medio intervallo hujus, & alterius cæli deſertus, ſine animali, ſine homine, ſine re, ruinas mundorum*

domus ſuæ, ſed etiam amicorum, ita ut [1] per frumentarios

dorum ſupra ſe, circaque cadentium evitat, non exaudiens vota, non noſtri curioſus. at heic non in bonam partem accipitur à Spartiano.

CASAUBONUS.

1 *Per frumentarios occulta omnia exploraret.*] Ut Athenis vetita ficuum exportatione, certi homines juſſi obſervare qui legi non obtemperarent, cùm per calumniam innocentes multos deferrent, συκοφάντη appellationem omnibus improbis delatoribus communem reliquerunt: ſic in Rom. imperio, milites qui ad perquirenda frumenta, aut eos obſervandos qui contra leges mercem ἀπόῤῥητον exportarent, cùm latius evagantes, omnium domuum ſecreta rimarentur, ſervato veteri nomine miniſterium mutarunt, facti principum ὠτακουσταί. Hi ſunt qui ſpargebantur per domos privatorum habitu, ut Tacitus ſcribit, & Arrianus in Diſſertationibus Epicteti: vel egentium, ut Ammianus lib. XIV. qui in provincias mittebantur tentandis hominum animis, nuntiiſque deferendis & cædibus etiam patrandis interdum, ut ex multis horum librorum locis conſtat. Atque hoc genus milites in legionibus boni malique principes habuerunt: ſed illis peſſimus quiſque Imperatorum detulit plurimum. Caracalla quidem tantum, ut jus animadvertendi in frumentarios ſibi uni vindicaret. cùm quidem in omnes bonos tyrannidem eos exercuiſſe ſcribit Dio. Græci ſcriptores modò Latinam retinent vocem; ut in epiſtola Dionyſii Alexandriæ epiſcopi apud Euſebium libro ſexto, cap. XL. Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. modò πυροφόρους nominant, parum laudabili κακοζηλίᾳ: melius Dio τοὺς στρατιώτας τοὺς ὠτακουστοῦντάς τι καὶ διοπτεύοντας. De Alexandro Severo ſcribit Lampridius: *De omnibus hominibus per fideles ſuos ſemper quæſivit, & per eos quos nemo noſſet hoc agere.* deſcribuntur his verbis frumentarii milites, qui ἐν ἰδιωτικῷ σχήματι & occulto habitu omnia obſervabant: ſed videtur bonus princeps, cùm rem cogeretur retinere; appellationem frumentariorum, ut inviſi bonis omnibus nominis, vitaſſe: quod tandem ſuſtulit de Rep. magnus Imper. Diocletianus: de quo Aurelius Victor: *Remotum peſtilens frumentariorum genus: (quorum nunc Agentes in rebus ſimillimi ſunt:) qui cum ad explorandum annunciandumque qui fortè motus exſiſterent, inſtituti viderentur, compoſitis nefariè criminationibus, injecto paſſim metu, præcipuè remotiſſimo cuique, cuncta fœde diripiebant.* Hieronymus in Abdiam capite primo: LXX. *tranſtulerunt in* πυροφόρον, *quem nos in frumentarium vertimus, juxta antiqui ſermonis eloquium: eos enim quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant.* appellat antiquum ſermonem, vocabulum non multò priùs quàm ipſe naſceretur deſitum & ἀχρειωθὲν. Depingit genus hoc hominum γραφικώτατα Ammianus Marcellinus initio primi libri eorum qui ſuperſunt.

SALMASIUS.

1 *Per frumentarios.*] Patiare, lector, heic te doceri clare diſtincteque de frumentariis quæ turbide tantum & obſcure didiciſti hactenus à viris doctis, qui nihil adhuc certi de his tradere, nec quid eſſent proprie, vel quo munere fungerentur. Sciendum eſt igitur frumentariorum nomen & officium ſub imperatoribus natum, & tunc primum cognitum in ordinaria militia: nam antea hoc nomen de frumentariis negotiatoribus aut menſoribus, tantum uſurpabatur. iſti autem frumentarii quorum heic mentio milites erant, & ſingulis quidem legionibus certo numero aſcripti. unde in veteribus inſcriptionibus, *frumentarius legionis illius & illius,*

occurrit non raro. videntur hi originem habuiſſe à prima publici curſus inſtitutione, quam ad hoc introduxit Auguſtus, ut omnia minima maxima, quæ in provinciis gererentur, ſibi mature ac celeriter annuntiari poſſent, juvenibus primo diſpoſitis per militares vias, mox etiam vehiculis, quibus hoc muneris injunctum fuit, ut res novas explorarent, & Cæſari nunciarent, vehiculiſque publicis, & per intervalla mutatis iter accelerarent. Græcis ἀγγελιαφόροι & γραμματηφόροι, atque etiam τελεγυφόροι dicti, Latinis *frumentarii*. cujus nominis hæc ratio, quod cum vehiculariæ rei præeſſent, frumentum militare, vel annonam militarem tranſvehendam à provinciis curarent, & in horrea militaria comportandam, vel etiam ex horreis in caſtra deferendam, ut publici curſus proſequutores. ſic enim vocantur Cod. Theod. *de curſu publico*. leg. XLVII. & XLVIII. *ſint præterea duo palatini proſequutores ſingularum rhedarum, cum tribus ſervis habentes quinquagenarum librarum avertas, & ſaga quibus par erit eos pro itineris neceſſitate muniri.* ab illis ſagis, quibus muniebantur, *ſagones* eos appellavit poſterior ætas, vel corrupta voce *ſaiones*. Saio enim nihil aliud eſt, quam ſago, *g* in *i* mutato. quod in noſtra lingua Gallica frequens eſt, in iis vocabulis, quæ ex Latino ſunt deflexa. nam & ſagum, *ſaie* dicimus: & togam *ſoie*: & dogam, *doie*: & ſimilia ſexcenta. in veteribus etiam libris non raro *i* pro *g* poſitum reperitur. in libro vetuſtiſſimo Flori, *toiam* pro *togam* ſcriptum olim reperi, cum illum authorem recenſerem. ſic *ilycias* pro *glycias* hodieque legitur apud Suetonium. Sagonum autem vel ſaionum frequens apud Caſſiodorum mentio: ex quo colligi poteſt, non eos tantum publicum curſum curaſſe, ſed etiam pecunias publicas exegiſſe. inde eſt, quod *ſaiones* ab exigendo dictos annotavit Iſidorus, more ſuo ineptus in etymologiis eruendis. Caſſiodorus Var. lib. IV. epiſt. XLVII. ad Godiſcalcum ſaionem: *nullum præterea ſaionum diſcurſus facere patiaris, ſed ad cauſam quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere vel redire.* quos heic *ſagones*, eoſdem paulo poſt in eadem epiſt. *veredarios* appellat: *& idcirco quinquaginta ſolidorum mulctam jam non veredarius, ſed catabulenſis incurrat, quiſquis ultra centum libras parhippum crediderit onerandum.* nam qui curſu publico deſtinabantur aliquo juſſu principis, veredarii dicebantur, & ſagones ætate Caſſiodori, quod ſagis uterentur. hinc leg. L. Cod. Theod. tit. quo ſupra, cavetur ne hippocomis ſaga ſua auferant veredarii: *non patimur hippocomos per eos qui veredis utuntur indigna ſpoliatione vexari, ſiquidem nonnulli veredarii ſaga eorumdem dicuntur auferre.* ubi ſaga perperam juriſconſultorum princeps pro equorum ſtratis accipit: ſaga enim ſunt in ea lege quibus hippocomi ipſi muniebantur, & quæ item gerebant veredarii. Græcos illo loco vertiſſe παλαγά obſervat. quis non videt legendum, πάλλια? quam Latinam vocem Græci uſu ſuam fecerunt. Gloſſæ: *Pallium*, παλλίον. *Gauſapa*, βαρβαρικὸν παλλίον. Heſychius: Τερβάνιον, παλλίον. & ῥίγαα, παλλία βαπτά. Illa autem Græcorum interpretatio, qui *ſaga*, πάλλια verterunt, manifeſto oſtendit, non de ſtratis equorum, ſed de mulionum & veredariorum pænulis vel ſagis eſſe accipiendum. ſic in leg. XXXVII. *eum qui ſagum hippocomorum notabili populatione voluerit uſurpare vel ſcindere*, non ſtratum equorum, ſed mulionum pænula debet intelligi. ſic frumentarii ſub prioribus imperatoribus dicti, quos veredarios ſequens ætas appellavit: iique omnino qui Græcis ἀγγελιαφόροι, vel γραμματηφόροι, quique litteras ſacras ferebant, ut dicitur in leg. XXXV. Cod. Theodoſiano, titulo *de curſu publico*. notus eſt Divi Hieronymi locus in Abdiam, capite primo ubi ſcribit, eos qui ætate ſua agentes in rebus vel veredarii dicebantur, veteribus frumenta-

mentarios fuiſſe nominatos. quorum appellationis hæc etiam poteſt afferri ratio, quod annonæ tributiſque exigendis præeſſent, & provinciales ad ſolvendum compellerent, & cenſus curam agerent. nam eorum frumentariorum præfecti, iidem & cenſus erant magiſtri. Dio in fragmentis apud Fulv. Urſinum ex vita Macrini: ἐκεῖνά τε οὖν τινὲς αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀπεικότως ἐμέμφοντο, καὶ ὅτι ἐπάρχους τόν τε Ἰουλιανὸν τὸν Οὔλπιον, καὶ Ἰουλιανὸν Νέστορα ἀπεδείξεν, μήτε ἄλλην τινὰ ἀρετὴν ἔχοντας μήτε ἐν πολλαῖς πράξεσιν ἐξητασμένους, ἀλλὰ καὶ πάνυ περιβοήτους ἐπὶ πονηρίᾳ ἐν τῇ Καρακάλλου ἀρχῇ γενομένους διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς τῶν ἀγγελιαφόρων σφᾶς γενομένους περὶ τὰς ἀνοσίους πολυπραγμοσύνας ὑπηρετῆσαι. ita locus ille legendus. Ulpium vero illum Julianum, quem ibi frumentariorum curioſorumque præfectum ſub Caracallo fuiſſe dicit, idem Dio in Caracalli vita, cenſuum magiſtrum vocat his verbis ἕτερα δὲ γράμματα ἐπέμφθη ὑπὸ Οὐλπίου Ἰουλιανοῦ τοῦ τότε τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένου δι' ἄλλων γραμματηφόρων ὀρθῶς περὶ τῶν μαντείων δηλοῦντα τὰ γενόμενα, ἀφίκετο. τὸν τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένον, doctus interpres vertit, *qui tum cenſor erat*. quem quid mentis habuiſſe putemus cum ita verteret? non ſuæ ſane fuit. nam melius & commodius vertiſſet. quis enim vel in ſomniis poſſet cogitare, τὰς τιμήσεις, eſſe cenſuram? aliquid eſſet, ſi τὴν τιμητείαν auctor dixiſſet. ſed oportet valde imperitum rerum Romanarum eſſe, qui cenſores illa ætate fuiſſe uſquam arbitretur inter magiſtratus. ὁ τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένος Dioni eſt, quem Leo Novell. XLIV. ἐπὶ τῶν κήνσων καθεστηκότα vocat, cuique ἐπιστασίαν τῶν κήνσων demandatam eſſe ſcribit, qui ejus ætate κηνσιτὸς dicebatur. antea magiſter cenſus erat dictus. illud ergo docemur ex Dione, magiſtrum cenſus eumdem fuiſſe, qui & frumentariorum præpoſitus, eique hanc curam incubuiſſe, ut per frumentarios vel γραμματηφόρους, imperatorem de omnibus certiorem faceret. quod ex illo loco facile cuivis poteſt conſtare. frumentarios vero non tantum curſus publici procuratores & proſequutores fuiſſe, ſed etiam exigendis vectigalibus operam dediſſe & compellendis ad ſolutionem penſionum provincialibus. quod poſtea fuit etiam agentium in rebus officium qui in locum frumentariorum ſucceſſerunt. lex eſt in Cod. Theod. tit. *de exactionibus*, quæ ita habet: *neque agentes in rebus, neque ſacrarum privatarum vel largitionum palatina officia, ex quacunque cauſa, ex quocunque titulo fiſcalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, poſſeſſores per ſe audeant convenire, ſive id ex præteriti reliquum trahatur, ſeu præſentis temporis tributum ſolvi conveniat*. eam legem Honorius & Theodoſius tulerant admonitu legatorum Achivorum: quam paulo poſt abrogaverunt, antiqua conſuetudine reſtituta, ut largitionum titulorum exactio per agentes in rebus, & palatina obſequia celebraretur. vide legem ſequentem, tit. quo ſupra. Curioſi quoque, qui olim iidem cum frumentariis, poſtea ex corpore agentium in rebus ad curſum regendum ſumpti ſunt, ſublatis ſcilicet frumentariis, non curſum tantum publicum procurabant, ſed vectigalium etiam exigendorum curam gerebant. hinc apud Tertullianum in libro *de fuga in perſecutione*: *maſſaliter totæ Eccleſiæ tributum ſibi irrogaverunt. neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque vectigales continentur.* ſic *ſagones*, apud Caſſiodorum, ſive *ſaiones*, & curſui publico deſerviebant, & pecunias publicas exigebant, & noxios conſtringebant. in legibus Wiſigothorum *ſaio*, ſemper pro officiali ponitur, *Index*, & *ſaio*. hoc eſt judex & ejus officialis. frumentarii quoque olim reis perſequendis, & exhibendis, & in carce-

rem compingendis, & criminibus nunciandis, operam dabant. apud Euſebium lib. VII. ἀλλὰ καὶ προηγουμένου κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. Cyprianus epiſt. ult. *cum perlatum ad nos fuiſſet, fratres cariſſimi, frumentarios eſſe miſſos qui me Uticam perducerent.* Curioſi etiam hoc munere fungebantur. vide legem primam, Cod. *de curioſis.* Suidas de Joanne Chryſoſtomo, ὑπὸ κουριόσου ἑλκόμενος ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. *curioſi*, ut jam dixi, & *frumentarii* idem. ſed frumentariis a Diocletiano remotis, & penitus ſublatis, curioſi ex corpore agentium in rebus per ſingulas provincias mittebantur, ad curas agendas, & idem munus obeundum, quod olim frumentarii: quos *ad explorandum annunciandumque, ſiqui forte motus exiſterent*, inſtitutos eſſe ſcribit Victor. *ad explorandum annunciandumq*; πρὸς τὸ διοπτεύειν καὶ διαγγέλλειν. quod officium commune videntur habuiſſe cum ſpeculatoribus, quos Plutarchus vocat διοπτῆρας καὶ διαγγέλους, i.e. exploratores, & annunciatores. Locus Plutarchi in Galba legitur & inſigni defectu vulgo vitioſus circumfertur. ita enim conceptus eſt; ἐν δὲ τούτοις Ιτύριος καὶ Βυρβῖος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσαράριος. οὕτω γὰρ καλοῦνται, οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. Secundum hæc verba Plutarchi mens eſſet, optiones & teſſerarios Romanis dici, qui exploratorum nunciorumque partibus fungerentur. ſed quis ignorat, quid in militia fuerit teſſerarius, quid optio? an hoc ignoraſſe Plutarchum putamus? magno ſe errore obſtrinxerunt doctiſſimi viri, & majorem optimo auctori adfinxerunt, dum ab eo optionem διοπτῆρα, teſſerarium διάγγελον, exponi exiſtimaverunt. quem ſenſum ex verbis illis elicere neutiquam poſſemus. διάγγελοι enim & διοπτῆρες idem ſunt. qui explorat aliquid, non in alium finem ſpeculatur & explorat, quam ut nunciet id quod explorando didicerit. optionem vero, & teſſerarium diverſorum eſſe officiorum nomina nemo queat inficias ire. nec ad rem facit quod doctiſſimus juris interpres notat, optiones teſſerariis jungi in antiquis inſcriptionibus, eoſque ſpeculatores eſſe cenſet. earum inſcriptionum, quas produxit, una ſic habet. TESSERARIO. OPTIONI. FISCI. CURATORI. altera vero: IN. EIS. TESSERARIO. OPTIONI. VEXILLARIUS. quis non videt in illa quidem militem illum ex teſſerario, promotione factum eſſe optionem, & poſtea curatorem fiſci? in hac vero ex teſſerario itidem optionem, & ex optione vexillarium, per promotionis gradus? Profecto ex illis ut vulgo excuſa ſunt Plutarchi verbis non alius poteſt cogi ſenſus, quam optionem & teſſerarium eundem eſſe, & ita appellari, qui exploratorum nunciorumque munus obirent. nulla enim ratione hæc poſſunt ſeparari, ut teſſerarium quidem διάγγελον, optionem vero διοπτῆρα, vocatum credamus: quemadmodum exponebat Turnebus, ad eum ſenſum efficiendum, ita tota oratio concipi debuiſſet: ἐν δὲ τούτοις ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος. οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ μὲν ὀπτίωνες τῶν διοπτήρων, οἱ δὲ τεσσεράριοι τῶν διαγγέλων ὑπηρεσίας τελοῦντες. ſed quid tempus fruſtra terimus? unius vocis adjectione poterat hic locus ſanus & integer præſtari hoc modo: ἐν δὲ τούτοις Οὐετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος τῶν σπεκουλατόρων. οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. ita Tacitus quem ad verbum videtur expreſſiſſe Plutarchus; *a quo Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium optionem eorundem perductos.* deerat omnino hæc vox, τῶν σπεκουλατόρων. σπεκουλάτορες quoque nominantur in Euangelio. Græci διοπτῆρας διαγγέλους vocant, ut modo apud Plutarchum vidimus. διόπται καὶ ἐρευνηταὶ dicuntur Dioni. jam ex antiquo in legio-

legionibus militarunt hi ſpeculatores, & diverſi fuere ab exploratoribus. ſpeculatorum legionis, & exploratorum legionis mentio in antiquis monumentis. Exploratores caſtrorum vocat Plinius, lib. XXXVI. cap. XIX. ſed de his alibi latior & commodior dicendi locus. At enimvero licet eadem attribuantur officia frumentariis, & ſpeculatoribus, diverſum tamen ſunt genus, nec confundi debent. ut ecce Victor Scotthi tradit frumentarios, ad explorandum & annunciandum, ſi qui motus exiſterent conſtitutos. Plutarchus ſpeculatores διοπτῆρας & διαγγέλους appellat. hoc eſt exploratores, & annunciatores. Dio de ſpeculatoribus loquens, διόπτας καὶ ἐρευνητὰς eos nominat. idem frumentarios in vita Caracalli, ὠτακουστοῦντας καὶ διοπτεύοντας στρατιώτας vocat. & alibi in fragmentis, πολλὰ τοῦ Καρακάλλου, περὶ τὰς ἀνοσίας πολυπραγμοσύνας ὑπηρετοῦντας Livio lib. XXX. *ſpeculatores* dicuntur, qui Græcis ἡμεροδρόμοι, *ingens die uno curſu emetientes ſpatium.* Suidæ ἡμεροδρόμοι ſunt. οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσιν ταχύτατα διακονούμενοι. qui noſtri videntur eſſe frumentarii vel ἀγγελιαφόροι. ſpeculatores tamen, & frumentarii diverſi. mentio eſt in antiqua inſcriptione: *Schola ſpeculatorum legionum primæ & ſecundæ adjutricum piarum fidelium Severianarum, refectæ per eoſdem, quorum infra nomina ſcripta ſunt, dedicante F. Æliano legato Auguſti proprætore, curante Aurelio Pertinace frumentario.* aperte etiam Dio de Advento: ταῦτά τε οὖν αὐτοῦ πολλοὶ ᾐτιῶντο, καὶ ὅτι τὸν Ἀδουέντον, ἐν τοῖς διόπταις τε καὶ ἐρευνηταῖς μεμισθοφορηκότα καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τάξιν λελοιπότα ἔς τε τοὺς γραμματοφόρους τελέσαντα, καὶ πρόκοιτον ἀποδειχθέντα καὶ μετὰ τοῦτο εἰς ἐπιτροπεύσιν προαχθέντα, &c. διόπται καὶ ἐρευνηταί. ſunt ſpeculatores, in quibus primum militaverat Adventus. γραμματοφόροι autem frumentarii, in quibus poſtea militavit, per promotionem in eum ordinem tranſlatus. ex quibus liquet honeſtiore gradu militaſſe frumentarios, quam ſpeculatores. nam ex iſtis promovebantur illi, ut à minore ordine in majorem. Speculatores enim carnificiis officium peragebant, in reis capite damnatis decollandis. unde eos δημίους, id eſt carnifices vocat Dio. nam de Advento loquens, quem paulo ſuperius dixerat, inter ſpeculatores militaſſe, ſic repetit: οὐ καθ' ἐκεῖνον μόνον ὅτι ἐν τῷ μισθοφορικῷ στρατεύματι καὶ τὰ τῶν δημίων ἔργα καὶ προσκόπων καὶ ἑκατοντάρχων ἐπεποιήκει. δημίους & προσκόπους, id eſt ſpeculatores heic vocavit quos ſupra διόπτας καὶ ἐρευνητάς. itaque ſpeculatores erant carnifices. D. de bonis Damnatorum: *ita neque ſpeculatores ultro ſibi vindicent, neque optiones ea deſiderent quibus ſpoliatur quo momento quis punitus eſt.* per ſpeculatores, carnifices; per optiones, carceris præpoſitos vel commentarienſes intelligendum eſt. Græci ſpeculatorem, τὸν ἀποτέμνοντα, id eſt decollatorem, vertunt, & optionem ὑπομνηματογράφον: id eſt *commentarienſem.* Gloſſæ: *ſpeculator,* σπέκλης, καράσκοπος, δήμιος. plane juxta Dionem qui ſpeculatorem, δήμιον καὶ πρόσκοπον appellavit. & δήμιον quidem ad miniſterium eorum reſpiciens, πρόσκοπον ad nomen. eædem Gloſſæ: *ſpeculator,* καράσκοπος καὶ ἀποκεφαλίζων. quapropter eos falli certum eſt, qui ſpeculatores legunt, & à ſpiculis dictos autumant. Frumentarii vero perquirendis quidem reis & proſequendis deducendiſque operam navabant, non etiam ſupplicio afficiendis. ideo honeſtiores & gradus in militia majoris. ſed quamvis diverſi ordinis fuerint, ſpeculatores & frumentarii curioſique, frequenter tamen conjunguntur apud auctores ob affinitatem & ſimilitudinem miniſterii. ſic apud Dionem de ſpeculatoribus frumentarii fiunt, ἐκ τῶν σκοπῶν ἀγγελιαφόροι. in veteri inſcriptione ſchola ſpeculatorum reficitur curante

fru-

frumentario. Suetonius in Auguſto, ſpeculatorem & curioſum junctim nominat. Ariſtoteles in libro de mundo σκοποὺς, & ἀγγελιαφόρους, ſimul ponit cap. VI. κατ' ἔθνη ϛρατηγοὶ καὶ ϛρατιῶται δοῦλοι τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ καὶ ἀγγελιαφόροι καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες. De pterophoris quos cum ſpeculatoribus confundit vir magnus ad Suetònium, dicemus infra, & eoſdem fuiſſe docebimus cum ἀγγελιαφόροις, vel frumentariis. quos frumentarios, πυροφόρους Græcis ſcriptoribus appellari non temere credendum viris doctis, hanc præſertim ejus appellationis cauſam reddentibus, quod ex horreis publicis frumentum quod civibus præbebant certa menſura in domos portabant. inde πυροφόρους Græcis, Latinis vero frumentarios dictos. Primum nego Græcos ſcriptores eo ſenſu uſquam πυροφόρους dixiſſe, quo Latini frumentarios dixere. nec enim frumentarius recte πυροφόρος reddi poterat: ſi quidem frumentarius non is erat qui frumentum collo portaret, & ſaturam faceret, cujuſmodi erant quos ἀχθοφόρους Græci appellant. in qua ſignificatione ſi frumentarios Latini aliquando noviſſent, tunc πυροφόροι Græce optime verti poterant. ſed ſive ita dicti frumentarii quod frumenti publici proſecutionem curarent, ſive potius quod annonæ militaris exactioni præeſſent, neutri appellationi exprimendæ poteſt convenire nomen πυροφόρος. non ſane magis, quam ſi quis ἀχθοφόρον vellet dicere, non illum ipſum qui onus aliquod cervicibus portaret, ſed qui portandum illud curaret. ſic omnino & eadem plane ratione frumentarius, πυροφόρος dici poſſet. video quid in errorem impulerit viros eruditione præſtantes. Hieronymus in Abdiam ſcripſit, *quem πυροφόρον* LXX. *tranſtulerant, eum ſe frumentarium vertiſſe, juxta antiqui ſermonis eloquium: eos enim qui ſua ætate dicebantur veredarii vel agentes in rebus, apud veteres frumentarios fuiſſe nominatos.* Invitus dico, ſed tamen cogor dicere: D. Hieronymum mentem LXX. Interpretum non cepiſſe, nec πυροφόρος aut πυρφόρος quid eſſet intellexiſſe. ſic enim ibidem ſcribit: *ſunt qui non* πυροφόρον, *id eſt frumentarium*, ſed πυρφόρον, *hoc eſt, qui geſtare poſſit igniculum, à* LXX. *tranſlatum putent: acquieſcentes igitur variis interpretationibus dicemus juxta tropologiam non ſolum frumentarium eſſe tantum apud hæreticos, ſed & eum qui lucem Chriſti habere ſe ſimulat.* πυροφόρος non ἀπὸ τοῦ πυροῦ, hoc eſt, à frumento, ſed ἀπὸ τοῦ πυρὸς dictus eſt. & idem eſt quod πυρφόρος. ſic enim πυροβόλοι λίθοι dicuntur, qui & πυρῖται ἀπὸ τοῦ πυρός. rectius tamen ſcribitur & frequentius πυρφόρος, quam πυροφόρος. verba autem ſeptuaginta Interpretum hæc ſunt: καὶ καταφάγονται αὐτούς, καὶ οὐκ ἔσται πυροφόρος (vel πυρφόρος) τῷ οἴκῳ Ἡσαῦ. pro illis, καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος vel πυροφόρος τῷ οἴκῳ Ἡσαῦ, in Hebraico eſt ſecundum Aquilæ verſionem: *non erit reliquus in domo Eſau.* pro *reliquus*, vertit Theodotion, *reſiduus*. Symmachus: *effugiens.* quæ omnes interpretationes eodem recidunt. ſed nec minus Hebraicam veritatem ſequitur illa LXX. tranſlatio, quæ & elegantiſſima eſt. Græci de magna clade & internecione dicunt, οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη. cujus proverbii interpretationem ex Græcis παροιμιογράφοις potes petere, qui te doceant, quid ſit πυρφόρος. ſimile etiam huic proverbium eſt apud Græcos, οὐδ' ἄγγελος ἐλείφθη, cum tanta ſit occiſio, ut ne internuncius quidem cladis relinquatur. non longe à ſcopo ivit Hieronymus qui vertit *frumentarius*. nam *frumentarius*, eſt nuncius vel ἀγγελιαφόρος. ſed male πυροφόρον, putavit eſſe frumentarium, & ἀπὸ τοῦ πυροῦ deduxit, cum πυροφόρος & πυρφόρος idem ſit. πυροφόρον vel πυρφόρον, qui nuncium

rios occulta omnia exploraret: nec adverterent amici, ſciri ab imperatore ſuam vitam priuſquam ipſe hoc imperator oſtenderet. Unde non injucundum eſt [1] rem inſerere, ex quo conſtet eum de amicis multa didiciſſe. Nam quum ad quendam ſcripſiſſet uxor ſua, quòd [2] voluptatibus detentus & lavacris ad ſe redire nollet, atque hoc Adrianus per frumentarios cognoviſſet, petente illo commeatum, Adrianus ei lavacra & voluptates exprobravit. Cui ille, *Num & tibi uxor mea, quod & mihi, ſcripſit?* [3] Et hoc quidem vitioſiſſimum putant, atque huic adjungunt quæ de adultorum amore ac nuptarum adulteriis, quibus Adrianus laboraſſe dicitur, aſſerunt: jungentes quòd ne amicis quidem

cium vertat in illo proverb. οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη, ſenſum magis quam verba ſequatur. nam πυρφόρος, non eſt proprie nuncius. Grammatici ἐξηγοῦνται κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγκτῶν τοῖς πυρφόροις. inviolabiles igitur cum eſſent, & ipſis tanquam ſacris parceretur, de magna internecione dicebatur ne πυρφόρον quidem relictum eſſe. patiantur igitur ſe de ſua ſententia dimoveri qui hactenus crediderant πυρφόρους eſſe frumentarios.

CASAUBONUS.

1 *Rem inſerere ex quo conſ.*] Puteani codex, *reinſerere* putavit librarius non eſſe orationem Latinam. *quo* enim non *qua* omnes libri. ut ſuprà, *Maurorum gentes quos regebat.* Tertullianus, *Noſtra notatio, totum verſiforme eſt.*

2 *Voluptatibus detentus & lavacris.*] Nam & lavacra, θερμολουσίαι præſertim, inter voluptates cenſebantur, quarum abſtinentia in laude ponenda. Sic Suetonius in Auguſto lavandi raritatem commendat. Macrianus tyrannus cùm ad imperium vocaretur, hac quaſi legitima excuſatione eſt uſus, *Lavandum eſt mihi frequentius.* Severiores quoque duces lavacra militibus ademerunt ſæpe, ut de Scipione Æmiliano, Metello Numidico, aliiſque memoriæ proditum eſt. Alexander Severus apud Lampridium indignabundus ait, *Milites Romani, veſtri ſocii, mei contubernales, & commilitones, amant, potant, lavant.* De excaldationibus infra ad Caſſii vitam.

3 *Et hoc quidam vitioſiſſimum putant.*] Nihil mutare auſim: melior tamen fuerit ſententia ſi ita ſcribas: *Et hoc quidem vitioſiſſimum putarunt.* non enim quidam, ſed vulgò omnes in Hadriano hoc reprehenderunt. Fortean mutaverunt, quos offendebant τὸ *putaverunt*, ſine caſu; cùm ſit uſitatiſſimum. Videtur à Spartiano alluſum ad Dionis ſimillima verba, ᾐτιῶντο μὲν δὴ αὐτοῦ τό τε ἀκριβὲς καὶ τὸ περίεργον.

GRUTERUS.

1 *Rem inſerere, ex quo conſtet.*] Agnoſcit & hanc ſcripturam Pal. noſter.

3 *Et hoc quidem vitioſiſſimum putant.*] Sequutus ſum autographum Palatinum, in quo hæc lectio; placita alioquin etiam viris doctiſſimis. vulgati prius, *quidam.*

1 *Qui*

12 dem ſervaverit fidem. Compoſitis in Britannia rebus, tranſgreſſus in Galliam Alexandrina ſeditione turbatus, quæ nata eſt ob Apin: [1] qui quum repertus eſſet poſt multos annos, turbas inter populos creavit, [2] apud quem deberet locari [3] omnibus ſtudioſe certantibus. Per idem tempus in honorem Plotinæ [4] baſilicam

CASAUBONUS.

1 *Qui cùm repertus eſſet poſt multos annos.*] Neque enim Ægyptii præſentem ſemper hunc ſuum deum coluerunt: ſed per intervalla temporum exiſtebat ille nobilis taurus, certis notis inſignitus, quæ illum probarent deum. Herodotus, ἔφραζον Αἰγύπτιοι ὥς σφι θεὸς παρείη φανεὶς, διὰ χρόνου πολλοῦ εἰωθὼς ἐπιφαίνεσθαι. multa ibidem parens ille hiſtoriæ de exultatione Ægyptiorum Api invento. Diodorus auctor eſt, Ægyptios mortuo Api, (occidebatur ritu religionis, ſacro fonte immerſus, ut ſcribit Ammianus) in publico luctu tantiſper ſolitos verſari, donec novus deus eſſet inventus. Quam errant illi qui Spartiani verba de ſimulachro dei hujus, diu, ut ajunt, amiſſo, poſtea reperto, interpretantur?

2 *Apud quem deberet locari.*] Apud Memphitas fuit moris locari, ut Mnevim alterum bovem ſacrum Heliopoli. Statim inventum taurum Nicopolim deducebant ſacerdotes: ubi per dies quadraginta illum exhibebant etiam mulieribus ſpectandum. poſtea Memphim perductus, in Vulcani templo conſecrabatur, ut loquitur Suetonius. præter Diodorum lege Ammianum Marcellinum libro XXII. quæcunque aliis in urbibus religionis cauſſa alebantur, ſacra animalia, non deos putabant: Apim & Mnevim verè deos. auctor Strabo libro XVII.

3 *Omnibus ſtudioſe certantibus.*] Vocem Græcam voluit exprimere, πάντων φιλονεικούντων. Fuit autem familiare ventoſis illis & ridiculè ſtultis populis, pro conſecratis animalibus tumultuari, & interdum etiam armis decertare. Notæ ſuper hoc ſimiles invicem hiſtoriæ apud Diodorum Siculum & Juvenalem: qui bellum illud inter Tentyritas & Ombitas, vel oculis ſuis ſpectaverat, vel ab aliis acceperat qui fuerant αὐτόπται. Adhuc Athanaſii temporibus occupabat eos hæc tanta dementia: adhuc contraria oppidorum ſtudia, & ex eo rixæ ac cædes. Scribit enim in libro contra gentes: περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μυστηρίων. οὐδὲ λέγειν ἐστὶ, πᾶσιν ἐπ' ὀφθαλμῶν ὄντων. ὅτι ἐναντίας καὶ μαχομένας ἀλλήλαις ἔχουσι τὰς θρησκείας αἱ πόλεις, καὶ οἱ ἐκ γειτόνων σπουδάζουσιν ἀεὶ κατὰ τοῦ πλησίον τὰ ἐναντία σέβειν. & ſtatim. ὅθεν δὴ πόλεμοι καὶ στάσεις, καὶ πᾶσαι φθόνων προφάσεις, καὶ πάντα τῶν παθῶν ἡδονὴ παρ' αὐτοῖς ἐστι.

4 *Baſilicam apud Nemanſum opere mirabili extruxit.*] Dio templum nominat: ſi quidem de monumento Nemauſi poſito accipienda ejus verba. Dionem & Spartianum pene verbatim deſcripſit ille ſciolus, qui falſam quæ ad Aquas Sextias eſſe dicitur, inſcriptionem concinnavit. Cùm autem in antiquiſſima illa urbe plurima hodieque à Romanis olim mirabili planè opere extructa monumenta viſantur; nullum tamen baſilicæ hujus veſtigium viri docti quibus ille locus caruit nunquam, nunc etiam abundat, ſatis certò poterant nobis demonſtrare, cùm ab iis ſtudioſe quæreremus. Sed non aliena à probabilitate eorum ſententia, qui & ſtupendam illius amphitheatri molem, quod penè omni ex parte integrum

cam apud Nemauſum opere mirabili extruxit. [1] poſt hæc Hiſpanias petit, & Tarracone hiemavit, [2] ubi ſumptu ſuo ædem Auguſti reſtituit, omnibus Hiſpanis [3] Tarraconem in conventum vocatis: [4] delectumque

grum durat hodieque, & trigeminum illum pontem Gardo flumini impoſitum, non ſine magna admiratione & ſpectatum nobis & conſcenſum, aliaque talia ædificia magnifica, quæ etiam hodie quà Nemauſum, quà circumjacentem agrum nobilitant, Hadriani fuiſſe opera conjiciunt, ad memoriam Plotinæ commendandam extructa: aut Pii certè; quem genus Nemauſo traxiſſe Capitolinus affirmat.

1 *Poſt hæc Hiſpanias petit.*] Reg. *petiit.* E Galliis in Hiſpanias eſt profectus, ut hinc licet colligere, priuſquam Urbem repeteret. Extat nummus: HADRIANVS. AVG. COS. III. P.P. & in altera facie: RESTITVTORI. HISPANIÆ. S. C.

2 *Ubi ſumtu ſuo ædem Auguſti reſtituit.*] Inter primos qui Auguſto templa poſuerunt Tarraconenſes fuiſſe notum eſt: Tacitus Annali primo: *Templum ut in colonia Tarraconenſi strueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum: datumque in omnes provincias exemplum.* de eadem æde in Severi vita: *Tum ad Hiſpaniam miſſus, ſomniavit ſibi dici, ut templum Tarraconenſe Auguſti, quod jam labebatur, reſtitueret.* Sed & vivo Auguſto ara illi poſita à Tarraconenſibus: quos in ejus cultu parum fuiſſe diligentes, notum eſt ipſius Auguſti joco apud Quintilianum.

3 *Tarraconem in conventum vocatis.*] Regius ſemper, *Terraconam.* De Tarraconenſi conventu Plinius, & antiquæ inſcriptiones plures.

4 *Delectumque jaculariter detrectantibus Italicis.*] Julius Capitolinus in Marco, *Hiſpaniis exhauſtis, Italica allectione contra Trajani præcepta, verecundè conſuluit.* Ex horum locorum comparatione clare diſcimus, Hiſpanias temporibus illis exhauſtas fuiſſe ob frequentes dilectus: cùm numeri Hiſpanico milite ut plurimum explerentur. Itali enim conſilio cati principis Auguſti otio & pacis artibus dediti, parciùs militabant, ut ſcribit etiam Herodianus libro ſecundo. Inde eſt quod Hadriano dilectus in Hiſpania agente, Italici qui in Hiſpaniæ coloniis aut municipiis erant, ejus imperium detrectant. Inde etiam, quòd cogitur tandem Marcus, allectione civium Italicorum, exhauſtas & propè jam ſolas Hiſpaniæ urbes frequentare. *Italici* hoc loco ſunt Itali aut Italis orti, qui Hiſpanica oppida inhabitabant. nam etſi ſolum mutarant, tamen & primi qui eò venerant, & nati natorum de vetere patria dicebantur Italici. Prorſus non ſunt ferendi qui Italicos & Italicenſes putant diſcrimine nullo eoſdem fuiſſe nuncupatos. Proferant nobis vel unicum ex omnibus antiquis monumentis locum, ubi coloni *Italicæ* dicantur Italici. ſed nuſquam invenient: nunquam enim factum. nam de illis apud Victorem, *Italicæ originis*, antè dictum.

SALMASIUS.

4 *Delectumque jaculariter, ut verba ipſa ponit Marius, detrectantibus Italicis.*] Hæc verba, *jocular iter delectum detrectantibus Italicis*, putant eſſe Marii, quod Spartianus dicat, *ut verba ipſa ponit Marius*, ſed non eam mentem Spartiani eſſe cenſeo. vult quippe dicere, verba illa ipſa jocularia quibus delectum detractabant Italici, apud Marium eſſe poſita. quæ ſi quis requirat, ab eo petenda. Hæc dicit Spartianus. Cæterum verba ipſa non poſuit, quæ legebantur apud Marium.

que [1] jculariter, ut verba ipſa ponit Marius Maximus, [2] detrectantibus Italicis, [3] vehementiſſimè, cæte-

GRUTERUS.

4 *Delectumque jculariter detrectantibus.*] Pal. *retrectantibus*; qui & heic & alibi ſemper exprimit *dilectum*. Ceterum periodum hanc ita interpunxi, tanquam & Hiſpani αὐτόχθονες & Italici ſimul joculariter indicarint abhorrere ſe ab militiâ; ſeorſim tamen utriſque reſponderit Hadrianus: quam diſtinctionem ſententia ipſa poſtulare mihi videbatur. Lipſius noſter reſcribendum putabat, *populariter detractantibus*, Epiſtola XVIII. Centuriâ Miſcellaneâ.

CASAUBONUS.

1 *Joculariter detrectantibus.*] Qui palàm non audebant rebellare, per jocos ac facetias animum ſuum à militia abhorrentem indicabant. Ita ſperabant eludi poſſe Hadriani juſſa: cùm ſe liberis quærendis operam velle dare, aut neſcio quid ejuſmodi, seriò quidem, ſed quaſi joco dictitarent. Atque hoc dixit Spartianus *jocular iter detrectare dilectus*: quæ non eſt tamen ipſius, ſed Marii Maximi locutio, vel fortaſſe Hadriani à quo ſumpſit ille. nam ſubjicit Spartianus: *ut verba ipſa ponit Marius Maximus.* Fallitur vir eruditiſſimus, qui *populariter* ſcribi vult hoc loco, non *joculariter*.

3 *Vehementiſſime conſuluit.*] Ἐμβριθέσθαι. ut apud Julianum, μετ' ἐμβριθείας κολάζειν. Sed obſervemus locutionem: *Italicis vehementiſſime conſuluit.* pro, ſic conſuluit, ut principem experirentur vehementiſſimum & ſeveriſſimum. Hanc eſſe Spartiani mentem ex iis quæ modò dicebamus liquidò conſtat. Nec mirum principem natura ſua triſtem, & regnandi probè gnarum, jocis Italicorum offenſum, aſperiùs cum iis egiſſe.

SALMASIUS.

2 *Detrectantibus Italicis.*] Palatinus, *retractantibus.* *retractare* pro *detrectare* familiare apud iſtos auctores, & uſitatum verbum. infrà: *retractantem, & refutantem.* Sic *retractator* in vita Getæ. Aurelius Victor Schotti: *quæ quidem alii pia colunt relligioſaque, quippe Hadriano cupiente fatum producere, cum voluntarium ad vicem magi popoſciſſent, cunctis retractantibus Antinoum objeciſſe ſe referunt.* idem in vita Conſtantii: *interim Romæ vulgus, turmæque prætoriæ Maxentium, retractante diu patre Herculio, imperatorem confirmant.* Gloſſæ veteres: *retractas*, διαλογίζῃ, ἀναβάλλῃ, δεισιδαιμονεῖς, ἀναλογίζῃ. ubi ἀναβάλλῃ eſt cunctaris & tergiverſaris. quo ſenſu *retractare* heic poſitum eſt. eædem Gloſſæ: *retractat*, ἀγνίζει, περιειλεῖται. *retractat.* ὑποχωρεῖ. quæ omnia confirmant notionem verbi *retractare* pro detrectare. ita igitur heic auctoribus libris reſtituendum.

3 *Vehementiſſime conſuluit.*] Vehementiſſime conſuluiſſe Hadrianum detrectantibus Italicis, ceteris vero prudenter & caute, ſic accipitur à doctiſſimis viris, ut mitius tractaſſe detrectantes Hiſpanos αὐτόχθονας, quam Italicos Hadrianum intelligant. Verum quis ſic loquitur, *vehementer alicui conſulere*, pro aſpere & inclementer aliquem tractare: & *prudenter & caute conſulere*, pro leniter & humane cum aliquo agere? Male collocata hujus loci diſtinctio impoſuit præſtanti viro, nec ſatis unquam laudato, etiam ſi ſemper laudetur. ita igitur diſtingue: *omnibus Hiſpanis in conventum vocatis, delectumque jocular iter, ut verba ipſa ponit Marius Maximus, retractantibus Italicis, cæteris vehementiſſime, prudenter & caute conſuluit.* Nihil mutavimus in hac lectione niſi diſtinctionem. ſenſus eſt apertus. cum omnes Hiſpani in conventum vocati eſſent, & Italici joculariter & leviter dile-

[1] cæteris, prudenter & cautè conſuluit. Quo quidem tempore, non ſine gloria graviſſimum periculum adiit, [2] apud Tarraconem ſpatians [3] per viridaria, ſervo in ſe hoſpitis cum gladio furioſiùs irruente: quem retentum ille miniſtris accurrentibus tradidit: & [4] ubi furioſum eſſe conſtitit, medicis curandum dedit, [5] in nullo omnino commotus. Per ea tempora & aliàs frequenter in plurimis locis in quibus barbari [6] non fluminibus ſed limitibus dividuntur, ſtipitibus magnis

dilectum detrectarent, cæteri vero Hiſpani ſerio & vehementer, Hadrianus *prudenter & caute conſuluit*, id eſt conſulte & prudenter egit, cautum & prudens conſilium cœpit, cum magna prudentia judicioque ſtatuit quid in illa re ſibi agendum eſſet.

3 *Per hoſpitiva viridaria.*] Vocem *hoſpitiva* hinc ejecimus, jubente pro ſua auctoritate Palatino codice unde huc irrepſerit, divinare non poſſum, niſi ſi forte ex editione Mediolanenſi, quæ illam quidem agnoſcit, ſed non hoc loco poſitam. ſic enim habet illa: *apud Tarraconem ſpatians per viridaria ſervo in ſe hoſpitiva cum gladio furioſius irruente:* quid erat facilius illis qui editionem eam ſequuti ſunt, quam *hoſpitiva* in hoſpitis mutare, & editionem, quam curabant, hac parte meliorem dare? ſed illi è contrario κακὸν κακῷ ἰώμενοι, illud *hoſpitiva* retinuerunt, & cum *viridaria* junxerunt, *hoſpitis* deinde in ejus locum repoſuerunt. quod omnes poſtea editiones ſunt ſequutæ. vera lectio, quam reſtituimus: *apud Tarraconem ſpatians per viridaria, ſervo hoſpitis cum gladio furioſius in ſe irruente.*

GRUTERUS.

2 *Apud Tarraconem ſpatians per hoſpitiva viridaria, ſervo in ſe hoſpitis cum gladio furioſius irruente, &c.*] Vox *hoſpitiva* in neutro conſpicitur Palatino; habetque uterque *viridaria*. forſan rectè.

4 *Ubi furioſum conſtitit medicis curandum dedit.*] Rectè. ſatis enim punitur cui talis morbus. Sed & legimus in Suetonii Auguſto cap. 67. *Diomedem diſpenſatorem, à quo ſimul ambulante, incurrente repentè fero apro, per metum objectus eſt, maluit timiditatis arguere, quàm noxæ: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit.*

CASAUBONUS.

1 *Cæteris prudenter & cautè.*] *Cæteri* iſti ſunt Hiſpani αὐτόχθονες, qui dilectum detrectarant non minùs quàm Italici: ſed modeſtè, non ut illi jlocaliter.

5 *In nullo omnino commotus.*] Eſt ἀρχαϊσμὸς, *in nullo*, pro nihil.

6 *Non fluminibus ſed limitibus diſtinguuntur.*] Quid appellat *limites*? nam & flumina pro limitibus. Romanum imperium alibi limitibus à natura poſitis claudebatur: alibi arte conſtructis. prioris generis ſunt, mare, hoc eſt Oceanus: (nam Mediterraneum paucis exceptis circa Pontum & Mæotin, orbis Romanus capiebat totum) flumina magna, ut Danubius & Euphrates, vel aliquando Rhenus & Tigris. item montes, ut in Aſia Taurus quibuſdam locis, alibi alii. addit Herodianus terras deſertas & ſolas, quæ locis aliquot imperium terminarent. Ejus verba ſunt libro II. de Auguſto: ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ τάφρων ἢ ὀρῶν περιβαλὼν ἐρύμασιν,

magnis [1] in modum muralis ſepis [2] funditus jactis atque

ἐρήμῳ τι γῇ καὶ δυσβάτῳ, ἔφραξε τὴν ἀρχήν. Poſterioris generis ſunt foſſæ, caſtra, arces, concædes, ſtipites, muri. Atque iſta χαρακώματα ſunt, quæ ſpecialiter appellat hic Spartianus *limites*. Foſſarum meminit Herodianus in ſuperioribus verbis: item Arcium, & Caſtrorum paullò prius: φρούρια καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς περιεβάλλετο Auguſtus, ἀντὶ τείχους. Tacitus, *& quicquid caſtrorum Armeniis prætenditur*. Aurelius Victor de Trajano, *Caſtra ſuſpectioribus & opportunis locis exſtructa*. Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. *Valentinianus Rhenum omnem à Rhetiarum exordio adusque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, caſtra extollens altius & caſtella turreſque adſiduas per habiles locos & opportunos, quà Galliarum extenditur longitudo.* Hujuſmodi caſtra inſtar habuerunt urbium: imò verò vel à principio, vel temporis tractu urbes fuerant: neque alia origo tot burgorum per Germaniam, Græciam, aliaſque finitimas provincias. Menander rhetor in methodo laudandarum urbium: Laudabis, inquit, ἀπὸ τῆς ἀνασκευῆς, ὡς κατὰ τὰς πόλεις, τὰς κατὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ Ῥωμαίων κατοικισθείσας, τὰς καλουμένας ΚΑΡΠΙΑΣ, ὡς μὴ διαβαίνοντες οἱ βάρβαροι κακουργοῖεν. Scribendum Κάστρα vel Κάστρια nam urbes intelligit de quibus diximus. frequens vox in recentioribus Græcorum ſcriptis. Ariſtides πόλεις ἐφορείας, oppida pro ſpeculis condita: vel ἐφορείας, limitaneas appellat, panegyrico libro in Romam. ἐνταῦθα τείχη τε περιεβάλλεσθε, καὶ πόλεις ἐφορείας (vel ἐφορίας) ἱδρύσασθε. Has arces & limitaneas urbes neglectu priorum principum collapſas, in integrum Diocletianus reſtituit. Ita molliendum quod Zoſimus ſcribit: Diocletiani providentia eſſe factum, ut omnes undique Romani imperii ἐσχατιαὶ πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις cingerentur: neque enim profectò primus incepti auctor Diocletianus: aut latè erravit Zoſimus, ſi hoc putavit. Concædium mentio apud Tacitum primo Annali. Muris Barbaros ſummovere, Hadrianus, niſi fallor, primus inſtituit: nam vocem τείχη in ſuperiore Ariſtidis loco de caſtris interpreter, ut ſæpiſſimè apud Dionem, non de muris: niſi malumus alluſum eſſe ab Ariſtide ad hunc ipſum Hadriani murum Britannicum, de quo paulò ante Spartianus: Dio nominat in Commodo, τὸ τεῖχος τὸ διορίζον τοὺς Βρεττανοὺς καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα. De ſtipitibus ſubjicit Spartianus: *ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus jactis atque connexis Barbaros ſeparavit.* hoc munimen non multùm ab eo differt quod fit concædibus. vide infra ad Severum. Caute accipiendum quod ſcribit Syneſius in oratione ad Arcadium Aug. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοί γε, loquitur de vet. Impp. οὐκ ἀποτειχίζοντες τὴν οἰκείαν εἶργον, οὔτε τοὺς Ἀσιανοὺς, οὔτε τοὺς Εὐρωπαίους βαρβάρους. ἀλλ᾽ οἷς ἐπόλουν ἐκείνους ἐνεθέλουν τὴν σφετέραν ἀποτειχίζειν, θαμὰ διαβαίνοντες τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν Παρθυαῖον· τὸν δ᾽ Ἴστρον ἐπὶ τὸν Γέτην τε καὶ Μασσαγέτην. negat imperatores antiquos ſeparaviſſe Barbaros aut ſtipitibus aut muris: ſed cùm limites Romani imperii ſæpe tranſcenderent contra Barbaros cùm Aſianos tum Europæos, neceſſariò illos, fines ſuos adverſus Romanos, his ſeptis muniviſſe.

GRUTERUS.

1 *In modum muralis ſepis.*] Sic & Pal. ut & mox, *funditus jactis atque connexis*.

CASAUBONUS.

1 *In modum muralis ſepis.*] Quid ſi ſcribamus, *in modum naturalis ſepis*? Inter ſpecies varias ſepimentorum, quæ

que connexis, barbaros ſeparavit: Germanis regem conſtituit: motus Maurorum compreſſit, & [1] à ſenatu ſup-

quas deſcribunt accuratè rei ruſticæ ſcriptores, una eſt quæ vocatur *naturalis ſepes.* ſed neque editam lectionem damnare auſim: ut ſit ſepes muralis, quæ facta eſt, ut præſtet uſum muri. Fuit & ſepis genus, quod dicebant *ſepimentum militare*, de quo Varro. & fortaſſe Spartianus ſcripſerat *militaris ſ.*

SALMASIUS.

1 *In modum muralis ſepis.*] Non optima eſt conjectura præſtantiſſimi viri, qui *naturalis* pro *muralis* legendum conjicit: aut certe ſi nihil mutetur, ſepem muralem accipit pro ea quæ præſtet vicem muri. nec ita mutandum, ut ille cenſet, nec ita etiam accipiendum. *muralis ſepes*, eſt murus. nam ſepes pro quovis ambitu ædificii ponitur, unde & *ſepire*, pro, muro lapideo circumdare. apud Vopiſcum, *ſeptiones urbis*, pro muris: Ciceroni in illa pro Sextio, *urbes mœnibus ſepire.* ſepire & obſepire, aliquid inædificare. in lege Manilia: *neve eos arato, neve eas foſſas obturato, neve quid ſepito quo minus ſuo itinere aqua ire fluere poßit.* in ſenatuſconſulto apud Frontinum de aquæ ductibus: *ne quis eo loco poſt hanc legem rogatam quid opponit, molit, obſepit, figit, ſtatuit, ponit.* Feſtus: *inſeptum non ſeptum. ponitur tamen pro inædificatum.* ita legendum apud Feſtum: male vulgo, *pro non inædificatum.* nam *inſeptus* etiam pro *ſeptus* ponitur. ut *injunctus* pro *junctus* in jure, & *inſciens* pro *ſciens.* Seneca de beneficiis lib. IV. cap. XIX. *hunc igitur inſeptum ingenti quodam & inexplicabili muro, diviſumque à conſpectu mortalium.* ſepes ex Græco eſt σηκὸς, ſepis: ut λύκος, lupus. quod in noſtro etymologico pluribus adſtruemus. σηκὸν Græci omnem περίβολον vocant, ſive ex lapidibus ſive ex ſtipitibus, vel tabulatis conſtructus ſit. hinc σηκὸν, μάνδραν vocant. ſic Latini ſepem pro ſtabulo. Valerius Flaccus lib. VI.

——— *non paſcua, non ſeps*
Heic tibi, nocturnis mitte hac ſimulacra rapinis.

ita reſtituimus ex veteri codice. nam vulgo legitur, *non paſcua, nec vos. ſeps* Valerio, eſt *ſepes.* de eodem ſupra dixerat:

Fraude nova ſtabula, & furtis adſuetus inultis
Depopulare greges....

ſeptum quoque pro ſtabulo Virgilio, ut notum eſt ex illo verſu,

Quamvis multa meis exiret victima ſeptis.

Latini infimæ ætatis *ſudem* dixerunt pro ſepe. ſuda enim, & ſudis idem quod ſudatum, quod ſudibus ſcilicet concluſum eſt. unde ſudatum in caſtris pro vallo apud Vegetium, & alios. capſum etiam id appellarunt. *incluſa capſo animalia* apud Velleium. ſed locus in editis corruptus. capſum vel capſus eſt, χοιρόκομεῖον. Heſychius, κάψοι, τοῖχοι. ſed de his alias pluribus. nam hæc tantum in tranſitu. ſepes igitur, eſt περίβολος, & *ſepes muralis* περιφερειακὸς pro muro. Ammianus, *ambitum muralem* pro eodem dixit lib. XXV. *ſequuto inde die pro captu locorum aperta in valle caſtra ponuntur velut murali ambitu circum clauſa præter unum exitum, eumque patentem undique in modum mucronum praacutis ſudibus. ambitus muralis,* ut heic apud Spartianum *ſepes muralis,* eſt murus.

CASAUBONUS.

2 *Funditus jactis atque connexis.*] Regius, *jecit atque connexuit.*

1 *A ſenatu ſupplicationes emeruit.*] Gloſſæ, *Supplicatio*, λιτανεία. rem dicunt: ſed morem inluſtrant hiſtorici Græci, qui hujuſmodi honorem hac periphraſi exprimunt: ἀνύσκληθος ἐψηφίσατο θύειν τοῖς θεοῖς,

 καὶ χα-

tu ſupplicationes emeruit. [1] Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantùm fuit, [2] idque Adriani
13 colloquio repreſſum eſt. [3] Poſt hoc per Aſiam & inſulas ad Achaiam navigavit, [4] & [5] Eleuſinia ſacra exemplo

καὶ χολάζειν ἱεροπίζοντας. interdum ſupplicationem vertunt θυσίαν καὶ ἱερομηνίαν.

1 *Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantum fuit.*] Reg. B. *Parthicum* pro *motu* quidam *metu.* perperam. M. Tullius ad Q. fratrem, lib. III. *Magna res in motu eſt: propterea quòd aut hominum aut legum interitus oſtenditur.*

2 *Idque Hadriani colloquio repreſſum eſt.*] Ubi autem & quicum habito? nam cum Partho non poteſt: neque hoc ſcripſit ullus veterum. & aut omnem hiſtoriæ ſeriem mirificè perturbavit Spartianus: aut hæc geſta cùm adhuc verſaretur Hadrianus in Hiſpania: aut non multò antè ex ea eſſet profectus. Sic ad Auguſtum res Hiſpaniarum componentem, Indorum legati venerunt.

3 *Poſt hoc per Aſiam & inſulas ad Achaiam navig.*] Videtur Hadrianus ex Hiſpania in Africam trajeciſſe: inde Ægyptum petiiſſe & Syriam, reliquamque Aſiam. Suadet itineris ordo, quo veniſſe dicitur in Achaiam: nam ſi Romam ex Hiſpaniis reverſus, inde Græciam adiit, quomodo illud erit verum? *per Aſiam & inſulas.* contrà tamen Dio Caſſius: διὰ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ταῦτα εἰς Αἴγυπτον παριών· veniſſe in Ægyptum ex Aſia: non ut dicebamus ex Ægypto in Aſiam. Adde quòd hic illius in Græciam adventus in quintum ſextumve ejus imperii annum incidit: cùm decimo pòſt anno vel etiam undecimo Ægyptum adierit, imperii XVI. aut decimo ſeptimo: ut indicat non obſcurè epiſtola quam de Ægypto & Ægyptiis ad Servianum cos. paullò mox ſcripſit.

GRUTERUS.

1 *Bellum Parthorum per idem tempus in motu tantum fuit.*] Ita uterque Pal. niſi quod Excerpta, *tamen.*

SALMASIUS.

3 *Poſt hoc per Aſiam & inſulas.*] Palatinus, *poſt hæc.*

CASAUBONUS.

4 *Et Eleuſinia ſacra exemplo Herculis Philippique ſuſcepit.*] *Suſcipere ſacra*, ut Græci παραλαμβάνειν τὰ μυστήρια, pro μυεῖσθαι. Dio ſic, ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια, ab eo quod erat poſtremum, univerſum ſacrorum illorum apparatum deſignans. Olim Reſp. Athenienſium magni beneficii loco præſtantibus viris, aut de ſe bene meritis jus detulit participandi iſtis ſacris. De Hercule multi hoc narrant. In pſephiſmate quod factum eſt Athenis de honoribus Hippocratis: δεδόχθαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα δημοσίᾳ, καθάπερ Ἡρακλέα τὸν Διός. obſervat Soranus ſecundum ab Hercule Hippocratem eo honore fuiſſe affectum. Ariſtides in Panathenaico Herculi adjungit Caſtoras: quibus dum adhuc terras colunt, πρώτους ξένων ἡ πόλις ἐδείκνυσι τὰ ἱερά. in Eleuſinia idem, μυηθῆναι δὲ ξένων πρώτους Ἡρακλέα, καὶ Διοσκούρους, ἀγῶνά τε γυμνικὸν θεῖναι πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς. In illa verò πρεσβευτικῷ oratione quæ extat ſub nomine Theſſali Hippocratis F. ait ille de ſe & ſuo patre, Athenienſes utrumque μυῆσαι τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης μυστήρια καὶ ὄργια. Poſtea delatus hic honos multis ab Athenienſibus: & quidem interdum per turpiſſimam adulationem,

nem, ut narratur ab Athenæo. de Auguſto teſtis Suetonius, de Marco Antonino Capitolinus. de T. Pomponio Attico M. Tullius. mitto cæteros. de Hadriano verò Aurelius Victor ſcribit, illum Romæ Græcorum more cæremonias curare occœpiſſe: *adeò quidem, ut initia Cereris Liberaque quæ Eleuſina dicitur, Athenienſium modo Roma percoleret.* ſcribi malim, & verius eſt, *quæ Eleuſinia dicuntur.* ſcio Cererem & Liberam dictas eſſe Eleuſinias deas: ſed non ea mens Victoris. Mirum verò quod ait, & non ſcio an credendum, Eleuſinia ſacra Romam eſſe tranſlata ab Hadriano. & quis præter Victorem hoc dixit? non certe Dio, quem taciturum fuiſſe rem tantam vix putem, ac ne vix quidem. Fruſtra hoc multò antè Claudius tentaverat: de quo Suet. *Sacra Eleuſinia etiam transferre ex Attica Romam conatus eſt.* Si quid hujuſmodi factum eſt, nec penitus fallit nos Victor, imitatus fuerit Romæ Hadrianus ſacra illa, non ex Attica Romam tranſtulerit: quod videtur Claudius cogitaſſe.

SALMASIUS.

5 *Eleuſinia ſacra exemplo Herculis Philippique ſuſcepit.*] Sacra ſuſcipere eſt μυεῖσθαι· ſic apud Ciceronem in Vatinium: *ut cum inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare ſoleas.* ſic Græci λαμβάνειν & παραλαμβάνειν τὰ ἱερά, καὶ τὰ μυστήρια. Porphyrio περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων: παραλαμβάνειν τὰ μιθριακά. In veteri inſcriptione: *Percepto criobolio, tauroboliogue.* item in alia: *accepto taurobolio.* Spartianus in Heliogabalo: *matris etiam deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut typum eriperet.* *ſumere ſacrum* dixit Tibullus:

Hoc ſolemne ſacrum, multos hoc ſumet in annos.

ita enim libri veteres illo loci legunt. cum vulgo legeretur, *celebretur,* & *hoc ſumet,* in veteribus libris reperiſſet vir doctus, maluit tamen *conſummet.* & ita excudendum curavit. quem non ſequor. *hoc ſolemne ſacrum, hoc ſumet multos in annos,* repetitio, quam videtur affectaſſe Tibullus. ſic enim alibi:

Hoc tibi conjugium promittit Delius ipſe
Felix hoc. alium deſine velle virum.

Sic diſtinguendum in illis verſibus cenſeo. *ſumere* igitur *ſacrum* Tibullo eſt accipere vel ſuſcipere. nam qui ſacris initiabantur, ea accipere dicebantur, & inviſere. qui vero initiabant, ut Pontifices & Sacerdotes, ea tradere & oſtendere. Græcis δεικνύειν τὰ ἱερά, de his qui ſacra tradunt & initiant. ἐποπτεύειν, de illis qui initiantur, & quibus ſacra traduntur. in veteri inſcriptione: *tradiderunt Eliaca: tradiderunt Leontica:* AVRELIVS. VICTOR. AVGENTIVS. V. C. P. P. FILIO. SVO. ÆMILIANO. CORFONI. OLYMPIO. C. P. ANNO. TRICESIMO. CONSECRATIONIS. SVÆ. TRADIDIT. CORACICA. in eadem inſcriptione, OSTENDERVNT. CRYPHIOS. Seneca natural. quæſt. lib. VII. cap. XXXII. *non ſimel quædam ſacra traduntur, Eleuſina ſervat, quod oſtendat reviſentibus.* iſtæ autem ἐποπτεῖαι & oſtenſiones in ſacris præcipue locum habebant quæ κρύφια Græci vocant. qualia erant Eleuſinia, Samothracia, Mithriaca, Cotyttia, & alia id genus. *Sacra crypta* vocavit Petronius: *Ego ſum ancilla Quartilla, cujus vos ſacra ivante crypta turbaſtis:* hodie legitur, *ſacrum ante cryptam,* quod nihil eſt. *inante,* ut apud Propertium pro *ante.* ſed & *ante* poteſt retineri. *ſacra crypta, ſecreta* paulo poſt vocat; & *nocturnas relligiones.: petoque & oro ne nocturnas religiones jocum riſumque faciatis, neve traducere velitis tot annorum ſecreta, quæ mille vix homines norunt.* & paulo ſupra de iiſdem ſacris: *ne ſcilicet juvenali impulſi licentia quod in ſacello Priapi vidiſtis, vulgetis, deorumque conſilia proferatis in populum.* Hæc omnia conjecturam noſtram de ſacris cryptis ſtabiliunt. ſcripſerat fortaſſe Petronius, *cryphia,* dein-

oogle

de factum *crypia*, & *crypta*. ſic *oſtenderunt cryphios* in illa antiqua inſcriptione cujus ſupra memini. ſed *crypta* etiam rectum eſt. Latini *operta ſacra* dixerunt. Valer. de Samothraciis ſacris:

Hactenus in populos vates Samothraca, deumque
Myſta vale, ſacriſque metum ſervemus opertis.

quos verſus inſigniter in editionibus corruptos, felici conjectura ſic reſtituimus ex veteris codicis veſtigiis, & Apollonio Rhodio, cujus locum pæne ad litteram expreſſit Valerius: ita enim Græcus poëta lib. I. Argonaut.

Τῶν μὲν ἔτ' οὐ προτέρω μυθήσομαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Νῆσος ὅμως κεχάροιτο, καὶ οἳ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.

Pro Diis, quos valere jubet Apollonius, ſacerdotem & myſtam deorum illorum alloquitur Valerius, cujus præcedente verſu mentionem fecerat:

— *terris adytiſque ſacerdos*
Excipit, hoſpitibus reſerans ſecreta ſacerdos.

ubi *ſecreta* poſuit, ut Petronius, pro orgiis & occultis ſacris, quæ & *operta ſacra* dixit: *occulta* Tibullus,

.... *& occultis conſcia ciſta ſacris*

Quod ad hunc autem locum attinet, ubi Hadrianus dicitur ſacra Eleuſinia ſuſcepiſſe, D. Hieronymus in Chronico Euſebii hoc ſic rettulit: *Hadrianus ſacris Eleuſinæ initiatus multa Athenienſibus dona largitur.* Spartianus quoque heic refert multa Hadrianum in Athenienſes contuliſſe eo tempore, quo ſacris initiatus eſt. ut hinc forte hauſerit Hieronymus. nam in Græcis Euſebii, quæ vulgavit Scaliger, nulla largitionis mentio. idem Hieronymus ſive Euſebius, ſexennio poſt hoc tempus Hadrianum *ſacra Eleuſinia* inviſiſſe Athenis. verba Hieronymi ſic legenda ſunt: *Hadrianus Athenis hyemem exigens Eleuſina inviſit.* hodie etiam in editione Scaligeri, *Eleuſinam inviſit.* non credibile eſt Hieronymum neſciviſſe diſtinguere inter τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τὰ Ἐλευσίνια. Eleuſina inviſit, eſt, τὰ Ἐλευσίνια ἐπόπτευσεν. ſic quoque apud eumdem reſtituendum in catalogo ſcriptorum. *Eleuſina inviſens.* τὰ Ἐλευσίνια ἐποπτεύων. Græci τὰ Ἐλευσίνια dicunt, & τὴν Ἐλευσινίαν Δήμητρα, nam Ἐλευσίνιος ἐθνικόν. Latini *Eleuſinum* etiam dixere pro *Eleuſinium.* hinc *Eleuſina Ceres* Virgilio.

— *Eleuſinæ Cereris volventia plauſtra.*

ſic & *Eleuſina ſacra* pro Eleuſinia. apud Hieronymum igitur, *Eleuſina inviſere*, τὰ Ἐλευσίνια ἐποπτεύειν. Ἐλευσίνη etiam Δημήτηρ Antimacho:

— Δήμητρος Ἐλευσίνης ἱερὴ ὄψ.

ita enim ſcribendum, non ἐλευσινίης. Aurelius Victor Schotti: *atque initia Cereris Liberæque quæ Eleuſina dicuntur, Athenienſium modo Roma percoleret.* cum verò diverſis temporibus apud auctores illam initiationem Hadriani poſitam reperiſſet Euſebius, exiſtimavit Hadrianum primum quidem initiatum ſacris illis, poſtea ſexennio interjecto, eadem inviſiſſe. nam quinquennii ſpatium vulgo intererat, inter μύησιν, & ἐπόπτευσιν. ſed fere eſt ut mihi perſuadeam Hadrianum μυστικοὺς illos νόμους minime obſervaſſe, ſed ſimul & ſemel μυηθῆναί τε καὶ ἐποπτεῦσαι, quod & Demetrio ab Athenienſibus privilegio quodam conceſſum, narrant Græci. Marcus quoque Antoninus, & initia Cereris adiit, & eodem tempore ſacrarium intimum ingreſſus eſt. hoc eſt ἅμα ἐμυήθη καὶ ἐπόπτευσεν. vide Spartianum in ejus vita, & nos ad eum locum. Huc accedit, quod nec Dio, nec Spartianus quidquam de iterata ac reperita Hadriani initiatione ſcripſerunt. qui tamen videntur variaſſe in notatione temporum τῆς μυήσεως. bis Athenis omnino fuit Hadrianus, poſtquam factus eſt imperator. primo quidem, cum ex oriente rediret, ubi per colloquium Parthorum bellum quod in motu erat, compreſſit. nam in reditu ſuo

per

per Aſiam & inſulas in Achaiam navigavit, & Athenas vidit, ibique ſacra Cereris accepit ſecundum Spartianum. poſt in Siciliam navigavit, inde Romam venit, deinde in Africam tranſiit, ex Africa Romam rediit, ſtatimque in orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera quæ apud Athenienſes inchoaverat, dedicavit, quo tempore ſacris eum initiatum quidam auctores ſcripſerunt, in quibus fortaſſe Dio, quod hæc ejus verba videntur oſtendere: *ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια. διὰ δὲ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ταῦτα εἰς Αἴγυπτον παριὼν καὶ ἐνήγισε τῷ Πομπηΐῳ.* nam cum bis profectionem in Aſiam & Orientem ſuſcepiſſe narretur hic imperator, & Athenas in tranſitu adiiſſe, prima & ſecunda profectione: in prima myſteria eum percepiſſe auctor Spartianus, in ſecunda Dio, ex eo quod acceptis ſacris in Ægyptum eum profectum ſcribit per Judæam. conſtare enim poteſt ex Spartiano prima illa ſua in Orientem ἀναβάσει, Ægyptum non vidiſſe Hadrianum, ſed hac ſecunda. ſed nihil fortaſſe ſtatui certi poteſt ex Dione cujus hiſtoria illa parte in compendium redacta eſt, & miſere truncata. alios tamen auctores ita ſenſiſſe certo affirmare poſſe videor ex Euſebio vel Hieronymo, qui cum diverſe notatum ab auctoribus tempus *μυήσεως* Hadriani inveniſſet, id ita accepit, quaſi primo quidem tempore quo Athenis fuit, initia tantum ſuſcepiſſet, *καὶ τὰ μυστικά*: deinde verò cum ſexto anno poſt Athenas reviſeret, *τὰ ἐποπτικὰ* ſumpſiſſe. ſic igitur auctorum dividiam conciliare voluit. Pro hac ſententia nonnihil facere videtur; quod Spartianus, qui in primam profectionem Hadriani, tempus *μυήσεως* conjicit, *ſacra initia eum ſuſcepiſſe* dicat: Dio vero qui in ſecundam, *τῆς ἐποπτεύσεως* meminerit. *ſuſcipere* autem *initia*, ut Græcis *παραλαμβάνειν μυστήρια*, de prima tantum initiatione dicebatur, non de ſecunda quam *ἐποπτείαν* vocabant. & ita diſtinguit vetus interpres Ariſtophanis in Ranis comœdia: *οἱ δὲ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ, τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια καὶ ἐποπτεύουσι.* Sed hoc nihil plane eſt, nam hæc indifferenter plerumque uſurpant auctores, & *ἐπόπτευσιν* cum *μυήσει* loquendo confundunt. Tertullianus adverſus Valentinianos, epoptas vocat, qui *μύσται* tantum erant: *diutius initiant, quam conſignant. cum epoptas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent.* mox: *ceterum tota in adytis divinitas. poſt tot ſuſpiria epoptarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis revelatur.* epoptas dixit, *τοὺς μύστας*, hoc eſt *τοὺς μεμυημένους*. Seneca loco à nobis ſuperius citato: *Eleuſinia ſervat quod oſtendat reviſentibus.* reviſentes vocat, *τοὺς δευτέρῳ ἐποπτεύοντας*. quaſi prima & ſecunda *ἐποπτεία* diceretur. ſic Latini ſcriptores paſſim *viſere* & *inviſere myſteria* dicunt, pro ſimpliciter *μυεῖσθαι*. Verius eſt igitur Hadrianum ſemel ſacris illis initiatum, & quicquid habent ea ſacra ſecreti arcanique ſimul percepiſſe, ut & M. Antoninum, alioſque principes, qui ſibi hunc honorem deferri voluere, quos ſatis conſtat non diverſis vicibus initia ſuſcepiſſe, & in ſacrarium intimum admiſſos eſſe, ſed uni eodemque tempore utriuſque participaſſe, *τοῖς μυστικοῖς καὶ τοῖς ἐποπτικοῖς*. ut ne addam quam veriſimile ſit Hadrianum omnium hominum principem curioſiſſimum, æquo animo tuliſſe, in interius ſanctuarii ſecretum ſe non ſtatim admitti, ſed in ſexennium remitti, & curioſitatem ſuam tot annorum intervallo ſuſpendi. non ſoli Demetrio hoc indulſerunt Athenienſes *τὸ ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι*: nam & alii quam plurimi hoc idem uſurparunt. ſed illud in ejus gratiam, vel ad ejus imperium

potius, circa hæc ſacra innovatum eſt, ut non ſtatutis temporibus celebrarentur, & ei traderentur. Venit Athenas Demetrius menſe Munychione, parva myſteria quæ πρὸς ἄγραν dicebantur, vel ἐν ἄγραις Antheſterione menſe celebrari mos erat. ut Munychion igitur menſis Antheſterion diceretur, decreto ſanxerunt Athenienſes. rurſus ut eodem tempore ſuſcipere poſſet magna myſteria, & in iis ἐποπτεύσαι. quia menſe Boedromione agebantur, Munychion qui Antheſterion jam factus erat, de Antheſterione etiam decreto factus eſt Boedromion: atque ita ille ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν Plutarc. in Demetrio. hæc paulo fuſius expoſui, ut errorem caſtigarem magnorum virorum, quibus perſuaſum quadriennium ſolidum inter duas ἐποπτείας interfuiſſe, & μεγάλα μυστήρια tantum fuiſſe ἐποπτικά. parva vero quæ dicebantur μικρὰ μυστήρια, vel πρὸς ἄγραις, ut apud Plutarchum, μυστικά. longe aliter ſe habet. ſciendum enim eſt parva, & magna myſteria intra eundem annum celebrari ſolita, & utraque quotannis: parva Antheſterione menſe, magna Boedromione. qui parva illa initia acceperat, non fiebat epopta in magnis, ſed illis tantum initiabatur, deinde anno poſt ἐπώπτευεν, in iiſdem ſcilicet μυστηρίοις. ſic magna illa μυστήρια erant tam μυστικὰ quam ἐποπτικά. nam neceſſe erat iis primum initari, deinde interjecto anno, ut minimum, in ſacrarium admitti, καὶ ἐποπτεύειν licebat. parvis autem initiis præparabantur tantum mentes, & præpurgabantur ad acceptionem majorum, ut loquitur Arnobius. Scholiaſtes Græcus Ariſtophanis: μυστήρια δὲ δύο τελεῖται τοῦ ἐνιαυτοῦ Δήμητρι καὶ Κόρῃ, τὰ μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα. καὶ ἔστι τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. magnis igitur myſteriis, & initiabantur, & intra ſacrorum ſecretum admittebantur anno poſtquam initiati eſſent. Plutarchus: ἐποπτεύειν δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλείποντας. dicit, anno interjecto à majoribus myſteriis τοὐλάχιστον. non enim minore ſpatio poterant. cum minime liceret uno eodemque tempore majora illa initia ſuſcipere, & in iiſdem, ἐποπτεύσαι. qui hoc anno eis initiatus eſſet, in annum ſequentem ἐποπτεύειν differre cogeretur. nam ſtato tempore quotannis celebrabantur. fieri ergo non poterat ut brevius quam unius anni ſolidi intervallum inter duas μυήσεις intereſſet, hoc eſt inter μύησιν & ἐποπτεύειν. idipſum eſt quod ait Plutarchus, τοὐλάχιστον ἐνιαυτὸν διαλείποντας, nam multorum expectatio longioribus lineis ſuſpendebatur. & plerique totum quinquennium inſtituebantur epoptæ, priuſquam in ſanctioris & ſecretioris divinitatis adyta intromitterentur, ſi Tertulliano credimus. immo ſi viris doctis, qui Tertullianum hoc dicere tam falſo ſibi perſuadere potuerunt, quam fruſtra nobis voluerunt. alia enim Tertulliani mens. locum integrum producemus, ut diſcutiamus: *idcirco & aditu prius cruciant, diutius initiant quam conſignant, cum epoptas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent, atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur quantam præſtruxerunt cupiditatem. ſi quitur jam ſilentii officium, attente cuſtoditur quod tarde invenitur. ceterum tota in adytis divinitas, tot ſuſpiria epoptarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis revelatur.* diſtincte Tertullianus his verbis totam myſteriorum Atticorum ſcenam & apparatum aperit & explicat: τὴν προκάθαρσιν, τὴν μύησιν, τὴν ἐποπτεύσιν. nam his tribus tota ſacrorum illorum ratio conſtabat. per inſtitutionem epoptarum, τὴν προκάθαρσιν intelligit, id eſt τὰ μικρὰ μυστήρια. quibus minoribus initiis ad hoc imbuebantur

homines

homines, ut animis jam bene inſtitutis & ſacrorum diſciplina ſubactis, & omni labe purgatis, puriores, caſtiores, ad majora illa quæ μεγάλα dicebantur, capienda accederent. Hæc igitur μικρὰ μυστήρια erant εἰσαγωγικὰ τῶν μεγάλων. totum autem quinquennium intercedebat inter minorum initiationem, & majorum ſuſceptionem. quod tempus inſtituendis epoptis, & opinioni ſuſpendio cognitionis ædificandæ, ut loquitur Tertullianus dabatur. ſed ſingula Tertulliani verba videamus & excutiamus. *idcirco & aditu prius cruciant. diutius initiant quam conſignant.* omnino legendum, *quam os ſignant.* *initiationem* vocat, τὰ μικρὰ μυστήρια, quod εἰσαγωγικὰ tantum eſſent, καὶ προκαθαρτικὰ τῶν μεγάλων. *oris ſignationem*, τῶν μεγάλων μύησιν. *ſignaculum linguæ*, paulo poſt, & *ſilentii officium* de iiſdem dicit. diutius igitur initiabantur, id eſt diutius in illa initiatione τῶν μικρῶν morabantur, quam in oris ſignatione. nam totum quinquennium à parvis initiis uſque ad μύησιν τῶν μεγάλων, quam oris ſignationem vocat, trahebatur: ab oris vero ſignatione, id eſt ἀπὸ τῆς μυήσεως, uſque ad ἐποπτείαν, unius tantum anni ſpatium interpoſitum erat. ſic *diutius initiant, quam os ſignant.* ſequitur: *cum epoptas ante quinquennium inſtituunt, &c.* oſtendit quomodo diutius initiabant, quam os ſignabant. *epoptas* autem pro *portas*, ut vulgo legebatur, recte Scaliger ὁ πάνυ olim emendavit. Mox habet Tertullianus: *ſequitur jam ſilentii officium. attente cuſtoditur, quod tarde invenitur.* id eſt, poſt illud initiationis, & inſtitutionis quinquennium, ſequitur ἡ μύησις. magnorum ſcilicet myſteriorum acceptio, quam paulo ante oris ſignationem vocavit, quod os quaſi ſignatum habere deberent, qui ſacris illis initiarentur, quæ ſilentio & taciturnitate colebantur. ſic Græci, σφραγῖδα γλώσσῃ ἐπικεῖσθαι, de illis qui ſibi ſilentium indixere. alluſit autem Tertullianus ad myſteriorum etymon: nam Græci τὴν μύησιν quaſi μύσιν τοῦ στόματος interpretantur, id eſt oris ſignationem & occluſionem. Grammatici: μυστήρια δὲ ἐκλήθη παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. μύειν δέ ἐστι, κλείειν τὸ στόμα. hinc liquet quare doctiſſimus hic ſcriptor τὴν μύησιν, *oris ſignationem*, *ſignaculum linguæ* & *officium ſilentii* appellarit. ſequitur apud eumdem: *Ceterum tota in adytis divinitas.* poſt minorum myſteriorum initiationem, & majorum μύησιν, reſtabat ἐποπτεία, quæ patebat anno poſt id tempus quo quis initiatus eſſet magnis initiis, & ſexto anno à prima minorum initiatione. tunc in interius ſacrarium inducebatur ὁ μεμυημένος, & inviſebat grande illud myſteriorum ſecretum, quod in adytis ſervabatur. hinc ait Tertullianus, totam eſſe in adytis divinitatem. iterum diſtincte & ordine repetit gradus omnes & numeros initiorum. *poſt tot ſuſpiria epoptarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis revelatur.* per *ſuſpiria epoptarum*, totum τῶν προκαθάρσεως quinquennium intelligit; per *ſignaculum linguæ*, τὴν μύησιν τῶν μεγάλων; per *revelationem ſimulacri membri virilis*, τὴν ἐποπτείαν. pro *ſuſpiria epoptarum* vulgo legitur, *ſiparia portarum.* ſed cum libri omnes haberent ſcriptum, *ſuſpiria portarum*; fuit facile corrigere, *ſuſpiria epoptarum.* & neſcio an ita emendarint viri docti. Suſpiria autem epoptarum dixit propter cupiditatem eorum, qui nondum magnis myſteriis erant initiati, & adhuc intra quinquennium probationis, ut ita dicam, ſuæ, ἐν προαγνεύσεως conſiſtebant, magnoque deſiderio & expectatione torquebantur, dum tempus illud veniret, quod ſacris ſumendis erat conſtitutum. non igitur ſolidum quadriennium inter duas ἐποπτείας interfuit, ut vir ſummus exiſtimabat, ſed annus unus duntaxat, inter primam μύησιν τῶν μεγά-

exemplo Herculis Philippique ſuſcepit : [1] multa in Athenienſes contulit, [2] & pro agonotheta reſedit. & in Achaia

λων, & ſecundam quæ ἐποπτεία dicebatur. ſed ante illas duas μυήσεις quinque annorum intervallum ſtatutum erat ad præparandos epoptas & inſtituendos, ne illotis manibus quod dicitur, & impuris mentibus ad percipienda tam ſanctarum religionum arcana venirent. prima autem illa initiatio vel εἰσαγωγὴ, traditione τῶν μικρῶν μυστηρίων accipiebatur. quæ puſilla initia quibuſlibet tradebantur. ideo εὐμεταδότα ea fuiſſe ſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis: μὴ βουλόμενοι δὲ λῦσαι τὸ ἔθος, μηδὲ ἀπῶσαι τὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα, ἐπινόησαν μυστήρια εὐμετάδοτα. Sic totum tempus τῆς ἁπάσης τελετῆς à parvis myſteriis uſque ad ἐποπτικὰ ſexennio concludebatur. atque hæc fortaſſe cauſa eſt quamobrem Hieronymus ſive Euſebius primam μύησιν Hadriani ſexennii ſpatio diſtare faciat, ab ejuſdem ἐποπτείᾳ, ſi quidem verum ſit, non ſimul & ſemel eum totam conſecrationem percepiſſe, ſed per gradus & numeros ſuos ordinemque μυστικὸν, illorum ſacrorum participem eſſe factum. qua de re dubitare me dixi, & rationem attuli. de anno vero qui interponebatur inter primam initiationem τῶν μεγάλων & ἐποπτείαν eorumdem, præter Plutarchum cujus locum paulo ante adduximus, confirmat etiam Ariſtophanis vetus Scholiaſtes : οἱ δὲ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες μύσται καλοῦνται. οἱ παραλαβόντες αὐτὰ τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια καὶ ἐποπτεύουσι. ubi vides ἐφορᾷν & ἐποπτεύειν dictum, ut Latinis inviſere. hinc ὄψιν μυστηρίων dixit Euripides :

Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων.

ad myſteria inviſenda.

CASAUBONUS.

1 *Multa in Athenienſes contulit.*] Multa refert Dio, quæ inde fas petere. Pauſanias in deſcriptione Athenarum: Ἐνταῦθα ἕστηκε Ζεὺς ὀνομαζόμενος Ἐλευθέριος, καὶ βασιλεὺς Ἀδριανὸς, εἰς ἄλλους τε ὧν ἦρχεν εὐεργεσίας, καὶ ἐς τὴν πόλιν μάλιστα ἀποδειξάμενος τὴν Ἀθηναίων. ubi exempla multa commemorantur liberalitatis qua in Athenienſes uſus Hadrianus.

2 *Et pro agonotheta reſedit.*] Xiphilinus ex Dione : τὰ Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ ἐσθῆτι λαμπρῶς ἐπετέλεσε. Diligentiſſimus ſcriptor Dio tria breviter nos docet : Hadrianum Athenis Dionyſia celebraſſe : fuiſſe tum archontem : inque ea ſolennitate non pro imperatore ſe egiſſe, verùm pro archonte & ſupremo Athenienſium magiſtratu. Spartianus paullò poſt, *Athenis archon fuit.* Malè cœperunt Dionis mentem qui ἀρχὴν ἄρξας, interpretati ſunt *functus magiſtratu.* nam Hadrianus quando per Liberalia ludos edidit, Archon erat cùm maximè. quin videtur ea fine archon fieri voluiſſe, ut pro dignitatis illius jure Liberalibus præſidere poſſet. Eſt igitur ἀρχὴν ἄρξαι, quod aliter Græci παρελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, *cœpiſſe magiſtratum archontis* : non eo functum eſſe. Ita ſæpe hujuſmodi verba neceſſario capienda. Herodotus libro primo : καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. *ita rex factus eſt* : quod propriè mater illa omnium linguarum הכלר ; mox, Γύγης δὲ τυραννεύσας, non *functus regno*, ſed *regnum adeptus.* Dio, ὁ Ἀδριανὸς αὐτοκράτωρ ἀποδειχθεὶς pro *imperium conſecutus.* Ἐσθὴς ἐπιχώριος Dioni, eſt veſtis quam de more geſtare ſoliti archontes cùm Dionyſiis præſiderent. Talis illa veſtis quam Suetonius in Domitiano *Græcanicam togam* nominat ἀναλόγως, & eodem

& eodem planè modo ac Tertullianus togam Romanam vocat *pallium teres*: quia toga Romanis, quod quadratum ἱμάτιον Græcis, ſive pallium. Suetonii verba ſunt: *Certamini præſedit crepidatus, purpureaque amictus toga Græcanica, capite geſtans coronam auream.* Sed apud Græcos pro genere ludorum, diverſa veſtis fuit agonothetæ; nam in alia muſicis præſidebant, in alia gymnicis, ut alibi notatum Dioni, & ſcimus ex aliis Græcis ſcriptoribus. *Reſedit* Spartianus poſuit pro præſedit, προὐκαθέζετο: ut apud Modeſtinum libro primo Reſponſorum. ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου. Non ubique tamen agonothetæ præſidebant: nam in ludis ſacris univerſæ Græciæ communibus, Hellanodicis præſidentibus, ad lævam ſedebant athlothetæ. Quare non abſurdè dici poteſt, auctorem non ſine cauſſa uſum verbo *reſidere* de Hadriano: qui de majeſtate ſua remiſit multum, cùm diſſimulato imperatore archontis & agonothetæ locum implevit. ſimiliter tamen eo verbo uſus Capitolinus in Lucio Vero: *medius inter Pium & Marcum reſedit, cùm quæſtor populo munus daret.*

SALMASIUS.

2 *Et pro agonotheta reſedit.*] Neſcio quid ſibi voluit vir magnus qui citatis his Xiphilini verbis ex Dione, τὰ Διονύσια τὴν μεγίστην παρ᾽ αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε, ita ſcripſit: *immo* τὰ Διονύσια τὰ μεγάλα ἐπιτελέσας, *ut ſcripſerat Dio.* Nam τὰ Διονύσια *non ſunt* ἀρχὴ, ſed τελετή, nimirum non eſt aſſecutus mentem Xiphilini vel Dionis illo loco. nec enim τὰ Διονύσια τὴν μεγίστην ἀρχὴν vocat ſed τὴν τοῦ ἄρχοντος ἀρχὴν, qui maximus apud Ahenienſes magiſtratus. de magiſtratu igitur archontis loquitur. ſed hæc res in quæſtione, utrum ἀρχὴν ἄρξαντα apud Dionem accipere debeamus, qui magiſtratum olim geſſerit, an qui tunc cum maxime magiſtratum gereret. poſtremam interpretationem aſſerit Caſaubonus, eamque multis confirmat, & pertendit Hadrianum illo anno archonta Ahenis fuiſſe quo per Liberalia ludos celebravit. quinimmo & ea fine archonta fieri voluiſſe ut pro illius magiſtratus jure poſſet liberalibus præeſſe. ſcribit enim Pollux τὸν ἄρχοντα præſidere Liberalibus ſolitum: ὁ δὲ ἄρχων διατίθησι μὲν Διονύσια καὶ Θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. Verum nullo modo hanc ſuam ſententiam mihi probat. nam certum eſt ex Phlegonte Tralliano Hadrianum archonta Athenis fuiſſe priuſquam imperium adeptus eſſet. cujus hæc ſunt verba: ἐν Ῥώμῃ διχίφαλόν τις ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκόων εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ. illa verba, τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου. ita accipienda, *archonte Adriano, qui poſtea imperator factus eſt. qui poſtea imperavit.* cui vero de his rebus melius tutiuſve credi poſſit quam Phlegonti Hadriani liberto? Præterea non dicit Spartianus hoc loco Hadrianum eo tempore quo pro Agonotheta reſedit in ludis Liberalium, archonta fuiſſe, quod tamen non omiſiſſet ut opinor. præſertim cum paulo poſt ſcribat, eum jam imperatorem magiſtratum illum archontis apud Athenienſes cepiſſe. in quo fal ſus eſt, ut liquet ex Phlegonte. Dio ipſe qui ἀρχὴν ἄρξας dixit, non intellexit eo ipſo anno archonta fuiſſe, quo ludos Liberalium edidit, ſed planè ex archonte tunc fuiſſe & olim magiſtratum illum geſſiſſe ſignificat. nam τὴν μεγίστην παρ᾽ αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ita vertendum: *cum maximum apud eos magiſtratum geſſiſſet.* ſic Γύγης δὲ τυραννεύσας, *cum Gyges regnum adeptus eſſet*, apud Herodotum. & apud Dionem, ὁ Ἀδελφὸς αὐτοκρατορεύ-

Achaia quidem [1] illud obſervatum ferunt, quòd quum in ſacris multi cultros haberent, cum Adriano nullus armatus ingreſſus eſt. Poſt in Siciliam navigavit, [2] in qua Ætnam montem conſcendit, [3] ut Solis ortum videret [4] arcus ſpecie, ut dicitur, varium. Inde Romam venit, atque ex ea in Africam tranſiit, ac [5] multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit. [6] Nec quiſquam ferè principum tantum terrarum

ξρδόσας, *cum Hadrianus imperium conſequutus eſſet.* quarum loquutionum exempla protulit vir doctiſſimus, ut ſuam hujus loci expoſitionem ſtabilitum iret: ſed meam non minus confirmant. ἀρχὴν ἄρξας igitur ſic accipiendum, ut ἀγορανομήσας, γυμνασιαρχήσας, ἀγωνοθετήσας, & ſimilia in veteribus inſcriptionibus. quorum omnium ſignificatio, non ad magiſtratum vel honorem quo quis in præſenti fungitur, referenda eſt, ſed quo olim functus eſt. ſic in veteri ſaxo de hoc ipſo archonte: ἄρξαντα τὴν τοῦ ἄρχοντος ἀρχὴν καλῶς καὶ δικαίως καὶ συμφερόντως τῇ πατρίδι. id eſt, *cum geſſerit archontis magiſtratum.* ita hoc loco apud Dionem dicitur Hadrianus magnifice τὰ Διονύσια celebraſſe jure magiſtratus, quem olim maximum apud Athenienſes geſſerat, id eſt archontis. cum enim in Orientem profectus per Athenas iter feciſſet, & in aſtu aliquantum moratus eſſet, & in id tempus incidiſſent Liberalia, iis jure ſuo tanquam vetus archon præſidere voluit, & hoc munus illius anni archonti præripuit.

GRUTERUS.

2 *In quâ Ætnam montem conſcendit.*] Sic ambo Pall.

CASAUBONUS.

1 *Illud obſervatum ferunt.*] Metu videlicet inſidiarum, ut antè diximus. Quòd autem fuerit moris ut ituri ad rem divinam faciendam, cultros aſſumerent, vel proverbium declarat, ἡ αἲξ τὴν μάχαιραν.

2 *In qua montem.*] Regius, *inque montem.*

3 *Ut ſolis ortum videret.*] Altitudinem montis Ætnæ & mediocriter docti norunt. Eſt autem evidentiſſima ratio cur è cacumine præcelſorum montium, ortus ſolis & aliorum ſiderum citiùs videantur. ſimile eſt quod de monte Caſſio ſubjicitur. Apud Procopium legi lib. II. Gotthicorum, Thulæ inſulanos conſcenſis ſuis montibus ſolitos prædicere futuram ſolis καταλάμψιν poſt quintum à prædictione diem.

4 *Arcus ſpecie variam.*] *Arcum* intellige cœleſtem. Pro qualitate, denſitate aut raritate nubium quæ inter ſpectantis oculum intercedunt, & ſolem cùm jam ſupra horizontem incipit aſcendere, varii parent colores. diverſimodè enim oculis noſtris illuditur. Vide in Meteorologicis.

5 *Multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit.*] Teſtes nummi in eam rem cuſi: ut, RESTITVTORI. AFRICÆ. & in alio, ADVENTVI. AVG. MAVRITANIÆ, S. C.

6 *Nec quiſquam ferè principum tantum terrarum tam celeriter peragravit.*] Propterea ceu alter Hercules vulgò habitus hic imperator: qui orbem Romanum aſſiduè peragraret ſimul, & beneficiis ſuis adjuvaret. *namque in eam rem, ad ſpeciem legionum militarium fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exſtruendorum mœnium,*

ſeu

rum tam celelcriter peragravit. Denique quum poſt Africam Romam rediſſet, [1] ſtatim ad orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit: [2] ut Jovis Olympii ædem

ſeu decerandorum, *in cohortes centuriaverat*, ut ſcribit Victor alter, ſive Victorinus. Nummum vidimus apud ampliſſimum Præſidem Thuanum, ΑΥΤ. Α. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. ϹΕΒΑϹΤΟϹ. ΗΡΑΚΛΗϹ. ΡΩΜΑΙΟϹ. ſpectatur ibi in ornamentis Herculeis novus hic HERCVLES ROMANVS. Extant & cum hac inſcriptione nummi, ΤΩ. ΗΡΑΚΛΕΙ. ΣΩΤΗΡΙ. ΑΥΓ. hoc eſt Αὐγούστῳ, non Αὐγούστου. ipſe enim Hadrianus Auguſtus dictus eſt HERCVLES SERVATOR; ſive AVERRVNCVS: quòd provincias circumiens, procuratores & præſides, (genus hominum quovis monſtro ſæpe tetrius) pro factis ſupplicio afficeret quàm ſeveriſſimè. Addit autem Spartianus *ferè*, propter Julium Cæſarem: nam ille vir igneus omnes, opinor, Romani tunc imperii provincias peragravit: pleraſque etiam illarum victoriis ſuis illuſtravit. Celeritas verò hominis in conficiendis itineribus non nota nemini. Atque hic ſolus eſt principum cujus gratiâ τοῦ *ferè* ſit hic locus. Auguſtus deinde ad hanc laudem proximè acceſſit: de quo tamen ſcribit Suet. cap. XLVII. *Non eſt, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa, & Sardinia, quam non adierit.* Reliqui omnes Cæſares, uno excepto Trajano, præ tribus iſtis, propè caſarii jure appellari mereantur. Dio Caſſius omnibus ſine exceptione Imperatoribus Hadrianum hac parte anteponit: πόλεις, inquit, *συμμαχίδας καὶ ὑπηκόους εἶδεν ὅσας οὐδεὶς ἄλλος αὐτοκράτωρ.*

SALMASIUS.

6 *Nec quiſquam fere principum tantum terrarum tam celeriter peragravit.*] Duabus vocibus minus habet Palatinus. nam legit: *nec quiſquam fere principum tantum celeriter peragravit.* omnino ſcribendum puto: *nec quiſquam fere principum tantum tam celeriter peragravit. tantum peragravit*, id eſt, *τοσοῦτον περινενόστηκεν. tantum terrarum obivit.* ſic plane loquutus Donatus commentario in Adelphos, ad illud: *Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad lacum, Quo non? mire*, inquit, *propinquiora omiſit utpote porticum, macellum, Cratini ædes, templum Dianæ: & ultima poſuit, ut quantum peragraverit, demonſtraret.* ſimili loquutione dicitur apud Perſium, tantum aliquis arare, quantum oberrat milvius.

Dives arat Curibus. quantum non milvus oberrat.

Gloſſæ: *Peragrat*, περινοστεῖ, περιέρχεται. *agrare* ſimplex idem ſignificat. inde *agrarius*, περίπολος. & *agrarias facere*, περιπολεῖν. quas agrarias hactenus dictas credidere, quod in agris, & ſub dio fierent. inepte. unde verbum ἀγχαρεύειν apud recentiores Græcos, quod circuire ſignificat. Heſychius: ἀγχαρεύεις, περιέρχῃ. ſed de his nos alibi πλατικώτερον.

CASAUBONUS.

1 *Statim ad Orientem profectus per Athenas iter fecit.*] Hujus profectionis Euſebius meminit in Chronico, ſexto Hadriani anno. ut reputanti mihi hujus imperatoris itinera, ſtupeat animus ad tantam celeritatem: etſi temporum exactam notitiam non habemus.

2 *Ut Jovis Olympii ædem & aram ſibi.*] Dio. τό, τε Ὀλυμπιεῖον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις (ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται) ἐξεποίησε. de hoc templo adi ad Strabonem & Pauſaniam. ex hoc diſces, totum illud fanum non minus ad Hadriani

ædem & aram ſibi: eodemque modo per Aſiam iter faciens, [1] templa ſui nominis conſecravit. [2] Deinde à Cap-

driani honorem pertinuiſſe, quàm Jovis. fuit enim ibi exſtructus qui dicebatur σηκὸς Πανελλήνιος, locus ampliſſimus, Hadriano conſecratus: ſtatuis repletus quas illi urbes Græciæ certatim poſuerant. De Jovis Olympii æde notandum Dionis verbum, ἐξεποίησε, *perfecit*, quo ſignificat auctor, non à fundamentis ſtruxiſſe Hadrianum hanc ædem; ſed ab aliis inchoatam conſummaſſe ac dedicaſſe. quod verum eſt. ideo Pauſanias uſus heic verbo ἀνέθηκε, *dedicavit*. Cautè igitur lege præcedentia hæc Spartiani: *opera quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit.* nam τὸ *cœperat*, de aliis operibus verum ſit, quorum multa Pauſanias commemorat: de Jovis Olympii æde non eſt verum: ſed dictum eſt συλληπτικῶς, uſitatiſſimo bonis ſcriptoribus ſchemate. minus placet quod viro magno viſum: pro *cœperat*, ſcribendum eſſe *cœperant*: id eſt, cœpta erant.

SALMASIUS.

2 *Ut Jovis Olympii, & aram ſibi.*] Ædem Jovis Olympii Dio vocat Ὀλύμπιον: τότε Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται ἐξεποίησε. perperam vir magnus Ὀλυμπιεῖον legit in illo Dionis loco. nam Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον eſt Jovis Olympii templum. ſic Ἴσιον pro Ἰσίειον, & Ασκλήπιον pro Ἀσκληπίειον. Philoſtratus in Polemone: τὸ δὲ Ἀθήνῃσιν Ὀλύμπιον δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα ἐκέλευσε, καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ.

CASAUBONUS.

1 *Templa ſui nominis conſecravit.*] Hæc Græci Ἀδριάνεια vocabant: ut Epiphanius contra Ebionæos, & alii. nam apud eundem Epiphanium in Ario malè Ἀνδριανεῖον ſcriptum. Ibi narrat Epiphanius Hadriani templum quod Alexandriæ fuerat ejus honori conſecratum, verſum poſtea fuiſſe in gymnaſium, vel prætorium Licinnianum: tandem vero à Conſtantino Imperatore ædem ſacram ibi poſitam, & de nomine Gregorii Meletiani appellatam. Ita pauliatim à Chriſtianis imperatoribus in pios uſus converſa omnia iſtius παρεισγεγόντου cœlitis templa. diu tamen eorum memoria duravit & nomen: ut illius Cyziceni cujus meminit Cedrenus: & de quo aliquot poſt ſeculis cecinit Byzantinus ille poëta, qui œcum palatii Conſtantinopolitani, Chalcen dictum, verſibus celebravit.

Μηδὲ τεὸν πολύεργον ἀρηρότα Κύζικε πέτροις
Ἀδριανοῦ βασιλῆος ἀμειμφέα νηὸν ἀείσῃς.

Mirum eſt quod in Alexandro de his templis narrat Lampridius: ſua ætate, (vivebat ille ſub Diocletiano) in omnibus civitatibus Hadriani fuiſſe templa, ſine numine, ſine ſimulacro: quæ ideo vulgus putaret in CHRISTI honorem ab eo principe exſtructa. qua de re plura ibi ſumus dicturi. Apud Ariſtidem in prima Sacrarum, Ἀδριάνειον non Hadriani templum; ſed thermas aut balneas de ejus nomine ſic dictas ſignificat.

SALMASIUS.

2 *Deinde à Cappadocibus ſervitia caſtris profutura ſuſcepit.*] Servitia iſta caſtris profutura, quæ à Cappadocibus ſuſcepiſſe dicitur Hadrianus, non de caſtrenſibus miniſtris qui in aula militabant accipienda ſunt. in regia familia erant, & *caſtrenſes miniſtri*; vel *caſtrenſiani*, ſub poſterioribus imperatoribus, qui erant in officio *comitis & caſtrenſis ſacri Palatii*. de quibus nos

nos infrà. Scio imperatoris comitatum *στρατόπεδον* appellari, & caſtrenſes, miniſtros aulicos. non propterea tamen *caſtra* heic acceperim *aulam principis*. nam Latini caſtra non dixerunt de imperatorio comitatu. Servorum autem in caſtris Romanis magna multitudo: calonum, inquam, lixarumque. ſed de calonibus heic accipiendum. hi per incuriam diſciplinæ magno numero in caſtra ſemper inducti, qui munus facerent, vallum portarent, foſſam ducerent. ſemper vero ab illis imperatoribus ac ducibus remoti qui diſciplinam militarem labantem revocare, & in antiquum reſtituere ſtuduerunt. Florus de Scipione diſciplinæ militaris ad Numantiam correctore: *Sed tunc acrius in caſtris quam in campo; noſtro cum milite quam cum Numantino præliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maxime operibus attriti, fere plenius vallum qui arma neſcirent, luto inquinari qui ſanguine nollent jubebantur. ad hoc ſcorta, calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ amputantur.* vides ſervilia munera Floro vocari, *vallum portare*, & *in foſſis ducendis luto inquinari*. Hirtius de bello Alexandrino: *cum more operis quotidiani magnam illam ſervorum multitudinem quæ aggerem portabat militum eſſe credidiſſet.* Hinc intelligendum quod hoc loco dicit Spartianus, *ſervitia caſtris profutura à Cappadocibus ſuſcepiſſe Hadrianum.* Prioribus ſane temporibus & ſtante adhuc diſciplina rari in caſtris ſervi, nec niſi digniorum, ducum tribunorumque: poſtea vero labantibus moribus plures pene ſervi quam milites, ita ut ne gregarius quidem ullus ſine ſervo. Salluſtius de Metello: *ne lixa exercitum ſequerentur. ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum aut jumentum haberet.* at ſub imperatoribus paſſim ſuus cuique gregario ſervus. calones hi veteribus dicti. recentioribus *Galiarii*. Græcis ſcriptoribus infimi ævi, *παλληκάρια*. de galiariis egregius in Græcis Euſebii locus quem minime intellexit vir incomparabilis qui primus ea publicavit: Ῥωμαῖοι Γαλλῶν μυριάδας δʹ πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἀνεῖλον. τοὺς δὲ αἰχμαλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς. id eſt, *captivos in ſervitutem redegerunt, & militibus ſervos eos aſſignarunt, galiarios vocantes.* nam galiarii vel galearii ſervi militum proprie ſic dicti quod galeam portarent. Propertius:

Et ſeſſo galea qui tibi portet aquam.

In optimis Vegetii exemplaribus *galiariæ* ſcribuntur. non *galiarii*. lib. 1. cap. x. *non ſolum autem pedites, ſed & equites ipſoſque equos vel lixas, quos galiarias vocant, ad natandum exercere percommodum.* ita enim vulgo vocabantur *galiariæ* non *galiarii*. quod etiam oſtendit Velius de orthographia, ubi monet galiariam qui vocant puerum militis, ſolœciſmum facere, his verbis: *ſit militis puer galiarius recte dicitur, nam galiaria ſolœciſmus.* deinde affert verſus antiqui ut videtur Grammatici qui ſic habent, ut nos quidem legendum cenſemus:

-- non puer eſt galiaria, nam puerum ſic
Riſe voces, puer eſt galiarius, hic aſolœcus.

Qui verſus hodie corruptiſſimi apud Velium, nec verſus ſunt. Ex his conſtat *galiarias* pro *galiarios* quibuſdam fuiſſe dictos. Vegetius nunquam aliter nominat, duobus aut tribus locis, ſi fides habenda veteribus libris. illi autem *galiarii* nomen videntur dediſſe noſtris *gaviariis*. ſic enim vocamus pueros militum. Græci recentiores παλληκάρια, & παλληκάρια vocarunt, quod diminutivum eſt antiquæ vocis πάλληξ, quæ puerum & catulaſtrum ſignificat. vox hæc παλληκάριον pro puero militis non intellecta viris doctis apud Leonem in Tacticis, ubi ſæpe in hoc ſenſu uſurpatur. nec melius ille qui nuper Alexandrinum Chronicum dedit, pallicarios *neſcio quos milites* finxit, qui nunquam in rerum natura fuere. ἐξῆλθον στρατιῶται μετὰ παλληκαρίων καὶ πολιτῶν ὀφείλοντες εἰς ἀπὸ δίκης μελλόντων θρείσκη ὀλίγα φθέγγεσθαι. id eſt,

egreſſi

[1] à Cappadocibus ſervitia caſtris profutura ſuſcepit. [2] Toparchas & reges [3] ad amicitiam invitavit, [4] invitato etiam [5] Coſdroe rege Parthorum, remiſſaque illi filia

egreßi ſunt milites cum calonibus. paulo poſt: συλληφθῆναι δὲ καί τινας ἐκ τῶν παλληκαρίων τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν πολιτῶν ἐξελθόντων σὺν αὐτοῖς. id eſt, *comprehenſos quoſdam fuiſſe ex militum pueris, & nonnullos ex civibus qui una exierant.* ſequitur: οἱ μὲν γὰρ συνέβη τοὺς στρατιώτας ἀποσπασθῆναι, εἰς τὸ ἐκδικῆσαι τὰ ἴδια παλληκάρια. παλληκάρια deſultoria levitate heic vertit *ſarcinas*, cum tribus ante lineis *palicarios* reddidiſſet. ſed de his ſervis militum, & ſervitiis caſtrorum plura in alio opere quod militiæ Romanæ dicavimus, ubi multa adverſus doctiſſimorum virorum ſententiam de tota hac materia diſſerimus.

5 *Coſdroe rege Parthorum.*] Palatinus: *Oſdroe.* quod idem eſt. Græci autem frequentius Ὀσρόην & Χοσρόην pronuntiant. Latini vero ſcriptores; *Oſdroen*, & *Coſdroen* inſerto *d*. & Oſdroenam provinciam quæ Græcis fere ſemper Ὀσροηνή.

GRUTERUS.

4 *Invitato etiam Coſdroe rege Parthorum.*] Pall. duo, *Oſdroe.*

CASAUBONUS.

1 *A Cappadocibus ſervitia caſtris profutura.*] Olim pars magna ſervorum Cappadoces erant: de quorum illiberali ingenio multa paſſim Græci. apud Romanos vero Cappadox & mancipium, ſæpe idem. De caſtrenſibus miniſtris Lampridius in Alexandro Severo.

2 *Toparchas & reges.*] Regius, *Tetrachas.* non multum intereſt utro legamus modo. Procopius libro ſecundo Perſicorum, Αὔγαρος ἦν τις ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἐδέσσης τοπάρχης. οὕτω γὰρ τοὺς κατ' ἔθνος βασιλεῖς τηνικαῦτα ἐκάλουν. Tetrarchæ appellatio ex libris ſacris novi fœderis, & Joſepho nota.

3 *Ad amicitiam invitavit.*] Regius, *ad amicitias.* Scrib. *ad amicitiam ſuam.* nam *amicitias* numero multitudinis hic quidem duriuſculum: etſi dixit ſuprà, *optimum quemque amicitiis ſuis jungens.* & in Caracallo: *non in benevolentiis ſegnis.* ſed non eſt idem.

5 *Coſdroe rege Parthorum.*] Aurelius Victor in Trajano Perſarum regem hunc appellat: parum accuratè & ad tempora ſua oculos referens, non Trajani. vide in Alexandro Severo. Fuere eo nomine plures & Parthorum & mox Perſarum reges. Scribitur autem variè: & cum litera *d* *Coſdroes*, ut hic & apud Victorem atque alibi: & *Coſroas* ſine *d*, ut in Martyrologiis aliquoties, & in aliis locis. Corruptè in appendice Gregorii Turonenſis, *Coſtrues* & *Conſtrues* ſæpe pro *Coſdroes*. Græci ſimiliter Κοσδρόης interdum: ſæpius ſine δ, & quidem cum χ non κ, Χοσρόης: ut apud Procopium, Agathiam, Georgium Monarchum & alios. Eadem varietas apud Hebræorum ſcriptores obſervata nobis: vetuſtiores enim כוורי: nuperi magiſtri, קשרואי. Arabes בשרי. Videntur qui literam *d* inſeruerunt, ad vocem כרשר reſpexiſſe, quæ Perſis ſolem ſignificat: unde & nomen Cyrus: ut ille eruditorum omnium coryphæus Joſephus Scaliger pridem docuit. Similiter variat & Oſroenæ provinciæ appellatio: nam in multis libris ſcribitur cum *d* Oſdroena. Oſroes autem diverſum non eſt à Coſroe nomen. Callimorphus medicus haſtatorum legionis ſextæ, qui in expeditione Parthica Trajanum eſt comitatus, initio Parthicarum hiſtoriarum ita ſcripſit. Ἔγραψα ἱστορίαν περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν. & paullò pòſt

filia quam Trajanus cœperat, [1] ac promiſſa ſella quæ itidem capta fuerat. Quumque ad eum quidam reges veniſſent, [2] ita cum his egit [3] ut eos pœniteret qui venire noluerunt, [4] cauſa ſpeciatim Pharaſmanis, qui ejus

pòſt, ἔδει γὰρ Περσικὴν χροιάζειν κακῶς. mox, καὶ Ὀσρόης ὃν οἱ Ἕλληνες Ὀξυρόην ὀνομάζουσι. appellat Oſroem quem alii in rebus Trajani Coſroem, Victor Coſdroem, ut modo dicebamus. Quare ſuſpicor ea tempeſtate ſic ſcripſiſſe, aut protuliſſe Orientales hoc nomen, quaſi ſcriberetur per aſpirationem illam aſperam quæ reſpondet τῷ ח Hebræorum: quam literam Græci, ut alibi obſervamus, modò vertunt in χ, aut κ, modò aſpernantur penitus. Quod autem ait Callimorphus Oſroem Græcis dici Oxyroem, quos Græcos iſte intelligat neſcio: nam mihi in Græcorum libris nondum id nomen occurrit. ſed non dubito quin ſimile hoc ſit aliis multis ληρημάτων inepti illius ſcriptoris & imperiti, ut rectè judicat Lucianus.

1 *Ac promiſſa ſella quæ itidem capta fuerat.*] Hæc ſella aurea eſt cui inſidebant Parthorum reges, & mox Perſarum, cùm ſe præberent ſpectandos hominibus. Sic apud Dionem libro XLIX. Parthorum rex legatis Antonii χρηματίζει ἐπὶ χρυσοῦ δίφρου καθήμενος. multa in hiſtoriis de hac ſella non ſemel apud Romanos captiva. Hadrianus vero promiſſi fidem non implevit: ſellam enim hanc non reſtituit: ne Pius quidem; etſi multùm oratus, ut refert Capitolinus.

2 *Ita cum his egit.*] Paullò pòſt, *Regibus multis plurimum detulit: à pleriſque verò etiam pacem redemit.*

3 *Ut eos pœniteret qui venire noluerunt.*] Ibidem, *à nonnullis* regibus *contemtus eſt.*

4 *Cauſa ſpeciatim Pharaſmanis.*]Dio, ἕτερος δὲ πόλεμος ἐξ Ἀλανῶν, εἰσὶ δὲ Μασσαγέται, ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνους. an de iſto rege Alanorum Spartiani verba hæc accipienda? an potiùs de alio ejuſdem nominis Iberorum rege? In Excerptis Legationum è Dione lego, Pharaſmanem Iberorum regem Romam cum uxore veniſſe, & ab Hadriano liberaliter fuiſſe acceptum. narrat hiſtoriam Spartianus quoque in ſequentibus: ſed parum dilucidè. Jam olim Iberiæ reges ita appellatos invenio. Tacitus Annalium XII. *Hiberos Pharaſmanes vetuſta poſſeſſione, Armenios frater ejus Mithradates obtinebat opibus noſtris.* & plura de eodem alibi Tacitus. Arrianus in Euxini Periplo, quem ad Hadrianum miſit, Pharaſmanem nominat regem Zydritarum, gentis vicinæ Lazis. Ecce reges tres cognomines, ejuſdem Hadriani temporibus. Frequens ſanè in Oriente illud nomen, non ſolùm regum, ſed & privatorum: ut illius Φαρισμάνου Κόλχου τὸ γένος, cujus Procopius meminit libro primo Perſicorum.

SALMASIUS.

4 *Cauſa ſpeciatim Pharaſmanis.*]Quid *cauſa Pharaſmanis*? an propter Pharaſmanem pœnituit alios reges, quod invitante Adriano venire noluerit? hoc ſane ridiculum. ipſos magis pœnitere non debuit, qui non venerunt, invitati ab Hadriano, cum tam benigne tractaret eos qui veniſſent. nulla igitur cauſa eſt, ut eis pœnitendum fuerit qui non veniſſent, propter aliquem qui ſimiliter venire neglexiſſet. verba Spartiani: *quumque ad eum quidam reges veniſſent, ita cum his egit, ut eos pœniteret qui venire noluerunt, cauſa ſpeciatim Pharaſmanis qui ejus invitationem ſuperbe neglexit.* ſenſus hic eſſe videtur: cum Hadrianus comiter & benigne tractaſſet regulos quoſdam qui ad ſe veniſſent, pœnituiſſe

ejus invitationem ſuperbè neglexerit. Et circumiens quidem provincias, [1] procuratores & præſides pro factis ſupplicio affecit, ita ſeverè [2] ut accuſatores per ſe

fuiſſe reliquos qui venire noluerunt, ſpeciatim Pharaſmanem, qui ejus invitationem ſuperbe neglexerat. delenda igitur vox *cauſa*, & legendum: *ita cum eis egit, ut eos pœniteret qui venire noluerunt, ſpeciatim Pharaſmanem qui ejus invitationem ſuperbe neglexit.* niſi ſi quis retinendam potius cenſet illa mente, ut nempe Hadrianus ita ſe humane gesserit cum regibus qui ad ſe venerunt, eam maxime ob cauſam, ut reliquos pœniteret qui venire noluerunt, & ſpeciatim Pharaſmanem, qui invitanti ut ad ſe veniret Hadriano, ſuperbe reſponderat. Hic autem Pharaſmanes rex fuit Iberorum. infrà: *Albanos & Iberos amiciſſimos habuit, quod reges eorum largitionibus proſequutus cum ad illum venire neglexiſſent.*

1 *Procuratores & præſides pro factis ſupplicio affecit.*] Cave heic appellationem præſidis ad proconſules & proprætores etiam extendas. præſes quidem generale nomen de provinciæ adminiſtratore. proprie tamen ſic dicti, qui minores provincias quæ à ſolis procuratoribus regebantur, adminiſtrabant. itaque in illis provinciis procurator, & præſes idem. quinimmo utraque appellatione gaudebant, procuratoris & præſidis. hinc in vett. inſcript. *procurator & præſes Alpium. procurator & præſes provinciarum per Orientem. procurator & præſes provinciæ Sardiniæ.* ſic Græcis ἄρχοντες καὶ ἐπίτροποι. Arrianus de Epiri procuratore, nam & hæc provincia præſidalis fuit, modo eum ἄρχοντα, id eſt, præſidem, modo ἐπίτροπον, id eſt, procuratorem vocat. σὲ ἔφη βλέποντες τὸν αὐτῶν ἄρχοντα, τοῦ Καίσαρος φίλον καὶ ἐπίτροπον. & paulo poſt: ὅρα πῶς ὁ ἐπίτροπος τοῦ Καίσαρος θεωρεῖ. de iſtis præſidalibus provinciis Lampridius in Severo Alexandro: *provincias prætorias præſidales plurimas fecit, proconſulares ex ſenatus voluntate ordinavit.* atque ita fere ſemper nomen præſidis apud hos auctores accipiendum, de procuratoribus ſcilicet Cæſaris in illis provinciis, quæ nec prætoriæ erant, nec conſulares, nec proconſulares, nec ab aliis adminiſtrabantur quam à procuratoribus Cæſaris qui & præſides proprie dicebantur. Sic præſes Orientis apud Vopiſcum qui in veteri inſcriptione, *procurator & præſes provinciarum per Orientem*, dicitur. apud eundem Vopiſcum, *præſidatum in Dalmatia adminiſtrare*, pro præſidem & procuratorem Dalmatiæ eſſe. nam hæc etiam provincia præſidalis erat. in Carino: *ſtatuerat denique Conſtantium qui poſtea Cæſar factus eſt, tunc autem præſidatum in Dalmatia adminiſtrabat, in locum ejus ſubrogare.* & apud Trebellium Pollionem Tetricus præſidatum in Gallia rexiſſe dicitur qui unius ex Galliarum provinciis præſes & procurator fuit. At qui in provinciis proconſularibus procuratores erant Cæſaris, hi non præſides ſed procuratores tantum dicebantur, qui rem fiſci curabant, & nullam niſi in fiſcalibus cauſis juriſdictionem habebant. tam de his procuratoribus quam de illis qui præſidum nomine provinciis præerant capiendus hic locus.

GRUTERUS.

2 *Ut accuſatores per ſe crederetur immittere.*] Sic quoque iſta expreſſit Palatinus integer.

CASAUBONUS.

2 *Ut accuſatores per ſe crederetur immittere.*] *Per ſe*, id eſt, ultro, non cujuſquam rogatu, & ut loquuntur Iuriſperiti, ex officio judicis. Paullò pòſt, *quos ad militiam ipſe per ſe vocabat.* id eſt, ſine ullius ſuffragatoris commen-

ſe crederetur immittere. [1] Antiochenſes inter hæc ita 14
odio habuit ut Syriam à Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum metropolis Antiochia diceretur. [2] Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum, [3] quòd vetaban-

mendatione. Propertius,

Litora nativos per ſe dent picta lapillos.

Ita enim emendat rectè Apollo criticorum. Malè abſunt à regio hæ voculæ.

1 *Antiochenſes inter hæc ita odio habuit.*] Quare? Viri docti qui diſputant, cauſſam odii hujus fuiſſe, vehemens ſtudium Antiochenſium erga religionem Chriſtianam; multis de cauſſis non perſuadent. Putamus verius, Hadrianum triſtem ſeriumque ſemper, & nimia ſæpe notum ſeveritate principem, offenſum ingenio levi, procaci, & petulante populi luxu diffluentis. Accedit eorundem Antiochenſium dicacitas: quo vitio ſæpe principum odia in ſe excitarunt. Sunt omnibus nota quæ ſuper hoc Lucianus in libro De ſaltatione, Herodianus libro II. Julianus in Miſopogone, auctores iſti variis locis, & hiſtorici alii narrant. Poëta verſuum qui Sibyllini dicuntur, de hac Antiochia loquens, cum ait,

Εὕνεκεν ἀφροσύνης ἰδίαις ὑπὸ δούρασι πίπτεις,

appellat *ἀφροσύνην* vitium hoc mordacis populi. Alluditur autem eo verſu ad cædem aliquam Antiochiæ factam, aut aliam calamitatem ei urbi illatam ab iratis Romanis propter jacta in ſe dicteria. Procopius Perſicorum libro primo: *πόλιν Ἀντιόχειαν εἶναί φασι πλούτῳ καὶ μεγέθει καὶ πολυανθρωπίᾳ πόλεων πρώτην ἁπασῶν τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις Ῥωμαίων οὖσαν. οὐ δὴ ἀφύλακτός τε καὶ στρατιωτῶν ἔρημός ἐστιν· οὐ γὰρ ἄλλου οὐδενὸς τῷ ταύτης δήμῳ ὅτι μὴ πανηγύρεών τε καὶ τρυφῆς μέλει, καὶ τῆς ἐν θεάτροις ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας.* Cum igitur ita leves adeòque *φιλοσκώμμονες* eſſent Antiochenſes, ut gratiam ſui principis ſemper quàm dictum mallent perdere: cenſen' Hadrianum qui Antiochiæ erat, quando ille mimus inter ipſum & Plotinam agebatur, faceti illius populi dicteria potuiſſe effugere? Quod enim patuerit ſtatim tota illa ſcena, crebrique tum per urbes Aſiæ de Plotinæ aſtu jactati fuerint ſermones, certum eſt ex Dione.

2 *Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum.*] Imò verò motum Trajano imperante bellum à Judæis, & ſub illo & ſub Hadriano variis temporibus ac locis ſæpius recruduit: maximè autem XVIII. imperii Hadriani anno, ut ex vetuſtioribus ſcriptoribus narrat Euſebius libro IV. cap. VI.

3 *Quod vetabantur mutilare genitalia.*] Beatus Chryſoſtomus contra Judæos ſcribit, bellum iſtud ab iis ſuſceptum, quod cuperent, atque adeò ſperarent, reſtitui ſe poſſe *ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν*. Alii cauſſam aſſignant, quòd templum reædificare conarentur. Etſi autem magnum diſcrimen eſt inter *περιτέμνειν* & *ἐκτέμνειν*, circumcidere & caſtrare; videntur tamen legibus Domitiani, Nervæ & Hadriani, quibus vetita *ἐκτομή*, id eſt marium eviratio, etiam circumciſioni fibula eſſe impoſita. quod cùm impatientiſſimè Judæi ferrent, aut potiùs cùm non ferrent, à Pio tandem auxiliarem legem impetrarunt. Modeſtinus libro Regularum: *Circumcidere Judæis filios ſuos tantum, reſcripto Divi Pii permittitur: in non ejuſdem religionis qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur.*

bantur mutilare genitalia. [1] Sed [2] in monte Caſſio quum

SALMASIUS.

1 *Sed in monte Caſſio cum videndi Solis ortus gratia aſcendiſſet.*] *Caſio* legendum eſt, non *Caſſio*. ubicunque enim ſcriptum *Caſſium* ſive apud Græcos ſive apud Latinos auctores reperitur, tam de hoc Syriæ monte quam de altero Ægypti circa Peluſium, reformandum in *Caſium*. Perperam apud Appianum lib. 11. ἱμφυλίων, Κάσσιον legitur de Caſio Ægypti & Κασσιωτικὸν ἄμμα in proverbio male pro Κασιωτικὸν apud Diogenianum. Dionyſius in περιηγήσει ſemper Κάσιον vocat.

Τὴν δὲ μετ' ἀντολίην δὲ πυρὰ Κασιώτιδα πέτρην.

&, --- ἄχρι κελώνης

Οὔρεος ἀγχιάλοιο βαθυκρήμνου Κασίοιο.

Idem cavam Syriam includit monte Libano, & hoc Caſio:

--- οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν

Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὄρεων δύο πρῶνες ἔχουσι.

Εσπερίου Κασίοιο & ἠοίου Λιβάνοιο, Stephanus Κάσιον dictum à Caſo inſula una ex Cycladibus colonia inde ducta ſcribit, vel à Caſo quodam Cleomachi filio. Κάσιον ὄρος καὶ πόλις Αἰγύπτου. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς Κυκλάδος νήσου. ἢ ἀπὸ Κάσου τοῦ Κλεομάχου ἀφ' οὗ καὶ Κασίου Διὸς ἱερόν. idem tamen paulo poſt hunc Caſum non filium ſed patrem Cleomachi facit: Κάσος μία Κυκλάδων,

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε.

Ἐκαλεῖτο δὲ Ἄμφη & Ἀστράβη. κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ Κάσου τοῦ Κλεομάχου πατρός. ἀπῴκισται δὲ τῆς νήσου & τὸ ἐν Συρίᾳ ὄρος Κάσιον. ex his certum eſt ſcribi debere Κάσιον non Κάσσιον. heic autem non de Caſio Ægypti, ſed de Caſio Antiochiæ propinquo intelligendum, cujus tantam altitudinem eſſe tradunt auctores, ut ſolis ortus inde videatur quarta fere noctis vigilia. Solinus: *talis è Caſio ſpecula eſt ut lucem prius videas quam auſpicetur dies.* Mela tamen idem quoque ſcribit de Caſio qui circa Peluſium. de Arabia quæ ſtatim à Peluſio incipit: *heic niſi qua Caſio monte attollitur, plana & ſterilis, portum admittit Azotum ſuarum mercium emporium. qua in altum abit, adeo edita ut ex ſummo vertice à quarta vigilia ortum ſolis oſtendat.* nimirum confundit Κάσιον πρὸς τῷ Πηλουσίῳ, ut vocat Strabo, cum Caſio Seleuciæ de quo heic ſermo, quique Antiochiæ imminebat.

Sed in monte Caſio.] Neſcio quorſum iſtud *ſed* hoc loco poſitum. nullo modo enim cohæret cum præcedentibus.

GRUTERUS.

1 *Sed in monte Caſio, &c.*] Pal. idem, *Caſio.*

CASAUBONUS.

2 *In monte Caſſio.*] Regius & Puteani, *Caſpio.* ſed ad montem Caſpium veniſſe Hadrianum, eumque aſcendiſſe, nulla hiſtoria teſtis. Caſius vel Caſſius mons duplex: alter ad Peluſium in ipſo Ægypti aditu: quò acceſſiſſe Hadrianum, præter Dionem, & refert Spartianus mox, & Appianus Alexandrinus, qui tum vivebat. Alter Caſius ad Antiochiam fuit. nam ita multi illum præaltum montem nominant, qui ei urbi imminet. Dion in Trajano Coraſium: ἐσείσθη καὶ αὐτὸ τὸ Κοράσιον, ſed legendum ibi, αὐτὸ τὸ ὄρος Κάσιον, vel unica dictione Ὀροκάσιον. nam in ſecunda Perſicorum Procopii Orocaſias nominatur mons quidam ad Antiochiam. ſic ille in regio codice: ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ γενόμενος, ἣν δὴ Ὀροκασιάδα καλεῖν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι νενομίκασιν, ἐπιμαχώτατον κατενόησεν, οὗ τὸ κατ' αὐτὴν τεῖχος. πέτρα γὰρ τυγχάνει τις ἐνταῦθά που οὖσα, εὖρος

[1]quum videndi ſolis ortus gratia nocte aſcendiſſet, imbre orto, fulmen decidens hoſtiam & victimarium [2]ſacrificanti afflavit. [3]Peragrata Arabia [4]Peluſium venit,

ρως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἱκανῶς ἔχουσα ὕψος δ' ὀλίγῳ τῶν προσβόλων ἐλασσουμένη. de hoc igitur Caſio loquitur Spart. non de illo altero.

1 *Cum videndi ſolis ortus gratia nocte aſcendiſſet.*] Plinius, *Caſii montis excelſa altitudo, quarta vigilia orientem per tenebras ſolem aſpicit.* Marcellinus libro XXII. de Juliano apud Antiochiam: *Denique præſtituto feriarum die Caſium montem aſcendit nemoroſum & tereti ambitu in ſublime porrectum: unde ſecundis gallicin:iis videntur primi ſolis exortus.*

2 *Sacrificanti afflavit.*] Jovem Caſium etiam ibi fuiſſe cultum conſtat.

3 *Peragrata Arabia Peluſium venit.*] Vult Hadrianum ex Arabia tranſiſſe in Ægyptum. Dio ait rectà è Judæa. διὰ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ταῦτα εἰς Αἴγυπτον παρελθών. Adventus ejus in Arabiam teſtis, ut videtur, hic nummus: ΚΑΙΣΑΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. ΠΕΤΡΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ.

SALMASIUS.

4 *Peluſium venit, & Pompeji tumulum magnificentius extruxit.*] Tumulus Pompeji in Caſio monte fuit, quod Κάσιον πρὸς τῷ Αἰγύπτῳ, & Κάσιον πρὸς τῷ Πηλουσίῳ vocat Strabo ad differentiam alterius Caſii, qui in Seleucia prope Antiochiam, de quo in ſuperiori animadverſione diximus. Strabo lib. XVI. εἶτα συνεχὴς ἄλλη τοσαύτη ἡ ἐπὶ τὸ Κάσιον, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Πηλούσιον. ἔστι δὲ τὸ Κάσιον θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων, ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου σῶμα κεῖται, καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου. in illo monte Trajanus cum ad bellum Parthicum proficiſceretur, ſpolia quæ de Getis cœperat, Jovi Caſio appendit; crateres nempe argenteos & poculum deauratum ex uri ſilveſtris cornu. quæ donaria epigrammate admodum eleganti celebravit Hadrianus: quod quia nondum eſt editum, heic apponam.

Ζηνὶ τόδ' Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγαλμα
Κοίρανος ἀνθρώπων, Κοιράνῳ ἀθανάτων
Ἄνθετο δοιὰ λῖτα πολυδαίδαλα, καὶ βοὸς οὔρου
Ἀσκητὸν χρυσῷ παμφανόωντι κέρας.
Ἔξαιτα προτέρης ἀπὸ ληΐδος ἦμος ἀτειρὴς
Πέρσεν ὑπερθύμους ᾧ ὑπὸ δουρὶ Γέτας.
Ἀλλὰ σύ οἱ καὶ τήνδε κελαινεφὲς ἐγγυάλιξον
Κρῆναι εὐκλειῶς δῆριν Ἀχαιμενίδην·
Ὄφρα τοι εἰσορόωντι διάνδιχα θυμὸν ἰαίνῃ
Δοιὰ τὰ μὲν Γετέων σκῦλα, τὰ δ' Ἀρσακιδέων.

Lemma epigrammatis in veteribus membranis Palatinis: Ἀδριανοῦ ἐν τοῖς ἀναθήμασι Τραϊανοῦ Καίσαρος. ubi obſervandum ἐν τοῖς ἀναθήμασιν eſſe dictum pro εἰς τὰ ἀναθήματα. meminit hujus epigrammatis Suidas in voce Κάσιον. Κάσιον ὄρος πρὸς τῷ Εὐφράτῃ καὶ Κάσιος Ζεύς. ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρας βοὸς παμμεγέθες κεχρυσωμένον. καὶ ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένα, Ζηνὶ τόδ' Αἰνεάδης. lege, καὶ ἐπίγραμμα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένον. illud vero perperam quod ait, Κάσιον ὄρος πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. debuit dicere πρὸς τῷ Πηλουσίῳ, nam Euphrates longe ab hoc Caſio Ægypti,

venit, & [1] Pompeji tumulum magnificentiùs extruxit. Anti-

pti, non ita vero longe ab illo altero Caſio Antiochiæ. male igitur utrumque confundit. in illo autem epigrammate ſcribebant membranæ, καὶ βοὸς ὕδωρ. nos, καὶ βοὸς οὖρα fecimus. nam de uro capiendum. notum eſt urorum cornibus, pro poculis uſos eſſe populos illos apud quos frequentes ſunt. Solinus: *iſtis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob inſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerulæ fiant.* Plinius: *Urorum cornibus barbari ſeptentrionales potant, duaſque urnas, unius capitis cornua implent.* Suidas vitioſam etiam lectionem in ſuo libro reperit, vel non intellexit quid οὖρος heic vellet. dicit enim, βοὸς παμμίγεθες κέρας à Trajano dedicatum. ſed & apud eundem in voce λῖτα, ubi hos verſus citat, legitur, καὶ βοὸς ὕδωρ. minime igitur dubium quin recte καὶ βοὸς οὖρα reſtituerimus. quod habetur in eodem Hadriani. ἄνθετο δοιὰ λῖτα, Suidas interpretatur: κρατῆρας ἀργυροῦς. mihi tamen λιτὸν in hac ſignificatione nondum lectum eſt. legebat fortaſſe, δοιὰ ῥυτὰ πολυδαίδαλα. nam ῥυτὰ φιάλας καὶ ποτήρια exponunt veteres Grammatici. idem tamen Suidas in voce λῖτα, hunc verſum producit, & λῖτα interpretatur καταπετάσματα. ex Homero fortaſſe apud quem legitur κατὰ λῖτα πετάσσας, quod grammatici exponunt ὕφασμά τι λιτόν. & Odyſſ. α.

— ὑπὸ λῖτα πετάσσας καλὸν δαιδάλεον.

Euſtathius ad illum locum: λῖτα δὲ ὕφασμά τι λιτὸν, οἷον τυχὸν λίνεον. καὶ ὅτι τινὲς ποικίλον μᾶλλον κατ' ἀντίφρασιν τὸ λῖτα βούλονται εἶναι, διὰ τὸ ποιητὴν ἐπενεγκεῖν, καλὸν δαιδάλεον. Huic interpretationi favere videtur quod Homerus λῖτα δαιδάλεον dixit, ut heic Hadrianus, λῖτα πολυδαίδαλα. λῖτα enim hoc genere & numero, in iſto etiam ſenſu poſuit Athenæus libro II. Ὅμηρος δὲ ὁ θαυμασιώτατος τῶν στρωμάτων τὰ μὲν καθύπερθε λῖτα εἶναι φάσκει, ἤτοι λευκὰ καὶ μὴ βεβαμμένα ἢ πεποικιλμένα· τὰ δὲ περιστρώματα ῥήγεα: ſed apud Homerum & alios poëtas prima in λιτὸς & λῖτα ſemper producitur, quam Hadrianus heic corripit, cum potuiſſet ſcribere, ἄνθετο λῖτα δύω πολυδαίδαλα. putarem itaque ſcriptum eſſe ab Hadriano, ἄνθετο δοιὰ ῥυτά. ῥυτὰ ut dixi poculi genus. quod optime conveniret huic loco, & expoſitioni priori Suidæ, qui κρατῆρας ἀργυροῦς ab Trajano dedicatos ex hoc epigrammate adſtruebat. Athenæus: Δωρόθεος δὲ ὁ Σιδώνιος φησὶ τὰ ῥυτὰ κέρασιν ὅμοια εἶναι, διατετρημένα δὲ εἶναι ἐξ ὧν κρουνιζόντων λεπτῶς κάτωθεν πίνειν, ὀνομάσθαι τε ἀπὸ τῆς ῥύσεως. verum hæc diligentius excutiemus in Græcorum Epigrammatum editione. ab hoc autem Peluſiaco Caſio dictum eſt in proverbio, τὸ κασσιωτικὸν ἅμμα, ἐπὶ δυσλύτων. Stephanus κασιωτικὰ ἱμάτια etiam celebrat: quam lectionem perperam ſollicitant viri docti. nam eam agnoſcit Euſtathius in Dionyſium περιηγητὴν his verbis: ἰστέον δὲ ὅτι Κάσιον Ἡρόδοτος ὁρίζειν φησὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Συρίαν. καὶ ὅτι τὰ νῦν ἰδιωτικῶς Κασιανὰ ὑφάσματα λεγόμενα, ἐκ τοῦ περὶ τὸ ἐκεῖθεν Κάσιον ὄρος τὴν ἀρχὴν τῆς κλήσεως ἐοίκασι λαβεῖν, ὡς ὑπεμφαίνει ὁ γράψας τὰ ἐθνικὰ ἐν λόγῳ θεὶς τὰ κασιωτικὰ ἱμάτια. ſed de his alibi.

CASAUBONUS.

1 *Pompeji tumulum magnificentiùs extruxit.*] Dio, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ διεφθαρμένον ἀνῳκοδόμησεν. Plura Appianus ἐμφυλ. lib. II. qui de illo verſu in Pompejum,

Τῷ

[1] Antinoum ſuum dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit: de quo varia fama eſt, [2] aliis eum

·Τῷ ναοῖς βεβίωκε πόσῃ ἀνάνης ἐ-
πέλιπε τομῶν!

diſſentit à Dione.

1 *Antinoum ſuum dum per Nilum navigat.*] Auctorem ſequitur ipſum Hadrianum, qui ita in literas retulerat. Dio, εἴτ' οὖν εἰς τὸν Νεῖλον ἐμπεσών, ὡς Ἀδριανὸς γράφει.

2 *Aliis eum devotum pro Hadriano aſſerentibus.*] Non dubitat Dio hoc affirmare, ut verum & certum: εἴτε καὶ ἱερουργηθείς, ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει. Obſervabamus ad quartum Suetonii, veterum perſuaſionem hanc fuiſſe, poſſe alicujus produci fata, ſi ejus vicem ſubiret alter, velut hoſtia quædam ſuccidanea. Multa hujus ſuperſtitionis, falſiſſimæ quidem, ſed ex vero manantis, exempla non in Græcorum & Romanorum ſolùm hiſtoriis; ſed & multarum aliarum gentium Barbararum: vel vide quæ de inſulis Canariarum inſularum narrat Aloyſius Cadamuſtus capite octavo. Neque tantùm pro capitibus principum hujuſmodi permutatio fieri ſolita: verum etiam pro quovis aliorum. Ariſtides Hadriani ferme æqualis, in Sacrarum quinta narrat, ſe, cùm periculoſe ægrotaret, oraculo monitum, ὅτι ἡ Φιλουμένη ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, καὶ σῶμα ἀντὶ σώματος ἀντέδωκε, τὰ αὐτῆς ἀντὶ τῶν ἐμῶν. moritur ergo Philumene, convaleſcit Ariſtides. Erat hæc filia Callitychæ nutricis quondam Ariſtidis, vel collactaneæ: nam editi libri modò τροφὸν nominant, modò σωτῆρα φορ. ſed & jam ante Hermeas Philumenæ frater pro eodem Ariſtide graviſſimè laborante, mortem viſus obiiſſe, ut ipſe narrat. Oportebat autem, ut qui pro alio moriebatur, ultro mortem oppeteret: quod & in victimis aræ admovendis ſcimus ſervatum. Aurelius Victor, de Hadriano & Antinoo verba faciens: *Quæ quidem diis pia volunt religioſaque, quippe Hadriano cupiente fatum producere, cum voluntarium ad vicem magi popoſciſſent, cunctis retractantibus, Antinoum objeciſſe ſe referunt.* Sacrificium Antinoi homo paganus vocat rem piam & religioſam. ferè tamen quicunque ex antiquis ſcriptoribus Hadriani famæ voluerunt conſultum, ſacrificium iſtud humanum ſtudio diſſimularunt. Quare etiam Athenagoras in Apologetico ad Marcum imperatorem, Antinoi conſecrationem humanitati Hadriani adſcribit, non amori fœdo. Ἀντίνους, inquit, φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων προγόνων πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός. Juſtinus quoque Martyr in Apologia ad Pium miſſa, pari prudentia honori patris apud filium conſuluerat. aliter & Tertullianus & cæteri omnes patres, quibus nulla temperandi neceſſitas. Arrianus vero in Periplo Euxini quem Hadriano miſit, fœdiſſimè illi adulabatur cùm hæc ſcriberet: Ἀχιλλέα ἐγὼ πείθομαι εἴπερ τινὰ καὶ ἄλλον ἥρωα εἶναι, τῇ τε εὐγενείᾳ τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ ἐρωτικὸν γενέσθαι καὶ φιλέταιρον, ὡς καὶ ἐναποθανεῖν ἐλέσθαι τοῖς παιδικοῖς. nam ſub Achillis perſona, Hadrianus hic laudatur, & ejus in Antinoum nefandus amor. Videntur doctores Hebræorum ad hanc hiſtoriam reſpicere, quoties Hadrianum nominant שחיק טמייא vel שחוק עצמות quaſi pollutum dicas è contrectatione oſſium aut cadaveris. aliam enim è mortuo pollutionem illi exprobrant, ab illa cujus mentio in libris Moſis. alluſit & Tertullianus cum Hadrianum appellat *curioſitatum omnium exploratorem*: & Ammianus Marcellinus cùm *futurorum ſciſcitationi nimiæ deditum.*

SALMASIUS.

2 *Aliis eum devotum pro Hadriano aſſerentibus.*] Qui pro alio devovebantur,

eum devotum pro Hadriano aſſerentibus, ¹ aliis quod & for-

tur, & alieni fati vicarii, ſua ſponte mortem obibant, Græcis *ἀντίψυχοι* dicti quod animam pro anima redderent. ut de Alceſtide narrant Græci. Euripides:

Ἐγώ σε πρεσβεύουσα κἀντὶ τῆς ἐμῆς
Ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰσορᾶν
Θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν —

Dictys Cretenſis: *adfuit & Eumelus Pheræus, cujus pater Admetus quondam vicaria morte conjugis propria fata protulerat.* Hinc ἀντίψυχοι dictæ aves Diomedeæ quæ quotannis ſanguine ſuo manibus Diomedis parentabant. Ariſtides in ſacris orationibus: ὅτι Φιλουμένη ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς καὶ σῶμα ἀντὶ σώματος ἀντιδοίη. Lucianus ἀντιάνδρους vocat in Dialogo cui titulus, τύραννος: καὶ μὴν ἐγγυητὰς ὑμῖν ἕτοιμος παρέχεσθαι τὸ τεῖχος καὶ τὸ ἐπινείδους εἰ βούλεσθε, καὶ ἀντάνδρους ὑμῖν ἀντ' ἐμαυτοῦ παραδοῦναι τὸ ἀγαπητόν. Dio vel Xiphilinus ἱερουργηθέντα quidem Antinoum ſcribit, ſed non in eam rem; ut Adriani fata proferrentur, ſiquidem ejus verba recte interpretamur, quæ perperam accepta viris doctis putamus. nam, niſi fallor, ſentit Dio Antinoum ab Hadriano ad hoc immolatum ut extiſpicio puerilis victimæ futura exploraret. quod aperte hæc ejus verba teſtantur de Antinoi morte: εἴτε οὖν ἐς τὸν Νεῖλον ἐκπεσὼν ὡς Ἀδριανὸς γράφει, εἴτε καὶ ἱερουργηθεὶς ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει. τά τε γὰρ ἄλλα περιεργότατος Ἀδριανὸς, ὥσπερ εἶπον, ἐγένετο, καὶ μαντείαις μαγγανείαις τε παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. nam quæ de Adriani curioſitate heic ſcribit circa divinationes & vaticinationes, magicaſque artes, ad illum morem cædendarum humanarum hoſtiarum, ut extiſpiciis futura panderentur, ſpectat, quem morem curioſitatum Hadriani ſedulus imitator Julianus uſurpaſſe dicitur. Lampridius de Heliogabalo: *cædit & humanas hoſtias lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, credo ut major eſſet utrique parenti dolor. omne denique magorum genus aderat illi, operabaturque quotidie, hortante illo & gratias diis agente, quod amicos eorum inveniſſet, quum inſpiceret exta puerilia, & excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.* ubi vides pueros etiam decoros ad hanc rem quæri ſolitos. Antinous autem adeo decorus ut & formæ gratia Hadriano amaretur ejuſque delicium eſſet. non dubium igitur in alia fuiſſe ſententia Dionem ac Spartianum de hac Antinoi morte ſive immolatione, vel cauſa immolationis. Quod ait Lampridius, *quum inſpiceret exta puerilia*, in hunc ſenſum interpretari placet, ἐποπτεύσεις παίδων ἀδιαφθόρων apud Juſtinum martyrem, de iſtis ſcilicet puerilium extorum inſpectionibus. in Apologetico ſecundo pro Chriſtianis: νεκυομαντεῖαι μὲν γὰρ καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων, πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί.

CASAUBONUS.

1 *Aliis, quod & forma ejus oſtentat, & nimia voluptas Hadriani.*] Honeſtè reticet rem turpem & ne nominandam quidem. ita enim ſuppleri debet: aliis aſſerentibus eum fuiſſe delicias Hadriani, quod & forma ejus oſtentat, & Hadriani nimia voluptas. hoc eſt παιδομανία. id *voluptas* ſignificat hoc loco, ut mox, *in voluptatibus nimius.* Eſt autem firmiſſimum quo utitur argumentum, à forma Antinoi: quam didicerat Spartianus ex illius ſtatuis, & veteribus nummis. Pauſanias quoque qui per temporum rationem poterat Antinoum vidiſſe; ſcri-

& forma ejus oſtentat & nimia voluptas Adriani. [1] & Græci quidem volente Adriano eum conſecraverunt,

ſcribit tamen in Arcadicis, ſe cùm vivum non vidiſſet, mortui ſtatuas & tabulas multas eſſe intuitum Bacchi vultum referentes. Extat hodièque in nummis expreſſa illius ephebi imago: quam nemo vetuſtatis paullò callentior aſpiciet, quin vultum habitumque catamiti ſtatim agnoſcat. Ejuſmodi hic eſt ex ære antiquiſſimus & elegantiſſimus, quem è magni Thuani Præſidis cimeliis depromtum infrà ſubjecimus.



Literæ quæ orbem totum poſticæ partis implebant vetuſtate ſunt exeſæ, planeque ignorabiles, paucis exceptis: ex quibus tamen liquidò conſtat legendum, CMΥΡΝΑΙΟΙC ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. quam inſcriptionem viri docti & in aliis nummis invenerunt.

1 *Et Græci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt.*] Reſpicit ad profuſas Græculorum adulationes, quibus Hadriani luctum minuere conati ſunt, cùm ille Alexandriæ Antinoum ſuum muliebriter defleret. Habes inluſtre exemplum in decimoquinto Athenæi, de Pancrate. Ait, *volente Hadriano*, quaſi conſecrationis hujus non fuiſſet Hadrianus auctor, ſed Græci homines: quod & Athenagoras iis verbis quæ modò attulimus, videtur ſignificare. Illi igitur non ſolùm inter heroas & minorum gentium deos Antinoum retulerunt: ſed & ſtationem in cœlis certam eidem aſſignarunt, novum ſidus ANTINOUM inter cœleſtes imagines commenti. Ejus poſituram in ſiderum *ἀστροθεσίαις* & deſcriptionibus Aſtrologorum invenies. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Tatianus: *Παῖς ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν;* Ejus conſecrationis cùm alia extant hodieque monumenta, tum iſtud Romæ egregium.

ΑΝΤΙΝΟΩ
CΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΑΠΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC
ΠΡΟΦΗΤΗC.

Qui lapidem hunc honori Antinoi dedicavit, Hadriani libertus fuit, aut alicujus è Trajani cognatis. Erat autem *προφήτης*, id eſt, ſacerdos Antinoi. ſed quoniam vulgò creditum eſt hoc ſacerdotio præditis vim divinandi ineſſe; ideo non *ἱερέα* ſe aut ſacerdotem vel flaminem nominat, verùm Prophetam. Hegeſippus apud Euſebium Hiſtoriæ eccleſ. libro IV. *ᾧ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας*. Ita accipe quod ſubjicit Spartianus, *oracula per eum dari aſſerentes.* Ac ferè videas omnes Ægyptiorum deorum ſacerdotes dici à ſcriptoribus prophetas, ut obſervat Diogenes Laërtius. Aliis in locis *ἱερεῖς* dicebantur: ut in veteri nummo, OCTΙΛΙΟC ΜΑΡΚΕΛΛΟC Ο ΙΕΡΕΥC ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ. ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. Quòd autem hìc nominatur Antinous, *σύνθρονος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν*, deorum Ægypti conſeſſor & conſors, illud ſignificat: urbem de hujus nomine Antinoum ſive Antinoopolin in Thebaide juſſu Hadriani appellatam, non à fundamentis fuiſſe novam factam; ſed ejus gratia inſtauratam, & quaſi denuo conditam: cùm eſſet ante is locus alii numini conſecratus. BESAM

deum illum, & urbem quoq; priores vocabant: quam appellationem diu etiam poſtea retinuerunt Ægyptii, altera Græcis relicta. Propterea fuere qui de duobus unum nomen componerent & oppidum iſtud BESSANTINOUM appellarent. Photius patriarcha, de Helladio ſcriptore Ægyptio: ὗτος ὁ συγγραφεὺς ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν, πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου, ἢ ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει Βησαντινόου. duorum numinum appellationes in unam conflatæ, ut in Hermeraclas, Hermathena, Heraclammon, Hermaminon. Beſa nomen eſt unius Dei Ægyptiorum. Ammianus lib. XIX. *Oppidum eſt Abydum in Thebaidis parte ſitum extrema. Hic Beſæ dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.* Atque ut in aliis deorum nominibus, ſic in iſto accidit, ut viri etiam illud uſurparent Ægyptii. inde erat Beſa ille qui ſub Decio crucis euangelium ſanguine ſuo obſignavit. etiam ille, opinor, qui veteri proverbio eſt notatus, Βησᾶς ἴσησιν: homo ob fatuitatem Alexandriæ celebris, ubi Machon fabulas ſuas docuit: à quo videntur veteres critici deſumſiſſe, ut ſcripſimus alibi.

SALMASIUS.

1 *Et Græci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt.*] Tertulliani locus de hac Antinoi conſecratione excutiendus. is ita ſe habet in vulgatis codicibus Apologetici capite XIII. *cum Simonem magum ſtatua & inſcriptione ſancti Dei inauguratis, quum de pædagogiis aulicis neſcio quem cinædum deum facitis.* pro his verbis, quæ in editionibus habentur, *neſcio quem cinædum deum facitis*, opt. lib. cujus opera multa millia mendarum ex Tertulliani operibus ſuſtulimus, aperte exhibet ſcriptum: *quum de pædagogiis aulicis neſcio quem Synhodi deum facitis.* omnino legendum, *Synodi Deum facitis*. id eſt in Synodum & collegium Deorum cooptatis. ſic *collegium Deorum* in veteri inſcriptione. JOVI. OPTIMO. MAXIMO. CÆLESTINO. FONTELUS. ET. MINERVÆ. ET. COLLEGIO SANCTISSIMO. *Deorum*, ſcilicet. ſic in alia inſcriptione, *Deorum concilium* dicitur: PRO. SALUTE. ITU. ET. REDITU. DN. N. SANCTISSIMI . . . . TI. AUG. ÆDICULAM. CONCILII. DEORUM. DEARUMQUE. item *conſeſſus Deorum* in alio marmore. JOVI. OPT. MAX. ET. CONSESSUI. DEORUM. DEARUMQUE. PRO. SALUTE. IMPERII. ROMANI. Tertullianus *Synodum Deorum* vocavit. ſic σύνοδος μυστῶν in antiquo monumento, collegium myſtarum. & *Synodus Xyſtica* ſæpe occurrit in veteribus monumentis. qui autem de hominibus in Deorum numerum referebantur, hi πάρεδροι deorum fieri dicebantur, & σύνθρονοι, quaſi adſeſſores & eadem ſede præditi cum ceteris Diis. Hoc eſt, quod ait Tertullianus, Synhodi deorum fieri, & collegio eorum adſcribi. Virgilius ad Auguſtum:

Tuque adeo quem mox quæ ſint habitura deorum
Concilia, incertum eſt. —

Synhodus Deorum apud Græcos erat ex duodecim Diis, quos magnos appellabant. in quorum numerum qui ex hominibus referebantur, hi πάρεδροι τῶν μεγάλων θεῶν dicebantur, ut jam diximus. Demades cum de conſecratione Alexandri in concione apud Athenienſes ageret, ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. hoc eſt πάρεδρον τῶν δώδεκα θεῶν. Ælianus narrat. Lucianus de Hephæſtione divo facto: καὶ τέλος ἔθυον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ex libro περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν. Hic ipſe Antinous, in veteri inſcriptione, quam jam produxerunt homines docti, σύνθρονος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν appellatur. σύνθρονος autem & πάρεδρος, idem. Heſychius: πάρεδρος, παρακαθήμενος, παραμένων, σύνθρονος. item in alia inſcriptione

ptione: θεοῖς ἀδελφοῖς συνθρόνοις τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς. Sciendum vero eſt unicuique Deorum ſuos attributos παρέδρους Jovi τοὺς δώδεκα θεούς. ſex mares, ſex fœminas, quos propterea Conſentes appellabant, id eſt συνέδρους, ut paulo poſt dicam: Matri deum Idæos Dactylos. Scholiaſtes Apollonii de Titia & Cylleno: εἰσὶ δὲ οὗτοι τῶν Ἰδαίων Δακτύλων μοιρηγέται, καὶ μητρὸς θεῶν πάρεδροι. Æſculapio, Ὑγίειαν, Ἰασὼ καὶ Τελεσφορίωνα. ſic aliis alios aſſeſſores aſſignatos fuiſſe liquet. hinc doctiſſimus antiquitatis Poëta de Auguſto:

Tuque adeo quem mox quæ ſint habitura deorum
Concilia, incertum eſt.

Id eſt quibus Diis πάρεδρος futurus ſis. Conſentes veteribus Latinis dicti qui Jovis conſiliarii & aſſeſſores eſſe exiſtimabantur. de quibus vide Arnobium. in vetuſto marmore: JOVI. OPT. MAX. CETERISQVE. DIS. CONSENTIBVS. hoc eſt, καὶ ἄλλοις θεοῖς συνέδροις. in alio: I. O. M. DIS. DEABVSQVE. CONSENTIBVS. Hinc *conſentium deorum*. in alia inſcriptione, τὸ συνέδριον θεῶν CONSENTIO. DEORVM. MARIANA. SOZOMENE. IMPERIO. FECIT. ſic enim *conſentium* à *conſentio*, ut *obſidium* ab *obſideo*, & ſimilia. *conſeſſus deorum* alibi dicitur. *conſentium*, συνέδριον: ut *conſens* σύνεδρος. *conſentium* igitur *deorum*, & conſeſſus, & *concilium*, & *collegium*, & *Synodus*, ut in illo Tertulliani loco, ſunt συνώνυμα. Hujuſcemodi autem deorum παρέδρους qui de hominibus in deorum concilium & collegium adlegebantur, Latini veteres appellarunt *novemſiles* vel *novemſides* ſecundum quorumdam opinionem. Arnobius: *ſunt præterea nonnulli qui ex hominibus divos factos hac prædicant appellatione ſignari, ut eſt Hercules, Romulus, Æſculapius, Liber, Æneas.* Servius: *ſane quidam veteres Deos Novemſiles dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem.* novemſiles quaſi *novemſides* dictos autumat doctiſſimus Grammaticus Marius Victorinus, quod eadem ſede præditi eſſent. locus Victorini inſignis eſt, ſed inſigniter corruptus: *Novenſiles*, inquit, *ſive per l. ſive per d. ſcribendum. Communionem enim habuerunt hæ literæ apud antiquos, ut linguam, & dinguam: dacrimis & lacrimis: capitodium & capitolium: & ſella à ſede, &c.* ſequitur poſt paulo: *Novenſiles autem quos Græci* συνεννέα, *poſt novemdii à conſidendo, id eſt eadem ſede præditi.* nihil contaminatius. omnino ſcribendum: *Novemſides autem quos Græci* συνναὺς, *à novem ac ſidendo, id eſt eadem ſede præditi.* quod novem in eadem ſede, hoc eſt, in eodem templo collocati eſſent. eos nempe putat eſſe, quos Græci συνναὺς dicunt. ſed de his alibi. Locus Tertulliani qui Antinoum deum Synodi factum eſſe ſcripſit, ſic erat corrigendus & explicandus. putavi tamen aliquando deum Synodi dici Antinoum, qui pro deo coleretur à Synodo Xyſtica. ſic enim argumentabar: eum ephebum à Græcis in gratiam & ſolatium Hadriani conſecratum; ſtatuas ejus in Gymnaſiis Græcorum poſitas cum Herculis, Mercurii, Minervæ, & aliorum deorum qui in Gymnaſiis ponebantur, ſimulacris. Agonem in ejus honorem inſtitutum Gymnicum, ab ejus nomine Ἀντινόειον dictum. cum igitur illi de more ſacra facerent Xyſtici qui in eo agone certabant, putabam Synodi deum propterea eum appellari à Tertulliano. nam Synodi illæ Xyſticorum ſua ſacra habebant, & pontifices ſuos, ut & alia omnia collegia. Synhodus tam ſcenicorum quam Xyſticorum dicebatur, etiam abſolute. ut in hac inſcriptione.

L. AVRELIO
APOLAVSTO. MEMPHIO
AVGG. LIB. HIERONICÆ
CORONATO. ET. TON. DIAPAN
DON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI
SYNHODI. ET. AVGG.

Archie-

Archierea Synhodi vocat, collegii ſcenicorum pontificem. Alia inſcriptio:

M. AVRELIO. AVG. LIB.
AGILIO. SEPTENTRIONI
PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
RASITO.

Sacerdotem Synodi eodem ſenſu heic dictum, quo *Archierei Synodi* in ſuperiori inſcriptione. nam ſacerdotes & pontifices habebant illæ Synodi. Perperam vir doctus in laborioſiſſimo indice inſcriptionum illarum, *Synhodum. Apollinis* poſuit. nam *Synhodus* ſimpliciter & abſolute de ſcenicorum collegio vel congregatione: *Gregem* Latini dicebant. *Grex ag t in ſcena mimum.* Petronio. Grex ἡ σύνοδος. & ita apud Comicum. ſic σύνοδος de Xyſticis. vetus inſcriptio. σύνοδος ξυστικὴ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν. σύνοδος ξυστικὴ vocatur in hac inſcriptione; in alia ὁ σύμπας ξυστὸς pro eodem. ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου. ξ. ſic σύνοδος μυστῶν in alia. Strabo de Muſeo Alexandrino: ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος. σύνοδον vocat collegium φιλολόγων qui publico ſumptu in Muſeo alebantur. cum igitur Ἀντινόεια celebrarentur in honorem Antinoi, eique ſacra fierent à Xyſticis qui in eo agone certaturi erant, putabam Synhodi deum factum dici Tertulliano Antinoum, quem Xyſtici tanquam deum colerent. ſed fruſtra ſic opinabar. nam *Deorum Synhodi fieri*, dicitur Tertulliano qui in Synodum & Concilium deorum cooptatur. Præcedebat apud eumdem Tertullianum: *cum Simonem magum ſtatua & inſcriptione ſancti Dei inauguratis.* Dicam heic obiter de hoc Simone Mago, quem ſoli Chriſtiani ſcriptores inter deos relatum ab Romanis & pro deo cultum, ſtatuis etiam & inſcriptionibus inauguratum ſcripſere. nam quis præter illos Simonis Dei meminit apud veteres? Plurimæ adhuc extant Deorum Dearumque inſcriptiones, ſed nulla Simonem ſanctum Deum præfert. Atqui Juſtinus Martyr locum etiam in urbe deſignat, ubi illi ſtatua erecta, & titulo ſancti Dei, ut ait Tertullianus, inaugurata. de hoc Simone Mago ita ſcribit ſecundo pro Chriſtianis apologetico: ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται. ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, SIMONI. DEO. SANCTO. ſed mirum ni Juſtinus homo Græcus errore nominis deceptus cum SEMONI DEO SANCTO in illa inſcriptione legiſſet, Semonem pro Simone acceperit, ac putarit Simoni Mago ſtatuam illam inſcriptionemque dedicatam. Extat hodieque Romæ in inſula Tiberina vetus inſcriptio huic Semoni poſita: SEMONI. SANCO. DEO. FIDIO. & alia apud Fulvium Urſinum: SANCTO. SANCO. SEMONI. DEO. illa quam vidit Juſtinus, & quæ ejus tempore extabat ad Tiberim inter duos pontes, videtur ſic fuiſſe concepta: SEMONI. DEO. SANCTO. & fortaſſean SIMONI pro SEMONI etiam ibidem ſcriptum fuerit, vitioſa ſcribendi conſuetudine, cujus non pauca exempla in veteribus monumentis occurrunt. ſic *Mircurius* pro *Mercurius*. *Camina* pro *Camena*. *Melpomine* pro *Melpomene*. *Artimas* pro *Artemas*. *Belinus* pro *Belenus*. *Gimina* pro *Gemina*. & alia ſexcenta. vide indicem inſcriptionum Gruterianarum. ſic *Simoni* pro *Semoni* forte ſcriptum fuit. non tamen de Simone illo mago cujus in apoſtolica hiſtoria mentio, capiendum: Sed de Semone Sanco vel Sancto qui apud Romanos colebatur, templis ei, ſacellis, aris, ſtatuis, & inſcriptionibus in diverſis

runt, [1] oracula [2] per eum dari aſſerentes : quæ Adria-

verſis urbis locis dedicatis. nam Simonem Magum pro Deo cultum, vel in Deorum numerum receptum Romanis neutiquam mihi perſuadere poſſum. hanc ſententiam noſtram pluribus ad Tertulliani Apologeticum conſtabiliemus.

1 *Oracula per eum dari aſſerentes.*] Idem Græci de Hephæſtione narrabant quem Alexander divum fecerat, ſomnia per illum immitti, curationes fieri, & oracula reddi aſſerentes. Lucianus : ἀπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν προσεξέκαιον δ' εὐθὺς καὶ ἀνεζωπύρουν ὀνείρατα διηγούμενοι, τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐπιφανείας τινὰς καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες, καὶ τέλος ἔθυον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. quæ verba unice hunc locum illuſtrant. De paredris ſupra diximus, ita ſcilicet appellari ſolitos, qui beneficio principis alicujus, aut propriæ virtutis merito, numinis dignitatem erant adepti, & in conſortium Deorum recepti. nil erat eſſe Deum niſi Dei quoque officio fungerentur. itaque novitii illi & adſcriptitii Dii, ut aliqua divinitatis auctoritate cenſerentur, ſomniis & oraculis reſponſa dare, & curationes facere credebantur. quod in Æſculapio, Amphiarao, Trophonio, aliiſque ſtulta credidit antiquitas. idem de Hephæſtione finxerunt, qui Alexandro adulabantur; & de Antinoo qui Hadriano. παρέδρους ejuſmodi Deos appellitabant. Hinc & πάρεδροι δαίμονες dicti quos ad futura prænoſcenda magi evocabant. Juſtinus martyr : νεκυομαντεῖαι γὰρ καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐπόψεις καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι. παρέδρους & ὀνειροπομποὺς junctim poſuit. ſic plane liquet ex Luciano Hephæſtionem πάρεδρον fuiſſe καὶ ὀνειροπομπόν. ὀνείρατα, inquit, αὐτοῦ διηγούμενοι. & paulo poſt τέλος ἔθυον αὐτῷ παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. Euſebius quoque lib. IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ὀνειροπομποὺς καὶ παρέδρους δαίμονας jungit. οἳ καὶ τοῦ Σίμωνος οὐχ ὡς ἐκεῖνος κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερὸν τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπομποῖς τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις ἀγωγαῖς. Tertullianus paredrorum meminit lib. de anima : *ſcimus etiam magiam elicere explorandis occultis catabolicos & paredros & pythonicos ſpiritus.* ita enim legendum, non ut vulgo, *per catabolicos.* Fulgentius in libro de continentia Virgiliana : *nec illa quæ Dardanus in Dynameris, aut Battiades in Paredris, aut Campeſter in catabolicis infernalibuſque cecinerunt.* Tres hæ ſunt Deorum vel Dæmonum ſpecies, *Dynameri*, *paredri*, & *catabolici.* & fallitur vir doctus qui qualem materiam deſcripſere, ac ſylvam rerum medicinalium, Dioſcorides ac Myrepſus, talem in magicis ſcriptam à Dardano opinatur : nam Dynamera medicos ſylvam & materiam medicinalem vocare. tres igitur ibi μαντικῶν ſpirituum gradus ponuntur à Fulgentio. Dynameri, hoc eſt Δυναμηροὶ, potentes & magni Dii vel ſpiritus, quorum in oraculis reddendis, & ſomniis mittendis ſemper certior fides & effectus major. Hos Græci Θεοὺς δυνατοὺς vocarunt. hinc qui apud Samothraciam colebantur Θεοὶ δυνατοί. δυνατὸς autem & δυναμηρὸς idem. Divi potes in augurum libris, ut habetur apud Varronem, cujus locum de Diis potibus vel Samothraciis ita emendamus : *nam neque quas Samothracia*

thracia ante portum ſtatuit, duas viriles ſpecies aheneas, Dii magni. perperam hodie ſcriptum: *quas Ambracia ante portas ſtatuit.* in Samothracia ante portum duo erant poſita ſimulacra virilia ex ære. Hos quidam Samothracios Deos, qui & δυνατοὶ & μεγάλοι dicebantur, exiſtimabant. quos errare dicit Varro. Servius: *idem Varro & alii complures magnos Deos adfirmant ſimulacra duo virilia Caſtoris & Pollucis in Samothracia ante portum ſita, quibus naufragio liberati vota ſolvebant.* male cepit mentem Varronis. negat enim Varro effigies illas aëneas ante portum Samothraciæ poſitas, Deos eſſe magnos. quos Deos magnos & potentes de Penatibus nonnulli accipiunt, eoſdemque faciunt penates & magnos Deos. Arnobius ex Etruſcorum diſciplina Jovis eos conſiliarios & principes Deos habitos fuiſſe ſcribit. Dynameros etiam apud Dardanum liceat interpretari, quos ſimpliciter Θεοὺς appellabant. qui diſtinguebantur in ſuperos, inferos & medioxumos. Græcis autem εἰς οὐρανίους, αἰθερίους, ἐπιγείους, χθονίους καὶ θαλαττίους, quorum quia poteſtas major quam Heroum vel eorum qui ex hominibus Divi facti ſunt, ideo δυναμηροὶ dicti apud magicarum artium peritos. Artemidorus: οἱ ἥρωες καὶ ἡμίθεοι τοῖς θεοῖς τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον πλὴν ὅσον τῆς δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ γὰρ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἥττονα σημαίνουσι. quos δυναμηροὺς Dardanus, eos idem Artemidorus vocat μείζονας τῶν θεῶν & πρεσβυτέρους καὶ τάξει προύχοντας. Hæc de Dynameris. De Paredris jam diximus, & quare ſic dicti jam dedimus rationem, eos nimirum qui ex hominum numero inter Deos relati, & alicui Deo adſeſſores & miniſtri attributi. minus recte Turnebus paredros malos genios interpretabatur qui alicui ſemper adſiderent, & familiares eſſent. Sequitur de catabolicis quos eoſdem cum infernalibus videtur facere Fulgentius, vel Campeſter potius qui de his librum compoſuerat. meminit hujus Campeſtri Servius, ex quo eum de Cometis & earum ſignificationibus ſcripſiſſe colligi poteſt. ſic enim ſcribit: *Hunc cometen Æthiopes dicuntur & Perſæ vidiſſe, & omnium malorum & famis neceſſitates pertuliſſe, quarum pleniores differentias, vel in Campeſtro vel in Petoſiri, ſi quem delectaverit, quærat.* ita locum illum optimi Grammatici qui in vulgatis editionibus corruptiſſime excuſus eſt, legimus. Sed unde nomen his catabolicis? an ἀπὸ τῆς καταβολῆς, quæ vox ſacrificium vel victimam ſignificat? quod ſcilicet ſacrificiis & victimis elicerentur. Heſychius: καταβολή, θυσία, πλειστή. Græci καταβάλλειν ἱερεῖον, mactare hoſtiam dicunt. Hinc καταβόλοι victimarii, vel confectores victimarum. & καταβολή, victima. ſed verius eſt catabolicos dictos eos ſpiritus, qui per arrepticios, & energumenos futura prædicebant, quos plerumque raptabant, dejiciebant & ſolo affligebant. Hinc καταβολικοὶ dicti. Nam & καταβολή, ἐπίπνοιαν dæmonis & κατοχὴν ſignificat. Pollux libro I. capite XVIII. περὶ μαντικῶν καὶ μαντικῶν τόπων καὶ ἀνδρῶν· τὰ δὲ ὀνόματα τοῦ πράγματος, κατακωχή, κάθοδος θεοῦ, καταβολή, κατοχή, ἐπιθειασμός, ἐπίπνοια, βακχεία, κίνησις ἐκ θεοῦ, κατάληψις, ἐνθουσιασμός. Catabolici igitur dicti illi dæmones ac ſpiritus quod dejicerent & adfligerent, proſternerentque, quos numine ſuo implebant, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, vel ἀπὸ τῆς καταβολῆς, quæ acceſſionem & adflationem cum impetu ſignificat, quod derepente irruerent ſcilicet, & vates ſuos corriperent, ſpirituque fatidico implerent. nam καταβολή, ἐπίπνοιαν θεοῦ καὶ κάθοδον ſignificat, ut ex Polluce vidimus. ſic καταβολὴ πυρετοῦ apud medicorum filios, acceſſio febris & impetus. ſed de his ſatis hoc quidem

drianus ipſe compoſuiſſe jactatur. [1] Fuit enim poëmatum

dem loco, quæ alibi plenius diſtinctiuſque ediſſertabimus.

2 *Per eum oracula dari aſſerentes.*] Hinc & prophetas habuit. in veteri inſcriptione Ulpius Apollonius quidam propheta Antinoi memoratur. D. Hieronymus in Hegeſippo : *tumulos mortuis templáque fecerunt, ſicut uſque hodie videmus. è quibus eſt & Antinous ſervus Hadriani Cæſaris, cui & Gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, & ſtatuit prophetas in templo.* Agon ille Gymnicus in honorem Antinoi inſtitutus celebrabatur, ut ex illis verbis conſtat, apud Antinoopolim Ægypti urbem. atqui Pauſanias in Mantinea celebrari ſolitum ſcripſit : ejus hæc ſunt verba in Arcadicis : τούτων ἕνεκα ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμὰς καὶ τελετὴν κατ' ἔτος ἕκαστον. καὶ ἀγὼν ἐστιν αὐτῷ δι' ἔτους πεμπτοῦ. dubitavi igitur ſemper de illo Hieronymi loco, donec tandem dubitationem meam abſolvit optimus liber ab optimo Jureto mihi commodatus. in eo ita ſcriptum repperi : *cujus & gymnicus agon exercetur Antinoius, civitatemque ex ejus nomine condidit.* qua lectione nihil verius. nam verba illa ſunt Hegeſippi, quæ Hieronymus ex Græco vertit. Græca Hegeſippi apud Euſebium hodieque leguntur hoc modo : οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας. Hactenus Hegeſippus apud Euſebium. ſed videtur aliquid deeſſe. recte enim πόλιν ἔκτισεν. ſed non item, ἔκτισε καὶ προφήτας. omnino ſupplendum in verbis Hegeſippi : καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας κατέστησεν ἐν τῷ ναῷ. quod ſequutus Hieronymus vertit : *civitatemque ex ejus nomine condidit, & ſtatuit prophetas in templo.* integriori igitur codice uſus eſſe videtur. De prophetis porro Antinoi locus eſt elegans Origenis adverſus Celſum, quem jam produxerunt docti viri, ſed minus integrum. eum ita lego : τοιοῦτός ἐστι καὶ ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύπτου νομισθεὶς εἶναι θεός, οὗ ἀρετὰς οἱ μέν τινες κυβευτικώτεροι ζῶντες καταψεύδονται. ἕτεροι δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἱδρυμένου δαίμονος ἀπατώμενοι, καὶ ὑπὸ ἀσθενείας τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενοι οἴονται πνεῖν θεῖαν ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου πόλεως. Licet autem in multis Græciæ urbibus templa, & ſacerdotes habuerit Antinous, præcipue tamen eum coluiſſe videntur Ægyptii in ea urbe quæ ab ipſo nomen accepit. nam ibi ſepultus eſt. ibi oracula per eum reddi credebantur. ibi & prophetas habuit. Sepultum vero fuiſſe in Antinoopoli tradit Epiphanius: ὡς ὁ Ἀντίνοος ὁ ἐν Ἀντινοείᾳ κεκηδευμένος καὶ σὺν λυσωρίῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Ἀδριανοῦ οὕτω κατετάγη. ſic enim apud Epiphanium legerim, non ἐν Ἀντινοείῳ. nam Ἀντινόειον eſſet ſepulcrum vel templum Antinoi. Ἀντινόεια autem urbs illa etiam dicta eſt ab Antinoo. Stephanus περὶ ἐθνικῶν : Ἀντινόεια πόλις Αἰγύπτου ἀπ' Ἀντινόου παιδικοῦ. τὸ ἐθνικὸν Ἀντινοεύς. ſic igitur Ἀντινοεύς ab Ἀντινόεια, ut Ἀντιοχεύς ab Ἀντιόχεια. neminem vidi præter Epiphanium & Stephanum, qui hanc urbem Ἀντινόειαν appellaret. reliqui enim omnes Ἀντινόου πόλιν, aut Ἀντίνοον, aut etiam Ἀντινοεῖ vocant. ſed de his alibi.

GRUTERUS.

1 *Fuit enim poëmatum & litterarum omnium ſtudioſiſſimus.*] Servat uterque Pall. *& literarum nimium ſtudioſiſſimus*, & videri queat auctoris genuinum.

CASAUBONUS.

1 *Fuit enim poëmatum & litterarum*

omnium

matum & literarum omnium ſtudioſiſſimus, [1] arithmeticæ, geometriæ, [2] picturæ peritiſſimus. [3] Jam pſal-

omnium ſtudioſiſſ.] Planius Dio: ſcripta reliquit, ait, ſoluta quidem oratione nonnulla; verſibus verò quàm plurima omnis generis.

1 *Arithmeticæ, geometriæ, picturæ per.*] Victor junior, qui ferè Spartianum ſequitur cùm alibi, tum etiam hîc, pro *arithmetica* tribuit Hadriano *medendi ſcientiam.* an ille aliter hîc legit?

2 *Picturæ peritiſſimus.*] Dio addit plaſticæ peritiam. ἔπλασσε καὶ ἔγραφε. Victor: *pictor, fictorque ex ære vel marmore proximè Polycletos & Euphranoras.* Hæreo an huc referam ſuavem apud Dionem hiſtoriolam. Apollodoro architecto, de ſuis operibus aliquid cum Trajano communicanti, cepit παραλαλεῖν & obſtrepere Hadrianus: cui architectus, *Abi & cucurbitas* γράφε: *nam horum nihil ſcis.* videtur reſpexiſſe ad aliquam Hadriani tabulam ubi cucurbitas feliciter pinxiſſet. Hæreo tamen propter verbum γράφε, quod & *pinge* & *ſcribe* poteſt ſignificare. Fortaſſe Hadrianus Senecam imitatus, qui Ἀποκολοκύνθωσιν ſcripſit, aliquod ſimilis & argumenti & tituli ſcriptum compoſuerat: quod non abhorret ab illius ingenio. eò alludens Apollodorus dixerit, Ἄπελθε καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. juvat quod ſubjicit Dio, ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. non enim dicit γραφῇ. Si de pictura capias, erit ſimile illi veteris comici,

Ὡς οὐδὲν ἤδει πλὴν χελιδόνας
γράφειν.

GRUTERUS.

1 *Arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritiſſimus.*] Agnoſcunt & hanc lectionem ambo Pall.

SALMASIUS.

2 *Picturæ peritiſſimus.*] Dubitat Caſaubonus ad hunc locum, an huc referri debeat hiſtoria quæ apud Dionem legitur. Apollodorus architectus, cum Trajanum imperatorem ſecum de operibus publicis aliquid agentem atque tractantem diligenter attenderet, interpellantem Hadrianum & intempeſtive obloquentem hoc dicto amolitus eſt, ἄπελθε καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. Hæret, inquam, vir doctiſſimus, propter ambiguitatem verbi γράφειν, quod *pingere* & *ſcribere* ſignificat. tandem eo inclinat ut malit heic γράφειν non de pictura, ſed de ſcriptura accipere. *Fortaſſe enim*, inquit, *Hadrianus Senecam imitatus* ἀποκολοκύνθωσιν *ſcripſerit, aut aliquid ſimilis argumenti.* eo igitur alluſiſſe Apollodorum exiſtimat, putatque hanc ſententiam pulcre confirmari illo quod ſequitur: ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ γράμματι σεμνυνόμενος. non enim dixit, γραφῇ, ſed γράμματι. Ego vero quin de pictura capiendum ſit, nullus dubito. τὰς κολοκύνθας γράφειν pro περὶ τῶν κολοκυνθῶν γράφειν, de cucurbitis ſcribere Græcum non eſt. at κολοκύνθας γράφειν, *cucurbitas in tabula pingere*, recte, & ſolito Græcorum loquendi more dicitur. γράμμα autem non minus de opere picto quam de ſcripto uſurpatur. γράμμα igitur heic vocat Dio tabellam in qua cucurbitæ pictæ fuerant ab Hadriano, qui ut videtur de belle pictis à ſe cucurbitis gloriabatur. γράμμα eſt ζωγράφημα. Heſychius: γράμματα τὰ γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ καὶ τὰ ζωγραφήματα.

CASAUBONUS.

3 *Jam pſallendi & cantandi ſcient.*] Suetonius in Tito, *ne muſicæ quidem rudis*:

pſallendi & cantandi ſcientiam præ ſe ferebat : in voluptatibus nimius. [1] Nam & de ſuis dilectis [2] multa verſibus compoſuit, [3] amatoria carmina ſcripſit. Idem armorum peritiſſimus, & rei militaris ſcientiſſimus, [4] gladiatoria quoque arma tractavit. [5] Idem ſeverus, lætus : comis, gravis : [6] laſcivus, cunctator :

cundis : ut qui cantaret & pſalleret jucundè ſcienterque.

1 *Nam & de ſuis dilectis.*] Περὶ τῶν ἐρωμένων αὐτοῦ. ſed malim *delicatis* ſcribi, aut *deliciis*.

2 *Multa verſibus compoſuit.*] Apulejus in Apologetico, *Ipſius etiam Divi Hadriani multa id genus* amatoria *legere me memini.*

3 *Amatoria carmina ſcripſit.*] Retinent antiqui etiam iſta verba. Ego inducenda cenſebam. annon enim ſupervacuè bis dicitur idem?

4 *Gladiatoria quoque arma tractavit.*] Quod in hoc principe notatum ut curioſitatis argumentum; idem in aliis minùs ſeveris duriùs acceptum. Capitolinus in Marco : *Verus poſteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit, armiſque ſe gladiatoriis & venatibus exercuit.*

5 *Idem ſeverus, lætus : com.*] Omnia hæc uno verbo Dio Caſſius: ἦ πάντῃ αὐτῷ τὸ πολύτροπον, *quod eſſet in omnibus varius*, ut expreſſit mox Spartianus. *Lætus* hîc & alibi in his libris, opponitur ſevero aut rigido. Ammianus Marcell. libro XXVIII. *Lætus aliàs, & ad populi favorem adipiſcendum aptiſſimus : nonnunquam tamen rigidus.* Græci εὔψυχον dicunt : cui contrarius eſt ὁ δυσάνιος, Firmico, *dyſphoricus.* paullò aliter, *homo vitæ lætæ*, in Vero, pro ἡδονικὸς, vel ἡδυπαθής. Tacitus de Tito, *lætam voluptatibus adoleſcentiam egit.*

GRUTERUS.

1 *Nam & de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit; amatoria carmina ſcripſit.*] Cur & ego illa, *amatoria carmina ſcripſit*, inducenda cenſeam, inducor ab Excerptis Palatinis, in iis enim loco horum verborum omnium tantum viſitur; *Amatoria carmina verſibus compoſuit.*

SALMASIUS.

1 *Nam & de ſuis dilectis.*] Nolim mutari *dilectis* in *deliciis*, vel *delicatis*. Suetonius : *ſed ex dilectis unum Maſgabam nomine, quaſi conditorem inſulæ* κτίστην *vocare conſueverat. dilectus* eſt ἀγαπητὸς, ἐρώμενος. Sic *amatus*. Ammianus Marcellinus *Adonim amatum Veneris* vocat lib. XXII. *evenerat autem iiſdem diebus annuo curſu completo Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto. amatus* ἐρώμενος. ut dilectus. ſic *amata*, ἐρωμένη. Gloſſæ : ἀγαπητὸς, *amantiſſimus, cariſſimus, dilectus, amatus.* totus autem hic locus ita diſtinguendus : *jam pſallendi & cantandi ſcientiam præ ſe ferebat. in voluptatibus nimius, nam & de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit. amatoria carmina ſcripſit.* putem tamen hæc verba, *amatoria carmina ſcripſit*, ex gloſſa eſſe illius qui illa interpretari voluerit, *de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit.* nam qui de dilectis ſuis verſus componit, utique is & amatoria carmina ſcribit.

6 *Laſcivus, cunctator : tenax, liberalis : ſimulator, ſævus, clemens.*] Peſſime interpunctus hic locus. lege & diſtingue : *idem ſeverus, lætus : comis, gravis : laſcivus, cunctator : tenax, liberalis ſimulator : ſævus, clemens & ſemper in omnibus varius.* eleganter *liberalis ſimulatorem* vocat, qui liberalem ageret, & liberalis videri vellet. eadem plane locutione auctor Rheto-

tor: tenax, liberalis: ſimulator, ſævus, clemens; & ſemper in omnibus varius. [1] Amicos ditavit, & quidem non petentes, [2] quum petentibus nihil negaret. Idem tamen facilè de amicis quicquid inſuſurrabatur, audivit. atque ideo propè cunctos vel amiciſſimos, vel eos quos ſummis honoribus evexit, [3] poſtea [4] ut hoſtium loco habuit, [5] ut Tatianum & Nepo-

ricæ ad Herennium, eum qui pro pecunioſo ſe venditaret, *pecunioſi oſtentatorem* dixit. *ſed oſtentatorem pecunioſi deſcribere.* ſic enim ibi legendum ex veteri codice Puteanorum. perperam in editis, *oſtentatorem pecunioſum.*

Ib. *Laſcivus, cunctator.*] Cunctatorem laſcivo opponit, ut ſeverum læto; comem gravi, tenacem liberali, & clementem ſævo. *Laſcivum* Græci interpretantur προπετῆ. quæ vox petulantem & protervum ſignificat, in libidinem voluptatemque effuſum, quique facile moveatur & impellatur ad rem quamcunque ex qua voluptatem poſſit comparare. Gloſſæ: *Laſcivi*, προπετεῖς. in alio Gloſſario: προπετὴς, *procax, protervus, petulans.* Hoc ſenſu *laſcivus* contrarius eſt *cunctatori*, qui nihil perperam aut proterve facit. προυνίκους *laſcivos* Græci proprie vocant. Diogenes Laertius in Xenocrate: καί ποτε μέλλοι ἐς ἄστυ ἀνιέναι, φασὶ τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ προυνίκους ὑποστέλλειν αὐτοῦ τῇ παρόδῳ. *omnes laſcivos & petulantes.* male apud Diogenem hodie legas πορνικούς. idem mendum in vetuſto epigrammate Græco Stratonis, ubi ſcriptum eſt πορνικοῖ pro προυνίκεια multum indignante verſu. corrige igitur:

Ἔστω τι προυνίκεια φιλήματα καὶ τὰ πρὸ ἔργων
Παίγνια, πληκτισμοὶ, κνίσματα, φίλημα, λόγος.

hinc προυνικία νυκτεγερσία Heſychio: σκίταλοι. ἀπὸ τῆς ἀφροδισίων καὶ τῆς προυνικίας νυκτεγερσίας θεούς τινας ἐσχημάτισεν. idem προύνικον exponit ὀξὺν, εὐκίνητον, προπετῆ.

2 *Cum petentibus nihil non negaret.*] Qui amicos ditaret & quidem non petentes, mirum eſt eumdem, petentibus nihil non negaſſe. ſed tollenda negatio, & legendum auctoribus libris; *cum petentibus nihil negaret.* confirmat Dio his verbis: καὶ πολλοῖς πολλὰ καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις καὶ βουλευταῖς τι καὶ ἱππεῦσιν ἐχαρίσατο. οὐδὲ γὰρ ἀνέμενεν αἰτηθῆναι, ἀλλὰ πάνυ πάντα πρὸς τὴν ἑκάστου χρείαν ἐποίει.

CASAUBONUS.

1 *Amicos ditavit, & quidem non petentes.*] Videtur ex Dione, οὐδὲ γὰρ ἀνέμενεν αἰτηθῆναι. & Zonaras indidem, ἀνθορμήτως καὶ μηδ᾽ αἰτούμενος.

2 *Cùm petentibus nihil non negaret.*] In regio *c. p. non negaret.* in aliis, *nihil neg.* quod fortaſſe verius.

4 *Ut hoſtium loco habuit.*] Scrib. *in hoſt. l.* vel tolle τὸ *ut.*

GRUTERUS.

1 *Amicos ditavit, & quidem non petentes; cum petentibus, nihil non negaret.*] Si reſpicit ad ea modò dicta: *tenax, liberalis*; lectio nihil habet vitii. & tamen, neque Palatinus noſter integer eam ſcripturam admittit. habet enim, *cùm petentibus nihil negaret.* quæ cur non diſpliceat, facit ſequens membrum: *Idem tamen facilè de amicis, quidquid inſuſurrabatur, audivit.*

3 *Poſtea*

Nepotem, & Septicium Clarum. Nam Eudæmonem [1] priùs conſcium imperii, ad egeſtatem perduxit: [2] Polyænum & Marcellum ad mortem voluntariam coëgit. [3] Heliodorum famoſiſſimis literis laceſſivit. [4] Tatianum ut conſcium tyrannidis, & argui paſſus

3 *Poſtea ut hoſtium loco habuit.*] Haud aliter Palatinus. *ut* notat *velut.*

5 *Ut Tatianum & Nepotem, & Septicium Clarum.*] Habet & heic Pal. *Attianum.*

2 *Polyænum & Marcellum.*] Pal. *Polænum.*

CASAUBONUS.

1 *Prius conſcium imperii.*] Hoc eſt, quicum Hadrianus adhuc privatus, & viam ad imperium affectans, ſolitus omnia conſilia communicare. Vel interpretare ex illis præcedentibus, *in contubernium imperatoriæ majeſtatis adſcivit.* de quibus antè.

3 *Heliodorum.*] Paullò pòſt inter philoſophos Hadriani familiares Heliodorus quidam nominatur. Dio hunc magis nobis aperit, qui eum fuiſſe Hadriano à cura epiſtolarum ſcribit. Sophiſtæ cujuſdam Heliodori vitam varietate caſuum notabilem deſcripſit Philoſtratus; ſcriptor nimis ſæpe ineptus. Nam quare Imperatoris nomen tacuit, cujus in ea vita toties mentio?

4 *Titianum ut conſcium t.*] Ille eſt, qui Tatianus antea dictus: de quo jam multa. Quare & hic ita ſcribendum.

SALMASIUS.

2 *Polyænum & Marcellum ad mortem voluntariam coëgit.*] Polyænus nomen non eſt Romanum, ſed purum Græcum. Palatinus & editio Mediolanenſis, *Polænum* habent. forte, *Pollienum*, vel *Pullienum* ſcribendum, vel etiam *Pollenium.* quæ omnia nomina ſunt Romana. *Pollius* & *Pullius*: hinc *Pollienus* & *Pullienus.* mentio eſt in veteribus inſcriptionibus *M. Pulliені Priſci*, & *M. Pollenii Sabini.* Polyænus tamen retineri poteſt, cum Eudæmonem etiam heic habeamus.

3 *Heliodorum famoſiſſimis literis laceſſivit.*] Heliodorum hunc eſſe puto cujus paulo poſt meminit, quemque in ſumma familiaritate habuiſſe dicitur Hadrianus. ſed philoſophum ibi appellat Hadrianus, & cum Epicteto conjungit: *in ſumma familiaritate Epictetum & Heliodorum Philoſophos habuit.* an & ille ipſe eſt, cujus mentio apud Dionem, quique huic imperatori ab epiſtolis fuit? at ne Rhetor quidem Dioni eſt, tantum abeſt ut Philoſophus dici mereatur. ὅτι Διονύσιος πρὸς τὸν αὐτοῦ ἴδιον τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διαχειρίζοντα εἰπεῖν λέγεται ὅτι Καῖσαρ χρήματα μέν σοι καὶ τιμὴν δοῦναι δύναται, ῥήτορα δέ σε ποιῆσαι οὐ δύναται. & videtur hic Heliodorus imperatoris libertus fuiſſe. non igitur idem cum philoſopho, quem hoc loco deſignari arbitror. Sophiſta vero ille cujus vitam conſcripſit Philoſtratus, nihil ad hos Heliodoros pertinet, ut qui vixerit ſub Antonino Caracalla Juliæ filio, quod certis argumentis poteſt ex ipſo Philoſtrato colligi, qui in vita Antenoris ſophiſtæ Antoninum hunc nominat τὸν παῖδα τῆς Ἰουλίας φιλοσόφου. ita enim legendum. Philoſtratus ipſe denique illi Heliodoro ſeſe contemporaneum facit: quem certo ſcimus vixiſſe Antonini Caracallæ temporibus.

GRUTERUS.

4 *Titianum, ut conſcium tyrannidis, & argui, &c.*] Sic Pal noſter. & verò cùm præceſſerit de Tatiano, non

paſſus eſt & proſcribi. [1] Numilium Quadratum, [2] & Catilium Severum, & Turbonem graviter inſequutus eſt. Servianum ſororis virum nonageſimum jam annum agentem, ne ſibi ſuperviveret, mori coëgit. Libertos denique & nonnullos milites inſequutus eſt. Et quamvis eſſet [3] oratione & [4] verſu promptiſ-

facilè *Titianum* mutarim in nomen alterum; immò mutari non poteſt, non debet. Titianus iſte, qui fuerit, hoc ictu temporis, indagare nequeo. ſolùm memini exſtare ad ejuſdem nominis hominem, Epiſtolam Plinii.

SALMASIUS

5 *Titianum ut conſcium tyrannidis & proſcribi paſſus eſt & occidi.*] Titianum hunc eumdem eſſe arbitrantur eruditi, cum eo qui Attianus in his libris frequenter appellatur, tutor quondam Hadriani, & ad ſummos honores ab eodem provectus. quod non mihi fit veriſimile. nam ille in antiquis membranis & in veteri editione *Attianus* vocatur. heic vero Titianum conſtanter retinet editio vetus cum Palatino. ſed & cum paulo ſupra Attianum inter eos enumerarit, quos ſummis honoribus prius evexit Hadrianus, & poſtea hoſtium loco habuit, ibique ſimul cum Attiano & Nepotem & Septitium Clarum nominet, quos heic non repetit, nulla cauſa eſt cur Attianum repetat. Diverſus igitur omnino hic Titianus ab illo Attiano. Faſti Titianum habent conſulem cum Gallicano decimo Hadriani imperii anno. quem Titianum, tutorem Hadriani fuiſſe fruſtra putat Onuphrius. nam is Attianus dicebatur, ut ſupra docuimus. Adde quod neque conſul fuit unquam ille Attianus tutor Hadriani, ſed conſularibus tantum ornamentis præditus. Spartianus ſupra: *ſenatus faſtigium in tantum extulit, difficile faciens ſenatores, ut quum Attianum ex præfecto prætorio ornamentis conſularibus præditum faceret ſenatorem, nihil ſe amplius habere quod in eum conferri poſſet, oſtenderit.* ex quo loco periti facile animadvertent nunquam fuiſſe conſulem Attianum. fuerit igitur hic Titianus cujus hoc loco mentio, ille idem quem decimo anno Hadriani conſulem factum faſti notant.

1 *Numidium Quadratum.*] Pal. & vet. ed Umidium hunc vocant. Numicios & Numiſios ex libris & priſcis lapidibus novi; Numidios non item. & ſane caret ratione, ut alibi oſtendam. *Umorem* & *Umidum* ſcribebant veteres. hinc nomen illi familiæ, *Umidia.* atque ita corrigendum apud Joſephum & Plinium. recte igitur hoc loco *Umidium Quadratum* libri veteres. *Umidios* & *Ummidios* exhibent lapides.

2 *Et Catilium Severum.*] *Catalium* Pal. cum veteri editione. mendoſe, ut opinor: niſi ſi forte ſcribendum, *Catulium Severum.*

CASAUBONUS.

1 *Numilium Quadratum.*] Regius, *Umidium.* Scribendum *Numidium Q.* ſatis notus iſte ex hiſtoria. Romanam gentem è qua fuerunt Quadrati, Numidiam cum Joſephi codicibus & Plinii nominamus, non Umidiam: etſi eo nomine quandam fuiſſe lapides teſtantur.

GRUTERUS.

2 *Et Catilium Severum.*] Palatinus *Catalium.*

3 *Oratione & verſu promptiſſimus.*] Sic etiam Palat. noſter.

4 *Verſu*

ptiſſimus, & in omnibus artibus peritiſſimus, tamen [1]profeſſores omnium artium ſemper ut doctior riſit, contempſit, obtrivit. [2] Cum his ipſis profeſſoribus &

CASAUBONUS.

4 *Verſu promptiſſimus.*] Regius, *verſu potentiſſimus.* altera lectio recta. Suetonius in Tito, *Latinæ Græcæque linguæ promptus ac facilis.* ubi malim, *Latina Græcaque lingua p.* nam ita alii ſcriptores, cum ſexto caſu. interdum & cum tertio: ſed paullum diverſa notione.

1 *Profeſſores omnium artium, ut doctior, riſit, contempſit, obtrivit.*] Hadrianus, ait Dio, cùm vellet etiam in minimis primas tenere, τοὺς ἔν τινι προσχόντας πολλοὺς μὲν καθεῖλε, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε. Ammianus libro xxx. in elogio Valentiniani, *oderat eruditos, & opulentos & nobiles: & fortibus detrahebat, ut ſolus videretur bonis artibus eminere. quo vitio exarſiſſe principem legimus Hadrianum.* Sed ut vario fuit Hadrianus ingenio, ita varia de eo à ſcriptoribus ſunt prodita. nam quid poteſt magis contradicere præcedentibus, quàm quod ſubjicit poſt pauca Spartianus? *omnes profeſſores & honoravit & divites fecit.* quod tamen falsò ſcriptum non eſſe docebimus.

SALMASIUS.

2 *Cum his ipſis profeſſoribus & philoſophis libris vel carminibus invicem editis ſæpe certavit.*] Ad has cum Philoſophis & rhetoribus de litteris concertationes & confabulationes divertiſſe Hadrianum refert Philoſtratus, animi tantum relaxandi & avocandi gratia. in Phavorino: ταῦτα μὲν inquit, αὐτοκράτωρ διαφερόμενος ἐπεποίητο καὶ διῆγε τὰς βασιλείους φροντίδας, ἀποσχολῶν εἰς σοφιστάς τε καὶ φιλοσόφους. ubi ridiculus eſt interpres qui Hadrianum philoſophos & ſophiſtas frequentaſſe dicit & imperatorias ſæpe curas cum illis communicaſſe. Διάγειν φροντίδας dicitur qui animum remittit, & à curis ſegregat. Philoſtratus ibidem: ὅθεν καὶ πλουτῶν κληρονόμον Ἡρώδην ἀπέφηνε τῶν τε βιβλίων καὶ τῆς ἐπὶ Ῥώμῃ οἰκίας, καὶ τὸν αὐτολήκυθον. ἦν δὲ οὗτος Ἰνδὸς μὲν καὶ ἱκανῶς μέλας, ἄθυρμά τε Ἡρώδου καὶ Φαβωρίνου· ξυμπινόντων γὰρ αὐτοὺς διῆγεν ἐγκαταμιγνὺς Ἰνδικοῖς Ἀττικὰ καὶ πεπλανημένῃ τῇ γλώττῃ βαρβαρίζων. Infeliciſſime idem interpres vertit, ξυμπινόντας αὐτοὺς διῆγε. *conviviantes eos reficiebat.* ſic ſupra: Διάγειν φροντίδας, *curas expedire* verterat. utrobique διάγειν eſt quod Latini dicunt *avocare.* Arnobius dixit, *pueros crepitacillis avocari*, hoc eſt τὰ παιδία τοῖς κροτάλοις διάγεσθαι. quod Virgilius *animum pictura paſcere* dixit. Fulgentius in libro *de continentia Virgiliana*, *animum picturis avocare* pro eo poſuit: *matrem videt nec agnoſcit. à qua nube cava cum Achate contegitur. dein picturis animum avocat*, id eſt διάγει. perperam vulgo editum eſt *advocat.* idem paulo poſt: *in ſecundo vero libro & tertio avocatur fabulis, quibus puerilis conſueta eſt avocari garrulitas.* Διάγειν igitur eſt *avocare.* nam διάγειν Græcis etiam eſt abducere & deducere de aliqua re: ut διάγω σε τούτου, διάγω σε ἀπὸ τοῦ λόγου, *avoco & abduco.* Hinc & pro *oblectare* ſumitur apud Græcos: ut apud Latinos *avocare* in eodem ſenſu poſitum. Et διαγωγή, *oblectamentum.* vulgo dicimus *paſſe-temps.* & διάγειν χρόνον, quod eſt *tempus tranſigere*, dicimus *paſſer le temps*, de his qui ludo tempus ducunt. quaſi optime illi tempus terant qui per ludum & oblectationes illud tranſigunt.

& philoſophis, [1]libris vel carminibus invicem editis, ſæpe certavit. [2] Et Favorinus quidem, [3] quum verbum ejus quoddam ab Adriano reprehenſum eſſet, atque ille ceſſiſſet, arguentibus amicis quòd malè cederet Adriano, de verbo quod idonei autores uſurpaſſent, riſum jucundiſſimum movit. Ait enim, *Non rectè ſuadetis, familiares, qui non patimini me* [4] *illum doctiorem omnibus credere* [5] *qui habet triginta le-*
16 *giones.* Famæ celebris Adrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ ſuæ ſcriptos à ſe, libertis ſuis literatis dederit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent: nam [6] Phlegontis libri Adriani eſſe dicuntur.

[1] *Cata-*

1 *Libris vel carminibus invicem editis.*] Soſipater Hadrianum citat in *libro ſermonum primo. Obiter. Divus Hadrianus ſermonum primo quærit an Latinum ſit. quamquam, inquit, apud Laberium hæc vox eſſe dicatur & eam Scaurus Latinam eſſe non neget. addit quod veteres eadem ſoliti ſint dicere, non addentes, via, ut ſit* κατ' ἔλλειψιν. *Plautus, inquit, Eadem bibes, eadem tibi dedero ſuavium. quamquam Auguſtus reprehendens Tib. Claudium ita loquitur: Scribis enim per viam.* ἀντὶ τοῦ *obiter. Sed Divus Hadrianus, Tametſi, inquit, Auguſtus non pereruditus homo fuerit ut id adverbium ex uſu potius quam ratione protulerit.* ſic ille locus legendus.

3 *Quum verbum ejus quoddam ab Hadriano reprehenſum eſſet.*] Latinum hoc verbum fuiſſe ſuſpicor de quo controverſia inter Hadrianum & Phavorinum mota eſt. ſic ſupra in illis quæ ex Soſipatro retulimus negabat Hadrianus Latinum eſſe *obiter*, quamvis idonei auctores illud uſurpaſſent, & eſſet apud Laberium, nec Latinum negaret Scaurus.

CASAUBONUS.

2 *Et Favorinus quidem.*] Et Dio Caſſius & Philoſtratus contentionem quandam commemorant inter Hadrianum & Favorinum: ſed quod hìc narratur, alibi non legas. nam quod Spartianus ait, ceſſiſſe Favorinum in hac diſputatione; Philoſtratus contra moderationem imperatoris dilaudat, quòd διαφερόμενος ἀπὸ τοῦ ἴσου πρὸς ὃν ἐξῆν ἀποκτεῖναι. Verbum de quo erat controverſia utrius linguæ fuerit, non dicit Spartianus. Favorinus quidem & Latinæ fuit peritus, & Græcæ, ut ſi quis alius ea tempeſtate, peritiſſimus.

4 *Illum doctiorem omnibus credere.*] Non puto ipſa eſſe Favorini verba. *doctior* pro doctiſſimus, recentioris eſt Latinitatis idiotiſmus. nam parciùs veteres.

5 *Qui habet triginta legiones.*] Sic eſt: temporibus illis alebantur ab imperatore Rom legiones triginta, aut circiter. Dio proximus illi ſeculo duas & triginta, (non, ut vir doctus ſcripſit, novem & viginti) nominat, & cujuſque illarum ſedes indicat libro LV.

6 *Phlegontis libri Hadriani eſſe dicuntur.*] Phlegon igitur Hadriani libertus, non Auguſti, ut temere quoſdam è veteribus ſenſiſſe indicat Suidas. Error ex eo, quòd in libris ſuis ſimpliciter vocat ſe Καίσαρος ἀπελεύθερον. Vide Photii Bibliothecam tmemate XCVII.

6 *Nam*

SALMASIUS.

6 *Nam Phlegontis libri Hadriani eſſe dicuntur.* | Plures libros ſcripſerat Phlegon quos commemorat Suidas. an illos omnes Hadriani fuiſſe intelligat Spartianus, neſcio. videtur libros tantum quos de vita ſua ſcripſerat Hadrianus ſub nomine Phlegontis publicaſſe. inter opera tamen Phlegontis quæ recenſentur à Suida nulli ſunt libri de vita Hadriani. ſed multa alia eum ſcripſiſſe ibidem refert. ἐπιτομὴν Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλίοις β´ καὶ ἄλλα libros Hadriani de vita ſua citavit ſupra Spartianus: *quare Palma Terracinæ, Celſus Baiis, Nigrinus Faventiæ, Luſius in itinere ſenatu jubente, invito Hadriano ut ipſe in vita ſua dicit, occiſi ſunt.* licet igitur Phlegontis nomine publicari eſſent illi libri, fama tamen erat conſtans ab Hadriano ſcriptos eos eſſe. ideoque ab eruditis paſſim Hadriani, hoc eſt auctoris nomine citabantur. Mira vero quoſdam exiſtimaſſe Phlegontem iſtum Hadriani libertum fuiſſe, quum Olympiadas ſuas deduxerit uſque in ducenteſimam nonam, quæ incidit in tempus Hadriani, & ſæpius in libris ſuis Hadriani meminerit, operumque publicorum ab Hadriano ædificatorum vel inſtauratorum. Stephanus: Ὀλύμπιον τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῃ. an ille potuit Auguſti libertus eſſe qui hæc ſcripſit? ſed in re nota morandum non eſt. diſtinguendum apud Suidam in laterculo operum Phlegontis: ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις´. ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ´ Ὀλυμπιάδος· τὰ πραχθέντα πανταχοῦ. ταῦτα ἐν βιβλίοις η´. diverſa autem hæc πραχθέντα πανταχοῦ, quæ octo libris digeſſit Phlegon ab ejus Olympiadibus. Fortaſſe illa ſunt quæ χρονικὰ vocat Stephanus, qui in voce Κώμη Phlegontem citat ἐν ὀγδόῳ χρονικῶν. Fragmenta etiam hodie reſtant illius operis cui titulus τὰ πραχθέντα πανταχοῦ. at fragmentum illud quod inſcriptum eſt περὶ τῶν Ὀλυμπίων, præfatio videtur eſſe quam præfixerat libris Ὀλυμπιονικῶν, quorum epitomen duobus libris vulgavit. Non tacendum eſt Stephanum ἐθνικογράφον, in citandis Phlegontis Olympiadum libris, aliquando libros earum, aliquando vero, atque id ſæpius, Olympiadas ipſas ſeparatim, quibus aliquid geſtum narrabat Phlegon, in teſtimonium adducere ſolitum. ut in voce Ὀλύμπιον citat Phlegontem ἐν πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδων. in quo, niſi fallor, mendoſæ ſunt editiones, legendum enim: ἐν ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ Ὀλυμπιάδων. cujus emendationis hæc ratio eſt. meminerat eo libro Phlegon Olympii ab Hadriano, vel potius ſumptibus Hadriani ab Athenienſibus ædificati. atqui ejus rei mentionem non niſi ultimo libro, id eſt decimo ſexto facere poterat Phlegon. nec enim ultra tempora Hadriani Olympiadas ſuas contexuit. Cum autem ducentas viginti novem Olympiadas ſexdecim voluminibus comprehendiſſet, ita partitus eas eſſe videtur, ut modo quattuordecim Olympiadas, modo quindecim ſingulis libris includeret. atque ita, ut undecim quidem libri, quattuordecim Olympiadas ſinguli continerent, reliqui quinque, quindecim. Sæpe igitur, quemadmodum docui, non Olympiadum libros, ſed Olympiadas ipſas citat Stephanus. quod eruditiſſimum virum in errorem induxit, dum idem putaret eſſe, προτέρῃ Ὀλυμπιάδι, & προτέρῳ Ὀλυμπιάδων. Stephano citatur Phlegon in voce Λίνος, τεσσαρακοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι. tot libros Olympiadum non ſcripſit: ſed Olympiadem tantum memorat, in qua illius urbis meminerat Phlegon. in voce Βίλλαρος idem adducitur, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ

[1] *Catacrianos* [2] libros obſcuriſſimos, [3] Antimachum imitan-

nihil mendoſius, repone: Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ἑβδομηκοστῇ πέμπτῃ. in voce Νίσις ſimiliter corruptum eſt: Φλέγων ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ Ὀλυμπιάδος. ſcribendum: ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάδι. At integrum & rectum eſt in urbe Ταρρακίνη: Ταρρακίνη πόλις Ἰταλίας. Φλέγων· Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐνάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως τὰ περιεζωγραφημένα ἀνεζωγράφησε. ἐφ' οἷς τοὺς μάντεις προαγορεῦσαι ὄλεθρον. ex quo loco apparet quale fuerit argumentum librorum Olympiadum Phlegontis. nam ſub quaque Olympiade, quid toto orbe geſtum eſſet recenſebat, prodigia præcipue & monſtra, reſque alias mirabiles memorabileſque.

GRUTERUS.

1 *Catacrianos libros obſcuriſſimos, &c.*] Palat. habet, *Catacaimos.* Excerpta, *Catacannas.*

SALMASIUS.

1 *Catacrianos libros obſcuriſſimos.*] Juvit heic conjecturis indulgere doctiſſimos viros, ut catacrianos iſtos libros, quos obſcuriſſimos olim compoſuerat Hadrianus, longe vero vel de ſolo titulo obſcuriores nobis injuria temporum fecit, ex tenebris eruerent. verum huc uſque vanos ſuos conatus experti ſunt illi, nec debemus confidere meliore ſucceſſu futurum quod conabimur. movebimus tamen aliquid & monebimus, de reliquo judicium eſto lectorum. nihil opus eſt referre aut refellere quæ ad hunc locum commentati ſunt interpretes. ſed meam tantum ſententiam breviter exponam. Palatinus & editio vetus præferunt *catacaimos* pro *catacrianos.* ita etiam in ſuis libris offendit Caſaubonus, ex quo non κατακαυμὸς faciendum eſſet, ſed κατακαυμούς. ſed quinam illi κατακαυμοί? *Catacauſmon Iliacum* compoſuerat Nero: hoc eſt Trojæ incendium. & niſi me fallit memoria, Lucanus quoque. an & aliquid ſimile tentaverat Hadrianus? ſed ne in hac lectione moroſius exponenda hærendum exiſtimem, facit altera ſcriptura in longe vetuſtiſſimis Spartiani excerptis mihi reperta, quæ diſertim habuit, *catacannas.* Turnebus in veteribus libris, quos pervolutavit, eamdem lectionem ſibi notatam, teſtatus eſt. Circa hanc igitur ſolam morandum eſt, & in expoſitione ejus laborandum. nam ſolam eam eſſe veram mihi perſuadeo. quomodo tamen explicanda ſit juxta cum ignariſſimis ſcio. ſuſpicabar olim τὰ κατὰ Κάννας ſcripſiſſe Hadrianum, & hunc operis illius obſcuriſſimi fuiſſe titulum. tunc legendum hoc loco eſſet: τῶν κατὰ Κάννας, *libros obſcuriſſimos Antimachum imitando ſcripſit.* τὰ κατὰ Κάννας, *res ad Cannas geſtæ.* ut memorabilem illam Cannenſem cladem Romanorum verſibus deſcripſerit Hadrianus, exemplo Antimachi qui bellum Thebanum compoſuit. Turnebus ex illo *catacannas*, faciebat *colocynthas*, inductus loco quodam Dionis, ex quo tamen pinxiſſe Hadrianum illas κολοκύνθας non ſcripſiſſe manifeſto colligitur, ut alibi oſtendimus.

CASAUBONUS.

1 *Catacrianos libros obſcuriſſimos.*] Regius, *Catacaymos.* An igitur ope hujus codicis inventa eſt tandem vera lectio hujus loci? de quo fuerunt hactenus, planè quot capita tot ſententiæ. Quot modis enim illius emendationem viri docti à centum annis tentarunt? Eruditiſſimus Lilius Gyraldus, quatuor emendationes diverſas quà ſuas, quà aliorum, in medium profert; quarum tamen ejuſ-

ejuſmodi nulla eſt, in qua meritò judicia doctorum acquieſcant. An enim quiſquam puter Κατὰ Τραϊανοῦ, aut Κατ' Ἀδριανοῦ ſcribi debere? niſi cui fiat probabile Hadrianum Trajani F. Trajani famam, aut ſuam ipſius, ut olim Archilochum, libris editis proſcidiſſe. ſed videntur exiſtimaſſe harum lectionum auctores Κατὰ Τραϊανοῦ idem eſſe ac Τῶν κατὰ Τραϊανὸν, *De rebus Trajani*, vel *quæ principe Trajano acciderunt*: quod nullus Helleniſmus unquam ferat. Acutiùs & multo probabiliùs Janus Parrhaſius, Κατὰ Ἀκκιανοῦ, *Contra Accianum*. ſic enim, ut oſtendimus, quidam libri tutorem Hadriani nominant, non Tatianum. Atque hunc in odium veniſſe tandem Hadriano certum. Sed cùm paucis ſolum diebus ante obitum ipſius, eruperit Hadriani in ſuum tutorem odium, vera eſſe emendatio illa non poteſt: ut alia taceam quæ adverſus eam dici queant. Qui autem *Catachlyanos*, quaſi dicas, caligine obtectos, aut *Catacriticos* voluerunt ſcribi, ne verbo quidem refutandi ſunt. Acutiſſimus Scaliger aſpiratione inſerta in vulgatam ſcripturam, quæ nihil ſignificat, CATACHRIANOS putabat dictos libros τῶν κατὰ χρείαν λεγομένων. In rhetorum ſcholis docebantur tirones alia κατὰ χρείαν, alia κατὰ γνώμην dicere. Quid interſit inter χρείαν & γνώμην, non eſt hic dicendi locus. Sic fuère apud Græcos qui χρείας inſcriberent ſuos libros ad uſum declamantium maximè compoſitos. Hadrianum in illa rhetorum palæſtra ſe exercuiſſe, & Μελέτας ſcripſiſſe ante probavimus è Photii Bibliotheca: quod firmandæ Scaligeri ſententiæ adprime facit. Nam formationem Latinam in voce Græca ſoli mirabuntur harum literarum rudes. Regiæ tamen membranæ, ut jam diximus, *Catacsymos*: quæ pura puta eſt Græca vox, Καταχυσμὸς ſive Καταχυμισμός. Multifariam exponi poteſt hic titulus. Vel quòd orbis terrarum incendium, quod Phaethontis temeritate accidit, eo opere deſcripſiſſet: vel quòd Heracliti & quorundam aliorum philoſophorum ſententiam de futura conflagratione, qua totum hoc periturum pronuntiabant, iis libris tractaſſet. Utrumlibet horum duorum argumentum ſive incendii poëtici, ſive Heracliteæ ἐκπυρώσεως, cujus Marcus Imp. libro III. meminit, intextis Lycophroneo more fabulis antiquis, obſcuritatis quam ait Spartianus, fuit capaciſſimum. Subſcribunt regiæ lectioni Puteani codices, in quibus *Catacaimos*.

2 *Libros obſcuriſſimos Antimachum imitando, ſ.*] Veterum criticorum de hoc Poëta judicium legere eſt apud Dionyſium Halicarn. & Quintilianum, Horatium quoque. Non defuere, qui magni facerent: ſed neque eruditorum melior pars accidit huic ſententiæ: & vulgus hunc poëtam ſemper neglexit. Quare ſcribit Dio Hadriani ætate vix nomen hujus in vulgus fuiſſe notum, cùm Hadrianus τὸν Ὅμηρον καταλύων Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγε. Obſcuritas cujus hunc poëtam Spartianus obiter inſimulat, apparet ex pauciſſimis quæ ſuperſunt reliquiis. ut cum dixit, ἐν δ' ἀδδίροισι χέεν εὐΐλαφον ἄλφι. de eo qui farinam utri infuderat. ἀδδίρας vocat utres: ἄλφι pro ἄλφιτον. εὐΐλαφον dixit pro ſuavi, & grato. Heſychius interpretatur ἱδία· nam ita ſcribendum, non ἰδία. alibi dixit, ἀπιδόθεν ἀθρῆσαι, *è longinquo proſpicere*. Jovem appellaverat σπίλεκα, διὰ τὸ ἄσπορον, ajunt grammatici: pilam, κοσίαν. Epheſios ἐλεχονικούς.

SALMASIUS.

3 *Antimachum imitando.*] An ſimilitudine argumenti Antimachum imitatus eſt, an vero librorum obſcuritate? ut obſcuritate imitatorem Antimachi fuiſſe intelligamus

ſuadent verba Spartiani. non] tamen ut obſcurus ab antiquis notatur Antimachus, nec iis poëtis adnumeratur qui κατὰ γλῶτταν ſcripſerunt. ejus adeo ſtudioſus fuit Hadrianus, ut omnibus eum poëtis, Homero etiam ipſi præferre non dubitaret. ut Hadrianus Antimacho, ſic Tiberius Euphorione & Rhiano delectabatur, quos & imitatus eſt in pangendis poëmatis. Suetonius: *fecit & Græca poëmata, imitatus Euphorionem, Rhianum & Parthenium, quibus poëtis admodum delectatus ſcripta eorum & imagines publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicavit.* quod ad Antimachum attinet, quem tanti faciebat Hadrianus, multis ea tempeſtate de nomine etiam ignorabilem fuiſſe tradit Dio. non tamen verum eſt, quod ſcribit vir doctiſſimus, vulgus hunc poëtam ſemper neglexiſſe. immo vulgo ſemper in deliciis & amoribus fuit. Catullus:

> *At populus tumido gaudeat Antimacho.*

magno conſenſu ſecundas ei detulerunt veteres Grammatici. ſed, ut inquit ille, aliud eſt eſſe proximum, aliud ſecundum. Multi tamen etiam Homero proximum videri voluerunt. qua de re elegantiſſimum & venuſtiſſimum habemus Antipatri Theſſalonicenſis Epigramma, necdum editum. Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως εἰς Ἀντίμαχον Κολοφώνιον ποιητὴν τῷ Ὁμήρῳ παραβαλλόμενον.

> Ὄβριμον ἀκαμάτου στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο
> Ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων.
> Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὖας
> Ἔλλαχες, εἰ ζαλοῖς τὴν ἀγέλαστον ὄπα.
> Εἰ τὴν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
> Μαίεαι. εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
> Καὶ Ζεύς τοι κρείσσων ἐνοσίχθονος. ἀλλ' ἐνοσίχθων
> Τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος.
> Καὶ ναέτης Κολοφῶνος, ὑποζεύγνυται μὲν Ὁμήρῳ,
> Ἀγεῖται δ' ἄλλων πλήθεος ὑμνοπόλων.

Hoc epigramma in mente ac memoria habebat Quintilianus, cum de hoc poëta judicium ſuum proferret. *in Antimacho*, inquit, *vis & gravitas & minime vulgare eloquendi genus habet laudem.* hoc idem dicit Antipater, cum ὄβριμον στίχον Ἀντιμάχου vocat καὶ ἄξιον ὀφρύος ἡμιθέων. *Affectibus & jucunditate deficiebatur*, inquit Quintilianus. hoc ipſum agnoſcit Antipater, ſed laudi non vitio ducit, εἰ ζαλοῖς τὴν ἀγέλαστον ὄπα. Sane criticorum antiquorum tota natio Antimachum Chœrilo longe præferendum cenſuit, excepto Euphorione, qui Chœrilum in deliciis habebat. Crates Grammaticus:

> Χοίριλος Ἀντιμάχου πολὺ λείπεται, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν
> Χοίριλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος,
> Καὶ κατάγλωττ' ἐποίει τὰ ποιήματα, καὶ τὰ φίλητρα
> Ἀτρεκέως ᾔδει· καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν.

in quo Epigrammate, κατάγλωττα repoſuimus, pro κατὰ γλῶτταν, ut male ſcriptum erat in membranis. ambigo tamen quo ſenſu appellarit κατάγλωττα Euphorionis poëmata. an quod obſcura eſſent, & κατὰ γλῶτταν ſcripta? Lucianus in Lexiphane: ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ γλῶτταν χαίροντας ποιήμασι. Hoc autem obſcuritatis vitio laboraſſe Euphorionem colligere eſt ex Cicerone lib. II. de Divinatione, qui poëtam eum obſcurum nominat. ſed magis libet κατάγλωττα ποιήματα interpretari, lepide & venuſte ſcripta καὶ ἐρωτικῶς. confirmat quod ſequi-

imitando, ſcripſit. [1] Floro poëtæ ſcribenti ad ſe,

Ego nolo Cæſar eſſe,
[2] *Ambulare per Britannos,*
Scythi-

ſequitur, καὶ τὸ φίλημα Ἀττικῶς ἠχεῖ. hinc καταγλωττίζειν, & μέλος καταγεγλωττισμένον Ariſtophani. & καταγλώττισμα genus baſiationis amatoriæ. Heſychius: καταγλώττισμα εἶδος φιλήματος ἑταιρικοῦ καὶ ἀσελγοῦς. ſed hæc pluribus in editione Epigrammatum Græcorum.

1 *Floro poëtæ ſcribenti ad ſe.*] Dubitavimus olim num hic eſſet Florus cujus rerum Romanarum epitomen elegantiſſime conſcriptam habemus. vixit ille ſub Hadriano, & elegantiſſimum illud hiſtoriæ Romanæ breviarium imperante Hadriano edidit: ut ad Florum docuimus. nec prohibet quod poetam eum heic vocat Spartianus. ſum adhuc igitur in ea ſententia, Florum hunc & illum eumdem eſſe, quam pluribus firmabimus in nova editione illius enchiridii, propediem à nobis evulganda. Fragmenta illa quæ Pithœus edidit, *de qualitate vitæ*, & *Floridi* nomine inſignivit, Floro tribuuntur in vetuſtiſſimo Codice ſcripto qui penes me eſt. ſed an hic idem ſit Florus, dubitari poteſt. putem tamen eumdem eſſe. ſed cujus Flori ſint, ex antiquo noſtro exemplari non pœnitebit emendare, quæ vitioſe ſunt vulgata hoc modo:

Conditum quoque fac vetuſtum, ne malignus venulis
Aſperum ducat ſaporem verſus uſum in alterum,

paulo poſt ita ex eodem libro ſupplendum:

Ambo ſunt flammis creati proſatique ex ignibus,
Ambo de curis calorem vitæ & radio conferunt.

& ſub finem:

Tam malum eſt audere ſemper, quam malum eſt ſemper pudor.

nam *pavere* quod vulgo legitur, non fert verſus. ejuſdem Flori ex eodem Codice epigramma nondum editum, & legi non indignum heic apponam:

Venerunt aliquando roſæ. proh veris amœni
Ingenium! una dies oſtendit ſpicula florum:
Altera pyramidas nodo majore tumentes;
Tertia jam calathos: totum lux quarta peregit
Floris opus. pereunt hodie niſi mane leguntur.

CASAUBONUS.

2 *Ambulare per Britannos.*] Scribe, *Amblare*, ob metrum. & mox, *Amblare per tabernas.* ut in Alexandro Severo *lepuſclos.* ſic *oraclum*, *periclum*, & ſimilia. Verbum *amblare* reſedit in Gallica lingua diverſa notione, ut cùm de tolutario vel aſturcone uſurpamus.

SALMASIUS.

2 *Ambulare per Britannos.*] Non opus eſt ſcribi *amblare*, propter verſum pro *ambulare*, ut vir doctus cenſebat. Trochaicus enim eſt dimetrus acatalectus, quales ſæpe ab Anacreonte uſurpati, & dimetris jambicis catalectis mixti, ut in hoc ᾀσματίῳ:

Στεφανηφόρου μετ' ἦρος
Μέλπομαι ῥόδον τέρεινον,

& in alio:

Ἔρωτος γὰρ τὸν ἁβρὸν
Μέλπομαι βρύοντα μίτραις
Πολυανθέμοις ἀείδειν.

Ad hoc exemplar plane facti verſus Flori hoc loco & Hadriani:

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

1 *Ambu-*

Scythicas pati pruinas.

reſcripſit,

Ego nolo Florus eſſe,
[1] *Ambulare per tabernas,*

Lati-

1 *Ambulare per tabernas.*] Sequitur: *Latitare per popinas.* *tabernæ* igitur heic ſunt œnopolia. nam medii ævi ſcriptores, *tabernas* tantum dixerunt de vinariis. id nos in noſtra lingua retinemus. nam dicimus *tavernes.* Nonius Marcellus: *tabernas, non vinarias ſolum, ut nunc dicimus, ſed omnes quæ ſunt popularis uſus, auctoritas Romana patefecit.* ætate Marcelli *tabernas* abſolute œnopolia vocabant. Eugraphius in Terentium: *Helluo eſt invaſor & qui plurimum conſumit. Ganeo, tabernis operam dans, & conviviis turpioribus.* veteres Latini *ganea* appellabant, quas recentiores *tabernas* dixere. Donatus in Adelphos ad illud, *In ganeum aliquo: veteres*, inquit, *ganeum meritoriam tabernam dixerunt*, ἀπὸ τῆς γᾶς τοῦτ' ἔστι τῆς γῆς, *quod ipſa ſit in terra, non ut cœnacula ſuperius.* Loca igitur illa in quibus homines vino & epulis & venerii deſidiæque operam dabant, veteribus *luſtra* & *ganea*, recentioribus Latinis *tabernæ*, dicebantur. & ita heic accipiendum quod objicit Floro Hadrianus, *ambulare per tabernas.* ſed male *ganeum* Donatus cæterique antiquiores Grammatici ἀπὸ τῆς γᾶς deducunt. nam *ganeum* puta puta vox Græca eſt, dicunt enim illi γάνειον. γάνος & γάνειον idem, ut ᾠδὸς & ᾠδεῖον. γάνεια autem vocabant loca voluptaria in quibus lætæ vitæ homines, ventri & libidini vacabant. γάνος enim lætitiam & gaudium etiam vocabant & γάνυμαι *gaudeo.* Heſychius: γάνεια, κῆπος. ita legendum non κῆπυς. γάνος, παράδεισος, χάρμα, ἡδονή. Hinc γανῖται homines luxurioſi & luſtris dediti, nepotes & helluones, quos Latini *ganeones* vocant. Heſychius: γανῖται, δάπανοι, ἄσωτοι. γάνειον igitur locus in quo ejuſmodi homines nepotabantur. γάνειον, ganeum: ut μουσεῖον, muſeum. & ſimilia ſexcenta. γάννις idem eſt quod γανίτης Dioni in fragmentis apud Urſinum de Heliogabalo: ἐν δ' οὖν τῇ μάχῃ ὁ μὲν γάννις καὶ τὰς στρατιὰς περὶ τῆς κώμης περιεπτίλασι. & paulo poſt, eumdem γάννιν καὶ κωμάζοντα vocat. Straboni καπυρισταὶ dicuntur. καπυρίζειν & γάνυσθαι idem. hoc eſt, *lætam vitam agere, ridere, & gaudere, genioque indulgere.* male de hac voce καπυρίζειν viri docti, dum καπυριστὰς interpretantur, qui ferro calido comas torquent & criſpant. καπυρίζειν nihil aliud eſt, quam clare & ſonore ridere & cachinnare. καπυρὸν γέλωτα Græci vocant, ſiccum riſum, & clare ſonantem. hinc καπυρίζειν. Heſychius: κερόμβα, γέλως ξηρὸς καὶ καπυρός. unde κερομβαλίζειν, riſu concuti. κερομβαλίζουσι, καπυρίζουσι, καγχαστικῶς. idem: Κερόμβον, καπυρόν τινα γέλωτα, καὶ ξηρόν φασι. & alibi: κορόμβος ὁ κόνδυλος καὶ ὁ καπυρός. inde καπυρισταὶ καὶ τρυφηταὶ Straboni, qui genialiter & voluptuoſe vivunt. idem lib. XVII. de Canobo & Canobiſmo: ἔστι δὲ αὕτη πόλις πλησίον τῆς τε Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη. διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις. ubi perperam ἀπόψεις vir eruditiſſimus locos ad comeſſandum aptos interpretatur, & procul ab hominum conſpectu ſubmotos. ἀπόψεις ſunt zetæ quæ proſpectum maris habent. actas & ἀπόψεις quærebant & ejuſmodi amœna loca homines gulæ & abdomini nati. Philodemus:

Ἡμεῖς δ' οὐκ ἀκτῆς ἐπιβαίνομεν, οὐδ'

Latitare per popinas,
[1] Culices pati rotundos.

Ama-

οὐδ' ἐν ἀπόψει
Γιγνόμεθ' ὡς αἰεὶ Σάπυλι τὸ πρό-
τερον.

Ad quem locum nos plura. nam ἄποψιν ibi perperam Brodæus *locum editum* exponit, cum ſit *proſpectus maris.*

CASAUBONUS.

1 *Culices pati rotundos.*] Ὑπὸ τῶν κωνώπων ἐνοχλεῖσθαι τοῖς αὐτῶν κέντροις κεντούμενον. Acerbè Florum ſuggillat Imper. vitam illius deſcribens in ganeis & popinis. Nam, ut alibi obſervabamus, honeſto viro non fuit olim turpius in lupanari conſpici quàm in caupona, vel vinaria taberna. Culicibus infeſta eſſe œnopolia & omnes ſimiles locos nemo ignorat: qui ſaltem legerit apud Philoſophum naſci eos è vermiculis qui generantur ἐν τῇ περὶ τὸ ὄξος ἰλύϊ, & ut Plinius interpretans ait, in aceſcente natura. Non poſſum aſſentiri magno Turnebo qui *culices pati* obſcœna notione accipit hoc loco pro ψηνίζεσθαι: ut ſumitur in veteri proverbio,

Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται.

At in regio ſcriptum *calices* pro *culices*. quam lectionem interpretari poſſumus ex iis quæ dicebamus ad Athenæum libro primo, cap. XIV. Enimvero *culices pati* ſcripſit Hadrianus: quod non aliud eſt quàm id quod initio diximus. *rotundos* autem vocat, vel quia ſuctu ſanguinis impleti, diſtenta cute rotundantur: vel ad tumuſculos reſpiciens, qui in puncta cute culicis aculeo excitantur, verè ſemirotundi.

GRUTERUS.

1 *Culices pati rotundos.*] Sic Pall. ambo, niſi quod integer, *rutundos*; adſcriptumque etiam *calices*.

SALMASIUS.

1 *Culices pati rotundos.*] Culices iſti non ſunt quos Turnebus intelligebat κημιμφατως, ſed veri culices qui tabernas & cauponas infeſtant. Cæſar per Britannos ambulabat, & Scythicas patiebatur pruinas. Florus per cauponas ambulabat, & culices patiebatur. id eſt à culicibus infeſtabatur, qui circa cauponas & vinarias tabernas ut plurimum ſolent eſſe moleſti. Hinc *cauponarum animalia*, dixit eleganter Plinius, cum culices intelligi vellet. lib. IX. cap. XLVII. *adeoque nihil non gignitur in mari, ut cauponarum etiam æſtiva animalia, pernici moleſta ſaltu, aut quæ capillus maxime celat, exiſtant.* minus prudenter fecit vir magnus, qui *conopeorum animalia* ibi ſubſtituebat. quid opus? nonne animalia cauponarum ſunt *culices*? nullibi ſane frequentiores. Plutarchus: τῶν δ' ἀνθρωπείων ἀπωσάμενοι ταυτὶ καὶ ἡμερίδων, ἀγελαιότερον πίνομεν ἐν τοῖς κωνώπων χορῷ συμβομβούμενοι. vinum illi ſequuntur, & vino immoriuntur. *bibones* eos vocabat antiquitas. Afranius in his verſibus ſic legendis:

Dum ad me ſpectas, fabulárique incipis,
Ex ore in oculos tibi bibones involant.

Muſciones ſequens ætas vocavit. à *muſto* ita dictos volunt Grammatici. ſed verius, à *muſca* per diminutionem. quid enim aliud ſunt quam parvæ muſcæ? hinc nobis *muſcerones* dicuntur. neſcio an & *vappones* eos appellarint veteres. à *vappa*, cujus, ut & vini, amantes ſunt & cupidi. Valerius in Catholicis: *po ſyllaba terminata producuntur, ut vappo vapponis, animal eſt volans quod vulgo animas vocant. lectum eſt apud Lucretium hos vappones.* dubito tamen. ratio dubitandi eſt, quod *animas* vulgo appellari ſcribat illud animalculum: at *animæ* ſunt, quas Græci ψυχὰς vocant. genus nempe animalis lucernas circumvolitantis, & flammam appetentis exitio ſuo. πυραύ-

Amavit præterea genus dicendi vetuſtum, [1] controverſias declamavit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, [2] Salluſtio Cælium prætulit. [3] Eademque jactatione [4] de Homero ac Platone judicavit. Matheſin ſic ſcire ſibi viſus eſt, [5] ut ſerò Calendis Januariis ſcripſerit

πυραύϛαι Græcis aliter dicuntur. Gloſſarium vetus cap. de avibus: *anima*, ψυχὴ *tabanus*, μύωψ. *veſpertilio*, νυκτερίς. Heſychius, ψυχὴ, πτηνὸν ζωΰφιον. Interpres Nicandri vetus, φαλαίνας vocari ait ψυχάς. φάλαιναι autem, inquit, ῥᾳδίως ἐϛὶν ὄνομα. οὕτω γὰρ αὐτοὶ τὰ περὶ τοὺς λύχνους πετόμενα θηρία καλοῦσι. ſed de his animis & & vapponibus alibi. culices cauponarum, *tabernales alucitas* dixit Petronius apud Fulgentium: *nam centum tabernales alucitæ moleſtabant*. ipſe *καπηλικοὺς κώνωπας* interpretatur. dicti *tabernales* à *tabernis*, id eſt cauponis. quo ſolo ſenſu *tabernas*, Hadriani temporibus & Petronii etiam, ut videtur, appellabant. in libro epigrammat. Luxurii nondum edito, extat epigramma. *In Diaconum feſtinantem ad prandium cauponis.*

Quid feſtinus abis ventre impellente ſacerdos?
An tibi pro Pſalmis pocula corde ſedent?
Pulpita templorum, ne pulpita quære tabernæ:
Numina quo laudes non phialas referes.

Sed cur culices illos tabernales, *rotundos*, heic appellat Hadrianus? an à forma? an *culices* dixit, culicum morſus, ex quibus tuberculum rotundum ſurgere ſolet? ſic *fuſtes* & *flagella* pro *fuſtium* & *flagellorum ictibus*, in legibus Wiſigothorum. *duodecim flagella accipiat*. id eſt, *duodecim flagellorum ictus*. & *centum fuſtes accipere*, pro *centum ictus fuſtium*. ſic Harmenopulus & Baſilica, διὰ δώδεκα ἀπλακτῶν κολάζεσθαι. ἀπλακτὰ ſunt fuſtes, ſed ictus fuſtium tot numero dari intelligit. ſic *furtum rei ſuæ pati*, in Digeſtis, pro furtum pati. ita hoc loco *culices rotundi*, ſunt ictus culicum rotundi. niſi quis à forma potius rotundos appellari cenſeat. ſed culices rotundos adhuc non vidi.

CASAUBONUS.

1 *Controverſias declamavit.*] Latinas declamationes puto intelligi: de Græcis ejuſdem ante diximus.

2 *Salluſtio Cælium prætulit.*] Legebatur *Cæcilium*. membranæ *Cælium*. Cæcilius veteris poëtæ nomen: qui tam ineptè Saluſtio comparetur, quàm convenienter Criſpus & Cælius componuntur. antiquus fuit hiſtoriographus, ex quo multa A. Gellius, Priſcianus, Soſipater, Chariſius, alii.

3 *Eademque jactatione.*] Κουφότητι καὶ ἀλαζονείᾳ. nam utrumque ineſt vitium, levitas & arrogantia.

4 *De Homero ac Platone judicavit.*] Homero prætulit Antimachum, ut ex Dione modo dicebamus. Platoni verò quem? nihil enim invenio.

5 *Ut ſero Kal. Ianuariis ſcripſerit.*] *Serò*, id eſt, ὀψὲ τῆς ἡμέρας. veſpera diei primi ejus anni. Id tempus opportunum prædictionibus aſtrologorum. Regius, *ut ſexo*. fortaſſe, *ut ſexto Kal. I.* At Robertus Bon. legit, *ut ſemel Kal. I.* probo: & quod ſequitur, *quid ei toto anno poſſet evenire*, de ipſo Hadriano interpretor: quod & proxima verba ſuadent, & ſimilis huic locus in vita Veri: ubi dicitur *cuncta de ſe ſciſſe* & omnes futuros ſuos actus ante præſcripſiſſe. *ei* igitur pro ſibi, vel ipſi poſitum, quod illi ſeculo familiare.

SALMASIUS.

5 *Ut ſero calendis Januariis ſcripſerit.*] Non ſollicitanda hæc ſcriptura, quam quaſi de compacto tuentur optimi libri

pſerit quid ei toto anno poſſet evenire: ita ut eo anno quo periit, uſque ad illam horam qua eſt mortuus, ſcripſerit quid acturus eſſet. ſed quamvis eſſet in reprehendendis muſicis, tragicis, comicis, grammaticis, rhetoribus, oratoribus, facilis: tamen [1] omnes profeſſores & honoravit & divites fecit, licet eos [2] quæſtionibus ſemper agitaverit. Et quum ipſe auctor eſſet [3] ut multi ab eo triſtes recederent, dicebat ſe graviter ferre ſi quem triſtem videret. In ſumma familiaritate [4] Epictetum & Heliodorum philoſophos, & (ne nominatim de omnibus dicam) grammaticos, rhetores, muſicos, geometras, pictores, aſtrologos habuit: præ cæteris (ut multi aſſerunt) [5] eminente Favorino. Doctores

bri. *ſero* autem non ideo dixiſſe opinor, quod ſerum diei aptum eſſet & accommodatum aſtrologicis ſpeculationibus, ſed *ſero ſcripſit*, hoc eſt poſt actus diurnos & cum illi vacaret, ſcripſit & annotavit, quid ſibi toto anno poſſet evenire. per hæc magnam in matheſi ſcientiam & experientiam Hadriani oſtendit, qui Calendis ipſis Januariis, nec illis quidem totis, ſed ejus diei ſero, quid toto ſibi anno eventurum eſſet, viderit & in ephemeridibus adnotaverit.

GRUTERUS.

5 *Ut ſerò Kalendis Januariis ſcripſerit, quid ei toto anno poſſet evenire.*] Confirmant & hanc lectionem Palat. codd. duo. arridet tamen conjectura quam per litteras mecum communicavit, philologiæ pullus, Joannes Meurſius; *ut vero Kal.* videatur vita Ælii Veri infra, capite 3. fine ipſo.

3 *Epictetum & Heliodorum.*] Et hæc γραφὴ duorum Palatinorum.

CASAUBONUS.

1 *Omnes profeſſores & honoravit & divites fecit.*] Propterea ſcribit Philoſtratus ſuperaſſe Hadrianum omnes ſuperioris memoriæ principes ſtudio virtutes promovendi: hoc eſt, erga viros inſignes virtute aut eruditione munificentiâ. Locus eſt in vita Marci Byzantii ſophiſtæ. τοῦτον, inquit, ἠγάσθη καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ πρεσβεύοντα ὑπὲρ Βυζαντίων, ἐπιτηδειότατος τῶν πάλαι βασιλέων γενόμενος ἀρετὰς αὐξῆσαι. Idem ſcriptor aliis locis earum vitarum non paucis, Hadriani beneficia in viros doctos commemorat. Vel lege Dionyſii Mileſii vitam: quem tamen fuiſſe ipſum quoque ab Hadriano male tandem acceptum narrat Dio.

3 *Ut multi ab eo triſtes recederent.*] Alludit ad Titi Auguſti dictum: *Non oportet quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere.*

4 *Epictetum.*] Reg. *Epycetum.* illud rectum. à temporibus Neronis vitam produxiſſe ad Marcum traditur ille ſapientiſſimus ſenex.

5 *Eminente Favorino.*] Reg. *præeminente F.* ſublatis illis, *præ cæteris.*

SALMASIUS.

2 *Quæſtionibus ſemper agitavit.*] Repoſuimus *agitaverit* pro *agitavit*, ex libris. *agitare* autem pro *exagitare* & *vexare*. ſic Donatus *agitare iniquitatem: nomen injuſtum & iniquum leno, iniquitatem agitat, juſtitiæ patrocinatur.*

1 *Quos*

ctores qui profeſſioni ſuæ inhabiles videbantur, dita-
17 tos honoratoſque à profeſſione dimiſit. [1] Quos in privata vita inimicos habuit, imperator tantùm neglexit: [2] ita ut uni quem capitalem habuerat, factus imperator diceret, *Evaſiſti.* Iis quos ad militiam ipſe per ſe vocavit, equos, mulos, veſtes, ſumptus, & omnem ornatum ſemper exhibuit. Saturnalitia & ſigillaritia frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit, & alia invicem dedit. Ad deprehendendas obſonatorum fraudes quum [3] cum plurimis ſum-

CASAUBONUS.

1 *Quos in privata vita inimicos habuerat, imperator neglexit.*] Rara & eo principe digniſſima laus, qui in literis tantus eſſet. Celebratur in Annalibus noſtris Ludovici XII. regis ſapientiſſimi, qui de Aurelianenſi Duce ad regium faſtigium pervenerat, vox aurea. Nam cùm illum ſui ſtimularent, ut Ludovicum Trimolium, qui ſibi olim multùm nocuiſſet, pro meritis acciperet, *Ego verò,* inquit, *non faciam: neque enim Galliarum regem decet offenſas inimicitiaſque Aurelianenſis Ducis meminiſſe aut exequi.* Olim, ut narrat Suetonius, idem Veſpaſianus. Sed omnes omnium ſeculorum principes hac virtute, ut & multis aliis, longè vicit maximus & Chriſtianiſſimus rex noſter HENRICVS IV. de cujus divina clementia præſtat nihil quàm parum dicere.

2 *Ita ut uni quem capitalem habuerat.*] Reg. *tantùm neglexit, ut Choni quem c. h.* neque Græcum id nomen agnoſco, neque Latinum: niſi *Chioni* ſcribendum: de quo tamen legi nihil.

3 *Cum plurimis ſumentibus paſceret.*] Lego, *cùm plurimos ſuis ſumptibus p.* adſtipulante regio codice, in quo ſcriptum liquidò verbum ſumtibus poſtea invenimus. In eodem pro *juſſit apponi,* ſcribitur, juſſit ſibi apponi. Quare ſine ulla controverſia totus locus ita diſtinguendus ac ſcribendus. *Ad deprehendendas obſonatorum fraudes, cùm plureis ſuis ſumtibus paſceret, fercula de aliis menſis, etiam ultimis quibuſque, juſſit ſibi apponi.* planiſſima ſententia, cùm ante nemo eam caperet. Illa verba, *cum plureis ſuis ſumtibus paſceret,* propterea ab auctore adjecta, quia non ſemper plures paverit Hadrianus: quem paullò ante dicebat caviſſe ſumma diligentia, ne quid otioſum paſceret: interdum tamen, ita rebus ferentibus, aluit ſumtu ſuo vel plurimos: ut multis opus eſſet menſis. Has igitur menſas Hadriani *ἀγορασταὶ* & opſonatores, quæſtus proprii quàm exiſtimationis ſui Heri ſtudioſiores, inſtruebant: ſed ut quæque illatarum ab Imperatoria menſa plurimùm aberat, ita parciſſimè & tenuiſſimè inſternebatur. Quam opſonatorum fraudem ut detegeret Hadrianus, quæſo, quid poterat ingenioſius comminiſci? *Opſonatorem* Græci vocant *ἀγοραστὴν*, ut alibi dicebamus: poſterior ætas *optionem* appellavit: ſi ſatis ex fide Procopius libro III. Perſicorum. Ἰωάννην παρέδωκεν, ὅς οἱ ἐπεμελεῖτο τὰ περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης. ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι Ρωμαῖοι.

GRUTERUS.

2 *Ita ut uni quem capitalem habuerat.*] Sic planè & Pal. integer.

3 *Cum plurimis ſumentibus paſceret.*] Eædem membranæ, *ſummatibus.* ſed prætulerim vulgatum.

3 Quum

ſummatibus paſceret, fercula [1] de aliis menſis etiam ultimis quibuſque juſſit apponi. Omnes reges muneribus ſuis vicit. [2] Publicè frequenter & cum omnibus lavit:

SALMASIUS.

3 *Quum plurimis ſumentibus paſceret.*] Varie hunc locum emendare aggreſſi ſunt docti interpretes. ſed ut plerumque evenire ſolet, bene tentatum, male ſucceſſit. videamus & nos an aliquid tentantibus ſemper non reſpondeat ſucceſſus. Pal. habuit *ſummatibus*, non *ſumentibus*. vix ambigo quin legendum ſit: *ad deprehendendas obſonatorum fraudes quum cum plurimis ſummatibus paſceret, fercula de aliis menſis etiam ultimis quibuſque juſſit apponi.* convivium exhibebat ſummatibus & proceribus Hadrianus. hoc eſt quod dicit, *paſcebat cum ſummatibus*. *paſcere* abſolute dictum pro convivium exhibere, vel epulari. Spartianus in Alexandro Mammeæ: *& quum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet, nec plures miniſtros, argentum & miniſtros antea quando paſcebat, accipiebat ab amicis, quod hodieque fit, ſi paſcatur à præfectis abſente imperatore.* qui locus eſt ad hanc rem & ad hunc morem egregius, ſed vulgo vitiatus cum eſſet, ſic correximus ope vetuſti codicis. *paſcere* dicebatur imperator, cum ſollemne convivium exhiberet magiſtratibus, & reliquis proceribus & ſummatibus. *paſcere* igitur eſt convivia celebrare, & epulas apparare. ſed tam is qui convivium præbebat, quam ille cui præbebatur, *paſcere* tunc dicebatur. Ennodius in epigrammatis: *De eo qui nunquam niſi in depoſitione filii pavit.* hoc eſt lemma epigrammatis. ſequitur epigramma.

Convivæ miſeri luctus deponite multos:
Prandia tot venient funera quot fuerint.

De eo qui nunquam pavit niſi in depoſitione filii, id eſt qui nunquam quemquam convivio accepit. hæc mortualia convivia περίδειπνα Græci vocant. hinc *paſcere* περιδειπνίζειν exponunt optimæ Gloſſæ. Paſcit, βόσκει, τρέφει, νέμει, σιτίζει, περιδειπνίζει. Martialis: *Paſcit Gellius & ……* *Paſcere aliquem* & *paſcere* ſimpliciter dicebant convivium exhibere, & *paſcere apud aliquem* pro convivari, & convivio intereſſe. Luxurius in epigrammatis, *de eo qui amicos ad prandium clamabat ut plura expoſceret xenia.*

Gaudeo quod me nimis ac frequenter
Ambitu paſcis Binnmaris ſuperbo.
Unde ſed paſcor, mea ſunt per omnes
Sparſa convivas bona. nec volebam
Paſceres quemquam, peteresque mecum
Ne tibi quicquam detur unde paſcas.
Hoc tamen ſi tu vitio teneris,
Me precor nunquam jubeas vocari.

Ubi notabis in lemmate epigrammatis, *clamare ad convivium*, poſitum pro *vocare*. quod idioma Italicum hodieque retinet. *Blumarit* eſt nomen proprium Vandalicum, vel Gotthicum, qualia multa in illis epigrammatis. ſcripſit enim ille Luxurius Carthagine, & floruit ſub Traſimundo Vandalorum rege. ſed hæc alias.

GRUTERUS.

1 *De aliis menſis etiam ultimis quibuſque juſſit apponi.*] Ita quidem à recentiore calamo Palat. ſed prius tantum fuit, *ultimis quique adponi*, ſine illo *juſſit*.

2 *Publicè frequenter & cum omnibus lavit.*] Hanc lectionem ſervat omninò biga Palatinorum codicum.

CASAUBONUS.

2 *Publicè frequenter & cum omnibus lavit.*] Scripti omnes, *Publicè & frectè*. Duplex civilitatis argumentum: quòd publicè lavaret: & quòd frequenter cum vulgo. ita Hadrianus: Pius verò liberalitatis laudem potius quàm civilitatis inde retulit, balneum quo uſus fuiſſet ſine mercede populo exhibens. Vide Capit.

L 2 Pu-

lavit: ex quo ille jocus balnearis innotuit. Nam quum quodam tempore veteranum quendam notum ſibi in militia, dorſum [1] & cæteram partem corporis vidiſſet atterere, percontatus cur ſe marmoribus deſtringendum daret, ubi audivit hoc idcirco fieri [2] quòd ſervum non haberet, & ſervis eum donavit & ſumptibus. Verùm alia die quum plures ſenes ad provocandam liberalitatem principis [3] pariter & ſe attererent, evocari eos juſſit, & alium ab alio invicem defricari. [4] Fuit & ple-

SALMASIUS.

2 *Publice frequenter & cum omnibus lavit.*] Notat Caſaubonus ſcriptos omnes, quos vidit, habuiſſe, *publice & frequenter cum omnibus lavit.* & hanc lectionem rectam eſſe aſſerit. an recta ſit, nolim affirmare. hoc unum affirmo in noſtris libris eam non extare. *publice* & *cum omnibus* ἐν παραλλήλῳ poſita ſunt, & oſtendunt adeo popularem & communem fuiſſe Hadrianum, ut ſæpius in publico & cum omnibus lavarit. nihil igitur mutandum.

CASAUBONUS.

1 *Et cæteram partem corporis.*] Poſtulabat Latinitas purior, cæterum corpus. ſed lego cum regiis membr. *dorſum ſibi & cæteras partes c. v. atterere.* in regio eſt *terere*: melius *atterere*, προστρίβειν τῷ τοίχῳ, ut mox dicemus. at *diſtringere* eſt, ἀποστλεγγίζειν.

2 *Quòd ſervum non haberet.*] Hi ſunt qui propriè Græcis αὐτολήκυθοι, quibus deerat ſervus qui ampullam & ſtrigilem in balneas deferret, quique herum ibi tereret ac defricaret.

3 *Pariter & ſe attererent.*] Scribendum ut in regio & Puteani, *parieti ſe attererent.* præcedit enim, *percontans, cur ſe marmoribus diſtringendum daret.* Quare etiam illo loco, cæteras partes corporis vidiſſet atterere, ſic accipe τὸ *atterere*, pro ad parietem ſolii balnearis angulum defricaret.

4 *Fuit & plebis jactantiſſimus amator.*] Membranæ regiæ, *accuratiſſimus am.* Robertus Bon. *diligentiſſimus am.* En hominum imperitorum facinus. non enim alia mutandi cauſa illis fuit, præter imperitiam: cùm non intelligerent Spartiani verbum, qui Hadrianum ita vocat, quòd plebem Ro. non tam ex animo diligeret, quam ut de ſuo in illam amore, & plebis in ſe viciſſim, ſe jactaret.

GRUTERUS.

1 *Et cæteram partem corporis vidiſſet atterere.*] Nec quidquam iidem libri iſto variant loco.

3 *Pariter ſe attererent.*] Sic excerpta Pal. item à manu ſecundâ alter ille integer; ut fortè prius habuerit *pariter* vulgatum.

4 *Fuit & plebis jactantiſſimus amator.*] Sic prorſus Palat. noſter.

SALMASIUS.

3 *Pariter ſe adtererent.*] Ut ille ſcilicet veteranus fecerat, qui ſe marmoribus deſtringendum dederat, ut liberalitatem principis provocaret. reponit tamen ex ſuis libris vir doctus, *parieti ſe adtereret.* quam etiam ſcripturam inveni in excerptis Spartiani. ſed Palatinus liber retinet *pariter.* quod mutari nolim. imitabantur enim illum veteranum iſti ſenes, & pariter ſeſe adterebant, ut illum feciſſe viderant, ut eo pacto provocarent liberalitatem Hadriani, quemadmodum & ille provocarat. ſi quis tamen *parieti* legendum contendat, nec dux illi nec ratio deerit.

4 *Fuit*

& plebis jactantiſſimus amator. Peregrinationis ita cupidus, ut omnia quæ legerat de locis orbis terrarum, præſens vellet addiſcere. Frigora & tempeſtates ita patienter tulit [1] ut nunquam caput tegeret. Regibus multis plurimum detulit: à pleriſque vero etiam pacem redemit, à nonnullis contemptus eſt: multis ingentia dedit munera, ſed nulli majora quàm [2] Hiberorum: cui & [3] elephantum & [4] quingena-

4 *Fuit & plebis jactantiſſimus amator.*] Palatinus liber, *accuratiſſimus*. quod præ vulgato amplector. & magis ad mentem Spartiani facit hoc loco, qui Hadrianum tota hac pagina laudat, & eo maxime nomine quod communiſſimus eſſet, ut qui frequenter cum omnibus lavaret, plebemque non ὀλιγώρως aut perfunctorie, ſed vere & cum cura amaret.

CASAUBONUS.

1 *Ut nunquam caput tegeret.*] Tantum eſt ἡ ἄσκησις. Nam etiam quæ per naturam fieri non poſſe videantur, per conſuetudinem, quæ natura altera eſt, & facilè, & ſine noxa fiunt. Quis hodie nudum caput radiis ſolis, aut omnia perurenti frigori auſit exponere? Sed veteres à primis annis capita ad caloris frigoriſque patientiam durabant, crebris frigidæ lotionibus, & aſſidua nuditate domi & per urbis vicos. Ad iter petaſum vel galerum, vel cauſiam Macedonicam ſumebant, vel pileum ſive Theſſalicum, ſive Arcadicum, ſive Laconicum. apud Dionem permittit Caligula populo Rom. πίλους σφίσι τὸν Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν, ne ſolis æſtu offendantur. Auctor tamen eſt Joannes Chryſoſtomus homilia adverſus Judæos altera, adhuc ſua ætate morem illum obtinuiſſe, ut qui ludos ſpectarent, capite nudo ſolis æſtum perferrent. Ἄτοπον, inquit, ἐν Ὀλυμπιακοῖς μὲν καθημένους θεάτροις, ἐκ μέσων νυκτῶν εἰς μεσημβρίαν μέσην καρτερεῖν, ἀναμένοντας ἰδεῖν εἰς τίνα ὁ στέφανος περιέστη). καὶ γυμνῇ κεφαλῇ θερμὴν δέχεσθαι τὴν ἀκτῖνα. Vide Luciani lib. Περὶ γυμνασίων. Narrat Syneſius De regno, veteres Imperatores ἐν πίλοις λακωνικοῖς fuiſſe ſpectatos. Quidam ita obdurato callo fuerunt, ut etiam itinera nudo capite æſtate pariter atque hieme facerent. notum de Maſaniſſa & Julio Cæſare. Tacitus idem Annali XIII. de Corbulone. De Hadriano uberiùs Dio, ὥστε τὴν κεφαλὴν, οὔτ' ἐν θάλπει, οὔτ' ἐν ῥίγει ἐκαλύφθη· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χιόσι ταῖς Κελτικαῖς, καὶ ἐν τοῖς καύμασι τοῖς Αἰγυπτιακοῖς γυμνῇ αὐτῇ περιῄει. ſimilia de Severo Herodianus libro tertio: de Juliano Claudius Mamertinus. Scribit tamen infrà Spartianus, Hadrianum mortis cauſſam hinc maximè contraxiſſe.

2 *Hiberorum.*] Ille ipſe eſt, qui Phraſmanes ſtatim nominatur. nam in Legationum excerptis è Dione lego: Φαρασμάνης δὲ τοῦ Ἴβηρος εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ τῆς γυναικὸς ἐλθόντος, τήν τε ἀρχὴν ἐπηύξησε, καὶ θύειν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἐφῆκε. niſi tamen aliter Spartiano viſum. non enim ſine cauſſa dubitaveris.

4 *Quinquagenariam cohortem.*] Malim *quingenariam*, non obſcura motus ratione: etſi aliter libri.

GRUTERUS.

3 *Elephantum & quinquagenariam cohortem, &c.*] Ita etiam Pal.

 4 *Et quin-*

genariam cohortem poſt magnifica dedit dona. [1] Quum à Pharaſmane [2] ipſe quoque [3] ingentia dona accepiſſet, atque inter hæc auratas quoque chlamydes, [4] trecentos noxios cum auratis chlamydibus in harenam

SALMASIUS.

4 *Et quinquagenariam cohortem.*] Edi juſtiſſimus, *quingenariam.* nullæ enim cohortes quinquagenariæ, hoc eſt quæ quinquaginta hominibus conſtarent; ſed quingenariæ omnes, ex quingentis ſcilicet hominibus. erant & miliariæ, ut primæ quæque in legionibus. nam cæteræ quingenariæ. quingentariæ cohortes in editionibus Vegetii appellantur quas libri veteres *quingenarias* ſcribunt.

1 *Quum à Pharaſmane ipſe quoque ingentia dona accepiſſet.*] Palatinus noſter cum Regio: *quum à Pharaſmane ipſe quoque ingentia munia dona accepiſſet.* legebat Caſaubonus: *ingentia munera dono accepiſſet.* quod nullo modo mihi placere poteſt. ſuſpicor illa verba, *munia, dona*, ex variorum gloſſis & additamentis intruſa eſſe, & ſcripſiſſe Spartianum, *cui & elephantum & quingenariam cohortem poſt magnifica dedit dona, quum à Pharaſmane ipſe quoque ingentia accepiſſet.* Facile enim ex proximo ſubintelligi poteſt *dona.* ſed & *ingentia* pro rebus ingentibus & magnis dicunt iſti auctores. ut, *ingentia polliceri*, & *ingentia videre*, in Pertinace: *qui cum illi futura ingentia prædixiſſet, ſtipem ſe perdidiſſe dixit.* in Severo: *Tunc in quadam civitate Africana quum ſollicitus Mathematicum conſuluiſſet, poſitaque hora ingentia vidiſſet Aſtrologus.* Cum igitur hoc loquendi genus parum probarent imperiti homines, alii de ſuo inſerſerunt *munera*, alii *dona*. deinde à librariis utrumque receptum poſtea ab aliis correctoribus, qui dona & munera idem eſſe viderent, *munera* in *munia* mutatum. poſſemus & aliis conjecturis rem expedire. ſed nugari non eſt meum.

CASAVBONUS.

3 *Ingentia dona accepiſſet.*] Reg. *ingentia munia dona accep.* Scribo, *ingentia munera dono accepiſſet.*

4 *Trecentos noxios c.*] Regius *trecentas.* Videtur vox excidiſſe cujus hæc ſcriptura facit nobis indicium. Quare lego, *atque inter hæc auratas quoque chlamydes trecentas, trecentos noxios c.* ut ſit numerus exhibitorum noxiorum ab Hadriano, & miſſarum à Pharaſmane chlamydum.

GRUTERUS.

2 *Ipſe quoque ingentia dona accepiſſet.*] Pal. *ingentia munia dona accep.* putarim ſcribendum *munera*, & alterutram vocem interpretamentum: adfictam initio à ſcribâ, neque etiam deletam, ne paginam inquinaret litura.

SALMASIUS.

4 *Trecentos noxios cum auratis chlamydibus.*] Non puto tot chlamydes auratas Hadriano miſiſſe Pharaſmanem, nec hoc dicere Spartianum. ſed cum inter alia ingentia munera miſiſſet & auratas chlamydes, Hadrianum ad ejus dona traducenda & deridenda, trecentos noxios chlamydibus auratis indutos in arenam miſiſſe. non enim ut ad numerum chlamydum à Pharaſmane miſſarum numerus reſponderet noxiorum, curavit imperator: ſed cum forte tot noxii in arenam eſſent mittendi, omnes illos chlamydibus auratis indui juſſit in deriſionem munerum Pharaſmanis. ſolebant autem noxii per amphitheatrum in auratis tunicis, & purpureis togis traduci. Plutarchus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμω-

nam miſit ad ejus munera deridenda. Quum judicaret, [1] in conſilio habuit [2] non amicos ſuos aut comites ſolùm 18

τιμωρούμενον· ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧττον διαφέρουσι παιδαρίων οἱ τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις θεώμενοι πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους, καὶ πυρριχίζοντας ἄγανται καὶ τεθήπασιν ὡς μακαρίους· ἄχρις οὗ κεντούμενοι καὶ μαστιγούμενοι καὶ πῦρ ἀνιέντες ἐκ τῆς ἀνθινῆς ἐκείνης καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ὀφθῶσιν.

1 *In conſilio habuit.*] Palatinus & edit. vetus: *in conſilia habuit*, pro *ad conſilia*, vel *in conſiliis*. nam ſic alibi loquitur, in Antonino Pio: *poſt proconſulatum in conſiliis Adriani Romæ frequens vixit, de omnibus quibus Hadrianus conſulebat mitiorem ſententiam ſemper oſtendens.*

CASAUBONUS.

2 *Non amicos aut c. ſolùm, ſed juriſconſultos.*] Quaſi non & juriſconſulti inter principum amicos: quod falſum eſt; ſed non ita accipiendum. Amici principis duobus modis dicebantur: interdum illi ſolùm eo nomine comprehenſi, quos in domeſtica & interiore vita haberet privata amicitia ſibi junctos. ita Spartianus hic accipit: ideo addit, velut interpretans, *aut comites*. ſæpiùs ſic appellantur, quos publicè, ut ita dicam, princeps amabat & quorum conſiliis regebatur. Sic accipe apud Suetonium in Tito, capite ſeptimo, *Amicos elegit, quibus etiam poſt eum principes, ut ſibi & Reip. neceſſariis acquieverunt, præcipueque ſunt uſi.* & Capitolinum in Pio, *neque de ullis actibus quicquam conſtituit, niſi quod priùs ad amicos retulit.* In his & ſimilibus locis, *amici imperatoris* ſunt, quos hodie vocamus *Conſeillers d'eſtat.* Inter hujus generis amicos ut & nunc, ſic & olim ſemper, apud bonos certè principes, Juriſconſulti fuerunt. Divi fratres in reſcripto cujus pars habetur lege XVII. De jure patronatus. *Voluſius Mæcianus amicus noſter, & juris civilis, præter veterem & bene fundatam peritiam, anxiè diligens.* Mox, *cùm & ipſo Mæciano, & aliis amicis noſtris juriſperitis adhibitis tractaremus.* De conſiliis Hadriani cùm judicaret, iterum mox Spartianus, *Cauſſas Romæ atque in provinciis frequenter audivit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atque prætoribus, & optimis ſenatoribus.* quod breviſſimè Dio, ἐδίκαζε μετὰ τῶν πρώτων.

SALMASIUS.

2 *Non amicos ſuos aut comites ſolùm.*] Amici & comites Auguſti dicebantur, qui à conſiliis Auguſti erant, & amici quidem quod in interiorem familiaritatem principis admiſſi, & in contubernium adſciti, omnibus ejuſdem conſiliis intereſſent. Spartianus ſupra: *optimos quoſque de ſenatu in contubernium imperatoriæ majeſtatis aſcivit.* idem infra ſcribit eum optimos quoſque de ſenatoribus conſilio ſuo adhibuiſſe. Si igitur amici Auguſti, familiares, & contubernales erant, & dicebantur, inter officia domus Auguſtæ *cura amicorum* Auguſti fuit. quo officio fungebantur ut plurimum liberti, qui *à cura amicorum* vocabantur. horum frequens in vetuſtis monumentis mentio: pauca ex multis exempla heic ponam. T. FLAVI. AVG. LIB. VICTORIS. A. CVRA. AMICORVM. in alio: M. ULPIVS. AVG. LIB. HERMA. A. CVRA. AMICORVM. item: T. COELIO. T. F. CELERI. A. CVRA. AMICORVM. AVG. Comites autem Auguſti iidem dicebantur, quod Auguſtum in omnibus proceſſibus, ut vocabant, & expeditionibus bellicis comitarentur. Spartianus de Hadriano cum inter amicos & comites Trajani receptus eſt: *poſt quæſturam acta ſenatus curavit atque ad bellum Dacicum Trajanum in familiaribus proſequutus eſt, quandoquidem & vino indulſiſſe ſe dicis*

cit Trajani moribus obſequentem. ſic enim ibi legendum docuimus, non *familiarius*, ut vulgo legebatur. ex quo loco facile colligitur, eos qui inter familiares Auguſtum in expeditionibus ſequebantur, ejuſdem contubernales & commenſales fuiſſe. hi pedaturam in caſtris juxta prætorium accipiebant à pedibus LX. ad LXX. refert Hyginus in Gromatico, cujus hæc ſunt verba à nobis emendata: *Stationi dari oportet ſecundum prætorium pedes viginti, & ſi res exigit, pedes decem ſufficient. item comitibus imperatoris noſtri a pedibus ſexaginta ad ſeptuaginta poteſt obſervari, iiſque pedatura pro prætorio primo loco ad viam principalem adſignari debet.* idem paulo poſt repetit de pedatura comitum imperatoris, ſed locus vulgo corruptiſſimus, quem ita licebit emendes: *ut ſciamus quot alæ in prætentura tenſuræ ſunt, occupantur numero militum latere prætorii pedes* CCCXX. *Prætorio pedes* CLX. *ſtatione pedes* XX. *Comitibus Imperatoris noſtri pedes* LX. *via pedes* XL. ſcriptum erat compendioſe, *Com. Imp. n.* ex quo factum eſt, *communi*. *Comitum Imperatoris*, multæ antiquæ inſcriptiones meminere. vetus ſaxum Mediolani:

C. SENTIO
SEVERO
QVADRATO
C. V. COS.
AMICO. ET
COM. AVG. N.

Vides *amicum & comitem* Auguſti ſimul dici, ut hoc loco *amicos & comites* junctim poſuit Spartianus Hos igitur amicos & comites in conſilio habebat, ſi quando judicaret imperator. aliquando etiam & Juriſconſultos adhibebat, ut hoc loco feciſſe Hadrianum notat auctor. nam & Juriſconſulti ſæpe inter illos amicos & comites Auguſtorum fuere. *Conſiliarii* etiam Auguſtorum dicebantur ut in hac inſcriptione Romæ: PROC. AD. BONA. DAMNATORVM. PROC. AD. ALIMENTA. CONSILIARIO. AVGG. Capitolinus de Antonino Pio *η poſt conſulatum in conſiliis Hadriani Romæ frequens vixit.* id eſt, *Conſiliarius Hadriani fuit.* Comites igitur iſti eodem & nomine & munere uſque ad poſteriores imperatores manſerunt. nam *comites conſiſtorii vel conſiſtoriani* dicebantur. *conſiſtorium*, ut notum eſt, τὸ *συνέδριον* Principis mentio in ſaxis, *comitis intra palatium ordinis primi. comitis intra conſiſtorium ordinis primi.* Primus autem Conſtantinus, ut volunt, gradus iſtos comitum fecit, & in primi ordinis, ſecundi, tertii diſtinxit. veterum tamen omnium imperatorum exemplo, qui amicos totidem claſſibus & ordinibus diſtinctos habuere. nam in primas & ſecundas & tertias admiſſiones digerebantur, ut ait Seneca lib. 6. de beneficiis, erantque primi, & ſecundi amici. Spartianus in Severo: *moderationis tantæ fuit, ut amicos non ſolum primi ac ſecundi loci, ſed etiam inferioris ægrotantes viſeret.* amici autem & comites iidem, ut ſupra docuimus & clare Suetonius oſtendit in Tiberio: *pecuniæ parcus & tenax, comites peregrinationum expeditionumque nunquam ſalario, cibariis tantum, ſuſtentavit. una modo liberalitate ex indulgentia vitrici proſequutus, cum tribus claſſibus factis pro dignitate cujuſque, primæ ſexcenta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum ſed Græcorum appellabat.* Claſſes amicorum & comitum pro dignitate factæ. nam ex vario hominum genere ſumebantur, ad arbitratum ſcilicet imperatoris qui eos ſibi eligebat. ut heic Hadrianum optimos quoſque ex ſenatu in contubernium ſuum adſcivit, & ſibi comites fecit. primæ claſſis, & primi ordinis erant fere digniores, & cum his conſilia participabat imperator. ſic & ſub Conſtantino, & qui eum ſequuti ſunt imperatoribus conſiſtoriani comites ordinis erant primi. non igitur primus Conſtantinus illam comitum & amicorum cohortem in gradus & ordines diviſit. ſed comitis nomen, quod olim de his tantum qui imperatores in expeditionbus comitabantur, vel judicanti adſidebant,

ſolùm, ſed juriſconſultos, & [1] præcipuè Julium Celſum, Salvium Julianum, Neratium Priſcum, alioſque, quos tamen ſenatus omnis probaſſet. Conſtituit inter cætera, [2] ut in nulla civitate domus aliquæ transferendæ

bant, proprie uſurpabatur, in certum dignitatis titulum erexit, ſub diſtinctionibus primi & ſecundi & tertii ordinis, ut antea obtinebat in comitibus Auguſtorum: eoque titulo ornabantur, præter eos qui ex antiquo ſic appellati ſunt, Comites conſiſtorii, conſiliariique principis, variæ etiam tam civiles quam militares adminiſtrationes, variarumque artium profeſſores. quibus ad eam qua potiebantur dignitate etiam hic titulus honorificus addebatur ut Comites dicerentur, modo primi ordinis, modo ſecundi, pro cujuſque dignitate. hinc & pro quacunque præfectura cœptum eſt uſurpari nomen Comitis. non recte magnus Juriſconſultus qui præfecti nomen mutatum eſſe in Comitis ſcribit, quod ita & omnes magiſtratus appellarentur qui ſacrum comitatum obſervarent & ex eo prodirent, & inde nomen poſtea porrectum eſſe, ad omnes qui cui negotio præpoſiti eſſent. olim magnum erat inter amicos & Comites imperatoris numerari, non tamen certa dignitas fuit. nec alii hoc nomine donabantur quam qui eſſent revera. Conſtantinus ut honorarius eſſet titulus, effecit, & ad varias præfecturas & adminiſtrationes & artes extendit, quas hoc titulo honoravit. Atque hæc Comitum origo.

GRUTERUS.

1 *Et præcipuè Julium Celſum.*] Nihil variat Palatinus. ſed profectò reſtituendum, *Juventium Celſum*, ut dudum monuere viri docti.

CASAUBONUS.

1 *Præcipue Julium Celſum.*] Quis iſte, aut ubi ejus mentio inter illius tempeſtatis prudentes? Pub. Juventium Celſum novimus nos clariſſimum illa ætate juriſconſultum: cujus nomen hic arbitramur reſtituendum. Salvius Julianus & Neratius Priſcus ſatis per ſe noti, noſtra indicatione nihil egent.

2 *Ut in nulla civitate transferendæ ad aliam urb.*] Colligebam ex iſtis verbis, promulgatam ab Hadriano fuiſſe de non diruendis ædificiis aliquam conſtitutionem: cujus tamen cùm hodie in libris juris civilis Romanor. mentio extet nuſquam, ſequor non invitus judicium viri eruditiſſimi ϗ κειμηλιωτάτȣ Joſiæ Merceri, magni illius Johannis F. tali parente digniſſimi; qui ad illud Senatuſconſultum Spartiani verba refert, quod Hadriano imperante quinto ejus anno coss. Aviola & Panſa factum eſt. Cavêre patres eo decreto, ne ea quæ ædibus juncta ſunt, tollere, negotiationis & promercii cauſſa, vendere, emere, legare liceret: item ne cui domum ſuam, qui demoliretur, vendere liceret aut legare. auctores ſunt, Paulus lege LII. De contrahenda emtione: Ulpian. l. XLI. De legatis primo, item alii multi: nam hujus S. C. frequens mentio in Digeſtis. ſed & multò antè Veſpaſiani lege idem fuerat cautum, ut teſtatur Alexander Severus lege ſecunda Codicis De ædificiis privatis. Non eſt novum, ut ab imperatore dicatur jus conſtitutum, quod eo imperante ordo ampliſſimus decreverit. Quare nullum dubium eſt, quin ad dictum S. C. reſpiciat Spartianus: etſi verba ejus mentem S. C. parum plenè exprimunt: quod paſſim in his libris obſervabimus. Ergo hoc ait Spartianus, conſtituiſſe Hadrianum, ne transferendæ ullius materiæ cauſſa ad aliam urbem, in ulla civitate domum aliquam diruere fas eſſet. Ait,

rendæ ad aliam urbem ullius materiæ cauſa diruerentur. [1] Liberis proſcriptorum duodecimas bonorum conceſſit. [2] Majeſtatis crimina non admiſit. [3] Ignotorum hereditates repudiavit: nec notorum accepit, [4] ſi filios haberent. [5] De theſauris ita cavit, ut ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiretur: ſi quis in alieno, dimidium

Ait, *ut in nulla civitate*, hoc eſt, non Romæ ſolùm, ſed ne in aliis quidem civitatibus. Ulpianus §. ſexto dictæ legis; *Hoc ſenatuſconſultum non tantum ad urbem, ſed & ad alias civitates pertinet.* Ibidem Ulpianus docet, appellationem domus laxè hic accipiendam. Materiæ in aliam urbem ſolitæ transferri ſunt, ut tigna, marmora, typi, & quod mireris jure mecum, parietes aut parietum partes. Plinius lib. XXXV. cap. XIV. *Lacedæmone exciſum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum, Romam deportavere, in ædilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. Quòd opus cum per ſe mirum eſſet, tranſlatum tamen magis mirabantur.*

1 *Liberis proſcriptorum duodecimas bonorum conceſſit.*] Veteris legis Corneliæ de proſcriptione duo capita fuêre: altero proſcriptorum liberis aditus ad honores obſtruebantur: altero bona patris proſcripti publicabantur. Prius caput antiquavit Julius Cæſar, & poſt illum principes alii, ut notamus ad Suet. libro primo, cap. XLI. poſterius lege hac tollit Hadrianus: ſed ex parte ſolùm, eaque admodum exigua. Liberaliùs ille rebus non nomine philoſophus Marcus: de quo Capitolinus: *Filii Caſſii & ampliùs media parte acceperunt paterni patrimonii, & auro atque argento adjuti.*

2 *Majeſtatis crimina non admiſit.*] Judicia majeſtatis prout erat principis ingenium, vel exercebantur vel ſilebant. Tiberium à Prætore conſultum, juſſiſſe reddi narrant Tacitus & Suetonius: fuitque id ſub eo principe omnium accuſationum complementum. Sic triſtiſſimus quiſque principum: eximie autem Nero. Alii vel moderati ſunt, vel penitus ſuſtulerunt. ut Claudius, de quo Dio Caſſius: τὸ ἔγκλημα τῆς ἀσεβείας, hoc eſt, majeſtatis; οὐκ ἐν τοῖς γράμμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἔπαυσε. & Trajanus, de quo Plinius: *Locupletabant & fiſcum & ærarium non tam Voconiæ & Juliæ leges, quàm Majeſtatis ſingulare & unicum crimen eorum qui crimine vacarent: hujus tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus magnitudine qua nulli magis caruerunt, quàm qui ſibi majeſtatem vindicabant.* Accedit iſtis nunc Hadrianus. Ejuſmodi crimina qualia fuerint diſcent tirones ex vitis Tiberii & Caji, & illorum temporum hiſtoriis. Nihil enim ſimile prioribus legibus de majeſtatis criminibus: ut accurate explicat Tacitus primo Annali.

3 *Ignotorum hereditates repudiavit.*] Et hoc, exemplo Auguſti. Suetonius libro II. cap. XLVI. Tacitus de Tiberio, *Neque hereditatem cujuſquam adiit, niſi cum amicitia meruiſſet. Ignotos & aliis infenſos, eoque principem nuncupantes, procul arcebat.* Plinius de Trajano, *Scriberis ab amicis, ab ignotis prætereris.*

4 *Si filios haberent.*] Regius, *ſed ſi fil.* Tacitus in vita Agricolæ: *à bono patre non ſcribitur heres niſi malus princeps.*

5 *De theſauris ita cavit.*] Adi ad Juſtinianum Inſtitutionum libro ſecundo, titulo primo. nam iſta meliùs inde petas.

ſ Cum

dium domino daret; ſi quis in publico, [1]cum fiſco æqualiter partiretur. [2]Servos à dominis occidi vetuit, [3]eoſque juſſit damnari per judices, ſi digni eſſent. Lenoni & laniſtæ ſervum vel ancillam [4]vendi vetuit cauſa non præſtita. [5]Decoctores bonorum ſuorum, [6]ſi ſuæ auctoritatis eſſent, [7]catamidiari in amphitheatro

GRVTERVS.

1 *Cum fiſco æqualiter partiretur.*] Palat. *æquabiliter.*

7 *Catamidiari in amphitheatro & dimitti juſſit.*] Pal. *catomidiari* proximè ad lectionem regiarum membranarum.

CASAUBONUS.

2 *Servos à dominis occidi vetuit.*] Videtur contrarium ſuadere §. Juxta hoc tamen, legis primæ Dig. De ſenatuſconſulto Silaniano,&c. ſed lege titulum De jure & ſævitia dominorum in elegantiſſimo libello Licinii Rufini, qui collationem Moſaici juris & civilis Romanorum continet. Non deſiderabis alium huic loco interpretem.

3 *Eoſque juſſit damnari per judices.*] Cajus inſtitutionum titulo III. *Si ſervus dignum morte crimen admiſerit, iis judicibus, quibus publici officii poteſtas commiſſa eſt, tradendus eſt, ut pro ſuo crimine puniatur.* Vopiſcus de Aureliano, *Multos ſervos è familia propria qui peccaverant, legibus audiendos judiciis publicis dedit.*

4 *Vendi vetuit cauſſa non præſtita.*] Id eſt, ſine judice & arbitrio domini, ut in ſimillima re loquitur Modeſtinus lege XI. Dig. Ad legem Corneliam de ſicar.

5 *Decoctores bonorum ſuorum ſi ſ.*] Jam olim lege fuerat cautum ne liceret decoctoribus ſedere in ſpectaculis inter ſui ordinis homines. Hæc eſt pœna theatralis, vel ut emendabamus olim, pœna legis theatralis, eorum qui decoxiſſent, aut patrimonium imminuiſſent, apud Tranquillum in Auguſto, capite XL. Omitto nexorum vincula, & illam veterem ſectionem.

SALMASIVS.

5 *Decoctores bonorum ſuorum ſi ſuæ auctoritatis eſſent.*] Diſplicet interpretatio viri doctiſſimi, qui *ſuæ auctoritatis eſſent*, exponit, *ſuo vitio decoxiſſent*. quæ expoſitio mira eſt. quaſi non ſint auctoritatis ſuæ, qui non vitio ſuo decoquunt. atqui proprie loquendo, bonorum ſuorum decoctor non dicitur, niſi qui bona ſua dilapidat & comedit. poteſt vero & ille qui ſuæ non ſit auctoritatis, etiam decoquere, ut filius familias & pupillus. at Hadrianus ſolos eos decoctores, qui ſuæ eſſent auctoritatis, in amphitheatro catomis cædi juſſit. interpretor igitur, *ſi ſuæ auctoritatis eſſent*, ſi ſui juris eſſent. quinam autem ſui juris eſſe dicebantur vel Inſtitutiones docent.

CASAVBONVS.

6 *Si ſuæ auctoritatis eſſent.*] Hoc eſt, qui vitio ſuo decoxiſſent: nam iis qui ſine culpa ſua rem fregiſſent, ceſſionis beneficium competiit, de quo eſt apud J. Ctos. Pupilli, minores & fœminæ ſuæ auctoritatis non erant.

7 *Catamidiari in amphitheatro.*] Notiſſimus mos veterum, ſontes & pœnis addictos ad exemplum traducendi per amphitheatrum. Exempla paſſim obvia. Pro *catamidiari* regiæ membranæ præferunt *cathomidiari*: quod detracta aſpiratione, videri poſſit non temere ſpernendum, pro catomis cædi, ut in vita S. Viti, *hoc*

audiens pater ejus juſſit infantem catomis cædi: & ita ſæpe in Martyrologiis & apud Victorem De perſecutione Vandal. pro κατ' ὤμων τύπτεσθαι, ut ad Manilium ſuum Joſephus Scaliger eſt interpretatus. *Catomidiari* ergo, ſive *catomadiari* fuerit κατωμαδὸν τύπτεσθαι. Sed placet magis vulgata lectio, quæ & ſine dubio vera eſt. Græcum eſt, καταμειδιᾶσθαι. Noxii per fora, theatra, & amphitheatra inter magna rerum verborumque ludibria traducebantur. Quare etiam quò major eſſet omnium cachinnatio, vel aſino imponebantur, ut infrà notamus, vel jocularitet ornati producebantur. Græcam vocem minùs hic mirabitur, qui tractum à Græcis rei exemplum meminerit. Nam in quibuſdam Græciæ urbibus mos fuit, decoctores in forum inducere, & ſedere juſſis cophinum capiti imponere ludibrii cauſſa: idque vocabant κοφινάζειν. Nicolaus Damaſcenus de ritibus gentium: Βοιωτῶν ἔνιοι τοὺς χρέος οὐκ ἀποδιδόντας εἰς ἀγορὰν ἀγαγόντες καθίσαι κελεύουσιν· εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτοῖς· ὃς δ' ἂν κοφινωθῇ, ἄτιμος γίνεται. *Catamidiare* vox Græca, formatio Romana, ut *chryſographare* in epiſtola Valeriani apud Vopiſcum. *aporiari* apud veterem interpretem. & hoc genus ſexcenta. Vim verbi pluribus expreſſit Juſtinianus Novella CXXXI. τῷ τῆς ἀσχημοσύνης πιέζεσθαι ὀνειδισμῷ.

SALMASIUS.

7 *Catomidiari in amphitheatro.*] Hæc ſcriptura recentium editionum, cum veteres omnes habeant, & in his princeps Mediolanenſis, *catomidiari.* quam lectionem libri ſcripti confirmant, & noſtri & Caſauboniani. ipſe tamen malebat, *catamidiari*, ἀπὸ τοῦ καταμειδιᾶν. ut deriſos in amphitheatro & per ludibrium traductos decoctores accipiamus. mihi vero placet *catomidiari*, & hanc lectionem ſolam veram eſſe exiſtimo. *Catomidiari*, eſt quod alii dixere, *catomis cædi.* à κατωμάδιος voce Græca quæ κατ' ὤμων ſignificat, verbum Latinum *catomidiare*, hoc eſt ſcapulas verberare, pro *catomadiare.* nam *a* in *i* mutant Latini in pleriſque vocibus quas ex Græco deflexerunt. ſic κωμάζω, *comiſſo.* *maſticare* pro *maſtacare*, quod ſignificat mandere, qua voce uſus Marcellus aliique quam plurimi. à Græco μάσταξ, μάστακος, quæ ἔνθεσιν ſignificat & manſum, & maxillam. unde *maſticare.* ſic λεπαστὴ, *lepiſta.* πατάνη, *patina.* Μασσαλία, *Maſſilia*, & infinita talia. ſic *catomidiare* ἀπὸ τοῦ κατωμάδιος. Heſychius. καταλοφάδια, κατὰ τοῦ αὐχένος. λόφος γὰρ ὁ αὐχήν· ἢ κατὰ κεφαλῆς. ὡς κατωμάδια, κατὰ τῶν ὤμων καὶ τοῦ τραχήλου. Hinc igitur *catomidiare* verbum, κατὰ τῶν ὤμων τύπτειν. quod alii dixerunt, *catomis cædere*, vel *catomo.* in converſatione Afræ: *nam in conſpectu amatorum tuorum catomis cædi jubeam.* in paſſione Viti martyris: *pater autem ejus Hylas inclytus ſed ſacrilegus cum eum ad divinum cultum vocare non poſſet, catomis cædi juſſit.* & paulo poſt: *tunc iratus Valerianus juſſit infantem catomo cædi.* τὸ κάτωμον, vel τὰ κάτωμα, pars eſt ſub collo inter ſcapulas, quod Latini *interſcapulum* vel *interſcaplium*, & *conſcaplium* appellant. hoc eſt συνωμίαν. ſic autem aliquis catomo aut catomis cædi dicitur, cui catomum aut catoma cæduntur, quemadmodum *capite cædi* ille dicitur cui caput cæditur. Servius: *obtruncare proprie eſt capite cædere.* ſic *tergo vapulare*, cui tergum verberatur. & apud veterem Juvenalis interpretem. *manibus vapulare*, cui manus flagris cæduntur, aut ferula, ad illum verſum Satyrici:

Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco.

Palmas ideo dicit quia aut catomidiabantur, aut quia manibus vapulabant cincti per civitatem. Catomidiabantur repoſuimus pro *catomus lætabantur*, quod vitioſe editum eſt. ſi quis malit, *catomis*

mis

mis cædebantur, non adverſabor. Luperci, ut notum eſt, per urbem diſcurrentes occurſantium ſibi qua mulierum, qua virorum terga aut manus feriebant pellibus. quibus etiam ſponte cædenda terga mulieres præbebant. nam hoc ad fœcunditatem facere credebatur. Ovidius Faſtorum ſecundo:

Ille caprum mactat. juſſæ ſua terga puellæ
Pellibus exſectis percutienda dabant.

hoc eſt quod *catomidiare* proprie vocat vel *catomis cædere*, vetus ille Scholiaſtes: *aut catomis*, inquit, *cædebantur, aut manibus vapulabant*, id eſt, aut manus illis, aut catoma verberabantur. verbum *catomidiare*, etiam Petronio reſtituimus: *maniſeſtis matrona contumeliis verberata tandem ad mitionem decurrit, vocatque cubicularios, & me jubet catomidiari. nec contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes quaſillarias familiæ que ſordidiſſimam partem, ac me conſpui jubet.* vulgo legitur, *catarogare.* libri quidam ibi habent, *catamolidare.* omnino ſcribendum, *c tomidiare*, vel *catomadiari*, quod idem eſt. hoc eſt, κατωμαδισθῆναι. quam correctionem indubitate veram eſſe arguunt, quæ ſequuntur: *oppono ego manus oculis meis, nulliſque precibus effuſis, quia ſciebam quid meruiſſem, verberibus ſputiſque extra januam ejectus ſum.* en verbera & ſputa. nam catomidiatus, hoc eſt, verberatus eſt à cubiculariis, & conſputus à quaſillariis. Catomidiari non ſimpliciter eſt verberari, ſed ſcapulis verberari vel catomis. Seneca & Apuleius, *ſcapulas verberare* dixerunt. Rabanus in martyrologio, de Menna martyre: *tunc præſes juſſit eum contra humeros diutiſſime cædi.* hoc eſt *catomis cædi.* quod vero *catomium* in verſu Laberii, vir magnus, ad hæc *catoma* trahit quæ ſcapulas ſignificant, & *in catomium tollere*, interpretatur *capite ſiſtere*, tam interpretatio illa quam lectio ipſa vulgata Laberiani verſus falſa eſt: *catonium* enim, non *catomium* ibi legendum, & de inferis non de colli vertebris accipiendum. verſus Laberii apud Gellium extat: quo loco notat Laberium quod multa verba ſordida, & è media vulgi fæce ſumpta uſurparit. inter alia & catonium.

—— tollet bona
Fide vos orcus nudas in catonium.

vox mere Græca, εἰς τὸ κατώνιον, ad inferos, vel ut infimi ævi ſcriptores dixere, ad infernum. ἀπὸ τοῦ κάτω, κατώνιον dictum, & locum inferum ſignificat, vel inferos. hæc παραγωγὴ Æolica plane eſt. ſic enim κατώνιον à κάτω deduxerunt, ut ἑτερώνιον ἀπὸ τοῦ ἕτερος. ἀλλώνιον ἀπὸ τοῦ ἄλλος. ἑτοιμώνιον ἀπὸ τοῦ ἕτοιμος & ἀνεμώνιον, ἀπὸ τοῦ ἄνεμος. vide Euſtathium in Iliad. Υ. κατώνιον igitur eſt inferorum locus. Græci poetæ κάτω plerumque de inferis uſurpant. ſic Latini *infra*. Tibullus:

Non ſeges eſt infra.

id eſt, οὐκ ἀγρὸς ἐστὶ κάτω.

apud inferos. Hoc verbum etiam reducendum in epiſtolam Ciceronis vigeſimam quintam libri ſeptimi: *ſed heus tu manum de tabula: magiſter adeſt citius quam putaramus. vereor ne in catonium Catoninos.* id eſt ne morte afficiat Catonianarum partium homines, & orco demittat. ſic enim legendum ex veteri ſcriptura quam notavit Victorius. ſed & ipſa vocum παρονομασία, quam captavit Cicero in *catonio* & *Catoninis*, facile convincit ſcribendum illo loci eſſe *catonium*: res autem ipſa ſuadet ita explicandum ut explicavimus. ſed in viam redeamus. Decoctores bonorum ſuorum Hadrianus in amphitheatro catomidiari juſſit, & dimitti. Fuſtibus aut virgis caſtigatos poſſumus, immo debemus intelligere, niſi malimus plumbatis, quarum ictibus cervices & terga contundi moris fuit, ſed poſteriorum tantum imperatorum ævo. leg. XL. Cod. *de decurionibus*, principales vel decuriones pecuniæ publicæ decoctores plumbatarum ictibus ſubjici jubentur.

I *Erga-*

tro & dimitti juſſit. [1] Ergaſtula ſervorum & libertorum

CASAUBONUS.

1 *Ergaſtula ſervorum & libertorum tulit.*] Libertos intellige eos, qui ut ingrati in ſervitutem retracti: nam inter jura patronatus & iſtud, de quo lege Ælia Sentia cautum. Eſt verò inſignis hic locus: nam aliunde hoc non diſcas. Sed an credemus conſtitutione iſta Hadriani omnia penitus ergaſtula fuiſſe ſublata? hæreo. nam publica ſaltem ergaſtula etiam poſt illa tempora, inter coërcitionum ſpecies video nominari. Conſtantini lege, relata in Codicem ſuum à Theodoſio, titulo de pœnis, damnati ex levioribus cauſſis, ergaſtulis vel piſtrinis dedendi tranſmittuntur ad Præfectum annonæ. De eo genere ergaſtulorum multa Socrates lib. v. cap. XVIII. *Ferre* pro auferre, familiare his ſcriptoribus. in Marco, *quibus conventus publicos tulerat.* & alibi ſæpe. Virgilius:

Omnia fert ætas, animum quoque.

Mirum quàm amarint hoc dicendi genus mediæ Latinitatis ſcriptores. Zeno Veronenſis, patrum Latinorum, meo judicio, elegantiſſimus, *Avaritia plerumque plus tulit avaro quàm præſtat.* Lucifer epiſcopus Calaritanus, (vel potius *Caralitanus*: Sozomeno ὁ Καραλίτων ἐπίσκοπος.) Spartiani fermè æqualis: ſcriptor ingenio juxtà & ſtilo durus: *quam dignitatem ei ſe tuliſſe tuus arbitratus fuerat pater.* alibi, *cùm ſervis ipſius patrimonia tuleris.* Sic *vertere à Deo*, idem, pro avertere. *funus ferre*, pro efferre, & *radere nomen*, pro eradere Aurelius Victor: *pilare* pro expilare, bis apud Ammianum Marcell.

SALMASIUS.

1 *Ergaſtula ſervorum & libertorum tulit.*] Ergaſtula ſervorum nota, ſed libertorum non item. Nihil ad rem facit, quod ingrati liberti in ſervitutem retraherentur. aliud eſt in ſervitutem retrahi; aliud in ergaſtulum mitti. ſatis magna pœna ingrato liberto, ſi de libero iterum ſervus fieret. atqui poterat ille libertus ſemel in ſervitutem retractus, ſi quid majus peccaſſet adverſus dominum, etiam in ergaſtulum ab eodem relegari. ita profecto eſt. ſed tunc non ut libertus ſed ut ſervus hoc patiebatur. libere tamen fatebor, me non moturum huic loco controverſiam fuiſſe, niſi libri impuliſſent. omnes enim tam editi quam ſcripti non *libertorum*, ſed *liberorum* exhibent: *ergaſtula ſervorum & liberorum tulit.* eamdem igitur tollendorum in totum ergaſtulorum cauſam habuit Hadrianus, quam olim Auguſtus repurgandorum. multi enim liberi & ingenui homines ex occulto & inſidiis inter viam rapiebantur, & in ergaſtula compingebantur à poſſeſſoribus. multi etiam ſua ſponte ad vitandam militiam, in ea ſe conjiciebant ut laterent. Suetonius in Tiberio: *curam ſuſtinuit repurgandorum tota Italia ergaſtulorum, quorum domini in invidiam venerant, quaſi exceptos ſupprimerent non ſolum viatores, ſed & quos ſacramenti metus ad hujuſmodi latebras compuliſſet.* idem in Auguſto: *rapti per agros viatores ſine diſcrimine, liberi ſervique, ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur.* Hadrianus illa non repurgavit, ſed penitus ſuſtulit, ut ne unquam illi fraudi occaſio pateret. non enim in gratiam ſervorum, ſed ingenuorum videtur ea ſuſtuliſſe, ne ut antea ſæpe factum per factionem poſſeſſorum abripi poſſent & in ergaſtulum dari. Hoc eſt quod ait Spartianus ergaſtula ſervorum & liberorum per Hadrianum ſublata. ſi quis *libertorum* mordicus retinendum putabit, vim nemini facio, utatur judicio ſuo. Quærunt autem heic Criticorum coryphæi an nulla poſt Hadrianum ergaſtula fuerint: & in perpetuum hoc valuerit, quod iſto loco legimus de ſublatis ab Hadriano ergaſtulis? & Lipſius

Lipſius quidem illa prorſus abolita fuiſſe vult, nec eorum uſquam mentionem, ſub aliis qui Hadrianum ſequuti ſunt, imperatoribus occurrere; aut ſi quando occurrat apud auctores, ex priſci potius ævi quam ſui uſu eos loqui. ſed ego ab illo ſentire nequeo, qui paſſim poſt Hadriani tempora ergaſtulorum publicorum privatorumque mentionem fieri videam, etiam apud Iuriſconſultos, quos tamen negat uſpiam eorum meminiſſe. nam qui in opus publicum aut in metallum damnantur, ut abigeatores, incendiarii, plagiarii, aliique, nonne in ergaſtulum damnantur? opus enim publicum & metallum ergaſtuli nomine ſignabatur. operis autem publici, & in metallum damnationis frequens apud Juriſconſultos mentio, ut in libris Digeſtorum videre eſt. Sed dicat fortaſſe aliquis ergaſtula illa publica non ſuſtuliſſe Hadrianum, ſed tantum privata. non enim metus ex publicis ergaſtulis, ne homines liberi, præter eos quos hæc pœna conſtrinxerat, in ea per vim conjicerentur. & ſervi qui hac pœna afficiebantur ex dominorum juſſu, non in publica, ſed in privata ergaſtula mittebantur. Sane conceſſerim libenter non de publicis ergaſtulis, ſed de privatis hanc Hadriani conſtitutionem eſſe intelligendam, & male ſentire viros doctos qui de publicis etiam eam explicant. Hadriani enim multæ conſtitutiones & reſcripta in libr. Digeſtorum reperiuntur, quæ mentionem habent operis publici & metalli pœnæ. privata igitur tantum ergaſtula ab Hadriano ſublata fuiſſe ponamus. hoc ſub ipſo tantum obtinuiſſe, vel non diu poſt ipſum duraſſe, fidem fecerint multi auctorum loci qui mentionem eorum repræſentant. Lactantius lib. v. Inſtitutionum: *quod ſi ſervorum nequiſſimus habetur qui dominum ſuum fuga deſerit, iſque verberibus, vinclis, ergaſtulo, cruce & omni malo digniſſimus judicatur.* ſed Lactantium eo loco volunt non ad ævi ſui ritum, ſed ad antiquam conſuetudinem reſpexiſſe. quid de Apulejo dicent, qui ſub Antonino Pio & Marco Philoſopho floruit, cujus hæc ſunt? *quindecim liberi homines populus eſt; totidem ſervi, familia; totidem vincti, ergaſtulum.* non dubium idem dictuˆros eſſe: dicant vero quod voluerint, non mihi perſuadebunt. inſignis de ergaſtulis locus apud Divum Cyprianum in libro epiſtolarum, epiſtola LXXXII. *Cæſariani quicunque vel prius confeſſi fuerant, vel nunc confeſſi fuerint, confiſcentur & vincti in Cæſarianas poſſeſſiones, & ſcripti mittantur.* ita enim legendum. vulgo: *diſcripti mittantur.* ſcripti & vincti dabantur in ergaſtulum ſervi. unde *inſcripta ergaſtula*, Juvenali. legi etiam poteſt, *& inſcripti mittantur.* quo loco ſpecta Cæſarianos ſervos in Cæſarianas poſſeſſiones, hoc eſt in Cæſaris ergaſtula, mitti ſolitos: quemadmodum & privatorum ſervi, quiquid deliquiſſent, in privata mittebantur à dominis. lex Gratiani, Valentiniani & Theodoſii, quæ eſt in Cod. Theod. tit. de tironibus; vetat in tironum præbitione, quemquam è ſervorum numero dari vel ex ergaſtulis tractum: *inter optimas lectiſſimorum militum turmas neminem è numero ſervorum dandum eſſe decernimus, neve ex caupona ductum vel ex famoſarum miniſteriis tabernarum, aut ex cocorum aut ex piſtorum numero, vel etiam eum quem obſequii deformitas militia ſecernit, nec tracta de ergaſtulis nomina.* Porro vox *ergaſtuli* non tantum origine, ſed etiam formatione Græca, eamque ut alias pleraſque, à Siculis Romani ſumpſere. ut enim ab ἐργαστὴς, ἐργάστυλος· κορύπτης, κορύπτυλος· ἔρως ἔρωτος, ἐρώτυλος. & τὸ ἐρώτυλον pro amatorio apud Moſchum, niſi fallor, aut Bionem. ἐργαστὴς, ἐργάστυλος diminutiva forma, qui terram colit, & in terræ cultu laborat, qua arando, qua fodiendo. Hinc *ergaſtulus*, vel *ergaſtilus*, ut in antiquis libris habetur, apud Nonium ex Lucilio: *judicem appoſuit ut nemo ſententiam libere quaſi ergaſtilus poſſit dicere.*

rum tulit. [1]Lavacra pro ſexibus ſeparavit. [2] Si dominus in domo interemptus eſſet, non de omnibus ſervis quæſtionem haberi, ſed de his qui per vicinitatem poterant ſentire, præcepit. [3] In Hetruria præ-
19 turam imperator egit. [4] Per Latina oppida dictator &

dicere. ἐργάστυλον igitur eſt ἐργαστικὸν, ut ἱράτυλον, ἱρατικόν. inde ἐργάστυλος τόπος adjective locus in quo ejuſmodi ἐργασταὶ vincti detinebantur ad opus ruſticum faciendum: quod adjectivum poſtea in ſubſtantivum tranſiit & ἐργάστυλον factum. inde Romanis *ergaſtulum*.

CASAVBONVS.

1 *Lavacra pro ſexibus ſeparavit.*] Olim viri fœminæque mixtim lavabant, nullo pudore nuditatis: quem turpiſſimum morem Græcos accepiſſe à Romanis in M. Catone queritur Plutarchus Dio lib. XLIX. de Agrippa, qui primus Romæ balnea publice exhibuit. τὰ βαλανεῖα προῖκα δι' ἔτους καὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ ταῖς γυναιξὶ λοῦσθαι παρέσχε. Videtur tum primùm hæc defœda conſuetudo cepiſſe; quam tollere conatus Hadrianus: de quo Dio, λοῦσθαι χωρὶς ἀλλήλων αὐτοῖς, viris & mulieribus, προσέταξε. Sed non obtinuit, aut non diu lex Hadriani: nam alioquin opus nova lege non fuiſſet, cujus auctor Marcus; qui auctore Capitolino, *lavacra mixta ſuſtulit*. Servata lex Marci ad Heliogabalum uſque. iſte eam tulit: relatam mox ab Alexandro Severo, quod in ejus vita narrat Lampridius. Spreta deinde & lex Alexandri, aut certè parum diligenter obſervata. adeo quidem ut & Chriſtiani veteres eundem morem uſurparent: licet in Διαταγαῖς, quæ Clementi tribuuntur, caveatur diſertè, ut viri balneis virilibus, muliebribus mulieres utantur, lib. I. c. VI. & IX. Sed vicit morbus publicus omnem medicinam. Serò tandem ſynodalibus decretis mos tam obſcœnus de vita eſt ſublatus. decretis inquam. non decreto: nam & ſanctiſſimorum patrum auctoritas diu neglecta. Laodiceni concilii canone XXX. vetantur συλλοῦσθαι γυναιξὶν ἄνδρες. Quid profuit? adeo enim mos ille per hunc canonem extinctus non eſt, ut etiam è clero & monachorum ordine multi, poſt concilium illud, promiſcuè cum fœminis lavarent. Lege ſynodi πενθέκτης, ſive in Trullo canonem LXXVII. quo loco Balſamon, ὡς ἔοικεν, inquit, πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἱερώμενοί τινες καὶ μοναχοὶ, καὶ λαϊκοὶ μετὰ γυναικῶν ἐλούοντο. In Juſtiniani CXVII. Nov. inter legitimas divortii cauſſas & iſta recenſetur; ſi mulier non impetrata à marito venia cum viris laviſſet.

2 *Si dominus in domo interemtus eſſet.*] Moderatur ſenatuſconſulto Silaniano: cujus providentia crudelis ex Tacito & libris Juriſprudentum nota. Hadrianeæ verò hujus conſtitutionis in ſuperſtitibus veteris doctrinæ civilis reliquiis, nulla, niſi fallor, extat hodie mentio. Meminit quidem Ulpian. l. I. ejus tit. reſcripti cujuſdam ejuſdem principis, quod ſpectat eodem: ſed non eſt tamen idem.

3 *In Hetruria præturam imperator egit.*] Accipiebam *in Hetruria*, pro in aliquo, aut ſi forte, in quibuſdam Hetruriæ oppidis. Certum eſt fuiſſe urbes in Italia nonnullas, quæ ſuos magiſtratus prætores vocarent: idque ex Cicerone & aliis docti pridem obſervarunt. Sed aliò ducit nos vetus inſcriptio, in qua leguntur hæc inter cætera: PRÆT. ETRVR. XV. POPVLORVM.

4 *Per Latina oppida dictator.*] Nam & Dictatores vocarunt ſuos magiſtratus quædam Latinæ urbes: ut de Lanuvio conſtat ex ea pro Milone.

1 *Et*

[1] & ædilis & duumvir fuit. [2] Apud Neapolim demarchus, [3] in patria ſua quinquennalis: [4] & item Adriæ quinquennalis quaſi in alia patria, & [5] Athenis archon fuit. [6] In omnibus penè urbibus, [7] & aliquid ædificavit,

1 *Et ædilis & duumvir fuit.*] Utrumq; nomen in municipiis & coloniis frequens fuiſſe, notum omnibus. Vetus lapis à Joſepho Scaligero publicatus, olim patrono coloniæ cujuſdam poſitus, EO. ANNO. QVO. ET. OPTIMVS. IMP. HADRIANVS. ETIAM. DVVMVIRATVS. HONOREM. SVSCEPIT. ſed nomen coloniæ ignarum eſt.

2 *Apud Neapolim demarchus.*] Neapoleos ordinarius magiſtratus ita vocabatur ab antiquo. Strabo libro quinto, poſtquam dixiſſet Neapolin urbem eſſe Græcam, ſed aſcitos poſtea fuiſſe Campanos: *μένει δὲ τὰ τῶν Δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά.*

3 *In patria ſua quinquennalis.*] Jam diximus Italicam in Bætica intelligi. In pleriſque coloniis & municipiis fuiſſe Quinquennales, nemo jam ignorat. Abſens autem geſſit hunc magiſtratum Hadrianus, ſi verè obſervatum Dioni, nunquam illum poſt ſuſceptum imperium, patriam ſuam adiiſſe: etſi de illa meritum quàm optimè. Sed & reliquos qui nominantur hîc municipales honores nomine tenus ab imperatore putem ſuſceptos. Quidni? cùm & conſulatum abſentes ſuſciperent, etiam illi interdum, qui Curiam viderant nunquam: ut de Pertinace Capitolinus narrat.

4 *Et item Adriæ quinqu.*] Reg. *& iterum Ad. q.* Ex initio hujus libri clarum, cùm hæc urbs Hadriani alia patria dicatur.

5 *Athenis archon fuit.*] Expoſuimus antea ex Dione. Lege Trebellium Pollionem in Gallienis.

6 *In omnibus penè urbibus ædificavit.*] De Græcia certe locuples teſtis Pauſanias: cujus Περιήγησις Hadriani referta eſt ædificiis.

SALMASIUS.

3 *In patria ſua quinquennalis.*] Gloſſæ, πενταετηρικὸν exponunt in capite de magiſtratibus: *Magiſter equitum. Flamen, publicus. Quinquennalis.* ἵππαρχος. πρύτανις, δημόσιος. πενταετηρικός. perperam in Indice inſcriptionum Grutterianarum *Quæſtores quinquennales*, notantur ex inſcriptione tertia pag. CCLV. quæ ſic habet: CVRANTIBVS. M. CÆRETIO. ZMARAGDO. L. MÆVIO. EPICTETO. QVINQ. IT. QVÆSTORIBVS. cum ſic exponi debeat, *curantibus M. Caretio Zmaragdo, L. Mævio Epicteto Quinquennalitio iterum, Quæſtoribus.* varia autem corpora & collegia ſuos Quinquennales habuere, & quidem non ex nomine ſuo perpetuos: item municipia & oppida, coloniæque multæ de quibus nos alibi.

5 *Et Athenis archon fuit.*] Hadrianum jam imperatorem archonta Athenis fuiſſe notat heic Spartianus. in ſuperioribus tamen animadverſionibus notavimus, eum antequam imperaret, hoc magiſtratu functum eſſe, Trajano VI. & Tito Sextio Africano Coſſ. hoc eſt anno Trajani quartodecimo. Dicet aliquis, nihil vetare quominus uterque verum dicat, Phlegon & Spartianus. nam poſſe fieri ut bis archon fuerit Hadrianus, ſemel ante imperium, & ſemel in imperio. Sane hoc potuit fieri, ſed factum eſſe non credo, his rationibus inductus quas poſui ſupra.

7 *Et aliquid ædificavit & ludos edidit.*] Palatinus, *luſus edidit.* Vet. edit. *luſus.* ut ludus pro luſu, ſic luſus etiam

etiam pro ludo ſumitur. hinc *luſorium* apud medii ævi ſcriptores pro ludo vel amphitheatro ipſo. vetus interpres Juvenalis ad illud:

— *quod comminus urſos*
Figebat Numidas Albana nudus arena.

in luſorio Cæſaris juvenis iſte urſos ſæpe quaſi venator occidit. multis autem in urbibus ludos edidiſſe Hadrianum vel novos inſtituiſſe paſſim loquuntur veterum monumenta. Πανελλήνια Athenis. Dio: τόν τε σηκὸν αὐτοῦ τὸ πανελλήνιον ὀνομαζόμενον οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ κατεστήσατο. Πανελλήνια Agoni illi nomen: cujus mentio in veteri inſcriptione, Παναθήναια, Ὀλύμπια, Πανελλήνια, Ἀδριάνεια. Fallitur vero vir ſummus qui quatuor illos agones pro uno accepit, & de Adrianeis interpretatur. vetus interpres Pindari ad Olympionicas: εἴη δ' ἂν ἢ τὰ Παναθήναια νενικηκὼς, ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια, ἢ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ Πανελλήνια. quibus verbis omnes agones complexus eſt qui Athenis aut in Attica celebrarentur. vetuſta igitur τὰ Ὀλύμπια καὶ τὰ Πανελλήνια, nec ab Hadriano inſtituta, ut videtur velle Dio. niſi forte duo Πανελλήνια Athenis fuiſſe dicamus. una quidem jam ex antiquo inſtituta & celebrari ſolita, alia nuper ab Hadriano. vel ſane erraverit ille vetus Pindari Scholiaſtes, qui cum viderit ætate ſua Panellenia Athenis celebrari, putavit antiquitus etiam celebrata & tempore illius Diagoræ, cujus certamina cecinit & laudavit Pindarus. quodcunque ſit, puto Hadriania ab Panelleniis fuiſſe diverſa. de Hadrianeis vetus in veteri ſaxo epigramma:

ΚΟCΜΗΤΕΥΟΝΤΟC. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ. ΑΧΑΡΝΕΩC.

Στῆσεν Ἀχειρεῖος στήλην μεγακύδεσιν ἀςοῖς
Πατρὸς τοὔνομ' ἔχων δημόθεν Εὐπυρίδης,
Ἐκπρεπίως ἀέθλοισιν ἐπισκήνοις καὶ ἐφήβοις,
Καί σφαιν κῦδος μῦνος ἐνςησάμενος.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΗCΑC. ΑΔΡΙΑΝΕΙΩΝ.

Correximus autem in illo epigrammate, Εὐπυρίδης pro Εὐπυρείδης, ut perperam ſcriptum in libro inſcriptionum. Εὐπυρίδαι enim ille δῆμος dicebatur, non Εὐπυρείδης. Stephano, Εὐπυρίδαι. Heſychio quoque apud quem ſcribendum, Εὐπυρίδαι δῆμος καὶ τόπος Ἀθήνησι. nam male vulgo editum Εὐπηρίδαι, & fallitur vir eruditus qui ex ſerie litterarum Εὐπηρίδαι, Heſychium ſcripſiſſe contendit, nec eſſe librarii errorem. immo plane è contrario conſtat, & ab Heſychio ſcriptum Εὐπυρίδαι, & erraſſe librarium qui Εὐπηρίδαι, pro Εὐπυρίδαι poſuit. perperam etiam illum verſum,

Ἐκπρεπίως ἀέθλοισιν ἐπισκήνοις καὶ ἐφήβοις.

ſic refingebat Caſaubonus: Ἐκ βρεφέων ἀέθλοισιν ἐπισκήνοις ἐφ' ἥβης. per illa enim ἐπισκήνοις ἀέθλοις oſtendit ille Achiriſtus ſe agonothetam fuiſſe: per illa vero καὶ ἐφήβοις, epheborum κοσμητὴν. ſed de his alias. Agebantur & Olympia Smyrnæ, ab eodem Hadriano inſtitutus agon. Philoſtratus, τὰ Ἀδριανοῦ Ὀλύμπια vocat in vita Polemonis: προκαθῆσθαι γὰρ τῶν Ἀδριανοῦ Ὀλυμπίων ἔδοσαν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐγγόνοις καὶ τῆς ἱερᾶς τριήρους ἐπιβατεύειν. ſunt quæ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ὀλύμπια alibi nominat: ὑπεκρίνετο δὲ τραγῳδίας ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἷς ἐπεστάτει ὁ Πολέμων. idem in eodem Polemone: τὰ κατὰ τὴν Σμύρναν Ὀλύμπια: ἀγωνιστοῦ δὲ τραγῳδίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σμύρναν Ὀλυμπίοις τὸ, ὦ Ζεῦ, εἰς τὴν γῆν δείξαντος, τὸ δὲ ὦ γᾶ, εἰς οὐρανὸν ἀνασχόντος, προκαθήμενος τῶν Ὀλυμπίων ὁ Πολέμων ἐξέωσεν αὐτὸν τῶν ἀέθλων εἰπὼν, οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισεν.

vide-

vit, & ludos edidit. Athenis mille ferarum venationem in ſtadio exhibuit. [1] Ab urbe nunquam ullum venatorem aut ſcenicum avocavit. Romæ poſt cæteras immenſiſſimas voluptates, in honorem ſocrus ſuæ, [2] aromatica populo donavit. [3] In honorem Trajani [4] balſama & crocum per gradus theatri fluere juſſit: fabu-

videtur tamen duplex agon hoc nomine apud Smyrnæos agitari ſolitus, & alter quidem ex antiquo ita dictus, alter ab Hadriano inſtitutus. atque hæc Ἁδριανοῦ Ὀλύμπια, vel Ἁδριάνεια Ὀλύμπια appellantur in veteri inſcriptione, ὁμοίως ἐν Σμύρνῃ Ὀλύμπια καὶ Ἁδριάνεια Ὀλύμπια. ſic enim diſtinguendum erat. viden' duplicia Olympia Smyrnæ, Olympia, & Hadrianea Olympia, quæ Philoſtratus dixit, τὰ Ἁδριανοῦ Ὀλύμπια? profecto non aliter poteſt exponi locus ille. ſed ad ipſam inſcriptionem plura aliquando, ſi Deus dabit, dicemus. peſſime enim verſa eſt ab eruditiſſimo viro, & indiſtincte certaminum reddita nomina. In Epheſo etiam *Hadriania* & *Olympia* celebrabantur, ut ex eadem inſcriptione conſtat. Verum de his alibi plura in notis ad Græcas inſcriptiones.

1 *Ab urbe nunquam ullum.*] Palat. *ab urbe Roma.*

CASAUBONUS.

2 *Aromatica populo donavit.*] Parentaliorum die fiebat in plebem diviſio ſpecierum variarum, ut vini, olei, aut pecuniæ. cujus moris teſtes extant infinitæ inſcriptiones. Sed aromatica donare, meritò notatum in Hadriano ut rarum, & antè fortaſſe inauditum. Quod ſequitur de balſamis & croco per gradus theatri in honorem Trajani fuſis ad morem pertinet theatricarum ſparſionum: quem ſummi viri pridem illuſtrarunt. Balſama & crocum Spartianus Ἐλαιώσεις appellat, aquam balſamo & croco φαρμακοδέψιον. Fiebant hæ ſparſiones ut plurimùm è croco tantùm. quam ob cauſſam ſcribit auctor Gloſſarum, *Sparſio*, κρόκου ῥάνσις. Hadrianus etiam balſama indidit: ideo relatum in Acta, & inde in hiſtorias, ceu non priùs factum, aut raró.

3 *In honorem Trajani.*] Id eſt, ludis quos in honorem Trajani magnificentiſſimos edidit. multos autem edidit honorandæ Trajani memoriæ: natalitios, parentalitios, ſive conſecrationis, & Parthicos. ſic appellati, qui in honorem victoriarum Trajani agebantur: de quibus Dio.

SALMASIUS.

4 *Balſama & crocum per gradus theatri fluere juſſit.*] Ad croci ſparſionem in theatro fieri ſolitam hæc referri debere recte viris doctis animadverſum. κρόκου ῥάνσιν optimæ Gloſſæ vocant loco omnibus noto & pluries citato. ſed id nunc in eo obſervabimus quod hactenus viros eruditione præſtantes fugit. ſic igitur in illo vetuſto Gloſſario ſcriptum eſt:

Sparſio, κρόκος ὁ ῥαινόμενος.
Spartum, λουτρὰ ἐν θεάτροις.

Quis non hactenus quæſivit quid faceret illud in theatris ſpartum? & alii quidem ad *ſpartores equorum*, de quibus in veteri inſcriptione mentio, alii ad albam lineam retulerunt. omnes falſo. ſolebant veteres librarii cum ad finem lineæ perveniſſent, ſi vox adhuc ſupereſſet aliqua, eam ſubjicere & circumducere: quod factitaſſe Auguſtum ſcribit Suetonius. librarius illarum Gloſſarum ut hoc ſexcentis locis fecerat, & in iſto quem in manibus habemus, ita nempe ſcripſerat:

[1] fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit: [2] hiſtriones aulicos publicavit. In circo multas

Sparſio, κρόκος ὁ ῥαινόμενος.
Spartum, λευκαία. [ἐν θεάτροις]
quod ſic procedit:
Sparſio, κρόκος ὁ ῥαινόμενος ἐν θεάτροις.
Spartum, λευκαία.
nihil jam *ſpartum* ad theatra. recte autem *ſpartum* λευκαία exponitur. nam ita Græci vocant. titulus extat cap. cujuſdam in ὀνειροκριτικοῖς Artemidori, περὶ λευκέας καὶ λίνου καὶ καννάβεως, qui ſic erat vertendus: *de ſparto, lino, & Cannabe.* non de *leucea*, ut perperam doctus interpres. Heſychius, σπάρτον, λευκαίας, σχοινίον. *funis è ſparto*. idem Heſychius: λευκαία, σχοῖνος.

1 *Fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit.*] *Antiquo more* quod dixit Spartianus, putant eum reſpexiſſe ad edictum Domitiani, quo interdixit hiſtrionibus ſcenam, intra domum exercendi jure conceſſo, ut narrat Suetonius. ſed Hadriani temporibus, non adeo res antiqua fuit, illud edictum Domitiani. Nec tantulum temporis intervallum, quod inter hos duos principes interceſſit, antiquitatem potuit efficere. præterea quis credat edictum illud tenuiſſe poſt Domitianum? fabulæ igitur omnis generis ſunt prætextatæ, togatæ, tabernariæ, Atellanæ, quarum meminerunt Grammatici veteres, quas antiqui poëtæ in ſcena dictabant, quæ omnes poſteriorum imperatorum ævo agi deſierunt, & in deſuetudinem abierunt. eas vero revocavit in ſcenam Hadrianus, & more antiquo in theatro exhibuit.

CASAUBONUS.

1 *Fabulas omnis generis.*] Suetonius in Octavio, cap. XLIII. *Fecit ludos nonnunquam & vicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtriones.* eadem fere verba in Julio. Sed Spartianus ad fabularum diverſas ſpecies videtur aſpicere, quas philoſophus explicat in libello de poëtica, & poſt illum grammatici Græci Latinique. Ait, *more antiquo*, reſpiciens edictum Domitiani quo hiſtrionibus ſcenam interdixerat.

2 *Hiſtriones aulicos publicavit.*] Ut ludum peculiarem habuit princeps, & proprios gladiatores qui & fiſcales dicti, & poſtulaticii; quod eorum editionem populus à principe ſolitus poſtulare: ſic etiam hiſtriones, quos Spartianus aulicos appellat. Eſt verò ſententia ambigua. Poteſt intelligi, aulicos artifices voluptatum, peritia artis ſuæ nobiles, in theatrum fuiſſe productos: quod in gladiatoribus principis ſolitum fieri teſtantur tot loci Senecæ, Plinii, Suetonii, & Martialis. vel, Hadrianum, cum illis in Palatio operam daret, admiſiſſe & plebem. Simili popularitate Titus, *nonnunquam in thermis ſuis admiſſa plebe lavit.*

GRUTERUS.

2 *Hiſtriones aulicos publicavit.*] Sententia ambigua, vel quod ludis privatorum commodato dederit hiſtriones ſuos Princeps; vel quod permiſerit eoſdem ſpectari à populo in Palatio. ſed prior interpretatio verior videtur.

SALMASIUS.

2 *Hiſtriones aulicos publicavit.*] Id eſt, in publico ut agerent permiſit, & publice ſpectandos dedit. ſic Suetonius de Nerone publice in theatro cantante: *coronamque eam & reliquam certaminis partem in annum ſequentem diſtulit, ut ſæpius canendi occaſio eſſet, quod cum tardum videretur, non ceſſavit identidem ſe publicare.* & in vita Auguſti: *ſolebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum dignumque cognitu advectum eſſet, id extra ordinem quolibet loco publicare.* publicare igitur eſt, publico

tas feras, [1] & ſæpè centum leones, interfecit. [2] Militares pyrrhicas populo frequenter exhibuit: gladiatores frequenter ſpectavit. Quum opera ubique infinita feciſſet, nunquam ipſe, niſi in Trajani patris templo, nomen ſuum ſcripſit. [3] Romæ inſtauravit Pantheum, Septa,

blico ſpectaculo oſtendere, publice ſpectandum exhibere.

1 *Et ſæpe centum leones interfecit.*] Eamdem lectionem in Palatino inveni, quam in Regio Caſaubonus: *& ſæpe cunctos leones interfecit.* ut magnum magnificentiæ, vel ut loquebantur, magnanimitatis argumentum crebro notant in Romanis principibus ſcriptores multarum ferarum, & leonum præcipue confectionem. idem Spartian. de Marco: *in munere autem publico tam magnanimus fuit, ut una miſſione centum leones ſimul exhiberet ſagittis interfectos.* idem dicit hoc loco de Hadriano, cunctos leones qui una miſſione ſimul exhibiti eſſent, interfectos. Dio centum leones & centum leænas una miſſione aliquando exhibitas ab Hadriano & interfectas refert. itaque olim heic legebam: *ducentos leones* pro *cunctos.* ſed nihil mutandum: nihil enim aliud vult quam ſolos eum leones aliquando exhibuiſſe, & cunctos interfeciſſe. de numero ſilet. fere ſemper centenos exhiberi ſolitos video una miſſione, & in eo magnifici editores quod omnes interficerentur.

2 *Militares pyrrichas populo frequenter exhibuit.*] De pyrrichis militaribus, nihil ſcio quod non jam dictum ſit, niſi hoc quod me vetus epigramma Latinum ἀνέκδοτον docuit, aciem illam in armis ſaltantium ex viris & mulieribus componi ſolitam, & buxeis armis, non ex ferro, fuiſſe inſtructam. ſed præſtat ipſum epigramma adſcribere.

DE PYRRICA.

In ſpatio Veneris ſimulantur prælia Martis,
Cum ſeſe adverſum ſexus uterque venit.
Fœmineam maribus nam confert pyrrica claſſem,
Et velut in morem militis arma movet.
Quæ tamen haud ullo calibis ſunt tecta rigore,
Sed ſolum reddunt buxea tela ſonum.
Sic alterna petunt jaculis, clypeiſque teguntur:
Nec ſibi congreſſa vir nocet aut mulier.
Luſus habet pugnam, ſed habent certamina pacem:
Nam remeare jubent organa blanda pares.

Organa illa fiſtulas fuiſſe docemur ab Ammiano: *artem modulantius incedendi per pyrricham concinentibus didicit fiſtulis.* de Juliano.

CASAUBONUS.

1 *Et ſæpe centum leones interfecit.*] Regius, *& ſæpe cunctos leones.* Fuerit hoc ſingulare & venationum Hadriani proprium, ut ſolos aliquando leones exhiberet: qui longè urſis, tauris, & aliis multis feris præſtant, quæ in circo aut amphitheatro per venationes ſolitæ confici. Dio non leones ſolum centum, ſed & leænas totidem ſemel exhibitas ſcribit ab Hadriano.

2 *Militares pyrrichas populo freq. exhib.*] Etiam pyrrichæ inter populi voluptates, ut notum ex Suetonio. addit *militares,* ſine cauſſa: eſtque non διακριτικὸν, ſed perpetuum epithetum: omnis enim pyrrhiche militaris. Lege Athenæum. Ammianus verum uſum & modum paucis declarat libro XVI. de Juliano loquens, præludia diſciplinæ caſtrenſis diſcente: *artem modulatius incedendi, per pyrrichas concinentibus didicit fiſtulis.*

3 *Romæ inſtauravit Pantheon, Septa, baſil. N.*] Tito imperante cùm Roma con-

Septa, baſilicam Neptuni, ſacras ædes plurimas, forum Auguſti, [1] lavacrum Agrippæ: [2] eaque omnia propriis & veteribus nominibus conſecravit. [3] Fecit & ſui nominis pontem, [4] & ſepulcrum juxta Tiberim, &

continuos tres dies totidemque noctes flagravit, arſerant & iſtæ, & quæ ſubjunguntur, forum Auguſti, ac lavacrum Agrippæ: quod in regio codice dicitur Agrippienſe. Dio inter alia quæ tum incenſa, hæc nominat, τά τε Σέπτα καὶ τὸ Ποσειδώνιον, τὸ βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάνθειον. Forum Auguſti ille non nominat, ſed τὰ Ὀκταουΐου οἰκήματα μετὰ τῶν βιβλίων. bibliothecam & porticum intelligens, quæ ab Auguſto addita templo Apollinis. Horum autem omnium Trajanus inſtaurationem inchoavit, non perfecit, aut ſi quid ab eo priſtinæ formæ fuerat redditum, alio caſu aliquo fuerat labefactatum. Exemplo ſit Pantheum, de quo Euſebius in anno Trajani XIII. *Pantheum Romæ fulmine concrematum.* Georgius Monachus, τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρη. Erant & alibi quàm Romæ Panthea: ut Athenis, quod Pauſanias vocat τὸ τῶν θεῶν κοινὸν ἱερόν. & in vico Gazenſium, Bethelia, Sozomeni natali ſolo.

3 *Fecit & ſui nominis pontem.*] Ælium pontem nominat Dio.

4 *Et ſepulchrum juxta Tiberim.*] Procopius, qui ſolus ex antiquis deſcribit accuratè, modò, ſepulchrum Hadriani nominat, modò Hadriani turrim, vel arcem. cauſſam duplicis appellationis ex ipſo diſcas licet. Sic ille libro quinto, ſive Gothicorum primo: ἐν τούτῳ δὲ Γότθοις προσβολὴ ἑτέρα ἐς πύλην Αὐρηλίαν ἐγίνετο τρόπῳ τοιῷδε. Ἀδριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος τάφος ἔξω πύλης Αὐρηλίας ἐστίν. ἀπέχων τοῦ περιβόλου ὅσον λίθου βολήν. θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. πεποίηται γὰρ ἐκ λίθου Παρίου καὶ οἱ λίθοι ἐς ἀλλήλους μεμύκασιν, οὐδὲν ἄλλο ἐντὸς ἔχοντες. πλευραί τε αὐτοῦ τέσσαρές εἰσιν, ἴσαι ἀλλήλαις. εὖρος μὲν σχεδόν τι ἐς λίθου βολὴν ἑκάστη ἔχουσα, μῆκος δὲ ὑπὲρ τὸ τῆς πόλεως τεῖχος. ἀγάλματά τε ἄνω ἐκ λίθου εἰσὶ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων θαυμάσια οἷα. τοῦτον δὴ τὸν τάφον οἱ παλαιοὶ ἄνθρωποι (ἐδόκει γὰρ τῇ πόλει) ἐπιτειχίσμασι δύο ἐς αὐτὸν ἐπὶ τοῦ περιβόλου διήκουσι, μέρος εἶναι τοῦ τείχους πεποίηνται. ἔοικε γοῦν πύργῳ ὑψηλῷ πύλης τῆς ἐκείνῃ προβεβλημένῳ. Videtur autem opus imperfectum ab Hadriano relictum: nam inter ea quæ Romæ Pius fecit, recenſet Capitolinus & ſepulchrum Hadriani.

SALMASIUS.

1 *Lavacrum Agrippæ.*] Ad oram Palatini adſcriptum erat eadem manu, *Agrippinæ.* ſed *Agrippæ* verum eſt. ita enim Dioni vocatur.

2 *Eaque omnia propriis & veteribus nominibus conſecravit.*] *Et veterum nominibus*, Pal. cum veteri editione.

4 *Et ſepulcrum juxta Tiberim.*] De hoc ſepulcro accipienda ſunt verba Joannis Antiochenſis libro περὶ ἀρχαιολογίας: ἐγένετο μετὰ θάνατον Ἀδριανοῦ τηλικοῦτον ἄγαλμα μετὰ τεθρίππου, ὥστε διὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἑκάστου ἵππου παχύτατον ἄνδρα διϊέναι. οἱ δὲ ἐν γῇ βαδίζοντες, ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ ὕψους τοῦ κτίσματος, αὐτοὺς δὲ τοὺς ἵππους βραχυτάτους καὶ τὸν Ἀδριανὸν νομίζουσι. κτίσμα vocat ſepulcri molem, cui ſuperimpoſita illa quadriga cum ſtatua Hadriani. altiſſimum vero fuiſſe illud monimentum teſtis Procopius, qui nunc arcem nunc turrim appellat. meminitque equorum & ſtatuæ ſuperpoſitæ: ἀγάλματά τε ἄνω ἐκ λίθου εἰσὶ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων

[1] & ædem Bonæ deæ tranſtulit: & [2] coloſſum ſtantem atque ſuſpenſum [3] per Detrianum architectum [4] de eo loco in quo nunc templum urbis eſt ingenti molimine, [5] ita, [6] ut operi etiam elephantes XXIIII. exhiberet. Et

ἵππων ζευγάρια οἷα. notandum etiam quod ille Antiochenſis ἀρχαιόλογος ſcribit, poſt mortem Hadriani conſtructum illud Mauſoleum, nam & in vita Pii Spartianus inter opera quæ Romæ facienda curavit, ſepulcrum Hadriani recenſet.

3 *Per Detrianum architectum.*] Detrianus hic ut nunc ſcribitur nec Græcus eſt nec Romanus de nomine. nihil tamen variant antiqui libri. Detrianus igitur ſcriptum more illius ſeculi pro *Dextrianus*. Δεξτρά, δεξτρεῖον. hinc nomen proprium Δεξτριανός. niſi forte *Dentrianus* ſcribendum. nam *Dentrius* nomen Romanum. unde *Dentrianus*. Dentriæ mentio in veteri inſcriptione.

DENTRIÆ. L. F. POLLÆ
SACERDOTI. DIVÆ
AVGVSTÆ.

poſſet etiam legi, *Dextrianus*. nam *Dexter* & *Dextrius*, nomina Romana, & Dextrianus.

5 *Ita ut operi etiam elephantes* XXIV. *exhiberet.*] Non ad ſpeciem aut pompam huic operi admovit elephantos Hadrianus, ſed tantæ molis erat ſtantem atque ſuſpenſum coloſſum transferre, ut præter equos, etiam viginti elephantos adhiberi fuerit neceſſe. ut ita accipiamus ſuadent, immo compellunt verba Spartiani: *ingenti molimine, ita ut operi etiam viginti quatuor elephantes exhiberet.* pro *molimine* vetus editio habuit *volumine*. volumina in operibus ſunt quæ Græci vocant εἰλήματα. unde & εἰληματικοὶ καμάραι, quas Latini *volutiles* nuncupant, ſed heic locum non habent.

GRUTERUS.

2 *Et coloſſum ſtantem atque ſuſpenſum per Decrianum architectum, &c.*] Nomen artificis hujus verum, reſtitui ope chirographi Palatini. vulgati hactenus, *Detrianum*.

CASAUBONUS.

1 *Et ædem Bonæ Deæ tranſtulit.*] Improprie loquitur, & eget interpretamenti: etſi recepta etiam in vulgus locutio. Nam qui putaverint ipſum Bonæ Deæ templum aliò machinis fuiſſe tranſlatum, non dubito erraturos toto cœlo: etſi ſcimus induſtriam mechanicorum jam olim ſtupenda quædam in hoc genere auſam: ut de pariete Romam Lacedæmone tranſlato antea oſtendimus. Hic verò per ædis tranſlationem intelligimus, antiqui Bonæ deæ ſimulacri in alium locum tranſlationem & dedicationem, cum ædis novæ extructione.

2 *Coloſſum ſtantem.*] Hic eſt coloſſus Neronis de quo Plinius, & Suetonius, & in Commodo etiam Lampridius. Hujus coloſſi tranſlatio non adeò mira eſt, atque illud, quòd ſtans & ſuſpenſus fuerit tranſlatus.

3 *Per Detrianum architectum.*] Nec Græcum, nec planè Roman. nomen hic agnoſco: in ſcriptura regia minus, *Decrinium*. An rectum eſt, *Dextrianum*? Erat ea tempeſtate Caſſius Dexter quidam: cujus hic libertus fortaſſe. an eſt verius, *Demetrianum*?

4 *De eo loco in quo nunc templum urbis eſt.*] Veſpaſianus ex Aurea domo Neronis in Sacram viam tranſtulerat, ut narrat Dio. Et Sacra autem via, & Urbis templum in quarta regione collocantur à Victore.

6 *Ut operi ei elephantes* XXIV. *exhiberet.*] Malim *adhiberet*. nam *operi exhibere*, duriuſculum. Elephantos autem operi adhibet Hadrianus ad rei ſpeciem & pompam: non quod ita eſſet neceſſe. nam Dominicus Fon-

M 3 tanus

Et quum hoc ſimulacrum [1] poſt Neronis vultum cui antea dicatum fuerat [2] Soli conſecraſſet, aliud tale [3] Apollodoro architecto auctore facere Lunæ molitus eſt. In colloquiis etiam humillimorum civiliſſimus fuit, [4] deteſtans eos qui ſibi hanc voluptatem humanitatis [5] quaſi ſervantes faſtigium principis inviderent. [6] Apud Alexandriam in muſio, multas quæſtiones

tanus, qui ante XVII. annos, auſpiciis maximi principis Sixti V. molimine non minùs memorabili, obeliſcum Romæ tranſtulit, elephantos quidem operi nullos adhibuit; ſed homines nongentos & ſeptem, equos ſeptuaginta quinque.

1 *Poſt Neronis vultum cui antea dicatum fuerat Soli conſecraſſet.*] Fallitur Spartianus. Verum quidem eſt hoc ſimulacrum poſt Neronis vultum Soli fuiſſe conſecratum: ſed ejus conſecrationis Veſpaſianus auctor, non Hadrianus, quod vult Spartianus. ſimilis Lampridii error in Commodo.

2 *Soli conſecraſſet.*] Reg. *ſibi conſecr.* ſed refutat hiſtoria, & quod ſequitur de Luna. nam ita amant Sol & Luna conjungi & ſimul dedicari, ſimul coli, ut in veteri lapide, SOLI. ET. LVNÆ. DONVM. POSVERVNT.

3 *Apollodoro Architecto.*] Is eſt de quo multa Dio in Hadriano.

4 *Deteſtans eos qui ſibi hanc vol.*] Poſſis referre ad adulatores, qui majeſtatem imperatoriam exaggerantes negarent comitatem & civilitatem regias eſſe virtutes. Sic Alexandro Severo nimiam civilitatem amici objiciebant: quaſi molliorem ſibi & contemtibiliorem poteſtatem imperii faceret, ut refertur à Lampridio. Potiùs tamen eos intelligam, qui ex immodica reverentia principis, cum metu ſua deſideria Hadriano exponerent: qualis ille joco Auguſti correptus, *quòd ſic ipſi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem.*

6 *Apud Alexandriam in Muſio m.*] De hoc ad Tranquilli Claudium ſatis olim. Locus ſive regio urbis in qua Muſeum fuit Bruchium vocabant: quin pro Muſio ipſo Ammianus accipit libro XXII. ubi ait fuiſſe *diuturnum præſtantium hominum domicilium:* ex quo multi magnæ doctrinæ viri prodierint. Βρυχίου meminit etiam Epiphanius, in commentariolo De ponderibus & menſuris: unde conſtat, ſatis remotam à reliqua urbe regionem Bruchii; quam regionem (κλίμα τῆς πόλεως vocat Epiphanius,) ſua ætate fuiſſe deſertam ſcribit. Quamobrem ſunt auctores qui non in urbe Alexandria, ſed prope Alexandriam Bruchium collocent. Martyrologium Græcum in Hilarione, εἰς δὲ χωρίον πλησίον Ἀλεξανδρείας μετέφοιτα. Κρύχιον ὄνομα αὐτῷ. Erat hoc Alexandrinorum prytaneum quoddam, hoc eſt, πυρὸς ταμιεῖον. Literæ β, π, φ facilè invicem permutantur. Βρύχειον corrupte, pro Πυρυχεῖον: quam vocem ſervat integram Euſebius Hiſtoriarum libro VII. cap. XXXII.

SALMASIUS.

5 *Quaſi ſervantes faſtigium principis.*] *Servantis* non *ſervantes* ſcriptum in Palatino. & ita excuſum in prima editione. legendum, *ſervantis. deteſtans eos qui ſibi hanc voluptatem humanitatis quaſi ſervanti faſtigium principis, inviderent.* hæc mens enim hujus ſententiæ. principem qui nimis ſollicite & accurate principis faſtigium ſervare conatur, carere eâ voluptate humanitatis quæ in humillimorum colloquiis & converſatione percipi ſolet.

Deteſta-

nes profeſſoribus propoſuit, & propoſitas ipſe diſſolvit. Marius Maximus dicit eum natura crudelem fuiſſe, [1] & idcirco [2] multa piè feciſſe, quòd timeret ne ſibi idem quod Domitiano accidit, eveniret. Et quum titulos in operibus non amaret, [3] multas civitates

Deteſtabatur igitur eos Hadrianus, qui ſibi hanc voluptatem inviderent, dum illum ab humiliorum congreſſu & colloquio volebant amovere hoc nomine quod ſervandum ipſi eſſet faſtigium principis.

6 *Apud Alexandriam in Muſio.*] Ita ſemper exaratum in antiquis libris. *Muſium* pro *Muſeum*. nam Græcum eſt Μουσεῖον. ſic *nymphia* in ſequentibus ſunt Νυμφεῖα. in hac eadem vita ſub finem: *Lycium* Λύκειον: Prytanium, πρυτανεῖον, & ſimilia. ſic *topium* unde ars topiaria, quod Græcis τόπιον. De hoc Muſio Alexandrino reliquiarum nihil eſt quod dicendum reſtet poſt doctiſſimos viros. τὴν ἐν Μουσείῳ σίτησιν pro magno munere viris eruditione præſtantibus olim conceſſam fuiſſe ab imperatoribus paſſim legitur. apud auctores cum Græcos tum Latinos. Αἰγυπτίαν τράπεζαν vocat Philoſtratus. τὸ δὲ Μουσεῖον Αἰγυπτία τράπεζα συγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους. idem in Polemone κύκλον appellat. κύκλος enim eſt menſa. ſic Latinis *orbis* dicitur: κατέλεξε δὲ αὐτὸν καὶ τῷ Μουσείῳ κύκλῳ εἰς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. Athenæus de Pancrate poëta loquens, τὴν ἐν Μουσείῳ σίτησιν vocat. quod Euſtathius ſic interpretatur: καὶ ὅρα τὸ ἐν Μουσείῳ ἐσχηματισμένον κατ' ἔλλειψιν Ἀττικῶς, ὡς εἴπερ τὴν ἐν πρυτανείῳ Μουσείων. δοκεῖ γὰρ τοιοῦτόν τι καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἶναι ὁποῖον καὶ ἐν Ἀθήναις. πυρουχεῖον etiam dictum fuit illud Muſarum πρυτανεῖον. quod in eo ſcilicet conditum eſſet & ſervaretur frumentum ad illam σίτησιν doctorum hominum deſtinatum. nam πυρουχεῖον & πρυτανεῖον idem. Græci Grammatici: πρυτανεῖον παρὰ τὸ ἐκεῖ φυλάττεσθαι τὸν πυρόν, ἤγουν τὸν σῖτον. οἱονεὶ πυροταμιεῖον καὶ πρυτανεῖον. idem igitur apud Alexandrinos πυρουχεῖον, quod apud Athenienſes, πρυτανεῖον. & σίτησις ἐν πρυτανείῳ dicebatur, ut σίτησις ἐν Μουσείῳ. Muſeum autem Alexandrinum, & πυρουχεῖον, pro eodem poſuit Ammianus Marcellinus. pro πυρουχεῖον corrupte προυχεῖον & βρουχεῖον, dixerunt recentiores. & ſic appellata eſt regio quædam Alexandrinæ urbis, in qua Μουσεῖον illud ſive πυρουχεῖον, vel Μουσῶν πρυτανεῖον, ut vocat Euſtathius, erat ſitum. & falſum eſt quod doctiſſimi viri ſcripſerunt, vicum illum ſeu κλίμα Alexandriæ dictum eſſe πυρουχεῖον, quaſi frumentarium forum, vel quod ibi eſſent publica Alexandrinorum horrea.

GRUTERUS.

1 *Et idcirco multa piè feciſſe.*] Sic quoque Pal.

CASAUBONUS.

2 *Multa piè feciſſe.*] Reg. vocem *pie* non agnoſcit.

3 *Multas civitates Hadrianopolis appellavit.*] Sanè multas: nam præter illas quarum intercidit memoria, ſex ſeptem urbes nomine eodem diligentiſſimus & veteris geographiæ peritiſſimus Abrahamus Ortelius adnotavit. Occurrunt etiam inter legendum veteres, aliquot civitates nominatæ Ἀδριαναί, vel Ἀδριανοί: quarum nonnullæ cauſſam appellationis

tionis aliam habent : quædam ſine dubio Hadriani vel Hadrianæ quaſi Hadrianopoles dictæ : nam ita erat moris hujuſmodi nomina dimidiata efferre. Sic *Antinous* pro Antinoopolis : ut apud Chryſoſtomum in ſecundam ad Corinthios, καὶ ἡ πόλις Ἀντίνοος λέγεται. eadem Ἀδριανὴ poſtea dici cœpit. nam in veteri eccleſiarum Orientis laterculo, quod unà cum aliis aliquot, plura enim habemus, Deo propitio aliquando publicabimus, in Thebaide priore, Ἀδριανοπολεῖς πόλις primum locum obtinet. Sed & Ælias nominavit non paucas, ſive *Ælias Hadrianas* : quarum & ſcriptis verum, & in ſaxis durat adhuc memoria. Jam vero præter eas urbes quas ipſe Hadrianus juſſit de ſuo nomine appellari, non dubito fuiſſe & alias, quæ per ambitioſam levitatem *Hadrianopoles* aut *Ælias* ſeſe ultro indigetarent. Erat illis temporibus uſitatiſſimum hoc adulationis genus : quo novorum ſemper Auguſtorum gratiam captabant civitates. Obſervat Dio carpitque, notans, in poteſtate ſenatus hoc fuiſſe antea, non in arbitrio civitatum : quas jam videas, inquit, nominibus quæ ſibi ipſæ pro ſua libidine imponunt, catalogos nominum ſuorum contexere. Locus eſt libro LIV.

SALMASIUS.

3 *Multas civitates Hadrianopolis appellavit.*] Pervolutanti mihi veterum ſcripta non plures novem hoc nomine urbes occurrerunt, quarum notiſſimæ duæ Hadrianopoles dictæ, nec alio nomine cognitæ. reliquæ ſub prioribus nominibus remanſerunt, quamvis earum cives pro Hadrianopolitis ſe jactaverint, & ita appellari voluerint. prima in Cyrenaica quæ *Hadrianopolis* in vetuſta Peutingerorum tabula appellatur. hoc modo :

Berenice XXVIII.
Hadrianopolis XXV.
Teuchira
Ptolemaide.

in itinerario Antonini *Adriane* vocatur.

Beronice. M. P. XXX.
Adriane. M. P. XXIX.
Theucira. XVIII.
Ptolimais. XXVI.

altera in Thracia viginti quattuor millibus paſſuum diſtans à Plotinopoli, de qua conſulendum vetus itinerarium, & illa tabula Peutingeriana. Atque hæ duæ ſunt Hadrianopolis ſic proprie nec unquam aliter appellatæ. reliquæ nomen antiquum ſuum retinuerunt. Antinoöpolis quam Hadrianus in honorem delicati ſui condidit, dicta etiam fuit Hadrianopolis. Stephanus : Ἀντινόεια πόλις ἀπ' Ἀντινόου παιδός. τὸ ἐθνικὸν Ἀντινοεύς. ἐκλήθη ἡ πόλις καὶ Ἀδριανούπολις, Ἀντινόειαν vocat ab Antinoo, ut Antiochia ab Antiocho. Epiphania ab Epiphane. Marcellinus Antinoum eam dixit lib. XXII. *Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Thermopolim habet & Cepton, & Antinoum quam Hadrianus in honorem ephebi condidit ſui.* ubi tamen obſervant veterem codicem habere, *Antineu.* & ſic appellatur in itinerario Antonini, *Antenon.* quod dimidiatum eſt pro Ἀντινόου πόλις. alio tamen loco apud eumdem Marcellinum vocatur Antinous. & ita etiam D. Hieronymo lib. II. adverſus Jovinianum : *& ut ſciremus quales deos ſemper Ægyptus recepiſſet, nuper ab Hadriani amaſio urbs eorum Antinous appellata.* ita enim veteres libri. & male pro *Antinous* repoſuit Eraſmus *Antinois.* Recentiores eam *Antino* appellaverunt, & Græci Ἀντινώ. *Antino* igitur pro *Antinopolis*, ut *Pano* pro *Panopolis. Lato* pro *Latopolis. Heracleo* pro *Heracleopolis. Afrodito* pro *Afroditopolis.* in veteri itinerario. beatus Hieronymus lib. II. adverſus Jovinianum : *unde & urbes quoque apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur. Leonto, Cyno, Lyco, Buſiris, Thmuis quod interpretatur hircus.* ſic & *Antino.* Tabula Peutingerorum : *Tycopoli, Antino, Tenum*

ſed

tes *Adrianopolis* appellavit, [1]ut ipſam Carthaginem, &

ſed de diverticulo in viam. Γονεῖς Thraciæ Hadrianopolitæ dicti. Stratonicæa quoque urbs Macedoniæ ἐκλήθη ὑπ' Ἀδριανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ πόλις ἐκλήθη. Neocæſaria urbs Pontica, cives Ἀδριανοπολῖται. Muſa urbs Pannoniæ κτίσμα Ἀδριανοῦ. apud Stephanum male ſcriptum eſt πόλις Ἰωνίας, pro Παιονίας vel Παννονίας. Palmyreni quoque in Syria Ἀδριανοπολῖται μετωνομάσθησαν ἐπικτισθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος. his omnibus adde *Adrianos* urbem Myſiæ. Philoſtratus: Ἀριστείδην Ἀδριανοὶ μὲν ἔσχον· οἱ δ' Ἀδριανοὶ πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς. aſſentior tamen viris doctis, qui putant eamdem eſſe cum Adrianotheris, de quibus habemus infra. at mihi cum illis non convenit qui Adranum vel Adranium urbem Siciliæ ab Adriano imperatore dictam volunt & in ea templum Adriani conditum, cum ab Adrano indigena quodam heroe ſit appellata, cujus & in urbe templum. Ælianus de animalibus lib. XI. cap. XX. ἐν Σικελίᾳ Ἀδρανὸς ἐστὶ πόλις, ὥς λέγει Νυμφόδωρος. καὶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ Ἀδρανοῦ νεὼς ἐπιχωρίου δαίμονος. Adranum illum volunt eſſe Hadrianum. quid nugacius? hoc non meretur refelli.

CASAUBONUS.

1 *Ut ipſam Carthaginem.*] At non obtinuit hæc nova appellatio, ne eo quidem vivente. Extant multi ſcriptores, alii æquales Hadriano, alii non multo juniores, qui in antiqua appellatione conſentiunt omnes. quando igitur ſic appellata? in ſcriptis quidem, ut arbitror, nunquam.

SALMASIUS

1 *Ut ipſam Carthaginem & Athenarum partem.*] Carthaginem Adrianopolim appellatam, & partem Athenarum neſciremus, niſi hic docuiſſet. ſed & illas omnes civitates quas Hadrianopoles dictas in ſuperiori animadverſione docebamus, uni Stephano debemus quod ita appellatas eſſe ſcimus. nam veterum nemo præter illum meminit. ad Athenas quod attinet, cum illam urbem multis operibus inſtauraſſet Hadrianus, partem urbis quæ maxime illis ædificiis ornata fuit, Hadrianopolim nuncupavit: errant viri docti qui novarum Athenarum nomine, partem illam urbis, quam ſplendidis ædificiis ornavit Hadrianus, inſignitam fuiſſe cenſent. Quid enim hoc ad honorem Hadriani ſi urbs illa vel pars urbis dicta fuit Novæ Athenæ? ſed nec inſcriptio illa quæ Mediolani extat, & novarum Athenarum meminit, quicquam ad has Athenas Atticas pertinet. Primum unde Athenis Mediolanum hæc inſcriptio? Deinde quis credat inſcriptionem Latinam in urbe Græca fuiſſe poſitam? Athenas urbem in Liguribus ponit Stephanus, qui in recenſione urbium quibus hoc nomen inditum πέμπτην Λιγύων facit. & illæ ſunt fortaſſe Novæ Athenæ in quibus cœptum ab Hadriano aquæductum, & ab Antonino Pio conſummatum loquitur illa inſcriptio. nihil etiam ad rem facit quod vir ſummus obſervat animadverſionibus in Euſebium. cum locum in Delo inſula ſumptibus Hadriani ædificiis inſtauraſſent Athenienſes, *Novas Athenas* vocaverunt. non enim ſimpliciter Novas Athenas illi loco nomen indiderunt, ſed *Novas Athenas Hadrianas.* Stephanus: Ὀλύμπιον τόπος ἐν Δήλῳ ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ. mihi aliquando ſuſpecta illa fuere, Ὀλύμπιον τόπος ἐν Δήλῳ. nam de Olympio quod à multis annis cœptum apud Athenienſes tan-

[1] & Athenarum partem. Aquarum etiam ductus infinitos hoc nomine nuncupavit. [2] Fiſci advocatum primus inſtituit. Fuit memoriæ ingentis, [3] facultatis immen-

dem conſummaverat dedicaveratque Hadrianus, accipi debere locum illum putabam: ſed nihil mutandum. Delus enim inſula ſub Athenienſibus erat. & vetus inſcriptio Græca τῶν ἐν Δήλῳ Ἀθηναίων meminit. Falſum igitur Athenas aut ullam partem Athenarum poſt Hadriani inſtaurationem dictas eſſe novas Athenas, cum plane ac diſerte ſcribat heic Spartianus Hadrianopolim partem Athenarum fuiſſe dictam. & mirum ni ex iſtis ipſis verſiculis, qui in arce illius urbis inſcripti erant, hoc hauſerit Spartianus, vel ille quiſquis eſt quem ſequitur. ſic enim habent.

Αἱ δ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις,
Αἱ δ' Ἀδριανοῦ κ' οὐχὶ Θησέως πόλις.

En Ἀδριανοῦ πόλις Athenæ, vel Athenarum pars illa quam novis operibus illuſtravit Hadrianus. ex ſola autem illa inſcriptione certum mihi eſt hunc auctorem adſtruere Athenarum partem Hadrianopolim fuiſſe nuncupatam. ſed nec omittendum eſt in optimo Palatino *Thenarum*, heic pro Athenarum haberi ſcriptum. *Thenæ* colonia in Africa celebris, ſed quam heic intelligi nolim.

CASAUBONUS.

1 *Et Athenarum partem.*] Pauſanias tamen, & Dio qui Hadriani munificentiam erga Athenienſes prædicant, ejuſque aliquot opera commemorant, quibus Athenas decoravit, nihil quod huc faciat, memoriæ prodiderunt. Sed videtur Hadrianus jacentem aliquam mœnium urbis partem inſtauraſſe, ad uſum & neceſſitatem magis quam ad urbis decus & ornatum. Quare meritò Pauſanias, qui non tam urbes, quàm urbium ornamenta, deſcribit, hujus operis mentionem fecit nullam. Dio quid ſcripſerit aut non ſcripſerit, neſcimus: nam breviatorem ſæpe τὰ κυριώτατα omiſiſſe hoc vero ſcimus. Conjecturam noſtram firmat vetus lapis, qui eruditiſſimo & acutiſſimo Scaligero perſuaſit, hanc urbem ab Hadriano fuiſſe dictam novas Athenas. eum lege, in quinto De emendatione temporum. ſed & ad Manilium profert idem ſenariolos duos, in arce olim Athenarum inciſos, qui huc omnino pertinent. ſunt autem hi,

Αἵδ' εἴσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις·
Ἡ δ' Ἀδριανοῦ, κ' οὐχὶ Θησέως πόλις.

ubi vides duas poni urbes: alteram veterem, cujus conditor Theſeus; alteram novam, cujus auctor Hadrianus: quod clariſſimam facem Spartiani verbis allucet. nam alioquin fuerat dicendum, Νεῶν δ' Ἀδριανοῦ.

2 *Fiſci advocatum primus inſtituit.*] Ante Hadrianum jura fiſci curabant Cæſarum procuratores.

3 *Facultatis immenſæ.*] Exponebam, qui multa ſimul poſſet facere: ſed tum diceretur idem hac periodo, ac ſequenti illa: *uno tempore ſcripſit, dictavit, &c.* quare ita potius cape: magni & excellentis ingenii, quod par eſſet tot privatis publiciſque curis. tacitè anteponit Hadrianum aliis principibus, qui præ ignavia, ut de Trajano ſcribit Julianus, alieno uterentur ingenio in dictandis orationibus, & formandis epiſtolis aut reſcriptis.

SALMASIUS.

3 *Facultatis immenſæ.*] *Facultas* hoc loco non magnum aut excellens ingenium ſignificat, nec illam vim qua quis multa poteſt ſimul facere, ſed dicendi tantum facilitatem & copiam. facultatem hoc ſenſu optimi qui-

immenſæ: [1]nam & ipſe orationes dictavit, & ad omnia reſpondit. Joca ejus plurima extant: nam fuit etiam dicaculus. Unde illud quoque innotuit, quòd quum cuidam caneſcenti quiddam negaſſet, eidem iterum petenti, ſed infecto capite, reſpondit, [2]*Jam hoc patri tuo*

quique auctores dixere. Cicero pro Cornelio Balbo: *Quæ fuerit heſterno die Cn. Pompeji gravitas in dicendo, quæ facultas, quæ copia.* & paulo poſt: *quæ enim in L. Craſſo potuit homine nato ad dicendi ſingularem quamdam facultatem major eſſe ubertas?* idem pro Deiotaro *facultatem* ſimpliciter pro dicendi facultate dixit: *in hac cauſa ita me multa perturbant, ut quantum mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat.* ἱκανότητα Græci oratores facultatem illam dixere. Pollux lib. IV. c. I. ἱκανότης δ' εἴρηκε Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Παντάλεοντος, ἐπὶ τοῦ ἱκανοῦ λέγειν. ſed & quæ ſequuntur, de iſta dicendi facultate accipiendum oſtendunt: *nam & ipſe orationes dictavit & ad omnia reſpondit.* Hæc ſatis indicant qua mente facultatem poſuerit.

GRUTERUS.

1 *Nam ipſe orationes dictavit.*] Interſerit Palatin. copulam, *& dictavit.*

CASAUBONUS.

2 *Jam hòc patri tuo negavi.*] Argutè, ſed ſalis hujus Ὑκκαρικὸν illud ἀνδράποδον Laïs, auctor, Hadrianus imitator. Auſonius.

Canus rogabat Laïdis noctem Myron:
Tulit repulſam protinus.
Cauſſamque ſenſit: & caput fuligine
Fucavit atra candidum.
Idemque vultu, crine non idem, Myrôn
Orabat oratam priùs.
Sed illa formam cum capillo comparans,
Similemque non ipſum rata;
Fortaſſe & ipſum, ſed volens ludo frui
Sic eſt adorta callidum:
Inepte quid me quod recuſavi rogas?
Patri negavi jam tuo.

SALMASIUS.

2 *Jam hoc patri tuo negavi.*] Dicaculum fuiſſe Hadrianum ex hoc reſponſo conatur oſtendere Spartianus. hujus tamen dicti ipſum eſſe auctorem negant eruditi, & Laidi tribuunt, moti auctoritate Auſonii cujus notum eſt epigramma.

Canus rogabat Laidis noctem Myron:
Tulit repulſam protinus.

Sed illi tota via deerrarunt. Quis enim non videt Auſonium hujuſce dicti ſalem & argutiam hinc ſumpſiſſe & ingenioſe Laidi accommodaſſe, cui nimium bene convenire videbatur hoc reſponſum, & aliquanto etiam melius quam Hadriano? adeo autem verum eſt ex dicto Hadriani ſalſuram, ut ita dicam, & conditurام illius epigrammatis mutuatum eſſe Auſonium, ut & ipſiſmet Hadriani verbis concluſerit, *Patri negavi jam tuo.* Sane inter jocos Laidis Athenæus qui multos recenſet, tam falſum tamque argutum, qualis hic eſt, non omiſiſſet. ſed, ut dixi, Auſonius ex hoc loco & rem & joci argutiam accepit, perſonas tantum mutavit, Laidem pro Hadriano, & illi caneſcenti nomen Myronis adfinxit. In tranſitu hoc dicam; omnia Auſonii epigrammata vel ex Græcis de verbo ad verbum expreſſa, vel de Latinis veteribus adumbrata. ut illud cui lemma, *Qualem amicam velit*, quod incipit, *Hanc volo quæ non vult.* ex antiquo Martialis imitatum & effictum eſſe deprehendi. quod in veterum poëtarum catalectis nondum editis mihi repertum ſic habet:

Quam in Flacce velim quæris nolimve puellam.

Nolo

tuo negavi. [1] Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit, [2] quæ ſemel & congeſta ſimul audiverat, ut nomenclatores ſæpius errantes emendaverit. Dixit & veteranorum nomina quos aliquando dimiſerat. [3] Libros ſtatim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. [4] Uno tempore ſcripſit, dictavit, audivit &

Nolo nimis facilem difficilemque nimis.
Illud quod medium eſt atque inter utrumque, probatur.
Nec volo quod ſatiet, nec volo quod cruciet.

ultimum hunc verſum ſic immutavit Auſonius:

Nec cruciare animum, nec ſatiare volo.

Sed hæc alias.

CASAUBONUS.

1 *Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit.*] Cum ad ſalutationem certis diebus etiam plebem admitteret. In reg. *ſine nominis latore.* ſimile mendum in eadem voce apud Theophilum ſcriptorem Chriſtianum, & eruditiſſimum. nam ita editum lib. III. ᾧ τις βούλεται μαθεῖν, nomina conſulum, ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὑρήσει ὧν ἀνέγραψε χρύσηρος. ὃν ὁ μὲν κράτιστος ἀπελεύθερος γενόμενος Μαυρηλίου Οὐήρου. ſcribe, ὧν ἀνέγραψε Χρύσηρος (vel Χρύσερως) ὁ νομενκλάτωρ ἀπελεύθερος γενόμενος Μ. Αὐρηλίου Οὐήρου.

2 *Quæ ſemel & congeſta ſimul audiverat.*] Philoſtratus de Hippia ſophiſta Eleo: τὸ μνημονικὸν οὕτω τι καὶ γηράσκων ἔρρωτο, ὡς καὶ πεντήκοντα ὀνομάτων ἀκούσας ἅπαξ, ἀπομνημονεύειν αὐτὰ καθ' ἣν ἤκουσε τάξιν: Sed hoc leve præut de ſe narrat Seneca pater. Et nos quoque vidimus prodigioſæ memoriæ aliquot ſimilia exempla. Omnia tamen quæ legimus aut vidimus, ſuperat quod de Proclo, nobiliſſimo illo Platonis interprete, narrantur. Is cùm eſſet Olympiodori auditor, (hominis facundi, & cujus dicentis oratio non fluebat, ſed torrentis inſtar ferebatur, ut pauci dicta ejus aſſequerentur,) ſolitus à recitatione omnia quæ dixiſſet Olympiodorus totidem atque iiſdem verbis reddere. Marinus in Procli vita: Ὀλυμπιοδώρου δὲ ἀκροώμενος, ἀνδρὸς δυνατοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὴν περὶ τοῦτο εὐκολίαν καὶ συντάχειαν ὀλίγοις τῶν ἀκουόντων ὄντος ἐφικτοῦ, ἐξιὼν αὐτὸς μετὰ τὴν ξυνουσίαν ἅπαντα πρὸς τοὺς ἑταίρους τὰ τῆς πράξεως ἀπεμνημόνευσεν ἐπ' αὐτῶν λέξεων, πολλά γε ὄντα, ὥς μοι τις εἶπε τῶν συμφοιτητῶν Οὐλπιανὸς ὁ Γαζαῖος.

3 *Libros ſtatim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit.*] Ferri poteſt, *plurimis*: ego tamen *plurimos*, vel *plurimùm* ſcribi malim. *ſtatim lectos* eſt quod Martinus dixit, πρὸς ψιλὴν ἀνάγνωσιν, de eodem Proclo ſcribens: καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Ἀριστοτέλους συγγράμματα ῥᾷστα ἐξεμάνθανεν, (καίτοι χαλεπὰ ὄντα τοῖς ἐντυγχάνουσι,) καὶ πρὸς μόνην ψιλὴν ἀνάγνωσιν.

4 *Uno tempore ſcripſit, dictavit, audivit, & cum amicis fabul. e.*] Reg. *confabulatus eſt.* Subjecerat hiſce aliquis, *ſi poteſt credi*: quæ verba cum in omnibus haberentur editionibus, ex ora libri in textum temere admiſſa, auctore libro regio faceſſere juſſimus, atque abire hinc dierectà. nam cur Spartiani fidem hìc in dubium vocemus, qui majora etiam de Julio Cæſare ſciamus memoriæ prodita? nota ſunt Plinii, Suetonii & Plutarchi teſtimonia.

GRUTERUS.

3 *Libros ſtatim lectos & ignotos quidem plurimis.*] Sic & Pal. codex.

1 *Et*

[1]& cum amicis fabulatus eſt. [2] Omnes publicas rationes ita complexus eſt, ut domum privatam quivis paterfamiliâs diligens non ſatis novit. [3] Equos & canes ſic

SALMASIUS.

1 *Et cum amicis fabulatus eſt.*] Poſt hæc verba ſubjungit princeps editio, *ſi credi poteſt.* quod neſcio an ſit Spartiani. fortaſſe additum ab aliquo lectore qui credulitatem ſuam non commodabat verbis Spartiani referentis Hadrianum uno tempore ſcripſiſſe, dictaſſe, & audiviſſe, & cum amicis fabulatum eſſe.

GRUTERUS.

2 *Omnes publicas rationes ita complexus eſt, &c.*] Pal. præmittit: *Si poteſt credi; omnes publicas rationes, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Omnes publicas rationes ita complexus eſt, ut domum privs.*] Mira res: ſed minus mirabitur qui eorum meminerit qui de Rationario imperii ab Auguſto inſtituto, & tabulario Cæſaris, ac Beneficiorum libro Suetonius, Hyginus, aliique ſcriptores nos docent. Omnino quod diligenti patrifamilias privatarum rationum libri fuerunt, id ſobriis & frugi Cæſaribus, quales imprimis Octavius, Veſpaſianus, & Hadrianus, ſuperiùs dicti commentarii. aliis verbis Capitolinus de Pio, & Lampridius de Alexandro Severo idem dicunt.

3 *Equos & canes ſic amavit, ut eis ſepulchra conſtitueret.*] Mos olim multorum, cujus ſunt exempla apud Plinium, Plutarchum, Ælianum, Martialem, alioſque, omnibus obvia. Hadrianus vero & ſepulchra equis canibuſque quos amaverat, conſtituere; & eorum memoriam carmine epitaphio ſolitus proſequi. præcipuè autem in Boryſthene equo hæc officia uſurpavit, cùm illo ad venandum diu multumque eſſet uſus. Dio, τῆς δὲ περὶ τὰς θήρας σπουδῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ Βορυσθένης ὁ ἵππος, ᾧ μάλιστα θηρῶν ἠρέσκετο, σημεῖόν ἐστιν· ἀποθανόντι γὰρ αὐτῷ καὶ τάφον κατεσκεύασε, καὶ στήλην ἔστησε, καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψεν. Et pluribus illis Hadriani in Boryſthenem epigrammatis, quorum Dio meminit, unum erat iſtud, quod vel propterea hîc ſubjiciam, ut cum Dionis verbis id comparent ſtudioſi.

Boriſthenes Alanus
Caſtreus veredus,
Per æquor & paludes
Volare qui ſolebat:
Pannonios nec ullus
apros inſequentem
Dente aper albicanti
Auſus fuit nocere,
Vel extima ſaliva
Sparſit ab ore caudam,
Ut ſolet evenire:
Sed integer juventa,
Inviolatus artus,
Die ſua peremtus,
Hic ſitus eſt in agro.

SALMASIUS.

3 *Equos & canes ſic amavit ut ſepulcra bis conſtitueret.*] Extat hodieque epigramma Hadriani in Boryſthenem equum cui ſepulcrum conſtituerat. quod quia uno & altero loco mendoſum protulit Caſaubonus, ego heic emendatius adponam.

Boryſthenes Alanus,
Cæſareus veredus,
Per æquor & paludes,
Et tumulos Etruſcos,
Volare qui ſolebat,
Pannonios nec ullus
Apros eum inſequentem
Dente aper albicanti
Auſus fuit nocere,
Vel extimam ſalivâ
Sparſit ab ore caudam,
Ut ſolet evenire:
Sed integer juventa,
Inviolatus artus,

Die

ſic amavit ut eis ſepulcra conſtitueret. [1] Oppidum Adrianotheras in quodam loco, quòd illic & feliciter eſſet venatus & urſam occidiſſet aliquando, conſtituit.
21 [2] De judicibus omnibus ſemper cuncta ſcrutando, tamdiu

Die ſua peremptus,
Hoc ſitus eſt in agro.

Græca vero ſic habent, ut nobis inter commentandum excidere.

Βορυσθένης Ἀλανὸς,
Καισάρειος κοβάλλης,
Ἀμπέδι' ἄν τε λίμνας,
Τυῤῥηνικούς τε βουνούς
Ὃς ἠβαὶς ἦν πέτασθαι·
Καὶ Παιονάς μιν οὐδεὶς
Ἐν τῷ σύας διώκειν
Κλύνης ὀδόντι λευκῷ
Τόλμησεν ἐκπιτάξαι·
Κ' οὔτ' ἰξ ἄτης καθ' οὐρᾶς
Ἔπτυσεν οἱ τὸν ἀφρόν,
Ὥσπερ φιλεῖ γενέσθαι.
Ἀλλ' ἔτι γαυρὸς ἤδη
Καὶ γυῖα πάντ' ἄτρωτος,
Μοιρίδιας πλουτῶν
Ἐν τῷδ' ἀγρῷ τέθαπται.

In Latinis ubi legebatur, *apros inſiquentem*, claudicante verſu, repoſuimus, *Apros cum ſiquentem* vel *inſequentem*. *nocere aliquem* trita bonis & antiquis auctoribus loquutio. corruptus in eo genere loquendi Phædrus:

Geli rigentem quidam colubram ſuſtulit,
Sinuque fovit contra ſeipſum miſ. r. cors,
Namque ut refecta eſt, nocuit hominem protinus

Sic enim ſcribendum. vulgo editur, *Nocuit homini protinus*. at veteres libri habuere *nocuit*. Sammonicus:

Quem nocuit ſerpens, fertur caput illius apte
Vulneribus jungi. ſanat, quem ſauciat, ipſa.

Ovidius:

Quæque nocet ſerpens, quæ juvat herba Macer.

Celſus: *ſi ſalangium nocuit.* nocere aliquem dicitur ſerpens, cum mordet. & ſic *aper equum nocere*, in epitaphio Boryſthenis dixit Hadrianus.

1 *Oppidum Hadrianotheras.*] Scribendum *Hadrianutheras.* hoc eſt, Ἀδριανοῦ θῆραι. ſic *Mopſueſtia* & *Antinoupolis*, aliquando *polis* omittebant dicentes *Hadrianu* & *Mopſu*. ſic *Antinou* apud Marcellinum. *Heracleos* in veteri tabula pro *Heracleopolis*, & *Apollonos*, & *Dios*: & ſimilia. vel etiam *Dio*, *Apollono*, & *Heracleo*. vide quæ ſupra notamus.

CASAUBONUS.

1 *Oppidum Hadrianotheras in quodam loco conſtituit.*] Conſtituit in Myſia. Dio, πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας Ἀδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὠνόμασε. At Cedrenus ſic, ἐν Μυσίᾳ θηρεύσας, οἰκοδομήσας πόλιν, καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Ἀδριανοῦ θήρας ἐν μιτάτοις. Unde cognoſcimus caſtra exercitus Hadriani in urbis novæ ſedem fuiſſe converſa, ut ſæpe factum legimus. ita accipi debet quod ait, ἐν μιτάτοις. Metata quid ſint vel ex titulo Cod. ſic inſcripto notum. Græci μίτατα ſemper non μέτατα: ut contra Καπετώλιον, plurimi non Καπιτώλιον. Viri docti mentem Cedreni aſſecuti non ſunt. Porrò hanc urbem Græci non Hadrianotheras, ſed breviùs Ἀδριανοῦ, & corrupte Ἀδριανοὺς dixerunt, jam inde ab initio cùm eſt conſtructa. Philoſtratus in Ariſtide, Ἀριστείδην Ἀδριανοὶ ἤνεγκαν. οἱ δὲ Ἀδριανοὶ πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς. non puto aliam ab Hadrianotheris urbem intelligi.

2 *De judicibus omnibus ſemper cuncta ſcrutat.*] An potius *de indicibus*? Duobus potiſſimùm temporibus diligenti hac inquiſitione opus imperatori: cùm aut defertur aliquis puniendus: aut commendatur promovendus. de priore videtur locutus Spart. nam *index*

diu requiſivit quamdiu verum inveniret. Libertos ſuos nec ſciri voluit in publico, [1] nec aliquid apud ſe poſſe, [2] dicto ſuo omnibus ſuperioribus principibus vitia

index eſt delator: de poſteriore Capitolinus cùm de Marco ſcribit ſimillimè: *Suffragatoribus non citò credidit, ſed ſemper diu quæſivit quod erat verum.* Si retinemus *judicibus*, referemus ad cognitiones principum: ubi de cauſſis ferè agi ſolitum apud judices ordinarios priùs ventilatis: à quibus ad imperatorem eſſet appellatum. Sapientiſſimus Marcus libro primo vitæ ſuæ, Παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον ἀλλ' οὐ τό, Προαπέστη τῆς ἐρεύνης ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντασίαις. Virtutem hanc defuiſſe impuro Vitellio, obſervat Tacitus: *Brevi auditu quamvis magna tranſigebat.*

SALMASIUS.

2 *De judicibus omnibus ſemper cuncta ſcrutando.*] Placebat Caſaubono ſcribi: *de indicibus.* ut indices ſint delatores qui puniendos deferebant, aut promovendos commendabant, aut ſi *judicibus* retineatur, de cognitionibus principis accipi apud ordinarios judices prius ventilatis. neutrum mihi placet. nam nec illo modo ſcribi debet hic locus, nec ad hunc modum exponi. *cuncta ſcrutando de omnibus judicibus, tamdiu requiſiviſſe Hadrianum quamdiu verum inveniret.* hoc puto ſignificat, ſtudioſe ac diligenter eum inquiſiviſſe in vitam, mores & actus omnium judicum. hoc eſt provinciarum præſidum. ut ſi male provincias adminiſtrare comperti eſſent, ſucceſſores illis mitteret, & ipſi puniendi evocarentur. quod optimos ſemper principes factitaſſe certum eſt. *judices* autem de provinciarum præſidibus tralatitium eſt.

GRUTERUS.

2 *De judicibus omnibus, ſemper cuncta ſcrutando, tamdiu requiſivit, quamdiu verum inveniſſet.*] Poteſt quidem tolerari iſtud; ſed tolerabilius fuerit ſi lit[illegible] mutata, fieret *indicibus.* quomodo etiam volebat Caſaubonus.

CASAUBONUS.

1 *Nec aliquid apud ſe poſſe.*] *Nec* pro nedum. Voluit libertos ſuos publicè ignorari: nedum ut olim Claudius, Galba, Vitellius, pateretur credi ab omnibus, multum apud ſe libertos ſuos poſſe. Erit planior ſententia, ſi ſcribas, *Libertos ſuos neſciri voluit in publico aliquid apud ſe poſſe.* At Rob. Bon. vel imperitia, vel nactus aliam lectionem, ſic expreſſit, *Hadrianus noluit libertos ſuos ſcire ſua ſecreta aut conſilia.*

2 *Dicto ſuo.*] Retrahe literam fugitivam à fine ſuperioris dictionis. nam *e* unum pro duobus poſitum, ut in Pandectis Piſanis. ſcribe, *edicto ſuo.* De hujus generis edictis notavimus ad Suetonium: & multa Dio Caſſius commemorat.

SALMASIUS.

2 *Dicto ſuo.*] Nihil mutandum, nec ſequor virum doctiſſimum legentem, *edicto ſuo.* ſatis habuiſſet dicere *edicto.* atque ita ſemper apud Sueton. de ejuſcemodi edictis, *edicto increpuit. edicto excuſavit. edicto admonuit.* at heic Hadrianus nolebat libertos ſuos in publico conſpici, aut aliquid apud ſe poſſe, dicto ſuo omnibus ſuperioribus principibus vitia imputans libertorum. id eſt cum diceret, aut dicere ſolitus eſſet, ſuperioribus principibus vitia libertorum eſſe imputanda. ſi quis tamen malit *edicto*, non pugnabo.

GRUTERUS.

2 *Dicto ſuo, omnibus ſuperioribus Principibus vitia imputans libertorum.*] Hoc eſt, ſententia ſua, quam crebro uſurpare ſolebat.

1 *Qui-*

vitia imputans libertorum, damnatis omnibus libertis ſuis [1] quicunque ſe de eo jactaverant. Unde extat etiam illud ſeverè quidem, ſed propè joculare de ſervis. Nam [2] quum quodam tempore [3] ſervum ſuum inter duos ſenatores [4] è conſpectu ambulare vidiſſet, [5] miſit qui ei colaphum daret, & diceret, *Noli inter eos ambulare quorum eſſe adhuc potes ſervus.* Inter cibos [6] unicè amabat tetrapharmacum, quod erat de faſiano, ſumine, [7] perna & cruſtulo. [8] Fuerunt ejus temporibus, fames, peſtilentia & terræmotus: [9] quæ omnia quantum potuit, procuravit; multiſque civitatibus vaſtatis per iſta, ſubvenit. Fuit etiam Tiberis inundatio.

CASAUBONUS.

1 *Quicunque ſe de eo jactaverant.*] Hoc & Dio tetigit. quid ſit *jactare ſe de principe*, declarant unicè verba Lampridii in Alexandro: *nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de ſe, vel ſibi de aliis malè loquendi: maximè occiſo Thurino, qui illum quaſi fatuum & vecordem ſæpe vendiderat.*

3 *Servum ſuum.*] Medius locus honeſtiſſimus ſive deambularent ſive ſederent. Inde Hadriani indignatio.

4 *E conſpectu a. vidiſſet.*] *Conſpectus* hic eſt ὑπερῷον, vel ὑπερῷα, locus elatior unde ſpectantur inferiora. Poſſumus accipere de genere quodam feneſtrarum aut ſpecularibus. Plinius *proſpectum* appellat libro XIX. cap. IV. *In feneſtris ſuis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant: antequam præfigi proſpectus omnes coëgit multitudinis innumeræ ſæva latrocinatio.*

6 *Unicè amabat tetrapharmacum.*] Alluſum ad tetrapharmacum quod celebrant medici. Sequitur autem hic Marium Maximum, ut apparet e Lampridio in Alexandro: nam ex aliis auctoribus in Ælio Vero *pentapharmacum* dicitur, & quinque ſpecies nominantur. Sic apud Auſonium *dodra* vel *dodralis potio*, novem ſpecies gerens, ut ipſe ait.

7 *Perna & cruſtulo.*] In Vero non ut diverſa hæc ponuntur, ſed ut conflata in unam è duabus ſpeciem, quam vocat *pernam cruſtulatam.*

8 *Fuerunt ejus temporibus fames p.*] Suetonium imitatur, qui etiam fortuita & triſtia adnotat, quæ ſub principibus evenerant: ut in Tito capite VIII. Sic Capitolinus in Pio, *Adverſa ejus temporibus hæc provenerunt.* & ita alibi.

9 *Quæ omnia q. p. procuravit.*] Græci τὰ δεινὰ θεραπεύειν. ſed illi à re medica verbum mutuantur: *procurare* ſacroſum eſt verbum.

SALMASIUS.

2 *Cum ſervum ſuum inter duos ſenatores è conſpectu ambulare vidiſſet.*] *E conſpectu*, hoc loco non eſt ex ὑπερῴοις, nec ex edito loco, unde conſpici poteſt. *è conſpectu* eſt à longe, ita tamen ut conſpici poſſit. de hac loquutione nos alibi.

GRUTERUS.

5 *Miſit qui ei colaphum daret, & diceret: Noli inter, &c.*] Sic quidem à calamo recenti, ſed aliud quid horum loco ibi fuiſſe, prodit excerptum, in quo, *miſit qui colla fundaret qui nolit inter, &c.* abjectis ceteris.

1 *La-*

datio.[1] Latium multis civitatibus dedit,[2] tributa multis remiſit. [3] Expeditiones ſub eo graves nullæ fuerunt. Bella etiam ſilentio penè tranſacta. A militibus [4] propter curam exercitus nimiam multùm amatus eſt, ſimul quòd in eos liberaliſſimus fuit. Parthos in amicitia ſemper habuit, quòd inde regem retraxit quem Trajanus impoſuerat. [5] Armeniis regem habere permiſit, [6] quum ſub Trajano legatum habuiſſent.[7] A Meſopo-

ſopo-

CASAUBONUS.

1 *Latium multis civitatibus dedit.*] Nondum enim jus civitatis promiſcuum fuit & commune. Atqui non deſunt, qui Hadriano tribuant illam legem, per quam civitas omnibus data: quos & locus hic refellit, & Juriſconſulti, qui Marcum Antoninum faciunt auctorem, ſuffragante Aurelio Victore. Chryſoſtomus in Acta, ἀπὸ Ἀδριανοῦ φασὶ πάντας εἶναι Ῥωμαίους· τὸ δὲ παλαιὸν οὐχ οὕτως ἦν.

2 *Tributa multis remiſit.*] Euſebius in Chronico, *plurimos etiam ipſis tributis liberos præſtitit.*

3 *Expeditiones ſub eo graves nullæ fuerunt.*] Eſſet verum ſi bellum ſaltem Judaicum excepiſſet. Annon enim inter gravia illud bellum, quo ſexcenta prope millia hoſtium ceciderunt? Jam Romani exercitus clades tanta, ut obſervet Dio, Hadrianum cùm ad ſenatum ſcriberet, ſolenni illa formula abſtinuiſſe: SI VOS LIBERIQ. VESTRI VALETIS, BENE EST: EGO EXERCITVSQ. VALEMVS. Melius Pauſanias in Hadriani elogio, καὶ ἐς μὲν πόλεμον οὐδένα ἑκούσιος κατέστη, Ἑβραίους δὲ τοὺς ὑπὲρ Σύρων ἐχειρώσατο ἀποστάντας.

7 *A Meſopotamiis non exegit trib.*] Quare exigeret? jam enim dictum omnia fuiſſe relicta trans Euphratem & Tigrim.

GRUTERUS.

5 *Armenis regem habere permiſit.*] Nihilo pejus Palatinus, *Armeniis regem, &c.*

SALMASIUS.

4 *Propter curam exercitus nimiam multum amatus eſt.*] *Nimia cura exercitus,* eſſet pro magna. poſſet tamen legi, atque ut quidem puto, melius: *a militibus propter curam exercitus nimium multum amatus eſt.* ſic *nimium quantum* apud Florum Plautus:

Nimio impertior multo, tanto plus quam ſperas.

5 *Armenis regem habere permiſit.*] Palatinus *Armeniis.* Trajanus autem occiſo Armeniorum rege, quod diadema à rege Parthorum non à ſe accepiſſet, legatum illis impoſuerat. hunc legatum retraxiſſe inde heic dicitur Hadrianus, & regem iis ut haberent permiſiſſe. ſed quomodo nunc Hadrianus permittit Armeniis regem habere qui initio ſtatim imperii Armeniam & Meſopotamiam & Aſſyriam Perſis conceſſit, reductis inde exercitibus? nam hoc ipſo ſatis illis permiſerat regem habere.

6 *Cum ſub Trajano legatum habuiſſent.*] Occiderat enim vel removerat regem ipſorum Trajanus. ſic enim Dionem interpretatus ſum: καὶ τὸν Ἡνιόχων βασιλέα ἐτίμησε. Παρθαμασίρην δὲ τὸν Ἀρμενίων ἐξημαίρησεν.

7 *A Meſopotamiis non exegit tributum, quod Trajanus.*] Palatinus; *Meſopotamenſes non exegit tributum.* quæ & ipſa Latina locutio eſt & vetus. ſic *exigor portorium* apud Cæcilium. nam *exigi aliquis tributum* eodem loquendi genere dicitur quo *aliquem tributum exigere. Meſopotamenſes.* nam Græcis Μεσοποταμεῖς, & Μεσοποταμηνοί.

 ſed

ſopotamiis non exegit tributum quod Trajanus impoſuit. [1] Albanos & Hiberos amiciſſimos habuit, quòd reges eorum largitionibus proſequutus eſt quum ad illum venire contempſiſſent. [2] Reges Bactrianorum legatos ad eum amicitiæ petendæ cauſa ſupplices miſe-
22 runt. [3] Tutores ſæpiſſimè dedit. [4] Diſciplinam civilem non aliter tenuit quàm militarem. [5] Senatores & equites Rom. ſemper in publico togatos eſſe juſſit, [6] niſi ſi à cœna reverterentur. [7] Ipſe quum in Italia eſſet, ſemper

ſed quo jure à Meſopotamenſibus tributum exegiſſet Hadrianus qui eam provinciam dimiſerat, & Parthis conceſſerat cum retineri non poſſe videret?

2 *Reges Bactrianorum.*] Pal. *Bactranorum.* Βάκτροι & Βάκτριοι dicebantur: unde & tam *Bactrani* quam *Bactriani.*

CASAUBONUS.

1 *Albanos & Hiberos a.*] Suprà mentio facta eſt Alanorum, & eorum regis: ſed non ideo hic quicquam mutandum. Albani populi ſupra Hiberes ſiti, jam inde à bellis Mithridaticis rebus Romanis interveniunt. Alani quoque: ſed ſeriùs noti; & vix, ut puto, ante Flavios principes.

3 *Tutores ſæpiſſime dedit.*] Vide ad Marcum.

4 *Diſciplinam civilem n.*] Curam morum publicorum, quæ cenſorum olim erat provincia. Sic apud conſultos juris antiquos, *diſciplina publica*, & *diſciplina communis.* Poteramus hic multi eſſe: & de diſciplina civili monere tirones non pœnitenda. Sed Notas ſcribimus non Commentarios.

5 *Senatores & equites Ro. ſemper in publico togatos eſſe i.*] Revocata Auguſti lege, de qua Suetonius capite XL. ſed Auguſti lex etiam plebem complexa: quæ per Hadrianum libera à neceſſitate hujus habitus. poſtea etiam equites idem ſibi licere voluerunt: ipſique adeo ſenatores, ſæpe, jam Hadriani temporibus, pænulati aut lacernati in publicum prodibant, ut ex A. Gellio conſtat. Marcus verò, ut ſcribit Capitolinus, eum honorem togæ habuit, ut & ipſe in Italia ſemper togam ſumeret, & milites togatos eſſe juberet. Commodus quoque diſciplinæ civilis hac parte adeò diligens exactor, ut quoſdam extinguerer, quia barbarico habitu ſibi occurrerant.

6 *Niſi ſi à cœna reverterentur.*] Fuit enim moris, ut cœnatoria geſtarent cùm à cœna domum redirent. Dio Caſſius: Κορνήλιος Φρόντων ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν ἐν στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, εἰς τὸ ὀργαστήριον εἰσῆλθε. Sic è balneis & thermis in balneari veſte revertebantur: ut de Alexandro ſcribit Lampridius. Ferè autem qui à convivio redibant, comiſſantium licentiam atque petulantiam imitabantur. Vide Capitolinum in Vero. Gallienus etiam ad organum ſe recipere ſolitus, ut narrat Trebellius Pollio.

7 *Ipſe cum in Italia eſſet ſemper togatus proceſſit.*] Capitolinus de Marco, *Per Brunduſium veniens in Italiam togam ſumpſit.* Lampridius de Alexandro, *In urbe ſemper togatus fuit, & in Italiæ urbibus.* Extra Italiam raro togam aut imperatorium cultum aſſumebant. Dio de Hadriano, Urbes, inquit, circumibat, ἄνευ τῆς βασιλικῆς παρασκευῆς· οὐδὲ γὰρ ἔξω τῆς Ῥώμης ἐχρῆτό ποτε αὐτῇ.

1 Sem-

per togatus proceſſit. Ad convivium venientes ſenatores, ſtans excepit: [1] ſemperque aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa. [2] Judic[...] ſumptus conſtituit

1 *Semperque aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa.*] Ea tempeſtate nemo fuit lautiorum in Urbe, quin impenſi pretii cœnatoria haberet: nam in utroque lectorum genere paruit vel maximè Romanorum luxus, ut alibi docemus. ideo notat Spartianus, Hadrianum exemplo ſuo aliorum ἀσωτίαν caſtigaſſe. *Toga ſubmiſſa* dicitur, quæ nullos facit ſinus.

2 *Judicum ſumtus conſtituit.*] Malim *judiciorum*: ut referamus ad judicum ſportulas, & præmia advocatorum: de quibus tamen nihil ab Hadriano cautum reperio. Si retineas *judicum*, ſenſus erit, imminutas impenſas à magiſtratibus fieri ſolitas, tam in Urbe, quam in provinciis. nam ita laxè judicum appellationem acceperunt recentiores. Errant qui ſcribunt, *judices ſumſit*, & de revocatis legibus ſumtuariis interpretantur.

SALMASIUS.

1 *Semperque aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa.*] Feſtivi ſunt commentatores, obſervatores, & ſpicilegi, & id genus omne qui Petronium notis ſuis conſcribillarunt, dum *pallium* heic pro palliolo quo caput tegebant homines ægrotantes, acceperunt. quibus impoſuit verbum *tectus*, quod nonniſi capiti aptari exiſtimarunt at infr. apud hos auctores legere potuerunt, *campeſtri ſolo tectus*. an campeſtre capiti quoq; aptaretur, vellem mihi dicerent. Romanæ fuit conſuetudinis calceos ſoleis mutare cum accumberent menſæ, & togas cænatoriis. Hadrianus autem ſemper palliatus aut togatus accubuit, ſed toga ſubmiſſa. ſubmiſſa autem toga non eſt quæ nullos facit ſinus, nam demiſſa id eſſet. ſed ſub brachium miſſa: qui enim ad cænandum accumbunt, neceſſario bracchio dextro exerto eſſe debent. quod faciebant ſcilicet, toga ſub dextrum bracchium miſſa & in lævum humerum congeſta. at in publico utrumque humerum toga obvolutum habebant. at palliati omnes iidem & bracchium exerti. Pallium igitur & toga ſubmiſſa invicem reſpondent. ideo Catonem Tertullianus in libro de Pallio juridicinæ ſuæ tempore toga ſubmiſſa jus dicentem, hoc eſt, exerto bracchio Græcis faviſſe dixit, quaſi ſic quodammodo palliatus eſſet. ſed non repetam quæ ad illum Tertulliani locum ante biennium de toga & pallio commentati ſumus, cum propediem, ſi Deus faverit, lucem viſura ſint.

2 *Judicum ſumptus conſtituit.*] Nec judicum nec judiciorum ſumptus heic agnoſco. hærebam itaque cum doctiſſimis viris, niſi me expediſſet Palatinus, in quo ita ſcriptum legi: *diligentia judices ſumptus convivii conſtituit.* quæ & ipſa nonnihil corrupta ſunt: ex quibus tamen haud difficile veram lectionem poſſis eruere, quæ eſt: *diligentia judicis ſumptus conviviis conſtituit, & ad antiquum modum redegit.* ad legem ſumptuariam hoc pertinet, quam ex integro ſanxiſſe videtur Hadrianus, redigendo ad antiquum modum conviviorum ſumptus, idque diligentia judicis, cujus officio continebatur videre ne quis plus in cœnam inſumeret, quam illa lege ſtatutum eſſet. ſed quod ait ad antiquum modum redegiſſe cœnarum ſumptus Hadrianum, non ad Fanniam ut puto legem aut Liciniam referendum, nam nimis illæ antiquæ & diu antiquatæ, verum ad Juliam, qua modus hic conviviis erat definitus, ut non plus ducenti ſeſtertii profeſtis diebus in cœnam impenderentur: Kalendis, Idibus, Nonis, aliiſque feſtivis, trecenti: nuptiis

tuit & ad antiquum modum redegit. [1] Vehicula cum ingentibus ſarcinis urbem ingredi prohibuit. [2] Sederi equos in civitatibus non ſivit. [3] Ante octavam horam in

autem & repotiis, mille. nec dubito quin antiquum hunc modum intelligere debeamus, ad quem revocavit conviviorum ſumptus Hadrianus.

CASAVBONUS.

1 *Vehicula cum ingentibus ſarcinis Urbem ingredi prohibuit.*] Utilis & Romæ neceſſaria lex. Juvenalis:

——— modò longa coruſcat
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plauſtra vehunt: nutant altè populoque minantur.
Nam ſi procubuit qui ſaxa Liguſtica portat,
Axis, & everſum fudit ſuper agmina montem,
Quid ſupereſt de corporibus?

2 *Sederi equos in civitatibus non ſinit.*] *Sederi*, pro inſideri. Capitolinus in Marco. *Sederi in civitatibus vetuit in equis.* Sic alibi, *ſederi equos*, & *ſederi in equis*, aut vehiculis, pro vehi, ὀχεῖσθαι. in Alexandro, *quem poſt quinque millia cunctantem, equo ſedere juſſit.* & in Severo, *ut in vehiculo etiam legati ſederent, qui ante pedibus ambulabant.* Porro lex hæc poſtea mutata eſt alia molliore, per quam equo vehi licuit in civitatibus, vehiculo non licuit. Vopiſcus de Aureliano, Antiochiam in vehiculo ingrediente: *quia invidioſum tunc erat vehiculis in civitate uti, equus eſt ei imperatoris applicitus.*

3 *Ante octavam horam in publico neminem n. æ. lavari paſſus eſt.*] Accommodate ad mores publicos. lavabant enim ſub horam cœnæ: ea erat nona: Martialis,

Imperat extructos frangere nona toros.

Monachi quoque apud Palladium in Lauſiaca, hora nona ſumunt cibum. Lavabant ergo hora octava. Ideo apud Tranquillum prohibentur fœminæ ante octavam adire balneas. Triſtiores utrumque paullò ſeriùs. de Marco Antonino ſcribit Galenus, ſemper illum hora nona laviſſe. Ariſteas quoque vetuſtiſſimus ſcriptor, de LXX. Bibliorum interpretibus; καὶ μέχρι μὲν ὥρας ἐννάτης τὰ τῆς συνεδρίας ἐγίνετο. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἀπελύοντο γίνεσθαι. Lege Plinii epiſtolam primam, libro tertio.

SALMASIUS.

2 *Sederi equos.*] Notanda loquutio qua *equum ſedere*, & *equus ſederi* dicitur. in vita Marci, *in equis ſederi* dixit. ſic Cod. Theod. tit. *quib. uſ. equorum conceſſus, aut denegatus: excellentia tua etiam his ſedendorum equorum poteſtatem datam eſſe cognoſcat, ut nullo prioris ſanctionis timore teneantur.*

3 *Ante octavam horam in publico neminem niſi ægrum lavari paſſus eſt.*] Ad nonam ut plurimum patebant balnea, & ante ſolis occaſum claudebantur. Lampridius in Alexandro Severo: *addidit & oleum luminibus thermarum, cum ante & ad nonam paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.* ita enim locus ille legendus ex veteris ſcripturæ veſtigiis, qui vulgo valde depravatus circumfertur. eadem hora qua balnea, & tabernæ vinariæ, & lupanaria aperiebantur. hinc nonariæ meretrices dictæ, quod ad nonam proſtarent. Vetus interpres Perſii: *nonaria dicta meretrix, quia apud veteres à nona hora proſtabant, ne mane omiſſa exercitatione illo irent adoleſcentes.* Tertullianus: *apud quaſdam vero colonias præterea annuo ritu ſaccis velati, & cinere conſperſi idolis ſuis invidiam ſupplicem objiciunt, balnea & tabernacula in nonam horam clauduntur. unus in publico ignis apud aras, aqua nec in lancibus. tabernacula* vocat, tabernas vinarias. atque ita qui-

in publico neminem niſi ægrum lavari paſſus eſt. Ab epiſtolis & à libellis, primùs equites Romanos habuit. [1] Eos quos pauperes & innocentes vidit, ſponte ditavit: quos verò calliditate ditatos, etiam odio habuit. [2] Sacra Romana diligentiſſimè curavit: peregrina con-

quidem in coloniis. ſed Romæ nunquam ante nonam tabernæ, balnea, & lupanaria patebant. Hadriani tempore octava thermis aperiendis videtur conſtituta. ſic Martialis:

Nunciat octavam Phariæ ſua turba juvencæ,
Atque pilata redit, jamque ſubitque cohors.
Temperat hæc thermas.

Ab octava igitur ad nonam hora lavandi: ut à nona ad decimam cœnandi. qui temporius aut lavarent, aut cœnarent, intemperantes habiti. Clemens in conſtitutionibus Apoſtolicis decimam horam ad lavandum mulieribus ſtatuit, libro I. capite IX. μὰ πολλάκις δὲ λούειν ποιεῖσθαι, μηδὲ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν μηδὲ καθ' ἡμέραν, ὥρα δέ σοι ἔστω τακτὴ ἡ τῆς χειρολουσίας δεκάτη.

CASAUBONUS.

1 *Eos quos pauperes & inn.*] In regio periodus hæc integra rejicitur poſt iſtam, quæ ſequitur ſtatim: *Pontificis maximi officium peregit.* Ejuſmodi tranſpoſitiones multæ in eo codice occurrebant: de quibus lectorem admonere, ubi nullum eſſet pretium operæ, ſupervacuum duximus.

SALMASIUS.

2 *Sacra Romana diligentiſſime curavit.*] Huc ſpectat locus Aurelii Victoris in Hadriano: *pace ad orientem compoſita Romam regreditur. ibi Græcorum more ſeu Pompilii Numæ, cærimonias, leges, gymnaſia, doctoreſque curare occæpit, adeo quidem ut ludum etiam ingenuarum artium quod Athenæum vocant conſtitueret; atque initia Cereris Liberæque quæ Eleuſina dicuntur, Athenienſium modo Roma percoleret.* hoc pugnat cum verbis Spartiani qui Hadr. ſacra diligentiſſime Romana curaviſſe, peregrina vero contempſiſſe ſcribit. ſed Græca ſacra, ut Eleuſina, Hadriano peregrina non erant, cum ipſe tanto rerum litterarumque Græcarum ſtudio teneretur, ut inde vulgo Græculus audiret. per peregrina igitur ſacra, Ægyptiaca intelligit, quæ multi principes contempſerunt: & inter quos Auguſtus, ut in ejus vita tradit Suetonius. ſed quod videtur innuere Aurelius Victor *Eleuſina ſacra* per Hadrianum Romam fuiſſe tranſlata, prorſus falſum eſt. Cereris quidem ſacra jam olim de Græcia aſſumpta longe ante Hadrianum Roma percoluit; ſed illa quæ Eleuſina dicebantur, nunquam Romæ percepta ſunt, ſed in Attica. Scribit Suetonius voluiſſe aliquando Claudium ſacra Eleuſina etiam transferre ex Attica Romam. confundit igitur Aurelius ſacra Cereris cum Eleuſinis initiis. Cicero de illis ſacris in oratione pro Cornelio Balbo: *Sacra Cereris ſumma majores noſtri religione confici cærimoniaque voluerunt: quæ cum eſſent aſſumpta de Græcia, & per Græcos ſemper curata ſunt ſacerdotes, & Græca omnia nominata. ſed cum illam quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret ex Græcia deligerent, tamen ſacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales ſcientia peregrina & externa, mente domeſtica & civili precarentur.* fortaſſe in eorum ſacrorum ritu aliquid mutavit Hadrianus, & ut more magis Attico celebrarentur, curavit. Eleuſina autem ſacra uſque ad Valentinianum & Theodoſium manſere. ſub quibus imperatoribus penitus deſerta ſunt, & abolita. Vide Eunapium in Proæreſio. *Eleuſina* autem non Eleu-

 ſinia

contempſit. [1] Pontificis maximi officium peregit. Cauſas Romæ atque in provinciis frequenter audivit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atque prætoribus & optimis ſenatoribus. [2] Fucinum lacum emiſit. [3] Quatuor conſulares per omnem Italiam judices conſtituit. Quan-

ſinia voco, more Latinorum. ſupra cum ex conjectura emendaſſem apud D. Hieronymum in catalogo virorum illuſtrium, *Eleuſina* inviſere, pro *Eleuſinam*: nuper in veteri codice ita eſſe deprehendi, quem mihi commodavit optimus & eruditiſſimus Juretus noſter.

CASAUBONUS.

1 *Pontificis maximi officium peregit.*] Cùm priores titulo contenti, ut amat fieri, rem negligerent. omnes enim imperatores ab Auguſto pontifices maximi: cujus rei cauſſam ad Suetonium exponebamus lib. II. cap. XXXI. interdum, ut vides, etiam officio P. M. imperatores fungebantur. ut Domitianus; de quo Plin. ep. XI. lib. IV. Lamprid. de Alexandro, *Accepit prætextam etiam cùm ſacra faceret, ſed loco pontificis maximi, non imperatoris.*

2 *Fucinum lacum emiſit.*] Purgato & effoſſo altiùs emiſſario Claudii imperatoris: de quo Suetonius, & Tacitus libro XII.

3 *Quatuor conſulares per omnem Italiam iudices conſtituit.*] Tangit mutationem ab Hadriano factam in adminiſtratione Italiæ & provinciarum. Sed Spartiani negligentiam hìc non excuſaverim. cur enim rem ſcitu digniſſimam, ſcriptione parum dignam putavit? Nam certum eſt adeò multa Hadrianum in imperii adminiſtratione immutaſſe, ut prioris formæ, cujus auctor Auguſtus, non multa poſt illum fuerint veſtigia. De quatuor iſtis Italiæ conſularibus, Capitolinus in Pio: *Hic ab Hadriano inter quatuor conſulares, quibus Italia committebatur, electus eſt ad partem Italiæ regendam.* Marcus conſularibus ab Hadriano per Italiam inſtitutis ſubſtituit juridicos, ut in ejus vita legimus. fuitque Italia à juridicis adminiſtrata uſque ad Macrini imperium: ſub quo eos deſiiſſe è Dionis fragmentis cognoſcimus. In antiquis inſcriptionibus & *Conſularium Campaniæ* fit mentio, & aliorum: itemque *juridicorum per Picenum & Apuleiam.* Sed conſularium poſtea nomen varie frequentatum ſub inſecutis imperatoribus.

SALMASIUS.

3 *Quatuor conſulares per omnem Italiam judices conſtituit.*] De conſularibus heic dicendum κατὰ πλάτος. nam vulgo perſuaſum eſſe video viris in hac literatura primariis, conſulares qui provincias hoc jure ac nomine regerent, partim ab Hadriano inſtitutos, partim verò à Conſtantino. Id certè longe ſecus habet. Quippe ante Conſtantinum hæc diviſio provinciarum in conſulares & proconſulares in uſu erat. & conſularis provinciæ dicebatur, qui eam jure conſulari adminiſtrabat. idem de Hadriano dicendum, qui non primus hanc cónſularium adminiſtrationem inſtituit, ſed cum ante ipſum Italia non regeretur à Conſularibus, ipſe conſulares judices qui ſingulis Italiæ provinciis jura darent, conſtituit. altius igitur totam hanc rem repetamus. Ex provinciis quæ populo aſſignatæ ſunt in partitione per Auguſtum inſtituta, aliæ fuere prætoriæ, aliæ proconſulares. ac duæ quidem Proconſulares, quibus qui præerant proconſules dicti ſunt, Africa nempe & Aſia. Decem autem prætoriæ, quas

quas enumerat Strabo lib. XVII. ſub finem. reliquas omnes ſibi Cæſar retinuit, ac regendas ſuſcepit. & in eas quidem modo conſulares viros mittebat, modo prætorios, modo equites. conſulares qui mittebantur ex parte Cæſaris, legati conſulares dicti ſunt: qui prætorii, legati pro prætore. Græci πρεσβευτὰς ὑπατικοὺς, καὶ πρεσβευτὰς στρατηγικοὺς eos vocant, ut Strabo lib. III. quos autem ex equeſtri ordine ad regendas provincias mittebat, hi minutis provinciis præerant, præſidum nomine atque procuratorum. Conſulares qui populi provincias adminiſtrabant dicebantur proconſules, & ſortito in eas proficiſcebantur, antiquo ſcilicet more, qui ſtante republica obtinebat. qui vero provincias Cæſaris, legati conſulares vel conſulares ſimpliciter. nec illos proconſules dici moris erat, ne confunderentur cum populi Proconſulibus alias nihil prohibebat & eos appellari legatos Cæſaris pro conſule, ut legati pro prætore dicebantur prætorii viri, quos provinciis ſuis nomine ac jure prætorio gubernandis præficiebat Cæſar. hinc illi conſulares qui paſſim in veterum libris & antiquis ſaxis occurrunt de provinciarum rectoribus. atque hi originem habent non ab Hadriano vel Conſtantino, ſed ab Auguſto ipſo. quoties itaque leges in veteribus monumentis conſularem provinciæ, ſemper de legato Cæſaris conſulari intelligas licebit. Strabo ὑπατικοὺς ἡγεμόνας eos vocat, & ὑπατικοὺς δικαιοδότας, lib. III. αὐτὸς δὲ ὁ ἡγεμὼν ὑπατικὸς διαχειμάζει μὲν ἐν ταῖς θαλαττίοις μέρεσι, καὶ μάλιστα τῇ Καρχηδόνι καὶ τῇ Ταρρακῶνι δικαιοδοτῶν. ſed pro arbitrio ſuo imperatores provinciarum jura & adminiſtrationes ſæpe mutabant, & quæ populi erant ſuas eſſe volebant, ſuas autem populo tranſcribebant. & ſic de conſularibus proconſulares, & contra: de præſidalibus prætorias & de prætoriis præſidales faciebant. quarum mutationum exempla tam multa reperiuntur in antiquis præſertim inſcriptionibus, ut ea huc afferre nihil ſit neceſſe. Hoc & in Italiæ adminiſtratione fecit Hadrianus, cum novam adminiſtrationis formam conſtitueret, & conſulares ſingulis Italiæ provinciis præpoſuit, qui jura redderent. Hos conſulares ἀνθυπάτους appellat Appianus, & ante bella civilia Italiam à proconſulibus per partes adminiſtratam fuiſſe probare vult: eamque regiminis formam longo poſt tempore in Italia reſtituiſſe Hadrianum. verba ejus adducam, nam valde notabilia ſunt: ἠμύνοντο τὸν περὶ τὰ χωρία ἀνθύπατον Σερουΐλιον. ἦσαν γὰρ ὡς ἔοικε τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρη. ὃ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἡγούμενος ἀνεκαίνισε καὶ μετ' αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. ſed falſus eſt. nam proprie loquendo & ſecundum illorum temporum conſuetudinem, conſularis & proconſul multum diſtabant: ut & provinciæ conſulares aliæ à proconſularibus, cum antea ſub libera republica, non aliæ eſſent conſulares provinciæ quam quas proconſules regerent. at imperatorum ævo proconſules erant, qui ſortiebantur provincias more modoque antiquitus Romanis cognito, & poſt peractum tempus magiſtratus provincia decedebant. conſulares autem vel legati Cæſaris conſulares, ad arbitrium Cæſaris, in Cæſarianas provincias ibant, & ad ejuſdem arbitrium revocabantur. Cæſar autem in provinciis ſuis prætorios plerumque jure conſulari eſſe jubebat, & ſic conſulares dicebantur, qui nunquam conſules fuiſſent. Sic Plinius Cæcilius *legatus Auguſti pro prætore in provincia Ponti conſulari poteſtate*, dicitur in veteri inſcriptione, ubi perperam Onuphrius conſularem poteſtatem cum proconſulari confundit. Hoc ſub poſterioribus

Quando in Africam venit, [1]ad adventum ejus poſt quinquennium pluit: atque ideo ab Africanis dilectus
23 eſt. Peragratis ſanè omnibus partibus capite nudo, & in ſum-

ribus imperatoribus paſſim uſurpatum, ut qui conſulatum nunquam geſſiſſent, inter conſulares allecti, provinciis conſularibus præponerentur. Dio in fragmentis ſub Macrino: *ἰσοστάσιόν τινες αὐτοῖς αἰτίαμα παρὰ τῶν ἐμφρόνων εἶχεν, ὅτι ἔς τε τοὺς ὑπατευκότας εἶναι ἐνέγραψε καὶ ἄλλους ἀρχαῖς ἐθνῶν προσέταξεν.* idem & in populi provinciis fiebat, nam prætorii plerumque jure conſulari in prætorias provincias mittebantur à ſenatu, qui & proconſules dicebantur. Hinc Suetonius in Auguſto, cum inter populi provincias eſſent & prætoriæ, proconſulares tamen omnes vocat. & apud iſtos auctores aliquot locis proconſulares, legatoriæ, & præſidales tantum memorantur. per proconſulares quæ populi eſſent intelligit: per legatorias, quæ Cæſaris, tam ſcilicet conſulares quam prætorias. cum prætorium in ſuam provinciam mittebat Cæſar, ut eam regeret poteſtate conſulari, is non proconſul, ſed conſularis tantum dicebatur. at cum ſenatus in eam provinciam quæ ſui juris eſſet, prætorium mitteret jure conſulari, tunc non conſularis ſed proconſul dicebatur. hoc enim ſæpius uſurpatum ſub libera republica. interdum enim prætorios cum poteſtate conſulari & duodecim faſcibus mittere ſolebat ſenatus in provincias, ut Q. Ciceronem in Aſiam. Suetonius in Auguſto: *extant Ciceronis epiſtolæ quibus Quintum fratrem parum ſecunda fama proconſulatum Aſiæ adminiſtrantem hortatur & monet, imitetur in promerendis ſociis vicinum ſuum Octavium.* atqui Quinctus Cicero conſul non fuerat. hinc ſub Imperatoribus, conſulares provinciarum & proconſules paſſim obſervare eſt, qui poſt adminiſtratas illas provincias conſules primum fierent, cum antehac non fuiſſent. ſed & inferiorum principum ævo conſulares & proconſulares ita diſtincti, ut minor eſſet dignitas conſularitatis quam proconſulatus. de quo ad Trebellium dicturi ſumus. præter hos autem provinciarum conſulares, qui legati Cæſaris erant, reperio in veteribus inſcriptionibus, *Conſulares Aquarum & Miniciæ*, ut in veteri ſaxo Romæ: CVRANTE. M. AVR. PROCONIO. V. C. CONSVL. AQVARVM. ET. MINICIÆ. illud CONSVL. non *conſulem* ſignificare vult, ut perperam ſentiebat vir ſummus, ſed *conſularem*. Conſularem Aquarum & Miniciæ vocat, qui alibi curator Aquarum & Miniciæ dicitur, & procurator. binos ille lictores extra urbem, ſed non propterea conſularem dictum arbitror. *conſularem etiam rerum privatarum* in alia inſcriptione appellatum invenio, quem omnes ſciunt procuratorem appellari. ſic & in veteribus Gloſſis, *conſularis*, *καθολικὸς* exponitur. quis vero ignorat *καθολικὸν* procuratorem Cæſaris appellari? unde igitur illi conſulares dicti? à conſularibus ornamentis quibus inſigniti. Suetonius in Claudio: *ornamenta conſularia etiam procuratoribus ducenariis indulſit.* ſed ad ipſum Suetonium plura. Hæc de conſularibus, de quibus certo ſcio, aliquis, ut hodie ambitioſa ſunt ingenia, aliquot pinguia capita confeciſſet Electorum.

CASAUBONUS.

1 *Ad adventum ejus poſt quinquennium pluit.*] Mutandum nihil: neque obſcura ſententia. Ait pluiſſe in Africa ſub Hadriani adventum: cùm ſuperioris quinquennii ſiccitate Afrorum agri ſqualerent.

1 *In mor-*

in ſummis plerumque imbribus atque frigoribus, [1] in morbum incidit lectualem. Factuſque de ſucceſſore ſolicitus, primùm de Serviano cogitavit: quem poſtea,

1 *In morbum incidit letalem.*] Janus Parrhaſius vir, ut eo ſeculo, admodum eruditus, olim legit hic, *lectualem.* quod ille interpretabatur de graviore morbo, qui lecto adfigit. ſed mirum unde ille eam ſcripturam hauſerit: refellunt enim omnes quos vidimus codices & editi & manu exarati. ἐς κόρακας igitur tam inficeta lectio. Periiſſe Hadrianum aquæ intercutis morbo, ſcribunt plerique: Dio & αἱμοῤῥαγίᾳ laboraſſe, & φθόῃ. profluvii ſanguinis & Spartianus mox meminit.

GRVTERVS.

1 *In morbum incidit lethalem.*] Palatini ambo repræſentant à prima manu illud quod & in ſuis invenit Janus Parrhaſius; repræſentant, inquam, *lectualem*; neque videtur vox ævo illo indigna.

SALMASIUS.

1 *In morbum incidit lethalem.*] Nulla paulo vetuſtior editio quæ non habeat *lectualem* pro *lethalem.* ſcripti quos vidimus ita plane exhibent. ut mirer virum eruditiſſimum tam confidenter affirmare in omnibus libris excuſis & manu exaratis haberi *lethalem.* immo nulli libri ſic habent. lethalis ſane morbus fuit ille Hadriani, quandoquidem ex eo mortem obiit. quis negat? non hoc tamen dicere vult Spartianus: ſed per lectualem morbum intelligit longum & diuturnum difficilemque ac tabificum morbum, quem contraxerat Hadrianus ex eo quod in ſummis caloribus atque frigoribus capite intecto ſemper iter facere ſolitus eſſet. lectuales ejuſmodi morbos Latini vocarunt, quod diu in lecto detinerent ægrotantes. ſed & ipſi qui longis ac lentis languoribus laborabant, lectuales dicti. Græcis κλινικοί. Latini etiam *clinicos* eos dixerunt, voce Græca. in vita Caroli Magni apud Caniſium legi aliquando, uxorem eum ſuam quamdam repudiaſſe quod eſſet *clinica*, hoc eſt morboſa, vel, ut ita dicam, lectualis. in actis paſſionis Cornelii Papæ: *& protinus erexit ſe Salluſtia clamans & dicens, Vere Chriſtus eſt Deus, Dei filius. & dicebat ad beatum Cornelium Papam, Baptiza me, per Chriſtum te conjuro: & currens quæ erat clenica implevit vas aqua, & attulit ei.* item in paſſione Callixti Papæ: *veniens autem ad eum quidam Felix nomine cujus uxor clenica jacebat annis quattuor, & miſit ſe ad pedes Palmatii dicens.* D. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ: *quem nudum & clinicum non Fabiolæ veſtimenta texerunt?* idem in epitaphio Paulæ: *quis inopum moriens non illius veſtimentis obvolutus eſt? quis clinicorum non ejus facultatibus ſuſtentatus eſt?* Græcis κλινήρεις etiam & κατακλινεῖς. Polybius in excerptis legationibus: τὸ δὲ Πολύβιον συνέβαινε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἠσθενηκότα μακρὸν κατακλινῆ. Lectualem igitur morbum vocat longam illam lentamque tabem qua diu in lecto detentus Hadrianus jacuit. Aurelius: *apud Bajas tabe interiit. quidam intercutis.* Athanaſius λεπτυνθέντα mortuum ſcribit. nec audio illuſtrem virum qui λευκοφθέντα corrigit pro λεπτυνθέντα. de Aquila: ἑρμηνεῦσαι τὴν θείαν γραφὴν διεστραμμένῳ λογισμῷ ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως τοῦ λεπτυνθέντος μετὰ τλ' ἔτη τῆς τῶν οβ' ἑρμηνείας. ita ſcribendum pro λεπτυνθέντα. quod & ipſum tamen retineri poſſet. Dio: καὶ μέντοι καὶ διετέλεσεν Ἀδριανὸς ἐπὶ πλεῖστον νοσῶν, πολλάκις μὲν ἀποθνῆναι εὐξάμενος, πολλάκις δὲ καὶ ἀποκτανεῖν ἑαυτὸν ἐθελήσας. quid ſibi voluit igitur ille Siculorum, ut vocantur,

ea, ut diximus, mori coëgit. [1] Fuſcum, [2] quòd imperium præſagiis & oſtentis agitatus ſperaret, [3] in ſumma deteſtatione habuit: [4] Pletorium Nepotem, [5] quem tantopere antè dilexit, ut veniens ad eum ægrotantem Adrianus [6] impunè non admitteretur, ſuſpicio-

tur, faſtorum ſcriptor his verbis? *ἐπὶ τούτων ὑπάτων Αἴλιος Ἀδριανὸς νοσήσας ὀλίγας ἡμέρας ἐτελεύτησεν ὢν ἐτῶν οζ.* ſed omnino legendum, *οὐκ ὀλίγας ἡμέρας.* ex his omnibus intelligere licet quare in lectualem morbum incidiſſe Hadrianum dixerit Spartianus. à lecto autem lectualis & lectuarius. Nonio Marcello, *lectuaria ſindon.*

GRUTERUS.

2 *Quod imperium, præſagiis & oſtentis agitatus ſperaret.*] Sic & Palat. an fuit *ſpiraret*? nam aliud quid fuiſſe verbi primitus illo loco, indicio eſt, quod legatur in regio codice, *paraverat.*

3 *In ſumma deteſtatione habuit Pletorium Nepotem, &c.*] Hæc eſt diſtinctio membranarum Palatinarum. ſed enim cum & ſic laborent ſuperiora, non video quomodo emendari queant niſi admiſſo conjectaneo Caſauboni noſtri; *Fuſcum quoque quod imperium, &c.* ut ſubintelligatur ſcilicet, *mori coëgit.*

CASAUBONUS.

1 *Fuſcum q.*] Huic pater Claudius Fuſcus Salinator, de quo in epiſtolis Plinii & Trajani, & in Faſtis: fuit enim collega Hadriani II. conſulis: mater, filia Julii Serviani: nam Dio ſemper illum *Σερουϊανοῦ ἔγγονον* appellat. Perierunt una, & crimine eodem, ut quidem auctor eſt Spartianus. nam Dio Fuſcum ſcribit occiſum, quòd cædem Serviani tuliſſet iniquius. Erat tum annos natus XVIII.

2 *Quòd imperium ſperaret.*] Reg. *paraverat.* Fortaſſe, *ſperaverat.* aut *pararet.* infrà, *qui ſibi præparabat imperium.*

4 *Pletorium Nepotem, q.*] Manifeſtò deeſt aliquid: nam ut hæc ſe habent, non dicit Spartianus, quid Nepote & Gentiano, qui ſtatim nominatur, fecerit Hadrianus. Satis hoc ſit arguendo vitio quo laborat hic locus. Accedit quòd verba præcedentia, *in ſumma deteſtatione habuit*, Fuſco non conveniunt: quem non ſolùm deteſtatus eſt Hadrianus, ſed & occidit. Quare totum locum ita concipimus: *quem poſtea, ut diximus, mori coëgit: Fuſcum quoque, quòd imperium præſagiis, & oſtentis agitatus, ſperaret. In ſumma deteſtatione habuit Pletorium Nepotem, quem tantopere d.* Oſcitans librarius cùm τὸ *quoque* ante *quod* omiſiſſet, inſuper diſtinctione prava locum deformaverat.

5 *Quem tantopere antè dilexit.*] Hoc eſt, dilexerat: ut ex iis quæ mox dicturi ſumus conſtabit.

6 *Impune non admitteretur, ſ.*] Regius, *non impune admitt.* vitiato ſenſu, qui hic eſt: Ægrotabat Pletorius Nepos: inviſit illum Hadrianus, ſuo illo more, de quo dictum ſupra: cùm ad fores Nepotis veniſſet, repulſam tulit à janitoribus, aut admiſſionalibus. videbatur imminuta imperatoris majeſtas: Hadrianus tamen amori Nepotis injuriam ab ipſius ſervis acceptam condonavit. Similis imperatoris Severi indulgentia erga Plautianum. narrat enim Dio factum aliquando, ut ad Plautianum Tyanis ægrotantem Severus veniret: qui admiſſus quidem eſt, ſed ſolus: ægroti ſervis aut libertis ingredi prohibentibus milites qui imperatorem ſequebantur. vide locum: eſt enim huic Spartiani ſimillimus. neque enim in aliam ſententiam hæc verba de-

ſpicionibus adductus: [1] eodem modo & [2] Terentium Gentianum: & hunc vehementiùs, [3] quòd à ſenatu diligi tunc videbat. Omnes poſtremò de quorum imperio cogitavit, quaſi futuros imperatores deteſtatus eſt, [4] & omnem quidem vim crudelitatis ingenitæ uſque eò repreſſit donec in villa Tiburtina profluvio ſanguinis penè [5] ad exitum venit. Tunc liberè Servianum quaſi affectatorem imperii, [6] quòd ſervis regis cœnam

debent accipi. Scimus tamen præſtantiſſimum virum ſanandi hujus loci aliam iniiſſe viam. Placet illi delendam eſſe vocem *Hadrianus* de hac periodo: ita forte cætera plana ex obſcuriſſimis. Vult enim, inquit, Hadrianum ſuſpicione quadam affectati imperii Pletorium perſtrinxiſſe: ideoque ad ſe ægrum venire interdixiſſe. Eadem locutio: *Urbem quam ſtatuo v-ſtra eſt*, & *ad eum* pro ad ſe. Hæc præſtantiſſimi viri ſententia, quam, etſi videtur aliter nobis, noluimus prætermiſſam.

2 *Terentium Gentianum.*] Membranæ, *Terecentium G.* fortaſſe aliquid latet.

5 *Ad exitum venit.*] Regius, *exitium.*

6 *Quòd ſervis regis cœnam miſiſſet.*] His artibus Galbam Othoni dejectum meminerat Hadrianus. Pro *cœnam*, eſt in antiquis editionibus *ſcenam.* Lego igitur admonitus à Scaligero, *q. ſ. regiis ſtrenam miſ.* profectò enim cœnam mitti, moris non erat; ſed de cœna partes & μερίδας.

GRUTERUS.

1 *Eodem modo & Terentium Gentianum.*] Sic & Pal. noſter.

6 *Quod ſervis regiis ſtrenam miſiſſet.*] Eſt ab ingenio eximii Scaligeri, cum inveniſſet in mſſ. regis *ſcenam.* & vero etiam in Palat. reperias, *ſcænam.* vulgati prius *regis cœnam miſiſſet*; nullo bono ſenſu.

SALMASIUS.

3 *Quod à ſenatu diligi tunc videbat. Omnes poſtremo.*] Aliquid omnino deeſt, nec ſenſus procedit, niſi deleveris τὴν πλείαν, & hoc modo diſtinxeris: *Pletorium Nepotem quem tantopere ante dilexit, ut veniens ad eum ægrotantem Hadrianus impune non admitteretur ſuſpicionibus adductus, eodem modo & Terentium Gentianum, & hunc vehementius, quod à ſenatu diligi tunc videbat, omnes poſtremo de quorum imperio cogitavit, quaſi futuros imperatores deteſtatus eſt.*

4 *Et omnem quidem vim crudelitatis ingenitæ.*] Pal. *ingenuæ. ingenuum* idem quod *ingenitum.* ſic *ingenuum ſignum*, ἔμφυλος χαρακτὴρ apud Auſonium, vel genitiva nota:

— *ingenuum cujus fuit anchora ſignum.*

6 *Quod ſervis regis cœnam miſiſſet.*] Hæc vera lectio. quam perperam ſollicitant Palatinus & vetus editio, *ſcenam.* ex quo *ſtrenam* faciebat Scaliger. ſed nihil iſta ſtrena opus. adhæſit *ſ* littera ex fine præcedentis vocis. quod autem negant moris fuiſſe cœnam mitti, ſed partes de cœna, id quale ſit neſcio. nam id quod in ſportula mittebatur clientibus de cœna divitum, cœna etiam dicebatur. Græci δεῖπνον ἐν σπυρίδι, cœnam in ſportula dicunt. per cœnam igitur ſportulam intellige vel ſportularem cœnam.

5 Nigri-

cœnam miſiſſet; quòd [1] in ſedili regio juxta lectum poſito ſediſſet, [2] quòd erectus ad ſtationes militum ſenex nonagenarius proceſſiſſet, mori coëgit: multis aliis interfectis vel apertè, vel per inſidias: quando quidem etiam [3] Sabina uxor non ſine fabula veneni dati ab Adriano defuncta eſt. [4] Tunc Ccionium Commodum, [5] Nigrini generum inſidiatoris, [6] quondam ſibi [7] forma commendatum, adoptare conſtituit. [8] Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum invitis omnibus, cumque Ælium Verum Cæſarem appellavit. Ob cujus adoptionem ludos Circenſes dedit, & [9] donativum populo ac militibus expendit: quem prætura honoravit, ac ſtatim Pannoniis impoſuit, decreto conſulatu cum ſumptibus; eundem Commodum

5 *Nigrini generum inſidiatoris quondam ſibi forma commendatum.*] Lege: *Nigrini generum inſidiatoris quondam ſui, ſibi forma commendatum.*

GRUTERUS.

4 *Tunc Ceionium Commodum, Nigrini generum, inſidiatoris quondam ſui, formâ commendatum.*] Eſt à codice Regis Galliarum. nam vulgati, *quondam ſibi forma comm.* à quibus nihil recedit Palatinus.

CASAUBONUS.

1 *In ſedili regio juxta lectum poſito.*] Circum lectos erant ſedilia & cathedræ, ut multis docemus in commentario De lectis & veſte ſtragula. In ſella autem regia ſedere privato nefas. cujus rei exemplum etiam alterum in his libris extat, initio vitæ Severi. Sic equo imperatoris inſidere fas privato non erat, ut habes apud Vopiſcum in Aureliano. Utrunque autem horum non in Romanis ſolum imperatoribus olim ſervatum; ſed & in aliis regibus ac principibus. Apud auctorem Aruch lego inter xxx. regis Judæorum מעלות id eſt prærogativas, quibus regia majeſtas illi aſſerebatur, duas iſtas: סוסיאין יושבין על כסאו אין רוכבין על *nemo regis equo vehitur: nemo ejus ſella ſedet.*

2 *Quòd erectus ad ſtationes militum ſenex nonag. proc.*] Non eſt otioſum verbum *erectus.* nam ex eo præcipua calumniandi occaſio obtrectatoribus: quaſi habilem ſe regno militibus probare Servianus voluerit.

3 *Sabina uxor, non ſine fabula veneni dati.*] Victor, ſive Victorinus: *Hujus uxor Sabina, dum prope ſervilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulſa eſt. Quæ palam jactabat quàm immane ingenium pertuliſſet: & elaboraſſe, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur.*

6 *Quondam ſibi forma commendatum, adop.*] Diſtinguit legitque Regius, *Nigrini generum, inſidiatoris quondam ſui, forma commendatum.* nec diſplicet.

7 *Forma commendatum.*] Ariſtotelis dicto fidem facit, τὸ κάλλος παντὸς ἐπιστολῆς συστατικώτερον.

8 *Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum.*] Obiter indicat fuiſſe hunc etiam ante adoptionem πολυώνυμον. Dictus eſt enim L. Ceionius Commodus Verus: poſt adoptionem vero, L. Ælius Verus Cæſar.

9 *Donativum populo ac militibus expendit.*]

dum ſecundùm conſulem deſignavit. Quem quum minus ſanum videret, ſæpiſſimè dictavit, [1] *In caducum parietem nos inclinavimus,* [2] *& perdidimus quater millies* H. S. *quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Commodus autem præ valetudine, nec gratias quidem in ſenatu agere potuit Adriano de adoptione. Denique [3] accepto largius antidoto, ingraveſcente valetudine, [4] per ſomnum periit, ipſis Calendis Januariis. Quare ab Adriano [5] votorum cauſa lugeri eſt ve-

pendit.] Alius verborum diligentior dixiſſet, donativum militibus, congiarium populo. Sic ſemper Tacitus, Suetonius, & vetuſtior omnis ætas. Lampridius quoque in Alexandro Severo: *congiarium populo ter dedit; donativum militibus ter.* Alii promiſcuè uſurparunt utrumvis horum pro utroque. Capitolinus in Pio: *congiarium militibus ac populo de proprio dedit.*

1 *In caducum parietem nos inclinavimus.*] Alludit ad proverbium Græcorum, πρὸς τὸν σαθρὸν τοῖχον ῥέπειν. in Vero paullò aliis verbis.

2 *Et perdidimus quater millies* H S.] congiarii nomine erogatum populo millies H S. donatum, militibus ter millies. ita capimus quod ſcriptum eſt in Vero, & hunc locum ex illo illuſtramus.

3 *Accepto largius antidoto.*] Antidotum pro acriore cathartico: non ſemper enim locum in venenis habet. in vita Ælii ſimpliciter, *accepta potione qua ſe exiſtimaret juvari.*

4 *Per ſomnum periit.*] Dormienti ſanguis omnis eſt effuſus. ex Spartiani & Dionis junctis verbis cognoſcimus: nam hic ait, συνέβη τὸν Λούκιον τὸν Κόμμοδον ἐξαίφνης ἐξαλειφθῆναι ὑπὸ τοῦ αἵματος πολλοῦ τε καὶ ἀθρόου ἐκπεσόντος.

5 *Votorum cauſſa lugeri eſt vetitus.*] Ne auſpicatiſſimi diei religio vitiaretur; nihil enim religionum ceremoniis magis credebatur adverſari, quàm luctus. Propterea multi apud veteres rei divinæ operati mortuos ſuos agnoſcere noluerunt. Lege Valerium Maximum, lib. v. cap. x. hæc ratio cur votorum die interveniente non lugeatur Verus. Sic Marcus, cùm ei filius eſſet mortuus, *quia ludi Jovis* OPT. MAX. *erant, interpellari eos publico luctu noluit.* Multa alibi in hanc rem afferimus explicantes vetus proverbium, Οὐδεὶς ὀδύρεται μυημένος. *Vota & Votorum dies* Latinis appellati qui annum inchoant, ob ſolennem pro ſalute principis votorum nuncupationem, ambigit nemo. Et quidem κυρίως tertius poſt Kal. Januar. dies appellatione Votorum intelligitur, ut eſt in lege CCXXXIII. De verborum ſignificatione, & apud Dionem libro LVIII. licet ipſis etiam Kalendis ſuſcepta pro principe vota, ut illo ipſo loco ſcripſit Dio. Retinuere Chriſtiani principes Votorum & morem & appellationem, ut apparet ex titulo Codicis de oblatione votorum: & ex canone LXII. concilii in Trullo: ubi Græcus interpres Balſamo, homo alioquin valde doctus, de votis *Botæ* origine ſanè quàm ſuaviter philoſophatur. vindicat ille id verbum Græcis ſuis: vultque eſſe illud feſto ei nomen inditum, ἀπὸ τῶν βοτῶν ſive προβάτων, quòd in honorem Panis paſtorum dei ſit inſtitutum. En linguarum ignorantia qualium monſtrorum ſit mater: nam multa ibidem talia peccat

eſt vetitus. [1] Et mortuo Ælio Vero Cæſare, Adrianus ingruente triſtiſſima valetudine, [2] adoptavit Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt: [3] ſed ea demum lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum & Marcum Antoninum. Hi ſunt, qui poſtea [4] duo pariter auguſti, primi rempub. gubernaverunt. Antoninus quidem Pius idcirco appellatus dicitur, [5] quòd [6] ſocerum feſſum ætate, manu ſublevarit. quamvis alii cognomentum hoc ei dicant inditum, [7] quòd [8] multos ſenatores [9] Adriano jam ſævienti eripuiſſet: alii quòd ipſi Adriano magnos honores poſt mortem detuliſſet. Antonini adoptionem plurimi tunc

cat Balſamo: quem ſecuti poſtea omnes quos vidimus Græcorum canonum interpretes.

1 *Et mortuo Æ.*] Meliùs in regio, *Sed mortuo Æl.*

2 *Adoptavit Arrium Antoninum.*] Regius, *Annium Antoninum.* nec raró factum, ut duarum vocum iſtarum altera alterius loco ſcriberetur. eſt veró Antoninus cognomen Arriorum, non Anniorum, qui cognomine dicti ſunt Veri.

3 *Sed ea demum lege.*] Sic loquitur quaſi parum ex voluntate Pii hæ adoptiones ab eo factæ. & ita ſæpiùs infrà. Suetonius in ſimili re uſus verbo *cogendi*, in Tiberio, cap. xv. *adoptatur ab Auguſto, coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare.*

4 *Duo pariter Auguſti primi Remp. g.*] Regius, *primitus*, ἀπ' ἀρχῆς: quod alienum ab hoc loco: niſi interpreteris πρῶτον.

6 *Socerum feſſum ætate manu ſublevavit.*] *Feſſus ætate*, ut apud Tacitum ſæpiùs, *feſſa ætas* eſt ſenectus. ſic in vita Ælii Cæſaris, & in veteri inſcriptione Neapolitana: ubi inter cætera leguntur hæc verba: *prærepſitque ſenii baculum, cui jam defeſſa ætas adnitens, perbreves annos allevabat.*

9 *Hadriano jam ſævienti eripuiſſet.*] Puteani cod. *abripuiſſet*: regius, *ſurripuiſſet* meliùs pro ὑπεξαιρεῖν, furtim eripere. ut apud Euripidem, ὑπεκπέμπειν, quod dixit Virgilius. *furtim mandare.* De his autem infra in Pio.

SALMASIUS.

5 *Quod ſocerum feſſum ætate manu ſublevaret.*] Melius ex Pal. & editione Med. *ſublevarit.* veri namque eſt ſimile ſeni parenti non ſemel hoc officii genus exhibuiſſe Antoninum, ſed id facere conſuetum quoties in ſenatum veniret, & inde cognomentum Pii meruiſſe, ita etiam in vita Antonini legendum ex iiſdem libris. *Pius cognominatus eſt à ſenatu, vel quod ſocerum feſſa jam ætate manu præſente ſenatu levaret.*

7 *Quod multos ſenatores Hadriano jam ſævienti eripuiſſet.*] Pal. *abripuiſſet.* edit. Mediol. *arripuiſſet*, pro *abripuiſſet*.

GRUTERUS.

1 *Sed mortuo Ælio Vero Cæſare.*] Et iſtud eſt à codice regio, à quo non nimis abit Palat. in quo, *Et mortuo.* nam publicati, *At mortuo.*

2 *Adoptavit Arrium Antoninum.*] Sic prorſus Pal. non *Annium*, ut malè alii codd.

8 *Multos Senatores Hadriano jam ſævienti eripuiſſet.*] Pal. *abripuiſſet.*

1 *Specta-*

tunc factam eſſe doluerunt, [1] ſpeciatim Catilius Severus præfectus urbis, qui ſibi præparabat imperium. Qua re prodita [2] ſucceſſore accepto, dignitate privatus eſt. [3] Adrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus, [4] gladio ſe transfigi à ſervo juſſit. Quod quum proditum eſſet, & in Antonini uſque notitiam veniſſet, ingreſſis ad ſe præfectis & filio, rogantibuſque ut æquo animo neceſſitatem morbi ferret, iratus illis, [5] autorem proditionis juſſit occidi, [6] qui tamen ab Antonino ſervatus eſt. Statimque teſtamentum ſcripſit: nec tamen actus reipub. prætermiſit, [7] dicente Antonino, parricidam ſe futurum ſi Adrianum adoptatus ipſe pateretur occidi. Et poſt teſtamentum quidem iterum ſe conatus occidere, ſubtracto pugione, [1] ſævior

SALMASIUS.

1 *Speciatim Catilius Severus.*] Pal. *Atilius Severus.* vet. edit. *Attilius.* ſupra tamen *Catilius* dictus eſt, & ibi Palatinus habebat, *Catalius.*

3 *Adrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus.*] Quid eſt *ultimum vitæ tædium*? omnino ſcribendum & diſtinguendum: *Hadrianus ultimo, vitæ tædio jam affectus. ultimo*, ut *poſtremo.* Suetonius: *ultimo templis compluribus dona detraxit.*

CASAUBONUS.

2 *Succeſſore accepto, dignitate privatus eſt.*] Poſtrema verba non neceſſario ab auctore adjecta: nam ut *dare ſucceſſorem* pro dignitate privare dicebant: ſic *accipere ſucceſſorem* pro dignitate privari. Plinius libro nono Epiſtolarum, *collega Certi conſulatum, ſucceſſorem Certus accepit.*

4 *Gladio ſe transfigi à ſervo juſſit.*] Servus ille eſt Maſtor Jazyx, de quo multa Dio.

5 *Auctorem proditionis.*] Grave verbum: ſed ſine re, nam quod notandum duximus, proditio hic eſt μήνυσις, occulti conſilii revelatio, non προδοσία.

7 *Dicente Antonino, parricidam ſe fut.*] Non cohærent iſta cum ſuperioribus; ſed non dubitabit attentus lector, duarum periodorum ordinem inverſum eſſe. Quare ita integrum locum reſtituemus. *auctorem proditionis juſſit occidi: qui tamen ab Antonino ſervatus eſt; dicente Antonino, parricidam ſe futurum, ſi Hadrianum adoptatus ipſe pateretur occidi. Statimque t.* Ita legit olim Robertus Bononienſis.

GRUTERUS.

6 *Qui tamen ab Antonino ſervatus eſt; dicente Antonino, parricidam ſe futurum, ſi Hadrianum adoptatus ipſe pateretur occidi. Statimque teſtamentum ſcripſit: nec tamen actus reipublicæ prætermiſit. Et poſt, &c.*] Duarum periodorum ordinem, qui inverſus erat, redintegravi; ſequutus & judicium Caſauboni noſtri, & lectionem Roberti Bononienſis; tanto confidentius, quod in altera lectione nihil reſtaret tolerabile.

1 *Sævior*

[1] ſævior factus eſt : petiit & venenum à medico,
25 qui ſe ipſe, ne daret, occidit. Ea tempeſtate
ſupervenit quædam mulier quæ diceret ſomnio
ſe monitam, ut inſinuaret Adriano ne ſe occideret
quòd eſſet bene valiturus : quod quum non feciſſet,
eſſe cæcatam. [2] Juſſam tamen iterum [3] Adriano ea-
dem diceret, [4] atque genua ejus oſcularetur, [5] rece-
ptura viſum ſi id feciſſet. [6] Quod quum inſomnium
impleſſet, oculos recepit, [7] quum aqua quæ in fano e-
rat, ex quo venerat, oculos abluiſſet. [8] Venit & de Pan-
nonia

CASAUBONIUS.

1 *Sævior factus eſt.*] Reg. *ſeverior.* atqui non ſolum ſævus, ſed & furioſus factus eſt Hadrianus, ut narrat Lampridius in Heliogabalo.

5 *Receptura viſum, ſi id feciſſet.*] Rectè *recceptura*, cum editis ſcripti. referendum ad vocem *oſcularetur.* ſine cauſſa docti mutant in *recepturam.* ſic paullò antè *diceret* ſcribunt editiones : membranæ *dicere.* utrumque rectum.

6 *Quòd cùm inſomnium impleſſet.*] Regius, *Q. cùm ex ſomnio impleſſet.*

SALMASIUS.

3 *Hadriano eadem diceret atque genua ejus oſcularetur.*] Paulo aliter hæc concepta in veteribus libris ſcriptis & editis, nempe ad hunc modum : *juſſam tamen Hadriano eadem dicere & genua eius oſculare.* *oſculare* pro *oſculari.* ſic *revertere* & *experire* apud hos auctores pro *reverti* & *experiri* : quod notamus infra. in actis paſſionis Gordiani martyris : *quem ego videns merear pedes ejus oſculare per quem ſalvatus ſum.* ſic *iraſco* pro *raſcor* : *aſſentio* pro *aſſentior.* & alia infinita. de quibus vide Grammaticos.

6 *Quod cum inſomnium impleſſet.*] Palat. & edit. Mediol. *inſomnio impleſſet.*

8 *Venit & de Pannonia quidam natus cæcus.*] Hoc fidem ſuperat, ut nati cæci oculos receperint. minus incredibile eſt, quod ſuggerit Palatinus : *vetus cæcus.* ſic *veteres cæci* Juvenali :

Et quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos.

ſic Marcello *antiqua cæcitas : ad oculorum omnem dolorem, & præſentem & veterem & ad caliginem atque albuginem, & pruritum, atque antiquam, ut ita dixerim, cæcitatem.* ita igitur heic lege, *vetus cæcus*, non, *natus cæcus.*

GRUTERUS.

2 *Juſſam tamen iterum, Hadriano eadem dicere.*] Sic & Pal. non *diceret*, ut editiones.

4 *Atque genua ejus oſcularetur ; receptura viſum ſi id feciſſet.*] Pal. non habet vocem *viſum*, niſi à manu recenti ad oram, præfertque *oſculare* non *oſcularetur.* & vero cum præcedat *dicere*, ſcribendum erit *oſculari.*

6 *Quod cùm inſomnium impleſſet.*] Pal. *in ſomnio.*

7 *Cùm aquâ quæ in fano erat, ex quo venerat, oculos abluiſſet.*] Nimirum ſolebant homines, remedium morbis petituri, indormire templis, ibidemque captare ſomnia. id fecit & hæc mulier. itaque ſomnio monita eſt in fano. mos iſte notiſſimus vel è Curculione Plauti, actus primi ſcena principe : centieſque ferè inculcat Ariſtides Orationibus prioribus, cujus, aliorumque pluriùm verba citavimus in Suſpicionum libellis.

8 *Venit & de Pannonia quidam natus cæcus*

nonia quidam natus cæcus ad febrientem Adrianum, eumque contigit: quo facto, & ipſe oculos recepit, & Adrianum febris reliquit: [1] quamvis Marius Maximus [2] hæc per ſimulationem facta commemoret. Poſt hoc Adrianus Bajas petiit, Antonino Romæ ad imperandum relicto. Ubi quum nihil proficeret, [3] accerſito Antonino, in conſpectu ejus apud ipſas Bajas periit, die ſexto Iduum Juliarum. Inviſuſque omnibus [4] ſepultus eſt in villa Ciceroniana Puteolis. Sub

cæcus ad febrientem Hadrianum.] Neſcio an hanc ſcripturam admittere debeamus. quippe natus cæcus ſanari non poteſt ab homine mortali. & verò Palat. noſter habet *quidam vetus cæcus*, quod eſſet Spartiani lingua, is qui diu laboraſſet cæcitudine.

SALMASIUS.

1 *Quamvis Marius Maximus hæc per ſimulationem facta commemoret.*] Ita vocaſſe Marium incantationes & alia remedia magica, quæ ad morbum Hadriani levandum adhibita, ſcribit Dio, nullo modo adduci poſſum ut credam. ſcio ſimulatrices veteribus appellatas eſſe ſagas, & incantatrices aniculas, & multa in ſacris magicis per ſimulationem fieri ſolita. ſed nihil iſta ad hunc locum: cujus hæc mens eſt: omnia quæ heic Spartianus narrat tanquam vere facta, ea Marius Maximus ſimulata & ficta eſſe commemorabat, & ad hoc tantum excogitata ab Antonino ut Hadrianus in ſpem recuperandæ ſanitatis induceretur, qui ideo ſe occidere tentabat, quod eam recuperare poſſe deſperaret. Hoc ut prohiberet Antoninus & Hadrianum bono animo eſſe juberet quaſi brevi convaliturum, hac illum arte & ſimulatione aggreſſus eſt. induxit mulierem quamdam quæ diceret ſomnio ſe monitam ut inſinuaret Hadriano ne ſe occideret, quod eſſet bene valiturus. quod quum non feciſſet, eſſe cæcatam. juſſam tamen Hadriano eadem hæc dicere, & genua ejus oſculari, recepturam viſum ſi ita feciſſet: induxit & Pannonium quemdam veterem cæcum, qui à febriente Hadriano tangeretur ad viſum recipiendum: quo facto & illam oculos recepiſſe, & ab Hadriano febrem diſceſſiſſe. Hæc ſunt quæ per ſimulationem facta commemorabat Marius Maximus, quæ alii reapſe & in veritate accidiſſe volebant.

CASAUBONUS.

2 *Hæc per ſimulationem facta commemoret.*] Ita vocavit Marius incantationes & alia remedia magica, quibus levari morbus Hadriani aliquandiu eſt viſus. Dio, Ἀδριανὸς δὲ μαγγανείαις μέν τισι καὶ γοητείαις ἐκενοῦτό ποτε τοῦ ὑγροῦ, πάλιν δ' αὐτοῦ διὰ ταχέως ἐπίμπλατο.

3 *Accerſito Antonino, in conſpectu ejus &c.*] Non omnes idem tradiderunt: nam alii auctores prius periiſſe Hadrianum, quàm Baias veniſſet Antoninus, memoriæ prodiderunt. vide ad Marcum.

4 *Sepultus eſt in villa Ciceroniana Puteolis.*] Imperatoribus & cæteris quos conſecratio manebat, ſi alibi quàm Romæ diem obiiſſent, funus duplex fiebat: priùs enim more communi corpus eorum cremabatur: deinde ablatæ Romam reliquiæ Mauſoleo inferebantur, & conſecrationis ritus peragebantur. Ita factum in Trajano, Hadriano, & aliis principibus

Sub ipſo mortis tempore & Servianum nonaginta annos agentem, ut ſupra dictum eſt, ne ſibi ſuperviveret, atque (ut putabat) imperaret, mori coëgit: & ob leves offenſas plurimos juſſit occidi, quos Antoninus reſervavit. Et moriens quidem, hos verſus feciſſe dicitur,

[1] *Animula vagula, blandula,*
Hoſpes, comeſque corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula;
Nec ut ſoles, dabis jocos.

26 Tales autem [2] nec multo meliores fecit & Græcos. [1] Vixit

qui longiùs Roma eſſent mortui. Quorundam, ut Auguſti, corpora in urbem illata, ut ibi non conſecrarentur ſolùm, ſed & ſepelirentur. Videtur ſanè Antoninus ideo Puteolis Hadrianum ſepeliſſe, quòd deſperaret tam citò ſe poſſe ejus conſecrationem à Romano ſenatu obtinere. declarat hoc Spartianus extremo libro: etiam hìc ſi attendimus: ait enim, *inv ſuſque omnibus ſepultus eſt in v.* Locum villæ Ciceronianæ hodieque monſtrant Puteolani, non procul ab urbe ſua, quà itur Neapolin.

1 *Animula vagula, blandula.*] Mirum quare Spartiano hi verſiculi parum videantur elegantes: nam ita mox judicat. Videbimus alibi quantum iſti ſcriptores poëtica facultate valuerint: multa enim de Græcis à ſe verſa his libris inſeruerunt; præ quorum venuſtate ſcilicet ſordere Hadrianea debuerint. Nobis verò hi dimetri molliſſimi & melioris ſeculi elegantia digniſſimi cùm viderentur; etiam Græcè idem fecimus Hadrianum dicere, niſi hoc potiùs balbutire eſt.

Ῥεμβόμενον ψυχάριον,
Ξένη, χ' ἑταῖρε σώματος,
Ποῖ νῦν, πάλαιν', ἐλεύσεαι,
Ἀμυδρὴς, ξηρά τε, κὴ σκιὰ,
Οὐδ' οἷα πρὶν τρυφήσεαι;

Primum potes ad verbum, ῥόμβον, χαρίεν, ψυχάριον. *anima vaga*, ῥόμβος ψυχὴ, apud Marcum imperatorem libro ſecundo: Athanaſio alibi, περὶ πολλὰ ῥεμβομένη.

2 *Nec multo meliores fecit & Græcos.*] Extant nonnulli adhuc, non quales hic criticus judicat; ſed qui merito ſuo cæterorum quos amiſimus ingens deſiderium in nobis excitent. Quare etiam non defuêre qui argutias illius imitarentur. Ejuſmodi eſt quod apud Theophylactum Simocatum ſcriptorem eximium inter Græcos recentiores, obſervabamus epiſtola illa quæ incipit, ὁ φυσικός σου κόσμος παρῴχηκε. clauditur autem ſic, καὶ γῆρας γὰρ ἀδικεῖς καὶ νεότητα· τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελλομένην διέψευσαι· τὸ δὲ κεκτημένης ἐνέθωσας. Hadrianum ſine dubio imitatur, qui ægro & mendico homini, à quo fuerat his verſibus compellatus,

Ἥμισύ μου τέθνηκε, τὸ δ' ἥμισυ λιμὸς ἐλέγχει·
Σῶσόν μου βασιλεῦ μουσικὸν ἡμίτονον.

reſpondit hoc argutiſſimo diſticho:

Ἀμφοτέροις ἀδικεῖς καὶ Πλουτέα καὶ Φαέθοντα,
Τὸν μὲν ἔτ' εἰσορόων, τὸν δ' ἀπολειπόμενος.

1 *Vixit*

[1] Vixit annis LXXII. menſibus V. [2] diebus XVII. [3] Imperavit annis XXI. menſibus XI. Statura fuit procerus, forma comptus, [4] flexo ad pectinem capillo, [5] promiſſa barba, [6] ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret:

GRUTERUS.

1 *Vixit annis* LXXII. *menſibus* V. *diebus* XVII. *imperavit annis* XXI. *menſibus* XI.] Sic nullo apice minus exemplar Palatinum.

CASAUBONUS.

1 *Vixit annis* LXXII.] Et editi & manu exarati omnes hic conſentiunt. Robertus quoque Bononienſis ex hac lectione ſcribit, vixiſſe Hadrianum annos ſeptuaginta duos. cùm tamen & res ipſa, & Victoris ſive Victorini teſtimonium falſi arguat hanc ſcripturam, ut totis decem annis majorem vero: Scribe igitur LXII.

2 *Diebus* XVII.] Regius, XII. ſed vulgatus numerus quadrat exactè. Dio tamen ait, XIX. niſi aliter ſcripſerat.

3 *Imperavit annis* XXI. *menſibus* XI.] Et hic conſtans error eſt: nam XX. non XXI. ſcribi debuit. repugnat enim rationi temporum numerus editus: repugnat & Dioni, qui ponit ἔτη εἴκοσι, καὶ μηνας ἕνδεκα. Mira tamen erroris aut mendæ vetuſtas: nam ſcribit Aurelius Victor Spartiani propemodum æqualis, *anno imperii, abſque menſe, viceſimo ſecundo.* Scriptorum an librariorum hæc ſint παρορώματα, mitto quærere.

4 *Flexo ad pectinem capillo.*] Ἐκτενισμένος, καὶ πλοκὴν κόμης ἀσκῶν. comtiorum hoc erat, & quibus cura formæ: Martialis,

Tu flexa nitidus coma vagaris.

5 *Promiſſa barba.*] Primus Romanorum dato, aliis exemplo. Dio: Ἀδριανὸς πρῶτος γένειον ἀνῆκε. teſtes ſunt nummi. ſed cauſſam cognoſcimus ex ſequentibus Spartiani verbis: *ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret.* hem! *vulnera naturalia.* illa igitur ſapiens, illa juſta omnium parens Natura, ut in ſua opera etiam ad vulnera uſque ſæviat? ridiculum: ſed appellat auctor *vulnera naturalia* maculas genitivas & σύμφυτα, quæ ſic faciem dehoneſtarent, ut cicatrices.

SALMASIUS.

1 *Vixit annis* LXXII. *menſibus* V. *diebus* XVII.] Hunc numerum retinent omnes libri: quem tamen falſi arguunt viri docti, ut totis decem annis majorem, quam par eſt. Dio, Victor aliique ſexaginta duo annos Hadrianum vixiſſe prodiderunt. Euſebius ſexaginta annis majorem obiiſſe ſcripſit. Faſti tamen Siculi hanc Spartiani ſcripturam confirmant. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Αἴλιος Ἀδριανὸς νοσήσας οὐκ ὀλίγας ἡμέρας ἐτελεύτησεν ὢν ἐτῶν οζ. & quidem aliquot quinque annis liberalior eſt quam Spartianus.

4 *Flexo ad pectinem capillo.*] *Flexi ad pectinem capilli*, ſunt ante flexi & calamiſtro criſpati. Firmicus: *quorum inflexi crines torqueantur*, contra ingenio ſuo flexi qui nulla arte adhibita tales ſunt. Petronius: *crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderant.* Martialis:

Bellus homo eſt flexo qui digerit ordine crines.

6 *Ut vulnera quæ in facie naturalia erant.*] *Vulnera naturalia* vocat quæ Græci ἕλκη σύμφυτα in facie. infra *vulnerata frons* dicitur, illis nempe naturalibus vulneribus inſignita: *capillo criſpo, fronte vulnerata.* ἡλκωμένον μέτωπον Artemidoro: μέτωπον ὑγιὲς καὶ εὔσαρκον παντὶ ἀγαθὸν καὶ παῤῥησίαν

ret: habitudine robuſta. Equitavit ambulavitque plurimum. [1] Armiſque & pilo ſe ſemper exercuit. Vena-

σίαν καὶ ἀνδρείαν σημαίνει. τὸ δὲ ἠλ-κωμένον ἢ νοσοῦν, αἰσχύνην ἅμα καὶ βλάβην δηλοῖ.

CASAUBONUS.

1 *Armiſque & pilo ſe ſemper exercuit.*] Eſt ἓν διὰ δυοῖν figura. *armis & pilo*, ut, *patera & auro.* vel ita cape, cùm cæteris armorum generibus, tum etiam pilo. Separat pilum ab armis, quod in illis tamen vel præcipuum, & omnium graviſſimum: ideo nominatim indicandum. ſic, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, apud comicum. paullò aliter Seneca, haſtilia ſeparat ab armis, in epiſtola LXXXVIII. *Majores noſtri rectam juventutem exercuerunt haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.* Ita autem libri omnes, non *pila*, nec *palo*. Vopiſcus in Aureliano, *Nullum unquam diem prætermiſit, quamvis feſtum, quamvis vacantem, quo non ſe pilo & ſagittis, cæteriſque armorum exerceret officiis.*

GRUTERUS.

1 *Armiſque & pilo ſe ſemper exercuit.*] Ita quoque idem codex; non *pilâ*; aut *palo*.

SALMASIUS.

1 *Armiſque & pilo ſe ſemper exercuit.*] Putant eſſe figuram ἓν διὰ δυοῖν, *armis & pilo*: ut, *patera libamus & auro.* ego contra ſentio. exercitium armorum ab exercitio ſagittarum, miſſilium pilorumque diverſum. ſic exercitium armorum à ſagittis ſeparat Suetonius in Domitiano: *armorum*, inquit, *nullo, ſagittarum vel præcipuo ſtudio tenebatur.* pilum autem & ſagittas conjungit Vopiſcus in Aureliano: *nullum unquam diem prætermiſit, quamvis feſtum, quamvis vacantem, quo non ſe pilo & ſagittis ceteriſque armorum exerceret officiis.* ſi arma generaliter accipiantur, non ſum neſcius & ſagittas, & pila, & alia miſſilia eo nomine comprehendi. ſub armorum vero exercitio; ſcutum & gladius tantum comprehendebatur. Ovidius jaculandi peritiam ab armis diſtinguit:

Sunt illis celereſque pilæ, jaculumque, trochique,
Armaque, & in gyros ire coactus equus.

Cicero in Catone majore, ubi exercitationum militarium genera enumerat, arma quoque ab haſtis ſeparat: *ſibi habeant igitur arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam, ſibi pilam, ſibi venationes.* quo loco lubentius etiam legerim, *ſibi pilum*, quam *pilam*. armorum igitur exercitium, tam apud milites quam gladiatores in ſolo clypeo & gladio conſtabat. qui clypeum ſcienter vibrare & quatere, & obliquis ictibus telorum jactum deflectere, qui gladio dimicare noverat, is in armorum exercitio peritus cenſebatur. Vegetius lib. II. cap. XIV. *qui haſtas vel miſſilia perite jaculetur & fortiter, qui dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſime noverit, qui omnem artem didicerit armaturæ. arma tractare* pro eodem dixit Seneca: *majores noſtri rectam juventutem exercuerunt haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.* arma movere Manilio:

Aut ſolo vectatus equo nunc arma movebit.

In veteri epigrammate:

-- & in morem militis arma movet.

In antiquis Boiariorum legibus: *arma batalare.* tit. III. cap. I. *& ſi non fuerit abſciſſus, ſed eſt mancus, & ſtat rectus ut non poſſit plicari. hoc impedimentum eſt ad arma batalare.* & tit. II. cap. X. *dum adhuc poteſt pater ejus judicio contendere, in exercitu ambulare, populum judicare, equum viriliter aſcendere, arma velociter batalare.* hinc *batalatores* vulgo vocamus θαυματοποιοὺς & ludiones qui in publico varios & mirificos armorum

rum geſtus edunt. quod verbum etiam vulgus tranſtulit ad omne genus hiſtrionum. *batalare* à *batalibus* dictum eſt. ſic enim recentiores dixere pro *battualibus*. *Battualia* autem ſunt cum milites vel gladiatores ad palum exercentur. Gloſſæ: *γυμνασίας μονομαχίζειν*, hæc *battualia*. pro *battualibus battalia* recentiores dixere, ut *battere* pro *battuere*. *continare* pro *continuare*. hinc nos battaliam pro pugna vel dimicatione. Adamantinus Martyrius: *Battualia quæ vulgo battalia dicuntur. exercitationes autem militum vel gladiatorum ſignificant. inde etiam battuatores τοὺς κοπανιστὰς dici puto.* ſic enim legendum; vulgo *βαττανιστάς*. *battuere*, & *battuare* dicebant, *ἀντὶ τοῦ κόπτειν* vel κοπανίζειν. hinc *battuatorium*, *κοπανιστήριον*. ut milites autem ad palum ſudibus, ſic gladiatores ad palum quoque rudibus battuebant. hinc battualia & palaria de exercitationibus militum & gladiatorum. hinc arma batalare in legibus Boiariorum, eſt arma movere & tractare. non audiendus Lipſius qui heic legit: *paloque & armis ſe ſemper exercuit.* ut, inquit, duplex exercitii genus intelligatur, armatura & palaria. ſic autem inter armaturam & palariam diſtinguit, ut armatura levium fuerit, & palaria gravium. quaſi illud exercitii genus quod armaturam Vegetius aliique recentiores paſſim appellant, idem fuerit cum exercitio armorum, aut ad Leves tantum pertinuerit, non etiam ad graves. quid? nonne ut levis armatura de levibus, ſic & gravis armatura de gravibus dicebatur? ſane levem armaturam, ut ferentarios, funditores & id genus omne, *armaturas* dicebant. Veget. *poſt hos erant ferentarii & levis armatura, quos nunc ſcultatores, & armaturas dicimus.* longe tamen differunt armatura & armaturæ. armaturas dicebant levem armaturam. armaturæ vero exercitium poſterioris ætatis longe diverſum ab armorum exercitio de quo heic agimus. & tota re falluntur eruditiſſimi viri quidem faciunt. armorum exercitium in ſolo clypeo & enſe conſiſtebat. armatura vero vel armaturæ exercitium erat cum milites armati ſub ſignis decurrentes in campo proluderent, ut pluribus docebimus ad Alexandri Severi vitam. nihil igitur ad rem pertinet illa diſtinctio armaturæ & palariæ exercitationis. & falſa hujus loci emendatio, *armiſque & palo*. Olim autem non ſolum gladiatoribus armorum arte erudiendis, præficiebantur laniſtæ, ſed etiam tironum. Sueton. in Julio: *tirones neque in ludo neque per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat.* poſtea armidoctores in caſtris ad eam rem habiti & campidoctores, qui ex veteranis eligebantur armorum peritis. armorum autem ſcientia longe perfectior, & numeris omnibus abſolutior in gladiatore quam in milite. Hinc qui illam armorum ſcientiam exacte perdiſcere volebant, in ludo laniſtæ operam dabant, & gladiatoriis armis exercebant: quod & multi imperatores fecere. Spartianus de Hadriano: *idem armorum peritiſſimus & rei militaris ſcientiſſimus, gladiatoria quoque arma tractavit.* idem de Vero: *armiſque gladiatoriis ſe & venatibus exercuit.* armorum certamen vocat Quintilianus & gladiatoria arma intelligit. lib. IX. cap. I. *namque ut in armorum certamine adverſos ictus, & rectas ac ſimplices manus, cum videre tum etiam cavere ac propulſare facile eſt; averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles, & aliud oſtendiſſe quam petas artis eſt: ſic oratio quæ aſtu caret, pondere, mole & impulſu prœliatur: ſimulanti variantique conatus in latera atque in terga incurrere datur, & arma avocare & velut nutu fallere.* ubi *arma avocare* repoſuimus, pro vulgato *advocare*, quod nihil poteſt ſignificare. at *avocare arma* eleganter in armorum certamine is dicitur, qui conlato pede cum adverſario, ſi quam corporis partem armis tectam & munitam obſervat, non in eam ictum dirigit, ſed aliam ſe petere velle fingit. tunc adverſario ſe aperiente & illam par-

tem nudante, ut in aliam quam peti videt, arma transferat, ibique ſe protegat, hic avocatis adverſarii armis, repente & nec opinanter, non eam partem cui minabatur ictum, ſed eam quam detexit adverſarius, ferit. *fictionem* etiam hodie vocamus in armorum ludo ejuſmodi armorum avocationem. Statius lib. VI. *arma avocare* ſimiliter dixit in pyctali certamine: eodem enim modo avocabantur ceſtus per ejuſcemodi ſimulationes:

-- levat ecce diuque minatur
In latus atque oculos. illi rigida arma caventi
Avocat, & manibus nec opinum interferit ictum
Callidus, & mediam deſignat vulnere frontem.

Corruptiſſime hodie legitur: *illum rigida arma caventem Advocat.* cum fronti caveret Capaneus, ſimulavit Alcidamas latus petere. eo tranſtulit ille arma, ut latus tegeret. at hic fronti vulnus inflixit. hanc autem armorum avocationem ſic eleganter expreſſit Valerius in certamine Pollucis & Amyci:

-- dextramque parat, dextramque minatur
Tyndarides. redit huc oculis, & pondere Bebryx
Sic ratus, ille autem celeri rapit ora ſiniſtra.

Eadem autem plane, captationes, vitationes, petitiones & ſimulationes in pyctarum certamine atque in gladiatorum. ſic manus pugilum & manus gladiatorum dictæ ſunt. Quintilianus de gladiatoribus: *ut gladiatorum manus quæ ſecundæ vocantur, ſiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat, & quartæ ſi geminata captatio eſt, ut bis cavere bis repetere oportuerit.* & loco ſupra citato, *averſæ manus*, & *rectæ manus.* ubi *manus* ſunt petitiones. ita etiam appellatæ in pugilum certamine. Valerius:

Nunc exire levis miſſas, nunc mittere palmas.

Idem lib. IV.

-- nec ſpes effœta, ſed ambæ
In pectus cecidere manus. --

Sed horum inter ſe certaminum alibi comparationem fuſius tractabimus. redeamus igitur unde digreſſi ſumus. ratio tractandorum armorum in milite & gladiatore pæne ſimilis, niſi quod penes gladiatorem exactior. accedere, recedere; in clypeum aſſurgere, & mox ſubſidere, & in arma ſua ſe colligere: impetum in aliam partem minari, in aliam facere, & cætera ejuſdem modi, in utriſque ſimilia: quæ in milite ſic deſcribit Vegetius: *ſaltus quoque, & ictus facere pariter aſſueſcant, inſurgere tripudiantes in clypeum, curſuſque ſubſidere, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire.* hinc Græci grammatici ὁπλορχίστας *armaturas* exponunt, quod cum ſaltu provolarent, & tripudiantes in clypeum aſſurgerent. Gloſſæ veteris Grammatici: ὁπλορχίσται οὓς καλοῦσιν ἀρματοῦρας, οἱονεὶ εἰσὶν οἱ μεθ' ὅπλων ὀρχούμενοι. quod autem præcipua pars & ars exercitii armorum in ſcuto ſcire tractando, quo & ſe protegerent, & ictus caute exciperent, poſita eſſet, ideo armorum ſcientia hæc appellata eſt, & armorum peritus, qui illam teneret, & armis exercere dictus eſt, qui illi exercitationi ſtuderet. natura enim prius eſt ſe ac ſua tegere & tueri, quam alium petere aut ferire. arma vero de ſcuto vel clypeo proprie dicta. Hinc *arma tractare* de hoc exercitii genere dixere Spartianus & Seneca. Vegetius, *ſcutum tractare: ut tiro diſceret ſcutum tractare, & obliquis ictibus venientia tela deflectere.* Auctor Panegyrici ad Piſonem *arma rotare* dixit:

Arma tuis etiam ſi forte rotare lacertis,
Inque gradum clauſis libuit conſiſtere membris,
Et vitare ſimul, ſimul & captare petentem.

At Vegetius *ſcutum rotare* dixit de eodem exercitii genere, lib. II. cap. XIV. *præterea ſicut centurio eligendus eſt qui ſit magnis viribus & procera ſtatura, qui haſtas vel miſſibilia perite jaculetur & fortiter,*

[1] Venatu frequentiſſimè [2] leonem manu ſua occidit. [3] venando autem [4] jugulum & coſtam fregit. venationem ſemper cum amicis participavit. [5] In convivio tragœdias, comœdias, [6] Atellanas, ſambucas, lectores, poëtas, pro re ſemper exhibuit. [7] Tiburtinam villam mirè exædificavit, ita ut in ea & provinciarum & lo-

ter, qui dimicare gladio & ſcutum rotare doctiſſime noverit, qui omnem artem didiceris armatura. vel hic locus poſſit evincere diverſum eſſe armorum exercitium à pili jaciendi exercitatione. itaque verbum non addam.

CASAUBONUS.

1 *Venatus freq.*] Membranæ, *venatus*, θηρεύοντες, meliùs *venatu*, ἐν θήρᾳ.

2 *Leonem manu ſua occidit.*] Ut illum qui tot annos Africæ tractum Alexandriæ vicinum vaſtaverat. Athenæus libro xv. de corona Antinoea loquens hiſtoriam narrat. occidit & aprum in venatu maximum, & quidem μιᾷ πληγῇ inquit Dio.

3 *Venando autem jugulum & coſtam fregit.*] Robertus Bon. pro *jugulum* ſcribit *gulam*. Sed *jugulum* eſt κλεὶς; ut apud Celſum libro VIII. capite, de juguli fracti curatione. Dio de Hadriano, τὴν κλεῖν ἐν θήραις κατέαξε. Regius vero pro *coſtam* ſcribit *coxam* rectè. nam ita & Dio, καὶ τὸ σκέλος μικροῦ ἐπηρώθη.

5 *In convivio tragœdias com.*] Hoc quoque ſpecimen morum habet: vide Suetonium in Auguſto, capite LXXIV. Pro *Attellanas, ſambucas*, eſt in aliis *Attellana ſambucas*. illuſtriſſimo Scaligero placebat, *Attellanas Ambubaias*.

7 *Tiburtinam villam mirè exædificavit.*] Apparet è ruderibus; quæ miri operis hodièque teſtes eſſe, docti viri ſcribunt in Italiæ ſuæ deſcriptione.

GRUTERUS.

4 *Jugulum & coxam fregit.*] Eſt à codice Regio, quem ſublevat Palatinus, in quo ſuperſcriptum. aliter legi *coſſam*. habebat autem vulgatum illud *coſtam*, in textu.

SALMASIUS.

1 *Venatu frequentiſſime leonem manu ſua occidit.*] Conſentiunt libri noſtri in eam lectionem, quam in ſuis reperiebat Caſaubonus; *Venatus frequentiſſime leonem manu ſua occidit.* illud *venatus* neſcio an poſſit eſſe, inter venandum vel cum venaretur. quod ut ſit, librorum auctoritate moveor. nec enim *venatu* per ſe probum eſt. dicendum enim eſſet *in venatu*.

4 *Jugulum & coſtam fregit.*] *Coſta* irrepſit pro antiquitus ſcripto, *coſſa*. nam ita Palatinus ad oram adſcriptum habuit. *coſſa* pro *coxa*. inde noſtrum *cuiſſe*. *coſſa* igitur vel *coxa* legendum ex Dione qui μηρὸν habet.

6 *Atellanas, ſambucas, lectores.*] *Sambucæ* heic non ſunt inſtrumenta illa muſica vulgo nota, ſed muſicariæ mulieres, quæ illo inſtrumento ludere ſciunt. *Sambucum* enim Latini dixerunt pro *ſambucicine*, vel ſambuciſta. ſic *pandurum* pro pandurizatore. Heſychius: πανδοῦρος ἢ πανδουρὶς ὄργανον μουσικόν, πάνδουρος δὲ ὁ μεταχειριζόμενος τὸ ὄργανον. Martianus Capella de nuptiis philologiæ lib. IX. *Pſaltas, cordaciſtas, ſambucos, hydraulas, per totum orbem ad commodum humanæ utilitatis inveni.* ſambuci, ut panduri. ſic ſambucæ heic ſunt ſambuciſtriæ. Perperam igitur emendant viri docti, *atellanas, ambubaias*. Gloſſæ manuſcriptæ: *ſambucus, hiſtrio, ſaltator.*

 1 *Velut*

& locorum celeberrima nomina inſcriberet: [1] velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, [2] Pœcilen, Tempe vocaret. [3] Et ut nihil prætermitteret, etiam

1 *Velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.*] *Lycium* & *prytanium* hoc loco veteres. ſic *topium* & *muſium*, & *nymphium* dixere.

2 *Pœcilen Tempe vocaret.*] Idem veteres ſcriptum habent. *picilen* pro pœcilen. quam ſcripturam etiam ſervavit editio Mediol. nec aliter illa ætate ſcribebant. *picile*, ποικίλη. ſic *Mira* Sidonio Apollinari ſunt Μοῖραι. & *hecatombion*, ἑκατόμβοιον. ſic *ſolicismus* Auſonio, σολοικισμός. quod non verſus gratia ab illo uſurpatum eſt, ſed uſitatiſſimam in illa ætate ſcribendi rationem ſequutus eſt. nunquam enim aliter ſcriptum inveni in vetuſtiſſimo libro Rhetorices ad Herennium qui ſervatur in Bibliotheca Puteanorum. in eodem *Synaliphe* ubique ſcriptum fuit, pro *Synalœphe*. ſic *metici* pro *metœci*, μέτοικοι apud Sidonium Apollinarem. & apud Frontinum de coloniis: in Teano Sidicino: *ager ejus metricis in omnibus eſt aſſignatus.* Legendum: *ager ejus militibus meticis in nominibus eſt aſſignatus.* & alibi paſſim apud eundem ſcriptorem. *cimiterium* in vetuſtis martyrologiis pro *cœmiterium*. & quod magis mireris, *aulidus* pro *aulœdus* apud Capellam. & *melidia*, *melodia*: *nec mora & ecce quædam ſuavitas intentata aulidæque dulcedinis cantus ac melidiæ ultra cuncta rerum oblectamina recipientes.* ſic enim ex veteri Puteanorum libro reſtitui, cum vulgo legatur, *aulicæque dulcedinis*. atqui ab αὐλὸς αὐλικὸν non formant Græci, ſed ἀπὸ τῆς αὐλῆς. ſic *aulida ſuavitas* apud eumdem paulo poſt: *Iſciadæ quis neſciat expelli aulida ſuavitate?* ubi etiam perperam hodie excuſum eſt, *aulica ſuavitate.* *aulida* igitur eſt *aulœda*. ſic *tragidi* pro *tragœdis*. Gloſſæ: *tragidi*, τραγῳδοί. hujus ſcripturæ ignoratione corruptus inſigniter Vegetius *de re veterinaria* ubi de Syrmaticis equis agit: *Syrmaticum*, inquit, *jumentum his agnoſcitur ſignis: prodiens de equili vel de loco ubi ſteterit, coxam trahit, & tranſverſam ungulam inflexis coronis terræ ſuperimponens oſtendit, & Syrmaticum & ragidorum paleis quæ trahuntur, dicitur.* lege: *& Syrmaticum è tragidorum palliis quæ trahuntur, dicitur.* de ſyrmate tragœdorum notum illud,

-- traxitque vagus per publica veſtem.

Sic *Idipus* in veteri epigrammate prima brevi pro *Oedipus*. de Sphinge:

Hæc fecit thalamos Idipum conſcendere matris,
Ut prolem inceſtam mutua dextra necet.

Ita enim ſcriptum legi in optimo & vetuſtiſſimo exemplari. pro quo vulgo edidere:

Hæc fecit thalamo Oedipum concedere matris.

Eodem libro auctore reſtituenda hæc ſcriptura in vetuſto poëmate de coco & piſtore:

Ungellam Idipi, Sycotum pono Promethei.

Perperam editum eſt, *Hedyppi*. *Idipi* pro *Oedipi*. ſic *Inomaus* in veteribus libris apud Caſſiodorum pro *Oenomaus*.

3 *Et ut nihil prætermitteret, etiam inferos finxit.*] Νεκυίαν Homericam heic intelligit vir doctus, penicillo vel aliter expreſſam. mihi non videtur de ſola pictura accipiendum. nam cum Spartianus dicat villam Tiburtinam miris operibus ab Hadriano fuiſſe extructam & ornatam, ita ut & Academiam, & Lyceum & Prytaneum & Canopum & Tempe ad imitationem celebrium illorum locorum ibidem exædificaverit, & ne quid prætermitteret, inferos etiam finxerit; minime pictos inferos intelligere debemus, & penicillo expreſſos, ſed locum quemdam in ea villa ædificatum

[1] etiam inferos finxit. Signa mortis hæc habuit: Natali ſuo ultimo quum Antoninum commendaret, [2] prætexta ſponte delapſa caput ei operuit. Annulus in

tum ad exemplum inferorum, ut ibi eſſent omnia quæ apud inferos eſſe dicuntur, Elyſii campi, Styx, Acheron, & cætera quæ de inferis memorantur. quemadmodum enim & Academia & Lyceum & Canopus loca erant in ea villa ſic extructa, ut Academiam vere referrent, & Canopum & Lyceum, idem quoque de inferis quos ibidem finxerat, ſentiendum.

CASAUBONUS.

1 *Etiam inferos finxit.*] Νεκύιαν, ut puto, Homericam vel penicillo pingendam curavit, vel aliter exprimendam. In prætoriis ſuburbanis procerum Pariſienſium vidimus theatrum, Circum, & totum ludorum veterum omnis generis paratum, Romanam item aciem, & alia quàm plurima ex antiqua hiſtoria aut fabulis poeticis, mira induſtria ab artifice topiario, acantho, buxo, humilibuſque & retonſis manu arbuſculis effigiata.

GRUTERUS.

2 *Prætexta ſponte delapſa caput ei aperuit.*] Eſt à conjectura Lipſii noſtri, probata etiam aliis, & à ratione. nam & Pal. noſter adſtipulatur vulgato, *operuit*.

CASAUBONUS.

2 *Prætexta ſponte delapſa caput ei operuit.*] Ridicula ſcriptura: quam tamen omnes libri retinent. Delabi dicuntur quæ ex ſuperiore loco in inferiorem cadunt. ubi igitur prætexta hæc fuit cùm in Hadriani caput delabens, illud operiret? nam in ſimili hiſtoria apud Vopiſcum, nihil mirum eſt pallium purpureum in Aurelianum decidere, ut humeros ejus tegeret: erat enim ſuſpenſum, & ut ait auctor, *in honorem ejus expanſum*. Hic verò nulla eſt ratio. ſed ſcripſerat Spartianus, *aperuit*. quod, ut poſtea obſervavimus, etiam eruditiſſimus Lipſius ante nos vidit. Die natali vota faciebant pro ſua & ſuorum ſalute, eumque diem cognati & propinqui communi religione concelebrabant. Extat Hadriani ſchedium, die ejus natali ad matrem miſſum: quo ipſam & ſorores ſuas invitat ad cœnam; ut communibus votis pro mutua ſalute deos orent. Sed ipſa Hadr. verba ſubjiciam: ſunt enim venuſta. Χαῖρε μῆτερ καλλίστη καὶ τιμιωτάτη. ὅσα γὰρ σὺ θεοῖς εὔχῃ ὑπὲρ ἐμοῦ, κἀγὼ τὰ αὐτὰ ὑπὲρ σοῦ εὔχομαι· ἡ γὰρ σὴ εὐσέβεια καὶ σεμνότης πάντα ποιεῖ. .... χαίρω δὲ νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὅτι τὰ ὑπό μου γενόμενα, πάντα σοι ἀρεστά εἰσι, καὶ ἐπαινετά. Οἶδας οὖν μῆτερ τὴν σήμερον ἡμέραν γενέθλιόν μου εἶναι, καὶ ὀφείλομεν κοινῇ δειπνῆσαι· ἐὰν θέλῃς οὖν συνεορτάζειν μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου λελουμένη ἔρχου. Σαβῖνα γὰρ εἰς ἀγρὸν ὥρμησεν· ἀλλὰ συνείδεν αὐτῇ ἔπεμψεν. βλέπε οὖν ἵνα τάχιον ἔλθῃς, ἵνα δυνησώμεθα τὴν δικταίαν εἰς ἓν θρησκεῦσαι. Appoſuimus defecti codicis notam poſt ποιεῖ; nam ſcribendum, πάντα ποιεῖ καλῶς, aut tale quid. pro αὐτῇ ἔπεμψε, malebam, αὐτῇ πέμψομεν: nam ad abſentes ſuos & neceſſarios amicos mittebant è convivio μερίδας in ſportula. ſed altera lectio fortaſſe melior: quæ ad morem pertinet veterum, mittendi munuſcula amicis, cùm natalem ſuum celebrarent. Ex his intelligimus, quod ait Spartianus, *Natali ſuo ultimo cùm Antoninum commendaret*: id eſt, rem divinam faciens vota pro Antonino, recèns in filium adoptato, nuncuparet, *diis commendare*, vel ἁπλῶς *commendare*, eſt εὔχεσθαι ὑπὲρ τινός. unde

in quo imago ipſius ſculpta erat, ſponte de digito delapſus eſt. Ante diem natalis ejus, neſcio quis ad ſenatum ululans venit: contra quem Adrianus ita motus eſt, quaſi de ſua morte loqueretur, quum ejus verba nullus agnoſceret. Idem quum vellet in ſenatu dicere, [1] *Poſt filii mei mortem*, *Poſt mortem meam* dixit. Somniavit præterea ſe à patre potionem ſopori-
27 feram impetraſſe. Item ſomniavit à leone ſe oppreſſum eſſe. In mortuum eum à multis multa ſunt dicta. Acta ejus irrita fieri ſenatus volebat: [2] nec appellatus eſſet divus niſi Antoninus rogaſſet. [3] Templum denique ei pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit, [4] & quinquennale

eſt, *natalem alicujus commendare.* Spartianus in Geta: *cum infantia Getæ natalem Severus commendare vellet.* Lampridius in Alexandro, *cùm ejus natalem aruſpices commendarent.* ibidem, *cùm natalem diem commendaret hoſtia effugit.* Solitos Romanos cùm ſacra facerent lacinia togæ ſive prætextæ caput velare, ne tirunculi quidem neſciunt. Alibi dicebamus caducum auſpicium appellaſſe veteres, & peſſimi ſemper ominis loco habuiſſe, ſi quid inter ſacrificandum cecidiſſet: ſicut hìc prætexta de capite delabitur, & de digito annulus. nam hæc duo omina ſimul videntur fuiſſe oblata.

GRUTERUS.

1 *Poſt filii mei mortem, Poſt mortem meam dixit.*] Pal. non agnoſcit dictionem *mortem*, ſecundo loco poſitam, rectè.

CASAUBONUS.

2 *Nec appellatus eſſet divus, niſi Antoninus r.*] Hic quoque ægre impetravit. vide Aurelium Victorem. *Divus* eſt ἀποθεωθεὶς: ſed Græci θεὸς ſæpe vertunt: alii θεῖος aut θειότατος. Juſtinianus aliter expreſſit: Ἀδριανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως.

3 *Templum denique ei pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit.*] Etiam Romæ poſtea templum illi conſtitutum. Capitolinus in Vero, *Antoninus Pius ea occaſione quia patris templum dedicabat, populo liberalis fuit.*

4 *Et quinquennale certamen.*] Pialia intelligit, ſive Εὐσέβεια, ab Antonino Pio in patris honorem Puteolis, ut ait Spartianus, inſtituta. Artemidorus libro primo, capite XXVIII. εἶδέ τινα σταδιέα, ὃς μέλλων ἀγωνίζεσθαι Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ἐπὶ τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ, ἔδοξε τυφλὸς γεγονέναι. Mentio hujus agonis in vetere inſcriptione Græca: ubi nobilis agoniſta & palmarum quàm plurimarum, ludos unde præmia reportarat enumerans, viciſſe ait ΕΥΣΕΒΕΙΑ. ΕΝ. ΠΟΤΙΟΛΟΙΣ. ΔΙΣ. Idem agon in ſaxo Melphæ eruto, & *ſacrum certamen* nominatur & *iſelaſticum*. etſi vitioſe ſculptum, *ſelaſticum.* εἰσελαύνειν proprium eſt hieronicarum verbum, ut dicebamus ad Athenæum lib. XV. cap. XVII. ita accipiendum id verbum, (dicam hoc obiter,) apud Juſtinum Martyrem in epiſtola ad Zenam & Serenum: ubi loquens de ſtrenuis ignaviſque in pietatis ſtudio athletis, οἱ μὲν, inquit, εἰσελάσαντες εἰς τὴν ἡτοιμασμένην πόλιν τοῦ πατρὸς γέρας αἰώνιον μεταλήψονται). τοῖς δ' ἀποθνήσκουσι διὰ τὸ ἐν-

nale certamen, [1] & flamines & ſodales, & multa alia [2] quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent. [3] Quare, ut

τῆς ἐνταῦθα τρυφῆς (malè vulgo τροφῆς) τῆς κατ' ἀλήθειαν ἀπολαύσεως μὴ μεταλαμβάνειν. apud Chryſoſtomum homilia x. in poſteriorem ad Corinthios, εἰσελαύνειν dicitur Rex, qui in aliquam urbem magna pompa, & ſpecie invehitur: quod ſermo Gallicus dicit, *faire ſon entrée*. Eſt ergo certamen *iſelaſticum* ſive *ſelaſticum*, cujus victores eos honores conſequebantur, qui Hieronicis exhibebantur. Inſcriptio ſaxi Melphenſis eſt hæc:

IMP. CÆSARI.
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVÆ. PRONEP.
T. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AUG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V.
IMP. II. COS. III. P. P.
CONSTITUTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI
SOCII. LICTORES. POPULARES
DENUNCIATORES. PUTEOLANI.

SALMASIUS.

4 *Et quinquennale certamen.*] Εὐσέβεια vel Pialia intelligit, agonem ſacrum in honorem Hadriani Puteolis ab Antonino Pio conſtitutum. & mirum non Ἀδριανεῖα potius dictum eſſe certamen illud ab ejus nomine, cujus honori dicabantur, quam Εὐσέβεια, de conſtitutoris nomine. ſic quinquennalem agonem in honorem Auguſti inſtitutum Neapoli, Σεβαστὰ appellaverunt. Sic Ἀντινόεια Hadrianus ab Antinoo appellavit. & ſic ſemper in omnibus obſervatum, ut nomen ejus ferrent illa ludicra cujus memoriæ & honori conſecrabantur. Iſelaſticus autem fuit ille agon Puteolanus. quo nomine celeberrimis & antiquiſſimis Græciæ certaminibus adæquatus eſt. ſola enim iſelaſtica olim fuere, Olympia, Nemea, Pythia, Iſthmia. & ſciendum eſt in omnibus ſacris certaminibus qui coronabantur, Hieronicas: non tamen omnia ſacra certamina iſelaſtica fuiſſe. qui in iſelaſticis vicerant, præter honorem εἰσελασίας, perpetuum ſtatutum vectigal e publico percipiebant. Imperatores vero Romani multos agones pro arbitrio ſuo faciebant iſelaſticos, qui antea non fuerant, & præmia vel obſonia conſtituebant athletis qui eos agones vicerant. alios vero qui iſelaſtici fuerant, ut ne amplius eſſent, lege ſanciebant. & ſic pro ſua libidine ſacrorum certaminum jus & conditionem mutabant in Sibyllæ carminibus,

— μέγας γὰρ ἀγὼν εἰσελαστικὸς ἔσται.

In lapide Melphenſi *ſelaſticum* ſcriptum eſt pro *iſelaſticum*. nec ſculptoris vitium eſt, ſed ſcribendi pronuntiandique uſus. ſic πιτίμια pro ἐπιτίμια apud Heſychium, & πίυρος pro ἐπίυρος. ῥύσιμον pro ἐρύσιμον. ῥωδιὸς pro ἐρωδιός. ῥίτζιος pro ἐρίτζιος apud recentiores Græcos: ita enim Ericium appellaverunt. ſic σπάνιαν pro ἱσπανίαν dixere & ſcripſere. σχιάδα pro ἰσχιάδα. hinc σχίαια κόμματα in optimo Gloſſario pro ἰσχίαια. ſic *ſtrix* eſt *hiſtrix*. unde *ſtriculus* apud Arnobium pro *hiſtriculus*. ſtrionem pro hiſtrione Iſidorus & Gloſſæ veteres: *Strio, mimarius, ſcenicus*. ſic alia μυρία, de quibus nos alibi.

CASAUBONUS.

1 *Et flamines & ſodales.*] In antiquis inſcriptionibus ſæpius leges, *flamen Hadrianalis*: invenies etiam, *ſodalis Hadrianalis*.

2 *Quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent.*] In regio non habetur τὸ *quaſi*, & videtur vox adjecta à pio aliquo, qui ridiculam impietatem deos facientium de mortuis hominibus impatien-

ut ſuprà dictum eſt, [1]multi putant ob hæc Antoninum Pium dictum.

patienter ferret. nam veteres quos ſemel conſecraverant, non quaſi deos, ſed verè deos haberi poſtularunt, & coli. Sequens quoque periodus è regio eſt integrata.

GRUTERUS.

1 *Quâ re, ut ſupra dictum eſt, multi putant, Antoninum Pium dictum.*] Expreſſi quod erat in Palatino. vulgati amplius: *Quare, ut ſupra dictum eſt, multi putant ob hæc Antoninum, &c.*

SALMASIUS.

1 *Multi putant ob hæc Antoninum Pium.*] *Ob hæc* non legitur in ſcriptis libris, nec editione prima. & ſane abſque illis etiam conſtat ſenſus: *quare ut ſupra dictum eſt, multi putant Antoninum Pium dictum.* *quare*, id eſt ob quam rem. ſic in Marco Philoſopho: *filio Commodo togam virilem dedit, quare populo congiarium dedit.* & alibi paſſim.

ÆLII

ÆLII SPARTIANI
ÆLIUS VERUS
AD
DIOCLETIANUM AUG.

Diocletiano Aug. [1] *Ælius Spartianus ſuus Sal.*

IN [2] animo mihi eſt, Diocletiane Auguſte, 1
[3] tot principum maxime, [4] non ſolùm eorum [5] qui principem locum [6] in hac ſtatione quam temperas, [7] retentarunt, [8] ut uſque ad

CASAUBONUS.

1 Æ*Lius Spartianus ſuus ſ.*] Ὁ αὐτοῦ ἴδιος, ut jam expoſuimus. Sic Eutropius in epiſtola ad Valentem, ſed aliter: non enim epiſtolæ nomen ſuum præſcripſit, ſed in ima cera, more, qui hodie obtinet, ſubſcripſit hoc modo, *Eutropius* V. C. *peculiariter ſuus.* id eſt veſtræ clementiæ peculiaris ſervus, aut domeſticus. hoc enim eſt τὸ *ſuus*: ut rectè obſervat magnus Cujacius.

2 *In animo mihi eſt Diocletiane Aug.*] Aliis verbis idem planè Vulcatius Gallicanus: *Propoſui Diocletiane Auguſte, omnes qui imperatorum nomen ſive juſtè, ſive injuſtè habuerunt, in litteras mittere.*

3 *Tot principum maxime.*] Abeſt vocula *tot* à regio: in qua tamen præcipua vis eſt hujus adulationis. in Nigro, *Diocletiane maxime Auguſtorum.*

5 *Qui principum locum.*] Scribo, *principem l.*

6 *In hac ſtatione quam temperas.*] Id eſt, imperatoriæ. in Commodo, *in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant.* alibi vocatur, *ſtatio regia.* alia eſt *ſtatio Cæſarum*, apud Capitolinum in hujus Veri filio.

7 *Retentarunt.*] Severus in epiſtola ad Albinum, *Tu velim exercitus Reip. ac nobis retentes.* Aurelius Victor, *liberis Cæſarum nomina diverſa retentantibus.* idem, *Cætera Valerius retentavit.* ſic apud eundem, *afflictare,* & *reductare.*

8 *Ut uſque ad divum Hadrianum feci.*] Ab ipſo Julio Cæſare: nam inde erat orſus Spartianus, ut in fine hujus ſcribit.

GRUTERUS.

4 *Non ſolum eos, &c.*] Eſt à regio & Pal. codd.

SALMASIUS.

5 *Qui principum locum.*] Omnino legendum eſt, *principem locum*: atque ita excudi voluimus. Tacitus lib. 11. Annal. *adeo neminem iiſdem in terris ortum qui principem locum impleat.* vulgo, *principis locum.* ſed ibi ſcripti codices, *principem locum* habent. & recte. Ammianus Marcellinus lib. XIV. *eo neceſſitatis adductus, ultimaque ni vigilaſſet operiens, principem locum ſi qua patuiſſet copia affectabat.* alibi *principalem locum* pro eodem dixit: *velut Sylvano rogante verbis obliquis, orantéque amicos agentes intra palatium, vel privatos inter quos & Thuſcus erat Albinus, aliique plures, ut ſe ab-*

ad divum Adrianum feci, ſed illorum etiam qui vel Cæſarum nomine appellati ſunt, nec principes aut Auguſti fuerunt, vel quolibet alio genere aut in famam aut in ſpem principatus venerunt, [1] cognitioni numinis tui ſternere: quorum præcipuè de Ælio Vero dicendum eſt, [2] qui [3] primus tantùm *Cæſaris* nomen accepit, adoptione Adriani [4] familiæ principum adſcriptus. Et quoniam nimis [5] pauca dicenda ſunt, [6] nec debet

ſe altiora captantem, & propediem loci principalis petiturum juvarent. ita nos emendavimus ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ, cum vulgo legatur corruptiſſime, *ſoliuet principis editurum.* item lib. XVI. *inſtabatque ei, ſtrepens immania comes Veriſſimus nomine, arguens coram quod à Gregorio ad magnum militiæ culmen evectus, hoc quoque non contentus ut parvo, locum appeteret principalem.*

CASAUBONUS.

1 *Cognitioni numinis tui ſternere.*] Edidimus quod in regiis membranis invenimus. Alii libri, *cognitionem numinis tui ſternere.* neutrum ſalva Latinitate ferri poteſt, ſervata in ſuperioribus edita lectione. Sed ibi legendum ex codice regio, ſic, *non ſolùm eos qui, &c. ſed illos etiam qui, &c. cognitioni numinis tui ſternere.* atque ita voluimus editum: ſed aliud agentes nos fugit hic locus. Ferri & vulgata poteſt, ſi ſcribas, *cognitionem numini tuo ſternere.* eàdem ſententià. *Sternere* pro referre in literas, & hiſtoriæ inſerere: ut apud Græcos καταστρωννύειν, apud vetuſtiores καταχωρίζειν.

2 *Qui primus tantùm.*] Regius, *qui primus Cæſaris tamen n. a.* Mox, *tantùm Cæſar eſt app.*

4 *Familiæ principum adſcriptus.*] Reg. *adſcitus.* nihil mutandum. mox dixit pro eodem *tranſcriptus.*

5 *Pauca dicenda ſunt.*] Reg. *pauca ad hoc dic.* Scribe, *pauca de hoc d.*

GRUTERUS.

3 *Primus tantum.*] Ita planè Pal. alii vocem *primus* non habebant.

SALMASIUS.

4 *Familiæ principum adſcriptus.*] Non damno quidem, *adſcriptus.* ſed *adſcitus* magis probo, quo frequentius in hac re Spartianus uſus & reliqui. infra in vita Marci: *tantum autem ſtudium in eo Philoſophiæ fuit ut adſcitus jam in imperatoriam dignitatem tamen ad domum Apollonii diſcendi cauſa veniret.* ſic & alibi ſæpius.

6 *Nec debet prologus enormior eſſe quam fabula.*] Proverbium eſt: *Prologus fabula longior:* πρόλογος δράματος μακρότερος. ex hoc autem loco licet conjicere quam non optimi fuerint illi libri quibus uſus eſt præſtantiſſimus vir Iſaacius Caſaubonus in his authoribus emendandis. præferunt enim, *moroſior,* quod in optimo Palatino correctionis vicem additum repperimus. is enim in contextu habebat *mormior:* pro quo ſcioli corrigebant, *moroſior.* at *mormior* eſt pro *inormior.* non enim aliter tunc temporis ſcribebant: *inormis* & *inorme* pro *enorme.* ideoque primam ejus vocis ſyllabam temporis illius poëtæ correptam efferebant, quæ longa manſiſſet, ſi per *e* ſcriberetur. dicebant igitur *inormis,* ut *inanis,* & ſimilia. quod apud Prudentium bis aut ter poſitum, haud pridem ex vetuſtiſſimis libris obſervabam. ſed nunc in promptu non ſunt loca. ſic *inervare* pro *enervare,* prima ſyllaba correpta. idem Prudentius in hymno poſt jejunium:

Humor in venis dominetur ægrum
Corpus inervans.

& lib. II. contra Symmachum:

—*ſub*

debet [1] prologus enormior eſſe quàm fabula, de ipſo jam loquar.

CEJONIUS COMMODUS, [2] qui & ÆLIUS 2
VERUS appellatus eſt, quem ſibi Adrianus ævo ingraveſcente morbis triſtioribus preſſus, peragrato jam orbe terrarum adoptavit, nihil habet in ſua vita memorabile [3] niſi quòd tantùm *Cæſar* eſt appellatus: non

--ſub quo generoſa probatrem
Pectora, ne torpens & non exercita virtus
Robur inervatum gereret ſine laude palæſtræ.

Ita enim vetus liber. Aldelmus de laudibus virginum:

--flammis combuſſit inermem.

ſic enim etiam in veteri libro ſcriptum erat.

CASAUBONUS.

1 *Prologus enormior e. quam fabula.*] Regius & Puteani, *moroſior*. quaſi moroſus, prima correpta, etiam à mora diceretur, ut à moribus. Ego rectum eſſe non ambigo, quod eſt editum. Propriè *enorme*, quod non exactum eſt ad amuſſim, nec bene quadrat, *τὸ μὴ κατὰ στάθμην ἰθυνθέν*. dicitur *enorme* & quod eſt *ἀσύμμετρον*: etſi autem brevitate non minus quàm prolixitate aut longitudine corrumpitur *ἡ συμμετρία* & commenſus exactio: uſu tamen Latinè loquentium, *enorme* id dicimus, quod longius eſt quàm par ſit.

3 *Niſi quod tantùm Cæſar eſt appell.*] Regius, *niſi quòd primo tantùm C.* ſcribe *primus*. Duo obſervanda notat in Vero; quòd Cæſar tantùm fuerit: cùm antè imperatoribus hoc nomen eſſet proprium. Tunc primùm enim novum genus honoris in Remp. inductum, ut eſſent CÆSARES, velut candidati quidam imperii, & deſignati ejus heredes. Eadem olim Auguſti mens, cùm Cajum & Lucium ſuos, PRINCIPES IUVENTUTIS voluit appellari. ſed Auguſtus more ſuo in re nova uſitatum etiam libera Rep. titulum uſurpavit: pari civilitatis ſtudio, atq; titulum PRINCIPIS SENATUS ipſe ſibi vindicavit. Sanè M. Tullius in ea in Vatinium C. Curionem principem juventutis nominat: & ſimiliter Brutum in epiſtola ad Appium Pulchrum. Alterum hic notandum monitu Spartiani, ex lectione regia, quòd primo Vero hic titulus & honos eſt delatus; nam Aurelius Victor, qui Hadrianum primum Cæſarem fuiſſe dictum à Trajano ſcribit, palam errat. Porro huic Vero ſimul cum appellatione Cæſaris tributa eſt facultas utendi coccinei pallii præſente Hadriano: & purpura etiam, ſed ſine auro. cujus antiquitatis auctor nobis Commodus imperator in epiſtola ad Albinum.

SALMASIUS.

2 *Qui & Ælius Verus.*] *Helvius* pro Ælius Palatinæ Bibliothecæ liber. magis etiam mirificum quod in excerptis habetur: *Heiioverus*.

3 *Niſi quod tantum Cæſar eſt appellatus.*] Adducit ex ſuis vir doctiſſimus: *niſi quod primo tantum Cæſar eſt appellatus*, quod noſtri non agnoſcunt. Ex qua lectione conjecturam ducunt legendum: *quod primus tantum Cæſar.* quod nos non ſequimur. Hac enim lectione delendum eſſet, *tantum*: ut hoc diceret: hoc memorabile vitam habuiſſe Ælii Veri, quod primus Cæſar eſſet adoptione appellatus. Non enim hoc voluit Spartianus: ſed nih il extare in vita Ælii Veri memoratu dignum,

non teſtamento, ut antea ſolebat, neque eo modo quo Trajanus eſt adoptatus; ſed eo propè genere quo noſtris temporibus à veſtra clementia [1] Maximianus atque Conſtantius Cæſares dicti ſunt: quaſi quidam principum filii viri, & deſignati auguſtæ majeſtatis hæredes. Et quoniam de *Cæſarum nomine* in hujus præcipuè vita eſt aliquid diſputandum, [2] qui hoc ſolum [3] nomen adeptus eſt, Cæſarem, vel ab elephanto ([4] qui lingua Maurorum *caſa* dicitur) in prælio cæſo,

eum

gnum, niſi quod tantum Cæſar eſt appellatus. non enim ad imperatoriam pervenit dignitatem, ſed in Cæſariana dignitate manſit. ſic etiam paulo poſt loquitur: *Et quoniam de Cæſarum nomine in ejus præcipue vita eſt aliquid diſputandum, qui hoc ſolum nomen adeptus eſt.* de Ælio enim Vero loquitur, qui tantum Cæſar eſt appellatus, quemque adeo dicit nihil de ſe memoria dignum dare, quam hoc, quód ſolum nomen Cæſaris habuit. Dubium autem non eſt quin Hadrianus primus omnium eo modo adoptatus ſit à Trajano quo ipſe adoptavit hunc Ælium Verum. ideo Spartianus in ſubditis ſic loquens; *Cæſar eſt appellatus non teſtamento ut antea ſolebat, neque eo modo quo Trajanus eſt adoptatus, ſed eo prope genere, &c.* de Hadriani adoptione reticet. Nec enim Adrianus eſt adoptatus niſi in ſpem imperii: nec appellatus eſt imperator ante exceſſum Trajani. ſed propter breve ſpatium quod ceſſit inter adoptionem & Trajani obitum, utraque pæne tempora conjuncta videntur. Trajani etiam adoptio non diverſa fuit ab illa Hadriani, nec ab utriuſque adoptione hæc Ælii Veri: niſi in hoc tantum diverſam eſſe quis dicat, quod Ælius Verus Cæſar eſt appellatus. Quidam etiam tradiderunt Hadrianum non adoptatum à Trajano, ſed teſtamento heredem regni inſtitutum. Aurelius Victor in Hadriano: *Ab hinc diviſa nomina Cæſarum atque Auguſti, inductumque in rempublicam, uti duo, ſeu plures ſumma potentiæ diſſimiles, cognomento ac poteſtate diſpari ſint. Quanquam alii Plotinæ Trajani conjugis favore imperium aſſcitum putent, quæ viri teſtamento heredem regni inſtitutum ſimularat.* Atque hæc quidem Victor. Notandum igitur, Spartianum dicere non primum quidem Cæſarem, ſed Cæſarem tantum dictum. quod bis dixit. nihil igitur mutandum in vulgata lectione.

2 *Qui hoc ſolum nomen adeptus eſt.*] Palatinæ Biblioth. liber: *indeptus eſt.*

CASAUBONUS.

1 *Maximianus atque Conſtantius Cæſares dicti ſunt.*] Fuerat à Diocletiano aſcitus aute iſtos Maximianus Herculius, ſed in imperatorem: iſti in Cæſares. ille collega & ex æquo particeps imperii: hi in ſpem futuræ ſucceſſionis. quare de his Aurelius Victor, *creatos Cæſares, in affinitatem vocant:* de illo: *Maximianum imperatorem iubet.* eleganter. ſic alibi duobus locis *Cæſarem jubet*, pro creat.

GRUTERUS.

3 *Nomen indeptus.*] Eſt à Palatino. aliæ editiones, *adeptus.*

CASAUBONUS.

4 *Qui lingua Maurorum cæſa dicitur.*] Scribe *cæſar*, ex regio: item ex Servio, cujus verba, *Cæſar vel quòd cæſo matris ventre natus eſt; vel quòd avus ejus in Africa manu propria occidit elephantem: qui cæſar dicitur Pœnorum lingua.* Ego

Spartia-

[1] eum qui primus ſic appellatus eſt, doctiſſimi & eruditiſſimi viri putant dictum: vel [2] quia mortua matre, ventre cæſo ſit natus: [3] vel quòd cum [4] magnis crinibus ſit utero parentis effuſus: vel quòd [5] oculis cæſiis [6] & ultra humanum morem viguerit. Certè quæcunque illa [7] felix neceſſitas fuit, unde tam clarum & duraturum cum æternitate mundi nomen effloruit. Hic ergo

Spartiano potiùs quàm Servio aſſentior, & Mauris, non autem Pœnis *cæſar* dici elephantum exiſtimo: nam Punicam linguam traducem fuiſſe ac propaginem Hebraicæ certiſſimum eſt. Hebræis autem elephas dicitur פִּיל non *cæſar*. etſi non extat in ſacris libris ea vox: ſed nec de elephantis ulla ſatis expreſſa in illis mentio: niſi quòd ſemel occurrit vox שנהבים pro elephantis dente, ſive ebore, quod alibi שן voce ſimplici ſæpe dicitur. Omnes ſanè qui vel Hebraice locuti ſunt, vel quavis alia vicinarum linguarum, quæ ex illa principe fluxerunt, פִּיל elephantum nominant. Arabes quoque פִּיל. Græcorum etiam appellatio & Latinorum inde eſt: nam ἐλέφας literis tranſpoſitis dixerunt pro ἐφιλας vel ἀφιλας, הַפִּיל.

SALMASIUS.

4 *Qui lingua Maurorum Cæſa dicitur.*] Audio quidem doctiſſimum virum *Cæſar* pro *Cæſa* legentem ex Servio: ſed optimorum librorum ſcripturam non diſſimulabo, qui omnes *Cæſai* hoc loco ſcriptum exhibent. ita Palatinus liber: ita Spartiani excerpta. Quærant vero ſi qui profitentur illam linguam ſcire, utrum ſit verius.

CASAUBONUS.

1 *Eum qui primus ſic appellatus eſt.*] Non igitur Julius Cæſar: neque enim primus ille id cognomen apud Rom. aut in gente Julia tulit. in quo tamen multi fœdè ſunt hallucinati, Latini primùm ſcriptores, deinde & Græci.

2 *Quia mortua matre ventre cæſo ſit natus.*] Multorum hæc ſententia. omitto Latinos & Græcos. legi apud antiquiſſimum & primæ notæ ſcriptorem Judæum de Julio Cæſare, קצוצה קראוהו קיסר על שם שהיתה אמו. Cæſarem ideo dixerunt quia fuit ejus mater *Ketſutſa* cæſa.

4 *Magnis crinibus.*] Magna cæſaries. Hanc vocem enim ſpectabant auctores hujus ſententiæ.

5 *Oculis cæſiis.*] Viderimus de primo Cæſare: Dictator verò, *oculis fuit nigris vegetiſque.*

6 *Et ultra humanum morem viguerit.*] Reg. *his & ul.* pro, *& his ultra h. m. v.* probat Cæſarem à colore oculorum ſic dictum, quaſi γλαυκωπὸν: quia præſtantiſſima fuerit oculorum acie. excellunt nempe oculi cæſii: Ideo Minervam. quæ γλαυκῶπις poetæ dicta, Ἀθηνᾶν, quaſi Ἀθρήνην περὶ τὸ ἀθρεῖν volunt dictam. Ex quinto de generatione animalium diſces τὸ γλαυκὸν & in mari & in oculis ſignum eſſe τοῦ διόπτευ καὶ ὀξυκοῦ.

7 *Felix neceſſitas fuit.*] Id eſt, cauſſa. Sed neceſſitas ferè in deteriorem partem capitur.

SALMASIUS.

3 *Vel quod cum magnis crinibus.*] *Magni crines*, magna cæſaries. nam crines ſunt πλόκαμοι. Heſychius: κρωσσεία περικεφαλαία. cæſariem enim Græci, etiam περικεφαλαίαν vocant, hoc eſt crines appoſitos: ſic Latini galeam & galerum, ut alibi docuimus.

ergo de quo ſermo eſt, primùm Lucius Aurelius Verus eſt dictus, ſed ab Adriano aſcitus in Æliorum familiam, hoc eſt in Adriani tranſcriptus, & appellatus eſt Cæſar. Huic pater Cejonius Commodus fuit, quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt: majores omnes nobiliſſimi, quorum origo pleraque ex Hetruria fuit, vel ex Faventia. Et de hujus quidem familia pleniùs in vita Lucii Aurelii Cejonii Commodi Veri Antonini, filii hujuſce, quem ſibi adoptare Antoninus juſſus eſt, diſſeremus. Is enim liber debet omnia quæ ad ſtemma generis pertinent, continere, qui habet principem de quo plura
3 dicenda ſunt. Adoptatus autem Ælius Verus ab Adriano eo tempore quo jam (ut ſuperiùs diximus) parum vigebat, & de ſucceſſore neceſſariò cogitabat, [1] ſtatimque prætor factus, [2] & Pannoniis dux ac rector impoſitus, mox conſul creatus. [3] Et quia erat deputatus imperio, [4] iterum conſul deſignatus eſt. Datum etiam populo congiarium cauſa ejus ad-

CASAUBONUS.

1 *Statimque prætor eſt factus, & Pa.*] Vide quæ de hoc loco tractamus inferiùs, ad vitam divi Veri: habet enim non bene.

2 *Et Pannoniis dux ac rector impoſitus.*] Nummus: L. ÆLIVS. CÆSAR. PANNONIA. S. C.

3 *Et quia erat deputatus imperio iterum conſul deſignatus eſt.*] Ut imperium ſuſcipiens conſulatum ſimul iniret: nam ita fuit moris.

SALMASIUS.

3 *Et quia erat deputatus imperio.*] Optimus liber; *deputans imperio.* quod non pro rejectitio debet eſſe. ſic enim loquebantur illa ætate. poſterior vero ætas etiam ad ſatietatem abuſa eſt illo loquendi genere. *deputans* igitur pro *deputatus.* ſic *nominans* pro *nominatus*, & *loca nominantia* in prologo legis Salicæ: *in loca cognominantia Salechagine Bodogagi e Vuidechami.* ſic *res ſtudentes*, pro *multo ſtudio dignas* Cyprianus dixit. Sophocles, ὁρῶντα πράγματα pro claris & manifeſtis quæ videri poſſint à quolibet:

-- πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν -

Inde paſſim in vetuſtis formulis: *jactante denario*, pro jactato: & *argentum computans* pro computato: hoc eſt numerata pecunia. plura nos alibi obſervamus, etiam ex antiquis & optimis quibuſque ſcriptoribus.

4 *Iterum conſul deſignatus.*] In Hadriano hunc locum ſic expreſſit, *quem prætura honoravit ac ſtatim Pannoniis impoſuit, decreto conſulatu cum ſumptibus, eundem Commodum ſecundum conſulem deſignavit.* Clarius ſic & lucidius. hinc igitur illa lucem debent mutuari.

1 *Col-*

adoptionis, [1] collatumque militibus H-S ter millies, [2] circenſes editi: neque quicquam prætermiſſum quod poſſet lætitiam publicam frequentare. Tantumque apud Adrianum principem valuit, ut præter adoptionis affectum quo ei videbatur adjunctus, ſolus omnia quæ cuperet [3] etiam per literas impetraret. Nec provinciæ quidem cui præpoſitus erat, defuit. Nam bene geſtis rebus vel potius feliciter, etſi non ſummi, [4] medii tamen obtinuit ducis famam. Hic tamen valetudinis adeò miſeræ fuit, ut Adrianum ſtatim adoptionis pœnituerit, [5] potueritque eum amovere à familia im-

CASAVBONVS.

1 *Collatumque militibus* H-S *ter millies.*] *Militibus*, inquit. de militum ergo donativo ſolum loquitur. Quare igitur emendemus? cùm major ſumma quæ alibi expreſſa, etiam populo datum congiarium comprehendat.

2 *Circenſes editi.*] Regius *additi.* Quaſi fuerint Circenſes qui ex alia cauſſa celebrabantur, puta ob natalem principis, aut ludos, ampliati numero vel dierum vel miſſuum. Legas alibi in his libris, *Addidit Circenſes.*

4 *Medii tamen obtinuit ducis famam.*] *Medius* pro mediocris: & *medietas* pro mediocritas etiam apud optimos ſcriptores.

5 *Potueritque eum amovere.*] Regius, *petiveritque.* Magni Turnebi, *voluerit.*

SALMASIUS.

1 *Collatumque militibus* H-S. *ter millies.*] Variat hæc ſumma in Hadriano, ibi enim, *quater millies* ponitur, in verbis Hadriani: *perdidimus quater millies* H-S. *quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Sed ibi populus & milites comprehenſi. heic tantum milites, quibus ter millies donativi pronuntiata eſſe ſcribit. at populi congiarium qua ſumma taxatum fuerit, non dicit. Hac ratione ducta, debebit eſſe millies. ſed quis mihi perſuadeat ſummam quæ militibus donativo ſit data, tanto ſuperaſſe illam quæ pro congiario populo fuit collata? noli igitur dubitare quin & hoc loco quoque ſub hoc ter millies ſeſtertio comprehendat & populum & milites. quod tamen negat vir doctiſſimus. at cur negat? aperte enim in ſequentibus id narrat, ubi profert ad litteram verba Hadriani: *Ter millies perdidimus, quod exercitui populoque dependimus.* ad hoc igitur exemplum puto emendandum illud, *quater*, quod in vita Hadriani habetur, & reſcribendum *ter.* quod duobus locis heic retinetur.

2 *Circenſes editi.*] Falſa eſt Regii codicis ſcriptura, *additi.* nec enim numero dierum ampliati circenſes qui in natali principis vel ob adoptionem edebantur.

3 *Etiam per litteras impetraret.*] Palatinus: *imperaret.*

5 *Potueritque eum amovere.*] Ad oram noſtri codicis adpoſitum, *petiveritque*: quam lectionem in contextu habuerunt Caſauboniani libri. ſic illi pejorem ſemper habuerunt. nec enim heic locum poteſt habere. quid enim id eſt, *petiveritque eum amovere ſi vixiſſet?* Quis non videt ſic mutandam eſſe viſam alicui inepto hanc ſcripturam, cujus elegantiam non capiebat? ſed nec *voluerit* Turnebi placet. dicit igitur Hadrianum potuiſſe amovere Ælium Verum ſi vixiſſet, ob improſperam miſeramque valetudinem. hoc

imperatoria, quum ſæpe de aliis cogitaret, ſi fortè vixiſſet. Fertur denique ab his qui Adriani vitam diligentiùs in literas retulerunt, Adrianum Veri ſciſſe genituram: & eum quem non multùm ad rempublicam gerendam probaret, ob hoc tantùm adoptaſſe, [1] ut ſuæ ſatisfaceret voluptati: &, ut quidam dicunt, jurijurando quod interceſſiſſe inter ipſum ac Verum ſecretis conditionibus ferebatur. [2] Fuiſſe enim Adrianum peritum matheſeos, Marius Maximus uſque adeo demonſtrat, ut eum dicat cuncta de ſe ſciſſe, ſic, ut omnium dierum uſque ad horam mortis [3] futuros
4 actus antè perſcripſerit. Satis præterea conſtat [4] eum de Vero ſæpe dixiſſe:

Oſtendent terris hunc tantùm fata, neque ultrà
Eſſe ſinent.

Quos verſus quum aliquando [5] in hortulo ſpatians cantitaret, atque adeſſet unus ex literatis quorum Adrianus [6] ſpecioſa ſocietate gaudebat, velletque addere:

——— *nimium vobis Romana propago*
Viſa potens, ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Adrianus dixiſſe fertur, [7] *Hos verſus vita non capit Veri.*

illud

eſt fortaſſe fuiſſe amoturum. *κινδυνεύειν* hoc ſenſu uſurpant Græci, quo *potuiſſe* hoc loco Spartianus. *ἐκινδύνευσεν ἂν ἀπωθῆναι αὐτόν.*

3 *Futuros actus ante præſcripſerit.*] Lege. *perſcripſerit*: ex omnibus libris. *perſcribit*, *καταγράφω*, gloſſæ veteres.

CASAUBONUS.

1 *Ut ſuæ ſatisfaceret voluptati.*] Hoc voluit in Hadriani vita tectis illis verbis, *forma commendatum*. Sed vide aliquantò pòſt.

2 *Fuiſſe enim Hadri.*] Reg. *etenim fuiſſe H.* at quoties iſtud Spartiano dictum? Pro *præſcripſerit*, regius *præſcripſit*, non improbem *perſcripſerit*: hoc eſt accuratè & dietim ſcripſerit.

4 *Eum de Vero ſæpe dixiſſe, Oſtendent t.*] Idem Gordianus de filio, ut ſcribit Capitolinus. vide & in Claudio.

5 *In hortulo ſpacians.*] Regius, *in circo.* Sic & Angeli Politiani codices: quod docuit me vir doctiſſimus & meliorum litterarum cognitione inſtructiſſimus, Richardus Thomſon, vetus amicus meus.

6 *Specioſa ſocietate q.*] Simile illi in vita Had. *plebis jactantiſſimus amator.* Utrobique idem vitium notatur: quòd fuerit τὸ δοκεῖν magis quam τὸ εἶναι ſtudioſus.

7 *Hos verſus vita non capit Veri.*] Capitolinus in Vero hujus F. *Non eſt fabula quam Marci non capit vita.* hoc eſt, non patitur credi, ut locutus eſt Vopiſcus in Caro. Juvenalis:

Non capit has nugas humilis domus.

GRUTERUS.

3 *Futuros actus ante perſcripſerit.*] Sic diſerte Pal. non *præſcripſerit.*

1 Cap

illud addens:

> ——— *manibus date lilia plenis:*
> *Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis*
> *His ſaltem accumulem donis, & fungar inani*
> *Munere.*

[1] Quum quidem etiam illud dicitur [2] cum irriſione dixiſſe, *Ego mihi divum adoptavi, non filium.* [3] Eum tamen quum conſolaretur unus de literatis qui aderant, ac diceret; *Quid ſi non rectè conſtellatio ejus collecta eſt* [4] *quem credimus eſſe victurum?* Adrianus dixiſſe fertur, *Facile iſta dicis* [5] *tu qui patrimonii tui non reip. quæris hæredem.* Unde apparet eum habuiſſe in animo alium

1 *Cum quidem etiam illud dicitur, &c.*] Palatinus adſcriptum habet, alias legi, *Eum quidem.*

SALMASIUS.

2 *Cum irriſione dixiſſe.*] *Cum riſione,* Palatinus & editio Mediolanenſis.

3 *Eum tamen cum conſolaretur.*] Idem liber, cum eadem editione: *Nunc tamen cum conſolaretur,* lege: *Hunc tamen cum conſolaretur unus de litteratis qui aderant. Hunc,* id eſt, Hadrianum.

4 *Quem credidimus eſſe victurum.*] Immo, inquit vir eruditiſſimus, *non victurum.* ſic ſane bene eſt ut legitur, nec cenſeo mutandum, aut addendum aliquid negativi. Ex ſua mente & voto ac deſiderio loquitur hic litteratus qui conſolator adſtat Hadriano. Hadrianus quidem ex ſcientia dicebat, Adoptavi mihi divum non filium; de eo quem certo ſciret non eſſe victurum. At hic litteratus conſolandi gratia poſſe fieri dicebat ut ejus conſtellatio male collecta eſſet, quem & vellet vivere, & victurum etiam crederet. quod volumus enim, id libenter credimus. Quid ſi, inquit, male collecta eſt ejus geneſis, quem victurum credimus? Credimus quia optamus, & ideo dubitamus de ejus conſtellatione an recte ſit collecta. non alius eſt hujus loci ſenſus. *colligere* autem *conſtellationem,* etiam dixit Ammianus Marcellinus lib. XXIX. *repellenſque calumnias in cujus interitas, cum objectaretur ei quamobrem conſtellationem Principis collegiſſet, fratrem ſuum fuiſſe valentem dudumque obiiſſe documentorum plena fide monſtrare pollicitus.*

CASAUBONUS.

4 *Quem credimus eſſe victurum.*] Imò verò, *non victurum.* Id enim eſt quod Hadriano dolet. Clariſſimus verò ſenator & eruditiſſimus Paulus Petavius, mutata diſtinctione ſic ſcribebat: *Quid ſi non rectè conſtellatio ejus collecta? Eſt quem credimus eſſe victurum.* duo affert minuendo luctui Hadriani: quorum poſterius in vulgata lectione diſſimulatur. convenientiſſima ſanè conſolanti & meliora ſperare jubenti oratio. At regii mira lectio, quam & Politianus adnotaverat: *credimus eſſe vicarium.* ſed librarii, puto, erratum eſt, aliud nihil.

5 *Tu qui patrimonii tui non Reip. quæris heredem.*] Eſt enim longè aliud ſervulis ſuis dominum, & Reip. principem quærere. Plura in hanc ſententiam Plinius in Panegyrico, & apud Vopiſcum in Tacito Metius Falconius ſenator conſularis, vir ſapientiſſimus.

alium deligere, atque hunc ultimo vitæ ſuæ tempore à rep. ſubmovere. [1] ſed ejus conſilia juvit eventus. Nam quum de provincia Ælius rediſſet, atque orationem pulcherrimam, quæ hodieque legitur, ſive per ſe, ſive [2] per ſcriniorum aut dicendi magiſtros paraſſet, qua Cal. Januariis Adriano patri gratias ageret, [3] accepta potione qua ſe exiſtimaret juvari, Calend. ipſis Januariis periit: [4] juſſuſque ab Adriano, quia vota interveniebant, non lugeri.

5 Fuit hic vitæ lætiſſimæ, eruditus in literis, Adriano (ut malevoli loquuntur) acceptior forma quàm moribus. In aula diu non fuit, in vita privata, etſi minùs probabilis, minùs tamen reprehendendus, ac memor familiæ ſuæ, comptus, decorus,

1 *Sed haud ejus conſilia juvit eventus.*] Mendoſa lectio: nam ſententia tam falſa eſt, quàm quod falſiſſimum. Hadrianus cùm diffideret ingenio Veri aut valetudini, cogitabat alium diligere cùm moreretur: quod tamen invitus, & magnis rationibus, atque adeò, ut videri voluit, amore Reip. coactus, erat facturus. interea moritur Verus: Hadrianus, vitata illa moleſtia quam diximus, fit voti compos. an non igitur ejus voto deus affuit, & conſilia juvit eventus? Pa-xet legendum, *ſed hæc ejus c. j. e.*

2 *Per ſcriniorum aut dicendi magiſtros.*] Quis primùm magiſtros ſcriniorum inſtituerit, nuſquam invenio apud veteres. Hic antiquiſſima eſt ejus dignitatis mentio: nam in priorum temporum hiſtoria mentio horum nulla; in poſteriorum, frequentiſſima Vide in Alexandro Severo: & apud auctores juris.

SALMASIUS.

1 *Sed haud ejus conſilia juvit eventus.*] Immo juvit: eventus enim id præſtitit, quod ipſe in animo habebat facere. Submovit enim à vita Ælium verum quem ipſe ſummovere parabat ab imperio. Reſtituendum igitur ex optimi libri Palatini fide: *ſed ejus conſiliis juvit eventus.* quæ lectio conſervatur etiam in editione Mediolanenſi. ubi notandus eſt ἀρχαϊσμὸς, *juvit conſiliis*, pro juvit conſilia. Antiqui non ſolum *juvare aliquem*, ſed *alicui juvare* dicebant. Apud Plautum in Ciſtellaria; *quando ita tibi juvat, vale.*

3 *Accepta potione qua ſe exiſtimaret juvari.*] In Adriano: *accepto largius antidoto ingraveſcente valetudine, per ſomnum periit, ipſis calendis Januariis.* ubi antidoton pro quavis potione quæ propinatur ægrotis notabis dictum.

4 *Juſſuſque ab Adriano quia vota interveniebant, non lugeri.*] *Juſſus non lugeri*, pro lugeri vetitus. *non jubere* pro vetare frequens in Codice Theodoſiano, & aliis æquævis auctoribus. ſic *non tacere*, pro ſcribere, vel dicere, apud iſtos authores, ut infra notamus. in Hadriano pro non juſſus, poſuit vetitus: *Quare ab Hadriano votorum cauſa lugeri eſt vetitus.*

GRUTERUS.

1 *Sed ejus conſilia juvit eventus.*] Ita proxime Palatinus, *conſiliis* nempe; nam vulgg. prius, *ſed haud ejus conſilia, &c.*

4 Nam

rus, [1] pulchritudinis regiæ, oris venerandi, [2] eloquentiæ celſioris, verſu facilis, in rep. etiam non inutilis. Hujus voluptates ab iis qui vitam ejus ſcripſerunt, multæ feruntur, [3] equidem non infames, ſed aliquatenus diffluentes. [4] Nam tetrapharmacum [5] ſeu potiùs pentapharmacum, quo poſtea ſemper Adrianus eſt uſus, ipſe dicitur reperiſſe, hoc eſt, ſumen, faſianum, pavonem, [6] pernam cruſtulatam, [7] & aprugnam.

[1] De

SALMASIUS

4 *Nam tetrapharmacum ſeu potius pentapharmacum.*] In Hadriani vita tetrapharmacum appellat, & quattuor in illo tantum ſpecies inditas nominat: Faſianum, ſumen, pernam & cruſtulum. Hejc vero etiam Pentapharmacum fuiſſe dicit, & quinque ejus ſpecies enumerat: ſumen, phaſianum, pavonem, pernam, cruſtulatam & Aprugnam. & ita quidem ſi pernam cruſtulatam pro una ſpecie accipiamus, quod vix fieri poſſe arbitror. recte igitur abeſt vox, *pernam*, veteri editioni Mediolanenſi. ſic erunt illa quinque ſpecies, ſumen, faſianus, pavo, cruſtulata, & aprugna. Pavo autem non erat in tetrapharmaco Hadriani. reliquæ quattuor ſpecies inerant. tantum aprunam heic pro perna poſuit. Cruſtulatam autem vel cruſtulatum, quod cum perna jungebatur perperam, pro cruſtulo dixit. Nam *cruſtulum* & *cruſtulatum* vel *cruſtulata* res eadem. Sic *ocellati* pro *ocellis*. Ocellati enim ſunt lapilli qui oculorum ſimilitudinem referunt: ut umbilici, qui umbilicorum. Sic *magiſtrati* pro magiſtris apud Livium: & in libro Agrimenſorum, *Magiſtrati pagorum*, pro Magiſtris pagorum. Sic *terminati* pro *terminis*, in lege apud Frontinum de aquæ ductibus: *Curatores aquarum qui nunc ſunt, quique erunt, circa fontes & fontium & murorum curam, rivos & ſpicas, terminatos, arbores, vites, vepres*, &c. In eadem: *ſi terminatus ſteterit*. Et in legis Mamiliæ fragmentis: *limites decumanique ut fiant, terminatique ſtatuantur*. ita enim in veteribus. quod non mutatum oportuit. ſic *ſignatum* pro *ſignum* in vita Antonini Pii: *Signatum tribunis æquanimitatis dedit*. Nam ſic ibi legit optimus Palatinus. Sic matulata & matula. Gloſſæ veteres: *matulata*, ἀμίδιον. & *matellata* pro *matella*. Eædem: *matellata*, ϛαμνίον. plura nos alibi congeſſimus ad eam rem ſpectantia non dubium igitur quin cruſtulata heic ſit poſitum pro cruſtula vel cruſtulo.

CASAUBONIUS.

1 *Pulchritudinis regiæ.*] In Pertinace, *ſtatura imperatoria*. Cornelius Nepos in Iphicrate, *Imperatoria forma*. Trebellius de Celſo, *ea corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio*. & ſimilia multa apud varios auctores.

2 *Eloquentiæ celſioris.*] Regius, & Politiani, *eloquentiæ ſonoræ*: quod ad commendationem actionis valeat, non eloquentiæ.

3 *Equidem non infames, ſed aliquatenus diffluentes.*] En voluptatum patronum. quas hic vocat non infames voluptates, eæ ſunt quas mox, *non ad perniciem publicam promtas*. Capitolinus in Gordiano: *Laſcivia juventis, non tamen luxurioſa, neque infamis, prædicata eſt.*

5 *Seu potius pentaph.*] Regius & Politiani, *ſ. p. ut alii ferunt, p.*

6 *Pernam cruſtulatam.*] Iidem codd. *pernam, cruſtulata, & aprugnam.* Sed fuerint per hanc ſcripturam ſpe-

[1] De quo genere cibi aliter refert Marius Maximus, non pentapharmacum, ſed tetrapharmacum appellans: ut & nos ipſi in ejus vita proſequuti ſumus. Fertur etiam aliud genus voluptatis quod Verus invenerat. [2] Nam lectum eminentibus quatuor anacliteriis fecerat,

cies ſex : quod pentapharmaci non capit appellatio.

SALMASIUS.

7 *Et aprugnam.*] *Aprunam* Palatinus. Excerpta Spartiani; *prunam.* manifeſto pro *aprunam.* Aprunam autem frequentius ſcriptum in libris quam *aprugnam* reperias. in vita Getæ : *velut in quo erat, anſer, apruna, anas.* in tetrapharmaco autem Hadriani pernam poſuerat. cujus loco nominavit heic *aprunam.* Nam pernam debere abeſſe, certo certius probavimus.

CASAUBONUS.

1 *De quo genere cibi.*] Tota hæc periodus uſque ad vocem *Fertur* ab iiſdem libris abeſt : ubi eorum loco ſunt iſta ſolùm : *prout alibi in vita Hadriani deſcripſimus.* Sed eo loco nihil Spartianus de pentapharmaco. Apparet criticos ſuperiorum ſeculorum multùm ſibi licere voluiſſe in deſcribendis hiſce libris. Quod ex vita Marci potiſſimùm cognoſcemus.

2 *Nam lectum eminentibus quatuor anacliteriis fecerat.*] Lectorum quatuor ſunt ἐνήλατα : ad caput unum, alterum ad pedes : ad ſpondas interiorem & exteriorem duo. Illud cui incumbit caput, Græci ἀνακλιντήριον, vel ἀνάκλιτρον nominant ; Romani fulcrum, vel interdum pluteum. LXX. Geneſeos interpretes, κεφαλὴν κλίνης. Erat apud veteres lectorum genus qui duo anacliteria habebant: quos ipſi ἀμφικεφάλους, quaſi utrinque capitatos dixerunt. Auctor Etymologici, Ἀμφικέφαλος. κλίνης εἶδος, παρὰ τὸ ἑκατέρωθεν ἀνάκλιτον ἔχειν καὶ προσκεφάλαιον. Appellat ἀνάκλιτον quod alii Græci & Spartianus *anaclinterium*, vel *anaclterium.* in capite III. Cantici canticorum, ἀνάκλιτον vertitur *reclinatorium* : Ambroſius libro tertio de virginibus, *acclinatorium.* Heſychius, Ἀμφικέφαλος κλίνη ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον. malè in ejus codicibus ἀμφικελος. Plura nos de his lectis alibi. At eum Veri lectum de quo hîc Spartianus, enormis fuiſſe magnitudinis neceſſum eſt. Nam in amphicephalis longitudo ſolùm deſiderabatur ultra communem morem : in iſto, & latitudo par neceſſaria : in quo quidem adverſis veſtigiis jacerent qui omni ex parte invicem oppoſiti cubabant. *Reticulum minutum* quo Spartianus ait fuiſſe undique incluſum hunc lectum, conopeum eſt, reticulato opere confectum. nam ejuſmodi erant conopea etiam apud Ægyptios : unde in alias gentes illorum uſus manavit. ideo Herodotus ἀμφίβληστρα vocat. Quod addit eum lectum foliis roſæ fuiſſe repletum, novum non eſt Veri inventum ; ſed pervetus laſcivientium τρυφητῶν luxus. Amabant enim delicatiores cubare in floribus : putà, roſa, lilio, croco, violis, hyacinthis & narciſſis. Lampridius in Alagabalo, *Stravit & triclinia de roſa, & lectos.* Trebellius in Gallieno, *veris tempore cubicula de roſis fecit.* Claudianus de lecto geniali,

Roſeiſque cubilia ſurgunt Floribus.

Plura alibi de his. Tales ſunt quæ Νυμφῶν εὐναὶ dicebantur.

SALMASIUS.

2 *Nam lectum eminentibus quatuor anacliteriis.*] Ἀνακλιντήριον magis Græci dicunt, & κλιντήριον, & ἀνάκλι-

νάκλιντρον & ἐπίκλιντρον : quamvis ἀνάκλισιν & ἀνάκλιτον & κατάκλιτον, & σύγκλιτης & παράκλιτης iidem dicant. itaque heic legerim lubentius : *anaclinteriis.* anaclinterium autem dicebatur pars lecti, ad quam pulvinum ponebant ſuſtinendo capiti. Attici ἐπίκλιντρον appellabant. Pollux : τὸ δὲ κληθὲν ἀνάκλιντρον, ἐπίκλιντρον Ἀριστοφάνης εἶπε. Locus Ariſtophanis eſt in Lyſiſtrata ; τὸ δ' ἐπίκλιντρον ἀπέσπασας. ubi tamen interpres vetus ἐπίκλιντρον, κοσμίου γυναικείου εἶδος eſſe ſcribit : quem ſequitur Suidas. Pollux alio loco : μέρη δὲ κλίνης καὶ ἐνήλατα καὶ ἐπίκλιντρον ὑπὸ Ἀριστοφάνους εἰρημένον. ubi ἐπίκλιντρον eſt ἀνακλιντήριον. habuere etiam lectos antiqui duobus eminentibus anaclinteriis, quos ἀμφικνεφάλους vocabant. ita enim apud Heſychium & auctorem Etymologici ſcribendum. κνέφαλον eſt cervical vel pulvinus. Etymologicum magnum : ἀμφικνέφαλος κλίνης εἶδος παρὰ τὸ ἑκατέρωθεν ἀνάκλισιν ἔχειν καὶ προσκεφάλαιον. male hodie legitur : ἀμφικέφαλος. ἀμφικνέφαλος eum ſcripſiſſe patet ex eo quod utrimque προσκεφάλαιον haberi in illo genere lectorum dicat. at κνέφαλον ut dixi, προσκεφάλαιον. Heſychius : κνέφαλον, τύλη. ἣν δὲ ἡμεῖς τύλην, Ἀττικοὶ τύλιον καὶ πῖλον καὶ προσκεφάλαιον. idem : ἀμφικνέφαλος κλίνη ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον. ita ſcribe, pro ἀμφίκιλος, ut vulgo editur. Pollux : ἐν δὲ τοῖς δημοσιοπράτοις πέπραται χαμεύνη παράπλοος καὶ κλίνη ἀμφικνέφαλος. nam in illa parte lecti cui caput incumbebat, & qua pulvinus ponebatur, eminentem pluteum ex aſſeribus compactum erigebant, quod ἀνάκλιτον & ἀνακλιντήριον & ἀνάκλισιν vocabant. hi etiam plutei in hodiernis lectis ad caput fieri ſolent. cathedræ ſimiliter, & ſedilia quibus adduntur ejuſmodi plutei reclinando ἀνάκλιτα Græcis dicuntur. unde ἀνάκλιτοι θρόνοι Plutarcho. Etymologicum magnum : κλισμοῖς, θρόνοις ἔχουσιν ἀνακλίσεις. idem : κλιντῆρες εἶδος φορείου ἢ κλινίδια ἔχον ἀνακλίσεις οἷον τὸ νῦν κλινοκαθέδριον. Heſychius : κλισμοὶ θρόνοι ἢ ἀνάκλιντρα. potuiſſet dicere, θρόνοι, ἀνάκλιντρα ἔχοντες. hos pluteos ſive anaclita hodie vocamus *doſſualia* vel *doſſuaria*, quod ad ea dorſum applicemus & adclinemus. Duo lecti latera, *ſpondæ* Latinis, ἐνήλατα Græcis. harum altera interior, altera exterior dicta. interior quæ propius parietem erat. & ea eminenti etiam pluteo munita, ſed non tam alto quam ille qui ad lecti caput. hinc pluteus proprie dicebatur illa interior ſponda. Iſidorus : *ſponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* ſic enim lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, nec in medio eſſent poſiti, quod etiam hodieque ſolemus. ſic illa pars quæ parietem ſpectabat & pluteo muniebatur, & interior ſponda vocabatur. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore ſponda, quæ & exterior, quæque carebat pluteo, prior & exterior ſponda eadem. Tibullus :

Et preſſus prior eſt interiorque torus.

Marcellus : *Facula qua infectores utuntur ſi ſpondam lecti priorem qua vir cubat perunxeris, & ſpondæ medio inligaveris, dolores capitis remediabis.* Artemidorus : τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔσω ἰδίως τὴν γυναῖκα, τὸ δὲ ἔξω τὸν ἄνδρα. ſic legimus apud Artemidorum. nam hodie vice verſa ſcriptum eſt : τὸ μὲν ἔξω τὴν γυναῖκα. quod ferri non poteſt, nec verum eſt. pueri quoque cinædi, nam & hi mulierum loco, ad pluteum cubabant & in parte tori interiore. Martialis :

Exciduntque ſinum ſpondæ qui parte jacebat :
Namque puer pluteo vindice tutus erat.

rat, minuto reticulo undique incluſum, eumque foliis roſæ [1] quibus demptum eſſet album, replebat, jacenſque cum concubinis, velamine de liliis facto ſe tegebat, unctus odoribus Perſicis. Jam illa frequentantur à nonnullis, [2] quod & [3] accubationes ac menſas de roſis ac liliis fecerit, & quidem purgatis: quæ etſi non decora, [4] non tamen ad perniciem publicam prompta ſunt. [5] Atque idem [6] Ovidii libros amorum in lecto ſem-

ubi vides pluteum partem tori interiorem dici, ut priorem, ſpondam. hinc Dolabella Cæſarem, *pellicem reginæ, ſpondam interiorem regiæ lecticæ* vocabat. in lectis tricliniaribus non minus quam in cubicularibus ſpondæ ac plutei dicebantur, ſed contrario modo. nam ſponda, pars interior lecti tricliniaris appellabatur, & quæ menſæ admovebatur: exterior vero pluteus. ideo puellæ & pueri qui in deliciis interiores accumbere dicebantur, cum in gremio amatorum ſuorum jacerent, nec pluteum tangerent. Scipio Africanus de Sulpicio Gallo: *qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit*. Juvenalis:

——— ingens
Cæna: ſed & jacuit gremio nova nupta mariti.

2 *Quod & accubationes ac menſas de roſis ac liliis fecerit.*] *Accubitationes*, in membranaceo Palatino & veteri editione. nec aliter in ſuis repperit ſummus vir, & nunquam ſine laude dicendus Iſaacius Caſaubonus. ipſe autem legit *accubita*. nos *accubitationes* retinemus. *accubitationes* enim pro accubitis dixit: qua voce etiam uſus eſt infra: *ut accubitationum numerus creſceret & conviviarum*. ubi vulgo perperam *accubantium*, editum eſt. ſed quod heic dicitur, accubationes ac menſas de roſis & liliis feciſſe Ælium Verum, de accubitis quidem vel accubationibus poteſt eſſe verum. at quomodo menſæ de roſis & liliis factæ? Cubicula de roſis facere dixit Trebellius in Gallieno: *Veris tempore cubicula de roſis fecit*: Patiar etiam dici de tricliniis & lectis quæ roſa ſternebantur & floribus. at de menſis non item. parva igitur mutatione legendum: *accubitationes ad menſas de roſis & liliis fecit*. quod poteſt eſſe verum. ſed longe verius, nihil eſſe mutandum. ſic enim menſas & triclinia de roſis facere dixit, ut Trebellius *cubicula de roſis facere*, pro, cubicula roſis ſternere. menſas igitur de roſis facere nihil aliud eſt quam roſas in menſam ſpargere, & menſam roſis ſternere & operire ita ut tota de roſis facta videatur. Ovidius:

Tempora ſubtilibus cinguntur tota coronis,
Et latet injecta ſplendida menſa roſa.

CASAUBONUS.

1 *Quibus demtum eſſet album.*] Nam ea pars roſæ minùs tenera & delicata. Sic mox accubationes & menſæ fiunt de roſis & liliis, ſed priùs purgatis.

3 *Accubationes ac menſ.*] Scripta lectio, *accubitationes*. Fortaſſe, *accubita ſtrui ac m.* de ea voce ad Heliogabalum.

GRUTERUS.

3 *Accubitationes.*] Sic quoque Pal. noſter, non *accubationes*.

4 *Non tamen ad perniciem publicam prompta ſunt.*] Examinamus hunc locum ad illa Taciti: *Quin & inceſſum, ac, ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur*. lib. XII. Annal. cap. 5.

5 *Atque idem Ovidii libros amorum in lecto*

ſemper habuiſſe, idem Martialem epigrammaticum poëtam, Virgilium ſuum dixiſſe. Jam illa leviora quòd

cur-

lecto ſemper habuiſſe, idem Martialem.] Locus malè acceptus: neque tamen juvat Palatinus, quàm quod prodat falſitatem lectionis vulgatæ. habet enim, *Atque idem Ovidii ab aliis relata, idem Apicii libros amorum in lectos ſemper habuiſſe. idem Martialem.*

SALMASIUS.

5 *Atque idem Ovidii libros amorum.*] Non ſana hæc eſſe, nec integra clamant libri: lectio igitur quæ in omnibus veteribus libris obtinet, hæc eſt: *atque idem Ovidii ab aliis relata. idem Apicii libros amorum, in lecto ſemper habuiſſe*: quæ nullo majori opere, quam levi transpoſitione videntur poſſe ſanari. ſic igitur lege: *atque idem Apicii relata, idem Ovidii libros amorum in lecto ſemper habuiſſe.* illud vero *ab aliis*, ut ex gloſſa natum expungimus. qui enim *relata* quid eſſet ignorabat, *ab aliis* de ſuo addidit. *Relata* autem Apicii, ſunt ſcripta Apicii. quem auctorem præcipiendarum cœnarum indigerat vetus interpres Juvenalis. nam *referre* pro ſcribere iſtis auctoribus protritum. ſic infra: *referebat Encolpius*, pro ſcribebat. & alibi ſæpius. *referre* per ſe, & *referre in litteras.* ſic *digerere*, & *digerere in litteras.* Tertullianus: *& Ægyptii narrant, & Alexander digerit & mater legit.* in libro de pallio, unde *digeſta* pro ſcriptis idem uſurpavit: ut *digeſta Lucæ*: *digeſta Apoſtolorum.* ita *relata* hoc loco ſunt ſcripta. Quod pluribus confirmabimus ad Tertulliani *Pallium.*

CASAUBONUS.

6 *Ovidii libros Amorum in lecto ſemper habuiſſe.*] Antiqui cum in lectis plurimùm ſtuderent, ut docuimus ad Tranquilli ſecundum librum, pulvino ſoliti ſubjicere auctores quibus maximè delectarentur: quod Platonem feciſſe in Sophrone mimographo, ſcribunt veteres. Ptolemæus Hephæſtionis filius: Τελευτήσαντος Δημητρίου τοῦ Σκηψίου, τὸ βιβλίον Τιμαίου πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ εὑρέθη. habes ibidem plura ſimilium exemplorum. Porrò hic locus, ſi quis alius in his libris, mendoſiſſimus eſt, & verbis quoque pluſculis mutilatus: ſpurciſſimè denique in membranis etiam regiis acceptus, ibi enim periodus integra ſic concipitur: *Atque ad verbum memor iteraſſe fertur idem croballius relatum. Idem apitii vidi libros Amorum in lecto ſ. b.* Eandem lectionem Politianus quoque & Puteanus ex ſuis codicibus adnotaverant. Princeps editio ſic exhibet: *Atque idem Ovidii ab aliis relata, idem Apitii libros Am.* Mera monſtra, ut vides. at Hercules ubi? O exorere Scytaloſagittipelliger aliquis. Tentemus interea ſi quid hic poſſumus. In arduis & voluntas laudi tribuitur. Putamus iſti loco accidiſſe quod paſſim aliis: ut ei corrumpendo fuerit initium idem duarum periodorum: quarum alteram cùm jam olim librarius omiſiſſet, fuere poſtea qui eandem reponerent, ſed non ſuo loco. Inde totius loci perturbatio & integra pernities: error enim poſtea errore cumulatus eſt. nam pro illis, *memor iteraſſe*, quin ſit legendum *memoria tenuiſſe*, vel *memoriter*, ne dubitandum quidem cenſemus. Illud quoque non dubitamus, periodorum hîc confuſarum utramque cœpiſſe ab eadem voce *atque.* Ita ergo disjuncta membra colligimus, & in unum velutì corpus concinnamus. *Atque idem Apitium, & Ovidii libros Amorum in lecto ſemper habuiſſe, atque ad verbum memoria* (vel *memoriter*) *tenuiſſe fertur, idem M.* Aliter conſtituere ſcripturam conclamatam non poſſumus. Apitii nomen etiam Auguſtanus codex retinet, & quantum eſt mſſ. Sunt autem omnia in hac lectione planiſſima.

ma.

[1] curſoribus ſuis exemplo Cupidinum alas frequenter appoſuit, eoſque ventorum nominibus ſæpe vocitavit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem aut Circium, cæteriſque nominibus appellans, & indefeſsè atque inhumaniter faciens curſitare. Idem uxori conquerenti de extraneis voluptatibus, dixiſſe fertur, *Patere me per alias exercere cupiditates meas:* [2] *uxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis.* [3] Ejus filius eſt Anto-

ma. Verùm age exerceat ſe hoc loco acutiorum induſtria.

1 *Curſoribus ſuis exemplo Cupidinum alas fr. appoſuit.*] Non legimus ante Verum appoſuiſſe quenquam aut ſuis aut publicis curſoribus alas: erat tamen militum πτεροφόρων, id eſt pinnigerorum, ſive pinniraporum ordo, quibus imperatores & præſides provinciarum pro tabellariis curſoribuſque utebantur. Vide quæ de illis ſcripſimus ad ſecundum Tranquilli. alluſit eleganter magnus rhetor Ariſtides panegyrico in Romam: ubi poſtquam dixit, Romanum imperatorem univerſum orbem literis ſuis regere ſedentem, addit, αἱ δὲ ἐπιστολαὶ μικρὸν φθάνουσι γραφεῖσαι, καὶ πάρεισιν ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερόμεναι. Curſores vero imperatorum peculiari habitu fuêre, Vopiſcus in Aureliano, *Curſores eo hab. in quo ipſe habebat, ſenatoribus conceſſit.* Et erant iſti imperatorum curſores, non ſervi ſed ingenui: quod tamen mutaſſe Alexandrum narrat Lampridius, quo notabilior Veri inclementia, qui curſores ſuos homines ingenuos, *indefeſſè atque inhumaniter faciebat curſitare.*

2 *Uxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis.*] Tria ſunt conjunctionis hujus nomina apud juris auctores & alios: uxor, pellex, amica. horum unicum eſt nomen dignitatis, uxor. αὕτη ἡ ἀξιώματος κλῆσις. Reliqua ſunt nomina voluptatis: ſed cum aliquo tamen diſcrimine: nam honeſtior eſt pellex, ut quæ accedat propiùs ad uxoris naturam. eſt enim παλλακὴ פלגש Hebræorum, quaſi legitimæ conjugis dimidium, & ut dicunt ipſi, אשה פלג. Balſamon Conciliorum interpres, παλλακὴ δέ ἐστιν ἡ νομίμως τινὶ συζῶσα χωρὶς γάμου· ἡ δὲ ἧττον σεμνοτέρα φίλη λέγεται. Voces *concubina* & παλλακίς modò pro amica, modò pro pellice uſurpari, obſervamus apud auctores juris tam civilis quam canonici.

3 *Ejus filius eſt Antoninus Verus qui adoptatus eſt à Marco. Verus certè cum Marco æq. geſ. imp.*] Multa in his verbis imperitorum hominum flagitia. *Antoninus* primùm perperam ſcriptum pro *Annius*. Nam ante adoptionem, dici hic Antoninus non potuit. Vitioſiſſimè in regio & Politiani, *Ennius Antoninus v.* ſed hoc vitium veram lectionem prodit, quam diximus: cætera etiam gravius affecta: nam iidem codd. & Puteani quoque ſic habent: *qui adoptatus eſt à Marco, vel certè cum Marco: & cum eodem æquale geſſit imperium.* Sic & prima editio: niſi quòd pro *vel* editum eſt *Verus*. Eſt autem planè inſignis reſtitutio, & neceſſaria. diſcimus hinc variè traditam eſſe à veteribus adoptionem Veri qui poſtea imperavit: quoſdam unà cum Marco à Pio adoptatum ſcripſiſſe: ut facti inter ſe fratres, ambo Pii eſſent filii, Hadriani nepotes. atque hoc multis locis ſcriptum ita à Spartiano. Dio etiam diſertè: Commodi Veri filium, dit, Pius εἰσποιούμενος αὐτῷ καὶ ἔτι τοῦτο

τοῦτ

Antoninus Verus, [1] qui adoptatus eſt à Marco. [2] Verus certè cum Marco æquale geſſit imperium. Nam ipſi ſunt qui primi *duo Auguſti* appellati ſunt: & quorum faſtis conſularibus ſic nomina præſcribuntur, [3] ut dicantur [4] non tantum duo Antonini, ſed duo Auguſti:

τούτῳ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ. Sæpe etiam iſti ſcriptores Verum Marci fratrem, Hadriani nepotem nominant. Non defuêre tamen, ut hic Spartianus obſervat, qui Verum non cum Marco, ſed a Marco, dicerent adoptatum: Capitolinus in Marco, *Annii a Marci virum Antoninum Pium, Hadrianus ea lege in adoptionem legit, ut ſibi Marcum Pius adoptaret: ita tamen ut & Marcus Pius ſibi Lucium Commodum adoptaret.* Fuerit ergo Verus iſtorum ſententiâ Marci non frater, ſed filius, Pii nepos, Hadriani pronepos.

SALMASIUS.

3 *Ejus filius eſt Antoninus Verus.*] Neſcio quid in mente fuerit eruditiſſimo viro cum putaret heic legendum: *Annius Verus*, pro *Antoninus*. nec enim, inquit, Antoninus dictus eſt ante adoptionem. quaſi hoc agatur. immo Annius nunquam dictus eſt Verus, ſed Antoninus cognominatus. locus ex Hadriani vita illi videtur impoſuiſſe: ibi enim ſic vulgo legitur: *Hadrianus ingruente triſtiſſima valetudine adoptavit Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt: ſed ea demum lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum & Marcum Antoninum.* quod omnino mendoſum. nam ibi quoque legendum: *Antoninum Verum & Marcum Antoninum.* nec enim mihi poteſt opponi, Verum non fuiſſe dictum Antoninum priuſquam adoptaretur ab Antonino Pio. quid enim de Marco, qui ſimul adoptatus eſt, quem heic Antoninum vocat? an ille ante adoptionem Antoninus vocabatur? Lucius igitur Verus de quo heic ſermo, nunquam Annius eſt dictus. ſed ipſe Antoninus Marcus ſic dicebatur. poſt exceſſum vero patris, Annius Veriſſimus vocatus eſt ab Hadriano. at Lucius Verus his nominibus appellabatur, *L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus.* quem Antoninum Verum heic appellat Spartianus pro Vero Antonino. ut Antoninus Marcus ſæpius dicitur infra: nec aliter in ipſius vitæ titulo quam hoc ordine habent ſcriptum ejus nomen veteres libri: nempe, *Antoninus Marcus.*

1 *Qui adoptatus eſt à Marco. Verus certe cum Marco.*] Optime reſtituit hunc locum eruditiſſimus Caſaubonus ex libris quibus & noſtri conſentiunt, hoc modo: *Ejus eſt filius Antoninus Verus qui adoptatus eſt à Marco, vel certe cum Marco, & cum eodem æquale geſſit imperium.* in omnium tamen facile optimo Palatino ſic habetur ſcriptum: *qui adoptatus eſt à Marco Vermarco & cum eodem*, &c. ſi *Vermarco* illud deleatur, erit integrum: *qui adoptatus eſt à Marco, & cum eodem æquale geſſit imperium.* ut opinionem unam tantum tangat adoptati à Marco Lucii Veri.

GRUTERUS.

2 *Vel certè cum Marco, & cum eodem æquale.*] Sic ferè etiam Pal. niſi quod habeat primore voce *verus.*

SALMASIUS.

3 *Ut dicantur non tantum duo Antonini.*] Vox *tantum* abeſt veteribus libris. quam nos & abeſſe jubemus, ut legatur: *ut dicantur non duo Antonini, ſed duo Auguſti.* Et hoc voluit Spartianus; Verum & Marcum primos una æquale imperium geſſiſſe, & ſimul Auguſtos appellatos: adeo ut eorum nomina faſtis ſic præſcriberentur,

guſti : tantumque hujus rei & novitas & dignitas valuit, [1]ut faſti conſulares nonnulli ab his ſumerent or-
6 dinem conſulum. Pro ejus adoptione [2] infinitam pecuniam populo & militibus Adrianus dedit. Sed quum eum videret homo paulo argutior miſerrimæ valetudinis, ita [3] ut ſcutum ſolidius jactare non poſſet, dixiſſe fer-

rentur, *duo Auguſti*, non *duo Antonini:* & per duos Auguſtos nemo non intelligi ſciret Verum Antoninum & Marcum Antoninum, etiam ſi Antoninorum nomen adpoſitum non eſſet, cum de aliis Auguſtis non poſſet accipi quam de his duobus, qui primi duo Auguſti appellati ſunt. cujus rei novitatem tantum valuiſſe ſcribit Spartianus, ut ordo conſulum in quibuſdam faſtis ſumeretur à duobus Auguſtis.

GRUTERUS.

4 *Non duo Antonini.*] Ita diſertè Palatin. ſine illo *tantum*, quod interlineare ibi ſolum à manu recenti.

CASAVBONUS.

1 *Ut faſti conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem conſulum.*] Hoc vult : fuiſſe qui in digerendis conſularibus faſtis, baſim ſupputationis ſuæ ponerent conſulatum Marci & Lucii Veri, duorum Auguſtorum ab eo capite annos poſteriores numerabant : ut dicerent, hoc illudve accidiſſe anno poſt conſulatum duorum Auguſtorum tali. Similiter priorum quoque temporum res ad hanc nobiliſſimam epocham referebant. Exempli cauſſa: Trajanum obiiſſe anno ante duos Auguſtos tertio & quadrageſimo. Offendes in Codice Theodoſiano & antiquis inſcriptionibus, tempus interdum deſignari non appellationibus coſs. anni currentis, ſed hoc modo : *poſt conſulatum Honorii* VIII. *& Theod.* V. AA Verùm hoc aliud eſt.

2 *Infinitam pecuniam populo & mil.*] Quatuor millies HS. Quoties jam dictum ?

3 *Ut ſcutum ſolidius jactare non poſſet.*] *Solidius*, pro gravius : nam quæ ſunt ναστὰ nec ὑπόκενα, eadem graviora ſunt. Olim etiam principes, ſcutum quatientes variis motibus exercebantur in campo, ut de Juliano ait Marcellinus, libro XXI. *ſcutum jactare*, ut *clypeum vibrare*, apud eundem Marcell. libro XXIV.

SALMASIUS.

3 *Ut ſcutum ſolidius jactare non poſſet.*] *Solidius* non cum ſcuto jungendum, ſed cum jactare. non enim nomen eſt, ſed adverbium. Verus adeo imbecillarum virium & miſeræ valetudinis, ut ſcutum in exercitio armorum ſolide jactare non poſſet. non igitur opponit ſcutum ſolidum, ſcutis levioribus quibus exercebantur ad palum. immo ſcuta illa exercitoria luſoriaque, etſi de levi materia, graviora tamen haud paulo erant ſcutis vulgaribus. Vegetius : *ſcuta de vimine in modum cratium corrotundata texebant, ita ut duplum pondus haberet, quam ſcutum publicum habere conſuevit.* quatere autem & jactare ſcutum non principum ſolum exercitium, ſed militum omnium qui in armaturæ exercitio hoc primum diſcebant quomodo tractandum & jactandum eſſet ſcutum. Græci σείειν ἀσπίδα, & ἀσπίδα νωμᾶν & δινεῖν ἀσπίδα Æſchylo in Tragœdia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Hæc enim ſcuti jactatio proprie pertinebat ad armorum certamen, de quo nos ſupra.

ſe fertur, [1] *Ter millies perdidimus quod exercitui populoque dependimus: ſiquidem ſatis* [2] *in caducum parietem incubuimus: & qui non ipſam remp. ſed nos ipſos ſuſtentare vix poſſit*. Et hæc quidem Adrianus [4] cum præfecto ſuo loquutus eſt. Quæ quum prodidiſſet præfectus, [5] ac per hoc Ælius Cæſar indies magis magiſque, [6] ſolicitudine, [7] utpote deſperati hominis, aggravaretur,

præ-

CASAUBONUS.

1 *Ter millies perdidimus q.*] Scribe, *quater millies*, ut in Hadriani vita, nam ſequitur, *quod exercitui populoque dependimus*. At paullò antè, *collatumque militibus HS. ter millies.* rectè: nam ibi de impenſa in ſolos milites facta loquitur.

3 *Et qui non ipſam Remp.*] Scribe ut in regio: *& qui non Remp. ſed nos ipſos ſuſtentare vix poſſit*: *non*, pro nedum.

4 *Cum præfecto ſuo locutus eſt.*] Quiſnam iſte eſt Hadriani præfectus? multi enim erant præfecti: ut prætorii duo, Urbis unus, ærarii duo, caſtrorum item unus, alii. Fortaſſe ſcribendum, *cum præfecto Severo locutus eſt.* Ut intelligatur hic Catilius Severus præfectus Vrbi cui Hadrianus paullò ante obitum ſuum ſucceſſorem dedit, ſicut dictum eſt in ejus vita. Quanquam ibi Spartianus cauſſam cur Severus dignitate fuerit privatus, non penitus eandem affert. Verùm ita ſæpe hi ſcriptores ſolent res eaſdem locis diverſis diverſè narrare: non ſemper enim eoſdem ſequebantur auctores: ſed modò Marium Maximum, modò cùm libitum eſſet, alium.

6 *Sollicitudine utpote deſperati hominis aggravaretur.*] Fortaſſe, *deſperati honoris*: nam hoc ait: eo magis Veri ſollicitudinem auxiſſe, quo magis ſpes minuebat obtinendi honoris, cujus ſpem certam antè habuerat. Si cui placet nihil mutare, erit *ſollicitudo deſperati hominis*, pro qualis ſolet eſſe ſollicitudo hominum, quos omnis undique ſpes deſtituit. vel erit abſolute dictum, *utpote deſperati hominis*, pro ἅτε ἄπιλπις ὢν ἄνθρωπος.

SALMASIUS

1 *Ter millies perdidimus.*] Hanc lectionem confirmat ſupra: *datum etiam populo congiarium cauſa ejus adoptionis, collatumque militibus ter millies.* Nam & congiarium populo datum, & quod collatum eſt militibus, ter millies ſeſtertiorum feciſſe eo loci ſignificat, ut ibi docuimus, quod etiam hoc loco confirmatur. at in Hadriano *quater millies* dixerat.

2 *In caducum parietem incurrimus.*] Palatinus & vetus editio: *incumbimus*. In Adriano tamen, *inclinavimus* pro eodem dixit, non *inclinamus*.

7 *Utpote deſperati hominis.*] Hoc eſt, ipſius Ælii deſperati: nec aliter hæc poſſunt exponi. Hadrianus coram præfecto ſuo judicium quod habuit de Ælio Cæſare liberius aperuit, caducum parietem illum appellans. qua re prodita per præfectum Ælio Cæſari, in dies magis & magis adflictabatur ſollicitudine, qua adflictari par eſt hominem qui ſalutem ſuam deſperari ab omnibus intelligit. & hic eſt hujus loci ſenſus.

GRUTERUS.

5 *Ac per hoc Ælius Cæſar indies magis magiſque ſollicitudine, utpote deſperati hominis, aggravaretur.*] Mirè homini nocere, opinionem cujuſque rei; oſtendimus ad illa de Germanico apud Tacitum: *Sævam vim morbi augebat perſuaſio veneni à Piſone accepti.* lib. II. Annal.

3 Neque

præfecto ſuo Adrianus qui rem prodiderat, ſucceſſorem dedit, [1] volens videri quòd verba triſtia temperaſſet: ſed nihil profuit. Nam, ut diximus, [2] *Lucius Ceionius Commodus Verus Ælius Cæſar* (nam his omnibus nominibus appellatus eſt) periit: ſepultuſque eſt imperatorio funere: [3] neque quicquam de regia, [4] niſi mortem, habuit dignitate. [5] Doluit ergo illius mortem

3 *Neque quidquam de regiâ niſi mortis habuit dignitatem.*] Ita uterque Palatinus, quomodo item erat in codice regio. ante impreſſi; *niſi mortem, habuit dignitate.*

SALMASIUS.

1 *Volens videri quod verba triſtia temperaſſet.*] An quod verbis tam triſtibus non uſus eſſet, quam retuliſſet ille præfectus, ſed mitioribus lenioribuſque? an verba quæ habuit triſtia de Ælio Cæſare per hoc mitigaſſe ac temperaſſe videri voluit, dum præfectum ſuum qui illa prodidit, dignitate privavit? & hoc potius.

2 *Lucius Ceionius Commodus Ælius Verus Cæſar.*] His, inquit Spartianus, omnibus nominibus appellatus eſt, at ejus filius qui adoptatus eſt à Marco, vel ut alii volunt cum Marco, Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, non autem Annius, ut ſupra oſtendimus.

3 *Neque quicquam de regia niſi mortem habuit dignitate.*] Reponenda eſt Palatini Codicis ſcriptura: *neque quicquam de regia niſi mortis habuit dignitatem.* Mortis dignitatem vocat imperatorium funus quo elatus eſt. & hoc tantum de Regia habuit, ut qui rex, hoc eſt imperator non fuit, Regium & imperatorium funus meruerit.

5 *Doluit illius mortem ut bonus pater, non ut bonus princeps.*] Immo contra videtur doluiſſe mortem illius Hadrianus, non ut bonus pater, ſed ut bonus princeps. cui ſententiæ favent quæ ſequuntur. Nam quum amici ſolliciti quærerent quis adoptari poſſet, Adrianus dixiſſe fertur his, *etiam vivente adhuc Vero decreveram.* Nonne hoc boni principis potius quam boni patris dictum, cujus hoc fuit judicium de Ælio Vero filio, ut in animo habuerit à rep. ſubmovere niſi periiſſet, quod inutilem eum imperio judicaret, & in ejus locum digniorem aliquem utilioremque ſubrogare? ſic igitur ejus mortem doluit, ut diceret, etiam vivente Vero ſe decreviſſe alium adoptare. at quod heic dicitur, non ut bono principe dignum fuit, Hadrianum doluiſſe Ælii Cæſaris mortem, quænam poteſt adferri ratio quare non bonus princeps fuerit Hadrianus dolens Ælii mortem? quod ſi bonus, ajunt, princeps fuiſſet, non debuit optare eum ſibi ſuccedere quem inutilem reip. judicaret. at ubi hoc optavit Hadrianus? immo contra, etiam vivente Ælio cogitavit de adoptando alio, & feciſſet, niſi ille prius mortuus fuiſſet. Si res igitur ſit mei judicii, non dubitem verba hæc ſic tranſponere: *doluit illius mortem ut bonus princeps, non ut bonus pater.*

CASAUBONUS.

4 *Niſi mortem.*] Planiùs dixiſſet, *niſi in morte.* Nam durum eſt quòd *mortem* dixit, cùm funus imperatorium intelligeret. Sanè in prima editione ſcriptum eſt *in morte*: etſi malè ibi habet hæc periodus. Scripta lectio, *nec quidquam de regia, niſi mortis habuit dignitatem.* οὐδὲν ἀπήλαυσε τῆς αὐλῆς εἰ μὴ τὰς περὶ τὸν θάνατον τιμάς.

5 *Doluit ergo illius mortem.*] Vel *morte*, ita ſcribe.

1 Ut

tem [1] ut bonus pater, [2] non ut bonus princeps. Nam quum amici ſoliciti quærerent qui adoptari poſſet, [3] Adrianus dixiſſe fertur his, [4] *Etiam vivente adhuc Vero decreveram*: ex quo oſtendit aut judicium ſuum aut ſcientiam futurorum. Poſt hunc denique Adrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit, Pium cognomine appellatum: cui conditionem addidit, [5] ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninus adoptaret, [6] filiamque ſuam Vero non Marco daret. Nec diutius dixit, gravatus languore ac diverſo genere morborum, ſæpe dicens; [7] *Sanum principem mori debere, non debilem.* [8] Statuas ſanè Ælio Vero [9] per totum orbem coloſſeas 7
poni

1 *Ut bonus pater.*] Hoc eſt, vehementer: quod eò maxime probatur, quia imperatorio extulit funere.

2 *Non ut bonus princeps.*] Cùm bonus princeps optare non debuerit, eum habere ſucceſſorem in imperio qui futurus eſſet Reip. inutilis.

4 *Etiam vivente adhuc Vero decreveram.*] Nempe adoptare alium: nam quem adoptaret nondum decreverat. Falſum alioqui foret quod ſtatim ſubjicit, *Poſt hunc Hadrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit.*

5 *Ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninos adoptaret.*] Reg. & alii, *Marcum & Verum Anmium Antoninos ad.* poteſt etiam ſcribi *Antonius*: hoc eſt Marcus, ex iis quæ antè diximus. ſed nolim quicquam mutare.

6 *Filiamque ſuam Vero non Marco daret.*] Nam Marco affinitas Commodi deſtinata eſt, ut ſcribitur alibi. Cæterum hæc conditio impleta non eſt: nam Fauſtina Pii Marco nupſit. Vide in Marco & Vero.

7 *Sanum principem mori debere, non debilem.*] Æmulatur Hadrianus Veſpaſiani notum dictum: *Imperatorem ſtantem mori debere.*

8 *Statuas ſanè Ælio Vero per totum orbem coloſſeas poni juſſit.*] Id eò factum, ut omnibus perſuaderetur, Hadrianum pro herede & imperii ſucceſſore Ælium Verum habuiſſe. Statuæ coloſſeæ deorum aut imperatorum erant. Lampridius in Alexandro: *Statuas coloſſeas vel pedeſtres nudas, vel equeſtres divis imperatoribus in foro divi Nervæ locavit.* Quæ aliis ponebantur, quàm libet magnis & honoratis viris, erant cujuſque ſtaturæ pares. Græci ἰσομέτρητας vocant: apud quos multa harum mentio.

SALMASIUS.

3 *Hadrianus dixiſſe fertur his.*] Palatinus *is.* legendum, *id.* & ſic diſtinguendum: *Hadrianus dixiſſe fertur, Id etiam vivente adhuc Vero decreveram.*

5 *Ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninos.*] Lege ex Palatino: *cui conditionem addidit, ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninus adoptaret.* hoc eſt, ut ipſe Antoninus ſibi Marcum & Verum adoptaret.

9 *Per totum orbem coloſſeas.*] Coloſſeæ ſtatuæ κολοσσιαῖαι Græcis: ut ἀνδριὰς κολοσσιαῖος. Sed *coloſſæ* heic libri. *Coloſſæ* igitur ſtatuæ pro coloſſeæ. in Alexandro Severo: *ſtatuas coloſſas in urbe multas tocavit artificibus undique conquiſitis.* item alibi: *Statuas coloſſas vel pedeſtres nudas vel equeſtres divis imperatoribus in foro Divi Nervæ locavit.* quibus omnibus locis *coloſſeas*

poni juſſit, templa etiam in nonnullis urbibus fieri. Denique illius merito, filium ejus Verum, nepotem utpote ſuum, qui pereunte Ælio [1] in familia ipſius Adriani remanſerat, adoptandum Antonino Pio cum Marco, ut jam diximus, dedit: ſæpe dicens, [2] *Habeat reſpub. quodcumque de Vero:* quod quidem contrarium his quæ de adoptionis pœnitentia per autores plurimos intimata ſunt, quum Verus poſterior [3] nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit, quod imperatoriæ familiæ lumen afferret. Hæc ſunt [4] quæ de Vero Cæſare mandanda literis fuerunt: [5] de quo idcir-

ſemper reponunt eruditi viri pro *coloſſas*, contra librorum fidem. *Coloſſum* pro *coloſſeum*: ut *Electrum* apud Lampridium; pro *electreum*. *electri nummi*. ſic *vaſa aurichalca*, pro ex aurichalco. ſic vulgas aures in antiquo epigrammate pro vulgaribus ut ita dicam, vel vulgi auribus.

Muſica contingens ſubtili ſtamina pulſu
Ingreditur vulgas auribus ut placeat.

ſic ajunt in veteri libro reperiri. habeo vetuſtiſſimum in quo aperte ſcribitur; *vulgi auribus*. & rectum eſt. hiatus enim illos non refugiebant, ut oſtendam alibi pluribus. ſic *aurius* pro *aureus*. *lucinas horas* Prudentio. Græci γυναῖκα μάζον, ϑήλυν πίπλον, & ſimilia.

CASAUBONUS.

1 *In familia ipſius Hadriani remanſerat.*] Eadem verba leges apud Capitolinum: ut videantur ambo ex eodem aliquo auctore tranſcripſiſſe.

2 *Habeat Reſp. quodcunque de Vero.*] Contrarium eſt apud Victorem alterum: cùm enim Maximinus junior occideretur, non ſuo ſed patris nomine ac merito, conclamarunt cuncti militari joco, *Ex peſſimo genere nec catulum habendum.*

3 *Nihil dignum præter clementiam.*] Non video quid hic faciat vox *dignum*: nam ea ſublata nihil ſententiæ deceſſerit: lux quinimo acceſſerit. Legi poteſt, *nihil admodum.*

SALMASIUS.

3 *Nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit.*] Inutilem heic & ſupervacaneam vocem *dignum* cenſent, nihilque habere quod faciat. ego contra ſentio. *dignum* autem hoc loco abſolute ponitur pro λαμπρὸν & magnificum, multique meriti, & ἀξιωματικόν. ut dicat nihil habuiſſe dignum in moribus, quod lumen adferret imperatoriæ dignitati, niſi unam, ſi forte, clementiam. Digni ſunt ἀξιωματικοὶ, ut contra indigni, ἀποτείδειςοι, ut in epigrammate Aureoli:

Omnibus indignis & magis Aureolo.

in Græco eſt, Πᾶσιν ἀπόῤῥιπτος. non enim heic eſt capiendum ut intelligatur, dignum quod adferret lumen imperatoriæ domui, ſed nihil dignum habuiſſe in moribus, quod poſſit lumen *adlucere imperatoriæ familiæ.*

4 *Quæ de Vero Cæſare mandata litteris fuerunt.*] Lege meo periculo: *Hæc ſunt quæ de Vero Cæſare mandanda litteris fuerunt.* Hæc enim eſſe dicit quæ ſcribenda habuit de Ælio Cæſare: nec aliter Palatinus exhibet & v. ed. atque ita edi curavimus.

5 *De quo idcirco non tacui.*] *Non tacui*

idcirco non tacui, quia mihi propoſitum fuit omnes qui poſt Cæſarem dictatorem, hoc eſt divum Julium, vel Cæſares vel Auguſti, vel principes appellati ſunt, quique in adoptionem venerunt, vel imperatorum filii, aut parentes Cæſarum nomine conſecrati ſunt, ſingulis libris exponere, meæ ſatisfaciens conſcientiæ, [1] etiamſi [2] multis nulla ſit neceſſitas talia requirendi.

cui pro ſcripſi vel dixi. ut *non jubere* pro vetare. Martianus Capella de Nuptiis Philologiæ lib. IX. *Nam ſinguli quinque tropi tetrachorda quina cuſtodiunt, ſicut ſuperius quoque non tacui.* hoc eſt dixi, vel ſcripſi. quod & alibi apud eumdem repperitur.

CASAUBONUS.

5 *De quo idcirco non tacui, q.*] Perpetuum ſcriptorum horumce vitium, ut idem repetant ſæpiùs: nam hoc argumentum eſt ſuperioris ad Diocletianum epiſtolæ.

1 *Etiamſi multis nulla ſit neceſſitas talia requirendi.*] Ain' tu *multis*? ergo quibuſdam. quare iſtis potius quàm aliis? Dele vocem *multis*, auctoribus membranis. *Perquirendi* in eiſdem 10 *requirendi*.

SALMASIUS.

1 *Etiam ſi multis nulla ſit neceſſitas talia requirendi.*] Auctores habere ſe membranas ſcribit vir eruditiſſimus delendi vocem *multis*. at mihi meæ non ſunt authores, quæ de retinenda hac voce ſuadent, ipſæ retinent. Dicit autem multis non eſſe neceſſitatem talia requirendi, quia pauci ſunt hiſtoriæ curioſi ſtudioſique. ſi qui ſunt autem, neceſſe eſt ut hæc ejuſmodi requirant, quo curioſitati ſuæ ſatisfaciant. Et recte Spartianus conſcientiæ ſe ſuæ ſatisfacere profitetur, dum Cæſarum vel Auguſtorum vitas ſingulis libris exponit. etiam ſi multi ſunt, quos non tangit hæc curioſitas, quique ſibi neceſſe non eſſe dicant curioſi hæc requirere. *Requirendi* etiam non *perquirendi*, heic habent noſtri.

GRUTERUS.

2 *Multis nulla ſit neceſſitas.*] Illud *multis* retinetur à Palatino.

[1] JULII CAPITOLINI ANTONINUS PIUS AD DIOCLETIANUM AUG.

1 [2] TITO AURELIO FULVIO BOIONIO ANTONINO PIO, parentum genus è Gallia Tranſalpina, Nemau-

CASAUBONUS.

1 *Julii Capitolini.*] De ætate qua vixit hic ſcriptor, ſatis initio dictum eſt cætera de illo nobis hodie incognita: ut & de Cornelio Capitolino, quem in Odenato tyranno laudat Trebellius Pollio. Quid fuerit cauſſæ cur corporis hujus compoſitores in Hadriano & Vero Cæſare Spartianum, in Pio Capitolinum, in aliis alium ſeligerent, & cæteris anteponerent, neque ego capio, neque puto ullam ejus conſilii probabilem, nedum neceſſariam, cauſſam poſſe afferri.

SALMASIUS.

1 *Julii Capitolini.*] Meminit hujus Julii Capitolini Flavius Vopiſcus in Probo, inter eos ſcriptores qui verius quam elegantius ſcripſerunt: *Sed Marium Maximum, inquit, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæteroſque qui hæc & talia non tam diſerte quam vere memoriæ tradiderunt.* Sed cur in illo albo non recenſet Ælium Spartianum? Sane debuit. nam & cum Julio Capitolino videtur vixiſſe, & Ælio Lampridio, eamdemque hiſtoriam ſcripſiſſe. Quidam etiam Ælium Spartianum, & Ælium Lampridium eumdem faciunt. de quo nos alias viderimus. ut nunc noſtra eſt ſententia, certe diviſi ſunt. Hujus autem Antonini Pii vitæ auctorem faciunt Ælium Spartianum, non Julium Capitolinum, antiquiſſima Spartiani excerpta, quæ in Bibliotheca Palatina ſervantur. Si de ſtilo ipſo licet conjecturam ducere, profecto non ita diverſus eſt ab illo quo conſcriptæ ſunt duæ priores vitæ Hadriani & Veri, ut non prope ejuſdem ſcriptoris eſſe poſſit videri. ἐπέχω tamen donec aliquid certius exploratiuſque expiſcatus fuero.

2 *Tito Aurelio Fulvio Bojonio.*] In Palatino pro *Fulvio Bojonio*, leges unica voce, *Fulboionio.* manifeſto pro *Fulbo Boionio. Fulbo* autem pro *Fulvo.* & ita in ſequentibus ſemper ſcriptum invenitur: quod & lapides & vetera monumenta confirmant, & Joannes Gazenſis περὶ ἀρχαιολογίας, cujus hæc ſunt verba: περὶ τοῦ Μάρκου Τίτος Αὐρήλιος Φοῦλβος Βοτώνιος Ἀντωνῖνος Πῖος ὁ κληθεὶς Εὐσεβής. ſed Βοτώνιος perperam habet pro Βοϊώνιος. Idem cognomen Antonini quod Latine eſt Pius, Græce Εὐσεβής, ut diverſum refert. Πῖος, inquit, ὁ κληθεὶς Εὐσεβής. nam Εὐσεβής eſt Pius, unde Εὐσέβεια agon, *Pialia.*

GRUTERUS.

2 Tito Aurelio Fulvio Boionio.] Sic & Palat. etiam infra. ſed heic tamen junctim, *Fulbojonio.* nimirum repeti debebat ſyllaba *Fulbo Bojonio.*

CASAUBONUS.

2 Tito Aurelio Fulvio Boionio A.] Regius, *Fulvo Ionio*, quorum prius rectum eſt: rarò enim Romanorum

mauſenſe ſcilicet, avus Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diverſos [1] ad ſecundum conſulatum & præfecturam urbis pervenit. Pater Aurelius Fulvius, [2] qui & ipſe fuit conſul, [3] homo caſtus & integer. [4] avia materna [5] Bojonia Procilla, mater Arria Fadilla. avus maternus [6] Arrius Antoninus, bis conſul, homo ſanctus, & [7] qui Nervam miſeratus eſſet quòd imperare cœpiſ-

norum cognomina in *jus* terminabantur: hoc autem cognomen tulit Pius ab avo & patre: quorum uterque mox in vulgatis libris *Aurelius Fulvius* nominatur: in Regio ſemper *Fulvus*. quod firmant conſulares faſtus. at *Ionio* perperam pro *Bojonio*. Unde habuerit Pius hoc nomen non explicant veteres. habuit autem, niſi fallimur, ab avia materna Bovinia Procella, cùm heres ab illa fuiſſet ſcriptus. *Bojonius* idem ac Bovinius, niſi quòd nomen [illegible] utcumque apud Latinos originem à bobus diſſimulat. Alii non hunc, ſed Marcum vocant Bojonium: ut Victor, Eutropius, & Pæanius *Βοϊώνιον*. Bojonii Olympi cujuſdam in veteribus inſcriptionibus mentio: qui fortaſſe hujus libertus fuit.

1 *Ad ſecundum conſulatum.*] Bis conſul fuit principe Domitiano: in priore conſulatu collegam habuit Domitianum undecies: poſteriorem geſſit quadriennio poſt collega Atratino.

2 *Qui & ipſe fuit conſul.*] Suffectus, ut opinor, non ordinarius. nam in Faſtis tacetur ejus nomen.

3 *Homo triſtis & æger.*] Scripta lectio, *homo caſtus & integer.*

6 *Arrius Antoninus bis conſul.*] Hic eſt quem inter ſuffectos conſules nominat Caſſiodorus in ultimo Domitiani anno. bis fuiſſe conſulem, & Plinius teſtatur in epiſtola tertia libri quarti. nam qui eam epiſtolam ad Pium ſcriptam putant, inſigniter falluntur, ut mox oſtendemus.

SALMASIVS.

3 *Homo caſtus & integer.*] Palatinæ membranæ & editio Mediol. *homo triſtis & integer.* morum triſtitia in laude ponitur ſæpius apud iſtos authores. Triſtibus autem iſtis opponuntur, ἐκ διαμέτρου homines læti & lætæ vitæ. Triſtis igitur hoc loco ſeverum ſignificat. Vulcatius de Caſſio: *hæc epiſtola ejus indicat quam ſeverus & quam triſtis futurus fuerit imperator.* idem Capitolinus in Maximo: *Fuit cibi avidus, vini parciſſimus, ad rem veneream nimis rarus, domi foriſque ſemper ſeverus, ita ut & triſtis cognomen acciperet.* ita igitur hoc loco reſtituendum arbitror.

4 *Avia materna Bovinia Fadilla.*] *Bojunia* non *Bovinia* legit bonæ notæ liber Palatinus, nec dubium quin debeat ſcribi, *Bojonia.* ab hac igitur avia materna Bojonia Fadilla, Bojonius nomen habuit Antoninus Pius. *Bojonia Procella: Bojonia Antulla* in ſaxis.

GRVTERVS.

3 *Homo triſtis & integer.*] Ita Palatinus, & malui, quàm quod in aliis, *homo caſtus & integer.* quippe *triſtis* idem cum ſevero, qualis deſcribitur Cato. ſic & noſter de M. Antonio Philoſopho; *fine triſtitia gravis*, fine capitis quarti, & ſæpe alias.

5 *Bovinia Procilla.*] Eſt in Pal. *Bojunia*, ut procul dubio fuerit *Bojonia*, habueritque nomen matris ſimul ac patris.

CASAVBONVS.

7 *Qui Nervam miſeratus eſſet, quòd imperare cœpiſſet.*] Victor alter: *Nerva* cum

cœpiſſet. ſoror uterina, Julia Fadilla. vitricus Julius Lupus conſularis. ſocer Annius Verus. [1] uxor Annia Fauſtina. filii mares duo, duæ fœminæ, gener per majorem filiam, Lamia Syllanus; per minorem, Marcus Antoninus fuere. Ipſe Antoninus Pius natus eſt tertiodecimo Cal. Octobres, [2] ſub Domitiano duodecimo, & Cornelio Dolabella Coſs. [3] in villa Lanuvina:

cùm in curiam à ſenatu gratanter exceptus eſſet, ſolus ex omnibus Arrius Antoninus vir acer eique amiciſſimus, conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari ſe ait ſenatui & populo, provinciiſque: ipſi autem nequaquam: cui ſatius fuerat malos principes eludere, quàm tanti oneris vim ſuſtinentem, non moleſtiis modò & periculis ſubjici; ſed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum: qui cùm ſe mereri omnia præſumunt, ſi quicquam non extorſerint, atrociores ſunt ipſis quoque hoſtibus. Hæc in illa Epitoma: quæ non dubito eſſe deſcripta ex amiſſis vitis unius horum ſcriptorum. quò libentius hic illa adſcripſimus.

1 *Uxor Annia Fauſtina.*] Quæ & Galeria Fauſtina dicitur initio vitæ Marci.

2 *Sub Domitiano duodecimo & Dolabella Coſſ.*] Factum aliquid ſub illo aut illo principe latinè dici ſcio: ſub conſulibus illis, an Latinum ſit viderimus: certe non eſt uſitatum. Quare legebam hic, *ſub Domitiano, ipſo duodecimo & D. C.* ſed aliter ſcripti medentur. Nam in libro Puteani, pro *ſub*, exaratum *Fl.* quare ſcribe, *Flavio Domitiano.* vox *duodecimo* abeſt à Regio, & aliis nonnullis In faſtis Siculis comparantur Δομετιανὸς ιϛʹ, καὶ Σατυρνῖνος. neutrum rectè. Cenſorinus De die natali, *Agonum* Capitolinorum *primus à Domitiano inſtitutus fuit, duodecimo ejus, & Ser. Cornelii Dolabellæ conſulatu.*

GRUTERUS.

2 *Flavio Domitiano.*] Sic & Palat. non *ſub Domitiano.* Excerpta neque *ſub* habent, neque *Flavio*; ſed tantum, *natus eſt XIII. Kal. Octobris Domitiano duodecies.*

CASAUBONUS.

3 *In villa Lanuvina.*] Scripti, *Lavinia.* nihil intereſſe inter Lavinium & Lanuvium, multis diſputat illuſtriſſimus Scaliger. Lavinium autem dictum fuiſſe & Laurolavinium, & Laurum Lavinium, non uno loco Servius docet. Videntur Pii majores qui in Italiam primi e Gallia noſtra migrarunt, apud Lanuvium municipium conſediſſe. ideo ſcribit de Pio Aurelius Victor, *vir veterrimæ familiæ è Lanuvino municipio*: at Romæ ſerius innotuit hæc familia: ut & Spartianus indicat, & Eutropius: *genere*, inquit, *claro, ſed non admodum vetere:* Villæ hujus Lanuvinæ & Lampridius meminit initio vitæ Commodi. Marci verba de hac interpretor, ſcribentis libro primo: placere ſibi veſtem non exoticam, ſed τὴν ἀπὸ χωρίου. & quidem ἀπὸ τῆς ἐπαύλεως, καὶ τῶν ἐν Λανουβίῳ τὰ πολλά. hoc eſt qualis vulgò fiat, e villa propria, & fere de redítibus Lanuvinis. Capitolinus de Marco ex Aſia & Syria reverſo, *exinde Lavinium profectus eſt.* non dubito hunc eundem locum ibi intelligendum.

SALMASIUS.

3 *In villa Lanuvina.*] Ita Palatinus, non *Lavinina.* vetus editio, *Laurina*, perperam: hæc villa Antonini Lanuvina dicta ſic videtur, quòd vicina eſſet Lanuvio municipio, è quo muni-

vina: [1] educatus Lauri in Aurelia: ubi poſtea palatium extruxit, cujus hodieque reliquiæ manent. Pueritiam egit cum avo paterno, mox cum materno, omnes ſuos religiosè colens: [2] atque adeò & conſobrinorum & vitrici & multorum affinium hereditate ditatus eſt. [3] Fuit vir forma conſpicuus, [4] ingenio clarus, 2
mori-

municipio originem duxiſſe Antoninum Pium ſcribit Aurelius Victor. Marcus Antoninus de vita ſua ut patrem Antoninum Pium valde in veſtitu civilem & communem fuiſſe oſtendat, ſcribit eum ſæpius Lanuvii viſum eſſe tunicatum. nam in municipiis Italiæ tunicati fere omnes, non togati. Juvenalis,

—— tunicæ ſummis ædilibus albæ,

Nemo togam ſumit niſi mortuus ——

de municipiis loquitur. Locus Marci Philoſophi inſignis eſt, ſed inſigniter corruptus. eum ſic emendabis: de Antonino Pio loquitur: *ὁ φιλοικοδόμος. ὁ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπινοητής. ὁ περὶ ἐσθήτων ὑφὰς καὶ χρόας· ὁ περὶ σωμάτων ὥρας. ἡ ἐπιχώριος στολὴ ἀνάγουσα ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως. χιτὼν ἐν Λανουβίῳ τὰ πολλά. τῷ φιλόνῃ ἐν Τούσκλοις παραιτουμένους ἐχρήσατο. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος.* quarum emendationum nos alibi rationem reddemus. vulgo: *τῷ πελώνῃ ἐν Τούσκλοις.* & reliqua ad hunc modum corruptiſſima.

CASAUBONUS.

1 *Educatus Lauri in Aurelia.*] Hâc petebantur Etruſci. in ea via ad XII. ab urbe lapidem fuit villa Pii, ubi & educatus eſt, & mortuus. *Lorium* & *Laurium* ea villa nominatur infrà, & Eutropio, Euſebio, aliis. Græcè *Λώριον*. Laurentum, ſive Laurens *προάστειον*, quò propter peſtem ſeceſſit Commodus, Herodiano deſcriptum libro primo, non auſim dicere eundem locum eſſe cum iſto. Addit autem Spartianus de via Aurelia, ut Laurium vel Lorium, prædium ſive prætorium ſeparet à villa Lanuvina, quæ erat in Appia: nam ibi Lavinium ſive Lanuvium.

2 *Atque adeò.*] Aut ſi vis, *ideo*: etſi nihil neceſſe.

GRUTERUS.

1 *Educatus Lauri.*] Pal. *Lori*; quod eodem quidem recidit, ſed tamen notandum fuit. nam & poſtea eadem iterum formâ comparet in noſtro.

SALMASIUS.

1 *Educatus Lauri in Aurelia.*] Melius ſcribatur *Lori* ex veteribus libris. *Lorium* infra nominatur. Græcis, *λώριον*. *Loria* dicitur in Itinerario: *Via Aurelia à Roma per Tuſciam & Alpes maritimas Arelatum uſque ſic:*

Loria M. P. XII.

Ad Turres M. P. X.

ſed ibi ſcribendum, *Lorio*, non *Loria*. ita enim recte ſcribitur in vetuſta tabula Peutingerorum. *Lorios* vocat Aurelius Victor: *igitur Aurelius ſocero apud Lorios anno vitæ poſt quintum & ſeptuageſimum mortuo, confeſtim Lucium Verum in ſocietatem potentiæ accepit.* Laurentium autem quo ſeceſſit Commodus peſtis tempore, longe ab hoc Lorio diverſum, & in via Hoſtienſi, non longe à Lanuvio. vetus Tabula: *Hoſtis* XVI. *Laurento* VI. *Lavinio* XVII. & ita in Itinerario: *Ab urbe, Noſtis* XVI. *Laurento* XVI. *Lavinio* XVI. lege *Hoſtis* pro *Noſtis*. & *Laurento* VI. pro XVI. ex eadem tabula.

3 *Fuit vir forma conſpicuus.*] Totam hanc periodum ex fide veteris & optimi libri ſic diſtinguendam & conſtituendam cenſeo: nihil autem ad-

moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio, ſingularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipuè ſobrius, diligens agri cultor, mitis, [1] largus, alieni abſtinens, [2] & omnia hæc cum menſura & ſine jactantia. In cunctis poſtremò laudabilis, [3] & qui meritò Numæ Pompilio ex bonorum ſententia comparatur. *Pius* cognominatus eſt à ſenatu, [4] vel quòd ſocerum feſſa jam

dam de meo aut minuam, niſi quæ ad ſolam interpunctionem pertinent: *fuit vir forma conſpicuus, clarus moribus, clemens, nobilis, vultu placidus, ingenio ſingulari, eloquentiæ nitidæ, litteratura præcipuæ, ſobrius, diligens agri cultor, mitis, largus*, &c. ita autem legitur in Palatino, *ingenio ſingulari, eloquentiæ nitidæ*. quod ne quem moveat hæc πτώσεων tranſmutatio, ſciat ſic paſſim loqui optimos auctores Latinitatis. ſic Salluſtius Pompejum carpens eum fuiſſe dicebat, *oris probi, animo inverecundo*. de quo loquendi genere cum multis videatur inſolens, alibi dicam.

CASAUBONUS.

4 *Ingenio clarus, moribus clemens.*] Regius omiſſa voce *ingenio*, quæ in vulgata ſcriptura bis ponitur, totum locum ita concipit: *clarus moribus, clementia nobilis, vultu placidus, ingenio ſingularis, eloquentiæ nitidæ, literatura præcipuus, ſobrius, diligens, agri cultor, mitis, abſtinens alieni, largus, & omn.*

1 *Largus, alieni abſtinens.*] Scribe, *largus ſui, alieni abſt.* ex Roberto Bonon. Plinius junior, *Homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens.*

2 *Et omnia hæc cum menſura.*] Imitatur illud Terentianum: *& tamen omnia hæc mediocriter.*

3 *Et qui meritò Numæ Pompilio comparatur.*] Eutropius ex hoc loco, *& qui meritò Numæ Pompilio confertur.* Sane meritò: nam quem potius cum Numa, qui ſacra & ceremonias Romæ conſtituit, componas, quàm eum cui ſua pietas cognomen peperit Pii? vide in extremo libro.

4 *Socerum feſſa jam ætate.*] Malim *feſſum*. ut in vita Hadriani. etſi dicimus utrumque.

GRUTERUS.

4 *Quod ſocerum feſſa jam ætate, manu.*] Pal. integer, *quod ſocer feſſi jam ætatem* neque aliter excerpta. fortè, *quod ſoceri feſſam jam ætatem, manu.*

SALMASIUS.

4 *Vel quod ſocerum feſſa jam ætate manu.*] Hæc aliter concipiuntur in illo optimo: *vel quod ſoceri feſſi jam ætatem manum præſente ſenatu levaret.* lege: *vel quod ſoceri feſſi jam ætate manum præſente ſenatu levaret.* Jam illud *levaret* pro *levaverit*, quin melius legatur, nemo dubitet. rationes ſupra poſuimus. *manum* autem *levare*, quin etiam rectum ſit, ipſi non dubitamus: ſupereſt præſtare ut ne alii dubitent. Manum igitur levare hominis ætate jam feſſi, eſt manum ejus ſuſtentare & quaſi ſcipionis vicem ſe ſupponere. quod κουφίζειν χεῖρα dixit Heliodorus in re ſimili. ſic *levare veſtigia* infra pro eodem dicitur. & *greſſus levare*, apud Aurelium Victorem: *quibus propere accurrentibus, forte Antoninum conſpexit ſenis ſoceri aut genitoris anxios greſſus levantem manu.* quod βαστάζειν ἴχνος Æſchylus dixit, hoc eſt ad verbum *levare veſtigium*. ut autem heic levare manum, & κουφίζειν χεῖρα Heliodoro, ſic *attollere palmas*, Valerio Flacco lib. IV.

——— *& manus omnis*

Heroum denſis certatim amplexibus urget,

Irma-

jam ætate, manu, præſente ſenatu, levaverit: (quod quidem [1] non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum, quum [2] impius ſit magis qui iſta non faciat, quàm pius qui debitum reddat) vel quòd eos quos Adrianus [3] per malam valetudinem occidi juſſerat, reſervavit: [4] vel quòd Adriano contra omnium ſtudia, poſt mortem infinitos atque immenſos honores decrevit: vel quòd, quum ſe Adrianus interimere vellet, ingenti cuſtodia & diligentia fecit ne id poſſet admittere: [5] vel quòd verè natura clementiſſimus, & nihil temporibus ſuis aſpe-

Armaque ferre juvat, feſſaſque attollere palmas.

feſſas attollere palmas eadem plane ratione illi poëtæ dicitur qua heic *manu levare*, Spartiano.

CASAUBONUS.

1 *Non ſatis magnæ pietatis argumentum eſt:*] Scribe, *non ſatis magnum.*

4 *Vel quòd Hadriano contra omnium ſtudia p.*] Ex omnibus quæ adferuntur hic, iſtam potiſſimum rationem probo. magnis enim laboribus Pio conſtitit, ut hæc poſtrema pietatis officia parenti ſuo præſtaret, cujus memoriam ſenatus cupiit damnare. cùm igitur ſtudio huic ſuo pietatis nomen neceſſariò prætenderet; puto inde illi partum Pii cognomen. Hæc quoque, niſi fallor, cauſſa eſt, cur ludos Puteolis in honorem Hadriani à ſe inſtitutos, Pialia ſive Εὐσέβεια, Pius idem nuncuparit. Pauſanias Pium à pietate in deum ſcribit eſſe nuncupatum.

5 *Vel quod verè natura clementiſſimus.*] Huic ſententiæ accedit Marcus in epiſtola ad Fauſtinam. *Clementia patrem tuum inprimis Pii nomine ornavit.* Romani quem laudatum volebant à clementia, *pium* vocabant Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio, *Hanc Marci clementiam ſenatus his acclamationibus proſecutus eſt: Antonine pie, dii te ſervent: Antonine clemens, dii te ſervent.* viceverſa Hebræi pietatem vocant חסד ἔλεος, & pios חסידים ἐλεήμονας.

SALMASIUS.

1 *Non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum.*] Pal. *non ſatis magni.* ſcribendum cum ſummo Caſaubono: *non ſatis magnum pietatis eſt argumentum.*

2 *Per malam valetudinem.*] Bonus & antiquus auctor dixiſſet, per valetudinem. ſed *malam valetudinem* dicebant, & unica etiam voce, *malevaletudinem.* in actis paſſionis beati Cypriani manuſcriptis, *benevaletudo* pro bona valetudo: *ibidem Galerius Maximus proconſul benevaletudinis recuperandæ gratia ſeceſſerat.* ut *malevaletudo*, & *benevaletudo*, ſic *maletractatio* Arnobio: *tolerari forſitan hæc maletractatio poſſet.* item: *immunes tamen à Deorum maletractatione, nec ſic eſtis.*

GRUTERUS.

2 *Impius ſit magis qui iſta non faciat, quàm pius qui debitum reddat.*] Turpiter aliquem ſe jactare, qui tantum fecerit officium ſuum; pluribus oſtendi veterum ſententiis, in ludo Diſcurſuum meorum. notiſſimum eſt Terentianum illud: *Ego in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere Hegio: Meum officium facio*, &c.

aſperum fecit. Idem [1] fœnus trientarium, hoc eſt minimis uſuris exercuit, ut patrimonio ſuo plurimos adjuvaret. Fuit quæſtor liberalis, prætor ſplendidus, [2] conſul cum Catilio Severo. Hic in omni vita privata in agris frequentiſſimè vixit: ſed clarus in locis omnibus fuit. Ab Adriano [3] inter quatuor conſulares, quibus Italia committebatur, electus eſt [4] ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimùm poſſidebat, ut A-
3 drianus viri talis & honori conſuleret & quieti. Huic quum Italiam regeret, imperii omen factum eſt. Nam quum tribunal aſcendiſſet, inter alias acclamationes dictum eſt, *Auguſte, dii te ſervent.* [5] Proconſulatum Aſiæ

CASAUBONUS.

1 *Fœnus trientarium, hoc eſt minimis uſuris exercuit.*] Sapiunt gloſſema hæc, *hoc eſt minimis uſuris.* fortaſſe inducenda: quæ tamen libri omnes retinent. Trientarium fœnus, ſive, uſuræ trientes ſunt, cùm centeſima redigitur ad trientem, & pro centum, non duodena annua, ſed quaterna tantùm penduntur. Pii exemplum retulit optimus Alexander: qui *fœnus publicum trientarium exercuit, ita ut pauperibus pleriſque ſine uſuris pecunias dederit.*

2 *Conſul cum Catilio Severo.*] Quarto Hadriani anno.

3 *Inter quatuor conſulares.*] De his in vita Hadriani.

SALMASIUS.

4 *Ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimùm poſſidebat.*] Hadrianus ut Antonini Pii honori conſuleret & quieti, cum quattuor conſularibus regendam totam Italiam daret, Antonino commiſit eam partem Italiæ in qua plurimos agros habebat. Ea videtur eſſe Campania: nam ibi pluximum poſſidebat ille, & ibi libenter eſſe ſolebat. infra enim dicitur, nullas expeditiones obiiſſe niſi ad agros ſuos ad Campaniam.

5 *Proconſulatum Aſiæ ſic egit.*] Hujus proconſulatus meminit Philoſtratus in Polemone: ἦρξε μὲν γὰρ, inquit, πάσης ὁμοῦ Ἀσίας ὁ Ἀντωνῖνος. quo in proconſulatu quam moderate clementerque ſe geſſerit fidem faciet ſuavis & lepida hiſtoria quæ apud Philoſtratum refertur, quam ex illo referre heic otioſum non putamus: ſimul ut aliquot mendas ex oratione Philoſtrati eluam, illa parte qua narrat hanc hiſtoriam. Regebat igitur Aſiam proconſule Antoninus: Smyrnam venit. ædes Polemonis Sophiſtæ, quia non aliæ meliores Smyrnæ, ut nec alius melior ipſo Polemone vir, abſentia domini tum vacuas hoſpitium ſibi facit. Redit peregre eadem illa nocte Polemon, ædes occupatas reperit, nec à quo conſiderans, nec quomodo. Quiritatus tumultuatur ante januam. indignum facinus clamitat, ſe domus ſuæ ingreſſu prohiberi arcerique. quid multa? cogit proconſulem multa jam nocte, aliud ſibi hoſpitium quærere, ac domo faceſſere. reſcivit hoc Hadrianus. εἰρώνα δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔνδον ὡς μὴ ἀναδέρροιτο: ita vulgo legitur nullo ſenſu. repone: ὡς μὴ ἀναφλεγείη, hoc eſt ne in flammas rediret Antoninus, iraque ejus reviviſceret. Sed Polemoni metuens imperator & cogitans quæ poſt ſe eventura

tura eſſent, cum quamlibet mites & æquales probaſque naturas incitare conſueverint & inſtigare, ſuique oblivisci cogere mali principum conſiliarii, ut Polemonem in gratiam cum filio reponeret, hanc viam ingreſſus eſt: teſtamenti tabulis quibus heredem imperii inſtituebat Antoninum, indidit hujus ſibi conſilii ac mentis auctorem fuiſſe Polemonem, ut hoc modo facilius ei veniam impertiret, cui beneficium relicti imperii debere ſe ſciret Antoninus. verba Philoſtrati Græca ſic legenda & diſtinguenda ſunt: ὅθεν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς βασιλείας διαθήκαις, καὶ Πολέμων ὁ σοφιστὴς, ἔφη, ξύμβουλος τῆς διανοίας ἐμοὶ ταύτης ἐγένετο. τῷ καὶ χάριν ὡς εὐεργέτῃ πράττειν, τὴν συγγνώμην ἐκ περιουσίας, ἐπιπορίζων. hoc eſt, illa re qua gratiam promereri faciebat ut auctorem beneficii, veniam illi præparans ex abundanti. Hæc apud Philoſtratum vulgo male lecta, pejus intellecta, quæ idcirco adferre non piguit ut doceremus quomodo legi intelligique deberent. præterea lucem hiſtoriæ non parvam adferunt, licet teſtamentum iſtud Hadriani qua heredem relinquit Antoninum, & id ex conſilio Polemonis valde propter Græculam in hiſtoria fidem ſuſpectum habeam. quid enim opus teſtamento fuit, quo heres imperii inſtitueretur Antoninus, qui ab Hadriano adoptatus in certam ſpem fiduciamque futuræ ſucceſſionis, ſtatim poſt exceſſum Hadriani, adoptionis merito non teſtamenti jure, reipublicæ regimen accepit? Hoc de Hadriano quidam ſcriptum reliquerant, non adoptione adſcitum ad imperium, ſed Plotinæ Trajani conjugis favore id aſſecutum, quæ viri teſtamento heredem regni inſtitutum ſimularat, ut narrat Aurelius Victor Scotti.

CASAUBONUS.

5 *Proconſulatum Aſiæ ſic egit, ut ſolus avum vinceret.*] Avus hic quem intelligit, eſt Pii avus maternus Arrius Antoninus. Ambo proconſules Aſiæ fuerunt, & Pius, & avus. De Pii proconſulatu loquitur Marcianus libro ſecundo, De judiciis publicis: *Caput mandatorum exſtat, quo Divus Pius cum provinciæ Aſiæ præerat, ſub edicto propoſuit, ut irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis.* De avo illius Proconſule Aſiæ, & immortali laude quam inde reportavit, Plinius in epiſtola ad ipſum Arrium Antoninum. *Quod ſemel atque iterum conſul fuiſti ſimilis antiquis, quod proconſul Aſiæ qualis ante te, qualis poſt te vix unus aut alter, (non ſinit enim me verecundia tua dicere, quam nemo) quod ſanctitate, quod auctoritate, ætate quoque princeps civitatis, eſt quidem venerabile ac pulchrum: ego tamen te vel magis in remißionibus miror.* Ingentem, ut vides, integritatis & prudentiæ famam ex ea provincia reportaverat Arrius: ut non dubites Plinius omnibus illum anteponere, qui ante ipſum aut poſt ipſum Aſiam rexerant. Hinc cognoſcimus cur dicatur Pius à Capitolino, *ſolus in ſuo proconſulatu avum viciſſe.* Similis apud Claudianum Probi liberorum laudatio, quod ſoli patrem viciſſent.

Sed nati vicere patrem, ſolique merentur
Victores audire Probi.

Invenio & tertium Arrium Antoninum, Aſiæ itidem proconſulem, virum longè clariſſimum: qui principe Commodo occiſus ſcelere Cleandri, tantam imperatori invidiam apud vulgus & omnes bonos concitavit, ut eam ferre Commodus cum non poſſet, Cleandrum plebi ad pœnam donaverit. Hiſtoriam habes apud Lampridium. Hic videtur eſſe, de quo Tertullianus ad Scapulam: *Arrius Antoninus in Aſia cum perſequeretur inſtanter, omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus ſe manu facta obtulerunt: cum ille paucis duci juſſis, reliquis ait,* Ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. Omnino aut ad illum de quo Lampridius, aut illum de quo Plinius locum Tertulliani debes referre. nam

Asiæ sic egit, ut solus avum vinceret. In proconsulatu etiam sic imperii omen accepit. Nam quum [1] sacerdos fœmina Trallis ex more proconsules semper hoc nomine falutaret, non dixit, *Ave Proconsul*, sed, [2] *Ave imperator.* [3] Cyzici etiam de simulacro dei ad statuam ejus corona translata est. Et post consulatum in viridario taurus marmoreus, [4] cornibus ramis arboris accrescentibus, appensus est. [5] Et fulgur cœlo sereno sine

nam vir ille præcelsæ dignitatis qui in Annalibus ecclesiasticis ad Pii proconsulatum hæc refert, sine dubio sententiam mutabit, cùm animum adverterit. quare enim veteri cum & obsoleto nomine Arrium Antoninum potius quàm Pium dixisset Tertullianus? ita moris est, etiam cùm de rebus ante susceptum imperium gestis scriptores loquuntur: & ita Marcianus l. C^tus cujus verba modò recitavimus. Jam quòd Plinii epistolas ad Arrium Antoninum scriptas idem vir illustrissimus Pio missas putat; id verò temporum ratio manifestissimè revincit. Nam Arrius ille cui Plinius scribebat, senex tum capularis erat, duobus consulatibus, & proconsulatu illo Asiæ multos antè annos functus, otio pridem redditus. scriptæ autem sunt epistolæ illæ à Plinio, sub primos Trajani annos: qua tempestate constat Pium, vix ex ephebis egressum, primos adolescentiæ annos attigisse.

1 *Sacerdos femina Trallis.*] Scribe, *Trallibus.* aut certè *Tralli.* Τράλλεις enim aut Τράλλες semper hæc urbs dicitur. sed melius est *Trallibus.*

2 *Ave imperator.*] Eadem salutatio à populo Ro. facta, etsi aliud cogitante, omen Trajano fuit imperii: ut in Panegyrico narrat Plinius.

SALMASIUS.

1 *Sacerdos femina Trallis.*] Nihil variant nostri codices. *Tralli* autem pro *Trallis*, vel Τράλλες, non inusitato metaplasmo. Alias Τραλλεῖς, populus Illyricus, qui & Τράλλεις Theopompo. vide Stephanum. si quid mutandum, legi etiam posset, *Tralli*: nam Trallis urbs illa Græce dicitur, Τράλλις.

3 *Cyzici etiam de simulacro Dei*] *Cilici* constanter heic libri. unde & vet. ed. *Cilicia.* sed omnino *Cilici* pro *Cidici.* nam ita scribebant. apud Æthicum, *Sestos*, *Quidicus*, pro *Cyzicena* sic infra *Ladi*, pro *Lazi.* ubi vide quæ dicam.

CASAUBONUS.

4 *Cornibus ramis arboris accrescentibus, appensus est.*] Cùm esset in viridario taurus marmoreus positus, arbor proxima teneros ramos primùm submisit tauri cornibus: deinde cùm paulatim crescerent, & cornua & ipsum tandem taurum sustulerunt: ut videretur sic appensus cornibus, tanquam aliquod donarium studio & industria dedicantium ibi positum. digna planè res admiratione, & quæ meritò sit habita prodigii loco. Sequax enim crescentium surculorum natura, rebus obstantibus cedere solet, non reluctari: ut in operibus topiariis, trichilisque & ulmeis pergulis licet videre. Hic verò insueta & extraordinaria naturæ molitione opus.

5 *Et fulgur cœlo sereno sine noxa in ejus domum venit.*] Fulgur etiam pro fulmine posuerunt, ut docebamus ad Suetonium libro secundo. nam illam è nubibus subitæ lucis eruptionem nihil nocuisse, nihil mirum.

2 Delia

ne noxa in ejus domum venit. Et in Hetruria [1] dolia quæ defoſſa fuerant, ſupra terram reperta ſunt. Et [2] ejus ſtatuas in omni Hetruria [3] examen apum replevit. [4] Et ſomnio ſæpe monitus, [5] ſe penitus ejus Adriani ſimulacrum inſerere. Proficiſcens ad proconſulatum, filiam majorem amiſit. De hujus uxore multa dicta ſunt [6] ob nimiam libertatem & vivendi facilitatem

1 *Dolia quæ defoſſa fuerant.*] In horreis dolia defodere moris erat: quod è ſcriptoribus rei ruſticæ, poëtis & juriſconſultis notiſſimum.

2 *Ejus ſtatuas in omni Hetruria examen apum replevit.*] Examen apum *συμβολικῶς* populorum multitudinem denotabat. quare hoc portentum futiles augures ſic interpretati ſunt, quaſi omnes gentes in fidem Arrii Antonini, qui poſtea Pius, ſe dedituræ eſſent. Eàdem ratione ſcribit Artemidorus de iiſdem apibus: *ἐπικαθεζόμεναι δὲ τῇ κεφαλῇ τοῦ ἰδόντος, στρατηγεῖν καὶ δημαγωγεῖν ἐπιχειροῦσιν ἀγαθαί.*

5 *Se penitus ejus Hadriani ſimulacrum inſerere.*] Corruptiſſima lectio, etiam in veteribus. legendum cenſeo, *Et ſomnio ſæpe monitus eſt, penatibus ſuis Hadrianus ſim. inſ.* non longe diſcedimus à lectione edita. ſententia verò optima, & ut arbitror certiſſima. Filii apud Romanos patres mortuos loco numinum colebant: ut ad Suet. obſervamus. Quare Pius cùm juberetur Hadrianum inter penates ſuos referre, in ſpem inducebatur & adoptionis & imperii. Hæc certiſſima ſunt.

SALMASIUS.

3 *Examen apum replevit.*] Palatinus, *apium.* ſic *civitatium, hominium* Salluſt. & *ſervitutium*, & ſimilia.

4 *Et ſomnio ſæpe monitus ſe penitus ejus Adriani ſimulacrum inſerere.*] Non emaculatior hic locus ſinceriorque reperitur in vetuſtis membranis, quam heic legitur. optime ad veritatem emendabat doctiſſimus Caſaubonus: *penatibus ſuis Adriani ſimulacrum inſerere.* ſed penates ſimpliciter, pro ædibus vel domo fere accipiuntur. itaque Deos penates ſemper addunt, qui de diis volunt intelligi. Palatinus codex habet: *ſed pennus ejus.* puto ſic poſſe reſcribi: *ſe D. penu*, hoc eſt compendioſe: *ſe diis penatibus ejus. ejus* autem pro *ſuis*: nec mutandum. ſic enim alibi loquuntur iſti authores & Suetonius in Caligula; *ne qui in jure reſponderent, præter eum*, pro præter ſe. monitus igitur Antoninus inter deos penates ſuos ſimulacrum Adriani inſerere. & hanc conjecturam confirmat locus infra in Marco Antonino: *Denique hodieque in multis domibus M. Antonini ſtatuæ conſiſtunt inter deos penates.*

6 *Ob nimiam libertatem facilitatemque vivendi.*] *Libere vivere* dicuntur qui genio indulgent ſuo, lætamque & hilarem in voluptatibus degunt vitam. & hæc libertas vivendi appellatur, quam alibi licentiorem vitam appellat & liberam. in Vero: *ubi vero in Syriam profectus eſt, non ſolum licentia vitæ liberioris, ſed etiam adulteriis & juventutis amoribus infamatus eſt.* & hoc ſenſu *vindemia libera* dicebatur Heliogabalo, quam libere licenterque, hoc eſt jocoſe atque hilare tranſigerent. ſic libertatem opponit caſtitati Flavius Vopiſcus in Carino: *Denique cum omnibus gentibus Diocletianus daret ludos parciſſime uſus libertate, dicens caſtiores eſſe oportere ludos ſpectante cenſore. libertate* autem omnes ibi libri veteres tuentur, cum habeant editi, *liberalitate.* Hæc enim dicuntur in comparatione ludorum quos Carus dederat, qui

tem, quæ iſte cum animi dolore compreſſit. Poſt proconſulatum, in conſiliis Adriani Romæ frequens vixit, [1] de omnibus quibus Adrianus conſulebat, mitiorem
4 [2] ſententiam ſemper oſtendens. Genus ſane adoptionis tale fertur: Mortuo Ælio Vero quem ſibi Adrianus adoptaverat & Cæſarem nuncupaverat, dies ſenatus habebatur. [3] Eò Arrius Antoninus ſoceri veſtigia levans venit, atque idcirco ab Adriano dicitur adoptatus: quæ cauſa ſola eſſe adoptionis nec potuit omnino nec debuit, maxime quum & ſemper rempub. bene egiſſet Antoninus, & in proconſulatu ſe ſanctum gravemque præbuiſſet. [4] Ergo quum eum Adrianus adoptare ſe velle publicaſſet, acceptum eſt ſpatium deliberandi utrum arrogari ab Adriano vellet. Adoptionis lex hujuſmodi data eſt: ut quemadmodum Antoninus

qui magnificentiſſimi fuerant, & inſtructiſſimi voluptatum omni genere: mimis, pantomimis, choraulis, ſalpiſtis, ludo Sarmatico, & ſimilibus: ita ut Diocletianus propter illos ludos diceret, bene riſum fuiſſe in imperio ſuo Carinum. ipſe contra in editione ludorum parciſſime libertate uſus eſt. ita Græci ἱλαροβίους vocant homines amatores & delicioſe viventes. Nicetas; νέος γὰρ ὢν ὁ Μανουὴλ καὶ ἐρωτικὸς, τῷ τ' ἀνειμένῳ βίῳ καὶ τρυφαῖς προσανέκειτο. in barbarico Codice legitur: καὶ ἐρωτικὸς, καὶ ἱλαρόβιος. ſic ἱλαροβιείαν dicebant pro hilaritate & jocoſa vita. unde ἱλαροβιάζειν, ridere, & hilarem ſe præbere. Moſchopulus: εἰς Τερφανὴν μετεχαιράτο. ἐπὶ τῶν συνθρωπαζόντων καὶ οὐδὲ ποτε ἱλαροβιαζόντων. Arculphus de Gazæis: *civitas ſplendida & delicioſa, homines honeſtiſſimi, & omni libertate decori, amatores.*

GRUTERUS.

1 *De omnibus de quibus Hadrianus conſulebat, mitiorem ſententiam ſemper oſtendens.*] Nemini iſtud umquam vitio fuit, ſed laudi; ut palam feci productis exemplis ad illa Taciti de M. Lepido: *Pleraque à ſævis adulationibus alterum in melius deflexit.*

CASAUBONUS.

2 *Sententiam ſ. oſtendens.*] Græcum eſt, γνώμην ἀποφαίνειν.

3 *Eò Arrius Antoninus, ſoceri veſtigia levans, venit.*] Alii genitorem ajunt fuiſſe, non ſocerum. *veſtigia levare*, venuſtè, pro ingredientem ſublevare manu, & ὑποβαστάζειν. Aurelius Victor à doctiſſimo viro Andrea Schotto editus, ſervavit idem verbum. *Hadrianus*, inquit, *Ælio Cæſare mortuo, cùm ipſe animo parum valeret, idcircoque deſpectui haberetur, ad creandum Cæſarem patres convocat: quibus properè accurrentibus, fortè Antoninum conſpexit, ſenis ſoceri aut genitoris anxios greſſus levantem manu. Quo mirè oblectatus, adoptatum legibus Cæſarem jubet.*

SALMASIUS.

4 *Ergo eum quum Hadrianus.*] *Ergo quum eum Hadrianus adoptare ſe velle publicaſſet.* ita Pal.

ninus ab Adriano adoptabatur, ita ſibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum, Ælii Veri qui ab Adriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus. Adoptatus eſt v. Calend. Martias die, in ſenatu gratias agens quòd de ſe ita ſenſiſſet Adrianus: [1] factuſque eſt patri & in imperio proconſulari & in tribunitia poteſtate collega. Hujus primum hoc fertur quòd [2] quum ab uxore arguere-

CASAUBONUS.

1 *Factuſque eſt patri & in imperio proconſulari, & in tribunitia poteſtate collega.*] Inter principatus titulos & proconſulatus fuit, & tribunitia poteſtas. Exemplum jam inde ab Auguſto: eſtque apud Dionem utriuſque dignitatis origo diligenter expoſita. Græci proconſulare imperium modò *τὴν ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον* nominant. modo *τὴν τῶν ὑπάτων ἐξουσίαν*. Cedrenus, *τὴν ἀνθυπάτων ἀξίαν*. Sæpe autem mirari ſubiit, quod cum uterque titulus, & tribunitiæ poteſtatis, & proconſularis imperii omnibus æquè imperatoribus competierit; non omnes tamen æquè uſurparint. nam tribunitiæ poteſtatis titulum imperatorum nemo poſt Auguſtum prætermiſit: quare tam in hiſtoriis quàm in nummis & veteribus ſaxis frequentiſſimam ejus dignitatis haberi mentionem omnes ſciunt. proconſularis verò imperii & hiſtorici in rebus geſtis multorum imperatorum, qui Auguſtum ſunt ſecuti, non meminerunt, aut rariſſimè: & alia eorundem principum monumenta penitus eum titulum ſilent. In veteribus quidem inſcriptionibus ſex tantùm, niſi fallor, invenias, qui proconſules nominentur: Severum, filium ejus Caracallam, Macrinum, Antoninum Heliogabalum, Alexandrum Mammææ, & Aurelianum. Hi paſſim in veteribus ſaxis PROCONSVLES, vel ITERVM PROCONSVLES vocantur: cæteri, quod meminerim, nuſquam. fuiſſe tamen & aliis omnibus non minùs quam iſtis, proconſulatus honorem delatum, certiſſimum eſt. Atque hoc in ſingulorum fermè principum vitis diligentiùs ab iſtis ſcriptoribus videas adnotatum, quàm ab aliis hiſtoriæ Auguſtæ conditoribus fuerit factum. Quid igitur fuerit, cur alii imperatores dici proconſules præclarum duxerint, alii eum titulum inſuper habuerint quaſi faſtidientes, ut majeſtate ſua minorem, velim ejus rei cauſſam inquirant ſtudioſi rerum antiquarum, & nos doceant.

SALMASIUS.

2 *Quum ab uxore argueretur quaſi parum neſcio quid ſuis largiens.*] Haud ſcio quam bene hæc conveniant cum Antonini reſponſo. Arguitur ab uxore Antoninus quaſi parum largiens ſuis: reſpondet ille, poſtquam ad imperium venerint, & illud quod ante habuerant, perdidiſſe. quorum verborum vim mentemque non capio, aut omnino non quadrant cum illa Fauſtinæ reprehenſione. præterea quis credat reprehenſum Antoninum eo nomine ab uxore quod parum largiretur ſuis? nec enim moribus optimi imperatoris congruit hæc *ἐπίληψις*, quem liberalem & munificum fuiſſe ſupra notat Spartianus his verbis: *mitis, largus, alieni abſtinens.* deinde quid illud eſt *parum neſcio quid?* dixiſſet potius, *quaſi parum largiens ſuis.* etiam illa quæ ſupra leguntur, fœnus trientarium exercuiſſe Antoninum ut patrimonio ſuo multos adjuvaret, non parum munificum princi-

pem

gueretur [1]quaſi parum neſcio quid ſuis largiens, dixerit, *Stulta, poſteaquam ad imperium tranſivimus, & illud quod habuimus ante perdidimus.* [2]Congiarium militibus ac populo de proprio dedit, & ea quæ pater promiſerat. Et ad opera Adriani plurimùm contulit: & aurum coronarium, quod adoptionis ſuæ cauſa oblatum fuerat, Italicis totum, [3]medium provincialibus reddidit. [4]Et patri, quoad vixit, religioſiſſimè paruit. Sed Adriano apud Baias mortuo, [5]reliquias ejus Romam pervexit ſanctè ac reverenter, [6]atque in hortis Domi-

pem eum fuiſſe oſtendunt, qui privatus multos patrimonio ſuo adjuvare ſit ſolitus. ſed & quæſtorem fuiſſe liberalem, prætorem ſplendidum, ſcimus ex eodem loco Spartiani. quibus omnibus rebus adductus facile mihi perſuadeo legendum eſſe: *quum ab uxore argueretur quaſi carum neſcio quid ſuis largiens*, vel *rarum*. neſcio quid carum, rem neſcio quam multi pretii. & huic lectioni optime reſpondet dictum Antonini, quo negavit quicquam ſe proprium jam habere, ſed omnia amiſiſſe, quæ habuerint, priuſquam ad imperium tranſirent. pro divinis habebo qui melius divinaverint.

CASAUBONUS.

1 *Quaſi parum neſcio quid ſuis largiens.*] Suetonius de Tiberio ab Auguſto adoptato: *nec quiſquam poſtea pro patre familias egit; aut jus quod adoptione amiſerat, ex ulla parte retinuit: nam neque donavit, neque manumiſit.* aliis verbis de Marco idem Capitolinus: *Erat haud ſecus rei ſuæ quam in privata domo parcus ac diligens, pro inſtituto patris volens agere, dicere, cogitare.*

2 *Congiarium militibus ac pop.*] Sequitur non longè, *Congiarium populo dedit, militibus donativum addidit.* ſive eadem eſt liberalitas, ſive alia, mirum eſt cur maluerit hanc hiſtoriam ſeparatis locis ponere, quàm unà & ſemel.

3 *Medium provincialibus reddidit.*] Novè, *medium*, pro alicujus rei dimidio. neque enim quicquam mutandum. Sic *media pars* in Marco, pro dimidia parte: & ſæpiùs in iſtis auctoribus.

SALMASIUS.

4 *Et patri quoad vixit religioſiſſime paruit.*] Palatinus: *& patri cum advixit.* lege, *& patri dum advixit.* *advivere* pro ſimplici vivere. Vetus interpres Novellæ XVII. *licet uſufrui donec advixerit.* Hieronymus adverſus Jovinianum: *dum advivis bene abuti ſubſtantia tua.* Tertullianus: *qui in ipſis tunc fuerunt, cum adviverent.* quibus omnibus locis & aliis quampluribus doctiſſimus Juriſconſultus ita diſtinguit ut legat, *dum ad vixerit: donec ad vixerit.* & *donec ad, cum ad, dum ad* dicta putat, pro dum, cum, donec. non mihi perſuadet. Plinius lib. XV. cap. XVIII. *eadem autem fortuito ſatu advivit in medio foro.* in veteri inſcriptione: *ut memoriſ ſi tribules qui adviventé eo dono Delphicæ areæ cum omni cultu exornatæ, ſed & teſtamento diviſione exequiarum ejus honorati ſunt.*

CASAUBONUS.

5 *Reliquias ejus Romam pervexit ſanctè & reverenter.*] Exemplo Tiberii & Caligulæ: de quibus Suetonius libro II. cap. C. & IV. cap. XIII.

6 *Atque in hortis Domitiæ collocavit.*] Hortorum Domitiæ meminit Victor in regione urbis XIV. & Vopiſcus

Domitiæ collocavit: etiam repugnantibus cunctis, inter divos eum retulit. [1] Uxorem Fauſtinam, *Auguſtam* appellari à ſenatu permiſit: *Pii* appellationem recepit. Patri & matri atque avis & fratribus jam mortuis, ſtatuas decretas libenter accepit. Circenſes natali ſuo dicatos non reſpuit, [2] aliis honoribus refutatis. [3] Clypeum Adriano magnificentiſſimum poſuit, & ſacerdotes inſtituit. Factus imperator, nulli eorum quos Adrianus provexerat, ſucceſſorem dedit. [4] Fuitque

piſcus in Aureliano. *Collocare* hic cave accipias pro condere aut ſepelire: id enim ſignificat quod Græcis προθεῖναι de mortuis: cùm eos lugendos laudandoſque in veſtibulo domus exponebant. Nam ſimiliter Hadriani reliquiæ in his hortis ſunt expoſitæ, ut illas pop. Rom. inſpiceret ac veneraretur, priuſquàm in ſepulcrum ſive Hadriani molem inferrentur.

1 *Uxorem Fauſtinam Auguſtam appellari a ſenatu permiſit.*] Numiſma antiquum, FAVSTINA AVGVSTA. LÆTITIA. S. C. & in alio, FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII. P. P. CONCORDIA.

2 *Aliis honoribus refutatis.*] *Refutare* etiam apud Ciceronem ſæpe pro ἀποτρίψασθαι & ἐκβάλλειν, ut vertit rectè auctor Gloſſarum. & ita apud Vopiſcum in Probo. hic mollius, pro non admittere, παραιτεῖσθαι.

SALMASIUS,

2 *Aliis honoribus refutatis.*] *Refutare honores* pro non recipere. ſic nummos *refutare*, Solino: *nundinas & nummum refutare. pacem refutare*, Ammiano Marcellino: *cum duce tuo per quoſdam ignobiles me inconſulto ſermones conſeruit ſuper pace, non refutamus nec reſellimus, adſit modo cum decore & honeſtate.*

CASAVBONVS.

3 *Clypeum Hadriano magnific.*] Genus honoris frequens & notum. vide Pollionem in Claudio.

4 *Fuitque ea conſtantia, ut ſept.*] Appellat conſtantiam τὴν εὐελπιστίαν Pii, & animum bonæ ſpei plenum: qui illud non metueret, ne præſides provinciarum capti imperandi conſuetudine longi adeò temporis, res novas molirentur. difficillimum eſt enim, ut æquo animo ſub legibus vivant, aſſueti diuturnis imperiis. Lege Suetonium libro primo, capite XXX, & quæ ibi olim notavimus. neque enim hunc locum ceperunt, qui aliter legerunt. ut Robertus Bonon. qui ſcribit, *fuitque ea cuſtodia.*

GRUTERUS.

4 *Fuitque ea conſtantia: ut ſeptenis & novenis annis in provinciis bonos præſides detineret.*] Ita & de Tiberio Tacitus libro I. Annal. cap. 80. p. *Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus, aut juriſdictionibus habere.* ubi nos de hoc more plura.

SALMASIUS.

4 *Fuitque ea conſtantia.*] Conſtantiam heic εὐελπιστίαν accipiunt homines doctiſſimi, & animum bonæ ſpei plenum Antonini, qui ſibi nihil metueret à præſidibus, ne res novas moliendi occaſionem caperent ex diuturnitate imperii. ſed vix puto Capitolinum illo reſpexiſſe. bonos enim tantum præſides detinebat in provinciis, & quos bene adminiſtrare provinciam exploratum habebat.

que ea conſtantia, ut ſeptenis & novenis annis in provinciis bonos præſides detineret. [1] Per legatos ſuos plurima bella geſſit. [2] Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, [3] alio muro ceſpititio ſubmotis barbaris ducto: [4] & Mauros ad pacem poſtulandam coëgit: & Germanos & Dacos & multas gentes atque Judæos rebellantes contudit per præſides ac legatos. In

Quid vero periculi vel metus oriri poterat à bonis præſidibus? His enim ſolis ſucceſſores per tot annos non dabat. Conſtantiam igitur heic ſimpliciter accipimus, animi propoſitum certum fixumque, quod demutari non poteſt flectique, quin obtineat quod ſemel decrevit. Hanc ergo conſtantiam tenuit in detinendis bonis præſidibus Antoninus, nec ſibi perſuaderi ſivit ut daret ſucceſſores illis quos bene gerere remp. comperiſſet. ſic conſtantiam ſumit in Marco Antonino: *ſane quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus.* Conſtantiam opponit verecundiæ: verecundus enim qui animi quadam imbecillitate, & frontis teneritudine nihil poteſt negare. conſtans contra, qui mores ſuos tenet, nec facile mutatur. Ideoque de Marco alio loco ſcribit, *eum verecundum fuiſſe ſine ignavia*, quod ſcilicet & conſtans eſſet, & verecundus.

CASAUBONUS.

1 *Per legatos ſuos plurima bella geſſit.*] Pauſanias in Arcadicis: Antoninus prior, inquit, ultro quidem bellum nemini unquam intulit: laceſſitus verò hoſtes valde repulit, & res magnas geſſit. deinde ſubjicit eruditus ille ſcriptor præcipua rerum hujus Pii. Aurelius Victor qui contraria his videtur ſcribere, cautè accipiendus, & ex Capitolino & Pauſania exponendus: nam Dioneæ hiſtoriæ pars hæc ante annos fere octingentos periit.

2 *Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit.*] Eumenius rhetor panegyrico, quem Conſtantio Cæſari dixit: *Fronto Romanæ eloquentiæ non ſecundum ſed alterum decus, cùm belli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quamvis ille in ipſo urbis palatio reſidens gerendi ejus mandaſſet auſpicium: veluti longæ navis gubernaculis præſidentem, totius velificationis & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt.* Brigantas populum Britanniæ magnis cladibus à Pio fuiſſe affectum teſtis Pauſanias. in nummis tamen non Briganticus, ſed BRITANNICVS appellatur.

3 *Alio muro ceſpititio ſubmotis barbaris ducto.*] Falſus eſt Johannes Livinejus qui pro *alio*, correxit *alto*. nam ita Capitolinus loquitur reſpiciens priorem illum murum, qui ab Hadriano fuerat exſtructus.

4 *Et Mauros ad pacem poſtulandam coëgit.*] Pauſanias qui ferè ſolus belli hujus memoriam nobis conſervavit, de pace nihil: ſed hoc ſolum, fugatos Mauros, & in ultimum Africæ angulum, ubi mons Atlas, fuiſſe compulſos. Belli difficultatem ex ejus verbis cognoſcimus: πολέμου ἄρξαντας Μαύρους Λιβύων τῶν αὐτονόμων τὴν μεγίστην μοῖραν, νομάδας τε ὄντας, καὶ τοσῷδε ἔτι δυσμαχωτέρους τοῦ Σκυθικοῦ γένους, ὅσῳ μὴ ἐπὶ ἁμαξῶν, ἐπὶ ἵππων δὲ αὐτοί τε καὶ αἱ γυναῖκες ἠλῶντο· τούτους ἐξ ἁπάσης ἐλαύνων τῆς χώρας ἐς τὰ ἔσχατα ἠνάγκασεν ἀναφυγεῖν Λιβύης, ἐπί τε Ἄτλαντα τὸ ὄρος, καὶ ἐς τοὺς πρὸς τῷ Ἄτλαντι ἀνθρώπους.

1 *Rebel-*

In Achaia etiam atque Ægypto [1] rebelliones repreſſit. Alanos molientes ſæpe refrenavit: [2] procuratores ſuos 6 modeſtè ſuſcipere tributa juſſit: excedentes modum, rationem factorum ſuorum reddere præcepit: [3] nec unquam lætatus eſt lucro quo provincialis oppreſſus eſt. [4] Contra procuratores ſuos conquerentes libenter audivit. His quos Adrianus damnaverat, in ſenatu indulgentias petiit, [5] dicens, etiam ipſum Adrianum hoc fuiſſe facturum. [6] Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit. [7] Unde plus crevit recuſan-

1 *Rebelliones repreßit.*] Τὺς ἀποστατοῦντας. Accipio enim ut in epiſtola Fauſtinæ ad Marcum, *Hortor, ut ſi amas liberos, tuos iſtos rebelliones acerrimè proſequaris.* Vopiſcus in Probo, *Carthaginem à rebellionibus vindicavit.* ſimili forma, *literio* apud Marcellinum, & *tocullio* apud Marcum Tullium.

4 *Contra procuratores ſuos conquerentes.*] *Contra*, non eſt, ἐκ τοῦ ἐναντίου, ut ſæpe ſumitur, pro è contrario: ſed *conqueri contra aliquem* dixit, pro de aliquo.

5 *Dicens etiam ipſum Hadrianum hoc fuiſſe facturum.*] Si convaluiſſet, & à furore fuiſſet liberatus. Refero enim ad narrationem memorabilem quæ Lampridio narratur in Alagabalo: *Ex eo emollitam Hadriani inſaniam ferunt, per quam multos ſenatores occidi juſſerat: quibus ſervatis Antoninus Pii nomen meruit, quòd eos pòſt ad Senatum adduxit, quos omnes juſſu principis interfectos credebant.* refertur & ab Aurelio Victore in extremo Hadriano. Iſtis igitur δοκησιθανάτοις ſenatoribus à ſe in ſenatum adductis, petiit Pius indulgentias: ut conceſſo poſtliminii jure in ſuas quiſque domos & priſtinas dignitates reſtituerentur: nam qui ſententiam capitis paſſi ſemel fuiſſent, & pro mortuis habiti, his παλιγγενεσίας δίκαια erant neceſſaria.

7 *Unde plus crevit, recuſantibus aulicis min.*] Mala diſtinctio optimam ſententiam corrumpit. Nam ſcribendum, *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit, unde plus crevit: recuſantibus aulicis miniſtris, qui, &c.* quo civiliorem ſe, inquit, exhibebat Pius, eò plus illi reverentiæ præſtabatur. *aulici miniſtri* ſunt fumorum venditores, de quibus poſtea. *recuſare* [illegible] pro indignari, & ferre aliquid impatienter.

GRVTERVS.

6 *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit: unde plus crevit.*] Sic neceſſe eſt. argutè Plinius Panegyr. ad Trajanum, cap. 71. *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat, ſecurus magnitudinis ſuæ.*

SALMASIUS.

2 *Procuratores ſuos modeſte ſuſcipere.*] Bis particulam, *&*, interſerunt heic veteres libri: *procuratores ſuos & modeſte ſuſcipere tributa juſſit & excedentes modum rationem factorum ſuorum reddere præcepit.*

3 *Nec unquam lætatus eſt lucro.*] Adde *ullo*, ex veteribus: *nec unquam ullo lætatus eſt lucro quo provincialis oppreſſus eſt.*

7 *Unde plus crevit recuſantibus aulicis miniſtris.*] Optime diſtinguunt, *unde plus crevit*, eruditiſſimi viri. referendum enim ad faſtigium quod ſic magis creſcebat, quo magis ad civilita-

 tem

cuſantibus aulicis miniſtris, qui illo nihil per internuntios agente, nec terrere poterant homines aliquando, nec ea quæ occulta non erant vendere. Senatui tantùm detulit imperator [1] quantum quum privatus eſſet deferri ſibi ab alio principe optavit. Patris patriæ nomen delatum à ſenatu, quod primò diſtulerat, cum ingenti gratiarum actione ſuſcepit. Tertio anno imperii ſui Fauſtinam uxorem perdidit: [2] quæ à ſenatu conſecrata eſt, delatis circenſibus atque templo, [3] & flaminicis & ſtatuis aureis atque argenteis: quum etiam ipſe hoc conceſſerit [4] ut imago ejus cunctis circenſibus poneretur. [5] Statuam auream delatam à ſenatu poſitam ſuſcepit. M. Antoninum quæſtorem, conſulem petente ſenatu creavit. Annium Verum, qui poſtea

tem deducebatur. ſed illud, *recuſantibus aulicis*, non eſt, indignantibus, ſed παραιτουμένοις & repellentibus eos qui ſua opera uti vellent, cum nihil poſſent, ſed ipſe omnia ageret ſciretque Antoninus, nihilque internuntiorum miniſterio nec per aulicos curaret. ut dicam tamen quod ſentio, legendum mihi videtur, *recuſatis aulicis miniſtris*, id eſt rejectis & ab illo miniſterio quod prius obibant ſub aliis imperatoribus, repulſis: cum ſcilicet per internuntios agerentur omnia. *recuſare* autem eſt παραιτεῖσθαι. ut heic *recuſare aulicos*, ſic Tertulliano, *recuſare annos*, hoc eſt deponere & exuere. infra in Peſcennino Nigro, *recuſare remp.* eſt dimittere gubernacula reip. *Ducatum mox dabo ubi per ſenectutem Ælius Cordumus remp. recuſaverit.* ita hoc loco recuſare aulicos miniſtros dicitur Imperator, qui per illos adiri non vult reliquorum more imperatorum, ſed ipſe civiliter cum omnibus, abſque internuntiorum opera, converſatur & colloquitur. atque hoc verum eſſe arbitror.

CASAUBONUS.

1 *Quantum quum privatus eſſet deferri ſibi ab alio principe optavit.*] Metius Falconius Nicomachus in ea oratione quam habuit in ſenatu poſtquam Tacitus factus eſſet imperator: *Omnia ſeria, cuncta gravia, & quaſi ipſa reſpublica jubeat, auguranda ſunt: ſcit enim qualem ſibi principem ſemper optaverit: nec poteſt aliud nobis exhibere, quàm quod ipſe deſideravit & voluit.*

2 *Quæ à ſenatu conſecrata eſt.*] Multi nummi teſtantur: ut hic, DIVA. FAVSTINA. PIA. SIDERIBVS. RECEPTA. S. C.

3 *Et flaminicis.*] Extat vetus inſcriptio hæc.

SÆNIÆ. CN. FIL.
BALBILLÆ
SACERDOTI. DIVÆ
FAUSTINÆ. DECURI
ONES. ÆRE. COLLA
TO. OB. MERITA. EJUS.

4 *Ut imago ejus cunctis Circenſibus poneretur.*] Notum honoris genus ex Suetonio, & iis quæ ad illum obſervamus libro primo, cap. LXXVI.

5 *Statuam auream delatam à ſenatu poſitam ſuſcepit.*] Poteſt abeſſe τὸ *poſitam.* imò fortaſſe debet. exhibent tamen omnes libri: an quia priùs ſic fuit? *delatam ſibi ſenatuſconſulto ſuſc.*

2 *Neque*

poſtea dictus eſt Antoninus, ante tempus quæſtorem deſignavit: [1] neque de provinciis neque de ullis actibus quicquam conſtituit [2] niſi quod prius ad amicos retulit: [3] atque ex eorum ſententia formas compoſuit. [4] Viſus eſt ſanè ab amicis, & cum privatis veſtibus, & domeſtica quædam gerens. Tanta ſanè diligentia ſub- 7
jectos ſibi populos rexit, [5] ut omnia & omnes, quaſi ſua eſſent, curaret. [6] Provinciæ ſub eo cunctæ floruerunt.

1 *Neque de provinciis, neque de ullis actibus.*] Regius hoc tantum, *Neque de ullis actibus.*

3 *Atque ex eorum ſententia formas compoſuit.*] Principum conſtitutiones, formas vocarunt. Ulpianus libro quarto ad Edictum: *Et repeto ante formam a Divo Marco datam, Divum Pium reſcripſiſſe.* & paſſim in Pandectis ac Codice.

4 *Viſus eſt ſanè ab amicis & cum privatis veſtibus.*] Poterat intelligi de toga communi, quæ nihil differret à toga ſenatoria, aut cujuſcunque etiam e civibus Romanis. Verùm quia ſequitur, *& domeſtica quædam gerens*, ſic accipiendum, ut Pius ne togatus quidem domi ab amicis fuerit viſus; ſed ſolum tunicatus, aut, ſi fortè, propter frigus pænulatus. Privatæ veſtes igitur ſunt, qualibus domi homines privati utebantur: qui profectò indumenta forenſia ſumebant nunquam. Alii principes non videbantur ſaltem Romæ, niſi togati: ut in Hadriano dictum eſt. Pii tamen exemplum ſecutus filius Marcus: quem ſæpe miratus ſum, cur hanc conſuetudinem à Ruſtico potiùs, quàm à patre Pio ſe ſcribat accepiſſe. nam ait libro primo, παρὰ Ῥουστικοῦ τὸ μὴ ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν.

SALMASIUS.

2 *Niſi quod prius ad amicos retulit.*] Bonus Latinitatis auctor dixiſſet: *neque de provinciis neque de ullis actibus quicquam prius conſtituit, quam ad amicos retuliſſet.*

5 *Ut omnia & omnes quaſi ſua eſſent.*] Nihil mutant veteres libri, nec ſane quicquam mutandum. Nam quod vir doctiſſimus legit, *omnes & omnia*, quod ſequatur, *quaſi ſua eſſent*: vana eſt hæc cautio. frequenter enim optimi auctores ſic loquuntur.

GRUTERUS.

5 *Ut omnia & omnes, quaſi ſua eſſent curaret.*] Collegimus huc pertinentia multa ad illa Othonis ad prætorianos milites: *Minore avaritia ac licentia graſſatus eſſet Titus Vinius, ſi ipſe imperaſſet. nunc & ſubjectos nos habuit, tanquam ſuos; & viles, ut alienos.* libro 1. Hiſt. Taciti cap. 37. f.

CASAUBONUS.

5 *Ut omnia & omnes, quaſi ſua eſſent, curaret.*] Scribe cum Roberto Bonon. *ut omnes & omnia.* Illud *quaſi ſua eſſent*, videtur ei contrarium, quod de Hadriano alibi ſcriptum, ſæpe illum in ſenatu dixiſſe, *Ita ſe Remp. geſturum, ut ſciret populi rem eſſe non propriam.* non eſt tamen: quin potius ita hæc duo invicem juncta ſibi cohærent, ut alterum ſine altero alicui principi ineſſe non queat: ambo verò ſi reperiantur in aliquo, perfectam boni principis ideam mortalium oculis ſint exhibitura.

6 *Provinciæ ſub eo cunctæ floruerunt.*] Aurelius Victor prudenter & verè de hoc Pio, *Plane docuit*, ait, *eo demum fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint*: alludens dictum Platonis.

runt. Quadruplatores extincti ſunt. Publicatio bonorum rarior quàm unquam fuit, [1] ita ut unus tantùm proſcriberetur affectatæ tyrannidis reus, [2] hoc eſt, Attilius Tatianus ſenatu puniente, à quo conſcios requiri vetuit, [3] filio ejus in omnibus ſemper adjuto. Periit & Priſcianus reus affectatæ tyrannidis, ſed morte voluntaria. De qua conjuratione quæri vetuit. Victus Antonini Pii talis fuit, ut eſſet opulentia ſine reprehenſione, parſimonia ſine ſordibus, & menſa ejus per proprios ſervos, proprios aucupes, piſcatores & venatores inſtrueretur. [4] Balneum quo uſus fuiſſet, ſine mercede populo exhibuit: [5] nec omnino quicquam de vitæ privatæ qualitate mutavit. Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos videbat accipere, dicens, [6] *Nihil eſſe ſordidius, imò crudelius, quàm* [7] *ſi remp. ii ar-*

1 *Ita ut unus tantum proſcriberetur.*] Atqui plures fuerunt ſub Pio affectatæ tyrannidis rei: in his ille Celſus, de quo Fauſtina in epiſtola ad Marcum.

2 *Hoc eſt Attilius Tatianus, ſ.*] Alii libri, *Titianus.* regius, *hoc eſt Tatianus.* periit pridem hæc omnis hiſtoria apud Dionem: neque eſt unde jacturam ſarcias. ea eſt bonorum librorum penuria. Priſcianum quoque, qui ſtatim nominatur, invenio nuſquam: niſi eſt Cornelius Priſcianus, cujus meminit Marcellus lege III. De his quæ in teſt. delentur.

SALMASIUS.

2 *Hoc eſt, Attilius Tatianus.*] Palatinus & vet. ed. *Atilius Titianus.*

3 *Filio ejus in omnibus ſemper adjuto.*] *Ad omnia ſemper adjuto*, Pal. & editio Mediol.

GRUTERUS.

3 *Filio ejus in omnib. ſemper adjuto.*] Inſignis profecto clementia. ſic & de Auguſto erga M. Antonii filium Vellejus lib. II. cap. 100. *Victo ejus patre non tantum incolumitate donaverat, ſed ſacerdotio, præturâ, Conſulatu, provinciis honoratum, etiam matrimonio ſororis ſuæ filiæ, in arctiſſimam adfinitatem receperat.*

4 *Balneum quo uſus fuiſſet, ſine mercede populo exhibuit.*] Palatinus non agnoſcit illud *ſine.*

7 *Si Rempublicam is arroderet, qui nihil in eam ſuo labore conferret.*] Ita etiam præter Regium codicem, membranæ Palatinæ; non, *ii arroderent qui nihil in eam ſuo labore conferrent*, ut retro vulgati.

CASAUBONUS.

4 *Balneum quo uſus fuiſſet, ſine mercede populo exhibuit.*] Reg. *Balneum, quo uſus eſſet, mercedem populo exhibuit.* Erit eadem ſententia, ſi legas, *Balnei*, pro *Balneum.* probo tamen quod eſt editum. hoc vult: Pium laviſſe publicè, ſive in publicis balneis, ut de Hadriano dictum: ſed ad balineas ſuo ſumptu paratas & calefactas, poſtquam ipſe exiiſſet, populum gratis admiſiſſe.

5 *Nec omnino quicquam de vitæ privatæ qualitate mutavit.*] In Hadriano, *Omnia denique ad privati hominis modum fecit.*

6 *Nihil eſſe ſordidius, imò crudelius.*] Quæri poteſt, quàm bene vox *ſordidius*

[1] *ii arroderent qui nihil in eam ſuo labore conferrent.*[2] Unde etiam

dius hic conveniat : eſt enim magnificentiæ propius quàm ſordibus, multos paſcere : quod ante omnia caviſſe Hadrianum ſuperiore libro dictum. Alexandri verò Severi aurea vox eſt : *Malum pupillum eſſe imperatorem, qui ex viſceribus provincialium homines non neceſſarios, nec reip. utiles paſceret.* illud vero ejuſdem principis planè divinum dictum : *Nefas eſt, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſuorum convertat id quod provinciales dederint.*

1 *Ii arroderent.*] Reg. *is arroderet*, & *conferret*.

2 *Unde etiam Meſomedi lyrico ſalarium imminuit.*] Lyricus poëta fuit, natione Cretenſis, magnæ temporibus illis famæ. Euſebius in Chronico, Μεσομήδης ὁ Κρὴς κιθαρῳδικῶν νόμων μουσικὸς ποιητὴς γνωρίζεται. Salarium, quod illi Pius imminuit, Hadrianus inſtituerat: cujus delitias Antinoum Meſomedes celebraverat. plura de hoc Suidas.

SALMASIUS.

2 *Unde etiam Meſomedi lyrico.*] Hujus lyrici poëtæ etiam hodie extat inter vetera epigrammata carmen Anacreonticum de vitro, quod in Trochaicos numeros redegerunt Critici malo facinore & exemplo. ſic enim reſtituendum, ut lyrici videatur eſſe.

Τὰν ὕελον ἐκόμιζε
Κόψας ἐργάτας ἀνήρ.
Ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον
Ὡς σίδηρον ἐνθετῇ.
Αἱ δ' ὕελος οἷα κηρὸς
Ἐξεχεῖτο παμφάγοισι
Φλοξὶν ἐκπυρούμενος.
Θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
Ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντα,
Καὶ τὸν ἐργάτην τρέμοντα
Μὴ πεσὸν διαῤῥαγῇ.
Ἐς δὲ διπτύχων ἀκμὰς
Χειλέων ἔθηκε βῶλον.

Cui ſimile reperitur inter reliquias Anacreontis ad hunc modum :

Πῶλε Θρηϊκίη τί δή με
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
Νηλεῶς φεύγεις, δοκεῖς δὲ
Μηδὲν εἰδέναι σοφόν;

ſed & ejuſdem Meſomedis Ænigma nondum editum penes me habeo, quod heic ut legatur, etiam adponere viſum eſt :

Μεσομήδης.

Ἔρπουσα πεπυμένα βεβῶσα κύρα,
Νόθον ἴχνος δεδραμμένα δρομαία
λέαινα,
Πτερόεσσα μὲν ἦν τὰ πρόσω, γυνά,
Τὰ δὲ μέσσα βρέμουσα λέαινα θήρ,
Τὸ δ' ὄπισθεν ἑλισσόμενος δράκων,
Οὔθ' ὅλος ἀπέτρεχεν, οὐ γυνά,
Οὔτ' ὄρνις ὅλον δέμας, οὔτε θήρ.
Κεφαλὰν δ' οὐκ ἔχει βρέμουσα θήρ,
Φύσιν εἶχεν ἄπαντα κεκερασμένα
Ἀτέλεστα τέλεια μεμιγμένα.

Non alia extare hodie lyrici Meſomedis monumenta exiſtimo. Lyricum autem hunc poëtam fuiſſe negat vir ſummus in ſuis ad Euſebium animadverſionibus, qui verba Euſebii quibus Meſomedem κιθαρῳδικῶν νόμων ποιητὴν vocat, poëtam minime ſignificare aut auctorem carminum ſed modulorum muſicorum præceptorem contendit. quod nollem tanto viro excidiſſe. *qui ſciverit*, inquit, *quid ſit* νόμος *in Muſicis*, *nunquam putabit* νόμους *eſſe carmina.* immo qui non ignoraverit quid νόμοι vocentur, nunquam dubitabit quin νόμοι ſint carmina. verſibus enim conſtabant νόμοι κιθαρῳδικοὶ & νόμοι etiam αὐλητικοί. & qui eorum auctores extitere, poëtas etiam fuiſſe certum eſt. Plutarchus: ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε. τοὺς γοῦν πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων, διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν. Terpander

enim antiquiſſimus νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητὴς, nomos ſuos verſibus Heroicis compoſuit, quibus modulos addebat. idem quoque de Homeri verſibus faciebat. Plutarchus: καὶ γὰρ Τέρπανδρον ἔφη κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων κατὰ τὸν νόμον ἑκάστου τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις. poſt Terpandrum Phrynis Mitylenæus aliquid circa rationem κιθαρῳδικῶν νόμων immutavit, non tamen omnia. nam τὸ ἑξάμετρον τῷ λελυμένῳ conjunxit, & numerum chordarum auxit. Timotheus vero totam eam fere immutavit, & ad numeros lege ſolutos dithyramborum deflexit. hoc eſt quod ait Plutarchus: τοὺς πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν. Stephanus in voce Μίλητος de hoc Timotheo. καὶ Τιμόθεος κιθαρῳδὸς ὃς ἐποίησε νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων τὸν ἀριθμὸν καὶ προνόμια ἄλλων χίλια. omnes hi, ut vides, poëtæ fuere ſimul & citharœdi, ſicut & hic noſter Meſomedes. Νόμος igitur in poëſi quam μελικὴν vocant, nihil aliud eſt, quam carmen vel canticum in honorem Deorum alicujus compoſitum, muſicis modulis inſtructum, quod ad citharam vel tibiam cantabatur. Proclus in excerptis χρηστομαθείας apud Photium: περὶ δὲ μελικῆς ποιήσεως φησὶν ὡς πολυμερεστάτη δὲ καὶ διαφόρους ἔχει τομάς. ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς μεμέρισται θεοῖς· ἃ δὲ ἀνθρώποις· ἃ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις. καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεται, ὕμνον, προσῳδίον, παιᾶνα, διθύραμβον, νόμον, ἀδωνίδια, ἰόβακχον, &c. & paulo poſt: ὁ μέντοι νόμος γράφεται μὲν εἰς τὸν Ἀπόλλωνα. ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ. νόμιος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη. ſequitur apud eumdem differentia inter νόμον & διθύραμβον. Νόμος igitur genus carminis vel cantici. ita etiam omnia cantica vocabantur, non tantum canticorum modi. Philoſtratus in Hippodromo: ᾄδονται αὐτοῦ καὶ λυρικοὶ νόμοι. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ νομικῆς λύρας ἥπτετο. ubi λυρικοὶ νόμοι ſunt cantiones vel carmina ad lyram cani ſolita. ſic νόμον Suetonius dixit in Nerone: *ac ne concuſſo quidem repente motu terræ theatro ante cantare deſtitit, quam inchoatum ei ſinceret nomen*, id eſt canticum. Græci Grammatici νόμους, τὰ κιθαρῳδήματα exponunt. ut enim μέλος & melicum carmen ſignificat, & modulos melici carminis, ſic & νόμος. nam & τὸ κιθαρῳδήματον ſignificat, & τὸν τρόπον τῆς κιθαρῳδίας ita μελοποιεῖν non tantum eſt carmen vel μέλος componere, ſed etiam carmen compoſitum modis temperare, & muſicis notis expedire. Plutarchus; ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἱ ποιοῦντες ἔπη μέλη περιετίθεσαν. idem & Terpander faciebat. non enim ſolum verſus à ſe factos, ſed etiam Homericos modis inſtruebat. ſic aulœdi olim elegias modis temperatas canebant. Plutarchus: ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον. ſic cantica in comœdiis auctor ipſe vel poëta componebat, modos autem adhibebat, non poëta ſed aliquis muſicæ artis peritus. hinc in fabulis Terentii, *modos fecit Flaccus*. id eſt, modis canticum temperavit, ἐμελοποίησεν. *Canticum muſicis notis expedire* dixit Tertullianus. at νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητὴς, eſt canticorum ſcriptor & lyricorum carminum auctor, qualis hic fuit Meſomedes, quem lyricum duobus locis vocat Capitolinus. an dicemus Terpandrum νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητὴν, præcepta tantum reliquiſſe de modulis muſicis? immo & cantica compoſuit, heroico metro, quibus & modos addidit.

etiam Meſomedi lyrico ſalarium imminuit. [1] Rationes omnium provincialium apprimè ſcivit & vectigalium. [2] Patrimonium privatum in filiam contulit, [3] ſed fructus reipub. donavit. [4] Species imperatorias ſuperfluas & prædia vendidit: & in ſuis propriis fundis [5] vixit variè ac pro temporibus: [6] nec ullas expeditiones obiit niſi quod ad agros ſuos profectus eſt ad Campaniam, dicens, *gravem eſſe provincialibus comitatum principis etiam nimis parci:* & tamen ingenti auctoritate

1 *Rationes omnium provincialium.*] Neſcio quis primus hanc lectionem commentus eſt, adeo abſurdam & à veri ratione abhorrentem. quomodo potuit Antoninus omnium provinciarum rationes ſcire? vetus editio cum Palatino legunt: *omnium provinciarum rationes apprimè ſcivit.* publicas rationes dixit Spartianus in Hadriano: *omnes publicas rationes ita complexus eſt ut domum privatam quivis paterfamilias diligens non ſatis novit.*

CASAUBONUS.

1 *Rationes omnium provincialium apprimè ſcivit, & vectigalium.*] Reg. vocem *omnium* non agnoſcit: quam non malè Petrus Faber vir & probitate & eruditione ſummus, mutandam cenſebat in *operum*. Prima editio, *Rationes provinciarum.* rectè. ſed poſſumus & vulgatam ferre. *omnium provincialium* dixerit, pro omnium redituum & commodorum quæ ex provinciis ad Remp. pervenire ſolent. referendum autem hoc ad imperii rationarium, de quo ſuprà ad Hadrianum.

2 *Patrimonium privatum in filiam contulit.*] Non dicit utrum donatione inter vivos, an mortis cauſſa facta. infrà de Pio ſuprema ordinante ſcribit: *Privatum patrimonium filiæ reliquit.* Sed videtur etiam ante privata ſua bona filiæ Fauſtinæ utenda fruenda conceſſiſſe. unde eſt, quòd in villa Lanuvina & Commodus & Geta illi naſcuntur, ut antè diximus.

3 *Sed fructus reip. donavit.*] Videbatur magis rationi conſentaneum, ut contrarium fieret: fructus, inquam, filiæ donaret: proprietatem verò Reipublicæ. Sic Ambroſius cùm ordinatus eſt, prædia quæ habebat, reſervato uſufructu germanæ ſuæ, donavit eccleſiæ, ut ſcribit Paulinus. Fauſtina ſanè quid ex iis prædiis, quorum uſusfructus ad Remp. pertineret, commodi potuerit percipere, præter aliquam fortaſſe oblectationem, non video.

4 *Species imperatorias ſuperfluas & p.*] Vide ad Marcum.

5 *Vixit variè ac pro temporibus.*] An tempora Reip. dicit? an tempora anni? nam pro tempore anni, aliter diem diſponebant, & totam vitæ rationem mutabant. Lege Plinii epiſtolas XXXVI. & XL. libri noni.

6 *Nec ullas expeditiones obiit, niſi quòd ad agros profectus eſt ad Camp.*] Profectiones principis ab Urbe, appellat Capitolinus *expeditiones*, hoc eſt *στρατείας*: reſpiciens ad eam quæ dicebatur militia Palatina. Tertullianus De corona militis vocat militiam regiarum familiarum: & docet idem coronas quæ Cæſarianis dari ſolitæ, fuiſſe *caſtrenſes* appellatas: quia videlicet imperatoris comitatum & aulam vocabant *caſtra* & *στρατόπεδον*. Syneſius epiſtola LXXVI. de eo qui Conſtantinopolim ad imperatorem venerat: *κατὰ δὲ ἱερὰ χειρῶν ἐπὶ στρατοπέδου γνώριμος*. ſic accipe *τὸ θεῖον στρατόπεδον* epiſtola CX. ſed de his alibi.

tate apud omnes gentes fuit, quum in urbe [1] propterea ſederet, [2] ut undique nuntios, medius ut pote, ci-
8 tiùs [3] poſſet accipere. Congiarium populo dedit, militibus donativum addidit. Puellas alimentarias in honorem Fauſtinæ, Fauſtinianas conſtituit. [4] Opera ejus hæc extant Romæ, Templum Adriani honori patris dicatum, [5] Græco-ſtadium poſt incendium reſtitutum, inſtauratum amphitheatrum, ſepulcrum Adriani, templum Agrippæ, pons ſublicius, [6] phari reſtitutio, Cajetæ portus, [7] Tarracinenſis portus reſtitutio, lava-

1 *Propterea ſederet.*] Reg. *reſideret.*

2 *Ut undique nuntios medius, utpote citiùs, poſſet accipere.*] Ampliſſimus vir, Petrus Faber, immortale illud Toloſatum, imò Galliæ totius ornamentum, locum hunc, demtis aliquot vocibus, ita cenſebat ſcribendum, *ut undique nuntios meliùs poſſet accipere.* cui optimo & doctiſſimo viro libenter aſſentiremur, niſi repugnaret quantum eſt librorum. Servata igitur edita lectione, mutata ſolùm diſtinctione ita ſcribimus: *ut undique nuntios (medius ut pote) citiùs poſſet accipere.* Appellat medium, qui in medio imperio ſedeat: regia videlicet urbe, & capite imperii, Roma: quam undique longè lateque diffuſæ provinciæ in orbem cingebant. Similis ſententia apud Ariſtidem in Romæ panegyrico. Pro *accipere*, regius & Politiani præferunt *anticipare.* fortaſſe pro *acceptare.*

SALMASIUS.

2 *Ut undique nuntios medius, utpote, citius poſſet accipere.*] Vera eſt diſtinctio quam adhibet vir eruditiſſimus: *ut undique nuntios, medius ut pote, citius poſſet accipere.* ſic alibi locutus eſt in Heliogabalo: *fecit hoc idem etiam de pueris, & tunc, ante Philippum ut pote licebat.* ita enim legunt illo loco libri ſcripti. & in vita Marci: *quod ad eum dignum ut pote virum, quandoque Romanum perveniret imperium.*

3 *Poſſet accipere.*] Ad oram adſcriptum habebat Pal. *anticipare* pro accipere. quam ſcripturam ex libris ſuis prompſit eruditiſſimus Caſaubonus, ſed vulgata moveri non vult.

CASAUBONUS.

4 *Opera ejus extant Romæ.*] Diſtingue, *Opera ejus hæc extant. Romæ, t.*

5 *Græco-ſtadium*] Græcoſtaſis dicitur aliis.

6 *Phari reſtitutio, Caietæ portus.*] Malim uno ſpiritu hæc legere, *Phari reſtitutio Cai. p.* ut non diverſa opera duo denotentur, ſed unicum. Phari tempore Plinii duo tantùm videntur fuiſſe in Italia, Puteolis & Ravennæ. poſtea plures ſunt factæ. vulgatam ſcripturam quæ diverſa facit hæc opera, accipiebamus de pharo quæ in Oſtienſi portu. Forma erat pharorum, qualis ſpectatur in antiquis nummis pyrarum figura, quæ ad conſecrationem imperatorum exſtrui in campo Martio ſolitæ. auctor Herodianus in quarta hiſtoria.

7 *Tarracinenſis portus reſtitutio.*] Cajetano & Tarracinenſi poterat adjicere Puteolanum, ſive coloniæ Flaviæ. quem à Pio fuiſſe ornatum novis munitionibus pilarum vice, teſtatur hodieque veteris inſcriptionis fragmentum.

1 *Lava-*

[1] lavacrum Oſtienſe, Antiatum aquæ ductus, [2] templa Lanuviana. Multas etiam civitates adjuvit pecunia, ut opera vel nova facerent, vel vetera reſtituerent: ita ut & magiſtratus adjuvaret, & ſenatores urbis ad functiones ſuas. Hereditates eorum qui filios habebant, repudiavit. [3] Primus conſtituit ne pœnæ cauſa legatum relictum maneret: ſucceſſorem viventi bono judici nulli dedit, [4] niſi Orphito præfecto urbi, ſed petenti. Nam [5] Gavius Maximus præfectus prætorii uſque ad xx. annum ſub eo pervenit, vir ſeveriſſimus, cui Tatius Maximus ſucceſſit. In cujus demortui locum duos præfectos ſubſtituit, Fabium Repentinum & Cornelium Victorinum. [6] Sed Repentinus [7] famoſa voce

1 *Lavacrum Oſtienſe.*] Reg. *lavatorium Oſt.* vox ſequioris ſeculi lecta nobis & alibi.

2 *Templa Lanuviana.*] Regius, *Laviniana*: ita paſſim ubique Lavinium & Lanuvium invicem permutantur. in eo codice locus ita concipitur: *templa Laviniana multa. Sed. &c.*

3 *Primus conſtituit ne pœnæ cauſſa legatum relictum maneret.*] Qui pro *maneret* corrigunt *valeret*, errant, nec locutionibus juriſconſultorum aures habent ſatis tritas. Pœnæ nomine inutiliter legari diſcimus ex legibus multis quà Digeſtorum, quà Codicis: ſed quod hic obſervat Capitolinus, primum fuiſſe Pium, qui hoc jus ſanciret, neque in Digeſtis opinor, neque in Codice, neque alibi uſquam legas. In regio codice ita offendimus ſcriptum hunc locum: *Primus conſtituit ut opera vel nova facerent, vel vetera reſtaurarent: nec pœn.* temere, ut arbitror, repetitis aliquot verbis è præcedenti paullò ante periodo. alioquin ita ſcribendum cenſerem, *ut prætores opera v.* Solebant prætores maximis ſumtibus ludos edere, ut ſe populo commendarent: horum ſumtuum pars ad Urbis ornatum fuerit hac ſanctione tranſlata. Simile eſt, quod de Auguſto narrat Sueton. c. 39.

4 *Niſi Orphito præfecto urbi.*] Videtur eſſe L. Cornelius Scipio Orphitus, qui ſub Pio conſul fuit. ejuſdem gentis alter fuit Orphitus Marco principe conſul cum Rufo, qui Orphitiano SCto nomen dedit.

5 *Gavius Maximus.*] Vetus lapis, C. GAVIVS. C. F. STRABO. MAXIMVS. COS.

7 *Famoſa voce percuſſus eſt.*] Non probo Regiam & Politiani lectionem, *famoſe percuſſus eſt.* Sic apud M. Tullium *percutere cogitatione.* Lucifer Caralitanus, *ne nos percuteret ſententia Iſuæ.* idem, *ne nos percuteret domini increpatio.*

GRUTERUS.

7 *Famoſa voce percuſſus eſt.*] Pal. non habet *voce* niſi à manu recentiori: adeo ut inclinet ea lectio ad Politiani & Regii codicis ſcripturam, *famoſe percuſſus eſt.* ſi quid tamen mutandum, malim deleto *voce*, retineri *famoſa*, ut intelligatur vel *voce* vel *fama*, vel aliud quid ſimile nam & infra in M. Antonino, cap. 3. ponitur abſtracte *Imperatoriam*, item in Vero, cap. 6. *Tiberianam*: denique in Opilio, cap. 2. *privatas curare.*

SALMASIUS.

6 *Sed Repentinus famoſa voce percuſſus eſt.*] Omnes libri in unum conſpirant,

voce percuſſus eſt quòd per concubinam principis ad præfecturam veniſſet. Uſque adeo ſub eo nullus percuſſus eſt ſenator, ut etiam parricida confeſſus in inſula deſerta poneretur, quia vivere illi naturæ legibus non licebat. Vini, olei, & tritici penuriam [1] per ærarii ſui damna emendo & gratis populo dando, ſedavit.
9 Adverſa ejus temporibus hæc provenerunt: Fames de qua diximus, circi ruina, [2] terræmotus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt: quæ omnia mirificè inſtauravit. Et Romæ incendium, quod trecentas quadraginta inſulas vel domos abſumpſit. Et Narbonenſis civitas, & Antiochenſe oppidum, & Carthaginenſe forum arſit. Fuit & inundatio Tiberis. Apparuit & ſtella crinita. Natus eſt & biceps puer, [3] & uno partu mulie-

rant, & *voce* non agnoſcunt, ſed ita legunt: *ſed Repentinus famoſa percuſſus eſt.* ita noſtri alii, *famoſo percuſſus eſt.* fortaſſe ſcribendum, *famoſo.* ſic enim vocabant libellos in eum compoſitos quo turpis alicujus facti infamia laboraret. Græci Latina voce φάμωσον quoque dixerunt. Incertus auctor apud Suidam in voce Φάμωσα: ἀπισκώπτειν εἰς αὐτὸν ᾠδαῖς καὶ παρῳδίαις καὶ τοῖς λεγομένοις φαμώσοις. ubi ᾠδὰς vocat, cantica in alterius infamiam compoſita, quæ pſalteria Paulo Juriſconſulto dicuntur lib. v. ſent. cap. IV. Gloſſæ legales: Φάμωσον περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. *famoſos* igitur dicebant ſimpliciter cum ſubintelligerent libellos: vel *famoſa*, ſubintelligendo ſcripta. quidni & *famoſas*? ut cantiones & cantilenas ad aliquem infamandum compoſitas & publice cantatas ſubaudiamus. *famoſam vocem* heic nullo modo probare poſſum.

CASAUBONUS.

1 *Per ærarii ſui damna.*] Κυριολογία. nam *damnum* eſt δαπάνη. at *ærarium* pro fiſco principis, ἀκύρως.

2 *Terræ motus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt.*] Regius, *Corinthiorum.* Dio ſuadeat *Cyzicenorum.* ſed pars maxima librorum ſtat ab edita lectione. Robert. Bon. ut in regio.

3 *Et uno partu mulieris quinque pueri editi ſunt.*] Ego ſuſpicor hic commiſſum eſſe anachroniſmum, & lapſum memoria Capitolinum. nam videtur Sarapias intelligi, quæ uno fœtu quinque enixa liberos, miſſa eſt Alexandria ad Hadrianum, non autem ad Pium. Hiſtoriam referunt nobiles juriſperiti tres, Paulus, Gaius & Julianus. Magis in hoc genere mirandum eſt, quod apud Euſtathium memini legere. narrat ille paulò ante memoriam ſuam factum, ut illuſtris cujuſdam viri uxor uno partu pueros novem ederet: quorum ſeptem cùm mater ſubmergendos miſiſſet, eos pater, caſu interveniens, ſervavit jam penè fluitantes. Gephyros inde eſſe appellatos. à loco ubi fuerant, niſi adfuiſſet θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, perituri. Extabat & temporibus Euſtathii familia Gephyrorum: qui etiam ſcribit ætate ſua πενταδύμους fuiſſe natos. quod cùm ſæpiſſimè factum ſit olim, & nunc quoque fiat interdum, res adeò mira videri non debet.

Pha-

mulieris quinque pueri editi ſunt. Viſus eſt in Arabia jubatus anguis major ſolitis, qui ſe à cauda medium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in Mœſia in culminibus arborum natum eſt. Quatuor præterea leones manſueti, ſponte ſe capiendos in Arabia præbuerunt. [1] Pharaſmanes rex ad eum Romam venit, pluſque illi quam Adriano detulit. [2] Pacorum regem

1 *Pharaſmanes rex.*] Hiberorum. vide ad Hadrianum.

2 *Pacorum regem Ludis dedit.*] Scribe, *Lazis.* hujus populi nomen, variè corruptum in Latinis codicibus, ex Græcis ſcriptoribus ubique ſic reſtituendum. Nuperæ Ptolemæi tabulæ *Zalas* perperam nominant: in Græco exemplari rectè *Λάζαι*: quanquam alii *Λαζοὺς* potius dicunt. gens Scythica, quæ Colchorum ditionem inſedit: quare *Λαζικὴν* & *Κολχικὴν* de eadem regione leges apud recentiores Græcorum ſcriptores: eſt tamen diſcrimen magnum, ut docebimus alibi, faciente Chriſto, accurate. etiam hodie inter populos Mengreliæ, quæ eſt veterum Colchis, aut vicinos, Lazos legimus. Non primus autem Romanorum imperatorum Pius Regem Lazis dedit: Nam & Hadrianus Malaſſam regem illis impoſuerat, ut auctor eſt Arrianus in epiſtola Geographica ad Hadrianum.

GRUTERUS.

2 *Pacorum regem Ladis dedit.*] Pal. *Ladiis.* non dubium eſt quin reponi debeat *Lazis.*

SALMASIUS.

2 *Pacorum regem Ladis dedit.*] *Ladis* in *Lazis* mutant eruditiſſimi viri, ſed nihil neceſſe *Ladi* enim ſunt Lazi, ſcribendi more tunc temporis uſitato. *d*, pro *z*. ſic *Cidicos* pro *Cyzicos*, ſupra notabamus. ſic *orydia* pro *oryza*, in excerptis Viridarii ex Apicio quæ manu ſcripta habemus: *Amula bis de oridia propter ſpiſſitudinem ſuperfundes, & tunc inferes.* & *Trapedia* pro *Trapezia*, apud Agrimenſoriæ auctores: *Termini ſunt majores qui juxta flumina poſiti ſunt, menſales vocantur. alii baſes eos dicunt, alii autem tetrametra quibus conſtant menſulæ quæ trapedia vocantur.* ita locus ille legendus: hodie *trapeadi*, ibi ſcriptum eſt. ſequitur ibidem: *& in modum platumæ eos poſuimus, ut qui neſciunt miliarios eos putent.* obiter vocem *platumæ* emendemus. legendum igitur *platuniæ.* Platunia vel platonia. platoniarum meminit Anaſtaſius de vitis Pontificum: *Hic ſacer antiſtes ſuper ipſas columnas lilios poni fecit & ſuper ipſos lilios ex metallis marmoreis platonias poſuit, diverſiſque picturis miræ magnitudinis opus ornavit.* idem in Sixto tertio: *Cancellos argenteos ſupra platonias porphyreticas penſan. libras trecentas.* item paulo poſt: *Hic fecit platoniam in cimiterio Calixti via Appia, ubi nomina Epiſcoporum & Martyrum ſcripſit commemorans.* Caſſiodorus lib. III. epiſt. IX. *ſupra memoratas platonias vel columnas contradat modis omnibus devehendas.* ſupra dixerat *columnas & lapides.* Græcis πλατῶνες & πλατωνίαι. ſed hæc alias. ad rem redeamus. *Ladi* pro *Lazis*, ut *trapedia* pro *trapezia.* Gloſſæ Manuſcriptæ: *Trapedias, menſas.* ut enim *oridia* pro *oriza*, ſic *trapedia* pro *trapeza.* ſic *δίζυφα*, in veteri epigrammate ſunt *ζίζυφα.* *Obridum aurum* apud Iſidorum pro obryzo. etymi ratio quam ſequitur, arguit eum *obridum* ſcripſiſſe. ait enim ita dictum quod rideat. ſic *ſebadia ſacra* Arnobio, quæ *Σαβάζια* Græcis dicuntur. lib. V. *ipſa noviſſime ſacra & ritus initiationis ipſius,*

regem Ladis dedit. Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione ſolis literis repulit. [1] Abgarum regem ex orientis partibus [2] ſola auctoritate deduxit. [3] Cauſas regales terminavit. [4] Sellam regiam Parthorum regi repetenti, quam Trajanus ceperat, pernegavit. [5] Rimethalcen in regnum Boſphoranum, [6] audito inter ipſum & curatorem negotio, remiſit. [7] Olbiopolitis

ipſius, quibus Sebadiis nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati. ſed *Sebadia* melius. quod ne quis vitium librarii putet eſſe, ſciat ita etiam ſcribi in antiquo lapide. *Savadia* nimirum pro *Sabazia.* XI. VIR. ITER. Q Q PATRONO. SACERDOTI. SACROR. SAVADIOR. eadem plane ſunt quæ Arnobio Sebadia. Nam *Sbazio* pro *Sabazio* in alia veteri inſcriptione inciſum eſt.

3 *Cauſas regales terminavit.*] Suidas: ἔκρινεν οὐκ ἐπὶ τῶν οἰκείων μόνων, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς τῶν ὁμοφύλων ἐθαυμάζετο, ὡς τῶν ἀφεστικῶν ἐνίους βαρβάρων τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέψαντας τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας διαλύεσθαι ταῖς ἐκείνου ψήφοις.

CASAUBONUS.

1 *Abgarum regem ex orientis partibus ſola auctoritate deduxit.*] Familiare nomen regulis Orientis Abgarus, vel ut plures Græcorum ſcribunt Αὔγαρος. minùs rectè alii libri *Abagarus.* Quis autem iſte fuerit de quo loquitur Capitolinus, amiſſa hiſtoria quam tangit cum cæteris Pii rebus, ignotum eſt Ferè qui leguntur Abgari, Edeſſæ toparchæ fuerunt: quorum multa in eccleſiaſtica præſertim hiſtoria, habetur mentio, & apud Epiphanium aliosque patres. Sed & Perſidis rex quidam Abgarus Spartiano nuncupatur in Severo.

2 *Sola authoritate.*] Hinc illa ſunt Victoris junioris: *orbem terræ nullo bello per annos viginti tres auctoritate ſola rexit.*

3 *Cauſſas regales terminavit.*] Victor idem, *Adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus, nationibusque & populis, ut parentem ſeu patronum magis quàm dominum imperatoremve reputarent: omneſque uno ore in cœleſtium morem propitium optantes, de controverſiis inter ſe judicem poſcerent.* Quod ambitioſe ait Victor de cunctis regibus, veriùs interpreteris tu de regulis aliquot Orientis populorum, qui ſuos illa tempeſtate reges habuerunt; ſed ferè ex imperatoris Rom. ordinatione: ut Albani, Hiberi. Zydritæ, Lazi, Apſilæ, Abaſgi, Sanigæ, alii.

4 *Sellam regiam Parthorum.*] Promiſſam ab Hadriano ut ſcribit Spartian.

5 *Rimethalcen in regnum Boſphoranum.*] Variè depravatum hoc nomen in regio & aliis. etiam Græci reges illorum tractuum plures appellant Ῥυμητάλκας, ſive Ῥοιμητάλκας: nam utroque modo ſcriptum aut ſculptum offendimus. utrumque ex veteri conſuetudine: ſic Rœcus Heſychio, Rycus Suidæ ille rex dicitur, qui dedit proverbio originem. Ῥοίκου κριθοπομπία, vel Ῥύκου.

6 *Audito inter ipſum & curatorem negotio.*] Reg. *&* . . . . *negotio.* Scrib. *& procuratorem.* nam videntur capite ſuo truncaſſe hanc vocem, qui ſcripturam ἐξίτηλον non aſſequebantur. Scio tamen & curatores Cæſaris Calliſtrato juriſconſulto dictos ejus procuratores.

7 *Olbiopolitis contra Tauroſchytas in Pontum auxilia miſit.*] Olbiopolitæ Græci erant aut certè Græcis mixti: Tauroſcythæ barbari, vel Scythæ, vel Gothi, ſive Getæ: à quibus etiam Bory-

litis contra Tauroſcythas in Pontum auxilia miſit: & Tauroſcythas uſque ad dandos Olbiopolitis obſides vicit. Tantum ſanè auctoritatis apud exteras gentes nemo habuit, quum ſemper amaverit pacem, eo uſque ut Scipionis ſententiam frequentarit, qua ille dicebat, [1] *Malle ſe unum civem ſervare, quàm mille hoſtes occidere.* [2] Menſes Septembrem atque Octobrem, [3] Antonianum atque Fauſtinianum appellandos decrevit ſenatus, ſed id Antoninus reſpuit. Nuptias filiæ ſuæ Fauſtinæ, quum Marco Antonino eam conjungeret, uſque ad donativum militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum poſt quæſturam conſulem fecit. Quum [4] Apollonium quem Chalcide acciverat, ad

Boryſthenem civitatem fuiſſe habitatam auctor eſt Dio Chryſoſtomus, qui omnia illa loca luſtraverat. Ptolemæo Olbia & Boryſthenes ſive Βορυσθενὶς duo ſunt unius oppidi nomina: aliter quàm tradit Plinius. Lege Dionis ſermonem τὸν Βορυσθενιτικόν.

1 *Malle ſe unum civem ſervare.*] Hinc ille tantus honos civicæ præ cæteris coronis.

3 *Antonianum.*] Scrib. *Antoninianum.*

SALMASIUS.

1 *Malle ſe unum civem ſervare quam mille hoſtes occidere.*] Huc ſpectat quod apud Suidam legitur ex incerto auctore: ἔν γε τοῖς πολεμικοῖς ἀπὸ τῆς δικαίας μᾶλλον ἢ τῆς κερδαλέας δόξαν θηρώμενος φυλάττειν σώους ὅπως εἰς μέγεθος ἐκφέρειν τὰς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν ἄνδρας.

2 *Menſes Septembrem atque Octobrem, Antoninianum atque Fauſtinianum.*] Immo *Antoninum & Fauſtinum.* Antoninus enim menſis & Fauſtinus ab Antonino & Fauſtina, ſicut Julius à Julio, Auguſtus ab Auguſto: non Auguſtanus nec Julianus. ſic Herculem menſem Commodus de nomine ſuo, nam & Hercules vocabatur, non Herculeum nec Herculeanum denominavit. Libri ſane non aliter habent hoc loco, quam *Fauſtinum & Antoninum.*

GRUTERUS.

2 *Menſes Septembrem atque Octobrem, Antoninum atque Fauſtinum, &c.*] Sic libuit reſcribere, ſuaſu exemplaris Palatini; eò quidem libentius, quod *Julius* & *Auguſtus* menſes ſunt, neque quid tamen additum nomini. vulgò erat *Antonianum atque Fauſtinianum.*

CASAUBONUS.

4 *Apollonium quem Chalcide acciverat.*] Scripti, *à Chalcide*, ut paulò pòſt. in antiquis editionibus & regio, hæc urbs ſemper *Calchis* dicitur, non *Chalcis*: quem Ioniſmum cauſſæ nihil eſt cur hìc probemus. Plures fuerunt eadem tempeſtate Apollonii. hic Syrus fuit è Chalcide urbe, cujus præter geographos ſæpe Joſephus meminit: profeſſione Stoicus, ut in Marco ſcribitur, & in Euſebii Chronico: ubi rectè *Chalcidicus* nuncupatur: perperam in Marci vita, *Chalcedonius.* olim in Euſebiano codice idem error irrepſerat: quod non ſolùm

[1] ad Tiberianam domum in qua habitabat vocaſſet, ut ei Marcum Antoninum traderet, atque ille dixiſſet, *Non magiſter ad diſcipulum debet venire, ſed diſcipulus ad magiſtrum*, [2] riſit eum dicens, *Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire quàm à domo ſua in palatium:* [3] cujus avaritiam [4] etiam in mercedibus notavit. Inter argumenta pietatis ejus & hoc habetur, quòd quum Marcus mortuum educatorem ſuum fleret, [5] vocareturque

ſum è Mariano Scoto, ſed etiam è Georgio Monacho cognoſcimus, qui illius verba ſic refert: Μάξιμος Τύριος, Ἀπολλώνιος στωϊκὸς Χαλκηδόνιος, Βασιλείδης Σκυθοπολίτης, οὗτοι διδάσκαλοι Οὐηρισσίμου. ſic habet vetuſtiſſimus regiæ bibliothecæ liber: ſed ſcribendum illi fuerat Χαλκιδηνός: ita enim Chalcidis Syriacæ τὸ ἐθνικὸν formarunt, ut obſervant veteres magiſtri. Quare ita ubique reſcribe, etiam apud Eutropium, & Græcum ejus interpretem. Dio Caſſius inter philoſophos, quibus operam Marcus navavit, recenſet Ἀπολλώνιον τὸν Νικομηδέα, qui non eſt alius ab iſto: ſed errat optimus ille ſcriptor, vel ejus breviator, in aſſignanda ejus patria, ut ex iis quæ dicta ſunt patet: niſi tamen ſcripſerat Dio καὶ Νικομήδει. nam in Marci & Veri educatoribus fuit & Nicomedes quidam, cujus meminit Capitolinus. verum aliud Νικομήδης eſt, aliud Νικομηδεύς. Sitne hic ille quem Epihanius in diatriba de Bardeſianiſtis appellat Ἀντωνίνου ἑταῖρον, aut ille cujus meminit Hieronymus inter ſcriptores Eccleſiæ, nolim affirmare: qui ſciam eodem fere tempore ſex, aut eo plures vixiſſe Apollonios, eruditionis laude claros: quorum mentio habetur apud Philoſtratum, Lucianum, Dionem, Spartianum, Capitolinum, & alios Ego ſanè falli puto eos qui Apollonium illum de cujus martyrio Euſebius & Hieronymus loquuntur, hunc Stoicum Chalcidenum fuiſſe arbitrantur.

1 *Ad Tiberianam domum.*] In Vero Antonino, *educatus eſt in domo Tiberiana.* alibi dicitur Tiberiana ἁπλῶς, meminit Victor in regione Urbis nona, & in Vitellio Suetonius.

2 *Riſit eum.*] Sed & morem geſſit inſipienti ſapientiæ magiſtro: ad quem itaſſe Marcum juvenem cur dubitemus, cùm etiam *aſcitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii diſcendi cauſſa veniret?* auctor Capitolinus.

3 *Cujus avaritiam etiam mercedibus notavit.*] Scripti codices, *in mercedibus.* diverſa nonnihil ſententia: quam & vulgata non incommodam continet. Propter hæc verba dubito ſintne de hoc Apollonio accipienda, quæ ſcribit Marcus imperator libri primi initio. quid enim illis tantis virtutibus magis contrarium quàm hæc μικρολογία, & ſordes?

GRUTERUS.

4 *Etiam mercedib. notavit.*] Sic olim editi: quod cum etiam ſervaret Pal. prætuli nuper vulgato, *in mercedibus.*

5 *Vocareturque ab aulicis miniſtris ab oſtentatione pietatis.*] Sic & Pal additumque, aliàs legi, *vetaretur que.* malim *avocareturque*: quamquam fortè eadem & publicatæ vis.

CASAUBONUS.

5 *Vocareturque ab aulicis min.*] Regius, *& vetaretur*, ſed non admittunt ſequentia. Scribe cum Joſepho Scaligero, *revocareturque*: nam principium dictio-

turque ab aulicis miniſtris ab oſtentatione pietatis, ipſe dixerit: *Permittite* (inquit) *illi ut homo ſit: neque enim vel philoſophia vel imperium tollit affectus.* [1] Præfectos ſuos & locupletavit & ornamentis conſularibus donavit: ſi quos repetundarum damnavit, eorum liberis bona paterna reſtituit, ea tamen lege ut illi provincialibus redderent quod parentes acceperant. [2] Ad indulgen-

dictionis periit ob verbi præcedentis finem. Nos ſcribebamus, *jocareturque*, πενθηλικῶς, ut alibi. Vopiſcus in Floriano: *in quos multa epigrammata ſcripta, quem jocati ſunt aruſpices imperium pollicentes*, ὅτι ἂν ἐσκάφθησαν Retenta dictione *vocaretur*, placeat eruditiſſimi Lectii conjectura, ſcribentis: *vocareturque ab aulicis miniſtris . . . . ab oſtentatione pietatis:* ut in vacuo ſpatio vox Græca deſideretur, quas ferè librarii in libris Latinis ſoliti omittere. Variè autem expleri lacuna poteſt, ſi quis ingenio velit indulgere. putà πενθοῦς. qui futurus eſt iſtorum hominum non invenuſtus jocus: vel ἀειδάκρυς. ut ſit alluſum ab iſtis ad proverbium Græcorum vulgatiſſimum, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. diſertè enim ait auctor jocatos eſſe in Marci fletum. Talia multa poſſunt fingi, quæ optimè huic loco conveniunt.

SALMASIUS.

5 *Vocareturque ab aulicis miniſtris ab oſtentatione pietatis.*] Legebam olim: *jocareturque*, atque ita etiam poſtea Caſaubono veniſſe in mentem vidi. verum illud *vocaretur* miro conſenſu retinent libri. ſic ſane verbo appellari uſus eſt Lampridius in Commodo: *appellatus eſt à mimis quaſi obſtupratus, eoſdemque ita ut non apparerent ſubito deportavit.* ubi *appellari à mimis* eodem plane ſenſu dictum eſt, quo heic vocari ab aulicis miniſtris. Gloſſæ veteres: *appellat*, ἐπιγελᾶται, ἐπιβοᾶται, ἀφανίζει ubi ἀφανίζειν eſt jocari. ἀπὸ τῶν ἀφάνας. ἀφάνας Græci vocant, quas Latini *apinas*. ἀφάνα, *apina*. unde apinarii, ſcurræ & dicentarii Gloſſæ: *apinas*, ἀφάνας. Suidas: σκινδαψός, ἀφάνα. hinc ἀφανίζειν, apinari, ludere, & jocari. ſic appellare eadem ſignificatione: quod & hic locus confirmat, & illæ optimæ Gloſſæ aperte comprobant.

CASAUBONUS.

1 *Præfectos ſuos & l. & ornamentis conſularibus donavit.*] Non ſolos prætorii præfectos intelligit; ſed & alios, qui à Pio vel provinciis imponebantur, vel in aliis publicæ rei ſtationibus collocabantur. Hos à benigniſſimo principe conſularibus ornamentis fuiſſe ornatos, non eſt mirum; cùm etiam procuratoribus ſuis ducenariis eadem Claudius ſæpe conceſſerit.

2 *Ad indulgentias proniſſimus fuit.*] Politiani codex, *indulgentiam*. potes referre ſive ad reliquorum indulgentias, ſive ad condemnationem. etſi non defuerunt magni principes, qui ab utroque hoc genere indulgentiarum cenſerent ſibi abſtinendum. Lampridius de Alexandro, *Condemnationes & raras eſſe juſſit: & quæ factæ fuerant, non indulſit.* Marcellinus de Juliano, libro XVI. *Id enim adusque imperii finem & vitæ ſcimus utiliter obſervaſſe, ne per indulgentias quas appellant, tributariæ rei concederet reliqua.* & cauſſam adjicit ſane gravem.

SALMASIUS.

2 *Ad indulgentias proniſſimus fuit.*] Indulgentiæ criminum, & indulgentiæ debitorum apud auctores di-

S cuntur

dulgentias proniſſimus fuit. [1] Edita munera in quibus elephantos, [2] & crocutas, & ſtrepſicerotas, & crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia [3] ex toto
11 orbe terrarum cum tigridibus exhibuit. [4] Centum etiam leones una miſſione edidit. Amicis ſuis in imperio

cuntur, & utriuſque generis indulgentiarum tituli in in Codice Theodoſiano habentur. *De indulgentiis criminum* tit. xxxviii. lib. ix. & *de indulgentiis debitorum* tit. xxviii. lib. xi. ad quas autem indulgentias proniſſimum fuiſſe Antoninum Pium hoc loco velit intelligi Capitolinus, dubium eſſe poſſet, niſi præmiſſa de debitorum indulgentiis ſuaderent accipere. liberis enim eorum qui damnati repetundarum fuerant bona paterna reſtituit ea lege, ut provincialibus redderent, quod parentes acceperant. provincialibus igitur conſultum voluit, & ſimul liberalitatem Antonini oſtendit, qui proniſſimus ad indulgentias fuit. Sed & quæ ſequuntur de munerum editione eodem ſpectare videntur, ad deſignandum nempe munificum magnanimumque imperatoris ingenium. ad utriuſque tamen generis indulgentias proclivem & propenſum fuiſſe Antoninum licet interpretari.

1 *Edita munera in quibus elephantos & crocutas & ſtrepſicerotas.*] Neſcio unde *ſtrepſicerotas* huc invexerunt eruditi homines, qui nulli comparent in vetuſtis libris ſive ſcriptis, ſive antiquitus excuſis. ad unum enim omnes ſic legunt: *Edita munera in quibus elephantos & corocottas & tigrides & rhinocerotes, crocodilles etiam & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit.* Cur igitur ſtrepſicerotas, pro rhinocerotas ſubſtituerunt? præſertim nullis adjuvantibus membranis, quæ omnes & vocem *tigrides* heic repetitam retinent. ſed delendum videtur, *cum tigridibus*, aut illud certe, *& tigrides.* reliqua recte habent. *corocotta* autem fere ſemper ſcriptum invenitur in melioris notæ libris, non *crocotta*. Κροκόττας tamen Græcis appellatur hoc animal.

4 *Centum etiam leones una miſſione edidit.*] Hoc ut magnum in Hadriano notavit Spartianus: *in circo multas feras & ſæpe centum leones interfecit.* hoc & infra ut magnanimum in Marco notabit Capitolinus: *in munere autem publico tam magnanimus fuit, ut centum leones una miſſione ſimul exhiberet ſagittis interfectos.*

GRUTERUS.

2 *Corocottas & ſtrepſicerotas, crocodilos.*] Nimium abit ab his Palatin. nam primam vocem expreſſit ut eam heic poſui in ſequentibus variat. habet enim, *& tigrides, & rhinocerontes, crocodillos, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Et crocutas & ſtrepſicerotas, & crocodilos.*] Minimùm hic adjuvimus ſcriptam lectionem regiarum & Italicarum membranarum: quæ vulgatam ſcripturam, *& crocotas & tigrides, & rhinocerotas & crocod.* conſentientibus ſuffragiis refutant. ſcriptum in illis, *crocotaras terticerontes, crocod.* ſcribendum, *corocotas, ſtrepſicerotas, croc.* de utroque genere horum animalium conſule Plinium: qui inter Aſiaticorum ſtrepſicerotas & Afrorum addaces diſcrimen ſtatuit nullum. nos in alio opere multa de his notamus. Corocotas ante Severum Romæ viſas negat Dio: ſed ita, ut pudori ſuo conſulat; addit enim, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι. Vulgata lectio quæ tigridum nomen bis inculcat, ſatis ſe revincit ipſa per ſe.

3 *Ex toto orbe t.*] Scripti, *ex omni or. t.*

1 Nm

perio ſuo [1] non aliter uſus eſt quam privatus: [2] quia & ipſi nunquam de eo cum libertis ſuis per fumum aliquid vendiderunt: ſiquidem libertis ſuis ſeveriſſimè uſus eſt. Amavit hiſtrionum artes: piſcando ſe & venando multùm oblectavit, & deambulatione cum amicis atque ſermone. [3] Vindemias privati modo cum amicis agebat. [4] Rhetoribus & philoſophis per omnes pro-

1 *Non aliter uſus eſt quàm privatus.*] Κοινοπρεπὴς, pro, quàm ut privatus.

2 *Quia & ipſi.*] Non diſpliceat, *qui & ipſi.* ſed & *quia* probamus. Eſt verò κοινοπρεπὴς oratio, *& ipſi nunquam cum libertis ſuis*: pro, neque ipſi neque liberti ſui. Sic in eadem ſententia junguntur Dioni imperatoris amici & Cæſariani liberti. Locus eſt in Hadr. vita: οὐ μὴν ἔτι ἐξύβριζέν τις τῶν φίλων οὔτε ἀπέδοτό τι, οὐθ' ὧν ἔλεγεν, οὐθ' ὧν ἔπραττεν. οἷα οἵ τε Καισάρειοι καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ τοὺς αὐτοκράτορας ἔχοντες ποιεῖν εἰώθασι. planiſſimè ex his Dionis verbis intelligimus, quid ſit *per fumum aliquid vendere*, ut hìc loquitur Capitolinus. ſed χαρακτηρισ-τὴν hominis fumos vendentis deſcriptionem petas licet e Lampridii Alexandro. alibi dicuntur iſti in his libris, *dicta factaque principis fumis vendere*; vel *fumum de principe vendere*. Attici ſcurræ genus iſtud hominum non καπνοπώλας aut καπνολόγους, ſed καπνοὺς appellarunt, ut ad ſextum Athenæi dicebamus.

3 *Vindemias privati modo cum amicis agebat.*] Feſtum ὀινωμαγίτων ſoliti etiam Imperatores cum amicis rure agitare. plura de hoc Lampridius in Heliogabalo. conſtat vel ex epiſtolis Plinii & B. Cypriani, necnon ex Ambroſii ſermonibus, etiam viros graves tempore vindemiarum in agros ſecedere ſolitos, & cum amicis ſuaviſſimè jocundari.

SALMASIUS.

4 *Rhetoribus & philoſophis per omnes provincias.*] Antonino Pio attribuit Capitolinus, quod Aurelius Victor Hadriano tribuere videtur: *leges, Gymnaſia, doctoreſque curare occœpit. adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium quod Athenæum vocant conſtitueret.* Dio Marcum Athenis idem inſtituiſſe refert: ὁ δὲ Μάρκος ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. ἐτήσιος autem ille μισθὸς, erant μυρίαι δραχμαί. hac enim mercede docebant Athenis & Romæ, Philoſophi, Oratores, Sophiſtæ, Grammatici. unde paſſim apud Græcos auctores, qui illorum temporum adfines fuere, μυρίας ἐκ βασιλέως, pro ſalario quod erat conſtitutum philoſophis & oratoribus. Lucianus Dialogo Εὐνοῦχος: συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι. ἔδει δὲ ἀποθανόντος τινὸς ἄλλον ἀντικαθίστασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. καὶ τὸ ἆθλον οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Sed quis ille βασιλεὺς? Hadrianus an Antoninus Pius, an Marcus? ſub his enim tribus imperatoribus vixit hic Lucianus. De Marco ut accipiamus, auctor eſt Philoſtratus in Theodoto: προέστη καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος

 προ-

προεστὼς ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις· καὶ οὐ τοῦτό που λόγου ἄξιον. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐπιβατεύοντες λόγου ἄξιοι, ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν Πλατωνείους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρῖναι. τὸν ἄνδρα τοῦτον ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν δόξης αὐτὸς ἐπέκρινε τοῖς νέοις, ἀγωνιστὴν τῶν πολιτικῶν προσειπὼν λόγων, καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. Philoſtratus hunc Theodotum commendans non illi magnæ gloriæ loco cedere ait, quod primus ἐπὶ μυρίαις Athenis docuerit. multos enim alios etiam non magni momenti viros idem muneris obiiſſe, ſed quod judicio imperatoris ad id electus ſit & juventuti Athenienſium docendæ præpoſitus, cum elogio quod eſſet ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων & ῥητορικῆς ὄφελος. illa enim verba αὐτὸς ἐπέκρινε, de Marco accipienda, non de Herode, ut perperam interpretes. Notandum autem ex Philoſtrato Marcum philoſophum Herodi commiſiſſe examen eligendorum philoſophorum Stoicorum, Epicureorum, Peripateticorum, qui τὰς μυρίας merere debebant, cum Lucianus ſcriberet τῶν ἀρίστων ψήφῳ δοκιμασθέντας hoc ſtipendii meruiſſe. Apud eumdem Philoſtratum omnibus locis ubi mentio τῶν μυρίων, ſemper in aliud mutarunt Critici, aut perperam verterunt interpretes, ut in Chreſto: ἐψηφίζοντο μὲν Ἀθηναῖοι πρεσβεύσασθαι ὑπὲρ Χρήστου τὸν Ἀθήνησιν αὐτοῦ θρόνον ἐκ βασιλέως αἰτοῦντες. ὁ δὲ παρελθὼν εἰς αὐτοὺς ἐκκλησιάζοντας διέλυσε τὴν πρεσβείαν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰπών, οὐχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα. μυρίαι ſunt, μυρίαι δραχμαί. Et hoc annuum ſtipendium erat Rhetorum, Philoſophorum & Grammaticorum. ſic enim alibi locutus idem Philoſtratus, ut in Proclo: καθαιρεῖν δὲ αὐτὸν εἶναι καὶ ζῆν· ἐκπεπολιορκημένος δὲ αὐτίκα τῆς οἰκίας διαπορευθέντος ἐπ' ἀγορᾶς προς δραχμὰς μυρίας ἃς ἐπ' αὐτῇ ἐδεδάνειστο, ἔπεμψεν αὐτῷ τὰς μυρίας. item in Damiano: Ἀριστείδου γὰρ δὴ καὶ Ἀδριανοῦ, τοῦ μὲν τὴν Σμύρναν, τοῦ δὲ τὴν Ἔφεσον κατειληφότοιν, ἠκροάσατο ἀμφοῖν ἐπὶ μυρίαις, εἰπών, πολλῷ ἥδιον εἰς τοιαῦτα δαπανᾶν ἢ ἐς καλούς τε καὶ καλάς, ὥσπερ ἕτεροι. Μυρίαι autem efficiunt, monetæ Romanæ quadraginta ſeſtertia, aureos vero quadringentos, at noſtræ, coronatos millenos. Tatianus tamen Rhetor qui ſub imperatore Marco floruit, & illa ætate vixit qua Philoſophis & Rhetoribus ab imperatore conſtituta ſunt ſalaria, paulo ampliorem eorum modum agnoſcit. nam ἑπτακοσίους χρυσοῦς ἑξακοσίους, eos in ſtipendium accepiſſe dicit. quæ ſexcentorum aureorum ſumma non μυρίας δραχμὰς, ſed μυρίας καὶ δισχιλίας continet. quid igitur ſtatuemus? an τετρακοσίους ἑξακοσίους apud Titianum corrigemus, ut hic numerus aureorum conveniat cum illis μυρίαις Luciani & Philoſtrati? poſſet etiam aliquis πεντακοσίους legere. tot enim aureos efficiunt Atticos decem millia drachmarum: ſed nullis correctionibus opus. puto enim Lucianum & Philoſtratum in exprimenda illa ſumma quæ annua dabatur Rhetoribus & philoſophis breviter ac rotunde μυρίας dixiſſe, cum tamen darentur μυρίαι καὶ δισχίλιαι. ſic majorem numerum expreſſiſſe contenti, minorem & excurrentem neglexerunt ut rotunde loquerentur. Ita etiam optimos quoſque auctores loquutos exemplis non paucis ad Suetonium firmabimus, ubi de hoc ſtipendio Rhetorum pluribus agemus. certum enim eſt, ſive hæc Marcus ſive Antoninus conſtituerit, annua ſexagena è fiſco accepiſſe rhetores & philoſophos diverſarum ſectarum, ut & veriſſimum eſt in Panegyrico Eumenii ſcribi debere: *ſexagena millia nummum*, non *ſexcenta*. quæ ſumma μυρίας καὶ δισχιλίας drachmas reddit, legitimum & ordinarium

provincias & honores & ſalaria detulit. [1] Orationes plerique alienas eſſe dixerunt quæ ſub ejus nomine feruntur: Marius Maximus ejus proprias fuiſſe dicit. Convivia cum amicis & privata communicavit & publica: nec ullum ſacrificium per vicarium fecit, niſi quum æger fuit. [2] Quum ſibi & filiis honores peteret, [3] omnia quaſi privatus fecit. Frequentavit & ipſe amicorum ſuorum convivia. Inter alia etiam hoc civilitatis ejus præcipuum argumentum eſt, [4] quòd quum [5] domum Omuli viſens, miranſque columnas porphyreticas, requiſiſſet unde eas haberet: atque Omulus ei dixiſſet, [6] *Quum in domum alienam veneris, & mutus & ſurdus eſto*, patienter tulit. cujus Omuli multa joca
ſemper patienter accepit. Multa de jure ſanxit, uſuſ- 12
que eſt [7] juris peritis, Vinidio Vero, [8] Salvio Valente Volu-

rium Rhetorum ſtipendium jam inde ab Antonino Pio vel Marco.

CASAUBONUS.

4 *Rhetoribus & philoſophis per omnes provincias & honores & ſalaria detulit.*] Extat veſtigium conſtitutionis hujus in libris juris hodièque, tam in lege ſexta Digeſtorum, De excuſationibus tutorum; quàm in lege quarta, Cod. De profeſſoribus & med.

1 *Orationes plerique alienas eſſe dixerunt quæ ſub ejus nomine feruntur.*] Ferebantur olim multorum principum orationes, quas vel ipſi in ſenatu recitaverant, vel ad ſenatum miſerant, quoties jus aliquod novum introducere, aut vetus inſtaurare vellent. Hæ ſunt orationes quarum toties in Pandectis & Codice utroque fit mentio. Tales erant iſtæ divi Pii: quas ait Capitolinus putaſſe quoſdam eſſe alienas: hoc eſt, ingenio magiſtri epiſtolarum vel ſcriniorum formatas. Impp. Dioc. & Maxim. A A. & C C. *Oratione divi Pii liberalium ſtudiorum profeſſores, non etiam calculatores continentur.*

2 *Quum ſibi & filiis honores peteret.*] Filiis quidem diverſos honores petiit: ſibi quem peteret, unus fuit conſulatus. petiit autem hunc geſſitque ter, ex quo factus eſt imperator: cùm antè ſemel fuiſſet Cos.

3 *Omnia quaſi privatus fecit.*] Lege Plinii panegyricum, ubi de Trajano idem.

5 *Domum Omuli viſens.*] In ſaxorum inſcriptionibus ſemper eſt *Omollus.* in Plinii epiſtolis ſæpe nominatur Titius Homulus orator inter primos ſui temporis. at hic eſt C. Valerius Omollus Verianus, homo conſularis & prudens: ut colligas ex hoc dicto, & item alio quod refert Lampridius in Severo: an ſatis probus & ſimplex, jure dubites ex Marci vita.

6 *Cùm in domum alienam veneris, & mutus & ſurdus eſto.*] Vetus dictum eſt Græci ſapientis, *Μηδὲν διαφέρειν ἢ τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι.*

SALMASIUS.

4 *Quòd cum domum Omuli viſens.*] In Palatino codice *Omulli*, & infra *Omullus.* aliquando etiam *Omullius.* in veteribus ſaxis *Omollus* dicitur.

7 *Juriſperitis Vinidio Vero.*] Scribe ex

Voluſio Metiano, [1] Ulpio Marcello, & Jaboleno. Seditiones ubicunque factas, non crudelitate, ſed modeſtia & gravitate compreſſit. [2] Intra urbes ſepeliri mortuos vetuit. [3] Sumptum muneribus gladiatoriis inſtituit. [4] Vehicularium curſum ſumma diligentia ſublevavit.

be ex eodem Palatino: *Vindio Vero.* nam ita etiam in Digeſtis vocatur.

CASAUBONUS.

7 *Vinidio Vero.*] Is eſt quem libro quarto & quinto Digeſtorum, Ulpianus Vindium nominat: Voluſius quoque Mæcianus libro XXXV. titulo ſecundo.

8 *Salvio Valente.*] Ulpianus libro VII. De officio proconſulis: *Hiſdem criminibus quibus quis liberatus eſt, non debet præſes pati eundem accuſari; & ita Divus Pius Salvio Valenti reſcripſit.* refertur in titulo De accuſat. alibi, niſi fallor, nulla in toto jure iſtius mentio. Voluſius Metianus, vel, ut alii ſcribunt, Mæcianus, (Græci quoque Μαικιανὸς) itemque Ulpius Marcellus, & Javolenus, ex fragmentis ſcriptorum ſuorum, notiſſimi ſunt.

2 *Intra urbes ſepeliri mortuos vetuit.*] Mortuos intra urbem neque Romani ſepeliebant, neque Athenienſes, neque alii populi quàm plurimi: quare illorum cauſſa nihil opus hac Pii lege. Sed erant quibus in civitate ſepelire jura municipalia permitterent. ut ſignificat Ulpianus: & de Lacedæmoniis ſcimus ex Plutarcho. Præterea videntur multi gliſcente jam Chriſtianiſmo, veterem ſuperſtitionem quæ intra urbes mortuos vetabat recipere, paulatim exuiſſe & contemſiſſe. Ad hæc igitur duo genera hominum lege hac opus fuit: quam tamen ante Pium Hadrianus quoque tulerat. Lege titulum De ſepulcro violato.

3 *Sumtum muneribus gladiatoriis inſtituit.*] Malim *ſtatuit*, vel *conſtituit*: nam hoc vult: impoſitum eſſe modum ſumtibus munerum gladiatoriorum: quod apparet ex ſimili in vita Marci loco: *Gladiatoria ſpectacula omnifariam temperavit.* & mox, *Gladiatoris muneris ſumtus modum fecit.*

4 *Vehicularium curſum.*] Expoſuimus ad Hadrianum.

SALMASIUS.

1 *Ulpio Marcello & Jaboleno.*] Hujus nominis Jabolenus veriloquium vidi qui quærerent, & neſcio unde rationem ejus peterent. mihi non dubium quin *Jabolenus* ſit pro *Zabolenus*, ut *jugum*, ζυγόν & *Janarius* pro *Zonarius* apud Nonium. utrumque autem pro *Diabolenus*, quomodo ſcriptum hoc loco repperi, in optimo codice Palatinæ Bibliothecæ. Διαβολή. inde Διαβόλενος: deinde *Zabolenus* & *Jabolenus*: ut *Dieta, Zeta, Diarritum Zarritum*: & διῶστρα, ζῶστρα vel ζῶστρα. διῶστραν enim veteres luctam vocarunt ἀπὸ τοῦ διωθεῖν; ut ἔξωστρα ab ἐξωθεῖν. nam ὠθισμοὶ in lucta præcipue locum habent: immo lucta non aliud eſt quam ὠθισμός. ideo Plutarchus πάλην eſſe dicit συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ. ab illa igitur voce διῶστρα, ζῶστραν recentiores Græci appellaverunt & ζῶστρα· inde noſtrum, *jouſte*. ut dietam, zetam: Diabolum, Zabolum: & ſimilia. ſic *Diabolenus* & *Zabolenus*, vel *Jabolenus*.

3 *Sumptum muneribus gladiatoriis inſtituit.*] Inſtituere heic pro ſtatuere: ut *injungere*, pro *jungere*, in Digeſtis ſæpe. nihil igitur mutandum.

4 *Vehicularium curſum ſumma diligentia ſublevavit.*] Quæritur utrum provincialium commodis conſuluerit Antoninus, an eorum qui publicis equis currebant. id non poſſe ex his

his verbis colligi aſſerunt docti: ego dico poſſe. Cum enim Antonini temporibus curſus publicus, provincialium onus fuerit, & primus eum Severus, ut ſe hominibus commendaret, à privatis ad fiſcum traduxerit, certum eſt Antoninum cum publicum curſum ſublevaret, rationem tantum habuiſſe provincialium qui eum præſtabant. ſublevavit autem curſum publicum Antoninus diplomata paucis largiendo, ac non niſi in publicis ac neceſſariis cauſis evectiones fieri ſinendo: quo plures enim eſſent, quibus curſus uſurpandi licentia daretur, eo majus provincialium onus, & gravior præſtatio. hinc illa querela Ammiani Marcellini de Epiſcopis curſu publico ultro citroque diſcurrentibus per Synodos, quæ res, ut ait, *rei vehiculariæ nervos ſuccideb it.* eadem etiam atque in eadem re querela beati Hilarii, cujus hæc verba ſunt in fragmentis à Pithœo editis: *omnis enim fraternitas omnibus in provinciis ſuſpenſa ac ſollicita expectat in quem finem hæc malorum procella ſuccedat, curſuſque ipſe publicus, attritus ad nihilum deducitur.* hinc illæ tot conſtitutiones imperatorum in Cod. Theodoſiano poſitæ, quæ ad ſublevandum publicum curſum, & faciendarum evectionum licentiam cohercendam promulgatæ ſunt. Vehicularium porro curſum quod plerique omnes nunc clavularem etiam dictum putant veteribus fuiſſe, non ferendus hic error, ſed caſtigandus. tantum ſane inter vehicularium & clabularium curſum intereſt quantum inter genus & ſpeciem. *vehicularius curſus* generalis appellatio publici curſus quæ rhedas, ciſia, veredos, angarias & omnia quæ in curſu publico uſurparentur, ſive vehicula, ſive animalia comprehendit. nam ab initio inſtitutionis vehicula tantum, hoc eſt rhedæ, in uſu fuere. at clavularis curſus, particularis fuit & ſpecialis, de quo mox dicam. *Clavularis*, inquiunt, *curſus à clavulis*. verum eſt. *clavula genus vehiculi.* falſum. *Clavulam* Varro dicit eſſe taleam vel ramum ex arbore deciſum. vehiculum hoc nomine appellari nemo unquam dixit. & ſane clavola diminutivum à clava, quæ vox ramum ſignificat ex utraque parte præciſum, & ſic pro fuſte & baculo eſt, & à Græco deſcendit. κλάδον Græcis eſt ramus. Heſychius: κλάδαν, κλάδον, ῥάβδον. Æoles, quos Latini ſermonis patres & auctores eſſe omnes conſentiunt, dicebant κλάβαν. nam δ in β mutabant. ſic βελφὺς, δελφὺς appellabant: ἔμβυσαι pro ἔνδυσαι: βέλεαρ pro δέλεαρ. σπίαβαλα, σπίδαλα. ita κλάβαν pro κλάδαν. Romani *clavam.* quæ vox, ut dixi, proprie ramum ſignificat. hinc clavam Herculis ramum etiam vocant Latini poëtæ. Propertius:

Ille etiam Eleo percuſſus tempora ramo.

ut Græci πτόρθον & ὄζον. Philippus in epigrammate:

-- καὶ βαρύπτυς ὄζος ὁ θηρολέτης.

a clava *clavola*: parvus & tener ramus vel ſurculus. taleam interpretatur Varro. talea vel talia, ut potius ſcribebant, Græcæ etiam originis. nam ſic *taliam* ἀπὸ τοῦ θαλλὸς fecerunt. ut *alius* ἀπὸ τοῦ ἄλλος. *ſalio*, ἀπὸ τοῦ ἅλλω. *folium* à φύλλον. *cilium* à κυλλόν. & ſimilia. θαλλὸς autem ramulum etiam ſignificat, & proprie quidem oleæ termitem, ſed & quemvis ſurculum. jam ſcimus quid ſit clavula, diſpiciamus quid ſit clavularis curſus. ſed primum doceamus clavularem curſum diſtinctum fuiſſe à vehiculario, ut ſpecialem. id aperte declaratur leg. v. Cod. Theod. de curioſis, cujus hæc ſunt verba: *in his duntaxat provinciis in quibus curſus à provincialibus exhibetur, quoniam avaritiæ occurri pene jam non poteſt, ſingulos ſolidos per ſingulas rhedas, quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis per id tempus, quo curarum & curſus tuendi ſollicitudinem ſuſtinebitis: è curſu vero clavulari ſingulas angarias, in his ſcilicet ſtationibus in quibus curſus eſt conlocatus ad exhibendam humanitatem venientibus ex-*

cuſtis. num potuit clarius curſum clavularem à rhedis, hoc eſt à curſu vehiculario ſeparare? in clavulari curſu patet angarias tantum fuiſſe: in vehiculario *rhedas, birota, & veredas.* quamvis negandum non ſit vehiculario quoque etiam clavularem comprehendi, at non item clavulari vehicularium. leg. LXII. ejuſdem Cod. Theod. velocem curſum & clabularium etiam manifeſte diſtinguit: *uſurpationem curſus publici penitus juſſimus amputari, ſcilicet ut excepta magnitudine tua præſumendi velocis, & clavularii curſus nullus habeat poteſtatem.* velocem & clavularium curſum non conjungit aut eumdem facit, ſed ſeparat tanquam diverſos. & velocem quidem vocat rhedarum aut veredorum; clavularium autem, angariarum. ſic lege ult. tit. eod. curſum & angarias poſuit ut diverſa: *Nemo ducum ingreſſus, ſemel provinciam ſuam poſtmodum in itineribus faciendis curſu atque angariis ipſis vel ſuum utatur officium.* Curſum in hac lege vocat abſolute quem in illa velocem curſum nuncupavit; & angarias heic, quem ibi clavularium curſum. Conſtat igitur clavularium curſum angarias tantum habuiſſe. ſcio angarias plauſtrorum & jumentorum præſtationes proprie fuiſſe dictas; ſed angariæ etiam pro carris ipſis & plauſtris, quæ ad curſum à provincialibus præſtantur. hinc onerum menſura definita in rhedis, angariis & veredis leg XXX. Cod. Theod de curſu publico: *ut nemo amplius rhedæ quam mille pondo, angariæ quam mille quingenta, veredo quam triginta auderet imponere.* & leg. XXVIII. ejuſdem tit. angarias à bobus fuiſſe tractas patet leg. I. eod. tit. & leg. XI. qua cavetur ut pro ſingulis angariis bina tantum boum paria conſequantur quibus angariarum curſus permiſſus fuerit. liquet igitur angarias illas plauſtra tantum & carra fuiſſe ferendis oneribus & impedimentis deſtinata, & tranſvehendis ſpeciebus publicis, quæ non multum celeriter ibant, nam boves ea trahebant. ideoque angarias & parangarias à curſu ſeparat titulus Cod. Theod. *de curſu & angariis.* & leg. XV. cum Julianus diſcurſus veredorum & paraveredorum amputaſſet in provincia Sardinia, angarias tamen non ſubmovit propter publicas ſpecies quæ ad diverſos portus erant deferendæ. ſic velocem & clavularium curſum diſtinxit, quod clavularius tardus eſſet. De re ſatis conſtat. videndum eſt de nomine clavularis curſus, & quare ita ſit appellatus. Non à clavulis, nam nulla vehicula ſic appellata ſunt, ſed à clavularibus carris vel plauſtris, clavulare carrum dicebatur, quod undique clavulis erat confixum & contextum, & capſum ex clavulis factum habebat, ad res quæ imponerentur retinendas, ne defluerent. quod & in noſtris carris onerariis fieri videmus, quæ undique vallantur & ſudibus vel clabulis muniuntur ne onera impoſita decidant. Latini capſum vocabant. Iſidorus: *capſum carruca undique contexta.* nam *capſum* eſt χαρακωμα. hinc *capſi* in tabula vel alveo aleatorio ſunt χαρακώματα, de quibus nos alibi. *capſum* quoque animalium ſeptum. Feſto: *capſum in ciſio.* Itali tranſpadani *pleximum* vocabant. atque inde Catullus: *Gingivas pleximi habet veteris.* vix tamen eripi mihi poteſt quin hæc vox mere Græca ſit. πλέξις, πλέξιμον: ut τρῶξις, τρώξιμον· ἄρδσις, ἀρδσιμον. πλέξιμον, *pleximum.* Græci enim πλέγματα ejuſmodi ciſiorum & carrorum capſa vocant. Heſychius: πείρινθα· πλέγμα τὸ ἐπὶ τῆς ἁμάξης, τὸ πλινθίον τὸ ἐπιτιθέμενον τῇ ἁμάξῃ τετράγωνον. Euſtathius πείρινθα interpretatur, πλινθίον ἐπὶ τῆς ἁμάξης ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐντίθενται ἐκ ξύλων πλεκόμενον. ὑπερτερείη etiam Homero dicitur, & exponunt Grammatici, τὸ πλέγμα καὶ τὸ πῆγμα τῆς ἁμάξης. *ſirpea* Latinis hæc plauſtrorum πλέγματα. Ovidius:

— *& in plauſtro ſirpea lata fuit.*

male in vulgatis, *ſcirpea.* Verum in

carris

vavit. Omnium quæ geſſit, & in ſenatu [1] & per edicta rationem reddidit. [2] Periit anno ſeptuageſimo: ſed quaſi

carris publicis, de quibus nobis heic ſermo, & quæ clavularia dicta ſunt, ordine fixæ videntur fuiſſe clavulæ, ut in carris hodiernis videmus, non opere craticio contextæ, & invicem complicatæ, qualia ſunt quæ vulgo *tumbrella* dicimus, & quæ proprie ſirpeæ Latinis dictæ. Carrum igitur clavulare adjective dictum: poſtea adjectivum in ſubſtantivum tranſiit, & clabulare abſolute appellatum hoc carri genus, quod clabulas haberet. hoc ita eſſe ut diximus evincet illuſtris locus ex leg. I. Cod. Theod. de curioſis, qui ex emendatione noſtra ita legendus eſt: *Hi vero pervigili diligentia providebunt, ne quis citra evectionis auctoritatem moveat curſum vel amplius poſtulet quam conceſſit evectio; ne habens unius copiam rhedæ, flagitet duas: aut rhedam uſurpet cui birotum, vel veredum poſtulet cui clavulare permiſſum eſt.* quibus verbis omnia quæ in publico curſu movebantur vehicula continentur, rhedæ, birota, veredi, & clabularia vel carra, quæ alias angariæ dicuntur. Prohibetur igitur qui rhedæ unius evectionem habuerit, duas rhedas uſurpare. perperam in editis, *duas mulas* legitur. quaſi una tantum mula rhedæ jungeretur. atqui conſtat ex leg. VIII. de curſ. publ. octo mulas æſtivo tempore ad rhedam jungi, hyemali decem. cui vero birotum conceſſum fuerit, quod tribus mulis agebatur, is ne rhedam uſurpet. nec veredum poſtulet, cui clabularis curſus tantum copia data fuerit. id eſt ne velocem curſum uſurpet, cui angaria tantum permiſſa fuerit. *clabulare* autem dixit pro clabulari carro.

CASAUBONUS.

1 *Et per edicta rationem reddidit.*] Similium edictorum exemplum apud Suetonium in Auguſto, cap. XXVIII. & Claudio cap. XVI.

2 *Periit anno ſeptuageſimo.*] Falſiſſimum: nec difficile eſt rationem inire, cùm de natali Pii ex ipſo Capitolino conſtet. Nam ſi a duodecimo Domitiani conſulatu ad annum deſcendas quo exceſſit Pius, & Marcus imperium ſuſcepit, quatuor & ſeptuaginta annos invenies. Eutropius tres & LXX. numerat: licet aliter legerit Pæanius. Aurelius verò Victor ab eruditiſſimo Schotto editus, mortuum ſcribit poſt annum vitæ quintum & ſeptuageſimum. Menſem ac diem veſtigat accuratiſſimus Onuphrius: quem tu Lector vide. Faciunt enim rem incertam pugnantes veterum ſententiæ. Theophilus imperaſſe ſcribit annos XXII. menſes ſeptem, dies ſex. Victor alter annos XXIII. vixiſſe autem, LXXII. Euſebius in membranis regnaſſe annis XXII. menſibus tribus. omitto alios.

SALMASIUS.

1 *Et per edicta rationem reddidit.*] Huc pertinet, quod ſcribit Aurelius Victor: *uſque eo autem mitis fuit, ut cum ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit ratione expoſita placare quam ulciſci ſeditionem.* *dicta* pro *edicta* ſcriptum habetur in Palatino. nec ſemel ſic ſcriptum in antiquis libris offendimus, *dictum* pro *edictum*. ut contra *edicere* non raro pro ſimplici dicere. veteres gloſſæ: *dicta feralia, βαρεῖαι ψῆφοι.* ubi manifeſto dicta pro edictis. nam edicta feralia paſſim apud ſanctos & veteres ſcriptores, quibus perſequutio in Chriſtianos mandabatur. ſic apud Zenonem Veronenſem, *edictis feralibus* non ſemel, quibus jubentur Chriſtiani Diis immolare, & apud Cyprianum.

2 *Periit anno ſeptuageſimo.*] Convenit his numerus cum Faſtis Siculis. nam à duodecimo conſulatu

quaſi adoleſcens deſideratus eſt. Mors autem ejus talis narratur: [1] Quum Alpinum caſeum in cœna ediſſet avidiùs, nocte rejectavit, [2] atque alia die febre commotus eſt. Tertia die quum ſe gravari videret, M. Antonino remp. & filiam præſentibus præfectis commendavit, [3] Fortunamque auream quæ in cubiculo principum poni ſolebat, transferri ad eum juſſit: [4] ſignum tribuno Æquanimitatis dedit: atque ita conversus

Domitiani quo Pium natum tradidit Capitolinus uſque ad conſules Braduam & Verum, quibus idem denatus dicitur, anni ſunt ſeptuaginta. Mirum tamen eſt quod in iiſdem Faſtis legitur de morte Antonini: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐσφάγη Αἴλιος Ἀντωνῖνος ἐν Πραινέστῳ ὢν ἐτῶν ξζ. quod falſum eſt & abſurdum. de annis autem imperii & vitæ ejuſdem Antonini multum variantes ſunt auctorum ſententiæ, de quibus videnda quæ ad hunc locum notavit eruditiſſimus vir Iſaacius Caſaubonus. Joannes Gazenſis viginti quattuor annos regnaſſe ſcribit, cum alii fere omnes, aut viginti tres aut viginti duo tantum ponant: *Μάρκος, ἔτη ιθ, μετὰ τὸν Μάρκον, Τῖτος Αὐρήλιος Φοῦλβος Βοιώνιος Ἀντωνῖνος Πῖος ὁ κληθεὶς Εὐσεβὴς ἔτη κδ.*

CASAUBONUS.

1 *Cum Alpinum caſeum.*] Caſeus Alpinus, quem Alpes mittunt: Plinius libro XI. cap. XLII. *Duobus Alpes generibus caſeorum pabula ſua approbant: Dalmatica Docleatem mittunt; Centronica Vatuſicum.* Sed ſcribunt heic membranæ, *Tranſalpinum.* Plinius ibidem: *Laus caſeo Romæ, è provinciis Nemauſienſi præcipua.*

2 *Atque alia die.*] τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ. *alia* pro altera, ut ſæpe Plautus.

3 *Fortunamque auream quæ in cubiculo principum poni ſ.*] Eadem in Marco. hoc ſimulacrum velut pignus imperatoriæ majeſtatis fuit: ideo Fortuna regia nominatur in Severo. De imaginibus cubicularibus non inutilia monebamus ad Suetonii Auguſtum, cap. VII.

4 *Signum tribuno Æquanimitatis dedit.*] Erit mens auctoris magis perſpicua, ſi ſcribas & hic & in vita Marci, ÆQVANIMITAS Pro teſſera modò plura, modo pauciora verba dabant: ſæpe unicam vocem. omnium exempla apud Suetonium, quæ nota ſtudioſis, vel noſcenda. Hic vero datur à Pio ſignum verbo, ÆQVANIMITAS: ut ab impuro Cajo, qui tribuno ſignum petenti ſolitus PRIAPVM, aut VENEREM dare. ita accipiendus hic & ſimilis in Marco alius locus. Nam vir magnus qui aliter interpretatur, more humano labitur. Soliti autem imperatores etiam cum ægroti jacerent, atque adeò morti etiam proximi, ſignum dare. Dio de Marco animam propè jam agente, *τῷ χιλιάρχῳ τὸ σύνθημα αἰτοῦντι ἔφη, Ἄπιθι πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα. ἐγὼ γὰρ ἤδη δύομαι.*

SALMASIUS.

4 *Signum tribuno Æquanimitatis dedit.*] Non placet legi *Æquanimitas*, pro æquanimitatis: ſic enim, ſignum æquanimitatis dare dicitur, ut pro ſigno Venerem dare aut Priapum, quemadmodum à Caligula factum narrat Suetonius. Qui *ſignum dabat* imperator nominandi quidem caſu illud enunciabat; Æquanimitas, Venus, Priapus. Auctores vero ſic exprimere conſuerunt, æquanimitatem pro ſigno dare, aut ſignum æquanimitatis.

Spiri-

verſus quaſi dormiret, [1] ſpiritum reddidit apud Lorium. alienatus in febri, nihil aliud quàm de republ. & de his regibus quibus iraſcebatur, loquutus eſt. Privatum patrimonium filiæ reliquit. Teſtamento autem omnes ſuos legatis idoneis proſequutus eſt. [2] Fuit 13
ſtatura elevata decorus. Sed quum eſſet longus & ſenex, incurvareturque, [3] tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet. [4] Senex etiam antequam

CASAUBONUS.

1 *Spiritum reddidit apud Lorium.*] Reſtituimus diſtinctionem rectam, quæ erat in omnibus libris corrupta. de Lorio ſive Laurio villa jam dictum. Quod ait Capitolinus, Pium converſum quaſi dormiret, ſpiritum reddidiſſe, idem ex Quadrato Dio, τὴν τελευτὴν ἡδίστην αὐτοῦ κατ' ἴσα ὕπνῳ τῷ μαλακωτάτῳ λέγει.

3 *Tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur.*] Petitum ab arte medicinæ exemplum: nam in medicorum libris tabularum hujuſmodi multiplex docetur uſus. Parens artis Hippocrates vocare ſolet νάρθηκας, περιερμάσματα & ὑποστηρίσματα. utebantur & feminæ ad celanda corporis vitia. meminit vetus comicus Alexis, & κορτὰς appellat comicè. Vulgò hodie feminæ ſurrigendo corpori non tiliaceas tabellas, ſed ferulas è balenæ coſta, aut ebeno, aut alia materia non prædura neque rigida pectori apponunt.

4 *Senex etiam antequam ſalutatores venirent, panem ſ.*] Etſi non damno vulgatam lectionem hujus loci; præfero tamen quam olim in ſuis exemplaribus Victor invenit: quæ caput hujus periodi facit caudam præcedentis. Quare ſcribe, *ut rectus incederet etiam ſenex. Antequam ſalut.* &c. Verba poſterioris Victoris, qui, ut ſæpe diximus, pleraque ex iſtis auctoribus ὡς ἔπος deſcripſit, ſunt hæc. *Priuſquam ſalutandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigeſcente circum præcordia per jejunia ſanguine, viribus exeſis, interciperetur, eoque actuum publicorum laboribus minimè ſufficeret.* Idem, ut vides, cum Capitolino dicit Victor; ſed feciſſe hoc Pium ſenem: hoc verò non dicit Victor. Obſervat & Dio Marci ſimilem conſuetudinem: ſed in ætate adhuc conſtante, aut non adeò certè ſenis. De patre Pio ſcribit Marcus libro ſexto, tanta victus tenuitate illum uſum, ut à mane ad veſperam loco eodem poſſet durare, ſine ulla alvum levandi aut veſicam, niſi ſtatis horis, neceſſitate. καὶ οἷος, inquit, μένειν ἐν τῷ αὐτῷ μέχρι ἑσπέρας, διὰ τὴν λιτὴν δίαιταν, μηδὲ τῆς ἀποκρίσεως τῶν περιττωμάτων παρὰ τὴν συνήθη ὥραν χρῄζειν. ſic legi debet ille locus, atque exponi.

SALMASIUS.

2 *Fuit ſtatura elevata decorus.*] Poſterior Victor: *Procerus membra, decenter validus.* diſtingue: *Procerus membra decenter, validus.* Procerum membra decenter vocat, quem Capitolinus ſtatura elevata decorum. decenter procerus, ita Ovidius de Vertumno:

Mille habet ornatus, mille decenter habet.

3 *Tiliaceis tabulis.*] Palatinus, *tiliaticeis*: cui conſentit vetus editio quæ habet, *tili·ticiis.*

4 *Senex etiam antequam ſalutatores venirent.*] Non placet mihi diſtinctio quæ viro doctiſſimo placet; ut ſic legamus: *ut rectus incederet ſenex etiam. Antequam ſalutatores venirent,* &c. moroſa

tequam ſalutatores venirent, [1] panem ſiccum comedit ad ſu-

roſa enim eſſet repetitio, *quum eſſet longæus & ſenex, faſciabatur tiliaceis tabulis, ut rectus incederet etiam ſenex.* nonne enim ſatis dixiſſe, *cum ſenex eſſet & incurvus, tiliaticeis tabulis ad pectus poſitis devinciebatur, ut rectus incederet.* nec prohibet quod apud alterum Victorem non dicitur Antoninum ſenem feciſſe, cum ſalutandus prodiret, ut panem ſiccum comederet. immo ſi attentius conſideremus hunc locum, longe veriſimilior hæc lectio qua ſenem id factitaſſe Antoninum ſcribitur. Bene mane enim ſalutabantur imperatores, quibus non erat moris aliquid guſtare priuſquam ſalutarentur. Antoninus vero jam ſenex ad ſuſtentandas vires, paulum ſicci panis ſumebat priuſquam ſalutandus prodiret. Nec ſimile eſt quod de Marco tradidit Dio: οἷός τε ἦν μένειν ἐν τῷ αὐτῷ μέχρι ἑσπέρας, διὰ τὴν λεπτὴν δίαιταν, μηδὲ τοῦ ἀποχωρεῖν τοῦ προστάγματος περὶ τὴν σκηνὴν ὥραν χρήζων. ſed propter tenuem & aridum victum quo utebatur potuiſſe vel uſque ad veſperam uno in loco eodemque ſtatu manere, cum venter illi injuriam nunquam faceret, nec ſecedendi neceſſitatem imponeret.

1 *Panem ſiccum comedit ad ſuſtentandas vires.*] Per *panem ſiccum*, panem ſolum intellige abſque ullo alio pulmento. ſic in vita Taciti apud Vopiſcum: *panem niſi ſiccum nunquam comedit.* ad quem locum plura dicemus. fuit autem hæc veterum frugalitas, eorum præcipue qui negotioſam vitam καὶ προστατικὴν agebant, ut matutinis horis ſolo pane deguſtato uſque ad veſperam & tempus cœnæ impranſi perdurarent, adeo ut ne biberent quidem. Galenus hoc ita de ſe prædicat libro ſexto ὑγιεινῶν: ὅπερ οὖν εἴωθα ποιεῖν αὐτὸς ἐγὼ καθ᾽ ἣν ἂν ἡμέραν ὀψιαίτερον ἤγγελμαι λούσασθαι, διὰ καρτερικὰς ἐπισκέψεις ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, εἰπεῖν οὐκ ὀκνήσω. ἀποκεῖσθαι μὲν ἡμῖν χρὴ καθ᾽ ἣν ταῦτα γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἰσημερινῶν ὡρῶν, ἐλπίζεσθαι δὲ περὶ δεκάτην ὥραν ἡ τοῦ σώματος ἐπιμέλεια γενήσεσθαι. κατὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἔδοξέ μοι περὶ πεμπτὴν ὥραν προσφέρεσθαι τροφὴν ἁπλουστάτην ἥτις ἐστὶν ἄρτος μόνος. ἐγὼ μὲν οὕτω αὐτὸς ἔπραξα. τινὲς δὲ οὐχ ὑπομένουσιν ἄρτον ἐσθίειν μόνον ὄψου χωρίς, ἀλλ᾽ ἤτοι μετὰ βαλάνων, φοινίκων ἢ ἐλαιῶν ἢ μέλιτος ἢ ἁλῶν ἐσθίουσιν. εἶτα καὶ πίνουσιν ἔνιοί τινες αὐτῶν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἔπιον ποτὲ ἐπὶ τοιαύτῃ τροφῇ, καὶ μόνον ἔφαγον τὸν ἄρτον. μόνον τὸν ἄρτον vocat, quem Spartianus, *panem ſiccum.* panis enim ſiccus jentaculum fuit veterum. hinc ἀρτοσιτεῖν pro jentare apud Lucianum. qui panem ſiccum comedere non poterant, aut palmulas, aut uvas paſſas, aut parum mellis Attici vel ſalis cum pane edebant. quidam bibebant quidam nec bibebant. multi poſt hoc jentaculum & prandebant. alii impranſi uſque ad cœnæ tempus manebant. hinc βουκκίζειν *jentare* vett. Grammatici exponunt, à *buccis* panis quas in jentaculo comedebant. non peculiaris igitur hæc abſtinentia Senecæ fuit, quod panem ſiccum vice prandii guſtaret, ſed cum multis communis. Ep. LXXXIII. *Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lavandæ manus.* epiſt. LXXXVII. *de prandio nihil detrahi potuit. paratum fuit non magis hora nuſquam ſine caricis. Illæ, ſi panem habeo, pro pulmentario ſunt; ſi non, pro pane.* ſic Hadrianus prandebat abſque vino: ἠρίστα δὲ ὁσάκις οὐκ ἐδείπνει καὶ ἠρίστα ἄνευ οἴνου. ſed hæc alibi pluribus. propter ſenilem ætatem maturius panem ſumebat Antoninus quam antea conſueverat, aut alii ſolebant. nam ad ſuſtentandas vires antequam ſalutatores venirent modicum ſicci panis comedebat, cum alii hora tertia, aut quarta facerent, & quidem etiam ſexta, qui non prandebant.

Fuit

ad ſuſtentandas vires. [1] Fuit voce rauca & ſonora, cum jucunditate. A ſenatu divus eſt appellatus, cunctis certatim adnitentibus: [2] quum omnes ejus pietatem, clementiam, ingenium, ſanctimoniam laudarent. [3] decreti etiam ſunt omnes honores qui optimis principibus antè delati ſunt. Meruit & flaminem & circenſes & templum & ſodales Antoninianos: [4] ſoluſque omnium propè principum prorſus ſine civili ſanguine & hoſtili, [5] quantum ad ſeipſum pertinet, vixit: [6] & qui rite comparetur Numæ, cujus felicitatem pietatemque & ſecuritatem ceremoniaſque ſemper obtinuit.

CASAUBONUS.

1 *Fuit voce rauca & ſo.*] Regius, *Fuit vocis raucæ & ſonoræ cum jucunditate.*

2 *Ciim omnes ejus pietatem, clementiam, mgenium, ſanctimoniam laudarent.*] Et harum & cæterarum virtutum teſtimonium Pio exhibent, velut una voce, omnes antiqui ſcriptores: ut videatur non temere pronuntiaſſe Victor alter, *haud dubiè ſine exemplo illum vixiſſe.* multa de ejus laudibus magna quidem, ſed quæ non dubito eſſe vera, Marcus filius patris ſimillimus, in ſexto commentariorum quos de ſe ipſo fecit. Scribit Pauſanias, propter ſummam pietatem & reverentiam erga numen Pii nomen eum inveniſſe: poſſe verò eundem & COMMUNEM PARENTEM ob beneficia omnibus populis præſtita, jure nuncupari, ut olim Cyrum priorem. τοῦτον Εὐσεβῆ τὸν Βασιλέα ἐκάλεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐς τὸ θεῖον τιμῇ μάλιστα ἐφαίνετο χρώμενος. δόξῃ δὲ ἐμῇ καὶ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ Κύρου φέροιτο ἂν τοῦ πρεσβυτέρου, ΠΑΤΗΡ ΑΝΘΡΩΠΩΝ καλούμενος. Videtur Pauſanias ignoraſſe Pium decreto ſenatus PATREM PATRIÆ fuiſſe appellatum. ita certe loquitur quaſi neſciret pridem fuiſſe à ſenatu decretum, quod ipſe decernendum inſinuat qui tamen potuerit illi eſſe incognita res adeò publica, non intelligo.

3 *Decreti etiam ſunt.*] Regius, *Additi etiam ſunt.*

4 *Soluſque omnium propè principum p.*] Eximia, ſed heu! rara etiam bonorum principum laus: fuiſſe eorum imperium ἀναίμακτον: qua de re vide ad Alexandrum Severum.

5 *Quantum ad ſe ipſum pertinet.*] Vel ſe, vel *ipſum* puto παρέλκειν, ex gloſſa natum.

SALMASIUS.

5 *Quantum ad ſeipſum pertinet.*] *Seipſum*, pro *ipſum.* ſic enim loquebantur ætate Capitolini vel Spartiani. ita *ſemetipſum* apud Aurelium Victorem: *adeo manſuetus ut inſtantibus patribus ad eos qui contra eum conjuraverunt perſequendos compreſſerit quæſtionem, præfatus neceſſe non eſſe ſceleris in ſemetipſum cupidos pertinacius indagari, ne ſi plures reperirentur quantis odio eſſet intelligeretur.*

6 *Et qui rite comperatur Numæ.*] Scribe ex Palatino & veteri editione: *& qui recte comparetur Numæ.* Hadrianum comparat Numæ Victor Scothi: *ibi Græcorum more, ſeu Pompilii Numæ cerimonias, leges, gymnaſia doctoreſque curare occœpit.* Alter Victor de Antonino; *ſine exemplo ipſum vixiſſe* ſcribit, *quamvis Numæ contulerit eum ætas ſua.* incertus auctor apud Suidam: ὅτι Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς ἄριστος ἦν, καὶ μάλιστα Νουμᾷ κατὰ τὸ τῆς βασιλείας ὁμοιότροπον, ἄξιος παραβάλλεσθαι καθάπερ δὴ Ῥωμύλῳ Τραϊανὸς ὤφθη παραπλήσιος.

JULII CAPITOLINI [1]M. ANTONINUS PHILOSOPHUS.

1 [2]MARCO ANTONINO in omni vita philoſophanti viro, & qui ſanctitate vitæ omnibus principibus

CASAUBONUS.

[1]M. ANTONINUS PHILOSOPHUS.] Omnes libri veteres hanc ἐπιγραφὴν agnoſcunt: cui ſimilis illa in Dionis & Zonaræ codicibus, ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. Nos tamen non dubitamus, recentiorum criticorum inventum eſſe, ut inter imperatoris hujus titulos PHILOSOPHI appellatio locum habeat. Omnes antiquæ hiſtoriæ hoc cognomen ignorant: omnes ſaxorum inſcriptiones: omnes nummi, qui extant etiam hodie quam plurimi. & merito: cur enim eo nomine optimum & minimè ambitioſum principem afficerent, quod neque ille vivus, quæ fuit ipſius moderatio, agnoviſſet: neque illi unquam, vel vivo vel mortuo, neque à Senatu, neque à populo fuit delatum? Non negamus ſapientiſſimum principem jam inde à puero per omnem vitam philoſophantem, à multis antiquis ſcriptoribus philoſophum legi appellatum: ſed ἐπιθέτως, non ἐπωνύμως, & ſic planè, ut Julium Cæſarem virum fortem, Auguſtum felicem, Caligulam inſanum ſæpe dicimus: cognomen verò PHILOSOPHI ſic Marco fuiſſe unquam datum, ut Trajano OPTIMI, Tito Aurelio PII, id nos eſſe verum negamus & pernegamus. Quare enim verum cenſeam, quod Dio, Capitolinus, Victores ambo, Euſebius, Hieronymus, & ne ſingulos nominem, omnes hiſtorici veteres dum ſilent falſum eſſe clamant? Neſciverunt homines imperiti diſcrimen facere inter cognomina principum & epitheta, quæ honoris aut probri cauſſa, illis tribuuntur. Legas apud Juſtinum in Novella CVIII. ὁ φιλόσοφος ἐν βασιλεῦσι Μάρκος. videtur Marco cognomen dare Philoſophi: minime vero: ſed ita philoſophum appellat, ut cùm de eodem ſcribit in Novella XXII. ὁ φιλοσοφώτατος ἰδιαίτατος Μάρκος. hoc eſt, *philoſophiæ plenisſimus*, ut in Latina quadam conſtitutione legimus. Ita accipe apud Juſtinum Martyrem, in ipſa Apologiæ fronte, quam ad Pium miſit, ubi ſunt hæc verba: καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ. Si quis probare hinc aggrediatur inter Marci cognomina hoc quoque fuiſſe: reſpondebimus, tam verum hoc in Marco, quàm in ejus fratre Lucio. nam & hunc Juſtinus pariter vocat philoſophum. Idem dicemus de Athenagora, cujus graviſſima ad ipſum Marcum pro Chriſtianis Legatio ſic inſcribitur: Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Αὐρηλίῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον φιλοσόφοις. ambos nominat philoſophos Marcum & Commodum: non ſanè quomodo Armeniacos aut Sarmaticos: quæ cognomina ſenatus detulerat ambobus: ſed ad majorem honorificentiam, ex proprio affectu, & Marci ſapientiæ admiratione. Non aliter debent accipi verba Philoſtrati in

bus antecellit,' pater Annius Verus,qui in prætura deceſſit:' avus Annius Verus,item conſul & præfectus urbi,

ti in Philiſco ſophiſta, *Ἀντωνῖνος δ' ἦν αὐτοκράτωρ, ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς.* Quare ferenda non eſt imperitorum hominum temeritas, qui populi Rom imperatorem novo & olim inaudito cognomine donarunt. Neque adeò multi videntur eſſe anni cùm invaluit hic error: nam ex tot Chronicis quæ vigente priorum ſeculorum barbarie, hominibus illiteratiſſimis amor rerum veterum expreſſit, pauca melioris notæ invenias, quæ in vita Marci titulum hunc agnoſcant: ne Robertus quidem à Porta aliter quàm Marcum Antonium, (voluit dicere Antoninum: ſed hic barbari ſeculi alter eſt error, multis communis:) hunc nominat. Videtur aliquis ſciolus ante hos ducentos circiter annos cùm Xiphilini Epitomam deſcriberet, in titulo vitæ Marci de ſuo vocem illam adjeciſſe: quam vocem omnes poſtea Græci Latinique librarii temere, ut homines imperiti, & omnis eruditionis expertes, retinuerunt. Sic etiam librorum Marci *ἐπιγραφὴν* erudititiſſimus interpres cenſuit corrigendam: & tamen vir optimus ultro etiam *παραδιόρθωσιν* hanc ſuam lectoribus non dubitat imputare. Simillimum eſt & quod apud Georgium Monachum obſervabamus: nam cùm ille Philoſophi cognomen non magis Marco tribuat, quàm Euſebius; in ora tamen ejus libri hæc verba invenimus adnotata: *Μάρκος Αὐρήλιος ὁ φιλόσοφος*: ſed manu ita recente, ut vix annorum quinquaginta vetuſtatem ſcriptura præferat: cùm exemplar regium ante annos minimum quingentos ſit deſcriptum.

2 MARCO ANTONINO, *in omni vita philoſophanti viro.*] Pene ad verbum neſcio quis ſcriptor apud Suidam, *Μάρκος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπαινετὸς κατὰ πάντα φιλόσοφος.*

1 *Pater Annius Verus, qui in prætura deceſſit.*] Propterea pius in fratrem filius, cùm omnes eos recenſens à quibus virtutem didicerat, patrem in eo albo ponere non poſſet, ita ſcripſit ſtatim initio: *παρὰ τῆς δόξης καὶ μνήμης τῆς περὶ τοῦ γεννήσαντος, τὸ αἰδῆμον καὶ ἀῤῥενικόν*: ubi ſine dubio Annium Verum patrem ſuum intelligit: paullò poſt verò illa commemorans, quæ à patre ſuo fuerat doctus, de Pio loquitur, non de patre Vero.

2 *Avus Annius Verus, iterum Conſul, & præfectus Urbi.*] Dioni non iterum, ſed ter fuit conſul, *τρὶς* non *δὶς*: & tribunus militum, non Urbi præfectus: niſi apud Xiphilinum *πολιαρχήσαντος* ſcribendum, pro *χιλιαρχήσαντος*.

SALMASIUS.

2 MARCUS ANTONINUS PHILOSOPHUS.] Recte animadverterunt eruditiſſimi viri, hanc PHILOSOPHI *ἐπιγραφὴν*, quæ adtribuitur Antonino Marco, non eſſe veterem: quam ſcilicet refutant & nummi ejus nomine cuſi & veterum monumentorum inſcriptiones. ſed quod iidem ajunt omnes libros veteres hanc agnoſcere, neſcio quam veteres illi fuerint quos viderunt. noſtri ſane omnes, quos & veteres, imo & vetuſtiſſimos ſuo jure meritoque poſſumus appellare, nullomodo agnoſcunt. Spartiani excerpta ANTONINUS MARCUS in titulo exhibent. ſic etiam infra, *Antoninus Marcus* à Capitolino dicitur: *de qua cum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, ſi non occideret.* Græci *Μάρκον* ſemper nominant: *αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος*.

Adſci-

bi, [1] adſcitus in patritios à principibus Veſpaſiano & Tito cenſoribus : patruus Annius Libo conſul : amita Galeria Fauſtina Auguſta : [2] mater Domitia Calvilla, Calviſii Tulli bis conſulis filia : [3] proavus paternus Annius Verus prætorius [4] ex Succubitano [5] municipio ex Hiſpania factus ſenator: proavus maternus Catilius Severus, bis conſul & præfectus urbi : avia paterna Rupilia Fauſtina, [6] Rupilii Boni conſularis filia, fuere. Natus eſt Marcus Romæ ſexto Cal. Majas in monte Celio in hortis, [7] avo ſuo iterum & Augure Coſs. [8] Cujus familia in originem recurrens, à Numa probatur ſanguinem trahere, ut Marius Maximus docet. Item [9] à rege Salentino [10] Malennio Daſummi filio, qui

1 *Adſcitus in patricios à principibus Veſpaſiano & Tito cenſoribus.*] Verba illa *à principibus* non leguntur in noſtro Palatino, & delenda ſunt, & legendum : *adſcitus in patricios à Veſpaſiano & Tito cenſoribus.*

5 *Municipio ex Hiſpania.*] Idem liber : *Municipio ex Spania.* notum eſt, *Spaniam* pro *Hiſpania* veteribus dictam & *Spanum* pro *Hiſpano*, Græcis pariter & Latinis Σπανὸν ἔλαιον Galeno ſexcentis locis. Spanus color Nonio pro Hiſpano : *pallus color eſt quem nunc Spanum vel nativum dicimus.* Græcis hunc colorem κηρῶδες dici alibi obſervamus. ſic *ſtricem* pro *hiſtrice*, apud Abdiam : *habebant alas ſpineas ſicut ſtrix.* ita enim libri veteres eo loco unde *ſtriculus* Arnobio pro hiſtriculus. è contrario in vocabulis quæ ab *ſ*, & altera conſonante incipiebant, vocalem præponebant, & *iſcholas* dicebant pro ſcholis. Tertullianus : *in iſcolis Carthaginienſibus.* veteres omnes libri *iſclis* ibi legunt, pro iſcolis. ſic *iſqualentiam* alibi dixit idem.

GRUTERUS.

4 *Ex Succubitano municipio ex Hiſpania.*] Pal. habet, *municipio ex Spania.* & verò in multis aliis calamo exaratis codicibus ita ſemper id vocis invenitur, præcipuè quibus ætas annorum quadringentorum plus minus. quod ipſum jam dudum quoque proditum ab aliis.

CASAUBONUS.

2 *Mater Domitia Calvilla.*] Quæ & Lucilla etiam dicta paulò poſt : *cùm Lucillam matrem Marci vidiſſet.* Spartianus in Juliano, *Educatus eſt apud Domitiam Lucillam matrem Marci imperatoris.*

3 *Proavus pater.*] *Paternus.*

4 *Ex Succubitano municipio ex Hiſpania.*] Scrib. *municipio Hiſpaniæ.* nam περιττὸν τὸ ex, neque eſt in Regio.

6 *Rupilii Boni conſularis f.*] Obſcurus homo & nomine & cognomine. videtur fuiſſe conſul ſuffectus : aut fortaſſe ne id quidem, ſed ornamentis conſularibus ornatus.

7 *Avo ſuo iterum & Augure Coſſ.*] Hadriani anno IV. Coss. fuerunt Annius Verus II. & Augur.

8 *Cujus familia in originem recurrens, à Numa P.*] Breviùs, ſed clariùs Eutropius : *cùm ejus origo paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino rege penderet.*

9 *A rege Salentino.*] Qui Salentinorum ſive Japygiæ rex erat.

A. Sa-

[1] qui Lupias condidit. Educatus eſt [2] in eo loco in quo natus eſt, & in domo avi ſui Veri juxta ædes Laterani. Habuit & ſororem natu minorem Anniam Cornificiam: uxorem Anniam Fauſtinam conſobrinam ſuam. [3] M. Antoninus [4] principio avi ſui nomen habuit,

SALMASIUS.

9 *A Salentino Malennio.*] Palat. *Malemnio.*

CASAUBONUS.

10 *Malennio Daſummi filio.*] A quo manavit Daſumiorum appellatio inter Romanas gentes; quos, alioquin obſcuriſſimos nobilitat ſenatuſconſultum Daſumianum: cujus fit aliquoties mentio in titulo Pandectarum De fideicommiſſariis libertatibus. Extat & lapis Romæ, Q. DASVMIO IANVARIO poſitus. in alio nominatur DASVMIA THAIS ancilla; quæ in altera veteri inſcriptione BASVMIA corruptâ voce dicitur.

1 *Qui Lupias condidit.*] Reg. *Lopias.* Straboni libro VI. in μεσογαίᾳ Salentinorum Λουπίας.

2 *In eo loco in quo natus eſt, & in domo avi ſ.*] Regius de duobus locis unum facit: *in quo natus, in domo a. ſ.* Omnia hæc in regione Urbis ſecunda, ſive Cœlimontio.

GRUTERUS.

1 *Qui Lopias condidit.*] Sic Regius codex, ſic Palat. non *Lupias.*

SALMASIUS.

3 *M. Antoninus principio avi ſui nomen habuit & Catilii Severi.*] Non pauca ſunt quæ ſuſpectam mihi reddunt hanc lectionem.: cur enim dicit avi ſui nomen habuiſſe M. Antoninum? cur non patris potius? Nam & proavus & avus & pater idem nomen habuerunt, & Annii Veri dicti ſunt. Deinde cur paulo poſt ſcribit per virilem togam demum Annium Verum fuiſſe vocatum, ſi principio avi ſui nomen habuit? qui quidem avus, Annius Verus fuit dictus. Præterea non valde veriſimile mihi fit, principio & avi ſimul & proavi materni nomen habuiſſe Antoninum. Nam per gradus oſtendit Capitolinus, quibus nominibus, quo tempore appellatus fuerit. Nec videtur admittenda diſtinctio eruditiſſimi viri, principio quidem, hoc eſt luſtrico die appellatum eſſe Annium Verum, poſtea vero adoptatum à proavo materno Catilio Severo nomen ejus adſumpſiſſe. Nec etiam avum heic accipimus maternum quorſum enim attineret & avum heic & proavum maternos nominare? Recte igitur optimus liber Palatinus particulam *&* nullus agnoſcit, in quo ita legitur: *M. Antoninus principio avi ſui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* Sed nondum integer & purgatus locus. quid enim illis faciemus, *avi ſui*? omnino in menda cubant, nec quomodo emendanda ſint video. Fortean ſic optime emendentur: *M. Antoninus ab ſuis nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* ut ſuos illi parentes nomen proavi materni impoſuiſſe intelligamus. quod diſerte teſtatur Dio: οὗτος ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος. πρότερον dixit, ut Capitolinus, principio. Nam certo certius de ſolo proavo materno Catilio Severo heic loqui Capitolinum, non etiam de avo, ſive paternus ille ſit, ſive maternus. etſi emendari non poſſunt, deleri certè poſſunt illa verba, *avi ſui*, quæ moleſtiam hujus loci ſententiæ faceſſunt. ſed quidni poſſint emendari? certe aut nulla aut hæc emendatio vera eſt: *principio avi ſui nomen habuit Catilii Severi materni proavi.* id eſt prin-

habuit, & Catilii Severi materni proavi. Poſt exceſſum verò patris [1] ab Adriano *Annius Veriſſimus* vocatus eſt: [2] poſt virilem autem togam, *Annius Verus*, patre mortuo, ab ávo paterno adoptatus eſt & educatus.

2 Fuit à prima infantia gravis. At ubi egreſſus eſt annos qui nutricum foventur auxilio, magnis præceptoribus traditus ad philoſophiæ ſcita pervenit. Uſus eſt magiſtris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino comœdo, [3] muſico Androne eodemque geometra: quibus omnibus ut diſciplinarum autoribus plurimum detulit. [4] Uſus præterea grammaticis, Græco, Alexandro: quotidianis Latinis, [5] Troſio Apro,

eſt principio ætatis ſuæ, ævum pro ætate. unde primævus & longævus. hoc omnino verum eſt.

CASAUBONUS.

4 *Principio ætat. ſuæ nomen habuit, & Catilii S.*] Dio in Hadriano, ὅτι ὁ Ἀννίου Μάρκου [illegible] ὁ Καλλιστος [illegible] ὀνομαζόμενος. Cautè accipe vocem *principio*. nam principio quidem, hoc eſt, luſtrico die, appellatus eſt M. Annius Verus: poſtea verò adoptatus à proavo materno, L. Catilio Severo, dici cœpit L. Catilius L. F. Annius Severus. *principio* igitur interpretare, quando primum in Aureliam gentem venit. Avus & proavus materni quorum hic meminit, nomen & cognomen idem ambo habuerunt.

1 *Ab Hadriano Annius Veriſſimus vocatus eſt.*] Ante dicebatur *Annius Verus*. Hadrianus juſſit dici *Annium Veriſſimum*: quare? [illegible] inquit Dio: hoc eſt, quod eſſet veritatis amantiſſimus, tenaciſſimus. Magnum rectæ indolis argumentum, & animi verè generoſi, amor veritatis, odium falſi. Nullum vitium æque ac mendacium ſervilis ingenii eſt indicium. Quare Hebræi non temere, ſed ex ipſa rerum natura ſumſerunt, ut dicerent *mentiri alieni* pro adulari & [illegible] ſe ſubmittere. Marcum juvenem nominant Veriſſimum Juſtinus, Euſebius, Georgius Monachus, & Lampridius quoque: ut mirer valde eruditiſſimum Urſinum hunc locum ſuis emendationibus iviſſe corruptum.

2 *Poſt virilem autem togam Annius Verus.*] Rediit igitur ad illud nomen quod principio habuerat, ſicuti modo diximus. Sed in regio exemplari & Politiani, verba illa ſunt omiſſa, *Annius Verus*, ſententiâ diverſâ: quam tamen non putamus veram.

3 *Muſico Androne.*] Marcus imperator initio operis ſui nominans eos qui primi ipſum ſtudiis philoſophiæ imbuerant, Tantaſidem quendam nominat: quod nomen cùm videatur nobis mendam continere, videndum an non is ipſe ſit, qui Andron hic appellatur. Sic ille, καὶ τὸ ἀκοῦσαι πρῶτον μὲν Βακχείου, εἶτα Τανδάσιδος καὶ Μαρκιανοῦ. certa me judice depravatio: emendatio verò non item.

4 *Uſus præterea grammaticis, Græco Alexandro.*] Marcus, Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ τὸ ἀνεπίπληκτον.

5 *Troſio Apro.*] Prima editio diſtinguit inter has voces, quaſi eſſent duorum nomina: quod non puto. Membranæ, *Croſio Apro*.

5 *Troſio*

Apro, & Pollione, [1]& Eutychio Proculo Siccenſi. Oratoribus uſus eſt, Græcis, [2] Annio Marco, [3]Caninio

SALMASIUS.

5 *Troſio Apro & Pollione & Eutychio Proculo Siccenſi.*] Pollio iſte Latinus Grammaticus, vereor ne hinc tantum notus ſit, alias vero ignoratiſſimus ſit omnium hominum, ut quem nec notum habeant veteres membranæ, quæ *& Polono* legunt. atque ut mei animi ſententiam aperiam, ſuſpicor, nec fruſtra, corruptum latere nomen urbis ex qua fuerit Troſius Aper. ut duos tantum heic habeamus Latinos Marci Grammaticos, Troſium Aprum, & Eutychium Proculum Siccenſem. Troſii vero Apri patriam celant & diſſimulant illa verba, *& Polono.* an *Polano* ex urbe Pola? id quidem pro vero non affirmem. ſed minime dubito quin patriam hujus grammatici prodiderit Capitolinus, non minus quàm & ſequentis Eutychii Proculi quem Siccenſem eſſe ſignificavit. Quærant porro quibus plus eſt otii, & eruant è latebris illius Grammatici patriam, ſi qui tanti putabunt eſſe.

CASAUBONUS.

1 *Et Eutychio Proculo Siccenſi.*] Regius & Polit. corruptiſſimè, *Cutilio Protheo: Succeſſivè orat.* probo editam lectionem. Sicca urbs Africæ notiſſima: ubi poſtea fuiſſe inſtitutum epiſcopatum, ſcimus ex hiſtoria eccleſiaſtica. Videtur hic Proculus ille eſſe, qui *ſui temporis doctiſſimus grammaticus* Pollioni dicitur in Æmiliano tyranno. In vita Commodi legimus Julium Proculum ab illa peſte occiſum: quod an debeamus de hoc capere, neſcio: nam qui affirmare non verentur audaculi ſunt, qui omnia ſciunt, etiam quæ ſciri non poſſunt. Illum quoque Proculum Chriſtianum, cujus meminit Tertullianus libro adverſus Scapulam, perperam cum hoc confundi cenſeo: item illum ad quem reſcripſiſſe Marcum & Verum ex Pandectis cognoſcimus.

2 *Annio Marco.*] Fuit temporibus Hadriani Marcus quidam orator & ſophiſta vehemens, ipſi Hadriano admodum probatus, uti narrat Philoſtratus. ſed de illo agi hic non puto: & omnino alius hic eſt ab illo de quo ille βιογράφος. Prima editio, *Aninio Macro:* ſcripti quidam, *Annio Macro.* Ipſe quidem inter diſciplinarum auctores à quibus fuerat juvenis informatus, Marcianum quendam nominat, Marcum aut Macrum nullum.

GRUTERUS.

2 *Annio Marco.*] Ita expreſſerat Pal. noſter, convenienter editioni primæ: quæ cum debeat originem ſuam codici alicui manu ſcripto, duobus teſtibus ſtandum nobis putabatur. alias vulgati, *Annio Macro.* inepte.

SALMASIUS.

2 *Annio Marco.*] Marcus hic non poſſit eſſe alius quam cujus mentio eſt apud Philoſtratum in Sophiſtarum vitis. Nam & illis temporibus vixit quibus potuit eſſe Marci magiſter in Rhetoricis, & illa ætate magno in pretio fuit, ut licet intelligere ex iſtis Philoſtrati ἠγάσθη αὐτὸν καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβεύοντα ὑπὲρ Βυζαντίων, ἐπιτηδεύματος τῶν παίδων βασιλικῶν γενόμενος δέξασθαι αὐξῆσαι. Non alium denique illo tempore celebrem oratorem hoc nomine extitiſſe ſcio præter hunc Marcum. Nec obeſt huic ſententiæ quod Annius Marcus heic apud Capitolinum dicitur, Philoſtrato tantum Marcus. Nam & Caninium Celerem, vocat Celerem tantum: & qui Tit. Claudius Atticus Herodes, illi authori tantum eſt Herodes.

 3 *Cani-*

nio Celere, [1] & Herode Attico : Latino, Frontone Cornelio. [2] Sed multum ex his Frontoni detulit, cui & ſtatuam in ſenatu petiit : Proculum verò uſque ad proconſulatum provexit, [3] oneribus in ſe receptis. Phi-

3 *Caninio Celere.*] Nuſquam hujus oratoris mentionem fieri reperio niſi apud unum Philoſtratum, cujus nec vitam ex propoſito ſcripſit, ſed obiter tantum meminit, & τεχνογράφον nominat. quem & ab epiſtolis imperatoris fuiſſe dicit, ſed cujus non dicit. ſed Hadriani fuiſſe facile eſt divinare. in Dionyſio : οὐ γὰρ Διονυσίου τὸ φρόντισμα τοῦτο, ἀλλὰ Κέλερος τοῦ τεχνογράφου. ὁ δὲ Κέλερ βασιλικῶν μὲν ἐπιστολῶν ἀγαθὸς προστάτης, μελέτῃ δὲ οὐκ ἀποχρῶν, Διονυσίῳ τε ἐκ μειρακίου χρόνον διάφορος. hujus Celeris meminit lib. VIII. vitæ ſuæ Marcus loco quem alibi explicabimus. nihil enim ibi vidit interpres.

CASAUBONUS.

3 *Caninio Celere.*] Hic & inter Lucii præceptores infra nominatur.

1 *Et Herod. Attico.*] Rectè ita emendarunt viri docti monſtra primæ editionis, & membranarum. in vita Veri, ſic jungitur cum Caninio Celere ut hoc loco. Dio nominat Claudium Herodem. in veteri lapide, TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES. & hic & Cornelius Fronto ex illa quam vivi obtinuerunt nominis celebritate, etiam tironibus hodieque noti ſunt. ſed in Græcis codicibus Φόρτων pro Φρόντων conſtanti errore ſæpe offendent tirones.

2 *Sed multum ex his Frontoni detulit.*] Quem quidem etiam conſulem fecit : ſed ordinariò ſuffectum in duos menſes, ut ſcribit Auſonius in Gratiarum actione. Fronto ipſe in epiſtola ad Marcum : *Mihi ſatis abundeque honorum eſt, quos mihi cotidianò tribuis.* extant ad Soſipatrum Chariſium.

SALMASIUS.

1 *Et Herode Attico ; Latino Frontone.*] Sic bene emendarunt homines eruditi vitioſam ſcripturam veterum librorum etiam manu exaratorum : *& Herode Attio colatino Frontone Cornelio.* qua nihil ſpurcius mendoſiuſque potuit videri. Hujus autem Herodis, qui præceptor Marci imperatoris fuit, effoſſa eſt ante aliquot annos tribus ab urbe miliariis inſcriptio Græca, quæ dedicationem continet fundi Triopii & ædiculæ Minervæ & Adraſteæ. eam inſcriptionem Herodis tetrarchæ nomini vindicarunt doctiſſimi viri, nam ibi Herodem ſe nominat Auctor ἐπιγραφῆς :

Χρῆμα γὰρ Ἡρώδης ἱερὸν τόδε χαῖαν ἔθηκε.

Nos certis argumentis ducti hujus eſſe Herodis Attici nobis perſuaſimus, & notis illam inſcriptionem illuſtravimus. nam male vulgo accepta eſt ab eruditiſſimis hominibus.

GRUTERUS.

3 *Oneribus in ſe receptis.*] Nullus facilior lapſus librariorum, quàm in hac voce ; quod ſcilicet ſcriberetur ferè *honeribus* : degeneravitque plerumque in *honoribus*, ut & heic. ſed perperam. quocirca non dubitavi admittere εὐστοχίαν optimi Turnebi.

CASAUBONUS.

3 *Honoribus in ſe receptis.*] Hæc ſcriptura omnium : quam evertit palam quod ſequitur, *& quidem adhuc puer.* Scribe igitur ſine dubitatione ulla cum ſummo viro Hadriano Turnebo, ſic, *Proculum verò uſque ad proconſulatum* (vel potiùs *conſulatum*) *provexit, oneribus in ſe receptis. Phil.* mos principum

Philoſophiæ operam vehementer dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingreſſus, [1] habitum philoſophi aſſumpſit: & deinceps tolerantiam, quum ſtuderet in pallio [2] & humi cubaret, [3] vix autem matre agente, [4] inſtrato pellibus lectulo accubaret. Uſus

pum fuit tenuiorum inopiam ſublevare, cùm illis magiſtratus mandarent, ut ad vitam Hadriani dicebamus. ad verbum hoc ita Dio, de Alexandro loquens qui ſecundum ipſi conſulatum detulerat. τό, τε ἀνάλωμα τὸ τῆς ἀρχῆς αὐτὸς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. Etiam alio loco paulò pòſt, *honoribus* pro *oneribus* ſuppoſuerunt.

1 *Habitum philoſophi aſſumſit.*] Pallium nempe Græcanicum, ſine tunica, cum totius corporis illuvie. Lege Dionis Chryſoſtomi orationem περὶ τοῦ σχήματος, & Tertullianum De pallio. Hic communis habitus omnium philoſophantium, quo ſeparabantur à cæteris. Fuere & propriæ ſingularum ſectarum notæ, propria geſtamina. Induebantur more philoſophico & principum liberi, dum in eo ſtudio verſarentur: ut hic Marcus & de Juliano notat Marcellinus.

SALMASIUS.

1 *Habitum Philoſophi aſſumpſit.*] *Pallium*, inquiunt, *ſine tunica.* cur ſine tunica? quia talis habitus philoſophi. verum eſt, ſed Cynici. at κυνισμὸν nunquam profeſſus eſt Marcus. habitus autem Cynicorum eo tantum à reliquorum philoſophorum habitu diſtabat, quod hi tunicam ſub pallio non geſtarent, reliqui omnes geſtarent. Ideo Juvenalis, qui ſectam Cynicam à Stoica parum diverſam quod ad dogmata videret eſſe, dixit:

— & Stoica dogmata tantum
A Cynicis tunica diſtantia —

quod Stoici cum tunicis ſub pallio ambularent, Cynici vero ἀχίτωνες eſſent. qua de re nos alibi plura.

CASAUBONUS.

2 *Et humi cubaret.*] χαμευνία ſive humicubatio olim conſueta omnibus qui vitam delicatiorem aſpernarentur. vel enim ſuper duro ſilice, aut nudo ſolo dormiebant: vel ſtoream aut pſiathum, aut pelliculas ſubſternebant. Ab iſtis cùm accepiſſent Chriſtiani aſcetæ morem & æmulationem τῆς σκληροκοιτίας, mirificis poſtea inventiunculis ipſi aſperitatem hujus σκληραγωγίας intenderunt. De quibus omnibus fusè egimus in noſtro De veterum lectis & ſtragula veſte commentario.

3 *Vix autem matre agente.*] Scribebam, *urgente.* ſed nihil muto. nam & agere poſuerunt pro impellere, auctor eſſe, vel jubere. Alii *ſatis agere* eodem ſenſu. Lucifer pro Athanaſio libro ſecundo: *ſi te hæretico ſatis agente damnarem innocentem, tecum eſſem futurus in gehennam.* Fauſtina autem filio Marco, non luxuriæ magiſtra, ſed vitæ tenuiter ac ſobriè inſtituendæ. Nam ait filius doctum ſe à matre τὸ λιτὸν κατὰ τὴν δίαιταν, καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς ἀγωγῆς. Propterea vir ille divinus, neque ſatis unquam vel cognitus vel laudatus, alio loco diis gratias agit, quòd cum lege fatorum matri ipſius cita mors immineret, poſtremos ſaltem annos unà cum ipſa egerit, vel potiùs illa ſecum: ſic enim ait: παρὰ δὲ τῶν θεῶν τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη.

4 *Inſtrato pellibus lectulo accubaret.*] Marcus de ſe libro primo, παρὰ Διογνήτου, τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. *cubare* propriè de cubicularibus lectis: *accubare* de tricli-

¹ Uſus eſt etiam Commodo magiſtro, cujus ei affinitas fuc-

tricliniaribus, quæ & accubita dicuntur, & accubationes. dicitur & de lucubratoriis lectulis, de quibus multa notamus ad Suetonium: neque dubium, de iis hic eſſe accipiendum.

1 *Uſus eſt etiam Commodo Magiſtro c.*] Eſſet obſcurum de quo ſentiat: niſi ſequeretur, *cujus affinitas ei fuerat deſtinata.* quæ oſtendunt Lucium Cejonium Commodum Cæſarem intelligi, qui fuerat ab Hadriano adoptatus. hujus affinitatem fuiſſe Marco deſtinatam, non ſemel dicit Capitolinus.

SALMASIUS.

1 *Uſus eſt etiam Commodo magiſtro.*] Ut planum faciat quis ille Commodus, addit, *cujus illi affinitas fuerat deſtinata.* cujus affinitatis etiam infra meminit. Virilem togam ſumpſit quintodecimo ætatis anno (de Marco loquitur) ſtatimque ei Lucii Ceionii Commodi filia deſponſata eſt ex Adriani voluntate. at mirum alibi nuſquam apud hos auctores hujus Ceionii Commodi filiæ mentionem extare; non in vita patris ejus Ælii Veri, non in fratris Antonini Veri, ut ſaltem ſciremus quid illi factum ſit poſtquam ſponſalia ejus & Marci diſſoluta ſunt, & Marco data eſt nuptum Antonini Pii filia. Nam locus qui infra legitur, *& quum diſſolutis ſponſalibus quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia deſpondere voluerat*, vitioſe ſcriptus eſt: nec de filia Ceionii Commodi, ſed de filio Antonino Vero accipiendus eſt. & ita accepiſſe ſcripſiſſeque ſe, auctor ipſe Capitolinus in Vero, his verbis de Hadriano: *quum ſibi ille Pium filium, Marcum nepotem eſſe voluiſſet, poſteritati ſatis providens, & ea quidem lege ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data eſt Marco idcirco quia hic ad huc impar videbatur ætate, ut in Marci vita expoſuimus.* At hic locus eſt ex Marci vita ubi id expoſuit, alibi enim nuſquam, ut ibi pluribus dicemus. Vero igitur deſtinata erat Pii filia, ex inſtituto Hadriani. Sed cum impar eſſet ætate, Marco data eſt. ipſe Verus Marci filiam accepit. at Lucii Ceionii Commodi filia deſponſata Marco ubinam gentium eſt, aut quid illa factum? Aliud mihi exoritur dubium, quomodo Commodus ille præceptor Marci, aut in quibus diſciplinis? Eum ducis famam ex rebus geſtis obtinuiſſe refert Spartianus, etſi non ſummi, mediocris tamen. verum in philoſophia videtur illo magiſtro uſus eſſe Marcus. Nam ſtatim ſequitur: *uſus eſt & Apollonio Chalcedonio.* Marcus autem in vita enumerans omnes per quos aut in literis aut in vita & moribus profecit, Commodum hunc ne nominat quidem: ſed Verum fratrem, à quo habuiſſe ſe dicit, τὸ φιλοοίκειον. παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Οὐήρου τὸ φιλοοίκειον. de alio Vero non licet intelligere quam qui ſimul cum Marco imperavit. τὸ φιλοοίκειον autem, amorem in ſuos. quod etiam in Vero notavit Capitolinus. nam enumeratis omnibus ejus magiſtris in diverſo genere ſcientiarum, *Hos omnes*, inquit, *amavit unice, atque ab his invicem dilectus eſt.* atque hoc eſt φιλοοίκειον, quod à fratre ſuo Vero didiciſſe Marcus profitetur. Lucium quemdam memorat illuſtrem virum Philoſtratus, quem & σοφὸν fuiſſe vult, qui illa ætate vixit, & Herodis Attici in primis familiarem. Λέγεται καὶ Λούκιος ἀνὴρ σοφὸς, ἐς ξυμβουλίαν τῷ Ἡρώδῃ καθιστάμενος, ὡς οὐκ ἔπειθε μεταβαλεῖν αὐτὸν διασκῶψαι. paulo poſt vocat eundem σπουδαῖον ἐν τοῖς φανεροῖς. Hic cum vidiſſet imperatorem jam Marcum ad Sextum Philoſoph. diſciplinæ gratia vadentem, ἐξάρας τὴν χεῖρα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὦ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη δέλτον ἐξαψάμενος, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ ὥσπερ οἱ παῖδες. poſt quæ addit idem Philo-

ſtratus

fuerat deſtinata. [1] Uſus eſt & [2] Apollionio Chalcedonio Stoico philoſopho. Tantum autem ſtudium in eo 3
philoſophiæ fuit, [3] ut adſcitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen [4] ad domum Apollonii diſcendi cauſa

ſtratus. ἀπόχρη καὶ τὰ εἰρημένα δεῖξαι τὴν ἰδέαν ἣν ἐφιλοσόφει ὁ Λούκιος. Diu quæſivi quis eſſet hic Lucius: necdum mihi repertus. nec opinari poſſumus Lucium Verum eſſe fratrem & collegam Marci. Nam & paulo poſt Philoſtratus Lucium vocat duobus aut tribus locis in eadem Herodis vita, quem & adeo familiarem fuiſſe Herodi ſcribit, ut in ſuſpicionem una venerit Herodes conſpirationis adverſus Marcum initæ, ob hoſpitium & familiaritatem Lucii. inde illæ exclamationes Herodis ad Marcum, ποῦ τά μοι ἡ Λουκίου ξενία ὅν σύ μοι ἐπεμψας. Hæc igitur excutienda doctis in medium relinquo.

1 *Uſus eſt & Apollonio Chalcedonio Stoico.*] Nihil hoc loco variant libri. ſed ipſe Capitolinus variat, qui in Antonino accitum Chalcide hunc Apollonium dixerat. nunc heic eum Chalcedonium facit. ne vero mutandum eſſe in Chalcideno credamus, præſto ſunt auctores qui Chalcedonem illi patriam aſſignent. Eutropius: *inſtitutus eſt*, inquit, *ad philoſophiam per Apollonium Chalcedonium.* & ita Pæanius legit, ut patet ex verſione. Caſſiodorus in Chronicis, *natione Chalcidicum.* ſed non ille magis Chalcidicus quam Chalcedonius. nam Chalcidici vel Chalcidenſes dicti ſunt à Chalcide Eubœæ. at Chalcidis Syriacæ cives Chalcideni nomen habuere. videndum in verbis Dionis quibus hunc Apollonium Nicomediæ civem facere videtur, an aliud quid lateat quam quod verba ſonant. ſic enim ſe habent: τῶν μὲν γὰρ τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε, τῶν δὲ τόν τε Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Νικομηδέα, cur enim huic ſoli Apollonio patriam daret, cum aliis non dederit? deinde cur Nicomedenſem diceret, qui auctorum omnium ſententia fuit ex Chalcide? ut autem in reliquis, quos ibi nominat, & nomine & cognomine eos appellat & quidem ſic ut nomen cognomini poſtponat, vocando Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον, qui Claudius Herodes fuit, & Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον, qui Cornelius Fronto, Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον, Junium Ruſticum, ſic eadem ratione loquendi videri poſſit Ἀπολλώνιον τὸν Νικομηδέα, qui Nicomedes Apollonius fuerit vocatus, dicere: quod pro vero non obtrudo. Nam & alius Nicomedes educator Veri memoratur à Capitolino in ejus vita. Locum hunc conſiderandum attentius doctis relinquo.

GRUTERUS.

3 *Ut adſcitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen, &c.*] Non agnoſcitur à Palatinis duobus vox *dignitatem*; adſcriptaque eis à manu recentiſſima. ut fuerit fortè, *ut adſcitus jam Imperator, &c.* ſed non opus eſt inſiſtere conjecturis. poteſt enim ferri lectio prior, omiſſo verbo illo *dignitate.* uti ea ipſa ſubintelligatur, vel *majeſtatem*, vel tertium quid, iſtis ſimile. ſanè & capite ſequenti poſuit abſolutè *Aureliam*, ſubaudiendumque *familiam.* quæ dictio, an & heic quoque ſubintelligenda, viderint quibus otium & tempus, quo utroque deſtituor. ſuſpicor tamen poſſe bellè convenire.

CASAUBONUS.

2 *Apollonio Chalcedonio.*] Membranæ, *Calcedonico.* Scribendum vèrò, *Chalcideno*, ut ad Pium probavimus.

4 *Ad domum Apollonii diſcendi cauſſa veniret.*] Etiam ad Sexti domum diſ-

ſa veniret. [1] Audivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem: [2] Junium Ruſticum, [3] Claudium Maximum,

cendi cauſſa ventitaſſe jam imperatorem Marcum, Dio narrat, & Philoſtratus in Herode. inde enim petita hiſtoria, quam Suidæ ferunt acceptam etiam docti viri.

1 *Audivit & Sextum Chæronenſem.*] Marcus Sextum nominat tantùm: Philoſtratus Σέξτον τὸν ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφον: Suidas etiam Plutarchi nepotem, cum Capitolino. Putavimus aliquando hunc eſſe philoſophum illum Pyrrhonium, cujus extant hodieque adverſus dogmaticos acutiſſima ſcripta. ſed qui nullum ſatis firmum argumentum hujus ſententiæ adhuc invenerimus, ſententiam mutare proni ſumus. Sane in Græco qui penes nos eſt, codice, nuſquam aliter quàm Σέξτος ὁ ἐμπειρικὸς, auctor ille nominatur. Adde quòd ille empiricus, nullius dogmatis approbator, nedum auctor, omnium fuit everſor. Sextus hic Marci præceptor, non ea ſolùm quæ priores ſciverant ſapientes, nota habuit exactè: ſed ipſe etiam nonnullorum ſcitorum fuit auctor, & primus inventor. Nam de eo ſcribit Marcus, doctum ſe ab illo, τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων non eſt igitur hic ille δογματομάχος. & falluntur qui confundunt.

2 *Junium Ruſticum.*] Non prætermittit Marcus libro primo. Idem Marcus cum fratre in quodam reſcripto, cujus extat fragmentum lege prima De appellationibus: *cum ad Junium Ruſt. cum amicum noſtrum præfectum Urbi provocares.* Miratus ſum, quod legi in primo aureolorum Marci librorum: nam ille gratias ſuperis agit, quòd cùm ſæpe Ruſtico ſuccenſuiſſet, nunquam tamen illum, aut facto aut verbo læſiſſet, cujus poſtea ſe pœniteret.

3 *Claudium Maximum, & Cinnam Catullum.*] Et iſtorum meminit Marcus: ſed ſolis cognominibus, τοῦ Κατούλου, & τοῦ Μαξίμου.

SALMASIUS.

1 *Audivit & Sextum Chæronenſem.*] Dubitant viri docti Sextus hicne ſit cujus hodieque habemus adverſus reliquas philoſophorum ſectas, diſſertationes. Sane Πυῤῥώνειον fuiſſe hunc Sextum Chæronenſem ſcribit Suidas: ὢν δὲ τῆς Πυῤῥωνείου ἀγωγῆς. & σκεπτικῶν βιβλία δέκα reliquiſſe teſtatur. ita enim legendum apud Suidam. idem tamen paulo poſt alium Sextum Philoſophum Afrum auctorem τῶν σκεπτικῶν facit: Σέξτος, inquit, Λίβυς φιλόσοφος· σκεπτικὰ ἐν βιβλίοις ι Πυῤῥώνεια. at in Græcis exemplaribus manuſcriptis, ἐμπειρικὸς vocatur ille Sextus. Hujus mentionem à Galeno factam repperi, qui quidem Galenus σύγχρονος hujus Sexti Chæronenſis fuit ſub Marco nempe imperatore, ut videatur paulo antiquior empiricus ille hoc noſtro Chæronenſi. Galenus in Iſagoge de Empirica loquens: τῆς δὲ ἐμπειρικῆς προέστηκε Φιλῖνος Κῷος, ὃς καὶ αἱρεσιάρχης ἐγένετο ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀφορμὰς λαβὼν ἀπὸ τοῦ Ἡροφίλου οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο. θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν αὐτὴν τὴν αἵρεσιν, ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς, Ἄκρωνα τὸν Ἀκραγαντῖνον φασὶν ἄρξασθαι αὐτῆς. μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο Σεραπίων Ἀλεξανδρεὺς, εἶτα Ἀπολλώνιοι δύο, πατήρ τε καὶ υἱὸς Ἀντιοχεῖς, μεθ' οὓς Μηνόδοτος καὶ Σέξτος οἳ καὶ ἀκριβῶς ἐκράτυναν αὐτήν. en tibi Sextum Empiricum, qui ante tempora Galeni vixit, atque etiam ante hujus Sexti Chæronenſis, cum hic & Galenus contemporanei fuerint.

3 *Claudium Maximum.*] Meminit hujus

mum, [1] & Cinnam Catullum, Stoicos. [2] Peripateticæ verò ſtudioſos audivit Claudium Severum, [3] & præcipuè Junium Ruſticum. quem & reveritus eſt & ſectatus: qui domi militiæque pollebat, Stoicæ diſciplinæ peritiſſimum, cum quo omnia communicavit publica privataque conſilia: [4] cui etiam ante præfectos prætorio ſemper oſculum dedit: quem & conſulem iterum deſignavit, [5] cui poſt obitum à ſenatu ſtatuas poſtulavit. Tantum autem honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac

hujus Maximi non ſemel Marcus in libris de vita ſua: meminit & Secundæ uxoris Maximi lib. III. τῷ εἰς ἑαυτὸν: τοιοῦτον πᾶν μέρος τοῦ βίου καὶ πᾶν ὑποκείμενον. Λούκιλλα Οὐῆρον, εἶτα Λούκιλλα. Σεκοῦνδα Μάξιμον, εἶτα Σεκοῦνδα Ἐπιτύγχανος Διότιμον, εἶτα Ἐπιτύγχανος. Φαυστῖναν Ἀντωνῖνος· τοιαῦτα πάντα. Κέλερ Ἀδριανὸν, εἶτα Ἀδριανός. quem locum editionibus interpunctionum vitio depravatiſſimum, & doctiſſimo interpreti minime intellectum ſic diſtinximus & reſtituimus. ſenſus autem hic eſt: Lucilla Verum extulit, poſt & ipſa quoque mortua eſt. Secunda Maximum, quæ & ipſa poſt paulo obiit. Epitynchanus Diotimum extulit, mox & ipſe fatis conceſſit. & ita de reliquis.

1 *Et Cinnam Catullum.*] Scribe: *Catulum*. Nam *Catulus*, non Catullus vocabatur ille Cinna, & ita habet Palatinus. etiam Marcus, Κάτυλον vocat: περὶ Κατύλου καὶ Μαξίμου.

3 *Et præcipue Junium Ruſticum.*] Alieniore loco poſita eſt hæc de Junio Ruſtico repetitio. cur enim uno ductu contextuque, cum de Stoicis ageret, de hoc Stoico quæ voluit dicere, non continuavit? Hæc eſt iſtorum ſcriptorum in ſcribendo ſecuritas, ut omnia permiſceant & confundant. qua re factum eſt ut neceſſe habuerit Stoicæ eum peritiſſimum repetere, cum ſupra inter Stoicos enumeraſſet, ne videretur aut de alio ſentire Junio Ruſtico quam de Stoico, aut eum Peripateticum facere, quem prius Stoicum dixiſſet.

GRUTERUS.

1 *Cinnam Catullum.*] Noſter authenticus, *Catulum*; neque aliter in vita ſua ipſe Marcus.

CASAUBONUS.

2 *Peripateticæ verò ſtudioſus.*] Membranæ, *ſtudioſus*. ἐραστὴς ὤν. & ita ſcribendum neceſſario: nam peripateticum unum nominat, Claudium Severum: in quo deſinit enumeratio præceptorum Marci. poſteà vero tanquam ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς de Junio Ruſtico quædam adjicit. Quare poſt *Severum* major diſtinctio ponenda.

4 *Cui etiam ante præfectos prætorio ſemper oſculum dedit.*] Et quòd oſculo convenientem excipit, magnum; & quòd ante præfectos prætorii, maximum. ideo laudata Similis modeſtia, qui ſimile honoris genus ab Hadriano ſibi delatum, ſapienter non admiſit, ut narrat Xiphilinus.

5 *Cui poſt obitum à ſenatu ſtatuas poſtulavit.*] Pro magno hoc tum cenſebatur. ſic notat Dio Trajanum Licinio Suræ mortuo ſtatuam poſuiſſe.

[1] ac ſepulcra eorum [2] aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret.[3] Studuit & juri,[4] audiens L. Voluſium Metianum: tantumque operis & laboris ſtudiis impendit, [5] ut corpus afficeret, atque in hoc ſolo pueritia ejus reprehenderetur. Frequentavit & declamatorum ſcholas

1 *Sepulcra eorum aditu, hoſtiis, floribus, ſemper honoraret.*] Regis & aliæ membranæ, *additis hoſtiis.* ſenſu non incommodo. Alii ſolebant defunctorum amicorum ſepulcra viſere, & floribus ornare: Marcus etiam hoſtias adjiciebat. Sed vocem *aditu*, poſſumus tueri, loco Plinii non diſſimilis ſententiæ epiſtola ſeptima libri tertii, ubi idem ferè verbum. Ait enim de Silio Italico, *Vergili natalem religioſius quam ſuum celebrabat. Neapoli maximè, ubi monumentum ejus adire, ut templum ſolebat.* Pro *aditu*, legas vocabulum *acceſſu*, in Hiſpanica inſcriptione; de cujus tamen fide dubitant viri eruditi: SI. MANES. POST. FATA. ALIQVID. SENTIVNT. DEMITVR. DOLOR. FREQVENTI. FILII. MEI. ACCESSV. AD. ME. Aliquando placebat ſcribi *redditu* pro *aditu.* nam ſæpe qui defuncti memoriam honoratam volebant, redditus in eam rem aſſignabant. Procopius quarto Perſicorum: πολλοῖς τε ἄλλοις καὶ χρήμασιν ἀποσώσας τοῦ Ἰωάννου τάφον ἐτίμησεν. ſed minùs convenit huic loco ea ſententia: neque dubitandum quin auctor ſcripſerit *aditu.*

SALMASIUS.

1 *Ac ſepulcra eorum aditu, hoſtiis, floribus honoraret.*] *Aditu* vera lectio, & ita membranæ Pal. hæc tria verba propria juris monumentorum, itus, aditus, ambitus. hinc illa in titulis ſepulcrorum incidi ſolita: *itu, aditu, ambitu, coronare, ſacrificare.* &, *itu, ambitu, ſacrificium faciendi.* item: *itum, aditum, ambitum, coronare, viſci, mortuum atque oſſa inferre ut liceat.* in aliis: *huic monumento, iter, aditus, ambitus debetur ex ſententia Erotis Aug. Lib.* & in alio: *ad hoc ſepulcrum itum, aditum omni tempore permiſſum eſt ab Q. Epitynchano.* libertos ingratos aditu etiam & acceſſu ſepulcri ſui prohibebant atque ita in titulo cavebant: *ſibi & ſuis libertis libertabuſque & poſteris eorum, excepto Hermete Liberto, quem veto propter delicta ſua aditum, ambitum ne ullum acceſſum habeat in hoc monumento.* frequenti aditu monumenta eorum honorabant, quos in vita charos habuerant, ſacrificabant, roſis & floribus ornabant. Propertius:

— memento
Hæc iterare ad lapides ſæpe venire meos.

GRUTERUS.

2 *Aditu, hoſtiis, floribus.*] Rectè *aditu*; neque ſecus Palatinus. eamque vocem omnino heic neceſſariam, memini pluribus alibi adſtruere in libellis Suſpicionum.

CASAVBONVS.

3 *Studuit & juri.*] Ariſtides in Marci encomio: οὐκ εἰς ἑτέρους ὁρῶν ἑρμηνείας, ὅτῳ λαμβάνοι τὸ δίκαιον. ἀλλ' αὐτὸς ἔχων ἐκ παιδείας τῆς ὡς ἀληθῶς καλῶν καὶ τῆς ἀγαθῶν ἐπιστήμην, τὴν δὲ τῶν νόμων ἐμπειρίαν προσειληφώς.

4 *Audiens L. Voluſium Metianum.*] Vel *Mæcianum*, ut antè monuimus. De hoc Marcus & Verus, in lege XVII. De jure patronatus: *Voluſius Mæcianus amicus noſter, & juris civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxiè diligens.*

5 *Ut corpus afficeret.*] Explicat Dio, ἐκ τῆς πολλῆς ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενιστάτον τι σῶμα ἔχει,

1 *Ama-*

las publicas: [1] amavitque ex condiſcipulis præcipuos ſenatorii ordinis [2] Sejum Fuſcianum, [3] & Aufidium Victorinum: ex equeſtri, [4] Bæbium Longum [5] & Calenum, in quos maximè liberalis fuit: & ita quidem ut quos non poſſet ob qualitatem vitæ reip. præponere, [6] locupletatos teneret. Educatus eſt in Adriani gremio, qui illum (ut ſuprà diximus) Veriſſimum 4
nominabat: [7] & qui ei honorem equi publici ſexenni detu-

1 *Amavitque ex condiſcipulis præcipuos.*] Regius, *amavitque condiſcipulos, præcipuè ſenatorii ord.*

2 *Seium Fuſcianum.*] Quæſivi hunc, neque reperi uſquam. Seium Oceanum legere memini apud Javolenum, cui avunculus Mallius Seneca. ſed quid ad hunc locum? In vita Commodi Fuſcianus quidam Lampridio nominatur ſecundùm Cos. qui etiam Urbi fuit præfectus, ut narratur in Pertinace qui illi ſucceſſit. Fuerit hic fortaſſe Marci condiſcipulus: niſi tamen ætas impediat. ſed non urget hoc incommodum.

3 *Et Aufidium Victorinum.*] Fuit hic bis conſul & præfectus urbi: is eſt ad quem Marci extant reſcripta nonnulla. Membranæ, *Lauſidium.* Scribo, *L. Auſidium*, etſi non neſcio alios huic Marci, non Lucii prænomen tribuere.

4 *Bebium longum.*] Scrib. *Bæbium.* ut ſemper apud auctores alios.

5 *Et Calenum.*] Regius, *Galienum.*

6 *Locupletatos teneret.*] In contubernio videlicet ſuo, aut aliàs in uſu vitæ privatæ. Claudius imperator in oratione Lugduni habita: *ex qua colonia inter paucos, equeſtris ordinis ornamentum, L. Veſtinum familiariſſimè diligo, & hodieque in rebus meis detineo.* Plinius in epiſtolis, *illum civilibus officiis principis amicitia exemit.*

SALMASIUS.

5 *Et Calenum.*] *Et Callenum*, v. ed. & Pal.

6 *Locupletatos teneret.*] Verbum hoc, *teneret*, perſuaſit doctiſſimis hominibus ut crederent genus iſtud hominum de quibus heic loquitur Capitolinus, in contubernio fuiſſe imperatoris, & ita exponendum cenſerent. ſed longe aliter habet. Nam *locupletatos tenere*, non aliud eſt, quam locupletare, loquendi more illorum temporum hominibus uſitato, Diverſo igitur modo liberalem ſe præbuit Marcus in condiſcipulos ſuos, cum alios honoribus bearet, & reip. præponeret: ſi quorum vero vitæ qualitas id ferre non poſſet, eos locupletaret. ita illos honoribus, iſtos divitiis, ſuo quemque pro merito, magnos faciebat. *locupletatum tenere* pro locupletare, ſic & *locupletatum habere*, quæ loquendi forma ita crebra eſt apud infimæ Latinitatis ſcriptores, ut aliam non habeant uſitatiorem. *apertum habere* pro aperire. *ſolutos habere*, pro ſolvere. ſic & *perditas ſuas res habere* pro perdere, in capitulario quodam Caroli Magni, ſi bene memini. ſic & paſſim apud alios, ut alibi obſervamus. ita infra: *latius ſuos fines tenere*, pro fines ſuos dilatare & extendere. in Pertinace; *quum apud vada Sabbatia oppreſſis fœnore poſſeſſoribus latius ſuos teneret fines.*

GRUTERUS.

5 *Et Calenum.*] Palat. *Callenum.*

7 *Et qui ei honorem, etiam publicè, ſexenni detulit.*] Turbat & heic quoque Pal. ſed proximius tamen accedit ad lectionem vulgatam, quàm ceterorum ſcripti. habet enim *& qui ei honorem & qui publicis exenni detulit*; factumque deinde ſcriptura recentiore, *exennis.*

7 *Et*

CASAUBONUS.

7 *Et qui ei honorem etiam publicè ſexenni detulit.*] Membranæ hic & veteres editiones inſigniter corruptæ. præferunt enim, *& qui ei honorem & qui publicis exemniis tulit.* Viri docti varie emendarunt. Nobis quod editum eſt, id placet: nam & veſtigiis corruptæ lectionis inſiſtit hæc correctio: & videtur is qui ſic primus emendavit, ſuorum librorum fidem ſecutus. Quare ita ſcribamus, *qui ei honorem, & quidem ſexenni detulit.* bona prorſus & convenientiſſima ſententia. De honoribus enim Marci dicturus auctor, jure ab illo orditur, qui ſexenni eſt habitus ab Hadriano, & quidem publice. Non dicit Capitolinus, quale id fuerit honoris genus: ſed non eſt difficile aliquid divinare, quod à vero non abhorreat. Nam videtur Hadrianus cùm ludos ſpectaret, in ſuggeſtu ſuo aut cubiculo puerum Marcum collocaſſe; aut aliquem in orcheſtra honore inſignem locum illi attribuiſſe: vel cum iter faceret, in ſuo vehiculo eum aliquando habuiſſe: aliquid denique eorum illi tribuiſſe, quæ ſolita in principibus juventutis, aut imperatorum liberis uſurpari. Firmat valide hanc emendationem, quod ſubjicitur de habito octenni Marco honore. ordine enim progreditur, hic quidem. utinam vero & in omni vita.

SALMASIUS.

7 *Et qui ei honorem etiam publice ſexenni detulit.*] Non alius contaminatior locus, aut fœdius corruptus in his auctoribus ſeſe offert quam hic eſt, aut in quem plus conjecturarum effuderint viri docti. quas tamen omnes unius aſſis non facimus. ita longe à vero abſunt. quibus referendis immorari non placet. experiamur etiam & quid nos quoque poſſimus in hoc conjectaneo genere. Vetus lectio Palatini optimi Codicis hæc eſt: *& qui ei honorem, & qui publicis exemi.* Quod paulo minus etiam ſervat editio Mediolanenſis, quæ ſic habet: *& qui ei honorem, & qui publicis exenniis detulit.* inde emendationes variæ emanarunt de publicis decenniis, & xenniis, & id genus aliæ non multo meliores. poſt quas non debet eſſe mihi fraudi, ſi meam quoque in medium afferam. ſic ergo, veſtigia uſque premens veteris ſcripturæ, ut nec literæ unius mutandæ licentiam mihi ſumam, legendum contendo: *& qui ei honorem equi publici ſexenni detulit.* en facinus, en audaciam conjecturæ: pro *& qui*, *equi* fecimus, cætera integram intactamque reliquimus veterem lectionem. nam ex *publicis exenni*, publici ſexenni feciſſet, non eſt opinor aliud quam exerrantem librarii manum leviter correxiſſe. Honor autem hic equi publici ab Hadriano delatus Marco, & per ſe magnus olim fuit, & eo heic etiam major quod ſexenni delatus. ut & ille qui ſequitur quod octavo ætatis in collegium Saliorum relatus eſt. Nam & aliis quampluriinis deferebatur hic honos, ſed qui id ætatis eſſent quo tunc Marcus, paucis. ideoque pro magno heic ponit Capitolinus honorem equi publici ei ſexenni delatum. non parvi autem honoris rem fuiſſe equo publico ab imperatore donari, liquet ex multis auctorum locis. & veteres inſcriptiones pæne infinitos ſuggerunt equo publico donatos. Philoſtratus de Heliodoro Sophiſta: ἀγροικότερος μὲν οὖν ἐδόκει τις καὶ ἡμῖν ὁρμὴ γελοίως εἰσιέναι ὅτι διαπτοεῖ αὐτόν. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὸ ἱππεύειν δημοσίᾳ ἔδωκε καὶ τιμὰς ὁπόσας ἔχει, ἐθαυμάζετο ἡ τύχη ὡς τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν ἐνδεικνυμένη διὰ τοῦ οὕτω τεθρυλημένου· ubi δημοσίᾳ ἱππεύειν eſt equo publico merere. idem in Dionyſio: Ἀδριανὸς γὰρ σατράπην μὲν αὐτὸν ἀπέφηνε οὐκ ἀφανῶν ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι. nec vero ferendi viri doctiſſimi, qui duobus illis locis τὸ δημοσίᾳ ἱππεύειν publicis uti veredis accipiunt, ut non aliud illis conceſſum ſit ab imperatoribus quam jus vehendi publicis equis. nunquam enim

detulit: [1] octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit. In ſaliatu omen accepit imperii. [2] Coronas omni-

enim δημοσίᾳ ἱππεύειν dixerunt Græci, publicum curſum uſurpare. Nam δημοσίᾳ ἱππεύειν eſt equo publico merere: quod magno beneficii vel potius honoris loco donabatur ab imperatoribus, ut ex illis Philoſtrati locis patet quæ ſupra produximus. & δημοσίᾳ ἱππεύοντες apud eumdem ſunt equites Romani, in Adriano Sophiſta: φανεὶς ἂν τότε τὴν σκηνὴν ὑπὸ τῆς ἀκροάσεως ἀγγέλλει, ἐξανίσταντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσταντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων. ubi οἱ δημοσίᾳ ἱππεύοντες ſunt equites, ut οἱ ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ſunt Senatores. ſic δημοσίᾳ ἱππεύειν dicuntur equites, & illorum δημόσιος ἵππος dicitur. ſicut autem aliquis conſularibus ornamentis eſſe dicitur cui conſularia ornamenta delata ſunt: ut *homo conſularibus ornamentis*: ſic homo equo publico ſexcenties appellatur in antiquis inſcriptionibus, pro *equo publico ornatus*. exempli gratia: *Demetri* is *equo publico*. *Marcellus equo publico*. omiſſo verbo, ornatus vel honoratus. & in hac Tarraconenſi: L. DOMITIO. DENTONIANO. IVDIC. DEC. V. EQVO. PVBLICO. PER. TRAIANVM. IIVIR. MVNIC. &c. pro equo publico ornatus per Trajanum. quod genus locutionis notandum duxi.

CASAUBONUS.

1 *Octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit.*] Soliti enim in hoc Martis ſacerdotum collegium patricii juvenes cooptari patrimi & matrimi. Ferè autem nobilis juventus ad honores per ſacerdotia adibat. Claudius in oratione Lugdunenſi: *Veſtini liberi fruantur, quæſo, primo ſacerdotiorum gradu: poſtmodo cum annis promoturi dignitatis ſuæ incrementa.*

2 *Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.*] Salii die feſto ancilia per urbem geſtabant apicati, & caput coronati: eam coronam mox conditis ancilibus, in pulvinar conjiciebant, ubi Martis ſimulacrum. ita enim ſoliti jactu floris modò ſerti, modò ſoluti, ſuos deos honorare. Dionyſius Halicarnaſſeus, qui libro ſecundo, habitum Saliorum accuratè deſcribit, coronæ non meminit: utpote ſolennis geſtaminis, in ſacris fermè omnibus & Græcorum & Romanorum.

SALMASIUS.

2 *Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus.*] Salii coronas jaciunt in pulvinar Dei ſui, quod non ex alio diſcas auctore. ſed & in reliquorum divorum pulvinaria & ſtatuas jaci coronas & flores omne genus notius eſt quam ut pluribus debat indicari, diebus præſertim feſtis. ideoque in cultu deorum inter alia στεφάνους etiam ponit Juſtinus Apologetico: ὅθεν οὐ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσσας καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. ſed quinam illi ſunt, ἐν γραφαῖς στέφανοι? vox illa quidem pictas vel per picturam expreſſas corollas ſonat. ſed quales illæ, dum alius quæret, interea legam: ἐν ῥαφαῖς στεφάνους. ita vocat eleganter Juſtinus ſutiles coronas. ἐν ῥαφαῖς dixit pro ῥαπτούς. ſic marmora in exemplis, pro exemplata vel figuris ornata, & pocula in gemmis pro gemmata. Anaſtaſius & neſcio quis ἄρτους ἐν τύποις, formis vel figuris impreſſos. coronas ejuſmodi ſutiles, ῥαμμάτια ἄνθινα vocat Heſych. στέφεα, inquit, ἀγάλματα, ῥάμματα, ἄνθινα. unde ſuere corollas Tertulliano de Pallio: *vetus jam Hydræ Centaurorumque ſanguis in ſagittis pumice ſpiculi excludebatur, inſultante luxuria ut poſt monſtra transfixa coronam forſitan ſueret.* quem locum nemo unquam interpres

omnibus in pulvinar ex more jacientibus, aliæ aliis locis hæſerunt; [1] hujus, velut manu, capiti Martis aptata eſt. [2] Fuit [3] in eo ſacerdotio & præſul & vates & magi-

pres pejus accepit, quam qui nuper commentarium libellum cum gloſſis in illud opuſculum vulgavit. Spiculum Tertullianus vocat acum matronalem, qua ſuebantur corollæ. Tunc apud Omphalem Herculis ſagittas illius acus vel ſpiculi matronalis miniſterium obiiſſe dicit in ſuendis coronis, poſtquam deterſæ eſſent ab hydræ centaurorumque ſanguine quo ſquallebant ſordebantque, ut ſic coronam ſuerent quæ olim monſtra transfixiſſent. ſed ad ipſum Pallium plura de illo loco diximus quæ heic non repetam. Suere igitur coronam Tertulliano. unde ſutilis corona, ῥαπτὸς στέφανος vel ἐν ῥαφαῖς στέφανος, ut loquitur Juſtinus. Martiali roſa ſutilis.

Sutilis aptetur roſa crinibus —

hoc eſt corona ſutilis ex roſis. atque hæc præter rem, ſed obiter, dicta ſunto.

1 *Hujus velut manu, capiti Martis aptata eſſet.*] Hujus loci ſenſus eſt. cum coronæ quæ à Saliis jaciebantur in pulvinar Martis, fortuitu vel in hanc vel in illam partem caderent, atque aliis aliæ locis hærerent, illam quam jecit Marcus, in caput Martis ſic cecidiſſe atque hæſiſſe, ac ſi manu illam aptaſſet atque impoſuiſſet, non vero jeciſſet, ut tunc factum erat, de longinquo. atque hinc factum omen imperii Marco.

CASAUBONUS.

2 *Fuit in eo ſacerdotio & præſul & vates & magiſter.*] In voce *præſul* quæ ſæpe Latinis generaliter omnem προεστῶτα notat, heic ἀκριβολογία eſt: nam propriè *præſul* ſive *præſultor* princeps Saliorum dicitur, ὁ ἐξάρχων τῆς ὀρχήσεως. *Vates* is erat in Saliorum collegio, ad quem pertinuit cura carminum ſaliarium & axamentorum. *Magiſter*, commune nomen omnium προεστώτων cujuſcunque collegii ſacerdotalis. nam quos Græci ἀρχιερέας, ἀρχιθιάσους, ἀρχιγάλλους aut ſimilibus vocibus deſignant, Latini magiſtros ſui ordinis nuncupant: & ἀρχιερωσύνην, *magiſterium ſacerdotii* Suetonius in Caligula. & *magiſterio fungi in Collegio ſacerdotum Minervæ* apud eundem in Domitiano: ἀρχιερατεύσασθαι ἐν τοῖς ἱερεῦσι τῆς Ἀθηνᾶς. Corrige Plutarchi codices in hac voce, & ſcribe in commentario de Iſide & Oſiride, πλέα μᾶλλον ἢ σὲ γινώσκειν ὦ Κλέα δεῖ προσῆκόν ἐστιν, ἀρχιέρειαν μὲν οὖσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, τοῖς δ' Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένην ἱεροῖς ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός; magiſtram Baccharum vocat Θυιάδων ἀρχιέρειαν.

SALMASIUS.

3 *In eodem ſacerdotio & præſul & vates & magiſter.*] Diſtinguit hæc tria in ſaliatu munera Capitolinus; Præſulis, Vatis & Magiſtri. & præſul quidem eſt, quem *proſaltorem* Gloſſæ veteres vocant. *proſaltor*, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. quem perperam mutarunt in *præſultorem*. nam *proſaltorem* legiſſe Vocabularii auctorem patet ex ſerie litterarum: *Proſaltor*, *proſapies*, *proſa pexa tunica*. ſic enim proſaltor, ut proludo & proludium. ſaltus eſt ὄρχησις, unde *ſaltus doles* Manilio. & *ſaltor*, ὀρχηστὴς σαλίτης Dionyſio. & *proſaltor*, προορχούμενος. Vates eſt ὑμνῳδός. omnes quidem erant ὑμνηταὶ & χορευταὶ Salii. ſed ut inter χορευτὰς erat præſul, ſic inter ὑμνητὰς ille quem heic vatem appellat Capitolinus. Gloſſæ veteres: *Salior*. ὁ τὰ ἀσπίδια ὅπλα θεραπεύων, ὑμνῳδὸς, πρύτανις. legendum, *Salius*. Vates igitur qui carmen canebat ſaliare, aut ſal-

magiſter, & multos inauguravit atque exauguravit, nemine præeunte, [1] quòd ipſe carmina cuncta didiciſſet. Virilem togam ſumpſit quintodecimo ætatis anno, ſtatimque ei L. Cejonii Commodi filia deſponſata eſt ex Adriani voluntate. [2] Nec multò pòſt præfectus feriarum Latinarum fuit. In quo honore præclariſſimè ſe pro magiſtratibus agentem, [3] & in conviviis Adriani principis oſtendit. Poſt hoc patrimonium paternum ſorori totum conceſſit: quum eum ad diviſionem mater vocaret: [4] reſpondit, avi bonis ſe eſſe contentum: addens, ut & mater, ſi vellet in ſororem ſuum patrimonium conferret, [5] ne inferior eſſet ſoror marito. [6] Fuit autem ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnun-

ſaltem qui præcinebat, ut præſaltor qui præſaltabat. ad omnes autem æque pertinuiſſe curam carminum & axamentorum, non ad unum ſolum, veriſimilius, immo verius eſt. Magiſter vero eſt ἔξαρχος ad quem, puto, ſpectabat & inaugurandi & exaugurandi poteſtas. quod quidem tunc fecit Marcus, cum eſſet magiſter collegii, etiam nemine præeunte, cum cuncta & inaugurationis & exaugurationis carmina teneret.

CASAUBONUS.

1 *Quòd ipſe carmina cuncta didiciſſet.*] Membranæ, *quo tempore carmina cunct.* quod facile ſit concinnare, niſi placeret vulgata.

2 *Nec multò pòſt præfectus feriarum Latinarum fuit.*] Legendum. *præf. Urb. feriarum Latinarum cauſſa fuit.* Cùm eſſet compendio ſcriptum *præf. Urb.* imperiti homines ſcripſerant *præfectus*, omiſſa voce *Urbi.* deinde altera vox ſublata tanquam ſuperflua. Hæc ita eſſe & res ipſa & uſus Latinè loquentium evincit. nam puer ille patricius, qui proficiſcentibus conſulibus ad Latinas ferias in montem Albanum Urbi præficiebatur; neque fuit, neque aut dictus eſt, aut dici potuit, præfectus feriarum Latinarum; ſed contrà, Præf. Urb. Latinarum cauſſa: vel, ſacro Latinarum, ut loquitur Suetonius. & ſic Græci non ἄρχειν vel ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνοχῶν, ſed πολιαρχεῖν ἐν ταῖς ἀνοχαῖς. ita ſemper Dio ubique.

3 *Et in conviviis.*] Regius, *in convivio.*

5 *Ne inferior eſſet ſoror marito.*] Numidio Quadrato. Natus ex hoc matrimonio Numidius Quadratus: de quo paullò pòſt Capitolinus: *bonorum maternorum partem Numidio Quadrato ſororis filio, quia illa jam mortua erat, tradidit.*

SALMASIUS.

4 *Reſpondit.*] Palatinus: *reſponditque.* ſic igitur hunc locum ſcribe & diſtingue: *poſt hoc patrimonium paternum ſorori totum conceſſit, quum eum ad diviſionem mater vocaret, reſponditque avi bonis ſe eſſe contentum.* nec ſecus Mediolanenſis editio. ut ſic gemina auctoritate nitatur hæc lectio.

GRUTERUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia.*] Scio quomodo hæc alii interpretentur: inclinat tamen animus ſuſpicari, ſcriptum primitus *ea vitæ inindulgentia*, ſyllaba repetita. indulget vitæ, qui ei ſufficit quod debet: non indulget, qui ita ſe macerat ut peccet in valetudinem.

6 *Fuit*

nunquam vel [1] in venationes pergere, vel in theatrum deſcen-

CASAUBONUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnunquam vel in venationes pergere.*] Scio virum eruditione clariſſimum cenſuiſſe hæc verba eſſe corrupta: à cujus judicio, etſi ægrè, diſcedo tamen hoc loco. *Indulgentia vitæ* Capitolino dicitur, quæ Platoni εὐαρμοστία τῶν τρόπων, facilitas morum, per quam alienæ voluntati nos accommodamus ſæpiùs quàm noſtræ. vitia huic virtuti contraria ſunt αὐθάδεια & ἰσχυρογνωμοσύνη, ſive pertinacia: cùm aliquis quod vult, vehementer vult, & ſic, ut dimoveri non poſſit. Rara laus in ea præſertim fortuna & ætate, qua fuit tum Marcus: potuiſſe illum ſuorum omnium voluntatibus ſe συσχηματίζειν, quaſi careret propria. Similis eſt in Græcorum martyrologiis laudatio Nicolai Cretenſis, adoleſcentis probiſſimi, qui in virum mox evaſit maximum. dicitur hic Theodoro Monacho ita ſe ſubmiſiſſe, ejuſque voluntati adeò per omnia obtemperaſſe, πειθόμενος εἴ τις ἀθλητὴς ἀνθρώπων, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, πόῤῥω καὶ μακρὰν τῶν οἰκείων θελημάτων γενόμενος· ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς μικρούς τε καὶ μεγάλους τὴν αὐτὴν εὐπείθειαν καὶ ὑπακοὴν πρώτως μετὰ τοῦ θεοφιλεστάτου συστολῆς ἐπεδείκνυεν, δίκην τις ἄψυχος ἀνδριὰς ἐστηλωμένος τῇ θείᾳ φωνῇ πρὸς ἅπαντας. quam vocat Capitolinus vitæ indulgentiam, Græcus ſcriptor, εὐπείθειαν καὶ ὑπακοήν. Pro illis, *in venationes pergere*, regius præfert, *venationem ſpatiari*. credo, pro *ſpectare*. malo quod editum: & refero ad veram venationem, non amphitheatralem, propter ſequentia; ne bis idem dicat.

SALMASIUS.

6 *Fuit autem ea vitæ indulgentia.*] Ita ſcriptum in omnibus quos vidi libris. Palatinus tantum vocem, *ea*, non habet, in quo ſic legitur: *fuit autem vitæ indulgentia.* Doctiſſimus Lipſius legebat olim, *diligentia.* quod merito non probat vir alter longe longeque doctiſſimus. cui & nos aſſentiri cogimur. quid enim eſſet, *vitæ diligentia?* ſed idem *unicæ* pro *vitæ* reponebat. at diligentiam abſolute poni pro aſſiduitate circa ſtudia, nemo eſt tam tiro in ſtudiis & litteris qui probare poſſit. indulgentiam igitur heic accipimus non εὐπείθειαν ſolum & ὑπακοήν. nam qui ſunt ejuſmodi ingenio nati facili & obſequenti, ſequuntur ducentes, & dicto libenter audientes ſe præbent. at aliquid plus per indulgentiam voluit indicare Capitolinus: quæ tanta in Marco fuerit, ut etiam contra animi ſui voluntatem & propoſitum cogeretur quædam facere. & hæc δυσωπία eſt quum inſtantes amicos & acrius urgentes repellere non poſſumus, & vinci patimur: ac nihil tam fixum certumque animo habemus quin labefactari flectique poſſit, & mutari precibus aut monitis eorum qui id exigunt, atque ita voluntate noſtra cogimur. quo vitio laboraſſe videtur Marcus, etſi id purgare ſerio conatur auctor iſte qui verecundum fuiſſe ſine ignavia conteſtatur: & tamen fatetur infra, *quamvis eſſet conſtans, fuiſſe tamen verecundum.* Nam qui ejuſmodi ſunt, facile ſe de ſententia ſua demoveri deducique patiuntur, atque adeo cogi & δυσωπεῖσθαι poſſunt. indulgentiam ergo δυσωπίαν heic interpretamur. nam δυσωπεῖσθαι eſt exorari. qui facile exorantur, iidem & ad indulgentiam proni, nec ſui ſed aliorum arbitrii ſunt, totique in aliena poteſtate verſantur.

1 *In venationes pergere.*] Sic Palatinus & vetus editio. nec ſequor illos codices qui habent, *in venationem ſpatiari*: nihil enim illos boni continere certum eſt. quod vero referunt ad

deſcendere, vel ſpectaculis intereſſe. [1] Operam præterea

ad veram venationem eruditi viri, nullo modo probo. nam venationes non aliæ heic ſunt intelligendæ quam amphitheatrales. nec enim venationem aut venationes niſi de amphitheatralibus dicunt iſti auctores, niſi ſi venationem pro captura uſurpent. dixiſſet igitur *venatum pergere*, ſi veram venationem intelligi voluiſſet. At bis idem dicit Spartianus: ſequitur enim, *& ſpectaculis interſſ.* ſed ibi ſpectacula proprie ſunt circenſium ſpectacula. Non libenter autem ſpectabat Marcus aut amphitheatrales venationes, nec ludos ſcenicos, nec Circenſes. itaque cogebatur illis aliquando intereſſe, &, ut erat ſummæ levitatis & facilitatis atque indulgentiæ, cogentibus ſe manum dabat. Venatum vero unice amabat, & ſæpe venatus eſt, ut opus non habuerit ad eam rem cogi, quam & frequenter faceret, & facere adfectaret. *in venationes pergere*, eſt ad venationes amphitheatrales ire & illis intereſſe. venationes enim hoc numero plurium dicebantur. in Heliogabalo: *ſtravit ſibi triclinium in ſummo luſorio, & dum pranderet, noxios & venationes ſibi exhibuit.* ſic & alibi. Venationem illa ætate nunquam dixerunt actum ipſum ut ita dicam venandi, ſed venatum ſemper. Venatio autem erat id quod capiebatur in venatu, quam vulgo vocamus *venaiſon*. Hoc enim diſcrimen ſtricte illo tempore obſervarunt, nec illo tantum, ſed etiam meliori. Nam ita ſemper apud elegantiſſimum Celſum. lib. I. cap. VI. *venatio durique piſces & ex domeſticis animalibus aſſa caro maxime juvant.* & paſſim ſexcentis locis apud eumdem: nunquam enim aliter utitur. Venatio igitur eſt ferina.

CASAUBONUS.

1 *Operam præterea pingendo ſub Diogneto magiſtro dedit.*] Ego non dubito Diognetum hunc eſſe, à quo didiciſſe ait Marcus τὸ ἀκενόσπουδον, ne vana pro ſeriis amplecteretur, falſa pro veris: qui error omnibus ſeculis maximam humani generis partem occupavit: & ne facile iis crederet, quæ de diis homines γόητες & τερατευόμενοι fingere ſoliti. Nemini potius quam pictori hujus πλάνης agnitio conveniebat. norat enim pleraque eorum quæ de diis vulgò crederentur, ad libidinem pictorum inventa primò; ridiculè poſtea fidem inveniſſe apud homines quà ſuperſtitioſos, quà veritatis incurioſos. Verè Joſephus altero contra Appionem libro, de gentium πολυθεΐᾳ loquens. πολλῆς δὲ, inquit, καὶ ζωγράφοι καὶ πλάσται, τῶν εἰς ταῦτα παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπήλαυσαν ἐξουσίας, αὐτὸς ἕκαστος τινὰ μορφὴν ἐπινοῶν, ὁ μὲν ἐκ πηλοῦ πλάττων, ὁ δὲ γράφων.

SALMASIUS.

1 *Operam præterea pingendo ſub Diogneto dedit.*] Pictorem hunc Diognetum oportet fuiſſe, ſub quo pingendi artem didicerit Marcus. Meminit Diogneti Marcus de vita ſua, ſed à quo non picturam ſe didiciſſe dicit, ſed τὸ ἀκενόσπουδον καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων δ' ἀποπομπῆς καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις. Non jam igitur ille pictor ſed philoſophus: unde enim pictori illa docere quæ non ſunt artis ſuæ? nec poſſum accedere viri doctiſſimi ſententiæ qui non dubitat hunc eumdem Diognetum fuiſſe pictorem. nec enim alii potius convenire quam pictori præſtigiarum hujuſmodi reprehenſionem. At ego pictori id convenire qui non aliud ſit quam pictor, non magis arbitror, quam fictori aut cujuſlibet alterius artis magiſtro. Nec enim ad deorum opinionem aut ea quæ de diis creduntur vulgo, quæque ad pictorum arbitrium, ex ingenio cujuſque inventa primo, mox

terea pingendo ſub magiſtro Diogneto dedit. [1] Amavit pugilatum, luctamina, & curſum, & aucupatus. & pila luſit apprimè, & venatus eſt. [2] Sed ab omnibus his intentionibus ſtudium eum philoſophiæ abduxit, ſeriumque & gravem reddidit: non tamen prorſus abo-

propagata fidem de iis apud homines confirmarunt, pertinet ille Marci locus. ſed ad magicarum incantationum præſtigias & ludibria, quibus fidem nullam adjungi & accommodari debere Marcum docebat ille Diognetus. qua in re non pictoris officium faciebat ſcilicet, ſed philoſophi. Alius igitur omnino Diognetus ille Marci ab hoc pictore Diogneto Capitolini: ſed & alibi ejuſdem Diogneti meminit idem Marcus libro 1. παρὰ Διογνήτου, inquit, τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. at σκίμποδες καὶ δορὰ nihil ad pictorem vel picturam attinent, ſed ad Philoſophum proprie: nam in his lectulis pelle inſtratis ſtudebant philoſophi, & meditabantur. quid igitur dicemus? hunc Diognetum pictorem fuiſſe ſimul & philoſophum? poteſt hoc dici. poſſunt etiam diverſi eſſe & hic ſub quo dedit operam picturæ Marcus, & ille cujus ipſe meminit, & à quo ſe τὸ ἀκενόσπουδον didiciſſe profitetur. Palatinus *Diogenetum* heic legit, non *Diognetum*. & ita etiam princeps editio.

CASAUBONUS.

1 *Amavit pugilatum, luctamina, & curſum.*] An ut ſpectaculo pugilum, luctatorum & curſorum ſe oblectaret? an potius ut iſte illa omnia faceret, exercendi corporis? hoc verius. in Vero ait Capitolinus: *amavit venatus, palæſtras, & omnia exercitia juventutis.* Et auctor eſt Galenus Ὑγιεινῶν libro ſexto, Antoninum curandi corporis fuiſſe admodum ſtudioſum: certamque vitæ rationem conſtantiſſimè tenuiſſe: cùm eadem ſemper hora ad palæſtram accederet. diſtringeretque ſe. ὁ γοῦν [illegible] ἐν ἔθει αὐτοκράτωρ ἐπιμελέστατα εἰς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἀφικόμενος Ἀντωνῖνος, ἐν ταῖς μακραῖς ἡμέραις ἡλίου δυομένου εἰς τὴν παλαίστραν παρεγίνετο, κατὰ δὲ τὰς μεγίστας ὥρας θ' ἢ τὸ πλεῖστον ι. Hinc intelligimus illa verba Marci è lib. primo doctis obſcura: οὐκ ἐν ἀωρεὶ λουστής. nam id ſignificat quod ait Galenus: laviſſe ſemper hora balneari, & ſibi commoda, & iis qui circa ipſum: quod etiam Galenus ibidem ſcribit. De toto hoc ſtudio ſuo curandi corporis hæc ibidem ſapientiſſimus imperator: παρὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς τὸ τοῦ ἰδίου σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως. οὔτε ὡς ἂν φιλόζωος, οὔτε πρὸς καλλωπισμὸν, οὔτε μὴν ὀλιγώρως· ἀλλ' ὥστε τὴν ἰδίαν διὰ προσοχὴν εἰς ὀλίγιστα ἰατρικῆς χρῄζειν ἢ φαρμάκων, ἢ καὶ ἐπιθεμάτων ἐκτός.

2 *Sed ab omnibus his intentionibus.*] Studiis & occupationibus. familiare verbum Plinio in epiſtolis.

SALMASIUS.

2 *Sed ab omnibus his intentionibus.*] Liber Palatinus: *intentionis*. forte *intentiorem*, ut ad *Philoſophiæ* referatur hoc modo: *ſed ab omnibus his, intentioris ſtudium eum Philoſophiæ abduxit*: ut intentiorem Philoſophiam vocet Stoicam, cui plurimum deditus Marcus. aut *intentius* ſtudium. ſi cui placeat magis vulgatam lectionem retinere, per me licet retineat, ut intentio ſit προσοχὴ & ſtudium. nihil igitur mutandum puto.

3 *Suis*

abolita in eo comitate, quam præcipuè [1] ſuis mox amicis atque etiam minùs notis exhibebat: quum frugi eſſet ſine contumacia, verecundus ſine ignavia, ſine triſtitia gravis. His ita ſe habentibus, quum poſt obitum L. Cæſaris Adrianus ſucceſſorem imperii quæreret, nec idoneus, utpote decem & octo annos agens, Marcus haberetur, amitæ Marci virum Antoninum Pium Adrianus ea lege in adoptionem legit, ut ſibi Marcum Pius adoptaret: [2] ita tamen ut & Marcus ſibi Lucium Commodum adoptaret. [3] Sanè ea die qua adoptatus eſt Verus, in ſomnis ſe humeros eburneos habere vidit: [4] ſciſcitatuſque an apti eſſent oneri ferundo, ſolito reperit fortiores. Ubi autem comperit ſe ab Adriano adoptatum, magis eſt deterritus quàm lætatus: juſſuſque [5] in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis receſſit. Quumque ab eo domeſtici quærerent cur triſtis in adoptionem regiam tranſiret, diſputavit quæ mala in ſe contineret imperium. Tunc primùm pro Annio Aurelius cœpit vocari, quòd in Aureliam, hoc eſt Antonini, adoptionis jure tranſiſſet. Octavodecimo ergo ætatis anno adoptatus, [6] in ſecundo conſulatu Antonini jam patris ſui, Adria-

CASAUBONUS.

1 *Suis mox amicis.*] An igitur tunc amici illius non erant? imò erant: ſed *mox amicos* appellat eos qui Marci imperantis dicti poſtea ſunt amici, quòd cum illis conſilia ſua participaret, ut ad Hadrianum diximus. Si cum verbo jungas, duriuſculum erit, *mox exhibebat*.

2 *Ita tamen ut & Marcus.*] Vide quæ notavimus ad Verum Cæſarem.

3 *Sanè ea die qua adoptatus eſt.*] Dio ſic: καὶ πρὸ τοῦ Καίσαρα ἀποδειχθῆναι, ὄναρ ἔδοξεν ὤμους τε καὶ χεῖρας ἐλεφαντίνους ἔχειν, καὶ αὐταῖς ὅσα τοῖς ἀνθρωπίνοις χρῆσθαι. Scribe, ὅσα τοὺς ἀνθρώπους. vel ὅσα ταῖς ἀνθρωπίναις.

4 *Sciſcitatuſque.*] Nove, pro expertus, πειρητίσας, vel πεῖραν λαβεῖν θελήσας: neque enim heic eſt idem ac πυνθάνεσθαι.

5 *In Hadriani privatam domum.*] In qua privatus habitaverat.

6 *In ſecundo conſulatu Antonini jam patris ſui.*] Contendenti mihi vulgatas horum librorum editiones cum antiquis membranis, mirari ſæpe ſubiit, unde illa tanta ſit profecta diverſitas, quam locis non paucis deprehendebamus. nam ut nihil dicam de ſcripturæ diverſitate, quæ ſine cauſſa paſſim variat, ſententiæ interdum nihil mutata, interdum plane corrupta, in ipſo rerum ordine & ſententiarum incredibilem locis plurimis varietatem offendimus: maxi-

[1] Adriano ferente, gratia ætatis facta, quæſtor eſt deſigna-

mè autem in hac vita. nam quæ deinceps ſequuntur ab hoc loco ad finem libri, ſic diverſa leguntur in regio codice, ut tota rerum hîc narratarum ſeries, atque adeò ſingularum ferè periodorum, aliter ſe in eo libro habeat quàm in editis: ut difficile ſit in iis omnibus quæ deinceps habentur, aliquot periodos invenire utrobique eodem modo diſpoſitas. Putabam ſciolum aliquem, & fortaſſe illum ipſum qui hoc hiſtoriæ Auguſtæ corpus concinnavit, offenſum Capitolini negligentia, (quæ & cuivis etiam æquo lectori ſtomachum eſt ubi moveat,) quæ ab auctore negligentius fuerant congeſta, tentaſſe digerere, & velut novam hiſtoriam ipſis tamen Capitolini verbis, iviſſe compoſitum. Atqui video pleraque omnia in deterius eſſe mutata: non quia ſic diſponi melius ſit, ſed temere, nulla certa ratione; imo contra certiſſimam ut plurimùm rationem: ſicut iſto loco: nam ita habent regiæ membranæ: *in ſecundo conſulatu Antonini. Jam qui dicebant Marcum velle finiti belli gloriam ſibi vendicare, &c.* tranſlatis in alium locum, quæcunque in vulgatis habentur poſt illa *in ſecundo conſulatu Antonini*, uſque ad verſum vigeſimum paginæ vigeſimæ ſextæ: quæ nemo eſt tam ſtultus qui putet cum iſtis poſſe continuari. Quo igitur caſu factum dicemus ut illa ordine tam perverſo deſcriberentur? quid ille marrucinus cogitabat, qui hæc ita diſpoſuit? Adnotaverat Angelus Politianus in ora ſui codicis ad extremam hanc vitam, hæc verba: *Vita hæc, ut ex aliis exemplaribus colligo, tota penè in hoc codice tranſpoſita eſt, & permutata: ita tamen ut deſit nihil.* Alia illa exemplaria quæ eruditiſſimus vir laudat, vel è regio videntur fuiſſe deſcripta, vel ab eodem fonte & hoc & illa manaſſe. quanquam & regium potuit vidiſſe Politianus: nam Franciſcus Magnus, princeps immortalitate digniſſimus, capta Mediolano, non hoc ſolum exemplar, verum quicquid ibi fuit antiquorum librorum, ceu pulcerrima & regi Muſagetæ convenientiſſima ſpolia, in hanc regiam tranſportavit. Sed quod putavit Politianus commiſſas eſſe tranſpoſitiones in editionibus, quæ è ſcripta lectione ſint emendandæ, apparet virum naris emunctiſſimæ in collatione horum codicum parum attente verſatum: nam in membranis omnia, ut diximus, ita φύρδην ſunt interpolata, ut videri poſſint de induſtria ſic corrupta. Sunt ſanè in editis libris multa, in hac præſertim vita, alieno loco poſita: ſive ea culpa eſt auctoris; ſive hoc fraude accidit librariorum: quorum ſimilia flagitia etiam apud alios ſcriptores, & nobis & aliis pridem obſervata. Nos igitur cum vitam principis tam boni, tam malè fuiſſe acceptam doleremus, non temperavimus, quin & memoriæ Marci & honori Capitolini, pro virili conſuleremus: totumque hunc librum verbis quidem Capitolini, ſed judicio noſtro retexeremus, & hoc mangonio ſcriptum antiquum faceremus novum. Eam lucubratiunculam in ſtudioſorum gratiam ſeparatim, cum bono Deo, ſumus edituri.

1 *Hadriano ferente, gratia ætatis facta.*] *Ferre* pro referre ad ſenatum & patres. Nam gratiam annariæ legis petitu Hadriani ſenatus fecit. ſic Commodus fit conſul venia hujus legis impetrata, inquit Lampridius: hoc eſt, Marco ferente, ſenatu decernente. Cæterùm eo tempore dicis tantùm cauſſa venia ætatis petebatur: nam diſciplina vetus adeò hac parte conciderat, ut ſæpe etiam minoribus viginti annis conſulatus deferrentur, ut ſignificat Ulpianus libro ſecundo De officio conſulis.

1 Omni-

ſignatus. Adoptatuſque in aulicam domum, [1] omni-
bus parentibus ſuis tantam reverentiam quantam pri-
vatus exhibuit. Eratque haud ſecus rei ſuæ quàm in
privata domo [2] parcus ac diligens, pro inſtituto patris
volens agere, dicere, cogitare. [3] Adriano Bajis abſum- 6
pto, [4] quum Pius ad vehendas ejus reliquias eſſet pro-
fectus, [5] relictus Romæ, avo juſta implevit: [6] & gla-
diato-

1 *Omnibus parentibus ſuis tantam rever.*] Hem! *omnibus*? tam multos igitur habuit Marcus parentes? Atqui patre qui genuerat pridem extincto, duos ſolos habuit parentis reverentia colendos, patrem Pium, & Hadrianum avum. mater & avi paternus ac maternus fato jam conceſſerant. Quinam igitur iſti tot parentes? Si γνησίους quæris præter quos diximus, nulli erant: ſed nego vocem *parentis* ex uſu veterum Romanorum debere heic accipi: verùm planè quomodo in idiotiſmo Gallico, Hiſpanico etiam & Italico, pro quibuſcunque ſanguine vel affinitate junctis uſurpatur. ſic & alibi horum librorum ſæpe capitur. idem auctor in Maximino juniore: *Quum grammatico daretur, quædam parens ſua libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis ſcriptos.* Lampridius in Alexandro Severo: *Amicos & parentes Alexander ſi malos reperit, aut punivit; aut ſi vetus vel amicitia vel neceſſitudo non ſivit puniri, dimiſit à ſe.* Ambroſius de obitu fratris, loquens de illius virginali verecundia: *Si fortè, ait, aliquam ſubitò veniens offendiſſet parentem, velut depreſſus, rarus attollere os.* Sic accipiendum apud Vopiſcum in Aureliano & Probo: apud Gregorium verò Turonenſem & inferioris ævi ſcriptores, locis innumeris. Videor & apud Zenonem Veronenſem Latinorum patrum elegantiſſimum, qui circa Deciorum tempora ſcribebat, hanc vocem iſta notione obſervaſſe: nam in ſermone de Lazaro ſuſcitato ita ſcribit: *Poſt quatriduum Lazari lingua movetur, manus officio præparantur, oculi ſuis in orbibus currunt, veſtigia greſſibus explicantur, auribus renovatur auditus: acies dirigitur in parentes: cognitio redivivis obtutibus numeratur.* niſi diſcedit Zeno à narratione Euangeliſtæ Johannis, *parentes* Lazari appellavit Mariam & Mattham ejus ſorores.

2 *Parcus ac diligens.*] Dio de Marco, οἰκονομικώτατος εἰς ἀνθρώπους ἦν.

4 *Cùm Pius ad vehendas ejus reliquias eſſet profectus.*] Hadrianus cùm poſtremùm Roma proficiſcens Bajas peteret, Pium ad imperandum reliquit in Urbe. ſed cùm remediis nihil proficeret, finem adeſſe ſibi intelligens, Antoninum accerſiit, ut in ejus conſpectu moreretur: quod & factum eſſe ſcribit Spartianus: Capitolinus alios heic auctores ſequitur.

SALMASIUS.

3 *Hadriano Bajis abſumpto.*] *Bajas* in veteri Palatino ſcribendum: *apud Bajas.* ſic in Hadriano: *in conſpectu ejus apud ipſas Bajas periit.* Capitolinus in Antonino: *ſed Hadriano apud Bajas mortuo.* Aurelius Victor Scothi: *neque multo poſt tabe apud Bajas interiit.*

6 *Et gladiatorum quaſi privatus quæſtor.*] *Et gladiatorium quaſi privatus quæſtor edidit munus.* ita legendum ex veteri codice.

GRUTERUS.

4 *Cum Pius ad advehendas ejus reliquias.*] Sic Pal. ut appareat ea ſyllaba abſorpta, ſcriptum ſolummodo, *ad vehendas.*

CASAUBONUS.

5 *Relictus Romæ avo juſta implevit.*] Si de Hadriano intelligit, cui per adoptionem nepos Marcus, mirum eſt, cur dicatur Marcus juſta illi impleviſ-

ſe,

diatorium, quaſi privatus quæſtor, edidit munus. Poſt exceſſum Adriani ſtatim Pius per uxorem ſuam Marcum ſciſcitatus eſt: [1] & quum diſſolutis ſponſalibus,

ſe, quaſi privatus quæſtor. Deinde conſtat mortuo Hadriano funus factum eſſe primùm Puteolis; deinde autem Romæ, poſtquam eò advectæ ipſius reliquiæ. An igitur avum hic accipere debemus Annium Verum paternum Hadriani avum, cui paullo antè mortuo, juſta nondum implevisset?

1 *Et quum diſſolutis ſponſalibus, quæ cum Lucii Ceionii filia deſpondere voluerat.*] Jam antè diximus librariorum improbitatem eximiè graſſatam eſſe in hoc libro. cujus rei inſigne argumentum locus hic præbet, corruptus inſigniter. quo enim referemus verbum *voluerat*? lege totam periodum: invenies nullam vocem cui innitatur hoc verbum. ſed age, vitium codicis etiam Capitolino teſte probemus. Integram ſententiam editiones omnes, quibus non meliores ſunt membranæ, ita concipiunt: *& quum diſſolutis ſponſalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia deſpondere voluerat impar adhuc ætate eſſet, habita deliberatione cogitare ſe velle dixit.* quæro quis ille ſit de quo hæc verba, *impar adhuc ætati* (vel potius *ætate*: nam ita ſcribendum) *eſſet*, dicantur? omnino, ut hæc ſcriptura eſt, vel de Marco illa accipienda, vel de filia Lucii. atqui falſum utrumque: de neutro enim illorum ſentiebat Capitolinus cum ea poneret; ſed de Vero qui cum Marco imperavit. Audiamus ipſius teſtimonium: ſcribit enim in illius vita: *Ab Hadriano Aurelio datus eſt adoptandus ea lege, ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data eſt Marco idcirco, quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in Marci vita expoſuimus.* Vides non laudari ſolum iſtum locum: ſed iiſdem verbis repetitis, ejus ſententiam indicari. Cùm igitur in hodiernis codicibus nulla hoc loco mentio facta Veri inveniatur: conſtat liquidò vulnus illis eſſe impoſitum, & voces aliquot ademtas. Deeſſe verò unum aut alterum vocabulum, acutus lector facile concedet nobis, ſi obſervaverit, quod res arguit manifeſtiſſimè, binorum ſponſaliorum heic fuiſſe factam mentionem: Marci cum Lucii filia, & Veri cum Pii filia Fauſtina. utraque Hadrianus fieri voluerat juſſeratque: & tamen utraque poſt ejus obitum diſſoluta voluntate Pii: qui ne temere patris voluntatem videretur irritam feciſſe, hanc cauſſam facto prætexuit, quòd Verus filiæ ſuæ nuptiis impar adhuc ætate eſſet. His poſitis nemo cui rite cor ſaliat negaverit, mutilum locum & conclamatum in priſtinam ſententiam his aut ſimilibus verbis eſſe reſtituendum. *& quum diſſolutis ſponſalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia* [*contrahere illam Hadrianus voluerat, Fauſtina illi offerretur, quod Verus, cui eam Hadrianus*] *deſpondere voluerat, impar adhuc ætate eſſet, de eo habita deliberatione cogitare velle ſe dixit.* Audebo dicere, dextro Apolline manus interfecto loco à nobis admotas. nam membranæ nihil aliud niſi mendæ vetuſtatem arguunt. erat in iis & veteribus editis, *de habita delib.* ſcripſimus, *de eo habita del.* En igitur, Lector, ejus depravationis illuſtre exemplum, quam in antiquis ſcriptoribus tot locis deprehendimus: cum duarum periodorum ſimilis ſententiæ, & ſimilium verborum, aut eorundem, altera ab oſcitante librario prætermiſſa eſt. nec minùs illuſtre exemplum eſt, quod ſuperiori ſubjiciemus, quia eodem fere tempore utrumque nobis obſervatum: neque ullum eſt ad bene merendum de literis aut tempus alienum, aut locus. Extat Leonidæ optimi poëtæ inter Græcos epigrammatarios, venuſtum epi-

epigramma Ἀνθολογίας libro primo, titulo εἰς θεούς: quo Mercurius inducitur de leonina ſocietate conquerens, quæ ſibi cum Hercule intercedebat, ambos ruſticus aliquis συνναοὺς fecerat, ut in eadem ædicula ſimul ambos coleret: vel fortaſſe etiam in ſimulacro eodem: qualia fuiſſe ſcimus Hermeraclarum. queritur igitur Mercurius de hac ſocietate: cum ſemper omnia quæ ambobus ponerentur, ſolus ille ἀδδηφάγος Hercules voraret. Ait inter cætera,

> Ἄμφω μὲν θνητοῖς εὐάγροι. ἀλλὰ ποθ' αὐτῆς,
> Αὐτῷ μοι τεθεὶς ἀγχαδὰς ἐσκέκαφεν.

hæc nullo modo cohærent. neque fuerit unquam aliquis adeò ſubtilis, qui hos duos verſus rectè continuari mihi probet. ſcimus quid Brodæus, Auratus, aliique eruditiſſimi viri tentarint: quorum emendationes diſſimulando potius morbo faciant, quam ſanando: quanquam nihil video proferri, in quo jure aliquis acquieſcat. Nos autem non dubitamus, idem genus mendæ hic commiſſum, atque in ſuperiore Capitolini loco. duos nempe verſus imperitus librarius, propter aliquam vocum ſimilitudinem, prætermiſit. Sententiam poetæ, ſi minus ipſa verba, hoc modo reſtituimus:

> Ἄμφω μὲν θνητοῖς εὐάγροι, ἀλλὰ ποθ' αὐτῆς
> Ἀνίκοι, ἀρπαλέης κεῖνος τοῦδε βίης.
> Ὅσσας γὰρ κοινῇ τις παρθῇ τοῖς δυσὶν ἄγρας,
> Αὐτῷ οἱ τεθεὶς ἀγχαδὰ ἐσκέκαφεν.

aliud agens librarius à voce αὐτῆς ad vocem ἄγρας ſimilibus locis poſitas tranſilijt, & integros duos verſus prætervolavit. Sententia non minus aperta quàm apta. Ad ferendam opem mortalibus, ait Mercurius, convenit facile noſtra amborum voluntas: cæterùm nobis inter nos parum convenit, propter rapinas hujus & violentiam: nam quicquid in commune ambobus aliquis appoſuerit, id omne ille ſibi apponit ac vorat. αὐτῷ οἱ, aut ſi vis αὐτῷ σοι, poeticum pro ἑαυτῷ. Homerus ſæpe. οἱ αὐτῷ profecto aut hæc ipſa, aut non multum ab his diverſa ſcripſerat poeta.

SALMASIUS.

1 *Et quum diſſolutis ſponſalibus.*] Peſſime de hoc auctore meriti ſunt, qui locum iſtum ad hunc quo legitur hodie modum, interpolaverunt. quod hominibus illis ſollemne eſt qui ut quæque in ſcriptoribus non intelligunt, ſtatim mutant & interpolant. proferamus igitur primum ſcripturam Palatini, cui & ex parte conſentit editio Mediolani cuſa, tum quid nos ex ea conjecturæ eliciamus, aperiemus. ſic igitur ille codex optimus ſcriptum habet: *& cum diſſ. lutis ſponſalibus quæ cum Lucii Cejonii Commodi deſponderi voluerat, impari adhuc ætate, habita deliberatione velle ſe dixit.* quam hæc ſunt diverſa ab editis, ſententiam non minus diverſam efficiunt. nam de filia Cejonii heic ne verbum quidem, & miror unde illa in hos libros irrepſit, cujus alta eſt vel oblivio & ſilentium apud alios auctores. ſed ipſe Capitolinus in vita Veri, cum hujus loci mentionem faceret, ſic ſcripſit: *ab Hadriano Aurelio datus eſt adop andus ea lege ut filiam Pii Verus acciperet, quæ data eſt Marco idcirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, ut in vita Marci diximus.* Hoc loco quem in manibus jam habemus, id ſcilicet dixit, quod diſſimulabat tamen egregie edita lectio. Videamus igitur quemadmodum poterit conſtitui totus hic locus ad ſcripturæ veteris inſtar, ut non ſibi ipſi diſconveniat Capitolinus & ratio hiſtoriæ conſtet. ita legimus: *poſt exceſſum Hadriani ſtatim Pius per uxorem ſuam Marcum ſciſcitatus eſt, & cum diſſolutis ſponſalibus quæ cum Lucio Commodo deſponderi voluerat, impari adhuc ætate, habita deliberatione, velle ſe dixit.* Nihil omnino nobis permiſimus licentiæ, nec tantillum diſceſſimus à veſtigiis veteris libri. & hic

bus, quæ cum Lucii Cejonii [1] Commodi filia deſponderi voluerat, impar adhuc ætati eſſet, habita deliberatione cogitare velle ſe dixit. His ita geſtis, [2] adhuc quæſtorem & [3] conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit: [4] & ſevirum turmis equitum Romanorum jam conſulem deſignatum creavit: & edenti cum collegis ludos ſevirales adſedit, & in Tiberianam domum tranſgredi juſſit, & aulico faſtigio renitentem ornavit, & in collegia ſacerdotum jubente ſenatu recepit, ſecundùm etiam conſulem deſignavit, quum ipſe quartùm pariter iniret: Per eadem tempora [5] quum tantis honoribus occuparetur, & quum formandus ad regendum ſtatum reipub. patris actibus intereſſet, ſtudia cupidiſſimè frequentavit. Poſt hæc Fauſtinam duxit uxorem, & ſuſcepta filia, tribunitia poteſtate donatus eſt, atque

horum verborum ſenſus eſt: Verus qui Lucius Commodus erat priuſquam à Marco adoptatus eſt, quum ab Hadriano Aurelio datus eſſet adoptandus, & ea quidem lege ut Pii filiam Lucius Commodus acciperet, cum mortuo Hadriano impar ætate videretur ad hoc matrimonium, data eſt Pii filia Marco quam Hadrianus Vero dari voluerat. ita igitur hæc procedunt: poſt exceſſum Hadriani Pius per uxorem ſuam Marcum ſciſcitatus eſt, & eum habita deliberatione velle ſe dixit, diſſolutis ſponſalibus quæ cum Lucio Commodo deſponderi voluerat, Hadrianus ſcilicet, poſt cujus mortem hæc fiunt præter ipſius voluntatem. ut exploraret voluntatem Marci, Pius per uxorem eum tentavit quid animi haberet de hac conditione, & eum velle ſe dixit potius quam Verum cujus erat impar ætas ad hoc matrimonium. *eum velle ſe dixit*, generum ſcilicet, & ita infra locutus eſt.

GRUTERUS.

1 *Commodi filia deſponderi voluerat, impar adhuc ætati eſſet, habita deliberatione cogitare, &c.*] Locus verè interfectus. Palatinus Codex non agnoſcit vocem *filia*, habetque *impari adhuc ætati*, excluditque præterea verbum *cogitare*. videantur notæ Caſauboni noſtri.

CASAUBONUS.

2 *Adhuc quæſtorem.*] Hoc notat, quia contra veterem diſciplinam: cùm neque magiſtratus continuare fas eſſet: neque à quæſtura ad conſulatum aſcenderetur, ſed ad præturam.

3 *Conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit.*] Cùm quidem Pius tertium, Marcus primum conſulatum unà egerunt.

4 *Et ſevirum turmis equitum Ro.*] Inſcriptio vetus, VI. VIRO. EQUIT. ROMAN. TURM. & cum adſcripto turmæ numero. Lapis alius: VI. VIR. EQUIT. ROM. TURMÆ. PRIMÆ. Erant ſeviri diſtincti in ſeniores & juniores: quod ex aliis lapidibus cognoſcimus.

5 *Quum tantis honoribus occuparetur.*] Malim ſcribi, *oneribus*: ut jam antè indicavimus.

[1] atque imperio extra urbem proconſulari [2] addito jure quin-

SALMASIUS.

1 *Atque imperio extra urbem Proconſulari.*] Vana illa adjectio *extra urbem.* nam imperium Proconſulare extra urbem tantum fuit: intra urbem nullum Proconſulis imperium. ideoque aliis locis hoc non addunt. ſupra in Antonino Pio: *factusque eſt patri & in imperio Proconſulari, & in tribunitia poteſtate collega.* & ita alibi paſſim apud alios. Auguſtus non contentus perpetua dictatura, omnium populi Romani magiſtratuum, & qui intra urbem, & qui extra urbem imperium haberent, titulis & inſignibus ornari & muniri voluit. inter quæ non omiſit proconſulare imperium. quod poſtea ſequentes imperatores etiam uſurparunt, quibus ſemper honoris gratia proconſulare imperium delatum eſt, & tam Cæſaribus quam Auguſtis, ſolebat dari. Tacitus lib. 1. Annal. *At Germanico Cæſari proconſulare imperium petivit, miſsique legati qui deferrent.* ſed hæc nota ſunt. Joſephus Scaliger in epiſtolis inter poſtuma ejus publicatis neſcire ſe fatetur quare Severus, filius ejus Caracalla, Antoninus Heliogabalus, Alexander Mammeæ, Macrinus, Aurelianus ſæpiſſime in veteribus inſcriptionibus Proconſules vocentur. rem tamen non valde obſcuram nec nimium ſcitu difficilem vir ſummus ignoraſſe videtur. nam ab hoc imperio proconſulari quod ipſis à Senatu deferebatur, proconſules dicti. itaque hoc imperium proconſulare quo donabantur Auguſti, proconſulatus honorem vocat Capitolinus in Vero: *dato igitur imperio & indulta Tribunitia poteſtate, proconſulatus etiam honore delato Verum vocari præcipit.* quibus igitur hic proconſulatus honos delatus, non mirum & eos proconſules fuiſſe appellatos. & iſtum quidem proconſulis titulum ex Imperatoribus ante Antoninum Pium qui uſurparit, neminem invenio: etſi omnes jam inde ab Auguſto imperio proconſulari donati ſint falſiſſimum vero quod alius vir magnus ſcripſit, in veteribus inſcriptionibus ſex tantum inveniri, qui proconſules nominentur, & Severo quidem antiquiorem nullum ita nominari. Nam & Marcus Antoninus, & Commodus, & Verus, & Gordianus, & Valerianus & Gallienus & reliqui omnes ita paſſim in veteribus ſaxis inſcribuntur. tantum abeſt ut ante Severum non reperiantur qui hoc nomen uſurparint, aut non plures quam ſex fuerint, quibus hic titulus in antiquis operum epigrammatis adſcribatur. proconſules autem dictos imperatores quibus imperium proconſulare delatum eſſet, adeo dubitatione caret, ut mirer fuiſſe qui hoc mirati ſint. in Dionis fragmentis ab Urſino editis de Heliogabalo: καὶ ἐν μὲν τῇ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπιστολῇ, τῷ τε πρὸς δῆμον γράμματι καὶ αὐτοκράτορα καὶ Καίσαρα, τοῦ τε Αντωνίνου υἱὸν, καὶ τοῦ Σευήρου ἔγγονον, εὐσεβῆ τε καὶ εὐτυχῆ καὶ αὔγουστον καὶ ἀνθύπατον τήν τε ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἔχοντα αὑτὸν ἐνέγραψεν. Proconſules igitur Auguſti, quibus jus & imperium proconſulare dabatur: non ut quidam magiſter nobis perſuadere voluit, in notis ad Tertulliani Pallium, principes dictos eſſe proconſules iis annis quibus alii ſuffecti eis conſules. quo nihil abſurdius dici aut fingi potuit. ut proconſules autem Auguſti ab illo proconſulari jure, ſic iis quos proconſules in provincias populi ſortito mittebat ſenatus, jus proconſulare accipere dicebantur à ſenatu. Trebellius in Triginta tyrannis: *ſimul etiam Gallieni factum, qui quum Theodoto vellet imperium proconſulare decernere, à ſacerdotibus eſt prohibitus, qui dixerunt faſces conſulares ingredi Alexandriam non licere.* ſic jus prætorium decerni dicebatur præſidibus, qui prætores vel pro prætore provincias erant adminiſtra-

re quintæ relationis : tantumque apud Pium valuit ut nunquam quenquam ſine eo facilè promoverit. [1] Erat autem in ſummis obſequiis patris Marcus, quamvis non deeſſent qui aliqua adverſum eum inſuſurrarent, [2] & præ cæteris [3] Valerius Omulus : qui quum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem ſimulacrum Apollinis vidiſſet, inſuſurravit [4] *Illa nunc rogat ut diem tuum claudas, & filius imperet.* quod omnino apud Pium nihil valuit : tanta erat Marci probitas, & [5] tanta in imperatorio principatu modeſtia.
7 [6] Æſtimationis autem tantam curam habuit, [7] ut & procuratores ſuos puer ſemper moneret nequid arrogantiùs facerent, [8] & hereditates delatas reddens proxi-

ſtraturi. Vopiſcus in Probo de ſenatu : *proconſules crearent, legatos proconſulibus darent, præſidibus in prætorium darent.* de quo dicturi ſumus ad illum locum.

CASAUBONUS.

2 *Addito jure quintæ relationis.*] De hoc jure diximus ad Suetonium libro primo, cap. xx.

1 *Erat autem in ſummis obſequiis patris Marcus.*] Loquendi genus inſolens, *eſſe in obſequiis ſummis alicujus* : cui nonnihil affine, quod apud Luciferum obſervabamus, *repræſentare ſe alicui in obſequiis* : in libro, De non parcendo in Deum delinquentibus : *Nam quia dicis debere nos tibi obſequia, ſcito quia non tibi ſoli, ſed & omnibus nos in ſublimitate degentibus repræſentandi iis eſſe novimus debitores.* ſic ſcribo, non *repræſentantibus* : quod exponi non videtur poſſe. ita dictum, ut *eſſe in amore alicujus*, & *imperare in amore omnium*, quomodo loquitur alibi Capitolinus.

3 *Valerius Omulus.*] Vel *Omollus.* vide ad Pium.

4 *Illa nunc rogat, ut diem tuum claudas.*] Apud tyrannos & vota crimina ſunt. Oenanthe Agathoclis apud Polybium plena irarum exclamat libro xv. καλῶς ὑμᾶς γενέσθαι, διότι καὶ φρονεῖτε ὑμῖν συμφέροντα, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἄνδρωθε τοῖς ἐγχειρισθεῖσιν καθ' ἡμῶν. & Caligula *opinans ſibi exules ſuos mortem imprecari, miſit circum inſulas, qui univerſos contrucidarent*, ait Suetonius.

5 *Tanta in imperatorio principatu modeſtia.*] Atqui nondum imperator erat Marcus, ſed ſolùm Cæſar : verum ita locutus, quòd jam tum futuri imperii certam in ſpem venerat. Sed alii libri pro *principatu* ſcribunt *participatu* : quæ vox & alibi in his libris extat.

6 *Æſtimationis autem.*] Melius libri, *Exiſtimationis.*

7 *Ut & procuratores ſuos ſemper moneret.*] Trajectio eſt in verbis commiſſa : nam ita accipiendum : *ut & puer procuratores ſ.*

GRUTERUS.

2 *Et præ cæteris Valerius Omulus.*] Pal. *Omullus*, fortaſſe melius.

6 *Exiſtimationis autem tantam curam habuit.*] Eſt à Palatino noſtro. nam prius editi, *Æſtimationis*, quod heic minus quadrare, judicatum & ab aliis.

SALMASIUS.

8 *Et hereditates delatas reddens proximis aliquando reſpuerit.*] Immo potius debuit :

proximis aliquando reſpuerit: denique per viginti & tres annos in domo patris ita verſatus, ut ejus quotidie amor creſceret: [1]nec præter duas noctes per tot annos ab eo manſit diverſis vicibus. Ob hoc Antoninus Pius quum ſibi adeſſe finem vitæ videret, vocatis amicis & præfectis, ut ſucceſſorem eum imperii omnibus commendavit atque firmavit, [2]ſtatimque ſigno Æquanimitatis tribuno dato, Fortunam auream quæ in cubiculo ſolebat eſſe, ad Marci cubiculum tranſire juſſit. Bonorum maternorum partem [3]Mummio Qua-

debuit: *& hereditates delatas reſpuens proximis aliquando reddiderit.* Hoc enim vult, Marcum ſibi delatas hereditates reſpuiſſe & proximis reddidiſſe.

1 *Nec præter duas noctes ab eo manſit diverſis vicibus.*] Non audio virum doctiſſimum emendantem: *ab eo emanſit.* nam eundem ſenſum præſtat lectio vulgata, *ab aliquo manere*, eſt amanere, nam id amanere proprie ſignificat, nempe ἀποκοιτεῖν. Gloſſæ veteres; *amanſit*, ἀποκεκοίτηκεν. & alibi; ἀποκοιτῶ, *amaneo.* igitur, *manere ab aliquo*, eſt amanere. dicebant etiam *emanere* & *eminere* pro eodem. eædem gloſſæ: *eminens*, ἀπόκοιτος. ληστής. *emanſiones*, ἐγκοιτασμοὶ, ἀπόκοιτοι. ubi nota emanſiones ἀποκοίτους exponi. *emanſiones* igitur pro emanſores. ut *rebellio* pro rebelli. *emanſio*, παννυχισμός. & *emanere* παννυχίζειν. quod valde obſervatum velim. pervigilia enim emanſiones dicebantur, quod qui pervigiliis alicujus dei operabantur, domo ſecubabant & emanebant, vel amanebant. nam *manere* pro cubare dicebant. hinc amanere & emanere eſt ſecubare. Seneca lib. III. de benef. cap. XV. *quam invenies tam miſeram, tam ſordidam, ut illi ſatis ſit unum adulterorum par? niſi ſingulis diviſit horis, & non ſufficit dies omnibus? niſi apud alium geſtata eſt, apud alium manſit?* quem locum male ſollicitant quidam, alii male interpretantur. manere apud aliquem eſt cubare. apud Suetonium: *apud aliquem ex amicis manſit.* idem in Octavio: *matutina vigilia offendebatur: ac ſi vel officii vel ſacri cauſa maturius evigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuſcumque domeſticorum cœnaculo manebat.* id eſt cubabat. idem in eadem vita: *ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo æſtate & hyeme manſit.* id eſt cubavit. in Seneca igitur, *apud alium manſit*, non eſt cœnæ tempore manſit; ſed per noctem fuit, & cubavit. τῷ *apud aliquem manere* contrarium eſt; *ab aliquo manere*, quod heic habemus.

2 *Statimque ſigno Æquanimitatis dato.*] Ita ſupra loquutus in Antonino: *ſignum tribuno æquanimitatis dedit.* ubi vide quæ notamus.

CASAUBONUS.

1 *Nec præter duas noctes ab eo manſit.*] Scribe *emanſit*: tranſlatum à militari diſciplina. Notum qui dicantur emanſores in jure. idem eſt *decubare* apud A. Gellium libro X. cap. XV.

3 *Mummio Quadrato.*] Scripti, *Muninio.* ſcribendum, *Numidio*, aut *Numio.*

GRUTERUS.

3 *Mummio Quadrato ſororis filio.*] Haud aliter idem noſter Palatinus.

1 *Im-*

Quadrato ſororis filio (quia illa jam mortua erat) tradidit. Poſt exceſſum divi Pii à ſenatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in imperio deſignavit: quem *Lucium Aurelium Verum Commodum* appellavit, Cæſaremque atque Auguſtum dixit, atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere. Tuncque primum Romanum [1] imperium [2] duos Auguſtos habere cœpit * lictum cum alio participaſſet. [3] Antonini mox ipſe nomen recepit. & quaſi pater L. Com-

1 *Imperium duos Auguſtos habere cœpit * lictum cum alio, &c.*] Iſthæc ita ſcribuntur in Pal. integro, tamquam nihil deſit. qui excerpta continet, non habet illud *lictum cum alio, &c.* ut ſuſpicio ſuboriri poſſet à margine irrepſiſſe in contextum, quamvis mutilum.

SALMASIUS.

2 *Duos Auguſtos habere cœpit lictum cum alio participaſſet.*] Et hic locus unus eſt de depoſitis ac deſperatis. cui nec ab ingenio, nec à libris potuit ſubveniri. ſic enim habent omnes, abſque ulla vitii vel defectus ſuſpicione. ſed cum tentare nihil noceat, nec pejorem in ſtatum opera noſtra quamtumvis mala malignaque ſalus ejus poni queat, videamus an ita legendo in meliorem poſſit reſtitui: *Tuncque primum Romanum imperium duos Auguſtos habere cœpit. id quum cum alio participaſſet, Antonini mox ipſe nomen recepit.* id, nempe imperium. nam poſt participatum ſtatim imperium, Marcus qui Verus prius vocabatur, Antonini nomen recepit. nec movere quemquam debet concurſus duarum vocum *cum cum*, in diverſa ſignificatione. ſic enim alibi uſus eſt Spartianus. in Hadriano: *ad deprehendendas obſonatorum fraudes quum cum pluribus ſummatibus paſceret.* quod etiam illi loco corrumpendo anſam præbuit, ut ibi obſervabamus. non ſimiliorem veri, ſi minus veram, puto excogitari poſſe lectionem, immo veram omnino eſſe cenſeo.

CASAUBONUS.

2 *Duos Auguſtos habere cœpit . . . . . . lictum cum alio participaſſet.*] Deſunt paucula verba. Sententiam expleveris, ſi ſcribas, *cùm id nemo ante iſtum cum alio participaſſet.* vel hoc modo, *cùm antea nemo ſibi relictum cum alio participaſſet.*

3 *Antonini mox ipſe nomen recepit.*] Antoninus cognomen fuit Arriæ gentis. Pius Auguſtorum primus id geſſit: initiò quidem ut cognomen: cum adoptatus fuiſſet a T. Arrio Antonino avo materno. ſed quod prius illi cognomen erat, accedente Pii cognomine factum eſt nomen: dictus eſt enim T. ANTONINUS PIUS. Sic accipiendum quod ait in Diadumeno Lampridius: *Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii.* nam hoc niſi dextrè interpreteris, falſiſſimum eſt. A Pio tranſiit eadem appellatio ad Marcum: qui non quaſi cognomine, ſed ut vero nomine dictus eſt MARCUS ANTONINUS. Quare ſcribit Lampridius: *Marcus verum nomen Veriſſimi habuit: ſed hoc ſublato atque abolito, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit.* in Marco cœpit hæc appellatio velut ſymbolum eſſe imperii: quòd imperium cùm ipſe communicaſſet Vero, etiam hoc nomen illi detulit, ut ſubjicit ſtatim Capitolinus. & Lampridius quoque non prænomen, ſed nomen Antonini ab

illo

L. Commodi eſſet, [1] & Verum eum appellavit, addito Antonini nomine: filiamque ſuam Lucillam fratri deſpondit. [2] Ob hanc conjunctionem [3] pueros & puellas

illo acceptum admonet. Poſteriores verò imperatores ad Maximinum uſque, prænomine hoc uſi tanquam omnibus Auguſtis debito: qua de re præclarè diſſerit apud populum Ro. Alexander Severus, referente Lampridio. Ita vides appellationem eandem pro cognomine, nomine, & prænomine diverſis temporibus habitam. Quod ſemel dictum voluimus: quia multa ſparſim hi ſcriptores ſuper ea re, parum perſpicue, & indigeſte.

1 *Et Verum eum appellavit.*] Dele τὸ *&c.* Ait Marcum ſimul cum communicato imperio Veri nomen fratri Lucio communicaſſe. Nos ſcimus etiam ante adoptionem, nedum ante imperii participatum, hunc Veri nomen habuiſſe: quo & pater ejus adhuc privatus fuit nominatus. Scribit tamen idem auctor in ejus vita, *ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus appellatus eſt.* & iterum ibidem, *Verum vocari præcepit, ſuum in illum transferens nomen.* Video nec video qui rectè iſta capiam.

SALMASIUS.

1 *Et Verum eum appellavit.*] Videre ſe negat vir eruditiſſimus qui recte iſta capiat: nam Lucium Commodum ante participationem imperii & adoptionem, etiam Veri nomen habuiſſe, quod habuit & pater ejus etiam privatus. Verum quidem hoc eſt. ſed tamen hic ejus filius Lucius Commodus non ante appellatus eſt Verus quam adoptaretur à Marco & particeps imperii fieret, qui Lucii Commodi nominibus antea tantum cenſebatur. ideoque Capitolinus hoc diligenter obſervavit, ut Lucium Commodum ſemper vocaret, cum ejus meminit ante adoptionem: poſt vero, ut in ſequentibus, non jam Lucium Commodum ſed Verum appellat. ſed præter ipſum Capitolinum qui id confirmat in vita Veri, en tibi teſtem exceptione majorem, quique illis temporibus vixit, & duobus Auguſtis acceptiſſimus notiſſimuſque fuit. is eſt Galenus in commentario περὶ ἰδίων βιβλίων· ἐλπίζων δὲ τεύξεσθαι παραιτήσεως, ἥκουον γὰρ εἶναι τὸν ἕτερον αὐτῶν πρεσβύτερον εὐγνώμονά τε καὶ μέτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾷον, ὃς ἐκαλεῖτο μὲν ἐξ ἀρχῆς Βῆρος, ἐπεὶ δ' Ἀντωνῖνος ὁ μετὰ τὸν Ἀδριανὸν ἄρξας διάδοχον αὐτὸν ἔθετο τῆς ἀρχῆς, τὸν μὲν ἔμπροσθεν ὀνομαζόμενον Λούκιον κοινωνὸν ἐποιήσατο, καλέσας Βῆρον, ἑαυτὸν δὲ μετωνόμασεν Ἀντωνῖνον. Satin hæc aperte ſignificant Lucium non prius Verum fuiſſe appellatum quam adoptaretur à Marco & imperii particeps renuntiaretur? Nec mirum à principio Veri nomen habuiſſe hunc Lucium, etſi patrem haberet Verum nomine. ſic enim & ipſe Marcus, Annii Veri filius, Veri nomen poſt virilem demum togam accepit, cum principio ætatis ſuæ proavi materni Catilii Severi nomen haberet, & Catilius vocaretur.

2 *Ob hanc conjunctionem.*] Sic infra conjunctionem vocat, in vita Veri: *igitur Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus, qui ex Adriani voluntate Ælius appellatus eſt, ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus.*

CASAUBONUS.

3 *Pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni aſcribi juſſit.*] Minus rectè in membranis *præceptioni.* rectè *perceptioni.* familiare verbum juris auctoribus, & Symmacho, aliiſque. Secuti in hac re ſunt Divi fratres exempla Trajani, Hadriani, & Pii: qui beneficium frumentationis novis

novis conſtitutionibus ampliarunt. Sed qui ſunt iſti *novi homines*, quorum pueri tunc primum perceptioni frumentariæ aſcripti? Nam viro eruditiſſimo qui de Chriſtianis palam ad frumentationem ab Antonino vocatis, vult accipi, verant multa ne aſſentiamur: cum præſertim neque veterum hoc quiſquam dixerit; neque probabile ſit Tertullianum, ut de aliis taceamus, hoc fuiſſe prætermiſſurum: qui diverſis ſuorum ſcriptorum locis laborat manifeſto, ut probet optimum quemque priorum principum cum Chriſtianis mitius egiſſe. Quis credat ſi tale quid à Marco fuiſſet aliquando præſtitum, tam nobile exemplum ſuis principibus virum acerrimum non fuiſſe propoſiturum? Sed ne illa quidem Abercii Acta quæ proferuntur, quicquam video continere, unde huic tanto paradoxo fides poſſit adſtrui. Atqui conſtat infelicem hoc uno Marcum non ſolum fuiſſe alienum ab iis qui Chriſto dixiſſent ſacramento; ſed & exquiſitiſſimis ſæpe ſuppliciis in eos ſæviſſe, ut narrat Euſebius. Mitto quòd *novos homines* appellari novæ religionis homines, inſolens Latinis auribus. Quare eos potius interpretemur, qui recens ex lege Pii civitatem nacti, cives quidem erant, ſed conditionis deterioris quam alii ab antiquo cives Ro. Sic alibi invenias duo civium genera, veterum & novorum. neque eſt quiſquam rerum Ro peritus quin ſciat, novorum quàm veterum civium conditionem fuiſſe in multis duriorem: quod vel hic unicus Plinii locus arguit e libro Panegyrico: ubi de tributo vigeſimæ verba faciens, ita ſcribit. *Hæc manſuetudo legis veteribus civibus ſervabatur: novi ſeu per Latium in civitatem, ſeu beneficio principis veniſſent, niſi ſimul cognationis jura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus conjunctiſſimi fuerant.* Si in exigendis vectigalibus diſcreta fuerunt novorum & veterum civium jura: dubitabimus & in perceptione frumentaria veteribus potius quàm novitiis & aſcriptitiis civibus fuiſſe conſultum? Vera igitur cauſſa hujus liberalitatis ea fuit, quam notat Capitolinus: ob conjunctionem Lucillæ Marci filiæ, & Veri Antonini. qua occaſione ſolitam provocari liberalitatem principum nemo ignorat. *Novi* verò *homines*, appellantur ea pars urbanorum civium quam diximus; non autem Chriſtiani Hieropolitani Abercii cives; quibus ſi quæ fuerunt à Marco attributa alimenta, ut etiam in Græcorum martyrologiis legimus; non ut in Chriſtianos ea liberalitas fuit collata: ſed quomodo ſoliti ſæpe boni principes coloniarum, municipiorum, & aliarum urbium pauperibus alimenta inſtituere: cujus liberalitatis teſtes extant hodieque multi lapides. Nec ſoli principes, ſed & privati interdum genus hoc liberalitatis uſurparunt: ut teſtatur de ſe Plinius epiſtola octava libri primi, & XVIII. libri VII.

SALMASIUS.

3 *Pueros & puellas novorum hominum.*] Satis agunt heic eruditiſſimi homines in reperiundo, qui aut quales iſti novi homines & unde genus. Mitto illorum ſententiam, qui de Chriſtianis accipiendum docuere, quæ ne refutari quidem digna eſt. quid enim aut quare novi homines heic Chriſtiani, aut cur liberet Capitolino ſic eos appellare? at vir doctiſſimus qui ultimam pæne manum impoſuit iſtorum auctorum emendationi, de novis civibus intelligendum exiſtimat, qui recens ex lege Pii cives facti quidem, ſed erant deterioris conditionis quam veterani cives. nec id admodum mihi probatur. cur enim novos homines pro novis civibus diceret? moris enim eſt Latinos ſcriptores novos homines appellare non alios quam qui ex humili loco ad ſumma evecti merito ſuo vel principum favore natalibus ſuis nihil debent. aut cur novorum potius civium pueri puellæque huic tantum alimentariæ perceptioni adſcripti?

las novorum hominum frumentariæ perceptioni aſcribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in ſenatu, pariter caſtra prætoria petiverunt, & vicena millia nummum ſingulis ob participatum imperium militibus promiſerunt, [1] & cæteris pro rata. Adriani autem ſepulcro corpus patris intulerunt [2] magnifico exe-

ſcripti? diſcrimen enim alibi notatum non reperies ex cujus generis civibus pueros aut puellas iſtas inſtituerunt imperatores. Mitto Trajanum qui primus alimenta conſtituit ejuſmodi puellis & pueris: nondum enim ſub illo genus iſtud novorum civium erat. Antoninus ſane Pius, qui & puellas alimentarias in honorem Fauſtinæ Fauſtinianas conſtituit, ex quorum hominum illas genere conſtituerit, Capitolino notandum non reliquit. Hæc igitur quærant quibus otium ſuum quærendi copiam fecit. interea me ex hoc nodo moraque quæſtionis abſolvam unius litteræ mutatione. legendum enim: *pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni aſcribi præceperunt*. Primus ut dixi Trajanus, pueros & puellas alimentarias conſtituerat. quibus liberalitatis incrementum adjecit Hadrianus. Pius etiam in honorem Fauſtinæ novas puellas aſcribi fecit, quas Fauſtinianas appellavit. Nunc Marcus & Verus ob conjunctionem & participationem imperii novorum nominum pueros & puellas aſcribi præcipiunt: cum enim darent nomina ſua qui aſcribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri puellæque ideo *novorum nominum* dicuntur, quod præter illos & illas quarum nomina jam habebantur aſcripta, quaſque jam inſtituerant priores imperatores; novi iſti, Marci & Veri juſſu aſcribebantur. Atque hæc eſt hujus loci vera lectio, quam ut prorſus non appareret, occultabat unius litteræ menda. ne igitur de novis hominibus, qui ſint, quærendis amplius laboremus.

CASAUBONUS.

1 *Et cæteris pro rata.*] Vicena millia quaſi legitimus fuit modus donativi cuique militum, prætorianorum præſertim, dari ſoliti poſt ſuſceptum imperium. at centurionibus duplum dabant: tribunis vero & præfectis alarum adhuc alterum tantum, ut ad Suetonium obſervabamus libro primo capite XXXVIII. Hoc vocat Capitolinus *pro rata*.

SALMASIUS.

2 *Magnifico exequiarum officio, mox juſtitio ſequuto.*] Quid hoc ſibi vult, ut præcedant exequiæ magnifico officio celebratæ, mox juſtitium ſequatur, & ordo funeris publice expediatur? an non & ille funeris ordo exequiæ ſunt? cur igitur heic exequiæ ſeparantur à funere ut res diverſa & diſtincta? funus, exequiæ, pompa funeris, nonne res eadem? ita quidem in plebeiis funeribus, at in imperatoriis non item. quod aperte locus hic indicat, quo neſcio an clarior & illuſtrior alius in his auctoribus reperiri poſſit. ſciendum eſt, imperatore mortuo, more reliquorum hominum, exequias ejus celebrari & corpus humo condi ſolitum. quod factum cum eſſet, juſtitium indicebatur, & pompa funeris publice explicabatur, & lecto ferebatur imago ejus cerea ad verum expreſſa, & reliqua ad conſecrationem pertinentia peragebantur, quæ apud Herodianum deſcribuntur. apud quem exemplum hujus moris illuſtre legere eſt in vita Severi. primum quidem defuncto Severo, urnam qua continebantur ejus reliquiæ, magnifico exequiarum

exequiarum officio: mox juſtitio ſequuto, publicè quoque funeris expeditus eſt ordo. Et laudavere uterque pro roſtris patrem, flaminemque ei ex affinibus, & [1] ſodales ex amiciſſimis Aurelianos creavere.
8 Adepti imperium, ita civiliter ſe ambo egerunt, ut [2] lenitatem Pii nemo deſideraret, quum eos [3] Marullus ſui temporis mimographus cavillando impunè perſtringeret. [4] Funebre munus patri dederunt. [5] Dabat ſe Mar-

rum officio παραπέμψαντες καὶ συμπομπεύσαντες ἀπέθεντο ἐν τῷ νεῷ ἔνθα Μάρκου τε καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἱερὰ μνημεῖα δείκνυται. quod huic loco plane par eſt & geminum. exequiati enim cum eſſent, & corpus Severi ſepulchro intuliſſent, tum demum ad ea quæ fuere conſecrationis, peragenda proceſſerunt, corpore inquam jam condito, quod oſtendunt hæc Herodiani verba, τὸ γὰρ σῶμα τοῦ τελευτήσαντος καταθάπτουσιν ἀνθρώπων νόμῳ, κηρῷ δὲ πλασάμενοι εἰκόνα, & cætera quæ apud illum videantur. Nam ſequebatur primum juſtitium, deinde fiebant quæ ille narrat. juſtitium autem vocat, πένθος τι μεμιγμένον ἑορτῇ καὶ θρησκείᾳ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ἀρχόμενον. abſque illo Herodiani loco eſſet, vix quiſquam mentem Capitolini aſſequeretur, aut cur exequias à funere diſtinguat, intelligeret. Nam de conſecratione quin hæc intelligenda ſint, quæ de juſtitio ſequuto, deque funeris ordine publice quoque expedito ſcribit, ne dubitandum quidem eſt. & probant ſatis ſubdita: *& laudavere uterque pro roſtris patrem, flaminemque ei ex affinibus, & ſodales ex amiciſſimis Aurelianos creavere.*

2 *Lenitatem Pii nemo deſideraret.*] Galenus vocat Marcum εὐγνώμονά τε καὶ μέτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾶον. quæ omnia lenitatem oſtendentia ſunt vocabula.

CASAVBONVS.

1 *Sodales ex amiciſſimis Aurelianos creavere.*] Servat memoriam vetus lapis. SODALI. MARCIANO. AVRELIANO.

3 *Marullus ſui temporis mimographus.*] Pro, illius temporis. ut in libro de Maximo & Balbino: *Epiſtolam ſui didi qua ſcripta eſt à Cos. ſui temporis de Pupieno & Balbino.* ſic & alibi.

4 *Funebre munus patri dederunt.*] Ludos gladiatorios: quod genus ſpectaculi propriè *munus* dixerunt. ſed & *funebre munus*, propriè. erat enim ἀγὼν ἐπιτάφιος: unde & origo ejus θέας.

5 *Dabat ſe Marcus totum & philoſophiæ.*] Sæpius jam dictum: cur repetit? & erit fortaſſe qui aliena huic loco iſta cenſeat. Ego non puto. Repetit enim ut hoc doceat nos: Marcum etiam poſtquam imperium eſſet adeptus, totum fuiſſe in philoſophiæ ſtudiis: ſaltem per initia & dum licuit: mox enim negotiorum procellis jactatum, aliis curis coactum vacare.

GRUTERUS.

2 *Ut lenitatem Pii nemo deſideraret.*] Non injucunda ſuper hac re, prompſimus ad illa Livii de Hieronymo ſuccedente patri Hieroni Siciliæ regi: *Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracuſanos, ſuccedendi tanta caritate Hieronis.* lib. XXIV. cap. 4. ubi reponendum videtur, *apud Syracuſanos ſuccedenti, tanta caritate Hieronis.*

ſe Marcus totum & philoſophiæ, amorem civium affectans. Sed interpellavit iſtam felicitatem ſecuritatemque imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ ſub illis graviſſima fuit: quæ res & multa urbis ædificia vexavit, & plurimum animalium interemit, & famem graviſſimam peperit. [1]Quæ omnia mala [2]Marcus & Verus ſua cura & præſentiâ temperarunt. [3]Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, [4]quod Vologeſus paratum ſub Pio, Marci & Veri tempore indixit, [5]fugato [6]Atidio Corneliano, qui Syriam tunc adminiſtrabat. Imminebat etiam Britannicum bellum, [7]& Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant. Et [8]adverſus Britannos quidem Calphurnius Agricola miſſus eſt, contra Cattos Aufidius Victorinus. Ad Parthicum verò bellum ſenatu conſentiente, [9]Verus frater

1 *Quæ omnia mala Marcus & Verus ſuâ curâ & præſentiâ temperarunt.*] Sic quoque Pal. non *temperavit*, ut editio princeps. præſentiæ autem meminit Capitolinus, quia ipſa mirè recreatur populus, ut pluribus probavi in Diſcurſibus meis ad Taciti lib. xv. cap. 36. f.

6 *Atidio Corneliano.*] Sic quoque Palat.

CASAUBONUS.

2 *Marcus & Verus ſua cura & præſentiâ temperarunt.*] Princeps editio, *temperavit*: de quo cogitemus. nam fortaſſe aliquid ſubeſt. *præſentia* hic, eſt favor, auxilium: βοήθεια propriè Græcis: cùm ad vocem laborantis accurrimus, & præſentes illi nos ſiſtimus, atque opem ferimus: ſic *præſentia numina* apud poëtam, id eſt, propitia: & *præſentes divi*, quorum præſentia favor eſt, ait Servius.

3 *Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum.*] Sub initia divorum fratrum. Euſebius conjicit in annum ſecundum & tertium. vide infra.

4 *Quod Vologeſus paratum ſub Pio, Marci & Veri tempore indixit.*] Σφάλμα eſt temere in hanc editionem ex alia propagatum: nam *paratum*, erat ſcribendum. Vologeſus hic filius eſt illius Vologeſi, de quo Tacitus in Annalibus. quidam è Græcis ſcribunt Οὐολόγαισος, ut Dio: alii Βολόγασος, ut Ariſtides.

5 *Fugato Atidio Corneliano.*] Malim *Atilio*. nam in antiqua inſcriptione nominatur *Atilius Cornelianus*, hujus, niſi fallor, filius.

7 *Et Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant.*] Germaniam accipe quà fuit Romanorum provincia, Rheno propior. nam & Catti, ſive Chatti populus Germaniæ.

8 *Adverſus Britannos Calphurnius Agricola miſſus eſt.*] Firmat hanc hiſtoriam unicum, quod ſciam veteris apud Britannos aræ teſtimonium, cujus inſcriptio ſervat hodieque nomen *Calphurnii Agricolæ legat: Auguſti*, ſic enim exoletam ejus lapidis ſcripturam rectè legit eruditiſſimus Camdenus: cui & hanc & omnes alias Britannicas inſcriptiones debemus.

9 *Verus frater ejus miſſus eſt.*] Sic loquitur tanquam de proconſule: non ut de

frater ejus miſſus eſt: ipſe Romæ remanſit, quòd res urbanæ imperatoris præſentiam poſtularent. Et Verum quidem Marcus Capuam uſque proſequutus, [1]amicis comitantibus à ſenatu ornavit, [2]additis officiorum

ut de eo qui pari poteſtate cum Marco imperaret. inde etiam verbum *ornavit* quo mox utitur. Notum eſt, quid ſit apud Ciceronem & Suetonium, *ornare provinciam*.

SALMASIUS.

9 *Verus frater ejus miſſus eſt.*] Brevius & concinnius Palatinus: *Verus frater eſt miſſus*. & ita ſemper fratrem vocat. infra: *poſtquam à Syria frater victor rediit*. & paulo poſt: *fratre poſt quinquennium reverſo*: & in aliis locis.

CASAUBONUS.

1 *Amicis comitantibus è ſenatu ornavit.*] *Comitantibus*, id eſt, qui Marcum Capuam uſque erant proſecuti, & comitati. vel, pro comitaturis: id eſt, qui Vero in provincia futuri erant comites & conſiliorum participes. In aliis libris hic locus aliter diſtinguitur: quòd minus probo.

2 *Additis officiorum omnium principibus.*] *Principes officiorum*, ſive *principales*, itemque *magiſtros officiorum* dixerunt, qui inter ſui ordinis homines principem locum tenent: poſterior ætas primicerios quaſi πρωτοχηρωμένας τῶν ἄλλων. Lampridius in Alagabalo, & Alexandro Severo, Symmachus, alii.

SALMASIUS.

2 *Additis officiorum omnium principibus.*] Palatinus, *principi* pro *principibus* legit mendoſe ut opinor, vel compendioſe potius. quos heic principes officiorum, alibi magiſtros vocat in Peſcennio: *quamvis ei & præfecti ſuggeſſerint & officiorum magiſtri*: in Alexandro principes aut magiſtros: *injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit, nec magiſtris quidem aut principibus officiorum*. ſingula officia Palatina habebant principes ſuos: qui & primates officii dicebantur & priores. unus tamen erat qui propriè princeps officii dicebatur tam in Palatinis officii, quam in officiis præſidum. & rectorum provinciarum. præter hos principes ſingulorum officiorum, erat magiſter officiorum qui omnibus officiis præerat, & omnium officiorum Palatinorum, & principum officiorum princeps fuit & magiſter. is in vetuſta inſcriptione dicitur magiſter omnium officiorum: FL. IVGENIO. V. C. EXPRÆFECTO. PRÆTORIO. CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORVM. OMNIVM. Corippus lib. IV.

— *mandante magiſtro*

Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum.

Idem princeps officiorum dicitur in antiquo ſaxo: NERITO. DIVI. CLAVDI. PRINCIPIS. OFFICI. IMPER. id eſt principis officiorum, non principis officii, ut cenſebat vir magnus. multum intereſt inter officii principem & officiorum. hic magiſter dicebatur, & omnia officia ſub ſe habebat: ille unius officii princeps & primus erat, nec magiſter audiebat. habebat autem hic magiſter officiorum & officium ſuum, & principatus dicebatur, & omnes qui in ejus officio apparerent, principes. itaque magiſterianus & magiſtri princeps idem eſt. in paſſione Proceſſi & Martiniani: *eodem quoque tempore nuntiatum eſt Paulino viro clariſſimo magiſtro officiorum quod Proceſſus & Martinianus magiſtriani Chriſtiani effecti eſſent*. quos autem magiſtrianos heic vocat, paulo ſupra magiſtri principes vocabat: *erant autem cuſtodientes eoſdem beatiſſimos apoſtolos milites multi, inter quos erant duo magiſtri principes Proceſſus & Martinianus*. & paulo poſt magiſtrianos prin-

ciorum omnium principibus, Sed quum Romam rediſſet Marcus, cognoviſſetque Verum apud Canuſium ægrotare, ad eum videndum contendit, ſuſceptis in ſenatu votis: quæ poſteaquam Romam rediit, audita Veri tranſmiſſione, ſtatim reddidit. Et Verus quidem poſteaquam in Syriam venit, [1] in deliciis apud Antio-

principes: *tunc baptizati ſunt beati Proceſſus & Martinianus magiſteriani principes*. Magiſteriana poteſtas dicebatur de magiſtro officiorum. in eadem paſſione: *Paulino magiſterianæ poteſtatis viro* id eſt qui magiſter officiorum erat. hinc magiſteriani & magiſtriani, & principes, qui ſub eo militabant. Græci *agentes in rebus* magiſtrianos exponunt. nam ex ſchola agentium in rebus principes mittebantur ad gubernanda officia civilium adminiſtrationum. hinc πρίγκιψ in Gloſſis legalibus exponitur ἔξαρχος τῶν παλατινῶν ταξεωτῶν. duo principes in officio Paterni proconſulis Africæ nominat actio paſſionis B. Cypriani, ubi principes, ſunt primates officii. ut corniculari, ſtratores. nam ſtratores erant illi principes quorum mentio in ea paſſione: *Venerunt ad eum duo principes, quorum unus officii Galerii Maximi Proconſulis ſtrator, & alius æque ſtrator, & à cuſtodia ejuſdem officii, qui & eum in medium eum levaverunt*. ubi perperam *equiſtrator* hodie legitur. nos ex veteri codice ſic emendavimus. paulo poſt: *& ita Cyprianus ductus ad principem & ſtratorem ejuſdem officii*. male hodie: *ſtatorem*. corrigendus etiam Pontius Diaconus in vita Cypriani: *& collectus ab adſtatore ejus officii receſſit in hoſpitium ejus*. lege: *ab ſtratore*, penes ſtratores autem cuſtodiæ reorum cura. vide Cod. Theod. tit. de cuſtodia reorum.

CASAUBONUS.

1 *In deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit.*] Verum dum fuit in Syria reſediſſe apud Daphnen, teſtatur & ſanctiſſimi Abercii hiſtoria. Quod autem in Italia Baiæ, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syria ſuburbium Antiochiæ Daphne: locus ita infamis voluptatibus, ut modeſtioribus ac frugi propè inacceſſum ſcribat Chryſoſtomus, ſermone in Babylam martyrem. εἶδεν, inquit, τὸ χωρίον ὑπὸ τῆς τῶν νέων ἀσελγείας πολιορκούμενον, καὶ κινδυνεῦον ἄβατον εἶναι τοῖς σεμνοτέροις καὶ ἐπιεικῶς βουλομένοις βιοῦν. quem locum imitans Sozomenus, τὸ προάστειον τῇ Δάφνῃ ἐπιβαίνειν τοῖς ἐπιεικέσιν αἰσχρὸν ἐνομίζετο. Natum ex eo proverbium, *Daphnicis moribus agere*: quod de luxuria diffluentibus uſurpabant: ut Marcus Antoninus in epiſtola quam reſcripſit Vulcatius: qui etiam narrat, edictum aliquando à Caſſio, *ut ſi quis cinctus apud Daphnen inveniretur, diſcinctus rediret*. Erant ſanè omnia ibi ad amœnitatem comparata: cœli aërisque temperamentum maximum: ſolum & natura & arte delitiis hominum τρυφώντων accommodum. Sed duo fuere imprimis, quæ in admirationem & amorem Daphnes cunctos raperent: arborum umbriferarum, & optimarum aquarum copia. Procopius Perſicorum libro ſecundo: Τότε μὲν οὖν ἐς Δάφνην ἀνέβη τὸ Ἀντιοχείας προάστειον. ἔνθα δὴ τό, τε ἄλσος ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐποιήσατο. καὶ τὰς τῶν ὑδάτων πηγάς. ἄμφω γὰρ ἀξιοθέατα ἐπιεικῶς ἐστί. Præcipuæ arborum lauri & cupreſſi erant: quas multis conſtitutionibus cædere imperatores vetuerunt, ut ex hiſtoria & Codicis titulo ſcimus. Erant & arbores aliæ multæ, quæ totum locum inſtar pergularum tege-

Antiochiam & Daphnen vixit; [1] armiſque ſe gladiatoriis & venatibus exercuit, quum per legatos bellum Parthicum gerens, imperator appellatus eſſet, quum Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incubaret, [2] patienterque delicias fratris & [3] prope invitus ac volens

ſent, quas moris eſt in hortis & pomariis è vitis arbore aliiſque conſicere. accedebat gratia florum, quos ſub illis arboribus terra edebat, & aſpectu & odoratu ſuaviſſimos pro anni tempore alios atque alios, & ut loquitur Sozomenus, *ἀειθαλῶν τὴν φύσιν*: nam ita apud illum ſcribendum. Sextus Rufus auctor eſt, Daphnenſem lucum à Pompeio fuiſſe conſecratum, addito nemore: idem narrat & Hieronymus libro XIV. in Ezechielem: quod tamen an verum ſit, non ſine cauſſa addubites ex Strabone: qui & Daphnæ appellationem, & religionem ejus luci, non ut inſtitutam ſua memoria, ſed ut antiquam commemorat, & tota Syria celebrem. Quod autem Græci fabulam de transformatione Daphnæ in laurum illi luco accommodarunt, ut refert Sozomenus: id verò commentum Ovidii ætate recentius eſt, priſcis Græcis incognitum. Erat & Daphnis fons ibidem: quem poſtea multi Caſtalium appellarunt. Sed horum errorem acriter reprehendit Vuilielmus Tyrius: cùm ille Muſis ſacer poëtis decantatiſſimus fons Caſtalius, non in Syria ad fluvium Orontem; ſed in Phocide Græciæ regione fuerit ad montem Parnaſſum. Rectè quidem Vuilielmus Tyrius: obtinuit tamen non ſolùm apud vulgus, ſed etiam apud eruditos, ut & montem Antiochiæ imminentem Parnaſſum vocarent: & fontem qui è radicibus ejus montis manat, Caſtalium: ut ex Sozomeno & Marcellino dicebamus ad Hadrianum. Agathias epigrammatum poëta:

Μηδὲν ἀπαγγείλῃς ἐς Ἀντιόχου ὁδίτα,
Μὴ πάλιν αἱμάξῃ χθόνιον τὸν Κασταλίης.

Syri tandem & Græci recentiores abolita appellatione Daphnes, eum locum dixerunt Nααο, propter aquarum ſcaturigines: נר enim Syris & Arabibus idem ac Hebræis נהר fluvius: unde νερὸ hodie Græcis eſt aqua. Atque hoc nomen antiquiſſimæ ejus loci appellationi conſentit planè: nam in XXXIV. Numerorum, qui locus dicitur cùm à Moſe, tum ab ejus paraphraſte Onkelo עין *Fons*, aliis interpretibus Hebræorum eſt דפני *Daphne*: in Hieroſolymitano Targhum דפני *Daphne*: aliter ſcriptum offendimus in eorum hiſtoriis, הוי נהר של אנטוכיא. & in Aruch, אנטיוכיא דפני של. ibi fuit illa nobilis Judæorum ſynagoga, quæ dicebatur Spelunca Matronæ, *τὸ τῆς Ματρώνης σπήλαιον*: cujus toties meminit Johannes Chryſoſtomus in orationibus quas Antiochiæ contra Judæos & *ἰουδαΐζοντας* Chriſtianos habuit, & homilia tertia in epiſtolam ad Titum. Non eſt Hebraica vox Matrona, ſed Latina: quam notione prope eadem extare in Targhumis & Rabbinorum libris obſervat Levita Elias.

1 *Armiſque ſe gladiatoriis exercuit.*] Lampridius de Pertinace: *Objectum eſt Juliano quòd armis gladiatoriis exercitatus eſſet.* at ſine probro de Hadriano Spartianus, *gladiatoria quoque arma tractavit.*

2 *Patienterque delicias fratris & prope invitus ac nolens ferret.*] Codex Auguſtanus, *ac volens.* ſanè vulgata ſcriptura eſt ridicula. Lege, *& propè non invitus ac volens.* ſic ferebat fratris delicias patienter, ut videretur non invitus

lens ferret. Denique omnia quæ ad bellum erant ne-
ceſſaria, Romæ poſitus & diſpoſuit Marcus & ordi-
navit. Geſtæ ſunt res in Armenia proſperè [1] per Sta- 9
tium Priſcum Artaxatis captis: delatumque *Armenia-
cum* nomen utrique principum: quod Marcus per ve-
recundiam primò recuſavit, poſtea tamen recepit.
Profligato autem bello, uterque *Parthicus* appellatus
eſt. ſed hoc quoque Marcus delatum nomen repudia-
vit, quod poſtea recepit. *Patris patriæ* autem nomen
delatum fratre abſente, in ejuſdem præſentiam diſtu-
lit: medio belli tempore [2] & Civicam patruum Veri
& fi-

vitus connivere, & reip. actibus ſolus, ſuam & Veri vicem, incubare. Magnum hoc ἀνεξικακίας & æquanimitatis argumentum. Paullò pòſt: *Tantæ autem ſanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit, & defenderit, cùm ei vehementiſſime diſplicerent.* in vita Veri, *Sed Marcus, hæc omnia quaſi neſciens, diſſimulabat rem, pudore illo, ne reprehenderet fratrem.* ex quibus verbis poſſis etiam legere hoc loco, *& propè invitus ac neſciens.* ſed malo illud prius.

SALMASIUS.

2 *Patienterque delicias fratris ac prope invitus ac nolens.*] Quid diſcriminis inter nolentem & invitum? optime igitur vetus editio: *ac prope invitus ac volens.* & ſic legimus: non, *ac prope non invitus ac volens.* quod tamen placuit eruditiſſ. Caſaub. eleganter dictum, *prope invitus ac volens.* Marcus patienter fratris delicias ferebat, atque ita patienter, ut videretur prope invitus & volens eas ferre. ἑκὼν nempe, ἀέκοντί γε θυμῷ, quod exprimere voluit hoc loco Capitolinus. medius igitur inter volentem & nolentem eas ferebat: qui quidem ſi potuiſſet mutare fratrem & facere ut ne in deliciis viveret, libenter id feciſſet: ſed quoniam mutari non poterat, quod reliquum fuit, ferebat patienter ac prope nolens volens. atque hic eſt hujus dicti ſenſus, quem ſuis correctionibus pervertebant eruditi viri. ſimile eſt *volenolo* Auſonii:

— *quæ jungat quod volenolo vocet.*

GRUTERUS.

3 *Prope invitus ac volens.*] Auſus ſum admittere hanc lectionem, cum eam firmarent non modò membranæ Palatinæ, ſed & Auguſtanæ. putant alii adhuc legendum, *prope non invitus*: ſed cum id ſit contra libros, non id auſus fui recipere; tantò quidem minus, quod videretur exprimere voluiſſe illud Græcorum, ἄχ ἑκὼν, ἑκών.

CASAUBONUS.

1 *Per Statium Priſcum Artaxatis captis.*] Armeniæ urbs ſive Φεύεσον, captum à Romanis bello Mithridatico: deinde amiſſum ab iiſdem & receptum ſæpiùs. Statius Priſcus conſul fuit primo & vigeſimo Pii anno. De cognominibus Marco delatis, quorum hic mentio, adeantur veteres inſcriptiones & nummi.

2 *Et Civicam patruum Veri.*] Videtur is eſſe, qui ſub Hadriano conſulatum geſſit cum L. Ceionio Commodo Vero, qui poſtea dictus eſt Cæſar. Nominatur in antiquo lapide, SEX. VETVLENVS. CIVICA. POMPEIANVS.

 1 *Filium*

& [1] filiam ſuam nupturam [2] commiſſam ſororis ſuæ curæ, [3] eandem locupletatam, Brunduſium uſque deduxit, & ad eum miſit. Romam verò ſtatim rediit, revocatus eorum ſermonibus qui dicebant [4] Marcum velle finiti belli gloriam ſibimet vindicare, [5] atque idcirco in Syriam proficiſci. [6] Ad proconſulem ſcribit, nequis

1 *Filiam ſuam nupturam.*] Lucillam Vero deſponſatam, antequam ad bellum Parthicum proficiſceretur.

2 *Commiſſam ſororis ſuæ curæ.*] Puteani & Auguſtanus, *commiſſam ſorori ſuæ.* nihil mutandum.

3 *Eandem locupletatam.*] Minùs probo ut de Marci filia verba hæc accipiantur: eſt enim, niſi fallor, frigidiuſculum. Legendum cenſeo, *eademque locupletata.* nempe ſorore ſua Annia Cornificia. Nam cum ejus fidei crederet chariſſimum filiæ pignus; videtur bonus pater, de ejus ſalute ſollicitus, ſororem locupletaſſe, ut & iter adeò longum ne gravaretur ſuſcipere, & eò diligentius illam curaret.

5 *Atque idcirco in Syriam proficiſci.*] Decreverat enim initio Marcus in Aſiam proficiſci, & filiam ſuam ad Verum ipſe deducere: quod Acta etiam Albercii confirmant: *Inter eos convenerat, ut ſtato die Lucius quidem ab Oriente, Antoninus autem Roma venirent Epheſum: & in templo quod ibi erat Dianæ, Antoninus, dea teſte, traderet puellam, Lucius verò acciperet.*

6 *Ad proconſulem ſcripſit.*] Puteani, *proconſules.* magnâ ſententiæ differentiâ: nam ex illa voce *proconſulem,* colligebamus, Marci filiam Brunduſii navem conſcendiſſe, non ut in Epirum trajiceret, & inde per provincias Macedoniæ, Achaiæ, & Aſiæ, in Syriam tenderet; ſed ut rectà in Syriam vel Aſiam navigaret.

SALMASIUS.

2 *Commiſſam ſororis ſuæ curæ, eandem locupletatam.*] *Sororori ſuæ,* in Palatino: &, *eandemque locupletatam:* & paulo poſt; *Romamque rediit.* ex cujus fide totum hunc locum ſic conſtituere licet: *& filiam nupturam commiſſam ſorori ſuæ, eandemque locupletatam, Brunduſium uſque deduxit & ad eum miſit: Romamque ſtatim rediit revocatus eorum ſermonibus qui dicerent Marcum velle finiti belli gloriam ſibimet vindicare.* verba autem illa, *eandemque locupletatam,* manifeſto de filia Marci, non de ſorore capienda ſunt. nec aliter patitur orationis contextus. nec vero frigidum eſt ſentire aut dicere, Marcum filiam ſuam nupturam, cum eam ad Verum cui nubebat mitteret, locupletaſſe. Si enim de ſorore intelligeret, aliter loquutus eſſet, hoc nempe modo: *filiam ſuam commiſſam ſorori ſuæ, eidemque locupletatæ, Brunduſium uſque deduxit,* ſed ut dixi, de filio non de ſorore capiendum, quam non nudam ad virum miſit, ſed locupletatam, ut imperatoris filiæ conveniebat, & imperatoris uxori futuræ.

GRUTERUS.

2 *Commiſſam ſororis ſuæ curæ.*] Palatinus adſentitur Auguſtanis membranis, eiſque quas excuſſit Puteanus: habentque tantum, *ſorori ſuæ.* nihilo pejus quam vulgatum; ſi non melius. haud id tamen dignatus loco ſuo, quod vir harum literarum primus, pronunciavit, nihil mutandum.

4 *Marcum velle finiti belli gloriam ſibimet vindicare.*] Quod frigidæ nimis ambitionis: nedum cadat in hominem Philoſophum, *alienæ intervenire gloriæ,* ut loquitur Tacitus l. IV. hiſt. capite ultimo; ubi nos hac de re, plura.

1 *Inter*

nequis filiæ ſuæ iter facienti occurreret. [1] Inter hæc liberales cauſas ita munivit, [2] ut primus juberet [3] apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium [4] natos liberos profiteri, [5] intra triceſimum diem nomine impoſito. [6] Per provincias tabulariorum publicorum uſum inſtituit, [7] apud quos idem de originibus fieret

CASAUBONUS.

1 *Inter hæc liberales cauſſas ita munivit.*] Juris verbum eſt *munire*, frequens apud antiquos prudentes. Etſi autem latè patet, ut mox dicemus, inſtituti de quo hic agit utilitas: ſic tamen loquitur, vel propter liberalium cauſſarum prærogativam: cùm libertate potius aut charius ſit nihil: vel quod legi huic ferendæ liberale aliquod judicium occaſionem dediſſet: ſicut accidit Juſtiniano cùm Novellam condidit de tabellionibus, ut ejus initio teſtatum ipſe reliquit. Erat ſanè Marcus libertatum conſervandarum ſtudioſiſſimus: cujus rei gratia multa ab eo nova jura fuiſſe introducta, vel XL. Digeſtorum liber palam fecerit.

2 *Ut primus juberet.*] Falſum hoc, niſi commoda interpretatione mollias. Marcus ſanè non primus hujus inſtituti auctor: ſed vetus inventum in melius reformavit.

3 *Apud præfectos ærarii Saturni.*] Ubi acta publica ſervabantur: de quibus accuratiſſimè viri docti: ut non ſit opus verbis. Idem auctor in Gordianis: *filium Gordianum nomine Antonini illuſtravit, cum apud præfectum ærarii more Rom. profeſſus filium, publicis Actis ejus nomen inſereret.*

SALMASIUS.

4 *Natos liberos profiteri, intra triceſimum diem nomine impoſito.*] Vetus editio: *intra tertium diem.* ſed illa, niſi fallor, mendoſa eſt. voluit autem Marcus unumquemque civium intra triceſimum diem natos liberos profiteri. verba autem illa, *nomine impoſito,* otioſa ſunt. cum enim profitebantur natos liberos, ſub nomine illo & illo eos deferebant. nec aliter in acta referri poterant, inſerebatur enim nomen actis publicis. nec nomen tantum, ſed etiam cognomen. Capitolinus in Gordianis: *jam illud ſatis conſtat quod filium Gordianum nomine, Antonini ſigno illuſtravit, quum apud præfectum ærarii more Romano profeſſus filium, publicis actis ejus nomen inſereret.* ita diſtinguimus illum locum, qui vulgo vitio interpunctionis laborat. forte legendum hoc loco: *intra triceſimum diem à nomine impoſito.*

CASAUBONUS.

5 *Intra trigeſimum diem nomine impoſito.*] Diſtingui malim: *natos liberos profiterentur intra trigeſimum diem, nomine impoſito.* nam ante profeſſionem nomina imponebant die luſtrico. Nominalia autem Græci ſeptima vel octava die à nativitate celebrabant: ut ex Ariſtotele, Ariſtophane, & Polluce cuivis notum eſt: nec multo aliter, opinor, Latini.

6 *Per provincias tabulariorum publicorum uſum inſtituit.*] Servi erant publici, qui in provinciarum civitatibus publica Acta curabant: ideo in lege tertia Cod. De ſervis publicis manumittendis, quidam quòd tabulariam adminiſtraſſet, ſtatus controverſiam patitur. Sed hoc poſtea mutatum eſt, conſtitutione Arcadii & Honorii, qui tabularios non niſi liberos juſſerunt ordinari. Diverſi ab iſtis duo illi tabularii per ſingulas provincias conſtituti, de quibus in Codice Theodoſiano, libri primi titulo octavo.

7 *Apud quos idem de originibus fieret.*] Hujuſmodi tabulas Græci παιδογρα-

fieret quod Romæ apud præfectos ærarii: ut ſi fortè aliquis in provincia natus cauſam liberalem diceret, teſtationes inde ferret: atque hanc totam legem [1] de aſſertionibus firmavit: [2] aliaſque de menſariis & auctionibus tulit. Senatum multis cognitionibus, & maximè ad ſe pertinentibus, judicem dedit. [3] De ſtatu etiam defunctorum intra quinquennium quæri juſſit: neque quiſquam principum ampliùs ſenatui detulit. In ſenatus autem honorificentiam, multis & [4] prætoriis & conſularibus privatis decidenda negotia delegavit, quò magis eorum cum exercitio juris auctoritas creſceret. Multos ex amicis in ſenatum allegit cum ædilitiis aut prætoriis dignitatibus: [5] multis ſenatoribus

φίας dixerunt. Modeſtinus libro primo Excuſationum: *Ἡ δὲ ἡλικία δείκνυται ἢ ἐκ παιδογραφιῶν, ἢ ἐξ ἑτέρων ἀποδείξεων νομίμων.* ubi vides alteram utilitatem, quæ ex iſto Marci inſtituto capitur, præter illam quæ ad liberales cauſſas pertinebat. Nam quoties erat de alicujus ætate quæſtio, ad tabularios adibatur. Quàm multi autem juris articuli in quibus de ætate movetur controverſia?

1 *De aſſertionibus.*] Id eſt, liberalibus cauſſis. *Aſſertio* vel *vindiciæ* Græcis *προσπισία*, vel *προσπισμοῦ δίκη*.

2 *Aliaſque de menſariis & auctionibus tulit.*] Reg. *de maſſaritiis & actionibus.* an lateat hic aliquid viderint acutiores. ego non dubito rectam eſſe vulgatam, quæ menſarios cum auctionibus rectè jungit: cùm celebrarentur ut plurimùm auctiones ad menſam alicujus trapezitæ: nam ibi nomina facere, inde expungere moris erat. Cura menſariorum ad præfectum Urbi pertinebat. Ulpianus libro ſingulari De præfecto Urbi: *Præterea curare debebit præfectus Urbi, ut nummularii probè ſe agant circa omne negotium ſuum, & temperent his quæ ſunt probibita.*

3 *De ſtatu etiam defunctorum intra quinquennium quæri juſſit.*] Et hoc ad liberales cauſſas pertinet, de quibus antè dictum. Sed parum plenè Marci beneficium exprimit Capitolinus. Cape tu meliùs ex lege prima Digeſtis, Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

4 *Prætoriis & conſularibus decidenda negotia delegavit.*] Refero huc verba Ulpiani libro primo De appellationibus: *Interdum Imperator ita ſolet judicem dare, ne liceat ab eo provocare: ut ſcio ſæpiſſimè à Divo Marco judices datos.*

5 *Multis ſenatoribus vel pauperibus ſine crimine.*] Tolle τὸ *vel*, quod optimam ſententiam corrumpit: neque eſt in Puteani codice: ſed male ab alio ejuſdem abſunt iſta, *ſine crimine.* Senatores pauperes ſine crimine, ii ſunt de quibus Spartianus in Hadriano, *Senatoribus qui non vitio ſuo decoxerant, &c.*

SALMASIUS.

5 *Multis ſenatoribus vel pauperibus ſine crimine.*] Mirum genus lectionis mihi repertum in Palatino optimo Codice: ſic enim habet: *multis Senatibus, vel pauperibus ſine crimine ſenatoribus*: in promptu eſt facere ex *ſenatibus*, *ſummatibus*: *multis ſummatibus vel pauperibus ſine crimine ſenatoribus.* ſummates autem illos intelligo qui non erant ordinis ſenatorii, quibus dignitates ædilicias & tri-

bus vel pauperibus ſine crimine, dignitates tribunitias ædilitiaſque conceſſit: [1] nec quemquam in ordinem legit niſi quem ipſe bene ſciſſet. Hoc quoque ſenatoribus detulit, [2] ut quoties de eorum capite eſſet judicandum, [3] ſecretò pertractaret, [4] atque ita in publicum prodiret: nec pateretur equites Romanos talibus intereſſe cauſis. Semper autem quum potuit, interfuit ſenatui, etiamſi nihil eſſet referendum, ſi Romæ fuit: ſi verò aliquid referre voluit, etiam de Campania ipſe venit. [5] Comitiis præterea etiam uſque ad noctem fre-

quen-

& tribunicias concedebat Marcus: quod idem faciebat in ſenatoribus qui ſine crimine ad egeſtatem perducti eſſent. Spartianus etiam ſummates nominat in Hadriano: *quum cum plurimis ſummatibus paſceret.* legebam etiam aliquando, expunctis illis duabus vocibus veteris ſcripturæ: *multis pauperibus ſine crimine ſenatoribus.* ſed illa quam ſuperius poſui retineri poteſt cum emendatione noſtra.

GRUTERUS.

5 *Multis Senatoribus pauperibus ſine crimine, &c.*] Prius publicati, *Senatoribus vel pauperibus*; quam ſyllabam mediam ſuſtuli, quod non inveniſſet in ſuis libris Puteanus. vereor nihilominus, ne aliud quid adhuc lateat. nam habet Palatinus: *Multis Senatibus vel pauperibus ſine crimine Senatoribus dignitates.* an voluit forte dicere, eis etiam ſuccurriſſe quibus paternæ anguſtiæ fuerant, non ſolum quibus propriæ?

CASAUBONUS.

1 *Nec quenquam in ordinem legit.*] Reg. *in eum ordinem legit.* planiùs: ſed *ordo* per ſe, ordinem ſenatorium deſignat, aut etiam decurionum: ut ſæpe obſervabis in antiquis inſcriptionibus.

3 *Secretò pertractaret.*] Regius, *ſecreto opere pertractaret.* fortaſſe pro *ſecreta opera*.

4 *Atque ita in publicum prodiret.*] In Senatum videlicet, tractaturus de eodem negotio cum patribus: vel in forum, ut in tribunali conſulis, aut prætoris cum ipſis de re cognoſceret. Ita aliquando ſoliti principes: ut de Auguſto, Tiberio, Hadriano narratur. Placebat ſcribi, *proderet*: ſed non neceſſe.

5 *Comitiis præterea etiam uſque ad noctem frequenter interfuit.*] Xiphilinus, καὶ ἐνεδήμει πολλάκις καὶ διῆγεν ἡμέρας τὴν αὐτὴν δίκην, καὶ τῆς νυκτὸς ἔστιν ὅτε δικάζων ἐκάθητο. *Comitia* igitur appellat Capitolinus, judicia quæ in foro aut comitio celebrarentur. nam ut ad ἀρχαιρεσίας, & creationes magiſtratuum hoc referamus, nulla ratio eſt. Quod ajunt Dio & Capitolinus interfuiſſe comitiis Marcum uſque ad noctem, idem Suetonius de Auguſto: *Ipſe jus dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam.* ubi olim aliquid notavimus. Veterem duodecim tabularum obſervationem poſt Auguſtum non fuiſſe ſervatam certum eſt. Plinius in epiſtola ad Urſum de Julio Baſſo qui repetundarum poſtulatus fuerat in ſenatu: *Dixit Theophanes in noctem, atque etiam nocte illatis lucernis.*

SALMASIUS.

2 *Ut quoties de eorum capite eſſet judicandum.*] Palatinus; *quoties de quorum.* ne dubita ſcribere: *quoties de quorundam capite eſſet judicandum.* vel, *de aliquorum.*

5 *Comitiis etiam uſque ad noctem fre-*

quenter interfuit: neque unquam receſſit de curia niſi conſul dixiſſet, [1] *Nihil vos moramur, Patres conſcripti:* [2] ſenatum appellationibus à conſule factis, judicem dedit. Judiciariæ rei ſingularem diligentiam adhibuit: [3] faſtis dies judiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibuſque diſceptandis conſtitueret. [4] Prætorem tutelarem primus fecit, [5] quum antè tutores à conſulibus poſcerentur, ut diligentiùs de tutoribus tractaretur. De curatoribus verò, quum antè nonniſi [6] ex lege Lectoria vel propter laſciviam vel propter dementiam darentur, ita ſtatuit ut omnes
11 adulti curatores acciperent non redditis cauſis. [7] Cavit &

quenter interfuit.] Comitia notandum heic vocare Capitolinum, non quæ vulgari notione ſic dicuntur, ſed quæ inferior ætas *placita* vocavit. inde *comitare*, in conventu loqui & dicere: & *comitiu*, verboſus, loquax. Gloſſæ Iſidori: & *incomitare* & *implacitare* pro eodem. Iſidorus: *inforare, in foro placitare.* Feſtus etiam comitium in hoc ſignificatu accepit: *incomitiare ſignificat tale convitium facere, pro quo neceſſe ſit in comitium hoc eſt in conventum venire:* ubi *in comitium venire*, eſt in jus venire.

CASAUBONUS.

1 *Nihil vos moramur, Patres conſcripti.*] Hæc formula dimittendi ſenatus: at concionem verbo, DISCEDITE: quod apud M. Tullium extat, & T. Livium.

2 *Senatum appellationibus à conſule factis judicem dedit.*] Reſtituimus e libro Puteani, cùm antè legeretur *ſin autem*, peſſimè.

3 *Faſtis dies judiciarios addidit.*] Etiam in hoc maximi principum, dico Auguſtum, imitatur exemplum. Vide Suetonium capite XXXII. ubi hunc locum attigimus.

4 *Prætorem tutelarem primus fecit.*] Meminère multis locis juris civilis auctores.

5 *Cùm antè tutores à Coſſ. poſcerentur.*] Tranquillus in Claudio, cap. XXIII. *Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à Coſſ. darentur.* Dabantur & à principe. Spartianus de Hadriano: *Tutores ſæpiſſimè dedit.*

6 *Lege Lectoria.*] Ita membranæ, non *Lætoria*, ut alibi lex hæc vocatur.

SALMASIUS.

6 *Ex lege Lectoria.*] Ita ex ſuis repoſuit vir doctiſſimus. perperam. nam malas illas male ſequutus eſt. noſtræ enim *Lætoria*. & ita legitur l.2. de Donat. Cod. Theod. ſed & alibi in ſcriptis codicibus legem hanc *Lætoriam* dici obſervavimus; *Lætus, Lætilius, Lætitius, Lætorius*, nomina Romanorum propria.

GRVTERVS.

6 *Lege Lætoriâ.*] Ita exemplar Pal. nempe *Lætoria*; non, *Lectoriâ*; quod ultimùm cùm nuſquam occurrat apud auctores, heic infarciri minimè poteſt, ſuaſu unius modo manuſcripti.

CASAUBONUS.

7 *Cavit & ſumtibus publicis.*] Hoc ſæpe legimus factum ab Imperatoribus. Suetonius de Nerone, *Multa ſub eo & animadverſa ſeverè, & coercita, nec minùs inſtituta: adhibitus ſumtibus modus, publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ.* Spartianus de Hadriano: *Judicum ſumtus*

& ſumptibus publicis, & calumniis quadruplatorum interceſſit, [1] appoſita falſis delatoribus nota. Delationes quibus fiſcus augeretur, contempſit. [2] De alimentis publicis multa prudenter invenit. [3] Curatores multis civitatibus, quò latiùs ſenatorias tenderet dignitates, [4] à ſenatu dedit. Italicis civitatibus [5] famis tempore [6] frumentum ex urbe donavit: omnique frumentariæ

ſumtus conſtituit, & ad antiquum modum redegit. refero enim ad publicos ſumtus, ut ibi expoſuimus, hoc unum genus imminutionis ſumtuum publicorum: alterum tangit Xiphilinus in Nerva: quem ait ea fine & ſacrificia & ludos multos tuliſſe. πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θέας καταλύσας, συστέλλων ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. Non prætermittendus locus Plinii ex epiſtola prima libri ſecundi: unde diſcas & principe Trajano ſenatum eam curam non inſuper habuiſſe: *veritus ne fortè inter quinquennios crearetur, qui minuendis publicis ſumtibus judicio ſenatus conſtituebantur: cùm illi tot amici ſenes conſularesque ſupereſſent, me hujus ætatis per quem excuſaretur elegit.*

1 *Appoſita falſis delatoribus nota.*] Videtur Marcus pœnam legis Rhemniæ intendiſſe: aut illam ipſam veterem legem, ſeverè & acriter exercuiſſe, non ut mali principes; qui aut ſpernebant palàm, aut exercebant dicis cauſſa. Plinius in Panegyrico: *neque ut antea exſanguem illam & ferream frontem nequidquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant.*

2 *De alimentis publicis multa prudenter invenit.*] Ad hoc caput referri poteſt quod antea dictum de novorum hominum pueris puellisque ad frumentationem vocatis lege Marci: itemque ſequentia hæc verba: *Rei frumentariæ graviter providit.* illud pertinet ad alimenta eorum qui pane gradili alebantur. hoc ad univerſi populi Rom. commoda: cui ſoliti imperatores ſumma cura procurare ex Ægypto, Africa, Sicilia frumenti atque aliarum ſpecierum vilitatem. Sed providit Marcus & privatorum alimentis: extant enim lege octava Digeſtis De tranſactionibus, excerpta ex oratione Marci, quibus multa explicantur, quæ ſunt ab illo inſtituta circa alimenta teſtamento relicta, aut non mortis cauſſa donata. Quare cogitemus an non ſit hic legendum, *De alimentis publicis privatiſque.*

3 *Curatores multis civitatibus è ſenatu dedit.*] Sic *Aquini curator* nominatur in Peſcennio Nigro. Erant & regionum curatores, ac viarum, quorum mox fit mentio, & paſſim in ſaxorum inſcriptionibus: atque alii multi ſub titulis diverſis curatores leguntur. Fuerunt etiam correctores liberarum civitatium, quos Arrianus in Diſſertationibus διορθωτὰς τῶν ἐλευθέρων πόλεων nominat: quorum & in antiquis inſcriptionibus frequens mentio.

6 *Frumentum ex urbe donavit.*] Regius, *frumenta.* ſic ſcribendum.

SALMASIUS.

4 *E ſenatu dedit.*] Palatinus: *à ſenatu dedit.* ſic ſupra: *& Verum quidem Marcus Capuam usque proſequutus, amicis comitantibus à ſenatu ornavit.* ita enim ibi libri veteres.

GRUTERUS.

5 *Famis tempore frumentum, &c.*] Sic & Pal. quod malim, quàm aliorum, *frumenta.*

1 Gla-

riæ rei conſuluit. [1] Gladiatoria ſpectacula omnifariam temperavit: [2] Temperavit etiam ſcenicas donationes, [3] jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. [4] Vias etiam urbis atque itinerum diligentiſſimè curavit. [5] Rei frumentariæ graviter providit. [6] Datis juridicis Italiæ conſu-

CASAUBONUS.

1 *Gladiatoria ſpectacula omnifariam temperavit.*] Tria præcipua Marci inventa fuerunt temperandis hiſce crudeliſſimis ſpectaculis. Primum illud, quod ſumtus minuit: quò pertinent ſequentia hæc verba; *Gladiatorii muneris ſumtus modum fecit.* Alterum, quòd munera juſſit edi incruenta, (certe quoties ipſe intereſſet) retunſis aut præpilatis gladiis, & more athletarum ſine cæde. Dio Caſſius: Μάρκος γε μὴν οὕτω τι φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήρεον γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν, ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις πάντες ἐμάχοντο. videtur huc reſpexiſſe Capitolinus iſto loco: nam ita malo interpretari, ne bis idem dicat. Tertium illud fuit, quòd gladiatores ad bellorum uſum traduxit, contra veterem obſervationem militare juſſos. Auctor infrà: *Armavit etiam gladiatores, quos Obſequentes appellavit.* & poſtea, *Fuit populo ſermo, cùm ſuſtuliſſet ad bellum gladiatores, &c.*

2 *Temperavit etiam ſcenicas donationes.*] An de corollariis ſolùm hiſtrionicis intelligit, quorum meminere Cicero, Plinius, Suetonius, alii? an in univerſum de omnibus quæ accipere ſoliti hiſtriones? Sæpe enim ſobrii principes horum mercedem aut temperarunt aut reſciderunt, ut Tiberius. Sic Pius Meſomedi lyrico ſtipendia imminuit. vide & Lampridium in Alexandro Severo.

3 *Jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent.*] Juvenalis,

Accipe victori populus quod poſtulat aurum.

Vetus interpres, *In theatro ſolent petere quinque aureos: nam non licebat ampliùs dare.*

5 *Rei frumentariæ graviter providit.*] Dictum modò, *omnique frumentariæ rei conſuluit.* quorſum igitur hæc nunc repetuntur? Melius erat, diceret quo invento rem frumentariam juverit, neque id nos hodie ſineret ignorare.

6 *Datis juridicis Italiæ conſ.*] Vide ad Hadrianum.

GRUTERUS.

3 *Jubens ut quinos aureos.*] Vox *jubens*, ſupervacanea eſt. verùm auctoribus iſtis abſurdè præſcribatur loquendi forma melior: adeo paſſim ab eâ diſcedunt. nam & capite ſequenti ubi legitur: *Non aliter egit quam eſt actum ſub civitate libera*; poterat omnino omitti illud, *eſt actum ſub.* ut velit nullum fuiſſe diſcrimen inter imperium Marci, & rempublicam Romanorum veterem.

SALMASIUS.

4 *Vias etiam urbis & itinerum diligentiſſime curavit.*] Idem liber: *Vineas etiam urbis.* quod inter nævos illius codicis numeramus.

6 *Datis Juridicis Italiæ conſuluit ad exemplum Hadriani.*] Quomodo hæc accipiemus? an ſublatis conſularibus, quos judices per Italiam inſtituerat Hadrianus, juridicos in eorum locum ſubſtituit Antoninus? ita intelligendi auctor eſt Appianus qui conſulares illos Hadriani non diu poſt ejus obitum duraſſe ſcribit. verba illius hæc ſunt, quæ jam in Hadriano retu-

conſuluit, [1] ad id exemplum quo Adrianus conſulares viros reddere jura præceperat. [2] Hiſpaniis exhauſtis [3] Italica allectione contra Trajani præcepta, [4] verecunde conſuluit. Leges etiam addidit [5] de viceſima hereditatum, [6] de tutelis libertorum, [7] de bonis maternis, & item de filiorum ſucceſſionibus pro parte materna, utque

retulimus: ἦσαν γὰρ ὡς ἔοικε τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρη. ὃ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μεμιμημένος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἡγούμενος ἀνεκαίνισε, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. juriſdictio in Italiæ provinciis varie pro temporibus adminiſtrata, modo per conſulares, modo per juridicos, modo per correctores, & poſtea etiam per conſulares ſub Conſtantino & ſequentibus. de quibus nos alibi.

CASAUBONUS.

1 *Ad id exemplum.*] Regius, *addidit ad id exemplum.* videntur temere geminaſſe voculas *ad id.* inde vox illa ficta. puto hoc verius, quàm quod aliquando exiſtimavi: quia præcedat vox *conſuluit*, omiſſam eſſe dictionem *conſulares*: ut ita ſcribatur totus locus. *Datis juridicis Italiæ conſuluit: conſulares etiam addidit, ad id exemplum, quo Hadrianus conſulares viros reddere jura præceperat.*

2 *Hiſpaniis exhauſtis.*] Frequentibus dilectibus. Expoſuimus ad Hadriani vitam.

3 *Italica allectione contra Trajani præcepta.*] Italiam bellis civilibus exhauſtam coloniis frequentaverat Auguſtus: ſimul exemplum futuris principibus dederat, ut milite Italico parciùs numeros explerent. quod adeò ſervatum eſt, ut ſcribat Herodianus libro ſecundo, Italos traductis pridem animis ab arte militari ad pacis artes, uni agricolationi operam dare. Cùm igitur milite provinciali legiones ſubinde ſupplerentur, maxime autem Hiſpanico; ſoliti principes exhauſta per provincias oppida Italicis colonis frequentare: quod poſtea Trajani lege vetitum fuiſſe ex hoc unico loco diſcimus.

4 *Verecundè conſuluit.*] Cum multa & accurata excuſatione, qua publicè eſt uſus: ut appareret ipſum, ſalva in Trajanum reverentia, legem Trajani migrare.

5 *De viceſima hereditatum.*] Adi ad juris auctores, & Plinium in Panegyrico.

6 *De tutelis libertorum.*] Ita membranæ. Legitimæ tutelæ ſpecies quædam eſt libertorum aut libertarum tutela: de qua traduntur multa à juris civilis Romanorum auctoribus: quod tamen huc faciat, opinor, extat nihil. Alii libri ſcribunt, *liberorum.* hoc eſt, de iis quos patres liberis ſuis poſſent tutores dare aut non poſſent. ita exponimus, quia non dicit ſimpliciter, *de tutelis*: aut, *de tutelis pupillorum.* Multa autem de tutelis ſancita eſſe à Marco ignorat nemo, qui leviter ſaltem in Pandectarum lectione ſit verſatus.

GRVTERVS.

6 *De tutelis libertorum.*] Sic quoque Pal. non *liberorum*, quod heic convenientius videri queat.

CASAUBONUS.

7 *De bonis maternis.*] Rectè: nam jus novum introduxit Marcus, ut matribus liberi ab inteſtato ſuccedant: atque hoc eſt quod modò orationem D. Marci nominant; modò Senatuſconſultum Orphitianum: quia Orphito & Ruffo Coſs. fuit factum. fuſe de his apud Juriſconſultos.

1 *Utque*

[1] utque ſenatores peregrini quartam partem in Italia poſſiderent. Dedit præterea curatoribus regionum ac viarum poteſtatem, ut vel punirent, vel ad præfectum urbi puniendos remitterent [2] eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegiſſent. Jus autem magis vetus reſtituit quàm novum fecit. Habuit ſecum præfectos, [3] quorum & auctoritate & periculo ſemper jura di-

1 *Utque ſenatores peregrini quartam partem in Italia poſſiderent.*] Non eſt novum jus, ſed veteris reformatio quædam. Plinius libro ſexto, epiſtola XIX. *Candidatos patrimonii tertiam partem conferre juſſit princeps in ea quæ ſolo continerentur: deforme arbitratus, ut erat, honorem petituros, Urbem Italiamque non pro patria, ſed pro hoſpitio aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere.* Qui è provinciis fiebant ſenatores, non ideo cogebantur prius domicilium deſerere: ut etiam habetur diſertè in titulo De ſenatoribus. propterea hujuſmodi opus fuit legibus.

2 *Eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegiſſent.*] Lege titulum Pandectarum, De publicanis & vectigalibus. At liber regius, *ultra vehicula*: ut referatur ad eos qui curſum publicum uſurpabant: de quibus multa ſcimus à variis principibus conſtituta.

GRUTERUS.

2 *Qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegiſſent.*] Haud ſecus Pal. non *vehicula*, quod heic minus locum ſuum tueatur. Diximus de iſtis adfatim ad illa Taciti: *Ergo edixit princeps, ut leges cujuſque publici, occultæ ad id tempus, proſcriberentur.*

3 *Quorum ex auctoritate & periculo ſemper jura dictavit.*] Videatur heic Caſaubonus noſter, nec non Cujacii liber V. Obſerv. cap. 25. non poſſum tamen mihi perſuadere aliud eſſe *periculum*, quàm *breviculum*: de quo certiùs quid opinarer ſi incidiſſem in teſtimonia, quorum, tanquam laudata à doctiſſimo Savarone, meminit Caſaubonus noſter.

CASAUBONUS.

3 *Quorum & auctoritate & periculo jura dictavit.*] Scrib. *quorum ex auct.* non ſolùm uſus eſt conſilio juriſconſultorum; ſed & formulam ſecutus ab illis ſibi præſcriptam. Sic in Codice *ſententias ex periculo recitare.* primus Jacobus Cujacius in his & ſimilibus locis quid ſignificaret vox *periculum*, docuit, certiſque teſtimoniis, acerrimi judicii vir, comprobavit: docuit idem nuper teſtimoniis etiam aliis Joannes Savaro vir eruditiſſimus, & in omnibus recentioris Latinitatis ſcriptoribus exercitatiſſimus.

SALMASIUS.

3 *Quorum & auctoritate & periculo jura dictavit.*] Mihi placet nihil mutari. Verba autem ipſa haud ſcio an illam ſententiam admittant, ut Marcus non ſolum uſus ſit conſilio juriſperitorum, ſed etiam formam ſequutus ab iis præſcriptam. de præfectis enim loquitur urbis & prætorio, quorum auctoritate ac periculo jura dictitaſſe Antoninum refert. Judices ex periculo ſententiam recitabant, hoc eſt ex tabella. ſed heic aliud eſt, ut mihi quidem videtur. cum auctores alicui ſumus aliquid faciendi, jubemus ut periculo noſtro faciat. ſic judices periculo ſuo judicare dicebantur, à quibus appellari non licebat: quos *periculi ſui judices* eleganter vocat Ammianus Marcellinus. à præfectis non appellabatur. & præfectus quidem prætorio ſemper vice ſacra judicavit: præfectus urbi non ſemper. auctoritate igitur ac periculo ſuorum præfectorum jura ſemper dictavit

ra dictavit. Uſus autem eſt Scævola præcipue juris
perito. Cum populo autem non aliter egit quàm eſt 12
actum ſub civitate libera. Fuitque per omnia mode-
ratiſſimus in hominibus deterrendis à malo, invitan-
dis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberan-
dis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos: mo-
derate etiam cavillationes nonnullorum ferens. [1] Nam
quum quendam Veteraſinum famæ deteſtandæ hono-
rem petentem moneret [2] ut ſe ab opinionibus populi
vin-

ctavit Marcus; id eſt, præfectis ſuis poteſtatem abſque provocatione judicandi ſemper conceſſit. ſcribit autem Juriſconſultus lib. 1. de appellationibus, interdum ab imperatore ita ſolere judicem dari ne liceat ab eo provocare: & Divum Marcum ſæpiſſime ſic judices dediſſe. ſi periculum heic pro tabella accipi placeret, tum legerem: *præfectos ſecum habuit, quorum auctoritate ex periculo ſemper jura dictavit:* ſed ea lectio multis de cauſis mihi non probatur. periculum autem pro indiculo vel tabella, ac titulo Latini dixerunt exemplo Græcorum qui ἔλεγχον vocarunt. ſic *periculum facere,* ἔλεγχον ποιεῖν, ἔλεγχον διδόναι, pro experimentum facere, & experiri. hinc ἔλεγχος, & periculum idem. hinc etiam Elenchi, genus margaritarum, quo Latini titulos vel titulatos appellarunt.

1 *Nam cum quemdam Veteraſinum.*] Non probo emendationem doctiſſimorum hominum: *veretraſinum.* nam hunc ideo famæ deteſtandæ hominem vocat Capitolinus, quod ſæpius ad beſtias pugnaſſet. debet igitur illius infamis hominis heic nomen eſſe proprium. Palatinus habet: *Vetraſinum.* forte: *Vitraſium* vel *Vitraſium.* Digeſt. de excuſationibus, Bitraſius Pollio quidam dicitur: *Imperator Hadrianus Bitraſio Pollioni legato Lugdunenſi.* *Vetraſinum* igitur ſeu *Vetraſium*, vera hujus loci ſcriptura. Vitraſii alii noti ex veteribus lapidibus.

GRUTERUS.

1 *Cum quemdam Vetraſinum.*] Vulgo editi *Veteraſinum*: ſed malunt alterum membranæ Palatinæ.

CASAUBONUS.

1 *Cum quendam Vitraſinum.*] Ridicula lectio. Sed non aſſentior Petro Fabro, qui cenſebat ſcribendum *q. harenarium.* Quis putet ullum principe Marco harenariis ad honores fuiſſe aditum? erant enim definitionibus legum infames, & inteſtabiles. Quod autem ex hujus impuri verbis auctor ſubjicit, de ſuis & aliorum qui poſtea prætores facti pugnis; obtrectandi ſtudio & licentia ab illo dictum potius quàm quod ita res eſſet. Adde quod non omnes qui in harenam deſcendunt, ſunt harenarii. Poteſt ſcribi *Vitraſium.* fuit Romæ ea tempeſtate nota gens Vitraſia: unde & Vitraſiano ſenatuſconſulto nomen. poteſt etiam, *Veteraſinium*, ut accedamus propius ad veſtigia editæ lectionis. eam vocem ad Lampridii Commodum explicamus. At regius codex, *Nam cum quendam juvenem.*

2 *Ut ſe ab opinionibus populi vindicaret.*] Hoc eſt, ſermonibus & rumoribus, qui de eo ſiniſtri jactabantur: id enim eſt *opinio* & *opinari*, ut ad Suetonium obſervabamus. B. Ambroſius ad virginem lapſam: *Cum ante triennium rumor quidam & ſuſurratio de te fuiſſet, quos æſtus ego ſuſtinui? quos pater tuus pro tua ſuſtinuit opinione labores?* requi-

vindicaret, & ille contrà reſpondiſſet, multos qui ſe-
51 cum in harena pugnaſſent, ſe prætores videre, patienter tulit. Ac ne in quenquam facilè vindicaret, [1] prætorem quoque dum peſſimè egerat, non abdicare ſe prætura juſſit, ſed collegæ juriſdictionem mandavit. [2] Fiſco in cauſis compendii nunquam judicans favit: [3] ſanè quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus. Poſteaquam autem à Syria victor frater rediit, patris patriæ nomen ambobus decretum eſt, quum ſe Marcus abſente Vero ergà omnes ſenatores atque homines moderatiſſimè geſſiſſet. [4] Corona præterea civica oblata eſt ambobus, petiitque Lucius ut ſecum Marcus triumpharet. Petiit præterea Lucius ut filii Marci Cæſa-

requirentes ſingulos, ſingulos aſtringentes, ut ad auctorem infamiæ veniremus.

SALMASIUS.

2 *Ut ſe ab opinionibus populi vindicaret.*] Opiniones heic populi de illo Vetraſio vel Vetraſino, malæ & in malam partem. nam *opinio* ut *fama*, eſt τῶν μέσων. unde & opinari bene aut male de aliquo. recentioris tamen Latinitatis auctores frequentius in bonam accipiebant *opinari*. unde *opinati duces*, optimi & præſtantiſſimi, καὶ δεδοκιμασμένοι. Aldelmus: *David opinatiſſimus regum.* ſic Vigilius: *Auguſtinus opinatiſſimus doctorum.* Gloſſæ veteres: δεδοκιμασμένως, *opinate.* item alibi: *Opinatus, exiſtimatus*, ἔνδοξος.

1 *Prætorem quoque dum peſſime egerat.*] Vetus editio: *prætorem quique dum.* ita & Regius. at optimus Palatinus: *prætorem qui quadam peſſime egerat.* & ita omnino ſcribendum.

GRUTERUS.

1 *Prætorem qui quiddam peſſimè egerat.*] Sic nullo apice minus Palat. codex. nam malè retro cuſi, *prætorem quique dum peſſime egerat.*

CASAUBONUS.

1 *Prætorem quoque dum peſſimè egerat.*] Reg. *pr. quique dum p. e.* Lege; *prætorem qui quiddam p. e.* vel *quiddam.*

2 *Fiſco in cauſſis compendii judicans nunquam favit.*] Fiſci mala cauſſa nunquam niſi ſub bono principe: ait Plinius in Paneg.

3 *Sanè quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus.*] Non eſt hîc *verecundus* αἰσχυντηλὸς, ſed αἰδήμων, & is qui rogatus negare non ſuſtineret. Sic Græci αἰδεῖσθαι, pro, cedere precibus. unde apud poëtam αἰδεῖσθαι ἱερῆα. & paſſim αἰδεῖσθαι τὸν ἱκέτην. poëta Latinus,

—ſed jura fidemque
Supplicis erubuit.—

Verecundiæ illi quam Capitolinus hîc intelligit, affinis eſt quæ propriè Græcis cùm nimia eſt, δυσωπία dicitur. ſed à nimietate hujus affectus Marcum defendit auctor his verbis, *erat verecundus ſine ignavia*: quæ initio hujus vitæ poſita, neceſſariò cum iſtis conjungenda. Ammianus libro XXI. *Marci illius diſſimilis, principis verecundi.*

4 *Corona præterea civica.*] Propter ſummam hujus coronæ nobilitatem, ejus honos jam inde ab Auguſto ad imperatores eſt tranſlatus.

1 *Tam-*

Cæſares appellarentur. Sed Marcus [1] tanta fuit moderatione ut quum ſimul triumphaſſet, [2] tamen [3] poſt mortem Lucium tantum Parthicum, Germanicum ſe vocaret, quod ſibi bello proprio pepererat. In triumpho autem liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt, [4] ita tamen ut & puellas virgines veherent. [5] Ludos etiam ob triumphum decretos ſpectaverunt habitu triumphali. [6] Inter cætera pietatis ejus hæc quoque moderatio prædicanda eſt: [7] Funambulis poſt pue-

1 *Tanta fuit moderatione.*] Reg. *tantæ fuit moderationis.*

2 *Tamen poſt mortem Lucium.*] Apertè mendoſam ſcripturam ſic emendabam: *tamen poſt mortuum Lucium, eum tantùm Parthicum, Germanicum ſe vocaret.* ſed aliter ſtatuendum auctoribus membranis: in quibus *Lucii* ſcriptum eſt, voce *Parthicum* prætermiſſa. Scribe igitur, *poſt mortem Lucii tantùm Germ. ſ. v.*

4 *Ita tamen ut & puellas virgines veheret.*] Erat moris jam olim, ut cum patre triumphante veherentur in curru, non pueri ſolùm, ſed & puellæ. Appianus in accurata triumphi deſcriptione, libro de bellis Punicis: *ἐπιβαίνουσι δ' αὐτῷ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε καὶ παρθένοι, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἑκατέρωθεν ἠΐθεοι συγγενεῖς.* τὸ *tamen* hic non eſt particula adverſativa: ſed *παρέλκει*, ut aliquoties in his libris.

5 *Ludos ob triumphum decretos.*] Qui etiam ludi aut victoriæ aut victoriales dicuntur.

6 *Inter cætera pietatis ejus quoque moderatio prædicanda eſt.*] In Pio, *Inter argumenta pietatis ejus & hoc habetur.*

SALMASIUS.

2 *Tamen poſt mortem Lucium tantum Parthicum.*] Nec mendoſa eſt hæc ſcriptura, nec eget emendatione. abeſt quidem vox *Parthicum* veteri editioni: ſed Palatinus agnoſcit. ſi quid eſſet mutandum, ſic eſſet: *tamen poſt mortem Lucii, Lucium tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocare:.* vel ſi *poſt mortem* tantum legamus, facile erit intelligere mortem Lucii. frequens autem iſtis auctoribus non ſemel ejus nomen de quo loquantur in eadem periodo ponere, ut infra: *urgente Lucio in urbem rediret, quod urbanas Lucius deſiderabat voluptates.* & alibi pluribus in locis. Parthicum autem etiam appellatum Marcum dum viveret Lucius, oſtendit Capitolinus ſupra: *profligato autem bello uterque Parthicus appellatus eſt.* ſed hoc quoque ſibi Marcus delatum nomen repudiavit, quod poſtea recepit, ut ex hoc loco apparet. mortuo Lucio, Lucium tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocavit, quod nomen ſibi proprio ſpecialique bello pepererat, poſſet etiam legi: *poſt mortem Lucii cum tantum Parthicum, ſe vero Germanicum vocaret.*

GRUTERUS.

3 *Poſt mortem Lucii tantùm Germanicum ſe vocaret.*] Accedit prorſus ad hanc aliorum authenticorum ſcripturam Pal. niſi quod habeat, *Lucium.* editi prius, *Poſt mortem Lucium tantum Parthicum Germanicum ſe vocaret.*

7 *Funambulis poſt puerum lapſum culcitas ſubjici juſſit.*] Sic initio fuit in Palatino integro. ſed factum deinde, *Funambulis poſt puerorum lapſum culcitras*; quomodo vulgati, perperam. vult enim pueri funambuli caſum occaſionem præbuiſſe huic remedio. quamvis poſſit quoque retineri, *puerorum*; uti

plures

plures ſcilicet deciderint. planè Palatinus in quo excerpta præfert : *Funambulis poſt puerorum lapſum culcitas*, &c. qui heic propugnant *cunabula*, non faciunt illi quidem abſurdè : ſed difficilius forte probaverint rete ideo præpanſum cunabulis ne inde exciderent pueri, quam ego oſtendero ſchœnobatis rete ſubtenſum ne deciderent in perniciem ſuam, & fortaſſis etiam ſpectatorum, quod ſuo ævo obtinuiſſe, indicare voluit Capitolinus.

SALMASIUS.

7 *Cunabulis poſt puerorum lapſum.*] Diu eſt cum debuit hæc lectio in ultimas & ſolas terras amandari : nihil enim illa perverſius & inquinatius. cui tamen favent eruditiſſimi viri. De funambulis autem loqui velle Capitolinum certo certius eſt, non de cunabulis. quod pæne ridiculum eſt. Qui enim illi pueri aut quomodo lapſi, quorum cunis ſubjici culcitas juſſerit Marcus ? pluribus refelli non meretur hæc ſcriptura. legendum igitur ex Palatino & veteri editione : *funambulis poſt puerum lapſum, culcitas ſubjici juſſit. poſt puerum lapſum*, non *poſt lapſum puerorum*. nec enim credibile tot pueros lapſos eſſe. Hic ergo ſenſus eſt : Cum funambulus puer lapſus eſſet, & ut credi par eſt, collum fregiſſet, Marcus qua erat moderatione & pietate, ne quid tale poſtea eveniret, funambulis culcitas ſubjici juſſit, ut ſi laberentur funambuli, culcitis excepti nihil mali paterentur. ſequitur : *unde hodieque rete prætenditur*. Hoc quidem nemo auctor prodidit : ſed num propterea minus verum, cum apertum ſit id dicere Capitolinum, ætate ſua loco culcitarum quas ſubjici juſſerat Marcus, rete ſolere prætendi funambulis, ut ſi fune laberentur, reti quod prætendebatur ſuſcepti, ad terram uſque non devenirent ? *Recte* habet Palatinus. ſed pro *rete* poſitum eſt.

CASAUBONUS.

7 *Cunabulis poſt puerorum lapſum culcitas ſubjici juſſit.*] Reg. *Funabilis* : ſine dubio pro *funambulis*. Scribimus igitur *Funambulis poſt puerorum lapſum*. Et notum eſt quanto cum ſui capitis periculo artem quam profitentur funambuli exerceant. Quare non raro videmus accidere, ut vel peritiſſimi uſuque maximo præditi ſchœnobatæ de ſublimi fune lapſi funus inveniant : quod Simoni mago eveniſſe multi tradunt. & ſunt ad manum de periculo & caſibus funambulorum loci multi veterum ſcriptorum, quos alibi afferimus. Neque poteſt obſcurum eſſe quo pertineat ingeniolum iſtud principis humaniſſimi de culcitis ſubjiciendis inventum. Etiam hodie ſolet culcita excipi funambulus, cùm pectori incumbens, per extentum funem, volanti ſimilis deorſum fertur. Sed hæc culcita hodiernis funambulis hoc ſolum præſtat, ne deſcenſuri de catadromo caput ſolo illidant: quod ſine certa pernicie non facerent. in ipſo quidem agone dum rapidiſſimo feruntur impetu, ſi ceciderint, nihil eos culcita extremo tantùm catadromo ſubjecta juverit. Quo periculo ut eos liberaret Marcus, per totum ſpatium quà funis tenditur, culcitas juſſit ſubjici. Ait autem *poſt puerorum lapſum*, occaſionem indicans quæ Marcum impulit, ut hoc excogitaret. non enim aſſentiri debemus optimo & eruditiſſimo viro, Octavio Pantagatho, qui ut accepimus à præſtantiſſimo Puteano, legendum cenſuit, *Funambulis poſt eorum lapſum*, damnata voce *puerorum*. cùm tamen magiſtra experientia conſtet, & pueros & puellas ſchœnobaticam exercere. Spectavimus nos aliquando Francofurdi ad Mœnum duas puellas Pariſienſeis, quæ uſu & peritia hujus artis magiſtris ſuis, quamvis exercitatiſſimis, vix cederent. Ita igitur hunc locum interpretabimur, ſi regium codicem ſecuti, ſcribamus *funambulis*. Sed ſequentia quomodo interpretabimur? *unde hodieque rete prætenditur*. aut quis veterum hujus moris fecit mentionem ?

puerum lapſum culcitras ſubjici juſſit: unde hodieque rete prætenditur. Dum Parthicum bellum geritur, 13
natum eſt *Marcomannicum*, quod diu [1] eorum qui aderant arte ſuſpenſum eſt, ut finito jam orientali bello Marcomannicum agi poſſet. Et quum famis tempore populo inſinuaſſet de bello, [2] fratre poſt quinquennium reverſo, in ſenatu egit, ambos neceſſarios dicens bello Germanico imperatores. [3] Tantus autem terror belli Marcomannici fuit, [4] ut undique ſacerdotes

nem? cùm tamen funambulorum tot ſcriptores Græci Latiniq; meminerint. Ex illis cognoſcimus, nihilo poſt Marcum fuiſſe minora iſtorum pericula, quàm priùs. Quamobrem vulgatam lectionem *cunabulis*, quam & ſcripti plerique retinent, damnare non poſſumus. Sententiam quæ optima ſimul & planiſſima eſt, fuſe explicamus in Commentario De lectis & ſtragula veterum veſte, capite de cunis infantium. Ita legit & Robertus Bononienſis. ſic enim refert: *Inter cætera argumenta pietatis Antonini* (ſic ſemper Marcum nominat) *hoc notabile fuit: quod mandavit ut culcitræ ponerentur ſub cunis puerorum, ne cùm caderent offenderentur.* Omittit Robertus quod ſequitur de reti: ſine dubio, quòd illud quò pertineret, non aſſequeretur. Appellat verò Capitolinus rete, vela reticulata cunis prætendi ſolita, inſtar conopei, quo lecti muniuntur. *reticulum* vocat Spartianus in Vero, ut ibi expoſuimus. Paulus Silentiarius epigrammate in conopeum:

Καλλιγάμοις λέκτροις περικίδναμαι· εἰμὶ δὲ κιδώνης
Δίκτυον οὐ Φοίβης, ἀλλ' ἁπαλῆς Παφίης.

Culcitras ſcribit regius, cum vulgatis: rectiùs *culcitas* cum Pandectis Piſanis & libris melioribus.

1 *Eorum qui aderant arte*] Ducum Romanorum ſolertiâ, qui vicinum in Pannonia limitem tuebantur.

2 *Fratre poſt quinquennium reverſo.*] Conſtat ratio: nam in Vero dicitur hoc bellum per quadriennium eſſe actum, non tam à Vero, quam à legatis Veri. in itu & reditu aut belli apparatu, vel ordinatione provinciæ bello confecto, annus inſumtus. cùm igitur anno ſecundo imperii ſui & Marci profectus eſſet Verus, ut non obſcure ſignificat Euſebius, incidat ejus in urbem reditus in annum ſextum imperii utriuſque. Quare minus rectè in eodem Euſebii chronico verba iſta, *Lucius Cæſar de Parthis cum fratre triumphavit*, è regione anni quinti ſunt adſcripta.

SALMASIUS.

3 *Tantus autem terror belli Marcomannici fuit.*] Scribe ex eodem Palatino: *tantus autem timor.* Timor enim ex parte Romanorum erat qui Marcomannos, & ab illis bellum timebant. nec aliter legit Mediolanenſis editio.

GRUTERUS.

3 *Tantus autem terror belli Marcomannici fuit.*] Vox *fuit* forſan attexta à librariis. planè non comparet in Pal. niſi à manu ſecundâ.

CASAUBONUS.

4 *Ut undique ſacerdotes acciverit.*] Puto tunc accidiſſe propter ingentem numerum victimarum quæ mactabantur, & in futurum mactandæ vovebantur, ut jocis urbanorum hominum perſtringeretur hic imperator: cùm

dotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, [1] Romam omni genere luſtraverit, retardatuſque à bellica profectione ſit. celebravit & Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies. [2] Tanta autem peſtilentia fuit [3] ut vehiculis cadavera ſint [4] exportata [5] ſarraciſque. [6] Tunc autem [7] Antonini leges ſepeliendi ſepulcro-

cùm dicerent, boves, ſi victor rediret Marcus, defuturos: quod teſtatur illud apud Ammianum Marcellinum, & in Anthologia, diſtichum.

Οἱ βόες οἱ λευκοὶ Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν·
Ἢν δὲ σὺ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

idem poſtea jactatum de Juliano Parthicam expeditionem parante.

1 *Romam omni genere luſtraverit.*] Uſitatum luſtrationis genus fuit, ut vel aſpergine circumlatæ aquæ urbes expiarent. Tertullianus libro De baptiſmo: *villas, domos, templa, totaſque urbes, aſpergine circumlatæ aquæ expiant paſſim:* vel ipſas victimas cùm pomœria aut muros urbis ducerent. Polybius in quarta hiſtoria: *Μαντινεῖς καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιελάσαντες τῆς τε πόλεως κύκλῳ καὶ τῆς χώρας.*

2 *Tanta autem peſtilentia fuit.*] Scribe cum Regio, *Tanta autem tunc peſ.* vel ut nobis placebat, *Tanta ea tempeſtate peſtil. f.*

3 *Ut vehiculis cadavera ſint exportata ſarraciſque.*] Cùm de more honeſtiores in lectis efferrentur; vel pauperes, populari ſaltem ſandapila, non vehiculis, ut tunc: & quidem ad ſordidos uſus comparatis. tale enim ſarracum fuit: ideò rectè Quintiliano poſitum inter ſordida vocabula, libro octavo, capite tertio.

SALMASIUS.

4 *Exportata ſarraciſque.*] *Serraciſque.* Serracum & Sarracum dicebatur, & erat hæc vox jam optimis Latinitatis temporibus uſitata. Juvenalis:

——— *coruſcat*
Serraco veniente abies ———

Gloſſæ: *Sarraca, ἅμαξα.* Ammianus Marcellinus, lib. XXXI. *cumque ad graminea venerint in orbiculatam figuram locatis ſarraclis ferino ritu veſcuntur. ſarraclis*, hoc eſt ſarraculis. corrigendus error eſt eruditorum hominum quibus hodie perſuaſum eſt *ſoracum*, cujus apud Feſtum mentio & Horatium illo verſu,

——— *plenis lubet interquere ſoracis*,

idem eſſe cum ſarraco. tantum ſanè intereſt quantum inter cophinum & plauſtrum. Soracum enim vox eſt mere Græca, nam *σώρακος* illis dicitur. quem ita exponit Pollux: *τάχα δὲ καὶ σώρακος τῶν ἐν τοῖς κωμῳδοποιοῖς οὕτως ὀνομασθῇ τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν.* cui expoſitioni parem adfert Feſtus; *Soracum*, inquit, *quo ornamenta portantur ſcenicorum.* Ariſtophanes:

κακῶν τοσουτονὶ στωλί μοι τὸν σώρακον.

non eſt igitur *ſoracum* vehiculum. neque illos ſequendos puto, qui apud Juvenalem omnibus locis ubi *ſerracum*, legitur, *ſoracum* non dubitant reponere. cum vero in *σώρακος* vel ſoracum prima producta legatur, ſecunda correpta, vice verſa poſuit Horatius prima brevi, ſecunda longa. nam *σώρακον* in illo verſu Ariſtophanis ſupra adducto *δακτυλικὸν* eſt. & ſic apud Plautum:

Librorum eccillum habeo plenum ſoracum.

GRUTERUS.

5 *Sarraciſque.*] Pal. *ſerraciſque.*

CASAUBONUS.

6 *Tunc autem Antonini leges ſepeliendi ſe-*

crorumque aſperrimas ſanxerunt : [1] quandoquidem cave-

di ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt.] Quia graſſante peſtilentia violari ſepulcrorum jura ſolebant, aliàs ſanctiſſima : ideo novis legibus hiſce fuit tum opus : & eo quidem aſperioribus, quo vehementior erat vis morbi. Declarant hunc locum Thucydidis verba e deſcriptione illa accurata peſtilentiæ Atheniensium. ὑπερβιαζομένου, ait, τοῦ κακοῦ, οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται, ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως· νόμοι τε πάντες συνεταράχθησαν, οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς. ἔθαπτον δὲ ὡς ἕκαστος ἠδύνατο, καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, διὰ τὸ συχνοὺς ἤδη προτεθνάναι σφίσιν. ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας, οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δὲ καιομένου ἄλλου, ἄνωθεν ἐπιβάλλοντες ἐν φέρειν, ἀπῄεσαν. Hæc Thucydides: quæ, ut diximus, planè hunc Capitolini locum illuſtrant : nam e : illis optimè intelligas, quas ſepeliendi leges, & ſepulcrorum ferre tum imperatores fuerit neceſſe. Conſtituiſſe autem nonnulla Divos fratres de jure ſepulcrorum, utcumque colligas ex iis qui ſuperſunt libris juris : ut ex lege ſexta De religioſis, & ſumtibus funerum : & lege tertia De ſepulchro violato : & ſi quæ ſunt alia ex eorum conſtitutionibus quæ illuc ſpectabant Pandectarum libris aſperſa.

GRUTERUS.

7 *Antonini leges ſepeliendi ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt.*] Pal. *aſperrima*, quod etiam ferri queat.

CASAUBONUS.

1 *Quando quidem caverunt, ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum.*] Hæc lectio eſt membranarum : ubi diſertè ſcriptum *ne*, ſecus quàm in vulgatis. coërcentur hac lege immodici heredum ſumtus circa ſepulcra : quæ pro defuncti conditione ad certum modum impenſarum Marcus redegit. Sed cùm peſtilentiæ tempore hæc lex ſit lata, quando catervatim homines moriebantur, non video quàm opportuna lex iſta fuerit. nam ut docebamus ex Thucydide, tali tempeſtate incuriam potiùs heredum circa defunctos, habuit Marcus caſtigare, quàm luxum coërcere. Quare unius vocis adjectione locum ita cenſeam potiùs integrandum : *quando quidem caverunt, ut ſi quis ſuccedere vellet, fabricaret ſepulcrum.*

SALMASIUS.

1 *Quando quidem caverunt ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum.*] Difficile ſit, magis contaminatam corruptamque lectionem in his auctoribus invenire, quam hæc eſt : quamque minus recte meo judicio emendaverint viri docti. ſed ne longum ſit, veterem ſcripturam Palatini Codicis proponamus, ea ſic habet : *Tunc autem Antonini leges ſepeliendi ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt, quandoquidem ita caverunt, ne quis velle fabricaretur ſepulcrum.* ita ne minus una quidem littera vetus liber, cui nos plurimum credimus. ex quo facimus : *quandoquidem ita caverunt, ne quis belle fabricaretur ſepulcrum.* haud magnæ mutationis negotium fuit, de *velle*, *belle* fabricari. belle autem ſepulcrum fabricari, eſt ſumptuoſe ſepulcra ædificare & marmoribus & aliis ejuſmodi decorare : quod vetuerunt illo in tempore, cum peſtis ubique graſſaretur, Antonini, caveruntque ne quis belle ſepulcrum conderet. Belle autem pro decore & magnifice non heic tantum ſed alibi poſitum leges. merito igitur ita caverunt prudentiſſimi imperatores : ne multum temporis impenderetur extruendis magnificis ſepulcris, & mora illa retardarentur ſepulturæ : quod minime oportuit in tanta ſepeliendorum homi-

caverunt, [1] ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum: quod hodieque ſervatur. Et multa quidem millia peſtilentia conſumpſit, multoſque ex proceribus: quorum ampliſſimis Antoninus ſtatuas collocavit. [2] Tantaque clementia fuit, [3] ut & ſumptu publico [4] vulgaria funera juberet efferri: [5] & plano cuidam qui diripiendæ urbis occaſionem cum quibuſdam conſciis requirens, de caprifici arbore in campo Martio concionabundus, ignem de cœlo lapſurum, [6] finemque mundi affore diceret, ſi ipſe lapſus ex arbore in ciconiam verteretur: quum ſtatuto tempore decidiſſet, atque ex ſinu ciconiam emiſiſſet, perducto ad ſe atque confeſſo veniam

hominum & fabricandorum ſepulcrorum multitudine. ne igitur circa ornanda & decoranda belleque extruenda monumenta diu hærerent artifices, juſſerunt ut ne quis bella decoraque ſepulcra curaret facienda fabricandaque. & hanc hujus eſſe loci ſententiam facile mihi perſuadeo.

GRUTERUS.

1 *Ne uti quis vellet fabricaret ſepulcrum.*] Lectio importuna. tale enim nihil præcipiendum veniebat tempore peſtis; ſed potius, ne quis negligeretur ab heredibus, ut rectè monuerunt viri eruditiſſimi. Palatinus nihil nobis opitulatur, niſi quod detegat falſitatem ſcripturæ: habet enim, *ne quiſ vellet abfricaret in ſepulcrum.*

CASAUBONUS.

2 *Tantaque clementia fuit.*] Abutitur voce *clementiæ*: nam ὁσίαν, & pietatem erga defunctos intelligit. ſed reſpexit ad hiſtoriam de plano, quæ poſteriore tamen loco poſita eſt.

3 *Ut & ſumtu publico vulgaria funera juberet efferri.*] Reg. *fieri.* Æmilius Probus, ſive is eſt Cornelius Nepos, in Cimone, *complureis pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquiſſent, ſuo ſumtu extulit.* Aurelius Victor, *Gallo Voluſianoque factor quæſitus, quòd anxiè ſtudioſeque tenuiſſimi cujuſque exſequias curarent.* Sed quòd iſti privato ſumtu, vel publico extra ordinem, pauperes mortuos extulerunt; melius ei rei vetus eccleſia proſpexit: inſtituto certorum hominum miniſterio, quos copiatas & parabolanos, ſive parabolarios dixerunt: qui pauperibus quocunque genere valetudinis ægrotis adeſſent, ac mortuos ſepelirent. de his habes in Codice, Novellis Juſtiniani, & jure canonico.

5 *Et vano cuidam.*] Ita noſtri codices. at liber Fulvii Urſini *plano.* uſitatiùs, & meliùs.

6 *Finemque mundi affore diceret.*] Scribe *dicebat*: ut in Regio.

SALMASIUS.

4 *Vulgaria funera juberet efferri.*] *Juberet & eo ferri*, Palatinus mendoſe. ex quo in veteri editione, qui illam procuraverunt, legi voluerunt, *ex eo fieri*: quæ manifeſto nata eſt lectio ex illa Palatina: *& eo fieri.* verum eſt *efferri.*

5 *Et vano cuidam.*] Palatinus cum Urſini codice conſentit: habet enim, *& plano cuidam.* & ita reſtituendum. Gloſſæ: *planum, fallacem,* ἀπὸ τοῦ πλανᾶν, πλάνον quoque Græci dicunt.

1 *Pro-*

veniam daret. [1] Profecti itaque ſunt paludati ambo 14
imperatores, [2] Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus quæ pulſæ à ſuperioribus barbaris fugerant, niſi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit iſta profectio, [3] quum Aquileiam uſque veniſſent. Nam plerique reges & cum populis ſuis ſe retraxerunt, & tumultus autores interemerunt. Quadi autem amiſſo rege ſuo, non priùs ſe confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, quàm id noſtris placuiſſet imperatoribus. [4] Lucius tamen invitus profectus eſt, [5] quum plerique [6] ad legatos impera-

CASAUBONUS.

1 *Profecti itaque ſunt.*] Sic regius. erat prius, *pr. tamen ſunt.* Scribebam *tandem.* ut hac voce indiceretur mora biennii in belli hujus apparatu conſumta.

2 *Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus.*] Erat editum, *Parthis & Marc.* abſurdè: cum neque fuerit quicquam commune Parthis cum Marcomannis: & bellum Parthicum nullum tum ſit geſtum. reſcripſimus ut habetur in regio. Victovali jam inde à temporibus Trajani inter inimicas Romanis gentes innotuerunt. meminere Eutropius, Ammianus & alii: Capitolinus quoque iterum poſt pauca. Aliis dicuntur *Victophali*, quibuſdam *Victuvali*: Pæanio Βικτόαλοι. tot modis denſior aſpiratio inter vocales exprimitur.

3 *Cùm Aquileiam uſque veniſſent.*] Quid? nam poteſt utrovis modo accipi: ſive de Marco & Vero, ſive de hoſtibus: quos Marci temporibus uſque ad vicina Aquileiæ loca progreſſos eſſe, teſtes Lucianus in Pſeudomanti, & Dio. & addit Lucianus eam urbem penè interceptam à Barbaris. accipio tamen de imperatoribus: quos Aquileiam veniſſe, iterum in Vero dicitur. auctor vero Galenus libro Περὶ τοῦ προγινώσκειν, conſilium fuiſſe Marci & Veri hibernare Aquileiæ: quo & ſe venire juſſum à Marco ſcribit.

4 *Lucius tamen invitus profectus eſt*] Invitum traxit Marcus. vide in Vero.

SALMASIUS.

2 *Victovalis.*] *Victualis*, Palatinus: & ita ſemper Ptolemæo, Βικτοάλοι. Latine, Victoali vel Victuali, & Victovali.

3 *Cum Aquileiam uſque veniſſent.*] Aquileiæ hiemabant imperatores ut ſtatim ineunte vere in Marcomannos proficiſcerentur. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων· ἀφῖκτο δ᾽ εὐθέως ἐξ Ἀκυληΐας τὸ παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων γράμμα, κελευόντων με. προῄρητο γὰρ αὐτοῖς χειμάσασιν ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς ἐξελαύνειν.

GRUTERUS.

1 *Profecti itaque ſunt paludati ambo Imperatores.*] Sic regius codex. at noſter heic adhæret vulgatis: *Profecti tamen ſunt*, quod retineri queat, quemadmodum & infra: *Lucius tamen invitus profectus eſt*; niſi mutare velimus in *tandem*, ut placebat viris ſummis.

6 *Victovalis & Marcomannis.*] Pal. unâ literâ minus, *Victualis*.

CASAUBONUS.

5 *Cum plerique ad legatos imperatorum mitterent.*] Cur ad legatos, cùm ipſi impe-

peratorum mitterent, defectionis veniam poſtulantes. Et Lucius quidem [1] quòd amiſſus eſſet præfectus prætorio Furius Victorinus, [2] atque pars exercitus interiſſet, redeundum eſſe cenſebat: Marcus autem fingere barbaros exiſtimans & fugam [3] & cætera quæ ſecuritatem bellicam oſtenderent, ob hoc ne tanti apparatus mole premerentur, [4] inſtandum eſſe dicebat. Denique tranſcenſis Alpibus longius proceſſerunt, compo-

Imperatores adeſſent? Scribe, *cùm plerique ad imperatorem legatos mitterent.* in Vero, *De quo bello quid per legatos Barbarorum pacem petentium, quid per duces noſtros geſtum eſt, in Marci vita pleniſſime diſputatum eſt.*

SALMASIUS.

5 *Quum plerique ad legatos imperatorum mitterent.*] Legatos nempe conſulares, qui provincias barbaris vicinas regebant & in quibus belli ſemper aliqua ſuſpicio eſſet. has provincias, quod annuis magiſtratibus regi non poſſent, ſibi Cæſar reſervavit, & per legatos conſulares eas adminiſtrabat. barbari igitur ad illos legatos miſerunt, qui limites tuebantur, & defectionis veniam poſtularunt. non repugnabo tamen ſi quis eruditiſſimo Caſaubono aſſentietur legenti: *quum plerique legatos ad imperatorem mitterent.* niſi ſit verius: *ad imperatores.* cum autem dicat Capitolinus Lucium tamen invitum profectum eſſe, non jam de profectione illa accipio qua Romam egreſſi Aquileiam uſque venerunt, ſed de ea qua Marcus ulterius pergere voluit & adverſus Barbaros proficiſci. cum enim Aquileiæ hibernarent, & reges plerique ſe retraxerunt, & legatos miſerunt defectionis veniam poſtulantes. quod cum fieret, Lucius redeundum eſſe cenſebat: Marcus autem ulterius tendendum, quod ſimulate illa fieri à barbaris crederet, ne mole belli premerentur. Sed verius eſt de tota profectione accipiendum quam non libenter Lucius aggrediebatur, cui urbanæ voluptates magis erant cordi. hæc adeo confuſe & incondite narrantur ab hoc auctore, ut maximam orationis virtutem plerumque non habeat, id eſt perſpicuitatem.

GRVTERVS.

6 *Ad legatos Imperatorum.*] Nihil abit ab hac ſcripturâ Pal. nec video cur ferri nequeat, in tantâ totius narrationis confuſione.

1 *Quod admiſſus eſſet.*] Quamvis non abeat à vulgato, *amiſſus*, noſter Pal. placuit tamen Turnebi *admiſſus*; utique cùm item exſtaret in mſ. aliis.

2 *Atque pars exercitus interiſſet.*] Pal. *ut quæ pars, &c.*

3 *Et ca era quæ ſecuritatem bellicam oſtenderent.*] Numquam memini fugam inter ſecuritatis bellicæ ſigna. itaque aliud quid ei voci ſubſit oportet. an fuit? *quæ inſecuritatem bellicam, &c.*

4 *Inſtandum eſſe ducebat.*] Ita præter Puteani codicem etiam Pal. non *dicebat*, ut vulgg.

CASAUBONUS.

1 *Quod amiſſus eſſet præfectus prætorio Furius Victorinus.*] Qui fortaſſe idem eſt cum Cornelio Victorino præf. præt de quo in vita Pii. Pro *amiſſus*, alii libri ſcribunt, *admiſſus*. quod Turnebo ſcimus probatum.

4 *Inſtandum eſſe dicebat.*] Puteani melius, *ducebat.*

1 *Vid*

poſueruntque omnia quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant. Placuit autem, urgente Lucio, ut præmiſſis ad ſenatum literis Lucius Romam rediret. [1] Via quoque poſteaquam iter ingreſſi ſunt, ſedens cum fratre in vehiculo Lucius, [2] apoplexi arreptus periit.

1 *Via quoque poſteaquam iter ingreſſi ſunt.*] Corrupta, ſine dubio, lectio: ſed qualem veteres & ſcripti & editi exhibent. Videntur deeſſe nonnulla: multa enim in hac vita exſcriptorum flagitia. Non diſplicet quomodo in nonnullis editionibus eſt emendatum: *Unà quoque poſtea iter ingreſſi ſunt.* etſi ſcribat idem Capitolinus in Vero non ambos eſſe profectos, ſed Lucium ſolum in urbem deſtinatum. Verùm non conſtat ſibi Capitolinus: ſicut ſequentia quoque arguunt. Meliùs autem iſta cum ſequentibus cohærebunt, ſi ſcribas: *Ubi autem poſtea unà iter ingreſſi ſunt, ſedens cum fratre in vehiculo Lucius, ap.*

SALMASIUS.

1 *Via quoque poſtquam iter ingreſſi ſunt.*] Ita omnes libri, niſi quod Palatinus, *bia*, pro *via*. nec cenſeo corruptam aut mendoſam lectionem. *via* enim dixit pro *in via*. in via autem extinctum eſſe Lucium omnes conſentiunt. Galenus, καθ' ὁδὸν, his verbis quæ lucem huic loco adferunt: ἐπιδημοῦντος ἐν μὲν τῇ Ἀκυληΐᾳ, κατέσκηψεν ὁ λοιμὸς ὡς οὔπω πρότερον. ὥστε τοὺς μὲν αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην ἅμα στρατιώταις ὀλίγοις· ἡμᾶς δὲ τοὺς πολλοὺς μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ διασωθῆναι, πλείστων ἀπολλυμένων, οὐ μόνον διὰ τὸν λοιμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ μέσου χειμῶνος εἶναι τὰ στρατεύματα. μεταστάντος δὲ ἐξ ἀνθρώπων τοῦ Λουκίου κατὰ τὴν ὁδὸν, &c. nonnihil diverſa ſunt quæ heic narrat Galenus de illa peſte, deque reverſione imperatorum, ab hiſtoria Capitolini. primum enim peſtem invaſiſſe prius quam imperatores profecti eſſent ſcribit noſter: Galenus vero, tum demum cum Aquileiæ hybernarent imperatores, à quibus Aquileiam evocatus, cum vix urbem ingreſſus eſſet. κατέσκηψεν, inquit, ὁ λοιμός. Deinde diverſam cauſam aſſignant reditus in urbem imperatorum hic & ille. Capitolinus enim id datum vult precibus Lucii qui urgebat reditum quod urbanas voluptates deſideraret: & ita quidem ſcribit in vita Veri. heic verò quòd amiſſus eſſet præfectus prætorio & pars exercitus interiſſet, redeundum cenſuiſſe Lucium refert. quæ cauſa melius cum ea quam Galenus adfert, conveniret. peſti enim attribuit cauſam imperatorum reditus: ὥστε τοὺς μὲν αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην ἅμα στρατιώταις ὀλίγοις. atque hæc hactenus. diſtingue igitur hunc locum: *Via quoque, poſtquam iter ingreſſi ſunt, ſedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexi arreptus periit.*

GRUTERUS.

1 *Via quoque poſteaquam iter ingreſſi ſunt, ſedens cum, &c.*] Nihil adminiculatur Palat. præfert tantum; *bia quoque poſtquam iter ingreſſi ſunt.* aliquid proculdubio deeſt.

2 *Apoplexia correptus.*] Sic regius codex, melius quàm retro cuſi, *apoplexi arreptus*, quomodo tamen & Palatinus: neque aliter ea dictio ſcribitur apud alios inferioris ætatis ſcriptores.

CASAUBONUS.

2 *Apoplexi arreptus p.*] Reg. *apoplexia correptus.* ſcribe, *apoplexia* ἀποπληξία.

SALMASIUS.

2 *Apoplexi arreptus periit.*] Mendoſa lectio

15 periit. [1] Fuit autem conſuetudo Marco ut in circenſium ſpectaculo legeret, audiretque ac ſubſcriberet: [2] ex quo quidem ſæpe jocis popularibus dicitur laceſſitus. [3] Multum ſanè potuerunt liberti ſub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus. Tantæ autem ſanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit & defenderit, quum ei vehementiſſimè diſplicerent, [4] mortuumque eum divum appellaverit: amitaſque ejus & ſorores honoribus & ſalariis decretis ſublevaverit atque provexerit, ſacri-

lectio Regii codicis, *apoplesia*: nec fidem poteſt facere ad legendum, *apoplexia*. nam *apoplexi* veteres & optimi noſtri retinent. Aurelius Victor aliter ſic expreſſit; *qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀποπληξίαν vocant, undecimo imperii anno extinctus eſt.* quem locum perperam ſollicitat vir eruditus. Eutropius unde ſumpſit: *ſubito ſanguinis ictu, caſu morbi quem Græci apoplexin vocant.* quod vero ictum ſanguinis heic vocat Victor, alibi impetum ſanguinis dixit, in Valentiniano: *anno ævi quinto & quinquageſimo, impetu ſanguinis voce amiſſa, ſenſu integer exſpiravit.* Ammianus eumdem *ictum tanquam è cælo exſpiraſſe* ſcribit lib. xxx. *Paulatimque lenitus & ad meliora propenſior, tanquam ictus è cælo, vitalique via voceque ſimul obſtructa ſuffectus igneo lumine cernebatur, & repente cohibito ſanguine letali ſudore perfuſus ne laberetur ſpectantibus exulibus, concurſu miniſtrorum vitæ ſecretioris ad conclave ductus eſt intimum.* in ejuſmodi autem ſubitis & repentinis morbis frequenter auctores, & ictus & impetus nominibus utuntur, quibus τὸ ἀποπληκτικὸν exprimunt morbi genus. nec dubium quin ἀποπλήξεις vocent ejuſmodi ſpecies morborum, per quas, impetu ruentis ſanguinis & vitales vias obſtruentis momento quis eripitur, & ſuffocatur.

CASAUBONUS.

1 *Fuit autem conſuetudo Marci.*] Quàm aliena hæc ſint ab iſto loco, ne tirones quidem monendi ſunt: eſt enim res manifeſtiſſima. in regio longè aliter: ſed nihilo meliùs.

2 *Ex quo quidem ſæpe jocis popularibus dicitur laceſſitus.*] Confer cum ſimili loco apud Tranquillum libro ſecundo, capite XLV.

3 *Multum ſane potuerunt liberti ſub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus.*] En ſolutas ſcopas. expones vero ex iis quæ ſcribit idem Capitolinus in Vero, *liberti multum potuerunt apud Verum, ut in vita Marci diximus.* nam poſita hic verba Marci æquè & Veri exiſtimationem lædunt: immeritò, & non ſine ſcriptoris vel exſcriptoris lata culpa.

4 *Mortuumque eum divum appellaverit.*] Nummi veteris inſcriptio, DIVUS. VERUS. PARTHICUS. & ab altera facie, CONSECRATIO, S. C.

SALMASIUS.

4 *Mortuumque eum divum appellaverit.*] Meminit quoque Galenus Lucii ἀποθεώσεως. ſed locus optimi ſcriptoris vulgo corruptus circumfertur. nam ἀπόθεσιν pro ἀποθέωσιν legitur in commentario περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: μεταστάντος δὲ ἐξ ἀνθρώπων τοῦ Λουκίου κατὰ τὴν ὁδὸν, εἰς Ῥώμην αὐτοῦ κομίσας τὸ σῶμα τὴν ἀποθέωσιν Ἀντωνῖνος ἐποιήσατο, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς στρατείαν ἐχώρει.

1 Anto-

ſacriſque eum plurimis honoraverit. flaminem & [1] Antonianos ſodales, & omnes honores [2] qui divis habentur, eidem dedicavit. [3] Nemo eſt principum quem non gravis fama perſtringat, uſque adeo ut etiam Marcus in ſermonem venerit, [4] quòd Verum vel [5] veneno ita

CASAUBONUS.

1 *Antonianos ſodales.*] *Antoninianos.* Lapis antiquus: SODALI. ANTONINIANO. VERIANO. FETIALI.

3 *Nemo eſt principum quem non gravis fama perſtringat.*] Ne hominum quidem, vel ſanctiſſimorum, nedum principum. Græcorum verum eſt dictum, ἁπλῶς) μῶμος καὶ τῶν ἀψαύστων.

4 *Quòd Verum veneno ità ſuſtulerit, ut p.*] Reg. *tulerit*, ut ſæpe in his libris. Fabulam tangit Capitolinus iterum in Vero, & Aurelius Victor: ambo acriter confutant. Dio aliter rem narrat: Verum Marci vitæ inſidiatum, ne perderet, periiſſe. ego puto falſo hæc conficta: etſi Caracalla apud Herodianum rem geſtam vult videri; inter imperatores fratricidas, ut ipſe erat, Marcum recenſens.

GRVTERVS.

1 *Antoninianos ſodales.*] Editi *Antonianos*; malè & præter mſ. Pal.

2 *Qui Divis habentur.*] Pal. à manu prima, *Diis*, quod eodem redit, ut puto.

SALMASIUS.

4 *Quod Verum vel veneno ita ſuſtulerit.*] Præter Dionem qui narrat Verum, inſidias Marco cum pararet, præventum ab eodem ne præveniret, Philoſtratum id etiam tradere comperi. in vita Herodis; ubi ſcribit Lucium inſidiarum & conjurationis adverſus Marcum fuiſſe inſimulatum. cujus etiam rei ſuſpicione leviter aſperſum Herodem propter familiaritatem, & jus hoſpitii quòd ipſi cum Lucio intercedebat, de Athenienſibus: οἱ δὲ ἐπεξῆλθον ἀφανῶς ... τ. αὐτοκράτορα Μάρκον, θαρροῦντες τῇ τε φύσει τοῦ βασιλέως καὶ τῷ καιρῷ. καθ' ὃν γὰρ ὑπώπτευον Λούκιον κοινὸν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς γενόμενον, ὡς δὲ τὸν Ἡρώδην ἠξίει τοῦ μὴ ξυμμετέχειν αὐτῷ. quæ verba male intellecta interpretibus, nec melius reddita, nonnihil etiam vulgo corrupta, huc refero. ſignificant autem, Marcum eo tempore quo Lucium habuit ſuſpectum inſidiarum, & conjurationis adverſum ſe cogitatæ, non liberaſſe Herodem, quin & conſcium eum participemque Lucii conſiliorum ſuſpicaretur. & id tempus, quo adhuc hærebat animo Marci illa de Herode ſuſpicio, delegiſſe Athenienſes, ut de ipſo ejuſque tyrannide, querelas ad imperatorem deferrent. ideoque in ſequentibus conqueritur Herodes, hoc ſibi præſtitiſſe Lucii ξενίαν. ἀλλ' ἀπηγκωνισμένῃ τῇ γλώττῃ διετείνετο, λέγων, ταῦτά μοι ἡ Λουκίου ξενία ὅν μοι ἔπεμψας. Tunc non erat in vivis Lucius. ſedebat enim imperator ἐν Παιονίᾳ, quo poſt conſecrationem Lucii ad Marcomannicum bellum peragendum profectus erat. quod quia parum diſtinctè notant iſti auctores, heic videtur dilucidius aperiendum. Lucio igitur inter Altinum & Concordiam ſubiti vi morbi extincto, Romam rediit Marcus, & reliquias Lucii devexit: quibus mox conditis, ipſoque divo facto, expeditionem adverſus Marcomannos jam ante Lucii mortem & cum ipſo Lucio ſuſceptam, ſequuta vero Lucii morte derelictam reſumpſit: quod ſupra ex Galeno notabamus, qui tunc temporis vivebat & imperatori familiaris erat. cujus hæc verba ſunt; τὴν ἀποβίωσιν Λουκίου ... μετ' ἰατρῶν-

ſta ſuſtulerit, ut parte cultri veneno lita vulvam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans, & ſibi innoxiam reſervans: vel certè per medicum Poſidippum, qui ei ſanguinem intempeſtivè dicitur emi-
16 ſiſſe. [1] Caſſius poſt mortem Veri à Marco deſcivit. Jam in ſuos tanta fuit benignitate Marcus, ut cùm in omnes propinquos cuncta honoris ornamenta contulerit, [2] tum in filium Commodum, & quidem ſceleſtum atque impurum, [3] citò nomen Cæſaris, & mox ſacer-

μετὰ ζήλου τῆς ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς στρατείας εἴχετο. qua in expeditione præter ſpem omnium diu manſit Antoninus. Galenus: καὶ χρονίσαντός γε κατὰ τὴν ἀποδημίαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῦ Ἀντωνίνου, σύμπας ἐκεῖνος ὁ χρόνος ἀξιολογωτάτην τὴν ἄσκησίν μοι παρέσχεν. παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα dixit, quia ἤλπιζεν ἐν τάχει κατορθώσειν τὸν πόλεμον. aitque præter ſpem omnem id eveniſſe, ut tantum temporis in eo bello profligando contereret. poſt reditum autem ſuum, imperatoris nomen & triumphi participationem & conſulatum in filium Commodum contulit, quem admodum puerum reliquerat, ut ex eodem Galeno didicimus, ἐν τῷ περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. atque hæc quidem breviter à nobis & ordine ſunt digeſta, ut omnibus apparere poſſit, quanta negligentia & ſecuritate verſati ſint Capitolinus & reliqui, in vita geſtiſque horum imperatorum digerendis & recenſendis, qui nihil penſi habent quid dicant, & quo dicant ordine, non temporum ſervata ratione, non rerum ipſarum. cujus ἀταξίας non aliud notabilius exemplum quam hoc loco habemus, ubi meminit triumphi participationis quam in filium Commodum contulit Marcus, priuſquam meminerit ejus belli, de cujus profligatione triumphum meruit, quem cum Commodo participavit.

GRUTERUS.

5 *Veneno ita tulerit.*] Adhæret Pal. regio exemplari; mavult, inquam, *tulerit*, non *ſuſtulerit*, quomodo antea cuſi. ſicque iterum locutus infra fine cap. 25. ut & in Avidio cap. 4. p.

2 *Tum in filium Commodum, & quidem, &c.*] Pal. *tum in filium, & Commodum quidem, &c.*

SALMASIUS.

2 *Tum in filium Commodum, & quidem ſceleſtum atque impurum.*] *Tum in filium & Commodum quidem, ſceleſtum atque impurum.* ita Palatinus. & mea ſententia, melius. non miratur enim quod in filium, ſed quod in talem filium, qualis Commodus, ſceleſtum atque impurum.

CASAUBONUS.

1 *Caſſius poſt mortem Veri à Marco deſcivit.*] Quorſum iſta hoc loco? nam de Caſſii rebellione inferius. eo igitur rejice.

2 *Tum in filium Commodum & quidem ſceleſtum atque impurum.*] Hoc vult: tanta fuiſſe Marcum in ſuos benignitate, ut qui deberet filium Commodum aut perdere, aut à Rep. procul habere ob væſaniam; conceſſerit tamen affectui paterno, & φιλότεκνον potiùs quam φιλόπολιν ſe probarit: quòd apud Dionem illi objicit Imp. Severus.

3 *Citò nomen Cæſaris.*] Atqui dictum ſuprà rogatu Veri liberos Marci dictos Cæſares.

1 Quo

ſacerdotium, ſtatimque nomen imperatoris ac triumphi participationem & conſulatum. [1] quo quidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum

1 *Quo quidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.*] Quis cucurrit? nam ex hac lectione, quam & membranæ exhibent, non diſcas. ſed locus eſt miſere depravatus, totâ ſententiâ corruptâ, vel potius nullâ. Eruditiſſimus Turnebus olim ſic emendabat. *Q. q. t. ſanè equo imperatoris filius ad triumphalem currum i. c. p. c.* alii ſic: *Q. q. t. ſanè imperatoris filius*, &c. refellit vero has emendationes, quod de eodem ſcriptum antè Capitolino: *in triumpho liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt.* nam ſi vectus curru triumphali Commodus, corruunt hæ correctiones. dicat aliquis de fratre Commodi & ſororibus ſuperiora verba intelligenda, non de Commodo: ſed cui fiet veriſimile Commodum pedibus currum triumphalem patris ſui eſſe proſecutum? aut quomodo ſi eſt ita, dici potuit cum patre triumphaſſe? quod ſæpiùs legas. atqui cauſſa non eſt cur triumphaſſe ſcribatur, niſi curru triumphali fuerit vectus. Enimvero cùm de eximiis Commodi honoribus loquatur hic Capitolinus, quam alienæ ſint ab hujus loci ſententia ſuperiores emendationes, nemo non videt. Nos aliam longè ſententiam eſſe arbitramur: & pro *ſine* ſcribimus *ſenatus*, pro *cucurrit*, *accurrit*. nihil poteſt aptius dici ad hunc locum. *ſine* pro *ſinatus* jam ſemel in hac vita vitio ſcriptum indicavimus. Senſus eſt: triumphanti Commodo cum Marco & Vero, inſignem illum contigiſſe honorem, ut currum quo ipſe vehebatur per circum tranſeuntem, ſenatus comitaretur, hinc inde pedibus accurrens. De hoc genere honoris dicebamus ad Suetonium libro quarto, capite XXVI. Ait autem *in circo*, quia triumphantes per circum & forum in Capitolium veniebant.

SALMASIUS.

1 *Quo quidem tempore ſine imperatoris filio.*] Graviter affectus hic locus, quem ſcio quomodo ſanare conati ſunt eruditi viri, quibus ſi nihil aliud melius occurreret, libenter acquieſcerem. Palatinus ſcriptum habet: *quo quidem tempore ſine intemperator filio, ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.* facili conjectura legimus: *quo quidem tempore ſenex imperator filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.* nomen imperatoris & triumphi participationem & conſulatum in Commodum contulerat Marcus, inquit Capitolinus, quo quidem tempore ſenex imperator filio pedes cucurrit ad currum. de conſulatu autem filii loquitur, non de triumpho, quem ita honoravit ſenex imperator, ut in officio cum aliis ad currum filii pedes curreret. ſic Julianus qui in omnibus volebat Marco videri ſimilis, conſulum officia frequentabat. Ammianus lib. XXII. *Allapſo itaque Kalendarum Januariarum die cum Mamertini & Nevitæ nomina ſuſcepiſſent paginæ conſulares, humilior princeps viſus eſt in officio pedibus gradiendo cum honoratis: quod laudabant alii, quidam ut affectatum & vile carpebant.* En imperator in officio cum honoratis ad currum conſulis pedibus graditur. ut heic Marcus ad currum filii conſulis pedes currit. Triumphalem autem currum ideo vocavit, quod paulo ante cùm patre triumphaverat Commodus.

GRUTERUS.

1 *Quo quidem tempore ſine Imperatoris filio, &c.*] Nihil etiam auxiliatur huic loco Pal. niſi quod ſcribat, *ſine Imperator filio.*

2 Fere

rum in circo pedes cucurrit. Poſt Veri obitum Marcus Antoninus ſolus remp. tenuit, multo melior & [1] feracior ad virtutes: [2] quippe qui nullis Veri jam impediretur aut ſimulatis callidæ ſeveritatis (quo ille ingenito vitio laborabat) erroribus,[4] aut his quibus præcipuè diſplicebat Marco Antonino jam inde à primo ætatis ſuæ tempore, vel [5] inſtitutis mentis pravæ, vel mori-

CASAUBONUS.

1 *Feracior ad virtutes.*] Εὐφορώτερος πρὸς ἀρετάς: Sed *virtutes* hic accipe præclara facta ex virtute manantia. ſic Græcis ἀρετὴ pro *κατόρθωμα*.

SALMASIUS,

2 *Quippe qui nullis Veri jam impediretur aut ſimulatis.*] Hæc quæ ſequuntur, paulo perturbatiora ſunt, atque etiam obſcuriora: quid enim vocat, *ſimulatos callidæ ſeveritatis errores?* an ſeverus aut ſeveritatis ſimulator Verus? nihil minus. cujus ingenium, laſcivum, ſimplex, & qui nihil adumbrare poſſet: quem in ejus vita, idem ſcribit auctor, *vitæ licentioris nimietate & laſciviæ moribus, à ſicta Marci diſſenſiſſe, fuiſſeque morum ſimplicium, & qui nihil adumbrarent.* Quid igitur hæc ſibi volunt hoc loco? nihil enim magis contrarium laſcivo & ſimplici quam calliditas & ſeveritas, ſive illa ficta ſive vera ſit, quæ tribuitur heic Lucio Vero. an hoc vult, Lucium qui vixerit non in libero imperio, ſed ſub Marco, non ſui arbitrii ſemper fuiſſe, ſed accommodaſſe ſe moribus Marci & ſeveritatem aliquando ſimulaſſe? Næ ille magnum facinus & laudandum præſtiterit, qui mihi ſenſum hujus loci qualis ſit, & quam conveniat cum iis quæ de moribus Lucii alibi dicuntur, oſtenderit. legebam aliquando, *ſecuritatis.* quæ ſecuritas aliquanto magis cum ἁπλότητι convenit. ſed ſequitur, *quo ille ingenito vitio laborabat*, quod jam minime ad ſecuritatem poteſt aptari. Vitium igitur ingenitum vocat, callidam ſeveritatem, quam fingere noverat Verus, & propter quàm merito diſplicebat Marco, cujus in vita & moribus nihil fictum aut ſimulatum: etſi non defuerint, qui hoc eodem vitio laboraſſe illum, nec tam ſimplicem fuiſſe, quam videri volebat, dixerint. Aurelius Victor de Lucio: *Carminum maxime tragicorum ſtudioſus, ingenii aſperi, atque laſcivi.* quid aſperitati cum laſcivia? Capitolinus in Vero: *fuit voluptarius & nimis lætus, & omnibus deliciis, ludis, jocis decenter aptiſſimus.* quid aſperi poſſit ineſſe in homine qui ejuſmodi mores habeat, non video: idem tamen videtur dicere Eutropius, qui ſcribit *eum ingenii parum civilis fuiſſe, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox auſum.* accommodaſſe autem aliquando ſe Marci moribus Lucium, teſtatum etiam reliquit in ejus vita Capitolinus. *Marcus pro ambobus locutus eſt, & pro conſenſus imperio graviter ſe & ad mores Marci egit, & hoc quidem priuſquam in Syriam proficiſceretur. nam in Syria cum eſſet, liberius ingenio genioque induſit.*

3 *Quo ille ingenito vitio laborabat erroribus.*] Palatinus: *quia ille*, perperam. *Callidæ ſeveritatis errores*, ut infra: *luxuriæ errores* dixit in Vero: *hic quum tantis deliciarum & luxuriæ quæreretur erroribus.*

4 *Aut his quibus præcipue diſplicebat.*] *Aut his qui præcipue diſplicebant Marco Antonino.* Vetus autem editio: *qui præcipue diſplicebat.*

CASAUBONUS.

5 *Vel inſtitutis mentis pravæ, vel moribus.*]

moribus. Erat enim ipſe tantæ tranquillitatis [1] ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio, philoſophiæ deditus Stoicæ, quam & per optimos quoſque magiſtros acceperat, & undique ipſe collegerat. Nam [2] & Adrianus, ut dictum eſt, hunc eundem ſucceſſorem paraverat: [3] niſi ei ætas puerilis obſtitiſſet. Quod quidem apparet ex eo [4] quòd generum Pio hunc eundem

ribus.] Ingenita Vero vitia, quæ non ab aliis accepiſſet, verùm ipſe ſuopte ingenio excogitaſſet, appellat *inſtituta mentis pravæ*. At *mores*, quæ velut contagione à ſodalibus & familiaribus in ipſum erant derivata. nam ἡ διάθεσις eſt φυσικὴ ἔθη verò ex quibus naſcitur ἦθος ποιὸν, eſt ἐπίκτητον.

SALMASIUS.

5 *Inſtitutis mentis pravæ vel moribus.*] *Mens prava*, ut mala mens Comico: *mala mens, malus animus.* ſic Aurelius Victor Schotti, in Caligula: *ipſique ſatellites dum inceſtam mentem, pravamque putant.* ſic *ſuperba mens*, Marcellino.

CASAUBONUS.

1 *Ut vultum nunquam mutaret mœrore vel gaudio.*] Hæc illa eſt ἀπάθεια Stoicorum: quorum doctrinam plenè hauſerat imbiberatque Marcus. ipſe ait ſe doctum à Claudio Maximo Stoico, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ, καὶ κατὰ μηδὲν περίφορον εἶναι· καὶ τὸ εὔθυμον ἐν ταῖς περιστάσεσι.

2 *Et Hadrianus, ut dictum eſt.*] Sic membranæ. locus quò nos rejicit non eſt in iis quæ præceſſerunt Julii Capitolini.

3 *Niſi & ætas puerilis obſtitiſſet.*] Scribe, *niſi ei æt.* & obſerva genus loquendi, quod ad Suetonium notabamus.

4 *Quòd generum Pio hunc eundem delegit.*] Ain' tu? Marcum Hadrianus Pio generum delegerat? atqui toties dictum, & dicendum, Hadriani juſſu Ceionii Commodi filiam fuiſſe ei deſponſatam. nemo excuſaverit hanc tantam inconſtantiam: auctor enim dum modò hos ſequitur, modò illos, planè ἀσύστατα ſcribit. in Eutropio penè eadem verba.

SALMASIUS.

1 *Ut vultum nunquam mutaverit mœrore nec gaudio.*] Eutropius ex hoc loco ſumpſit: *à principio*, inquit, *vitæ tranquilliſſimus, adeò ut ab infantia quoque vultum nec ex gaudio nec ex mœrore mutaverit.* eadem habet verba Victor alter. Philoſtratus magnum ejus tranquillitatis, & vultus, ut ita dicam, ἀτρεψίας teſtimonium profert in Herode, his verbis: ἡμεῖς δὲ τὸ ἐπιδήλως τοῦ Μάρκου φιλοσοφηθέντων καὶ περὶ τὴν δίκην ταύτην ἡγώμεθα, οὐ γὰρ ξυνήγαγε τὰς ὀφρῦς, οὐδὲ ἔτρεψε τὸ ὄμμα, ὃ κἂν διαιτητής τις ἔπαθεν, ἀλλ' ἐπιστρέψας ἑαυτὸν εἰς τοὺς Ἀθηναίους, ἀπολογεῖσθε, ἔφη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ καὶ μὴ ξυγχωρεῖ Ἡρώδης.

2 *Et Hadrianus.*] Lege ex Palatino: *Nam & Hadrianus, ut dictum eſt, hunc eundem ſucceſſorem paraverat.*

4 *Quòd generum Pio hunc eundem delegit.*] Non Hadrianus Pio Marcum generum delegit, ſed ipſe ſibi Pius: cum voluiſſet Hadrianus ut is Verum ſibi generum haberet. ſed quum Verus impar ætate eſſet, diſſoluta ſunt ſponſalia, quæ cum illo deſponderi voluerat Hadrianus, & ſic ejus locum occupavit Marcus cui Pii filia data eſt. ex Hadriani voluntate Lucii Ceionii filiam Marco fuiſſe deſponſatam uno loco tantum ſcribit Capitolinus: & ſane mirum in vita Lucii

dem delegit, ut ad eum, dignum utpote virum, [1] quan-
17 doque Romanum perveniret imperium. Ergo provincias poſt hæc [2] ingenti moderatione ac benignitate tractavit. [3] Contra Germanos res feliciter geſſit. [4] Specialiter ipſe bellum Marcomannicum, [5] ſed quantum

cii Ceionii nuſquam ejus filiæ, Lucii Veri ſororis mentionem feciſſe, nec alibi poſtea, quid illa factum ſit, oſtendiſſe. alio loco dicit Marcum Commodo magiſtro uſum eſſe, cujus ei affinitas fuerat deſtinata. Eutropius & genere conjunctos & affinitate fuiſſe Marcum & Verum ſcribit, ſed aliter affinitatem illam explicat. quem vide. Parum igitur ſibi conſtat hic author.

1 *Quandoque Romanum perveniret imperium.*] *Quandocunque. quandoque* & *quandocunque* invicem alterum pro altero poſita reperiuntur apud milites.

3 *Contra Germanos res feliciter geſſit.*] En ut longo intervallo poſt Lucii mortem repetit, quæ ſtatim ejus mortem ſunt ſequuta, multis rebus interpoſitis quæ longi temporis ſpatio expeditione iſta Germanica poſteriores fuere. Nam, ut jam ſupra docuimus, Marcus conſecrato Lucio expeditionem adverſus Germanos repetiit, quam cum fratre ſuſceperat, quamque fratris morte omittere fuerat coactus. Perturbatus hic rerum geſtarum ordo, fraudi fuit eruditiſſimo viro, qui ſcriptum reliquit, Marcum triumphaſſe cum fratre Vero & filio Commodo. atqui triumphavit poſt bellum Marcomannicum Marcus, cui non interfuit Verus, multo anno vivis ereptus.

1 *Specialiter ipſe bellum Marcomannicum.*] *Speciale* pro *ſpecialiter* præferunt Palatinus, & princeps editio. atque ita omnino legendum. ſpeciale bellum geſſiſſe Marcomannicum dicitur Marcus, quod ipſe geſſit ſolus, & per ſe. *proprium* ſupra dixit in eadem re: *tamen poſt mortem Lucii, Lucium tantum Parthicum, Germanicum ſe vocaret, quod ſibi proprio bello pepererat.* proprium itaque & ſpeciale Marci fuit bellum Marcomannicum. atque hanc lectionem confirmat Ammianus qui hæc ad verbum deſcripſit: *contra Germanos eo principe res feliciter geſtæ ſunt. Bellum unum ipſe geſſit Marcomannicum, ſed quantum nulla memoria fuit; adeo ut Punicis conferatur.*

GRUTERUS.

4 *Speciale ipſe bellum Marcomannicum, &c.*] Etiam in noſtro viſebatur *Speciale*, non illud vulgatum *ſpecialiter*.

CASAUBONUS.

2 *Ingenti moderatione.*] Alibi, *moderamine*.

4 *Specialiter ipſe bellum Marcomannicum ſ.*] *Specialiter*, hoc eſt, ſuo unius ductu & auſpiciis, non etiam Veri fratris: qui ejus belli initio eſt extinctus. Sed neque Germanicum bellum cujus modò facta mentio ab auctore, Vero ſuperſtite geſtum, aut certe confectum eſt. cur igitur tribuitur Marco ſpecialiter bellum Marcomannicum? Scribendum judico, *Speciali ipſe bellum Marcomannicum, ſed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate tranſegit.* etiam in pleriſque libris eſt *ſpeciale*, non ut in regio *ſpecialiter.* quod Eutropius velut interpretans, ejus loco dixit, *unum ipſe bellum M.* Sed aliter accipiendum, ut diximus.

5 *Sed quantum nulla unquam memoria fuit.*] Oratoriéne hoc ſit dictum, an ex fide hiſtorica, quæ omnes ampullas & τραγῳδήματα aſpernatur, non ſine cauſſa poteſt dubitari. Sed loquitur auctor ex ſententia hominum illius tempeſtatis: qui neque ullum bellum cum Marcomannico, neque ullum imperatorem aut ducem cum Mar-

Marco cenſebant comparandum. Quamobrem in Romana inſcriptione, quæ poſita fuit Marco poſt patratum hoc bellum, leges hæc verba. QUOD. OMNES. OMNIUM. ANTE. SE. MAXIMOR. IMPP. GLORIAS. SUPERGRESSUS. BELLICOSISS. GENTIB. DELETIS. ATQUE. SUBACTIS. S. P. Q. ROM. neque multò aliter de ejus belli magnitudine Ammianus Marcellinus indicat libro XXXI. *Marco itidem*, ait, *moderante imperium, in unum ſpirando veſania gentium diſſonarum, poſt bellorum fragores immenſos, poſt urbium captarum & direptarum & pſſum concitas proratoris interitus partes eorum exiguas reliquiſſet intactas. Verùm mox poſt calamitoſa diſpendia res in integrum ſunt reſtitutæ.* locus hic eximius eſt: ſed quo vix alius in tota Marcellini hiſtoria deterius videatur acceptus, cùm in editionibus, tùm in manu exaratis: nam ita ſcribitur etiam in veteri codice, qui fuit Claudii Faucheti Præſidis monetalis, viri optimi & doctiſſimi: itemque in altero qui Florentiæ ſervatur, quem mea gratia cum editis contendit Richardus Thomſon, vir ſumma doctrina atque humanitate præditus. Eſt vero peccatum hic dupliciter: nam alia verba perperam ſcripſit librarius: alia *τὴν ἀρχὴν*, ne ſcripſit quidem. Lego, *poſt urbium captarum & direptarum, & peſſumdatarum cunctarum provinciarum interitus, cùm partes earum exiguas reliquiſſet intactas. . . . . Verùm mox, &c.* in vacuo ſpatio deſunt hujuſmodi verba: *univerſam propè jam rem Ro. extinxerat.* Protulimus autem hunc Ammiani locum, ne cui videatur mirum Capitolini de hoc bello judicium. nam in regiis membranis totus locus in aliam ſententiam ita conceptus: *Contra G r. f. geſſit: ſpecialiter ipſe b. Marcomannicum: ſed quanta nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate tranſegit.* quam lectionem non dubitamus ab iis excogitatam, qui bellum iſtud cum antiquis Gallorum, Cimbrorum, Pœnorum & Mithradatis non rebantur conferendum. at vulgatam confirmat etiam Eutropius qui acceptam à Capitolino ſententiam ita expreſſit. *Bellum ipſe unum geſſit Marcomannicum: ſed quantum nulla memoria fuit: adeò ut Punicis conferatur: nam eo gravius eſt factum, quod univerſi exercitus Romani perierant.* poſtrema Eutropii verba, quæ ille minuendæ admirationi adjecit, niſi è ſequentibus Capitolini exponantur, à vero aliena ſunt.

SALMASIUS.

5 *Sed quantum nulla unquam memoria fuit.*] Palatinus, *ſed quanto*: ex quo olim faciebam: *ſed quanta nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum felicitate tranſigit.* ſed vulgatam tuetur Eutropius: felicitatem autem qua uſus eſt in illo bello conficiendo Marcus, ſic expreſſit Dio: καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας. καὶ νίκη παράδοξος ηὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ ἐδωρήθη. qui locus etiam confirmat lectionem, *quantum*, ut ad bellum referatur. Nam ait Dio, πόλεμος συνέστη μέγας. Marcellinus autem multis verbis, ſed parum integris, hujus belli difficultatem & magnitudinem extollit, quæ nos etiam pro noſtra virili in integrum reſtituere conabimur. quod ut melius intelligatur, paulo altius repetenda ſunt verba Ammiani: *Inundarunt Italiam ex abditis Oceani partibus Teutones repente cum Cimbris: ſed poſt inflictas rei Romanæ clades immenſas ultimis præliis per duces ampliſſimos ſuperati, quid poteſtas martia de habitu prudentiæ valeat, radicitus extirpati diſcriminibus didicere ſupremis. Marco itidem imperium moderante, in unum ſpirando veſania gentium diſſonarum, poſt bellorum fragores immenſos, poſt urbium captarum & direptarum caſum, & peſſum datos Pop. Romani exercitus, partes eorum exiguas reliquit intactas. Verum mox poſt calamitoſa diſpendia res in integrum ſunt reſtitutæ. partes eorum*, id eſt exercituum, nam univerſi pæne perierant exercitus Romani. Eutropius: *Nam eo gravius eſt factum quod univerſi* exerci-

tum nulla unquam memoria fuit, tum virtute tum etiam fœlicitate tranſegit, & eo quidem tempore quo peſtilentia gravis [1] multa millia & popularium & militum interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Wandalis, ſimul etiam Quadis extinctis, ſervitio liberavit: & Romæ cum Commodo, quem jam Cæſarem fecerat, filio ut diximus ſuo, triumphavit. Quum autem ad hoc bellum [2] omne ærarium exhauſiſſet ſuum, neque in animum induceret ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret, [3] in foro divi Trajani [4] auctionem ornamentorum imperialium fecit,

exercitus Romani perierant. poteſt etiam ſcribi: *partes Reip. exiguas reliquit intactas.* quod verius eſſe exiſtimo. ſed qualis qualis ſit hæc medicina, ut in loco deſperato boni conſulenda eſt.

CASAUBONUS.

1 *Multa millia & popularium & militum interemerat.*] Urbanam multitudinem vocat *populares*, & militibus opponit. ſic ſæpe apud optimos Latinæ linguæ ſcriptores. Ulpianus De officio præfecti Urbi: *Debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem.* non enim popularia ibi debent intelligi, ut doctiſſimi viri expoſuerunt: ſed populares, ut hoc loco, pro turba populi. Sic *militares* pro militibus, cùm in his libris, tum apud Victorem utrumque ſæpiſſimè. Pro *interemerat*, regius, *interierunt.* non male, ſi ſcribas, *peſtilentia gravi.*

2 *Omne ærarium exhauſiſſet ſuum.*] Id eſt, tam fiſcum quam ærarium.

SALMASIUS.

3 *In foro divi Trajani auctionem ornamentorum imperialium fecit.*] Johannes Antiochenſis περὶ ἀρχαιολογίας: Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐν πολέμῳ τοῦ δημοσίου ἐξηντλημένου ταμιείου πράξασθαι μὲν χρήματα παρὰ τὸ σύνηθες οὐκ ἠνείχετο· πάντα δὲ τὸν βασιλικὸν κόσμον ἐπ' ἀγορᾶς ἀγαγὼν αὐτοῖς χρυσίον ἀπέδοτο. κρατήσας δὲ τῆς βαρβαρικῆς κινήσεως, τοῖς μὲν ἑκούσιον ποιουμένοις τὴν τῶν βασιλικῶν σκευῶν ἀνάδοσιν, τὸ αὐτὸ μέτρον τῆς τιμῆς ἀπεδίδου, τοὺς δὲ μὴ θέλοντας οὐκ ἠνάγκαζε. quæ, niſi fallor, habet ille ex Dione.

CASAUBONUS.

4 *Auctionem ornamentorum imperialium fecit.*] Factum ſæpe à Rom. imperatoribus, ut in pecuniæ inopia ſpecies ſupervacuas, quæ inter ornamenta imperialia habebantur, venum exponerent. Primus de quo id legimus Caligula eſt: quem refert Suetonius, *auctione propoſita reliquias omnium ſpectaculorum ſubjeciſſe & vendidiſſe:* deinde *invitatum lucro, quicquid inſtrumenti veteris aulæ erat*, haſtæ ſimiliter ſubjeciſſe. Sed quod hæc lues cum ſumma ſua infamia, optimi principes æterna cum laude fecerunt: ut Nerva, qui ut ſcribit Dio Caſſius, χρημάτων ἀπορῶν, πολλὰ μὲν ἱμάτια καὶ σκεύη καὶ ἀργυρᾶ, καὶ χρυσᾶ, ἄλλα τε ἔπιπλα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν, πολλὰ δὲ καὶ χωρία καὶ οἰκίας, μᾶλλον δὲ πάντα πλὴν τῶν ἀναγκαίων, ἀπέδοτο. & Trajanus: de quo Plinius in Panegyrico: *Circumfertur ſub nomine Cæſaris tabula ingens rerum venalium: quo ſit deteſtanda avaritia illius, qui tam multa concupiſcebat, cùm haberet ſupervacua*

tam

cit, vendiditque aurea pocula & cryſtallina & myrrhina, vaſa etiam regia [1] & veſtem uxoriam ſericam & auratam, [2] gemmaſque etiam quas multas [3] in repoſtorio ſanctiore Adriani repererat: & per duos quidem menſes hæc venditio celebrata eſt, tantumque auri redactum [4] ut reliquias belli Marcomannici ex ſententia perſequutus, poſtea dederit poteſtatem emptoribus, ut ſi quis vellet empta reddere atque aurum recipere, [5] ſciret licere. Nec moleſtus ulli fuit [6] qui vel non

tam multa. item Pius: de quo Capitolinus: *Species imperatorias ſuperfluas, & prædia vendidit.* horum & Marci exempla ſecutus poſtea Pertinax, teſte in vita ejus Capitolino.

1 *Veſtem uxoriam ſericam & auratam g.*] Victor non ille Schotti, ſed alter, ſic deſcripſit hæc verba: *uxoriam ac ſuam ſericam & auream veſtem.* ubi magnam obſervabis ejus ſcriptoris incogitantiam; qui & Marco ſericam tribuat veſtem: quod non dicit Capitolinus unde ille ſumit; & ſcimus nos eſſe falſiſſimum. Eutropius Verum deſcribit.

3 *In repoſtorio ſanctiore.*] Ita dictum, ut ſanctius ærarium. corrupte in regio, *ſanctiore Hadriani.*

5 *Sciret licere.*] Mira locutio: *dedit poteſtatem ut ſciret licere*: ſed non eſt obſcura mens. antecedens poſitum pro conſequenti: nam eſt ſenſus: dedit poteſtatem ut conſulerent ſuis quiſque commodis, gnari id ſibi licere. Sic locutus Cicero epiſtola quadam ad Acilium proconſulem: *Peto abs te ut eum in meis intimis maximeque neceſſariis ſcias eſſe.* id eſt, ſic ejus conſulas commodis, ut qui ſcias eum mihi eſſe conjunctiſſimum.

GRUTERUS.

2 *Gemmas quin etiam, quas multas.*] Sic Pal. videturque paullò vividius, quàm vulgatum, *gemmaſque etiam quas, &c.*

SALMASIUS.

1 *Et veſtem uxoriam ſericam & auratam.*] Johannes Gazenſis βασιλικὸν κόσμον tantum dixit. ſerica autem & aurata veſtis propria fuit Auguſtæ non Auguſti. Eutropius tamen & Victor ſuam heic interſerunt; *uxoriam ac ſuam ſericam atque auream veſtem.* habuerunt rationem temporis ſui, quo ſerica veſte Auguſti utebantur.

4 *Ut relliquias belli Marcomannici ex ſententia perſecutus.*] Joannes Antiochenſis: καθεσώσης τῆς βαρβαρικῆς κινήσεως.

6 *Qui vel non reddidit empta vel reddidit.*] Illud, *vel reddidit*, adjectum ab illis videtur, qui ſententiam integram abſque eo non putarent: ſed penitus ſupervacaneum eſt. finito enim & peracto bello, dedit poteſtatem Marcus emptoribus, ut ſi quis vellet empta reddere, pretium, quod dediſſet, reciperet. nulli vero moleſtum ſe exhibuit qui ſemel empta retinere maluit. adde quod nec aliter olim deſcripſere Victor & Eutropius, quorum hæc verba ſunt: *poſt victoriam tamen emptoribus pretia reſtituit qui reddere comparata voluerunt: moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere.* quibus etiam conſentiunt Græci ſcriptoris verba ſuperius à nobis allata. τοῖς μὲν ἑκούσιον ποιουμένοις τὴν τῶν σκευῶν ἀνάδοσιν. τὸ αὐτὸ μέτρον τῆς τιμῆς ἀπεδίδου, τοὺς δὲ μὴ θέλοντας οὐκ ἠνάγκαζε. ad verbum, nulli moleſtus fuit, qui nollet reddere. ſic lege igitur hunc locum: *poſtea dedit poteſtatem emptoribus ut ſi quis vellet empta reddere, ſciret licere,*

non reddidit empta, vel reddidit. [1] Tunc viris claris permiſit ut eodem cultu quo & ipſe, [2] vel miniſteriis ſimilibus convivia exhiberent. [3] In munere autem publico

licere, nec moleſtus ulli fuit qui non reddidit. reliqua enim additamentum ſunt ſcioli neſcio cujus.

GRUTERUS.

1 *Tunc viris clarioribus permiſit.*] Sic noſter quoque Pal. ideoque ejeci alterum illud, *viris claris.*

CASAUBONUS.

1 *Tunc viris claris permiſit.*] Regius, *clarioribus:* ſic olim legit Victor, cujus verba: *Hic permiſit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu quo & ipſe, & miniſtris ſimilibus, exhiberent.* Erat hæc permiſſio neceſſaria, ut inſtituta ſectio poſſet peragi. Nam alioquin imperatoriam ſupellectilem quis eſſet auſus emere? Plinius loquens de auctione Trajani: *Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos; nos non timeamus quod digni eſſe videmur.* Lampridius in Heliogabalo: *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit: quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatum imperatorium publice vendiderat.*

2 *Vel miniſteriis ſimilibus.*] Hoc enim licebat nemini. Tranquillus de Domitiano: *Generum fratris, indignè ferens & ipſum albatos miniſtros habere, proclamavit,*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

Ne curſores quidem fas privato habere eodem cultu quo eſſent imperatorii: ſed mutavit Aurelianus, ut notat Vopiſcus. Erant autem hæc miniſteria albata, & aurata, ut ex Suetonio, Lampridio, aliis, eſt notum. ac ferè non alia quàm laſciva erant iſta miniſteria: quæ propterea pium principem Theodoſium lege ſuſtuliſſe narrat Victor.

SALMASIUS.

2 *Vel miniſteriis ſimilibus.*] *Vel* pro *&.* quod non ſemel apud iſtos auctores obſervabis. *tunc viris clarioribus permiſit, ut eodem cultu quo & ipſe, vel miniſteriis ſimilibus convivia exhiberent.* pro quo Eutropius & Victor: *& miniſtris ſimilibus.* ſic in pervigilio Veneris, non illo quidem tam antiquo, ac ſibi perſuaſerunt viri docti, nam poſteriorum temporum eſſe poëma facile nos alibi probamus:

Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæque ſilvas, quæque lucos, quæque montes incolunt.

Perperam autem miniſteria heic pro miniſtris accipiunt. quod ut ne facerent mentio conviviorum exhibendorum potuit eos admonere. permiſit Antoninus ut privati eodem cultu quo ipſe, & ſimilibus miniſteriis convivia exhiberent. miniſteria ſunt, vaſa aurea & argentea. Vopiſcus in Aureliano: *idem dederat facultatem ut aureis qui vellent, & vaſis uterentur & poculis.* non igitur promiſcui uſus, vaſa aurea & argentea. miniſteria pro vaſis & poculis. Paulus lib. III. ſent. tit. de uſufructu: *vaſis argenteis legatis, ea omnia continentur quæ capacitati alicui parata ſunt, & ideo tam potoria quam eſcaria. item miniſteria omnia debebuntur, veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria. cochlearia quoque, itemque trullæ, calices, ſcyphi, & his ſimilia.* alias nemo neſcit *miniſterium* Latinis dictum pro argento menſali, vel delphica in qua argentum illud exponebatur. Gloſſæ: *delphica, μινιστήριον.* de quo nos alibi.

CASAUBONUS.

3 *In munere autem publico tam magnanimus f.*] Parum hæc ſuperioribus cohærent: & longè alius ordo in regio. *Magnanimus*, καλοχηνικῶς, pro magnificus. Sic apud Græcos voces μεγαλοπρεπὴς & μεγαλόψυχος, necnon μικρο-

μικροπρεπὴς & μικρόψυχος confundi, alibi obſervabamus. In Euſebii Chronico ad annum ultimum imperatoris hujus hæc ſcripta ſunt, etiam in antiquiſſimis membranis: *Antoninus poſt victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum ſimul leones exhibuerit.* quæ verba è Capitolino illuc videntur fuiſſe translata.

SALMASIUS.

3 *In munere autem publico tam magnanimus fuit.*] Expreſſit Dionem qui μεγαλόφρονα eadem notione poſuit: ἀφ' οὗ καὶ νῦν θαυμάζω τῶν αἰτιωμένων αὐτὸν ὡς οὐ μεγαλόφρονα γενόμενον. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οἰκονομικώτατος ὡς ἀληθῶς ἦν· τῶν δὲ ἀναγκαίων δαπανημάτων οὐδὲ ἓν ἐξίστατο. De Marco hæc dicit. μεγαλόφρων autem ibi eſt pro liberali & magnifico. *Magnanimus* igitur pro magnifico. Eutropius in eadem re: *in editione munerum poſt victoriam adeò magnificus fuit, ut centum ſimul leones exhibuiſſe tradatur.* animoſum optimi & vetuſti ſcriptores in eodem ſignificatu poſuere. Suetonius de Cæſare; *Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe.* animoſiſſime comparat, qui precio non parcit & impenſas minime veretur. ſic *animoſus homo* in codice Theodoſiano, qui in extruendis & decorandis magnifice ædificiis, minime ſumtibus parcit: *ſed vetuſtæ potius loci ſpecies & priſtinæ cogitetur, quam cultus hodiernus qui per induſtriam hominis animoſi acceſſit.* Prudentius in Pſychomachia:

—— quod mille talentis
Margaritum ingens opibuſque & cenſibus haſtæ
Addictis, animoſa fides mercata parabat.

Quem locum nos obiter ex optimo codice Bibliothecæ clariſſ. Puteanorum emendavimus. *animoſa* igitur *fides* in emendo, ut *animoſe comparare* apud Suetonium: & falluntur qui aliter accipiunt. μεγαλόψυχον Græci vocant ut Latini magnanimum & animoſum. unde μεγαλοψυχεῖν pro largiri & magnifice liberalem eſſe. Heſychius: ἐπιδαψιλεῦσαι, μεγαλοψυχῆσαι. & ἐπιδαψιλευόμενος, μεγαλοψυχούμενος, ἐπιχορηγῶν πλουσίως. notandum igitur, μεγαλοψυχεῖσθαι pro δαψιλῶς ἐπιχορηγεῖν. contra μικρόψυχοι, tenues, ſordidi, parci & avari. unde lemma epigrammatis apud Martialem: *in Novium Microſpicum.* Microſpicum eſſe pro Micropſychum docuit pridem ſummus Scaliger. ſed idem Micropſychum male accipit pro homine teneræ frontis & ſubruſtici pudoris. immo Micropſychus vel Microſpicus, ut tunc ſcribebant, eſt homo ſordide parcus, qui neminem invitat, nec convivia agitat: de cujus vicinitate queritur Martialis, quod cum ſibi vicinus eſſet, non magis eum vicinum ſentiret, quam qui longe habitabat. nunquam enim ab eo ad cœnam vocari. Divites enim, ut notum eſt, tunc temporis, vicinos ad cœnam vocabant frequenter. quod qui non faceret, Micropſychus audiebat: ut ille Novius apud Martialem. Seneca vocem *Microſpicus* ſic exponit eleganter de Beneficiis, lib. II. *Parſimonia eſt ſcientia vitandi ſumptus ſupervacuos: parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi & contracti, cum infinitum interſit inter modum & anguſtias.* Parciſſimus homo Senecæ animi puſilli & contracti, hoc eſt μικρόψυχος. ſic enim illam vocem explicat qua tunc utebantur ad deſignandum hominem admodum parcum. σμικρῖναι etiam Græcis dicuntur ejuſmodi homines, parci & avari. unde σμικρίνης nomen Comœdiæ Menandri, in qua ejuſmodi ſenem introducebat avidum, aridum, & avarum, ad Euclionis Plautini exemplum. inde Julianus in καίσαρσι Veſpaſianum σμικρίνην vocat, quem locum perperam ab interpretibus acceptum, nos alibi διὰ δειλίαν exponemus.

blico tam magnanimus fuit ut centum leones una miſ-
18 ſione ſimul exhiberet ſagittis interfectos. Quum igitur in amore omnium imperaſſet, atque ab aliis modò frater, modò pater, modò filius, ut cujuſque ætas ſinebat, & diceretur, & amaretur, [1] octavodecimo anno imperii ſui, ſexageſimo & primo vitæ, diem ultimum clauſit. [2] Tantuſque illius amor eo die regii funeris claruit, ut nemo illum plangendum cenſuerit, certis omnibus quòd à diis commodatus, ad deos rediſſet. Denique priuſquam funus conderetur, ut plerique dicunt (quod nunquam antea factum fuerat neque poſtea) [3] ſenatus populuſque, non diviſis locis, ſed in una ſede propitium deum dixit. [4] Hic ſanè vir tantus & talis, ac diis vita & morte conjunctus, filium Commodum dereliquit: [5] qui ſi fœlix fuiſſet, filium non reli-

CASAUBONUS.

1 *Octavodecimo anno imperii ſui.*] Mirum unde hic error: qui tamen etiam apud Aurelium Victorem habetur, ſive auctorum ille eſt, ſive exſcriptorum. Annus integer in hoc numero prætermittitur, & dies amplius decem vel undecim. Obiit apud Sirmium, (alii ſcribunt Vendobonæ) die decimoſexto Kalendarum Aprilium, ait Tertullianus in Apologetico: Dio Caſſius unum diem adjicit, *τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Μαρτίου μετήλλαξεν.* errant qui de die conſentire hos duos auctores ajunt. Virum illuſtriſſimum qui in Annalibus ſuis non ſemel ſcripſit Marcum rebus humanis fuiſſe exemptum die decimaſeptima Aprilis, quid moverit, divinare non poſſum: niſi fortè, aliud agenti hoc excidit.

2 *Tantuſque illius amor eo die regii funeris claruit.*] Sic in vita Caſſii: *Et amor Antonini hoc maxime enituit.* Tolle vocem *eo*, quæ totam ſententiam obſcurat. Ait, die quo celebratum eſt imperatorium Marci funus, neminem illum planxiſſe: jam quippe illum populus Ro. eluxerat. Nam ad nuntium è Pannonia allatum de ejus obitu, *confuſa luctu publico Urbe, ſenatus in curia veſte tetra* (vel *atra*) *amictus, lacrymans convenit*, ait Victor.

3 *Senatus populuſque, non diviſis locis.*] Aurelii Victoris verba hinc cape: *Denique qui ſejuncti in aliis, Patres ac vulgus ſoli omnia decrevere, templa, columnas, ſacerdotes.*

4 *Hic ſanè vir tantus.*] Inſertam periodum alieno loco nemo non videt.

GRUTERUS.

2 *Tantuſque illius amor die regii funeris.*] Mirum eſt exſtare etiam in Pal. turbatrix illud pronomen, *amor eo die*. certe deleri debebat; & forſan etiam ſequens *regii funeris*.

CASAUBONUS.

5 *Qui ſi felix fuiſſet, filium non reliquiſſet.*] Scribebam, *qui felix fuiſſet, ſi f.* Spartianus in Severo, *Quid Marco felicius fuiſſet, ſi Commodum non reliquiſſet heredem?* Dio elegantèr: quod filium, ait, à ſe educatum optimè, peſſimum reliquerit, *ὃν τρόπον ἐς τὴν ὅσην ἀνδραποδωδίαν αὐτοῦ συμβέβηκεν.* Ovidius,

— *qui ſi ſine prole fuiſſet,*
Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.

Sex-

reliquiſſet. Et parum ſanè fuit quòd illi honores divinos omnis ætas, omnis ſexus, omnis conditio ac dignitas dedit, niſi quòd etiam [1] ſacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem in ſua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit. Denique hodieque in multis domibus M. Antonini ſtatuæ conſiſtunt inter deos penates: nec defuerunt homines [2] qui ſomniis eum multa prædixiſſe futura & vera concinuerunt. Unde etiam templum ei conſtitutum, dati ſacerdotes Antoniniani, & ſodales & flamines, [3] & omnia quæ de ſacra-

Servant tamen editam lectionem omnes codices: neque aliter deſcripſit Robertus à Porta.

SALMASIUS.

5 *Qui ſi felix fuiſſet filium non reliquiſſet.*] Nihil mutandum, amat enim ejuſmodi trajectionibus uti Capitolinus. *ſi felix fuiſſet, filium non reliquiſſet.* pro, *felix fuiſſet ſi filium non reliquiſſet.* eodem modo ſupra: & *hereditates delatas reddens proximis aliquando reſpuerit*, pro, *& hereditates delatas reſpuens, proximis aliquando reddiderit.* Auſonius de Marco:

Succeſſore ſuo moriens, ſed principe pravo,
Hoc uno infelix nomine quod genuit.

CASAUBONUS.

1 *Sacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem in ſua domo non habuit.*] Genus honoris, quod initio peperit affectus in principem, vel metus aut adulatio: poſtea neceſſitas acceſſit. Sic narrat Vopiſcus caviſſe Tacitum, *ut Aurelianum omnes pictum haberent.* Idem in Probo: *Eant, & dignitatem Probo derogent, quem imperatores noſtri prudenter conſecrandum vultibus judicarunt.*

2 *Somniis eum multa prædixiſſe.*] Videtur ſignificare ſolitam in Marci templis exerceri τὴν δι' ἐγκοιμήσεως μαντείαν: conſultoreſque inibi incubantes ſomnia captaſſe, ut in Æſculapii templis, & aliis quibuſdam fieri ſolitum. Legebatur, *multa prædixiſſe augurantes futura & vera:* nos vocem *augurantes*, libris auctoribus induximus.

3 *Omnia quæ de ſacratis decrevit antiquitas.*] Impropriè *ſacratis*, pro conſecratis. nam *ſacrare* cum de perſonis dicitur, eſt θεῖον ἢ σεβάσμιον, ut olim in tribunis factum, poſtea in imperatoribus: qui propterea ſacratiſſimi dicuntur. at mortuis principibus quos inter cœlites retulerant, non divini aliquid, ſed deitatem, ut ita dicam, cenſebant ineſſe: neque hoc *ſacrare*, ſed *conſecrare*, Græci ἀποθεοῦν dixerunt, vel θεὸν ποιεῖν.

GRUTERUS.

2 *Qui ſomniis eum multa prædixiſſe augurantes, futura & vera concinuerunt.*] Induxerunt alii vocem *augurantes*, auctoribus libris ſuis. cuperem & ego, ſi pateretur Palatinus ætate nulli manuſcripto codici ſecundus. & verò ſi propius inſpiciamus Latinitatem auctoris, non eum dedecere videtur.

SALMASIUS.

3 *Et omnia quæ de ſacratis decrevit antiquitas.*] Ut *ſacratis* dixerit pro *conſecratis*? non puto. ſacrati enim & ſacratiſſimi imperatores dicebantur à veteribus, ſed tantum vivi. at conſecrati, de divis, hoc eſt mortuis: ſed & *decernere de ſacratis omnia*, non Latina eſt oratio. decerni enim honores alicui dicuntur, non de aliquo quid tempus terimus? omnino legendum: *dati ſacerdotes Antoniniani & ſodales & flami-*

19 ſacratis decrevit antiquitas. Ajunt quidam ([1] quod veriſimile videtur) Commodum Antoninum ſucceſſorem illius ac filium non eſſe de eo natum, ſed de adulterio: [2] ac talem fabellam vulgari ſermone contexunt: Fauſtinam quondam Pii filiam, Marci uxorem, [3] quum gladiatores tranſire vidiſſet, unius ex his amore ſuccenſam, quum longa ægritudine laboraret, viro de amore

flamines, & omnia quæ deſacratis decrevit antiquitas. deſacratos vocat unico vocabulo Capitolinus, qui conſecrati dicerentur. at *deſacrare* quin pro *conſecrare* uſurpaverint, non dubito. deſacrati igitur & conſecrati ἀποθεωθέντες ſunt: & vox ipſa *deſacratus*, propius & magis proprie verbum ἀποθεωθεὶς exprimit.

1 *Quod veriſimile videtur.*] *Quod & veriſimile videtur*, Palat.

2 *Ac talem fabellam vulgari ſermone contexunt.*] Quærit vir eruditiſſimus cur fabellam appellet, quod paulo poſt veriſimile eſſe dicit. ſed quando hæc quærebat, non meminerat fabulam & fabellam illa ætate, non pro ficto & compoſito ad arbitrium ſermone, ut priſcis Latinitatis temporibus, ſed pro ſermone quolibet vel narratione ſeu ficta, ſeu vera, quæ in ore populi verſabatur, uſurpatam. Capitolini enim tempore atque etiam anteriore, *fabula* eſt ſermo ſimpliciter. ita fabellam hoc loco accipe. ita etiam infra in vita Veri: *nota eſt fabula, quam Marci non capit vita*, & alibi: *quamvis & illa fabula quæ in vita Marci poſita eſt, abhorrens à talis viri vita ſit exorta.* non dicit fabulam eſſe, quod vulgo jactaretur de Marco: ſed fabulam illam eſſe falſam, hoc eſt ſermonem. ſic enim ſermonem poſuit, ibidem: *fuit ſermo quod & ſocrum Fauſtinam inceſtaſſet.* ſic apud Martialem, fabula de Scorpo & Incitato, ſed nunc verſus in promptu non ſunt, pro ſermone, & ut vulgo loquimur, *diſcurſu.* plura liceret ad confirmandum congerere, ex iſtis auctoribus & aliis quam multis petita, niſi nimis obvium eſſet, unde peti poſſunt.

3 *Cum gladiatores tranſire vidiſſet.*] Per ſollemnem traductionem & pompam, qua depugnaturi gladiatores per ora populi tranſducebantur, ut recte advertere viſus eſt vir eruditiſſimus. ad quam rem inſignite facit Luciani locus in Dialogo Τόξαρις vel φιλία. ἔωθεν δὲ περιιὼν κατὰ τὴν ἀγορὰν, ὁρᾷ πομπήν τινὰ, ὡς ἔφη, γενναίων καὶ καλῶν νεανίσκων, μονομαχεῖν δὲ οὗτοι ἐπὶ μισθῷ ἀνδρολογηθέντες εἰς τρίτην ἡμέραν διαγωνιεῖσθαι ἔμελλον.

CASAUBONUS.

2 *Ac talem fabellam vulgari ſermone contexunt.*] Cur fabellam appellat hiſtoriam, quam modo dixit veriſimilem? quod & paulò poſt repetit. *vulgari ſermone contexere*, non eſt vili & plebeia dictione componere: ſed è ſermonibus vulgi, non autem ex ullo probatæ fidei auctore.

3 *Cum gladiatores tranſire vidiſſet.*] Non temere aut caſu, ut vulgò accipiunt: ſed *cùm oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam ducerent*, ut loquitur Quintilianus in nona Declamatione.

GRUTERUS.

1 *Quod & veroſimile.*] Adjeci copulam & volente Palatino, quod in ea videretur neſcio quid energiæ.

2 *Talem fabellam vulgari ſermone.*] Notat *fabula* Latinis, non rem modò fictam, ſed & factam, omniumque ore jactatam, ut pluribus oſtendi in Suſpicionibus.

amore confeſſam. Quod quum ad Chaldæos Marcus retuliſſet, illorum fuiſſe conſilium [1] ut occiſo gladiatore, [2] ſanguine illius ſeſe Fauſtina ſublavaret, atque ita cum viro concumberet. Quod quum eſſet factum, ſolutum quidem amorem, natum verò Commodum gladiatorem eſſe non principem: qui mille propè pugnas publicè populo inſpectante gladiatorias imperator exhibuit, [3] ut in vita ejus docebitur. Quod quidem veri-

CASAUBONUS.

1 *Ut occiſo gladiatore.*] Scripti quidam, *ut occiſo Pantomimo, ſeu gladiatore.* Scripſerat Capitolinus, *ut oc. pantomimo ſeu gl.* nam ſequitur, *De amatis pantomimis ab uxore fuit ſermo, ut ſuperiùs diximus.*

2 *Sanguine illius ſeſe Fauſtina ſublavaret.*] Hoc eſt, locos ſibi & τὴν φύσιν lavaret. Utrumque poteſt ſignificari voce *ſublavare*, leviter lavare, vel inferiores partes lavare: quod magis videtur ſententiæ accommodum. Princeps editio *ſublevaret.* Sunt qui ſcribant, gladiatoris hujus quem Fauſtina deperibat, ſanguinem, in aquæ ſpeciem mutatum, illi infauſtæ fuiſſe propinatum: cui rei fingendæ videtur vox iſta *ſublevaret* anſam præbuiſſe. hoc tamen commentum ſecutus eſt ille ſuaviludius, qui inſcriptionem eam compoſuit, quæ à Fauſtina poſita fingitur, amore iſto liberata.

3 *Ut in vita ejus docebitur.*] Non extat hæc vita à Capitolino ſcripta: eſt enim Lampridii quæ infrà habetur: niſi imponunt nobis vulgares tituli. Poſſit ſanè videri verba hæc illius libri reſpicere: *Tantum palmarum gladiatoriarum confecit, vel victis retiariis vel occiſis, ut mille contingeret.*

GRUTERUS.

1 *Ut occiſo gladiatore.*] Sic noſter Pal. in quo nec vola nec veſtigium *pantomimi.* quare id etiam abjeci, quamvis alluderent aliorum membranæ, & auctor infra teſtaretur tale quid à ſe ſcriptum. quis enim ſcit, an non & is locus expertus ſit ſcalpellum librariorum?

2 *Sanguine illius ſeſe Fauſtina ſublavaret.*] Palatinus adhæret vulgatis, *ſublevaret*; quod tamen minus quadrat.

SALMASIUS.

2 *Sanguine illius ſeſe Fauſtina ſublavaret.*] Scio viros doctos hoc verbum ita explicare, ut neſciam an multis explicationem ſuam probare poſſint, mihi certe nec lectio nec ejus expoſitio probatur. ſublavare enim pro locos muliebres lavare quis jure probet? cur non ſimpliciter dixit id quod erat? neſcio quis primus *ſublavaret*, hoc loco repoſuit pro eo quod vetus editio & ſcripti codices habebant, *ſublevaret.* quam veram eſſe ſcripturam quovis pignore contendere ſum paratus. non dicit autem quomodo ſublevarit ſe Fauſtina ſanguine illius gladiatoris occiſi. quod de induſtria tacuit hic auctor, & modeſtis verbis mollivit horrendum medicationis genus. non dubium certe eſt, pro remedio ſanguinem illum ebibiſſe Fauſtinam, atque ita ſe ſublevaſſe. Honeſta igitur hæc loquendi ratio, *ſanguine illius ſ. ſublevaret*, pro, ſanguinem illius in remedium ſumeret, ſanguine illius ſibi ſuccurreret. Nam *ſublevare, ſubvenire, ſuccurrere, juvare*, verba ſunt medelarum & medicamentorum propria apud illos qui de experimentis ſcripſerunt.

3 *Ut in vita ejus docebitur.*] Vita Commodi vulgo non huic ſed Lam-

 pridio

veriſimile ex eo habetur quòd tam ſancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus laniſta, nullus ſcenicus, nullus harenarius, nullus poſtremò ex omnium dedecorum ac ſcelerum colluvione concretus. Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: ſiquidem Fauſtinam ſatis conſtat [1] apud Cajetam [2] conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe: de qua quum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, ſi non occideret, dixiſſe fertur, [3] *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.* [4] Dos autem quid erat, niſi imperium quod ille ab ſocero, volente Adriano adoptatus, acceperat? Tantum ſanè valet boni principis vita, ſanctitas, tranquillitas, pietas, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia. Denique Antonino quum ſuos mores ſemper teneret, neque alicujus inſuſurra-

pridio aſcribitur. excerpta tamen Spartiani utriuſque vitæ unum auctorem faciunt, nec eum Capitolinum, ſed Spartianum. ſitque mihi valde veriſimile, ab uno eodemque auctore & hanc & illam vitam perſcriptam, ſive ille ſit Capitolinus, ſive magis Spartianus, ut excerpta illa nobis indicant.

2 *Conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias.*] Facilis in nauticis legendis ratio, & parum fallax: nudi enim plerumque agebant. ipſa igitur aderat, & qui ſibi magis placerent, quoſque valentiores judicabat, oculis arbitris eligebat. Victor: *quæ in tantum petulantiæ proruperat, ut in Campania ſedens amœna littorum obſideret ad legendos ex nauticis, quia plerumque nudi agunt, flagitiis aptiores.*

4 *Dos autem quid erat.*] Palatinus & editio princeps: *dos autem quid habebatur.* quod non temere rejici debuit.

CASAUBONUS.

1 *Apud Cajetam.*] Aurelius Victor, *in Campania ſedens amœna littorum obſidebat.* eum vide.

2 *Conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe.*] Ut γαμεῖν & *nubere*, voces honeſtiſſimæ ad turpem notionem transferuntur, ſic *conditio*. nam apud Ciceronem atque alios, *conditio* id eſt quod vulgo dicitur *un parti*. hîc aliter. ſimiliter apud Lampridium in Alagabalo, *conditiones bene vaſatorum colligere:* &, *bene vaſatorum conditionibus frui.* eò loci & de nauticis conditionibus plura.

4 *Dos autem quid erat.*] Sic ſcripti. alii, *quid habebatur.*

GRUTERUS.

3 *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.*] Perpendimus locum hunc ad illud Taciti de Tiberio latitante Capreis: *Traditur etiam matris impotentia extruſum, quam dominationis ſociam aſpernabatur: neque depellere poterat, cùm dominationem ipſam donum ejus accepiſſet.* lib. IV. Annal. cap. 57.

4 *Dos autem quid erat niſi imperium?*] Pal. *dos autem quid habebatur imperium.* ſine voce *niſi*; ut fortè voluerit, ſine interrogatione: *dos autem quidem habebatur imperium.* ſed vel ſatis fuiſſet; *dos autem erat imperium.*

1 *Deus*

ſurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: [1] deus uſque etiam nunc habetur, [2] ut vobis ipſis, ſacratiſſime imperator Diocletiane, & ſemper viſum eſt & videtur: qui eum inter numina veſtra, non ut cæteros, ſed ſpecialiter veneramini, ac ſæpe dicitis vos vita & clementia tales eſſe cupere qualis fuit Marcus, [3] etiamſi philoſophia nec Plato eſſe poſſit, ſi revertatur in vitam: & quidem hæc breviter & congeſtè. [4] Sub Marco Antonino [5] hæc ſunt geſta poſt fratrem, [6] Primùm corpus ejus Romam devectum eſt,

CASAUBONUS.

1 *Deus uſque etiam nunc.*] Scripti, *deuſque etiam nunc h.*

2 *Ut vobis ipſis ſacratiſſime imperator.*] In primis editionibus & manu exaratis pleriſque, *vobis ipſi* non *ipſis*: qui fuit poſtremæ Latinitatis idiotiſmus: nam in ſcriptoribus illis, ut apud Ivonem Carnutenſem, ſæpiſſimè leges, *vos ipſe attendite.* &, *vos ipſe ſcripſiſtis*, ac ſimilia. ejus generis eſt apud veteres Romanos, *tacente nobis*, *dicente nobis*, quæ nota ſunt eruditis.

3 *Etiamſi philoſophia nec Plato eſſe poſſit.*] Scimus viros magnos hunc locum pro depravatiſſimo habuiſſe, & tantùm non pro conclamato: qui tamen videtur nobis integerrimus. tantum ita ſcribe: *ac ſæpe dicitis vos vitâ & clementiâ tales eſſe cupere qualis fuit Marcus: etiam ſi philoſophiâ nec Plato eſſe poſſit.* talis & tantus videlicet qualis quantuſque in eo ſtudio fuit Marcus. Porro quantus in philoſophia habitus ſit Marcus, habes in Veri quæ ſequitur vita.

5 *Hæc ſunt geſta. Poſt fratrem pr.*] Diſtingue, *Sub M. A. hæc ſunt geſta poſt fratrem. Primùm c.*

6 *Corpus ejus Romam devectum eſt.*] Suſpicionem mendæ injicit regius qui præfert, *c. ejus ut Romam devcheretur eſt & ill.* Auctor eſt Galenus in Commentario Περὶ τοῦ προγινώσκειν, Marcum Veri media hieme defuncti corpus Romam advexiſſe, & juſtis illi factis ad bellum contra Germanos ſtatim eſſe profectum. quanquam ex Capitolino colligas, non adeò modicum fuiſſe tempus, quod Romæ egit Marcus priùs quàm iterum proficiſceretur ad id bellum.

GRUTERUS.

1 *Deuſque etiam nunc.*] Ita præter Caſauboni ſcriptos codd. etiam Palatinus noſter: non, *Deus uſque etiam nunc*, ut ante publicati.

2 *Ut vobis ipſis.*] Etiam Pal. *ipſi*. ſed potuit delituiſſe littera finalis ſub voce ſequenti.

SALMASIUS.

2 *Ut vobis ipſis, ſacratiſſime imperator.*] Conſtanter heic habent veteres libri: *vobis ipſi.* quod gloſſæ confirmant veteres in quibus legitur: *vos ipſe, αὐτός.* ſic *nos mitto*, in veteri poëmate piſtoris & coci:

Cruſtula nos Jano, ſponſæ muſtacia mitto.

Nec diſſimile eſt *præſente nobis*, quod veteres dixerunt. ſed & præſens pro præſentes, ut nuper obſervare memini in verſibus Nævii apud Chariſium.

Primum ad virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia,
Domo præſens patriam ut colatis potius quam peregre probro.

4 *Sub Marco Antonino hæc ſunt geſta.*] Non quid ſub Marco Antonino geſtum ſit, ſed quid ab ipſo poſt fratris mortem, cum ſolus teneret imperium, ſignificare voluit hoc loco Capitolinus. reſtituendum igitur ex vete-

eſt, & illatum majorum ſepulcris: [1] divini honores decreti. Deinde quum gratias ageret ſenatui quòd fratrem conſecraſſet, occultè oſtendit omnia bellica conſilia ſua fuiſſe quibus ſuperati ſunt Parthi. Addidit præterea quædam quibus oſtendit nunc demum [2] ſe quaſi à principio acturum eſſe remp. [3] amoto eo qui remiſſior videbatur. [4] Nec aliter ſenatus accepit quàm Mar-

veteri libro: *ſed Marco Antonino hæc ſunt geſta poſt fratrem. Primum corpus ejus Romam devectum eſt.*

6 *Primum corpus ejus Romam devectum eſt.*] Pleraque in hac pagina jam ſupra dicta fuere: quæ nunc temere repetit, aut fruſtra ibi ſunt poſita, cum heic illa iterum reponere cogitaret. ordine tamen heic paulo meliore procedit, & uno contextu narrat quæ Marcus geſſerit poſt mortem fratris. poſt cujus conſecrationem ſtatim de profectione adverſus Germanos cogitavit Marcus, ut ſupra ex Galeno notabamus. nec vero non modicum tempus interceſſiſſe inter juſta Vero perſoluta, & profectionem Marci poſſumus ex Capitolino colligere, ut aſſerit Caſaubonus: immo colligimus admodum modicum interfuiſſe tempus. idque verba illa quæ paulo poſt ſequuntur manifeſto evincunt: *proficiſcens ad bellum Germanicum filiam ſuam non decurſo luctus tempore, grandævo equitis Romani filio Claudio Pompejano dedit.* per filiam ſuam, Lucillam intelligit, Vero prius nuptam, quam collocavit Pompejano Marcus ad bellum proficiſcens, cum illa nondum Verum eluxiſſet. non igitur potuit annus intereſſe inter Marci profectionem & Veri conſecrationem. Hiemis medio mortuus & Romam devectus eſt Verus. ineunte vere aut ad ſummum æſtate profectus eſt Marcus. nec plus interceſſiſſe videtur temporis.

GRUTERUS.

1 *Divini honores decreti.*] Pal. voculà amplius, *divini in honores decreti.* an fuit? *divini inde honores decreti.*

4 *Nec aliter Senatus accepit, quàm Marcus dixerat, ut videretur.*] Nihil variant membranæ Palat. & ſubeſt ſenſus aliquis huic ſcripturæ.

CASAUBONUS.

2 *Se quaſi à principio acturum eſſe Remp.*] Ὅτι οἱονεὶ ἐξ ὑπαρχῆς μέλλοι πολιτεύσεσθαι: hoc eſt, velut jactis novis fundamentis omnia in melius mutare.

4 *Nec aliter ſenatus accepit quàm Marcus dixerat.*] Satis inhumanum eſt putare Marcum de morte fratris palàm eſſe gaviſum. Molliamus cenſeo aſperitatem ſententiæ, & ſcribamus, *N. a. ſ. a. quæ Marcus dixerat, quam ut videretur grat. agere.*

SALMASIUS.

3 *Amoto eo qui remiſſior videbatur.*] De Vero hæc dicuntur quem remiſſiorem fuiſſe vult, quod voluptatibus & deliciis eſſet deditus. ſic de Gallieno luxurioſiſſimo principe, remiſſius illum egiſſe dicit Trebellius Pollio: *ubi Odenatus comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, Gallienum remiſſius agere.* ſi tamen fides habetur Dioni, non remiſſior fuerit Marco Verus, immo etiam aliquanto bellicis actibus aptior & accommodatior. ὁ δὲ Λούκιος, inquit, ἔρρωτό τε καὶ νεώτερος ἦν, καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς τε ἔργοις καταλληλότερος. & tamen omnia bellica conſilia ſua fuiſſe videri volebat Marcus oratione ad ſenatum.

4 *Nec aliter ſenatus accepit quam Marcus dixerat.*] Nolim mutari *quam* in *quæ*.

Marcus dixerat, ut videretur gratias agere quòd Verus exceſſiſſet vita. [1] Omnibus deinde ſororibus & affinibus & libertis, juris & honoris & pecuniæ plurimum detulit. [2] Erat enim famæ ſuæ [3] curioſiſſimus, [4] & requirens ad verum quid quiſque de ſe diceret, [5] emendans quæ bene reprehenſa viderentur. Proficiſcens ad bellum Germanicum, filiam ſuam [6] non decurſo luctus tempore, [7] grandævo equitis Romani filio Claudio Pompejano dedit, genere Antiochenſi, nec ſatis nobili: [8] quem poſtea bis conſulem fecit, quum filia ejus Auguſta eſſet & Auguſtæ filia. [9] Sed has

quæ. apparet enim quid velit Capitolinus; nempe ſenatum ſic accepiſſe verba Marci, quaſi ille gauderet quod Verus exceſſiſſet è vita. & recte ſic quidem accepit: cum aperte ea verborum Marci mens fuerit. qui enim palam profitebatur ſe quaſi à principio acturum rempublicam, nonne ſatis declarabat, prohibitum ſe dum viveret Verus, more ſuo modoque remp. gerere? quod in ſua poteſtate nunc eſſe ut faciat, gaudere ſe oſtendit, amoto eo qui ad hanc rem ſibi impedimento erat, propter moram laſciviam & remiſſioris vitæ libertatem.

3 *Curioſiſſimus, & requirens.*] Caret particula &, vetus editio. ſic igitur ἀσυνδέτως concipienda hæc periodus: *erat enim famæ ſuæ ſtudioſiſſimus, requirens ad verum quid quiſque de ſe diceret, emendans quæ bene reprehenſa viderentur.*

CASAUBONUS.

1 *Omnibus deinde ſororibus.*] Jam dixit, *amitaſque ejus & ſorores honoribus & ſalariis ſublevavit.* quare in regio iſta heic non leguntur.

2 *Erat enim famæ ſuæ curioſiſſimus.*] Paullò poſt, *Male loquentium dictis vel literis vel ſermone reſpondebat.* & in fine, *de avaritia ſe multis epiſtolis purgat.*

5 *Emendans quæ bene reprehenſa viderentur.*] *Erat emendans*, pro emendabat. ut Attici ἦν παροξύνων hoc pro ἐπηνώρθου. mirum quàm delectetur hoc Atticiſmo durus ſcriptor & minimè Ἀττικός Lucifer Caralitanus: apud quem leges paſſim, *es dicens, es capiens, es permanens, es credens*, & id genus ſexcenta quæ rarius invenias alibi. heic quoque malim ſcribi *emendabat.*

6 *Non decurſo luctus tempore.*] Ante exactum annum luctus legitimi.

7 *Grandævo equitis Ro. filio.*] Sic regius: alii libri, *grandævi* malè.

8 *Quem poſtea bis conſulem fecit q.*] In anno Marci XIII. Severum II. & hunc Pompejanum Coss. exhibent Faſti. alterum conſulatum adhuc quæro.

GRUTERUS.

4 *Et requirens ad verum quid quiſque de ſe diceret, emendans quæ bene reprehenſa viderentur.*] Aliter Herodes de quo ſic Joſephus lib. XV. Antiq. c. 13. *Herodes ſæpe plebejo cultu miſcebatur vulgo noctu, ut experiretur quid de ſe ſentiret populus: & quotcunque pertinaciter improbarent ejus ſtudia, in omnes inclementer animadvertebat.* Sed de Principibus, qui habitu diſſimulato explorarunt populi de ſe opinionem, non vulgaria poſuimus ad Taciti lib. II. c. 13. p.

9 *Sed has nuptias, & Fauſtina, & ipſa quæ dabatur, invitæ habuerunt.*] Quid mirum? videtur enim pollui nobilitas familiæ nuptiis tam imparibus; ut.

has nuptias & Fauſtina & ipſa quæ dabatur, invitæ ha-
21 buerunt. Quum Mauri Hiſpanias propè omnes vaſtarent, [1] res per legatos benè geſtæ ſunt. Et quum [2] per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent, per Avidium Caſſium [3] retuſi ſunt, qui poſtea tyrannidem arripuit. [4] Sub ipſis profectionis diebus in ſeceſſu

ut pluribus diduximus ad illud Taciti lib. 1. Ann. cap. 53. *Fuerat in matrimonio Tiberii Julia, ſpreveratque ut imparem.*

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent.*] Palat. noſter planè alio ſenſu, *Bucolicis*; & contra ea quæ refert in Avidio Caſſio Vulcatius capite 6. f.

3 *Retuſi ſunt.*] Etiam noſter Palatinus mavult illud aliorum, *retunſi.*

SALMASIUS.

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent.*] Palatinus, *Bucolicis*: mendoſe. ipſiſſima autem hæc verba referuntur à Volcatio in Avidio Caſſio: *Nam quum & Bucolici milites per Ægyptum gravia multa facerent, ab hoc retunſi ſunt.* quam tamen Avidii Caſſii vitam etiam auctori Spartiano defendunt vetera excerpta..

CASAUBONUS.

1 *Res per legatos bene geſtæ ſunt.*] Huc refero quòd in ſaxo quodam Hiſpanico dicitur Marcus, DEVICTOR. OMNIVM GENTIVM. BARBARARVM. Addit regius, *& per ipſum compoſitæ.* ex altero loco qui non longè ſequitur in hæc verba: *Compoſitæ res in Hiſpania, quæ per Luſitaniam turbatæ erant.* talia multa in eo codice, quæ nihil attinet adnotare.

2 *Per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent.*] Volcatius Gallicanus in Avidio Caſſio non idem ſolùm dicit, ſed iiſdem planè verbis cum Capitolino: ut videatur alter alterum deſcribere: vel potiùs, quod & certum eſt, ambo Marii Maximi verbis loquuntur. de hoc bello & prædonibus iſtis Ægyptiacis eorumque duce Iſidoro, lege Xiphilinum. dicti ſunt Βουκόλοι & Bucolici à vulgari appellatione ejus loci quem inſiderent: nam, ut ait Heliodorus, Βουκόλια σύμπας κέκληται πρὸς Αἰγυπτίων ὁ τόπος. vide neceſſariò ſequentia: nullus enim eſt veterum ſcriptorum, unde hæc diſcas tam bene, atque hic unus. Hieronymus in vita Hilarionis eremitæ: *Qui cùm revertiſſet, cupienti rurſum ad Ægyptum navigare, hoc eſt ad ea loca quæ vocantur Bucolia, eò quod nullus ibi Chriſtianorum eſſet, ſed barbara tantum & ferox natio, &c.*

3 *Retuſi ſunt.*] Reg. *retunſi.* ut obtunſus, alibi pro obtuſus.

4 *Sub ejus profectionis diebus in ſ.*] Palam eſt auctorem loqui de altera Marci ad bellum Germanicum profectione, poſt Veri mortem ſuſcepta: hoc enim arguunt manifeſtiſſimè verba præcedentia, quibus hæc cohærent. Onuphrius tamen Panvinius ad priorem profectionem refert, in qua habuit Marcus fratrem Verum comitem. movetur vir eruditiſſimus ſequentibus verbis, *& quia ludi Jovis* OPT. MAX. *erant*: quæ ille interpretatur de agone Capitolino: refertque illam priorem Marci ac Veri expeditionem in annum qui conſules habuit Pudentem II. & Pollionem Vitraſium: quo anno agon Capitolinus XXI fuit celebratus. Fallitur vero diligentiſſimus Onuphrius in hoc epilogiſmo; & quidem luſtro integro: nam ſi per ludos Jovis OPT. MAX. quorum hic mentio, Capitolinus agon intelligitur; de quo tamen dubitari nec temere poteſt; certiſſimum

ſeceſſu Præneſtino agens, [1] filium nomine Verum Cæſarem [2] execto ſub aure tubere ſeptennem amiſit, quem non plus quinque diebus luxit, [3] conſolatuſque etiam

mum eſt non de illo luſtro capiendum eſſe, quod putat Onuphrius, ſed de eo quod illud proxime eſt ſecutum. In errorem impulit, quòd tempus à Vero inſumptum in Parthica expeditione multo quàm debuerit brevius ſtatuit: hoc πρῶτον ψεῦδος, unde alia peccata in aſſignandis utriuſque expeditionis Germanicæ temporibus. nam ejus ſententiam refellit manifeſtò Galenus: quo nemo melior aut certior rerum illarum teſtis.

1 *Filium nomine Verum Cæſarem.*] Lege quæ notamus ad Lampridii Commodum.

2 *Execto ſub aure tubere.*] Reg. *excepto*: corruptè; ut ſunt ibi pleraque in hac vita corruptiſſima. Si quid mutandum, ſcribam *exorto*. ſed placet *execto*: nam videtur ea voce medicorum imperitiam notare, qui intempeſtiva tuberis ſectione pernitiem huic puero attulerunt, quanquam id legere non memini apud Galenum, aſſiduum criminatorem medicorum qui in aula & in urbe ea tempeſtate alicujus erant nominis.

3 *Conſolatuſque etiam medicos actibus publicis ſe reddidit.*] Prorſus ridicula lectio: in Regio hoc ſolùm aliter, quòd *rediit* ſcriptum, non *reddidit*: omiſſa vocula *ſe*, quam nullus veterum agnoſcit. Tentabam ex veſtigiis iſtis, *conſolatuſque etiam edicto ſe, publicis actibus reddidit.* vel, *ad publicos actus rediit.* Solebant imperatores etiam de hujuſmodi rebus cum populo per edicta agere: quorum exempla in Suetonii Claudio, & Cæſarum hiſtoria tota paſſim. Sed placet nobis impenſe clariſſimi Lipſii emendatio, *conſultuſque, etiam medios publicis actibus reddidit.*

GRUTERUS.

2 *Exſecto ſub aure tubere.*] Sic rectè Pal. nempe incidit in febrem continuam ob dolorem obortum à ſectione illâ, & ſic periit.

3 *Conſolatuſque etiam medicos, actibus publicis ſe reddidit.*] Nihil divertunt ab hac ſcriptura membranæ Pall. quam quod non agnoſcunt pronomen *ſe*; ſi quid mutandum, bellè Lipſius, *conſultuſque etiam medios, publicis actibus, &c.* ſed quis ille importunè impudens qui auſus fuiſſet conſulere Imperatorem tam recenti luctu. veroſimilius eſt, Marcum ea ſtatim fuiſſe fortitudine animi, ut alios erigere tentaverit alloquio ſuo, etiam medicos, qui non ſimpliciter ſanè lugebant hanc filii ejus mortem; vel ob artis ſuæ ſucceſſum minus felicem.

SALMASIUS.

3 *Conſolatuſque etiam medicos actibus publicis ſe reddidit.*] Non pluribus arguam ineptias vulgatæ lectionis ab eruditis id jam factum. Magis mirum eſt qua conſtantia conſpirent in ea retinenda veteres libri, qui per omnia ſimilem exhibent, niſi quod *ſe* pronomen non agnoſcunt. nihil aliud video huic loco corrumpendo materiam ſuggeſſiſſe quam vox *conſolatus* ignorata. Hujus, inquam, unius vocabuli parum cognita ratio fecit, ut *medios*, pro *medicos* legeretur: aliud enim nihil mutandum: *conſolatuſque, etiam medios actibus publicis reddidit.* quæ ſententia olim fuit doctiſſimi Lipſii. ſed ille *conſultus* pro *conſolatus* legebat, ego *conſulatus* retineo. non ſemel mihi veteres libros pervolventi *conſolatio* pro *conſultatio*, & *conſolari* pro *conſuli* ſcriptum occurrit. in collatione Romanarum & Moſaicarum legum, tit. I. verba conſolationis & reſcripti ita habent. nam ita in veteri libro fuiſſe vir doctiſſimus annotat, ut & apud Servium lib. III. Æneidis: *Augu-*

etiam medicos [1] actibus publicis ſe reddidit. Et quia ludi Jovis optimi maximi erant, interpellari eos publico luctu noluit: juſſitque ut ſtatuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & [2] imago aurea circenſibus per pompam ferenda, [3] & ut ſaliari carmini nomen ejus inſereretur. Inſtante ſanè adhuc peſtilentia, & [4] deorum

Augurium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſolationem avium aut ſignorum. *Conſolationis* etiam ſcriptum repperi bis aut ter in optimo Titi Livii exemplari ex Bibliotheca Puteanorum fratrum. ſic in Epiſtolis Pontificum non pridem à Gretzero editis epiſt. XCVIII. *quòd ſi quis pecudum aut ſuillum ſanguinem vel ſuffocatum manducaverit, non ſolum totius eſt conſolationis expers, ſed quoque ipſius intell gentiæ communis prorſus extraneus.* epiſt. vero XCVI. dixerat pro eodem: *eruditionis totius alienus.* ſic *conſulatus* hoc loco pro *conſultus.* ut autem *conſolari* pro conſulere, ita contra *conſulere* pro conſolari, quo ſenſu apud Venantium ſæpe poſitum reperitur, & notant veteres Gloſſæ: *conſulit, ἐπιδίδω. συμβουλεύομαι, πυνθάνεται*), καὶ παραμυθεῖται. ſed ut dicam libere quod ſentio, mihi videtur quoties *conſolatio*, pro *conſultatio* legitur, conſolationem ibi ſcriptum eſſe pro conſulatione. nec dubium quin *conſulare* pro *conſulere* dixerint, ut *inducare* pro *inducere*: *compeſcare*, *diglubare*, *cudare*, *molare*, *ſculpare*, *incolare*, & ejuſmodi qualia multa nuper obſervabamus ad Tertulliani Pallium.

GRUTERUS.

1 *Actibus publicis ſe reddidit.*] Haud aliter Tiberius: de quo ipſemet ſic apud Tacitum lib. IV. cap. 8. *Non quidem ſibi ignarum poſſe argui, quod tam recenti dolore ſubierit oculos Senatus: vix propinquorum alloquia tolerari, vix diem adſpici à pleriſque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos: ſe tamen fortiora ſolatia è complexu Reipub. petiviſſe.*

CASAUBONUS.

2 *Imago aurea circenſibus per pompam ferenda.*] Petitum exemplum ab iis quæ in Germanicum olim decreta. Tacitus: *decretum ut ludos circenſes eburna effigies præiret.* notus mos.

3 *Et ut ſaliari carmini nomen ejus inſereretur.*] Tacitus, *ut nomen ejus ſaliari carmine caneretur.* multa nos de hoc genere honoris apud Athenæum libro ſexto, capite XIV. Simile apud Athenienſes fuit quòd bene meritos de republica peplo Minervæ intexebant: unde natum apud illos proverbium, ἄξιός ἐστι τοῦ πέπλου. ut ſi dicas, dignus eſt, cujus nomen ſaliari carmine canatur. Ariſtophanes in equitibus,

Εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆσδε γῆς ἄξιοι καὶ τοῦ πέπλου.

Diodorus Siculus libro XX. ubi narrat decretos ab Athenienſibus honores Antigono & Demetrio: καὶ συντελεῖν αὐτοῖς ἀγῶνας, καὶ πομπὴν καὶ θυσίαν ἐνυφαίνοντες αὐτοὺς εἰς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτόν. Velim verò obſervari quod hìc ait Diodorus de annuo peplo: nam Minervæ peplus non quotannis illi conſecrabatur, ſed διὰ πενταετηρίδος, ut ſcribunt veteres critici: & Plautus diſertis verbis in Mercatore, *quinto quoque anno.*

4 *Deorum cultum diligentiſſimè reſtituit.*] Fecerat idem imminente bello Parthico. quod teſtantur Acta Græca Abercii ſtatim initio: Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου Βήρου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων διέποντος ἀρχήν, δόγμα ἐπὶ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν γῆν, ὅπη Ῥωμαίοις ὑπήκουε, δημοτελῶς κελεῦον

rum cultum diligentiſſimè reſtituit, & ſervos [1] quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, [2] quos *Voluntarios* exemplo Volonum appellavit. [3] Armavit etiam gladiatores, [4] quos *Obſequentes* appellavit. [5] Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ, milites fecit. [6] Armavit & Diocmitas. emit & Germanorum

κελεῦον τοῖς λεγομένοις θεοῖς σπονδάς τε καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. quæ referrem lubens ad hoc tempus, niſi vetaret ſeries eorum Actorum, ut quidem illa Metaphraſtes digeſſit.

1 *Quemadmodum bello Punico factum eſt.*] Robertus à Porta, *bello ſecundo Pun.*

2 *Quos Voluntarios exemplo Volonum appellavit.*] De Volonibus notum ex Livio, Feſto, Macrobio, aliis. Apud Livium in eadem hiſtoria Voluntarii quoque ſæpe nominantur. qui diverſæ conditionis fuerunt ab iſtis Marci Volonibus: liberi nempe homines, non ſervi: qui cùm vel propter ætatem, vel quòd legitima ſtipendia confeciſſent, cogi non poſſent, ſponte militabant. Evocati poſtea dicti ſunt, hoc eſt, inquit Dio, *ἀνάκλητοι*.

3 *Armavit etiam gladiatores.*] Tacitus de copiis Othonis: *deforme inſuper auxilium, duo millia gladiatorum: ſed per civilia arma etiam ſeveris ducibus uſurpatum.*

4 *Quos Obſequentes appellavit.*] Tanquam non in legionibus militantes, ſed in obſequiis principis. in vita Pertinacis: *cum milites de caſtris ad obſequium principis convenissent.*

5 *Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit.*] Latrones appellat gentem latrociniis deditam, ex præda & rapinis plurimum viventem. non enim parti Dalmatarum aut Dardanorum, ſed in univerſum omnibus hoc nomen conveniſſe ex hiſtoricis notum & geographis. Dalmatarum militum meminit vetus inſcriptio Moguntina, cujus initium:

PLASSI. F. DIOCLEAS
MIL. EX. COHORTE. V
DALMATARUM.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Regius, *Daticas.* ſed vulgatam ſcripturam tuetur locus Ammiani, quem ſubjeci è libro XXVII. loquitur autem de Muſonii vicarii Aſiæ expeditione contra Iſauros prædones. *Adhibitis,* ait, *ſemiermibus paucis, quos diocmitas appellant, unum graſſatorum cuneum, ſi patuiſſet facultas, adoriri eſt conatus.* ſic legunt ibi & antiqua Marcellini exemplaria. Errant qui exiſtimant ſcribendum *diogmitas.* *διωγμὸς* Græcum eſt vocabulum: at *διωγμῖται*, non Græcum ſed Barbarum. Nobis diu placuit ſcribi *dioctas.* Apparet ex Ammiano militum genus fuiſſe leviſſimæ armaturæ: quorum opera adverſus prædones, & id genus fugaces hoſtes utebantur. Vetus Romanorum mos fuit, ut per ſingulas provincias ſorte ductas cohortes collocarent contra latronum incurſiones. Tertullianus: *Latronibus veſtigandis per univerſas provincias militaris ſtatio ſortitur.* Hi ſunt latrunculatores, quos Juſtinianus in Novella octava, & XXVIII, ac XXIX. appellat *λῃστοδιώκτας*, & *βιοκωλύτας*. Sed quoniam *Diocmitas* ſcriptum in omnibus libris, regio excepto, invenimus, ſcribam lubens cum Joſepho Scaligero, *Docimitas.* id nomen populi in agro Synadenſi Phrygiæ, de quo Strabo aliique. Videtur Marcus horum aliquot cohortes in exercitu ſuo habuiſſe, ut Dalmatarum & Dardanorum. Meruerunt aliquando inter Romanorum mercenarios & Dolomitæ. gens ea fuit in Perſidis montanis ſita: de qua fuſe Procopius libro ultimo.

norum auxilia contra Germanos. Omni præterea diligentia paravit legiones ad Germanicum & Marcomannicum bellum: & ne provincialibus eſſet moleſtus, auctionem rerum aulicarum, ut diximus, fecit in foro divi Trajani, in qua præter veſtes & pocula & vaſa aurea, etiam ſigna [1] cum tabulis magnorum artificum vendidit. [2] Marcomannos autem in ipſo tranſitu Danubii delevit, & prædam provincialibus reddidit.
22 dit. [3] Gentes omnes ab Illyrici limite [4] uſque Galliam con-

SALMASIUS.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Quæſivere docti de iſtis Diocmitis, an fruſtra neſcio. eruditiſſimus Scaliger *Docimitas* volebat à Docimeo, quæ urbs eſt Phrygiæ. ſed à Δοκίμειον, neque ſecundum artem nec ſecundum conſuetudinem Δοκιμίτης poteſt deſcendere. Nam aut Docimenſes aut Docimeni dicebantur: illud ex arte, hoc ex conſuetudine. Stephanus: Δοκίμειον πόλις Φρυγίας, ὡς Εὐδαίμων. τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεύς, κατὰ τέχνην. κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν Δοκιμηνὸς, ἀφ᾽ οὗ τὸ μάρμαρον οὕτω φασί. non igitur poteſt eſſe Docimites à Docimium. deinde omnes libri *Diocmitas* retinent: & ita ſcribitur apud Ammianum Marcellinum. Diu multumque perpendenti non aliunde mihi deduci poſſe videntur iſti Diocmitæ quam ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ. nam à διωγμός, διωγμίτης, vox quidem non illa barbara, inſolentis tamen & novæ formæ. itaque magis placeat διωγμητὰς illos appellari, ἀπὸ τοῦ διωγμῆσαι. quod verbum factum eſt à διωγμός. ſic autem videntur appellaſſe genus militum leviter armatorum & expeditorum, ad perſequendum fugitivos aut latrones, quos & διώκτας appellabant. & ut ita accipiamus, aperte ſuadent verba Marcellini: *genus ſemiermium*, inquit, *hominum quos Diocmitas appellant.* neque enim ſi ex aliqua gente & origine & nomen ducerent, ita locutus eſſet. *Diocmitas* autem ſcriptum pro *Diogmitas*, ut in veteribus libris *Docma* ſemper pro *Dogma* reperitur ſcriptum: & ſimilia.

GRUTERUS.

6 *Armavit & Diocmitas.*] Sic omnibus litteris codex Palatinus.

1 *Magnorum artificum.*] Non aliter quoque Palat.

CASAUBONUS.

1 *Cum tabulis magnorum artificum.*] Perperam in membranis, *magiſtrorum artif.*

2 *Marcomannos in ipſo tranſitu Danubii delevit.*] Marcomannos intellige, non gentem ipſam, quæ multis poſt ſeculis infeſta Romano nomini perduravit: ſed illum tantum exercitum eorum, qui ſtabat in acie. ſequitur ſtatim, *accepit in deditionem Marcomannos.* vide Xiphilinum & Legationum ex Dione Excerpta. narrat Dio, Jazygas magnam cladem accepiſſe, ea pugna quæ pugnata eſt ſuper aquis Danubii gelu concretis: de qua fortaſſe clade hæc ſunt accipienda.

3 *Gentes omnes ab Illyrici limite uſque Galliam conſpiraverant.*] Aurelius Victor, *Triumphi acti ex nationibus quæ regi Marcomaro ab uſque urbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen eſt, ad media Gallorum protendebantur.* Hæc Victor: ubi vides illius in hiſtorica narratione ſecuritatem: nam falſum omnes gentes quæ ad bellum Germanicum ſive Mar-

conſpiraverant, [1] ut Marcomanni, [2] Nariſci, [3] Hermunduri, & Quadi, [4] Suevi, Sarmatæ, [5] Latringes, & Buri: [6] hi aliique cum Victovalis [7] Soſibes, [8] Sicobotes,

Marcomannicum ſocietatem junxerunt, regi Marcomaro fuiſſe ſubditas. & quod ait, *uſque ad media Gallorum* melius Capitolinus, *uſque Galliam.* vel ut alii, *uſque in Gall.* Sed ita loquitur Victor, res in Sequanis turbatas reſpiciens. de quo mox & Capitolinus.

GRUTERUS.

4 *Uſque in Galliam.*] Sic quoque Palatinus noſter.

2 *Nariſci.*] Extat in Pal. *Variſtæ*, quemadmodum & aliorum aliquot authentici.

5 *Latringes & Buri.*] Idem codex *Lacringes & Burei.*

6 *Hi aliique cum Victovalis.*] Pal. iterum *Victualis.* ita tamen expreſſit priora, ut hæreas an duabus vocibus pronuntiari voluerit, an verò unâ, *Hialiique*; quod & alii invenerunt in libris ſuis.

SALMASIUS.

1 *Ut Marcomanni, Nariſci.*] Nariſtæ dicuntur veteri libro, quod abeſt propius à Dionis lectione, qui in excerptis legationum, Ναρισταὶ appellat. Οὐαριστοὶ Ptolemæo. recte igitur heic *Variſtæ* legeretur. ſed N & V ſæpe invicem mutantur. itaque Nariſtæ & Variſtæ idem, vel Nariſti & Variſti.

4 *Suevi, Sarmatæ.*] Plura genera Sarmatarum ponit tabula vetus Peutingerorum: *Sarmatas vagos, Sarmatas Amaxobios, Sarmatas Lupiones, Sarmatas Venedos, Sarmatas Roxulanos, Suevos Sarmatas, Saſonas Sarmatas.*

5 *Latringes & Buri.*] Palatinus: *Lacringes, Burei.* & *Lacringes* quidem melius quam *Latringes.* Nam Dioni ſunt Δάσκριγγοι pro Λάκριγγοι, quomodo reponendum apud Dionem cenſeo. Buri autem Βοῦῤῥοι Dioni dicuntur in Trajano. populos autem illos omnes quibus cum rem habuit Marcus, ſic enumerantur à Dione: *Aſtingi, Iazyges, Marcomanni, Quadi, Nariſtæ, Diacringi, Buri.* Vetus vero tabula Peutingerorum tractuum illorum gentes ſic enumerat: *Burcturos, Alamannos, Armalauſos, Marcomannos, Quados, Lutugos, Dureos*, vel *Duros.* ſic enim ſupplendam vocem imperfectam, quæ ibi legitur, *Dur*, cenſeo, & illos intelligo qui Buri heic & apud Dionem dicuntur.

CASAUBONUS.

2 *Nariſci.*] In excerptis Legationum è Dione appellantur iſti Ναρισταί. in regio quoque eadem terminatio: ſed in principio ibi peccatum, *Thariſtæ* pro Nariſtæ. Tacitus *Nariſcos* aut fortaſſe *Nariſtos* nominat. in libro De moribus Germanorum. in codice Auguſtano *Variſtæ*: quomodo etiam in Ptolemæi codicibus, nam ibi Οὐαριστοί.

3 *Hermunduri & Quadi.*] Reg. *Hermunduli.* Quatuor hos populos etiam Tacitus ſimiliter jungit. *Juxta Hermunduros*, ait, *Nariſci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt.*

5 *Latringes & Buri.*] Reg. *Latringes, Burci.* Suſpicor eſſe qui in libris Taciti dicuntur Marſigni & Burii, ſermone cultuque Suevos referentes. niſi mavis Marſignos Taciti eſſe Μαρσιγνοὺς Ptolemæi: quod propius vero. at in Excerptis è Dione Δάγκριγγοι depravate, pro Λάσκριγγοι, vel Λάτριγγοι. Jornandes nominat & Aſtringos: qui non ſunt Latringes iſti: ſed qui dicuntur Dioni Ἄστιγγοι. Burri Ptolemæo quoque οἱ Βοῦῤῥοι, & Dioni in Excerptis.

6 *Hi aliique cum Victovalis.*] Regius *Ayalii.* ſic & Puteani unus. Sed Hyaliorum inter gentes Germanicas aut

tes, [1] Rhoxolani, Baſtarnæ, [2] Alani, Peucini, [3] Coſtoboci. Imminebat & Parthicum bellum & Britannicum. Magno igitur labore etiam ſuo gentes aſperrimas vicit, [4] militibus ſeſe invitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio: accepitque in deditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis. [5] Semper ſanè cum optimatibus, non ſolùm bellicas res,

Sarmaticas. quod ſciam, nemo eſt qui fecerit mentionem. Aſſentior igitur Beato Rhenano, reconditæ doctrina viro, qui pridem corrigendum monuit *Taifali*. nota gens ex Mamertini panegyrico, & magis ex Ammiani hiſtoria XXXI ubi multa de horum turpi & obſcœna vita. Jornandes de rebus Geticis Tafilos dicit, ſive Thuifalos. de Victovalis, qui Ammiano Victobali, antè dictum. Scripti, *Convictuales*.

SALMASIUS.

6 *Hi aliique cum Victovalis.*] Palatinus una voce: *Hialiique cum Victualis*. populos ego quidem nullos iſto novi nomine. nec neſcio vulgo doctiſſimos viros, *Taifali*, reponere, & hanc illis placere conjecturam, quid ita tuam neſcio. *Victuali* autem ſemper ſcriptum in optimo libro Βικτόφαλοι Græci ſcriptores nominant.

CASAUBONUS.

7 *Soſibes, Sicobotes.*] Regius, *Sicrobotis*. utrum melius, aliis quærendum relinquimus; nobis enim hæc populorum nomina, alibi non comperta. Qui deinceps ſequuntur, omnes vulgò notiſſimi. *Coſtoboci*, Dibni Κοστοβῶκοι Ptolemæi codices, Κοισοβῶκοι.

GRUTERUS.

8 *Sicobotes.*] Haud ſecus Palatinus.

2 *Alani Peucini.*] Noſter, *Halani, Peutini*.

4 *Militibus ſeſe invitantibus.*] Palatinus, *ſeſe imitantibus*. quod probiſſimum heic fuerit, ſi acceperit ſcriptor *ſeſe* pro *eum*. fit enim fere ut miles ſequatur exemplum ducis ſui. vulgato tamen non ſua etiam deſit ratio.

SALMASIUS.

1 *Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani.*] In veteri tabula *Bleſtarni, Dacpetoporiani, Pilli, Dagæ, Getæ, Venedi, Roxulani, Manicatæ, Camatæ, Piſſcani, Alani, Baſtarni* pro Baſtarni. nam & ibi in propinquo ponuntur, *alpes Baſtarnicæ*. reliqua nos alias per otium expendemus.

3 *Coſtoboci.*] *Coſtobocæ*, Ammiano Marcellino.

4 *Militibus ſeſe invitantibus.*] Quis neget veram eſſe lectionem libri Palatini, *ſeſe imitantibus*? *ſeſe* autem loquendi genere illa ætate vulgato pro *ipſum*. nempe Marcum; cum milites ſcilicet ipſum imperatorem ſuum imitarentur & ad illius exemplum laborarent. præceſſit enim de Marco: *Magno igitur labore, etiam ſuo gentes aſperrimas vicit, militibus ſeſe imitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio*. *ſeſe* igitur pro *ipſum*, ut ſæpe apud iſtos auctores. cum enim imperator exemplum eſſet laboris & virtutis ſuis militibus, ipſum imitabantur milites, nihil verius.

5 *Semper ſanè cum optimatibus.*] Optimates heic vocat Capitolinus, quos in Hadriano *ſummates* Spartianus appellat: *quum cum plurimis ſummatibus paſceretur*. alibi dicuntur *proceres*. optimates illis temporibus & proceres, & ſummates, non alii erant & dicebantur

res, ſed etiam civiles, priuſquam faceret aliquid, contulit. Denique ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit, *Æquius eſt ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur.* Sanè quia durus videbatur ex philoſophiæ inſtitutione Marcus ad militiæ labores atque ad omnem vitam [1] graviter carpebatur: ſed malè loquentium dictis, vel literis vel ſermone reſpondebat. Et multi nobiles [2] bello Germanico ſive Marcomannico, imò plurimarum gentium, interierunt: [3] qui-

bantur quam ſenatores. optimos nobilium vocat Aurelius Victor Scot[?]hi: *& patres quidem præter commune Romani malum orbis ſtimulabat proprii ordinis contumelia, quia primus ipſe metu ſocordiæ ſuæ ne imperium ad optimos nobilium transferretur, ſenatum militia vetuit, etiam adire exercitum.* eidem *proceres* dicuntur in Tacito: *cunctis fere lætantibus quod militari ferocia legendi jus principis proceres recepiſſent.* atque alibi apud eumdem non ſemel idem etiam ſub nobilitatis nomine ſenatum intelligit. in Heliogabalo: *ac magis magiſque Alexandri, quem comperta Opilii nece Cæſarem nobilitas nuncupaverat, amor cumularetur.* in Gordiano: *iiſdemque per Africam diebus milites Gordianum, Gordiani filium, qui forte contubernio patris prætextatus ac deinceps Præfectus prætorio intererat, Auguſtum creavere. neque ſane factum nobilitas aſpernata.* in Decio; *Julius Valens cupientiſſimo vulgo imperium capit: verum utrique mox cæſi, cum Priſcum nobilitas hoſtem patriæ cenſuit.* ubi ſemper nobilitatis nomine ſenatum intelligit. Principes vocat Seneca lib. II. de benef. cap. XII.

CASAUBONUS.

5 *Semper ſane cum optimatibus.*] Non ſignificat vox hæc ſub Imperatoribus, quod olim libera Rep. cum eſſent & dicerentur alii optimates, alii populares. nam mutata ejus forma, & ſtudiis partium extinctis, omnes qui in Rep. eminerent dicti optimates. Gloſſæ vertunt rectè, ἄριστοι πολῖται. at vetere notione, optimates erant οἱ ὀλιγαρχικοί, ut ad Theophraſtum obſervabamus: non autem indiſtinctè οἱ ἄριστοι τῆς πόλεως. Aurelianus in epiſtola ad Gallonium *optimates Gothicas* appellat, mulieres captivas in ſua gente nobiles. Ingens abuſus in hac voce poſtea commiſſus, cùm dicti ſunt optimates miniſtri poteſtatum: quales ſunt in Novellis οἱ ταξεῶται, aut ſpiculatores, vel ſimiles his: qui juſti milites non erant, ſed quaſi publici quidam ſervi ducibus miniſtrabant, optionibus ſimiles. ſemper tamen hos Græci ὀπτιμάτες nominant: ut Tacticorum auctores & Conſtantinus libello Περὶ θεμάτων: ubi multa de themate optimatum: at optiones etiam Procopio ὀπτίονες.

1 *Graviter carpebatur.*] Iſtud probabilius, quàm quod ante dictum: *Dabat ſe Marcus totum & philoſophiæ, ambiens civium affectus.*

2 *Bello Germanico, ſive Marcomannico, ſive plurimarum gentium.*] Sic loquitur ut ſignificet poſſe hoc bellum non ſolum Germanicum aut Marcomannicum appellari; ſed etiam Sarmaticum, & Quadicum, & Suevicum, & aliis plurimis nominibus, de ſingularum gentium appellationibus, quas modo Capitolinus enumeravit.

 3 *Qui-*

[1] quibus omnibus ſtatuas in foro Ulpio collocavit. Quare amici frequenter ſuaſerunt ut à bellis diſcederet, & Romam veniret: ſed ille contempſit ac perſtitit; [2] nec priùs receſſit quàm omnia bella finiret. [3] Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus

1 *Quibus omnibus ſtatuas in foro Ulpio collocavit.*] Sic Auguſtus ſtatuas omnium ducum in utraque fori ſui porticu dedicavit.

2 *Nec priùs receſſit quàm omnia bella finiret.*] Recte, ſi de prioribus expeditionibus accipias: nunquam enim receſſit niſi victor & rebus cum hoſte compoſitis. at ultimum bellum conſtat ab eo non eſſe confectum: ſed non recedit à bello qui illi immoritur.

3 *Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares, aut prætorias pro belli neceſſitate fecit.*] Provinciarum alia eſt ordinaria adminiſtratio, alia extraordinaria. ſæpe enim principes, pro temporum neceſſitatibus, formam uſitatam immutarunt. *temporaria autem permutatio jus provinciæ non immutat*, inquit Ulpianus lege CXXIV. de regulis juris. Exempla ſunt in hiſtoria principali, jam inde ab Auguſto multa. Ejuſmodi eſt quod hic obſervatur de Marco: & quod de Alexandro ſcribit Lampridius: *Provincias prætorias præſidiales plurimas fecit: proconſulares ex ſenatus voluntate ordinavit.* Obſervabis in Capitolini verbis diſtingui provincias conſulares à proconſularibus: in quo vel peritiſſimi rei Romanæ jure hæreant. nam quod inter has diſcrimen ſtatuemus? Proconſulares ſcimus dictas in quas mittebantur functi conſulatu, ut illis proconſule præeſſent. iidem conſulares dicebantur, & eorum provinciæ modo conſulares modo proconſulares. Non aliter apud Tullium & cæteros veteres ſcriptores hæ voces accipiuntur. mira igitur hæc Capitolini diſtinctio, atque, ut puto, alibi non legenda. Accedit huc, quòd præſidialium provinciarum nulla heic mentio. cur prætermiſit? meliùs Lampridius: qui tria provinciarum nomina, quot & fuerunt, ponit diſtinctè: proconſularium, & prætoriarum, quæ in poteſtate populi; & præſidialium, quæ propriæ principis ex inſtitutione Auguſti. Erant præter provincias & præfecturæ quædam cum in Italia, tum alibi, quas conſulares viri adminiſtrabant, de quibus in Hadriani vita dictum eſt. an igitur de his præfecturis ſentit Capitolinus, & provincias diverſa notione nominat? omnis enim procuratio cujuſcunque partis Reip. provincia dici poteſt. ſic apud Ciceronem provincia callium & aquarum. Vix tamen putem, hanc interpretationem convenire iſti loco. Obſervabamus ad Spartiani Hadrianum, etiam præſides & legatos provinciarum Auguſti, poſtea appellatos eſſe proconſules, vel proconſules Auguſti. ex hac conſuetudine loquendi proconſulares provincias interpretari heic poſſumus, præſidiales.

SALMASIUS.

3 *Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares.*] Nihil heic ſani loquuntur viri docti, putes in alium orbem deductos nec in orbe Romano verſati: ita peregrini ſunt, & pro peregrinis agunt. ſemper fuit in arbitrio ac poteſtate Romanorum Principum jam inde ab Auguſto provinciarum adminiſtrationem pro belli ac temporum neceſſitate immutare. pacatas provincias & quæ annuis magiſtratibus facile regi poſſent, populo conceſſit Auguſtus, eæque ordinario jure adminiſtrabantur. nam magiſtratus

ribus proconſulares, [1] aut prætorias pro belli neceſſitate

ſtratus Populi Romani, Conſules, Prætores; magiſtratu functi ſortitu provincias illas accipiebant regendas, more qui ſtante etiam rep. obſervabatur, & peracto adminiſtrationis tempore decedebant. ac dictæ illæ proconſulares & prætoriæ, vel etiam proconſulares tantum, ut in ſuperioribus obſervabamus. & proconſules dicebantur prætores, qui jure & imperio conſulari provinciis præerant. Bellicas autem provincias & quæ annuo magiſtratu retineri non poterant, ſuæ eſſe partis voluit Cæſar, eaſque per legatos conſulares & prætorios adminiſtrabat. & eæ quidem in quas ex parte Cæſaris viri conſulares mittebantur, conſulares dictæ, ut prætoriæ, quæ à legatis prætoriis. vel potius inter provincias Cæſaris ſi quæ eſſent ex antiquo conſulares, in eas viros conſulares legatos mittebat; ſi quæ vero prætoriæ, prætorios qui & legati Auguſti pro prætore dicebantur. hinc nata differentia provinciarum conſularium & proconſularium, quæ ſub libera Republica fuit inaudita. ſed ſub Cæſaribus, ut jam ante ad Hadriani vitam notavi, populi provinciæ proconſulares dicebantur, Cæſaris vero conſulares. illæ à proconſulibus more & ordine antiquo adminiſtrabantur: iſtæ jure novo & extraordinario per legatos Auguſti conſulares. ſi quid autem novi exoriretur in provinciis pacatis, aut in earum vicinia, & bellici motus exiſterent, de proconſulari conſularem eam faciebat Cæſar, & eo legatos mittebat, & populo in locum ejus quam ademerat, aliam ex ſuis quæ pacatior eſſet reddebat, & ſic illa de conſulari proconſularis fiebat. hoc eſt quod ait Spartianus, Marcum pro belli neceſſitate de conſularibus proconſulares, & de proconſularibus conſulares provincias feciſſe. quoties igitur legeris *conſularem provinciæ*, ſemper de legato Cæſaris ille tibi conſularis accipiendus; quoties proconſulem, de magiſtratu populi Romani intelligere debebis: & ſecundum hanc proconſulum & conſularium differentiam diſtinctio quoque provinciarum proconſularium & conſularium procedit. plura ad Hadrianum Spartiani diximus quæ repeti heic non debent.

1 *Aut prætorias.*] Eas intelligo quæ à legatis prætoriis regebantur, qui & legati Auguſti pro prætore dicti ſunt. Populus etiam habuit ſuas provincias prætorias. nam ex inſtitutione Auguſti inter populi provincias, duæ tantum proconſulares fuere, decem prætoriæ, in quas prætores mittebantur. ita Strabo lib. XVII. εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγοὺς ἢ ὑπατικοὺς πέμπει. *prætores aut conſulares.* ſed omnes poſtea prætores prætoriique qui provincias populi adminiſtrabant, dicti ſunt proconſules, & proconſulari jure eas regebant. hinc tam frequens mentio proconſulum eorum qui nunquam conſules fuiſſent, in veterum libris. quod ſæpe viris doctis impoſuit. Tacitus lib. XVI. Annal. ſcribit Petronium factum eſſe proconſulem Bithyniæ, & mox conſulem. Bithynia populi fuit provincia, quam inter στρατηγίας, id eſt prætorias recenſet Strabo. itaque idem Tacitus lib. I. Annal. Granii Marcelli prætoris Bithyniæ meminit. ubi prætorem in proconſulem mutandum exiſtimant viri docti. ſed fruſtra, nam prætor & proconſul, idem. Petronius Bithyniæ præſes, proconſul dicitur, qui nunquam tamen antea conſul fuerat. nec conſularis erat, ſed conſulari poteſtate Bithyniam prætoriam adminiſtrabat. itaque paſſim poſtea ſub imperatoribus proconſules appellari prætorii viri qui provincias prætorias rexiſſent, priuſquam conſulatum adepti eſſent. quod etiam ſub veteri rep. in more fuit. in Epiſtolis Ciceronis duo-

tate fecit.[1] Res etiam in Sequanis turbatas,[2] cenſura & aucto-

duobus, niſi fallor, locis, titulus adſcriptus eſt, *Q. Metello proc nſ.* qui tamen conſulatum nondum ceperat, ſed ex prætura in Galliam Ciſalpinam profectus erat. inde eſt quod auctores fere ſemper cum provinciarum rectores tam populi quam Cæſaris ſimul comprehendunt, proconſules tantum & legatos nominant, & per legatos, tam prætorios quam conſulares Cæſaris legatos intelligunt, per proconſules populi magiſtratus. id plus ſexcentis locis mihi obſervatum. Velleius lib. II. *Illud etiam in hoc tranſcurſu dicendum eſt, ita ſeptem annos Rhodi moratum, ut omnes qui proconſules legatique in tranſmarinas provincias profecti, viſendi ejus gratia,* &c. Proconſulum nomine rectores provinciarum populi complectitur prætorios & proconſulares; legatorum vero, Auguſti legatos conſulares & prætorios. hinc apud Spartianum in Alexandro, diviſio provinciarum in legatorias & proconſulares. ſed de his alibi plura.

CASAUBONUS.

1 *Res etiam in Sequanis turbatas.*] Strabo libro quarto, πέραν τοῦ Ἄραρος οἰκοῦσιν οἱ Σηκουανοί, διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ γεγονότες. καὶ τοῖς Ἐδούοις, ὅτι πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις, κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν, τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν. Hæc Strabo de antiquis Sequanis: quorum poſteros eandem ſervaſſe mentem, eoſdem animos hæc maxime hiſtoria teſtatur.

2 *Cenſura & auctoritate repreſſit.*] Reg. *compreſſit. Cenſura* pro ſeveritate & exactiore diſciplina, recentioris eſt Latinitatis. ſic autem in his libris, & apud Latinos patres ſæpiſſime. Marcus in oratione ad ſenatum, opponit clementiæ: *ut cenſura veſtra depoſita, meam manſuetudinem clementiamque ſervetis.* τὸ ἀπότομον vocat *cenſuram* Vulcatius, *Ipſius mores varii ſemper fuerunt: ſed ad cenſuram crudelitatemque propenſiores.* inde *cenſorius* pro gravi. Trebellius Pollio: *Conſulem habuimus tam ſeverum, tamque cenſorium, ut in ejus magiſtratu nemo pranderit.* Jocus eſt M. Tullii, quem refert: at verba non Tulliana. nam aliter Macrobius.

SALMASIUS.

2 *Cenſura & auctoritate repreſſit.*] Cenſuram pro gravitate ac dignitate poſuerunt illius ætatis ſcriptores. unde *oris cenſuram*, quæ veteribus oris dignitas, dixerunt. *pondus* etiam quidam illo ſenſu uſurparunt, & *pondus mentis* dixerunt pro gravitate. Cenſura igitur eſt ἀξίωμα. Gloſſæ veteres: *Cenſura*, ἀξίωμα. alibi: ἀξίωμα, *Dignatio, dignitas, honos, meritum,* & ἀξιωματικοί, *cenſorii.* eædem gloſſæ: *cenſurium*, τιμιότης etiam exponunt. Corippus lib. II.

Aſpexit lætus populos, vultuque modeſto
Circumfuſa videns plaudentum millia viſit,
Cenſuram ſervans, & plebi gaudia donans.

idem lib. IV.

Conſcendit princeps trabea ſuccinctus avita,
Regali ditans auguſtâ fronte coronam,
Cenſuramque pia ſervans gravitate reſedit.

ubi *cenſura* gravitas vultus cum dignitate conjuncta. poſtea etiam vulgus cepit *cenſuram* uſurpare pro honeſtate vultus & decore, proque ipſa forma & pulchritudine. unde & *cenſorium hominem* vulgo qui pulcher eſſet, vocabant, & ſic ab animo ad corpus tranſtulerunt. Gloſſæ: *Cenſura, honor.* item: *Cenſura, decus vel pulcritudo.* ſed apertius Placidus: *Cenſura,* inquit, *eſt animi non corporis: ideo melius membrorum decorem & pulcritudinem dicimus quam cenſuram: tamen quia in uſu cenſorium hominem dicimus pulcrum, poteſt hæc ad pulcritudinem referri.*

auctoritate repreſſit. Compoſitæ res in Hiſpania quæ per Luſitaniam turbatæ erant. [1] Filio Commodo accerſito ad limitem, [2] togam virilem dedit: quare congiarium populo diviſit, & eum, [3] ante tempus conſulem deſignavit. Siquis unquam [4] proſcriptus eſſet à præfecto 23
urbi, non libenter accepit. Ipſe in largitionibus pecuniæ publicæ parciſſimus fuit: quod laudi potius datur quàm reprehenſioni: ſed tamen & bonis viris pecunias dedit, [5] & oppidis labentibus auxilium tulit, [6] & tributa vel vectigalia [7] ubi neceſſitas cogebat remiſit. Abſens

CASAUBONUS.

1 *Filio Commodo accerſito ad limitem.*] Germanicum. Dio.

2 *Togam virilem dedit.*] Capies ex iſtis mentem Dionis ſcribentis: ὁ Μάρκος τὸν Κόμμοδον τὸν υἱὸν ἐκ τῆς Ῥώμης, ὡς καὶ ἐς ἐφήβους ἤδη τελεῖν δυνάμενον, μετεπέμψατο. nam illa, ὡς καὶ ἐς ἐφήβους ἤδη τελεῖν δυνάμενον, ex more Romano debes interpretari, *cùm id jam ætatis eſſet, ut toga virilis ei poſſit dari.*

3 *Ante tempus.*] Venia legis annariæ impetrata. Lamprid.

4 *Proſcriptus eſſet à præfecto Urbi.*] Accipe illa *à præfecto Urbi*, ut exempli loco poſita: non enim libentius accepit Marcus à ſenatu proſcriptos, aut aliis magiſtratibus. teſtis epiſtola quam ſuper Caſſii & complicum proſcriptione ad ſenatum ſcripſit.

6 *Et tributa vel vectigalia ubi neceſſitas cogebat, remiſit.*] Non magna principis optimi laus; ſi neceſſitate cogente, hoc eſt, iis à quibus exigi nihil poterat, tributa remiſit. ſed ſcripſerat fortaſſe, *ubi neceſſitas non cogebat.* ut intelligamus voluntatem Marco ſublevandi tenuiores, defuiſſe nunquam: etſi voluntas ſæpe, per Reip. neceſſitates. ſed nihil pronuntio. celebrant hanc largitatem Dio, & Euſebius in Chronico. Georgius Monachus, imò Euſebius ipſe: καὶ δημόσια τέλη ἀνῆκεν· καὶ τοὺς τῶν χρεῶν χάρτας ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀγορᾶς κατέφλεξεν.

SALMASIUS.

5 *Et oppidis labentibus auxilium tulit.*] Ex Dione: χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν, καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ καὶ αὐτὴν καὶ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν.

6 *Et tributa vel vectigalia ubi neceſſitas cogebat remiſit.*] Non magnæ liberalitatis argumentum hoc fuerit, nihil exigere ab illis unde ſcias nihil poſſe exigi: & parvam hanc eſſe laudem liberalis principis nec ego inficior, ſi quidem neceſſitatem heic capiamus illorum quibus tributa remittere ſit coactus imperator. & tum locus eſſet eruditiſſimi viri conjecturæ, qui negationem addit hoc modo: *ubi neceſſitas non cogebat.* ſed non ita eſt. Nam hanc neceſſitatem ad Marcum refero, qui etiam ubi neceſſitas cogeret, & res ita poſtularent, tributa tamen tum remiſerit, cum opus eſſet minime remitti. qua in re magnopere laudandus. ſic princeps philoſophus, qui urgentibus etiam reipublicæ neceſſitatibus non ſolum novis indictis & tributis onerandos non duxerit provinciales, ſed ſolitis etiam debitiſque penſionibus ſublevaverit, & illis vectigalia remiſerit.

GRUTERUS.

7 *Ubi neceſſitas cogebat.*] Sic & noſter codex; optimeque convenit an-

Abſens [1] populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditiſſimos editores. Fuit enim populo hic ſermo, quum ſuſtuliſſet ad bellum gladiatores, quòd populum ſublatis voluptatibus vellet cogere ad philoſophiam. juſſerat enim, ne mercimonia impedirentur, [2] tardiùs pantomimos exhiberi non votis diebus.

redictis: *Ipſe in largitionibus pecuniæ publicæ parciſſimus fuit.* tributa quippe & vectigalia exacta bono publico: ideoque non niſi juſta umquam de cauſſa remiſſa. unde Julianus in Epiſtolis: Βασιλεῖ μὲν πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα. καὶ οὐκ ἂν ᾤηθη δεῖν τὴν δημοσίαν εὐπορίαν βλάπτειν τῇ πρός τινας ἰδίᾳ χάριτι. ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πλεῖστα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλ' ὅτι πλείστων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι. τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσει τὰ ὀφλήματα: *Regi ad lucrum ſpectanti difficilis veſtra poſtulatio videretur, neque umquam paucorum gratia publicis vectigalibus detrimentum afferri pateretur. Verum quia conſilium eſt noſtrum, non quam plurima è ſubditis colligere, ſed quamplurimum eis prodeſſe: idcirco vobis debita condonamus.*

1 *Populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditiſſimos editores.*] Qui nimirum damnum minus ſentirent; & glorioſum arbitrarentur placere vel ſic populo. neque enim heic ferè locum habere poteſt Senatusconſulti, cujus meminit Tacitus lib. XV. cap. 63.

2 *Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.*] Palat. habet *novatis diebus.* ut fortè aliud quid adhuc lateat ſub illis, *non votis.*

CASAUBONUS.

1 *Pop. Rom. voluptates.*] Perperam in ſcriptis, *voluntates.* notum eſt ſpectacula ſic vocari.

2 *Tardiùs pantomimos exhiberi, non votis diebus.*] Poteſt ſcribi, *non totis d.* quomodo hunc locum aliquando emendare memini Jacobum Lectium, ſapientiſſimum ac feliciſſimi ingenii virum, ſanctiſſima amicitia mihi conjunctiſſimum. Poteſt & reticeri quod eſt editum. *voti dies*, quibus eduntur ludi votivi, quas εὐχαλιμαίας ἡμέρας appellat Dio in Heliogabalo: Hi ludi, ceu debiti, maxima cura edebantur, & religione etiam quàm cæteri majore.

SALMASIUS.

2 *Tardius pantomimos exhiberi non votis diebus.*] Audio Virum doctiſſimum emendantem, *non totis diebus*, ſed non auſculto. qua nec pejorem loci emendationem afferri poſſe cenſeo. una vox enim *tardius* hanc poteſt ſententiam implere. ſi enim tardius exhibiti pantomimi, ſequitur, & ſequi neceſſe eſt, ut non toto die ſint exhibiti. Notare autem vult certos dies, quibus diebus tardius exhiberi juſſi ſunt pantomimi: & cauſam hanc addit, *ne mercimonia impedirentur.* illis igitur diebus tantum, tardius exhibebant pantomimos quibus mercimonia poterant impediri. Mercimoniorum vero dies, nundinæ. Hinc ad certam veramque hujus loci lectionem poſſumus pervenire. liber Palatinus pro *non votis*, habet diſerte, *novotis*, quidam etiam *novis.* omnino legendum, *nonis diebus.* per nonos dies, Nundinas intelligit. quibus diebus ne impediretur mercimoniorum curſus, non hora ſolita vulgataque, ſed paulo tardius exhibebantur pantomimi. ſic Virgilius in Moreto, *nonos dies* vocat mercimoniorum dies, hoc eſt nundinas:

— *nonis-*

bus. De amatis pantomimis ab uxore fuit ſermo, ut ſuperiùs diximus: ſed hæc omnia per epiſtolas ſuas purgavit. Idem Marcus [1] ſederi in civitatibus vetuit in equis ſive vehiculis: lavacra mixta ſubmovit. Mores matronarum compoſuit diffluentes, [2] & juvenum nobilium. [3] Sacra Serapidis [4] à vulgaritate Peluſiæ ſub-

——— *noniſque diebus*

Venales olerum faſces portabat in urbem. qui verſus unice confirmant conjecturam hanc noſtram. nam & ibi quoque perperam lectum erat uſque adhuc:

——— *notiſque diebus*,

pro *nonis*: viri doctiſſimi vero veram lectionem ex libris exhibuerant. ſed quoniam huc uſque venimus, ne hoc quidem omittemus, quod nunc in mentem venit, & lucem huic loco qui de pantomimis agit, non parvam adferet, tres illa tempeſtate fuiſſe notos & celebres pantomimos, Pyladen, Morphum, & tertium quemdam, cujus nomen neſcio, qui alternis diebus ſaltabant. & primum quidem Pylades, deinde Morphus, poſt tertia die tertius ille de nomine mihi parum cognitus, poſt quem deinceps, velut in orbem Pylades. Hoc me docuit Galenus in commentario περὶ τοῦ προγινώσκειν, cujus verba non parcam aſcribere: παραφυλάξας τινὸς ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ φανέντος ὀρχούμενον ἀπαγγείλαντος Πυλάδην, ἠλλάγη γὰρ αὐτῆς τὸ βλέμμα, καὶ τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου: κἀγὼ θεασάμενος τοῦτο, ἐπιβαλὼν τῷ καρπῷ τῆς γυναικὸς τὴν χεῖρα εὗρον τὸν σφυγμὸν ἀνώμαλον ἐξαίφνης πολυειδῶς γινόμενον, ὅστις δηλοῖ τὴν ψυχὴν συνταράττεσθαι, &c. κατὰ τὴν ὑστεραίαν δὲ εἰπὼν ἀκολουθῆσαι τινὶ τῶν ἐμῶν, ὅταν ἐπισκεψάμενος ἔλθω πρὸς τὴν γυναῖκα, μετ᾽ ὀλίγον ἀφικνούμενος ἀπαγγεῖλαί μοι Μόρφον ὀρχεῖσθαι σήμερον, ἐθ᾽ ὡς ἔμελλον, ἀπαράλλακτον εὗρον τὸν σφυγμὸν ὁμοίως τῇ· καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ποιήσας ἀγγεῖλαι περὶ τοῦ τρίτου τῶν ὀρχηστῶν, ὁμοίως μείναντος ἀπαραλλάκτου τοῦ σφυγμοῦ, κατὰ τὴν τετάρτην ἠκολούθησα ἡμέραν πάνυ παραφυλάξας, ἡνίκα Πυλάδης ὀρχούμενος ἠγγέλθη, ταραχθέντα πολυειδῶς αὐτὸν ὁρῶ, εὗρον οὕτως ἐρῶσαν τοῦ Πυλάδου τὴν γυναῖκα. καὶ τοῦτο παραφυλαχθὲν ἀκριβῶς ἐν ταῖς ἐφεξῆς ἡμέραις εὑρέθη βεβαίως. qui locus ad hanc rem inſignis. ubi Pyladen tantum & Morphum, tertium vero illum non nominat. ſed de toto hoc genere pluribus alias Deo volente diſputabimus.

CASAUBONUS.

1 *Sederi in equis.*] Expoſuimus ad Hadrianum. ibidem & de lavacris mixtis.

2 *Et juvenum nobilium ſacra S.*] Volebam diſtinctum: *Mores matronarum compoſuit diffluentes, & juvenum nobilium. Sacra S.* vel pueri hoc videant: ſed & liber regius non aliter.

SALMASIUS.

3 *Sacra Serapidis à vulgaritate Peluſiæ ſubmovit.*] Omnes libri, *Peluſiæ* retinent: etiam princeps editio, *Peloſiæ.* ſic eſſet Peluſia pro Peluſium. quod non eſt prorſus aſpernandum. licenter enim agebant in enumerandis urbium nominibus illi veteres & in genere, & in numero, ut τὰ Λούγδουνα pro Lugdunum: Tyana, Tyanæ, pro τὰ Τύανα: & Megara, Megaræ, pro τὰ Μέγαρα, & ſimilia. ſic Πήλιον urbs Theſſaliæ, & Πηλία. ſi quis malit *à vulgaritate Peluſia*, legere cum eruditiſſimo viro, non me rapiat reluctantem, ſed ducat volentem.

ſubmovit. Fama fuit ſanè [1] quod ſub philoſophorum ſpecie

CASAUBONUS.

3 *Sacra Serapidis à vulgaritate Peluſiæ ſubmovit*] Lege, *Peluſia.* urbem enim hanc Ægypti nemo unquam dixit Peluſiam: omnes Peluſium. deductum ab hac gentile, varie formatur. Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Πηλουσιώτης. ὡς Ζεφυριώτης· ἀλλὰ καὶ Πηλούσιος καὶ Πηλουσιακός. Peluſiam ſive Peluſiacam vulgaritatem appellat cives Peluſiotas, & omnem illam turbam, quæ Serapeæ hujus feſtivitatis cauſſa, eo ſolebat ex cætera Ægypto convenire. Concurrebatur in eam urbem & mercimonii gratia auctor mihi Hieronymus: qui *Peluſiacam lentem* apud poëtam interpretatur contra veterum criticorum ſententiam; *non quòd ibi genus hoc leguminis gignatur vel maximè: ſed quod è Thebaide & omni Ægypto per rivum Nili illuc plurimùm deferatur.* Videntur ludi Peluſii quorum meminit Tertullianus libro De baptiſmo, magna hominum frequentia celebrari. Cùm igitur Peluſiotæ obtentu ſacrorum Serapidis, & religionis ludorum, multa flagitia & ſcelera ſoliti eſſent exercere, ut eorum petulantiam coërceret Marcus, ſacra iſta illis ademit. nam alioquin mirum, ſacra Ægyptiaca, quæ etiam Romam eſſent recepta, urbi Ægyptiacæ fuiſſe adempta. Sed populi hujus perverſam mentem & pravos mores etiam proverbio notarunt veteres: nam apud Hieronymum ſæpiùs, *Peluſiota* ſtulti hominis & Marrucini convitium eſt. alluſione facta non minùs ad mores incolarum ejus urbis, quàm ad nominis veriverbium. neque enim Ægyptiaca vox eſt, ſed Græca: eſtque auctore Strabone Πηλούσιον ἀπὸ τοῦ πηλοῦ ita dictum, ut ſi Lutetiam à luto dicas. Digni ſanè fuerunt Peluſiotæ qui riſum omnibus tollerent, cum ſuo illo deo mirifico, crepitu ventris inflati: quæ, ut ſcribit Hieronymus, Peluſiaca religio eſt.

GRUTERUS.

4 *A vulgaritate Peluſiæ.*] Sic etiam noſter Pal. alias maluiſſem *Peluſiacæ*, aut *Peluſia*, aut aliud quid. porro iſthæc ita capio, non ut omnino abſtulerit Peluſiotis omnibus ſacra Serapidis, ſed ab eis excluſerit vulgus promiſcuum. cura eorum demandata ſacerdotibus tantum ac viris primariis.

CASAUBONUS.

1 *Quòd ſub philoſophorum ſpecie quidam remp. vexarent & privatos.*] Quia verbum *vexare* variam interpretationem admittit, poteſt hujus loci ſententia multimodis explicari. Cùm tanti faceret Marcus philoſophiam, nemo prudens dubitaverit fuiſſe multos, qui philoſophiæ ſtudium ſimularent, potiùs quàm ſcita præſtarent: ut imperatoris benevolentiam ſibi conciliarent. Hi gratia qua pollebant apud principem ad quæſtum ſuum abutebantur, cùm multorum querellis. Sunt iſti fortaſſe, quos dicit Capitolinus, remp. vexaſſe & privatos. Sed & illi remp. vexant, qui pravis religionibus vulgi animos inficiunt: ſæpe ut ad rerum novarum molitionem impellant. De hoc genere hominum editam fuiſſe conſtitutionem à Marco, teſtis Modeſtinus libro primo De pœnis: *Si quis aliquid fecerit*, inquit, *quo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terrentur; divus Marcus hujuſmodi homines in inſulam relegari reſcripſit.* Ulpianus libro VII. De officio proconſulis: *Divus Marcus eum qui de motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi inſtinctu deorum dixerat, in inſulam Syrum relegavit.* Etiam illi vexant remp. qui cùm in illam nihil conferant, ex ærario alimenta percipiunt, & alia commoda debita iis, qui propter induſtriam ſuam & operam publico navatam, digni ſunt præmio, καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. multos autem Marco ita impo-

ſpecie quidam remp. vexarent & privatos: quod ille purgavit. Erat mos iſte Antonino ut [1]omnia crimi- 24
na

impoſuiſſe ſub ſpecie philoſophorum, en Dionem auctorem. παμπληθεῖς, ait, φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵν' ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται. Si quis referre malit ad immunitates philoſophis conceſſas, & excuſationes à tutelis, qua de re multa apud juris auctores, per nos licet. Erat enim & reip. & privatis oneroſum, reperiri tam multos, qui beneficiis quæ fuerant veris philoſophis conceſſa, uterentur. Sed longum fuerit omnes interpretationes perſequi, quæ huic loco poſſint aptari. Vir magnus qui ad Chriſtianos refert, ab auctoris mente, niſi fallimur, aberrat longe.

SALMASIUS.

1 *Sub philoſophorum ſpecie quidam remp. vexarent & privatos.*] Evenit ſub Marco quod ſub aliis ſolet evenire principibus, ut omnes qui vident principem ad alicujus rei ſtudium animi quadam inclinatione ferri, ſtatim ejuſdem rei ſtudio ut cum maxime teneri ſe fingant, ad gratiam ſcilicet & favorem promerendum. Cum igitur plurimus eſſet in philoſophiæ ſtudiis Marcus, multos illa tempeſtate extitiſſe non eſt dubium, qui tota animi contentione philoſophiam ſectarentur, & philoſophandi libidine ducerentur, ut liberalitatem optimi principis provocarent, quem hujuſmodi hominibus favere animadvertebant. Et ſic erant reip. oneri, cum eos imperator promoveret, ditaret, ſtipendiis ſalariiſque ſublevaret. & iſti erant qui rempublicam vexabant, & ſub philoſophiæ obtentu multa ſibi licere putabant, & impune quidvis moliebantur. Privatos autem vexari ab hoc genere hominum habitum philoſophi præ ſe ferentium, idcirco puto dixit, quod innumera tunc copia emerſerat hominum qui philoſophos ementiebantur, & Cynicos profitebantur: mera potius mendicabula, qui magna libertate & audacia in domos privatorum ſe inferebant, vere θυρεπανοῖκται, quibus nihil clauſum tectumque poterat eſſe, quique libere quod opus eſſet, petebant; liberiùs, non dantes conviciis & maledictis impetebant, & ita privatos vexabant æruſcatores ejuſmodi & nulli rei bonæ homines, quique nihil philoſophorum haberent præter barbam & pallium. quorum ſub imperio Marci uberrimum fuiſſe proventum docent nos illorum temporum ſcriptores, qui paſſim in libris ſuis conqueruntur de hoc hominum genere temere nomen illud ſanctiſſimum uſurpantium. Atque hæc ſola eſt, quæ huic loco poſſit aptari interpretatio: reliquæ omnes & longius ſunt arceſſitæ, & ad hujus loci ſententiam parum accommodatæ videntur.

GRUTERUS.

1 *Omnia crimina minore ſupplicio quàm legibus plecti ſolent, puniret.*] Quod & ipſum aliis quoque Principibus ſollemne, uti pulcre oſtendit Freherus noſter in *Sulpicio ſuo.*

SALMASIUS.

1 *Ut omnia crimina minore ſupplicio quam legibus plecti ſolent, puniret.*] Moderationem hanc & ἐπιείκειαν Marci in criminibus puniendis Philoſtratus in vita Herodis tangit: τῆς δὲ, inquit, Ἀθηναίων ἀπολογίας ἐχούσης κατηγορίαν τοῦ τε Ἡρώδου καὶ τῶν ἀπελευθέρων τὴν ὀργὴν ὁ Μάρκος, ἐς τοὺς ἀπελευθέρους ἔτρεψε, κολάσει χρησάμενος ὡς ἔλαττόν τε ἐπιεικεῖ. οὕτω γὰρ αὐτὸς χαρακτηρίζει τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν. κόλασιν ἐπιεικῆ vocat Philoſtratus minus ſupplicium quam quo leges punire ſolent. poſtrema verba male verterunt inter-

na minore ſupplicio quàm legibus plecti ſolent, puniret: quamvis nonnunquam contra manifeſtos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales cauſas [1] hominum honeſtorum ipſe cognovit, & quidem ſumma æquitate, ita ut [2] prætorem reprehenderet [3] qui citò reorum cauſas audierat: juberetque illum iterum cognoſcere, [4] dignitatis eorum intereſſe dicens ut ab eo audirentur qui pro populo judicaret. [5] Æquitatem autem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit. Infinitos ex gentibus in Romano ſolo collocavit. [6] Fulmen de cœlo precibus ſuis contra

interpretes, quæ ſignificant: *ſic enim ipſe Marcus judicium illud ſuum appellat.* reſpicit enim ad verba Epiſtolæ Marci ad Herodem quæ ſequitur poſt paulo apud ipſum Philoſtratum, ubi dicit ſupplicio affeciſſe delinquentes, ὡς οἷόν τε ἐπιεικεῖ. verba Epiſtolæ: *σὲ δὲ ὑγιαίνειν εὔχομαι καὶ περὶ ἐμοῦ ὡς εὔνου σοι διανοεῖσθαι, μηδὲ ἡγεῖσθαι ἀδικεῖσθαι, εἰ καταφωράσας τινὰς πλημμελοῦντας κολάσει ἐπ' αὐτοῖς ἐχρησάμην ὡς οἷόν τε ἐπιεικεῖ. puniſione quam fieri potuit moderata.*

CASAUBONUS.

1 *Hominum honeſtorum.*] Scrib. *honeſtiorum.* τῶν εὐδοκιμωτέρων, non enim poterat omnium honeſtorum. in Commodo, *adhibitos cuſtodes vitæ ſuæ honeſtiores ferre non potuit.* multa Xiphilinus de hac Marci æquitate, patientia, & diligentia in cognitionibus. nec penitus tacet ipſe in libris ſuis.

3 *Qui citò reorum cauſſas audierat.*] Qui judicia de reis brevi auditione peregerat: quod inter mali principis notas ponunt veteres.

4 *Dignitatis eorum intereſſe dicens.*] Lego, *reorum.* Solebant prætores non per ſe, ſed per decemviros, aut quæſitores, alioſve quibus juriſdictionem mandaſſent, de reorum etiam honeſtiorum cauſſis cognoſcere: hoc non fert Marcus, & ait vere intereſſe dignitatis reorum, ut ab eo audirentur, qui pro populo judicaret.

5 *Æquitatem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit.*] Exemplum eſt hujus æquitatis, quod narrat Dio. Captivus adoleſcentulus Barbarus, à Marco de re aliqua interrogatus, negavit ſe reſponſurum prius quàm juſſiſſet ille dari ſibi veſtem defendendo frigori, quo urebatur. indulſit Marcus, nihil commotus hac captivi hominis libertate.

6 *Fulmen de cœlo precibus ſuis c.*] Imò verò militum Chriſtianorum, qui illi tunc militabant, precibus. Nota hiſtoria de qua erit locus alibi, ſi Deus voluerit, plura dicendi.

GRUTERUS.

2 *Prætorem reprehenderet qui citò reorum cauſſas audierat.*] Rectè, nam juxta P. Syrum: *In judicando, criminoſa eſt celeritas.* Quinimò ut idem vult Mimographus: *Properare in judicando, eſt crimen quærere.* certè, *Prope eſt libens ut damnet qui damnat cito*, ut loquitur Seneca lib. 1. de Clementia. cap. 14.

4 *Dignitatis eorum intereſſe dicens.*] Sic Palat. & ſubintelligitur *reorum*, quod præceſſit.

SALMASIUS.

4 *Dignitatis eorum intereſſe dicens.*] *Eorum*, reorum ſcilicet. nec enim alio poteſt referri, cum de reis tantum loquatur. non opus eſt igitur *reorum* reponi.

5 *Æquitatem etiam circa captos hoſtes cuſto-*

custodivit.] *Æquitatem autem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit.* ita Palatinus.

6 *Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit.*] In epiſtola Marci, quæ Græce eſt edita apud Juſtinum ad finem ejus Apologetici, ita hæc res narratur: ἅμα δὲ τῷ τούτους ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς καὶ δεηθῆναι θεῷ ὃν ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης. ubi per illa verba, τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους, idem videtur intelligere quod heic Spartianus de hoſtium machinamento. quod tamen, ut verum fatear, quid ſit neſcio. ſimpliciter enim alii auctores ſcribunt, adverſus Germanos & Sarmatas fulmen elicitum precibus imperatoris Marci, nihilque de iſtiuſmodi machinamento produnt. an machinam bellicam aliquam hoſtium intelligit, in quam fulmen deſcenderit, quo conflagravit? ſed Græculus ille auctor epiſtolæ illius ſubdititiæ, ἐπιβούλους Ῥωμαίων dum vocat, ad hoc fortaſſe machinamentum reſpexerit. quod tamen affirmare nolim. Et recte quidem vir ſummus judicavit non eſſe germanam illius Marci epiſtolam, ſed ab aliquo non Græco ſed ſemibarbaro homine confictam. quædam autem vir ille doctiſſimus ſibi recte viſus eſt in illius epiſtolæ parte emendaſſe, quæ melius mea ſententia inemendata permanerent: & ibi maxime, ubi δρούγγων pro δρακόντων reponit. De ſuis enim copiis loquitur Marcus, quas cum infinita barbarorum multitudine comparans, minores multo & inferiores inveniebat. Narrat igitur illo loco Marcus quales copias tunc habuerit, cum à barbaris eſt deprehenſus: καταλαμβανόμενος, inquit, μου ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων. Dracones decem erant in unaquaque legione: ſic Dracones ſeptuaginta, ſeptem legiones efficiunt. non aliam eſſe mentem illorum verborum, καταλαμβανόμενος μου ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων, indicant ſequentia, ubi legiones nominat cum quibus deprehenſus ſit. καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγάθει πλήθους ἀμίκτου καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, γεμίνας, Φρεντησίας, &c. Φρεντησία autem legendum eſt non Φρετηνσία. ſic enim Græci ſolent hæc nomina enunciare: *fretenſe*, Φρεντήσιον: ut *caſtrenſe*, καστρήσιον: *Romanenſe*, Ῥωμανήσιον: *miliarenſe*, μιλιαρήσιον. Barbarorum vero multitudinem recenſens fuiſſe dicit παμμίκτου ὄχλου χιλιάδας ἐννακοσίας ἑβδομήκοντα ἑπτά. ex quibus vel cæco appareat, drungos illos ſeptuaginta duo longe minores eſſe quam ut illam innumeram copiam efficere poſſint. Comparat igitur quiſquis ille eſt ejus Epiſtolæ author, copiarum Marci numerum, cum exercitu barbarorum, ut ex comparatione proderetur quanto inferiores Romani barbaris: ἐξετάσας, inquit, ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. De legione vero Melitena cujus nomen penitus intercidiſſe vult vir ille incomparabilis, neque unde nomen acceperit ſciri, longe aliter eſt. nam Melitena non aliunde habuit nomen, quam à Melitena urbe Cappadociæ, quæ Μελιτηνὴ Græce. at, inquit, ἀπὸ τῆς Μελιτήνης eſt Μελιτηναῖος, non Μελιτηνός. in quo fallitur. primum urbs ipſa non Μελιτήνη, ſed Μελιτηνή. à qua ἐθνικὸν Μελιτηνός. quod etiam docet ἐθνογράφος: Μελιτηνή, inquit, πόλις Καππαδοκίας. Στράβων ἑνδεκάτῃ· τὸ δ' Ἄμανον ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Μελιτηνῆς προήκει, καθ' ὃ ἡ Κομμαγηνὴ Καππαδοκίᾳ προσάκει). οἱ πολῖται Μελιτηνοὶ ὡς Κομμαγηνοί. vides Μελιτηνὸν ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Μελιτηνῆς, ut à *Commagena* Commagenum? inde Melitena legio. Xiphilinus dicit illam legionem fuiſſe τὸ τάγμα τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν. ex militibus Melitenis compoſitam illam

contra hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluvia impetrata quum ſiti laborarent. Voluit Marcoman-

illam legionem ſignificans, cui poſtea nomen Fulminatricis ex re inditum eſt. ſed minime dubito quin legendum ſit apud Xiphilinum: τάγμα τῶν ἐπὶ Μελιτηνῆς ςρατιωτῶν. & male doctus interpres qui *ex militibus Meliteniis* vertit. Euſeb. lib v. hiſt. Eccleſ. τοὺς δ᾽ ἐπὶ τῆς Μελιτινῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος ςρατιώτας. ab illo igitur habet Xiphilinus. melius legeretur Μελιτηνῆς apud Euſebium. nam ita urbs illa Cappadociæ dicta, & inde legio Cappadociæ impoſita, & Melitenæ collocata. legendum etiam in illa pſeudepigrapha epiſtola, καταλαμβανόμενος μὲν ἐπὶ δράκοντας ἑβδομήκοντα τεσσάρων. ubi ὑπὸ male ſcriptum, quod in errorem induxit doctiſſimum virum. in eadem epiſtola ſcribendum paulo poſt, καταλαμβανόμενος ἢ ἥμισυ ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου ςρατευμάτων μετὰ λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, γεμίνας, φρεντησίας. quattuor tantum heic legiones nominat quæ numerum illum Draconum non efficiunt, quem in exercitu Marci fuiſſe notabat epiſtolæ commentitius auctor. nam in quattuor legionibus quadraginta tantum dracones erant. ſed apparet aliarum legionum nomina intercidiſſe. nam Xiphilinus tradit Marcum in illa ſua epiſtola dicere ſecum habuiſſe legionem Melitenam, cujus heic nulla mentio. ſed hæc non ſunt ad obruſſam exigenda, quæ ab homine barbaro & inepto confiſta eſſe apparet longe poſt Marci tempora. Nam dracones inter ſigna militaria apud Romanos ſub Marco nondum erant. Draconibus porro non ſolum Parthi & Indi, ſed etiam Scythæ uſi ſunt. Suidas: Σημεῖα Σκυθικὰ ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ, ὑφάσματά εἰσι βαφῇ πεποικιλμένα εἰς ἰδέαν μάλιστα ὀφίων εἰργασμ. καὶ αἰωρούμενα κοντῶν συμμίτραν. Draconem unum mille homines ſequebantur. Lucianus: σημεῖον δὲ πλῆθος τὸ παρ᾽ αὐτοῖς. χιλίους γὰρ οἶμαι ὁρίζουσιν ἀγ. Scythicæ autem omnes illæ gentes adverſus quas in procinctu tunc fuit Marcus. itaque poſſet aliquis ſuſpicari ſeptuaginta illos dracones de barbarorum exercitu non de Romanorum accipiendos: & per ſeptuaginta quattuor dracones, ſeptuaginta quattuor hominum millia ſignificari. ſed longe ampliorem fuiſſe barbarorum numerum ex eadem fictitia epiſtola diſcimus, quæ nongenta ſeptuaginta ſeptem millia ex diverſarum gentium colluvie conciera & in unum coacta fuiſſe ſcribit. nullum itaque dubium eſt quin dracones illos ad exercitum Romanorum pertinere voluerit auctor ille ſemigræculus. At Drungi quos pro Draconibus reponendos cenſuit vir eruditiſſimus ſuis ad Euſebium animadverſionibus, nihil ad rem.

1 *Contra machinamentum hoſtium.*] Nunc intelligo quale illud fuerit hoſtium machinamentum. Barbari ex compoſito pugnam detrectabant, quod abſque prælio Romanos in poteſtatem venturos ſperarent, æſtu ſitique confectos & undique concluſos, locis opportunis omnibus à ſe occupatis ne aquari poſſent. Epitome Dionis: καὶ οἱ βάρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον προσδοκήσαντές σφᾶς ῥᾳδίως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ ὑπὸ τῆς δίψους αἱρήσειν. πάντα δὲ τὰ πέριξ διαλαβόντες ἀπέφραξαν ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι. πολὺ γὰρ τῷ πλήθει περιῆσαν. idem intellexit auctor fictitiæ epiſtolæ, cum barbaros ἐπιβούλους Ῥωμαίων vocat: ἐπὶ μὲν ἡμῶν ψυχρότατον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης.

manniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere & feciſſet niſi Avidius Caſſius rebellaſſet ſub eodem in oriente, [1] qui imperatorem ſe appellavit (ut quidam dicunt) Fauſtina volente, quæ de mariti valetudine deſperaret. Alii dicunt, ementita morte Antonini, Caſſium imperatorem ſe appellaſſe quum divum Marcum appellaſſet. [2] Et Antoninus quidem [3] non eſt ſatis motus defectione Caſſii, [4] nec in ejus affectus ſævit,

SALMASIUS.

1 *Qui imperatorem ſe appellavit, ut quidam dicunt Fauſtina volente.*] Eadem pæne verba apud Volcatium: *Hic imperatorem ſe in Oriente appellavit, ut quidam dicunt Fauſtina volente, quæ valetudine Marci jam diffidebat.*

3 *Non eſt ſatis motus defectione Caſſii.*] *Satis* pro valde. *non eſt ſatis motus defectione Caſſii*: hoc eſt, non valde motus eſt defectione Caſſii. ſic ſupra: *ſatis nobilis*, pro valde nobilis: *grandævo Romani equitis filio Claudio Pompejano dedit genere Antiochenſi, nec ſatis nobili.* hoc eſt, nec admodum nobili. quod paſſim occurrit apud iſtos auctores. quo nihil frequentius apud Cyprianum epiſt. xx. *accepimus literas tuas frater, ſatis ſobrias & integritatis & fidei plenas.* ſic & alibi: *ſatis & plurimum gaudeo, quando à vobis per tales talia perferuntur.*

4 *Nec in ejus affectus ſævit.*] Mirus librorum conſenſus in retinenda lectione quam jampridem exploſere viri docti: *nec ejus affectus ſævit.* quæ mihi videtur inde manaviſſe, quod prius erat ſcriptum: *nec affectus ejus ſævit. Sævire aliquem* pro ſævire in aliquem, loquendi forma illo ſæculo uſitata. incertus auctor in Magni Alexandri vita, qui ſub Conſtantio vixit, de Bucephala: *Interea viri qui Philippi equitia curabant, equum ſpectabilis formæ regi deducunt, ajuntque illum armenti quidem regalis fuiſſe genus, formatum pedibus ad Pegaſi fabulam, etſi qui fuiſſe Laomedonti ejuſmodi prædicantur: addiditque, unum, inquit, eſt ei belluile vitium, namque homines edit, & ejuſmodi pabulum ſævit.* pro ſævit in ejuſmodi pabulum. ſic Tertullianus, *carnem deſæviri* dixit. de Martyrio: *& caro de nuptiis tollitur, & caro in confeſſione deſævitur.* & lib. III. adverſus Marcionem: *quia in indignatione ſua interfecerunt homines id eſt prophetas, & in concupiſcentia ſua ceciderunt nervos tauro, id eſt Chriſto, quem poſt necem prophetarum, ſuffigendo nervos ejus clavis, deſævierunt. quem deſævierunt*, pro in quem deſævierunt. quod non intelligentes homines non ſatis eruditi intulſerant verbum *interfecerunt*, poſt vocem prophetarum. quod nos expunximus auctore veteri libro, cujus ope infinitas mendas ex optimo auctore ſuſtulimus. ita ſævire affectus hoc loco pro ſævire in affectus.

CASAUBONUS.

2 *Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſii, nec in ejus affectus ſævit.*] Et hoc verbis ferè iiſdem apud Volcatium: *Nec tamen Antoninus graviter eſt iratus, rebellione cognita, nec in ejus liberos aut affectus ſævit.* ſunt, opinor, verba Marii Maximi. Alibi ſcribit idem Volcatius, *Fauſtinam ad vindictæ neceſſitatem Antoninum impuliſſe quieſcentem.* Scribit tamen Dio Marcum ad hujus rei nuntium σφόδρα ἐκπλαγῆναι. ſed ita eſt: qui omnia magni principis munia obiret ἀταράχως & compoſito tranquilloque animo, videbatur multis non moveri ſatis.

4 *Nec in ejus affectus ſævit.*] Uxorem Caſſii intelligit, & liberos ac gene-

viit, ſed per ſenatum hoſtis eſt judicatus, [1] bonaque ejus

generum: de quibus vide in ipſius vita. Non cepere hoc verbum qui ſcripſerunt in membranis, *nec ejus affectus ſævi*: atqui affectus ſæpe apud hos ſcriptores, ſunt charitates, & ipſæ perſonæ quæ affectu præcipuo amantur. Vulcatius in Caſſio, *quòd tam mitis eſſet in hoſtem ſuum, ejuſque liberos & affectus*. Capitolin. in Albino, *Quod interim ài te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat*. in Maximino, *timentes milites, quorum affectus in monte Albano erant*. in Gordiano, *affectus ſuos unicè dilexit*. ſic & alii ſcriptores ſæpe, ut etiam ad Suetonium olim obſervabamus. Notiſſimum loquendi genus vel pueris: in quo tamen & viri interdum offendant magni nominis: ut illi philoſophi quos reprehendit Plutarchus, quia non intelligebant φύσιν & γένεσιν apud Empedoclem eſſe τὸ πεφυκὸς αὐτὸ καὶ τὸ γεγονός. Ita accipe multa apud Tertullianum prima fronte obſcura: cujuſmodi eſt hic locus Apologetici cap. XXVII. *Itaque cum vice rebellantium ergaſtulorum, ſive carcerum vel metallorum, vel hoc genus pœnalis ſervitutis, erumpunt adverſus nos in quorum poteſtate ſunt, (certi & impares ſe eſſe, & hoc magis perditos) ingratis reſiſtimus ut æquales*. comparat malos ſpiritus, qui pios ſemper, quibus ſunt ſubjecti, lædere conantur, cum ſervis rebellibus, qui olim apud Scythas & Romanos bella ſervilia concitarunt. qui aliter exponunt dictionem *vice*, errant. *ergaſtula* pro ergaſtulariis ſervis, vulgatiſſimum. ſic & *carceres* dixit pro vinctis in carcere. Lucilius, *carcer vix carcere dignus*. & *metalla* pro damnatis in metalla. iterum capite XLIV. *de veſtris ſemper æſtuat carcer, de veſtris ſemper metalla ſuſpirant*. ubi ἐμφατικώτατα *æſtuare carcerem* dicit, ad deſignandam multitudinem ſceleratorum, qui cottidie in carcerem conjiciebantur. & *metalla* etiam hic ſunt οἱ ἐργαζόμενοι τὰ μέταλλα. ut apud Marcellinum, *ab omni toga rogabatur*. id eſt, omnibus togatis qui ad officium aderant. Pro *perdito* non diſpliceat in priore Tertulliani loco *perditi*. καὶ παρὰ τῶν μᾶλλον ἀπεγνωσμένων crescit enim furor ex deſperatione. vulgatæ ſcripturæ minùs acuta ſententia: etſi ferri poteſt: *& hoc magis perditos*, id eſt, & hoc amplius certi ſe eſſe perditos.

1 *Bonaque ejus proſcripta per ærarium publicum.*] Non laboramus de mente, quæ hæc eſt: proſcripti Caſſii bona non in fiſcum Cæſaris fuiſſe illata, ſed in ærarium publicum. pluribus verbis hoc narrat Vulcatius. Simile in Hadriano: *Damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit: omni ſumma in ærario publico recepta.* in verbis laboramus. nam quæ hæc locutio eſt? *bona proſcribi in ærarium* utcumque feram: ut ſit poſitum unum verbum pro duobus: quomodo loqui amant interdum ſcriptores. *proſcribi per ærarium*, neſcio quid ſit. Puto omiſſione hic peccatum. nam quia ſequens periodus incipit à voce *relicto*; videtur in hujus fine omiſſum verbum *redacto*, ob affinitatem illarum duarum vocum. Scribo igitur, *bona ejus proſcripta, inque ærarium publicum redacta. Relicto.* *e.* aut voce *per* ſervata: *b. e. pr. per ſenatum: inque æ. p. r.*

GRUTERUS.

1 *Bonaque ejus proſcripta per ærarium publicum.*] Nihil recedit ab hac ſcriptura Palatin. & videtur phraſis eorum temporum; quâ voluerint ærarii quæſtores ea bona ſibi applicaſſe.

SALMASIUS.

1 *Bonaque ejus proſcripta per ærarium publicum.*] Mira loquutio, *per ærarium bona proſcribi*, quæ proſcribuntur, & in ærarium rediguntur. nihil tamen mutatum velim. ut enim diceretur fiſcum proſcripſiſſe alicujus bona, ſic per fiſcum proſcripta rectè dicuntur, cum

ejus proſcripta per ærarium publicum. Relicto ergo Sarmatico Marcomannicoque bello, contra Caſſium profectus eſt. [1] Romæ turbæ etiam fuerunt, quaſi Caſſius abſente Antonino adventaret: ſed Caſſius ſtatim interfectus eſt: caput ejus allatum eſt ad Antoninum. Marcus tamen non exultavit interfectione Caſſii, caputque ejus humari juſſit. [2] Mæcianum etiam filium Caſſii, cui Alexandria èrat commiſſa, exercitus occidit: [3] nam & præfectum præt. ſibi fecerat. qui & ipſe occiſus eſt. In conſcios defectionis vetuit ſenatum graviter vindicare: ſimul petiit ne quis ſenator tempore principatus ſui occideretur, [4] ne ejus pollueretur imperium: eos etiam qui deportati fuerant revocari juſſit, quum pauciſſimi centuriones capite eſſent puniti. Ignovit & civitatibus quæ Caſſio conſenſerant: ignovit Antiochenſibus qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant. quibus & ſpectacula & conventus publicos tulerat, & omnium concionum genus, contra quos edictum graviſſimum miſit. Seditioſos autem eos & oratio Marci indicat indita à Mario Maximo, qua ille uſus eſt apud amicos. Denique noluit Antio-

cum nempe fiſcus vel ejus procurator proſcriptionem bonorum ſibi vindicat. ita *fiſcum* aliquando pro fiſci advocato memini legere. Gloſſ. *fiſcus*, φισκοσυνήγορος. item aliæ Gloſſæ: φίσκος ὁ συνήγορος, *fiſci advocatus*. ſed & ibi φισκοσυνήγορος legendum. At heic non per fiſcum illa proſcripta Caſſii bona fuiſſe docet Capitol. quæ in fiſcum principis relata non ſint, ſed per ærarium publicum: quaſi dicat non principem illa bona proſcribi curaviſſe, nec ejus fiſcum, ſed populum vel ejus ærarium.

CASAUBONUS.

1 *Romæ turbæ etiam fuerunt.*] In vita Caſſii: Nec Romæ terror defuit, *cùm quidam Avidium Caſſium dicerent abſente Antonino, eſſe venturum.*

3 *Nam & præfectum præt. ſibi fecerat.*] Non Metianus, ne erres: ſed Caſſius. vide in ejus vita.

4 *Ne ejus pollueretur imperium.*] A'κύρως *ejus*, pro ſuum, vel ipſius. paullò pòſt, *ignovit Antiochenſibus qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant*. pro, in ſe.

SALMASIUS.

2 *Metianum etiam filium Caſſii.*] *Macianum*, in melioribus libris. & ita legendum. Græci ſemper, *Μαικιανὸν* & *Μαίκιον*, qui Latinis Mæcius & Mæcianus.

GRUTERUS.

2 *Macianum etiam filium.*] Sic Palat. non ut vulgati *Metianum*.

Antiochiam videre quum Syriam peteret: [1] nam nec
26 Cyprum voluit videre, ex qua erat Caſſius. [2] Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens. [3] poſtea tamen Antiochiam vidit. Multa egit cum regibus, & pacem confirmavit ſibi occurrentibus cunctis regibus & [4] legatis Perſarum: omnibus orientalibus provinciis chariſſimus fuit: [5] apud multas etiam philoſophiæ veſtigia reliquit. [6] Apud Ægyptios civem ſe egit [7] & philoſophum [8] in omnibus ſtadiis, templis, locis. Et quum

CASAUBONUS.

1 *Nam nec Cyprum voluit videre ex qua erat Caſſius.*] Scribe *Cyrrhum*. Dio, ὁ δὴ Κάσσιος Σύρος ἐκ τῆς Κύρου ἦν. legendum Κύῤῥου. nam Cyrus, ſive potius Κύρου πόλις, Cyropolis, in finibus fuit Perſidis. Caſſius verò non Cyropolitanus fuit, ſed Cyrrheſtes, vel Cyrrheſtanus ex urbe Syriaca Cyrrho. ita ſcribi debere id nomen auctor eſt Stephanus Περὶ πόλεων: & ita apud Ptolemæum, & in Antonini itinerario.

2 *Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens.*] *Cum iis*, πρὸς τὸ σημαινόμενον, ſed fortaſſe veriùs, *cum cunctis*. ad verbum Dio, ὁ Μάρκος ἐπιὼν τὰ ἔθνη τὰ τῷ Κασσίῳ συνεξαναστάντα, πάνυ φιλανθρώπως πᾶσιν ἐχρήσατο.

3 *Poſtea tamen etiam Antiochiam vidit.*] Ponenda hæc erant ante verba præcedentia: *Fuit Alexandriæ, &c.* vel ſcribendum, *poſtea ſanè, & An.*

4 *Legatis Perſarum.*] Parthos intellige. vide Lamprid. in Alexandro.

5 *Apud multas etiam philoſophiæ veſtigia reliquit.*] Robertus Bonon. *apud milites*. non probo. *Philoſophiæ veſtigium* interpretor, memoriam graviſſimorum ſermonum, quos & privatim & publice habuit, quocunque veniſſet: cum ad virtutum amorem, & ſapientiæ ſtudium omnes hortaretur, & exemplo ſuo ſtimularet. Ideo Marcum vocabat Caſſius dialogiſtam, ut ſcribit Gallicanus. in libris quos fecit ipſe de ſe, reperies ſæpius adnotatum locum ubi quæque illorum ſit meditatus. ut libro primo, Τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανούᾳ. & in fine ſecundi, Τὰ ἐν Καρνούντῳ.

6 *Apud Ægyptios civem ſe egit.*] Vel *civilem*, quod Petrus Faber malebat: poteſt defendi utrumque.

7 *Et philoſophum in omnibus ſtudiis, templis, locis.*] *Studia* appellat loca in quibus eruditi conveniebant communicaturi de ſtudiis. μουσεῖα Græci. Spartianus de Hadriano: *Apud Alexandriam in muſio multas quæſtiones profeſſoribus propoſuit; & propoſitas ipſe diſſolvit.*

SALMASIUS.

1 *Nam nec Cyprum voluit videre.*] *Cyprum* pro *Cyrrum*. ut infra apud Vopiſcum, *Arpianum* pro *Arrianum*, ex quo imprudenter *Arabianum* fecerunt. ſic *petunſus* pro *retunſus*, ſcriptum invenimus in eodem libro.

8 *In omnibus ſtudiis, templis, locis.*] Scio quidem ſtudia eſſe μουσεῖα, & Muſium Alexandrinum non ignoro. mihi tamen eripi non poteſt quin legendum cenſeam: *in omnibus ſtadiis, templis, locis.* loca enim publica deſignavit in quibus habuit ſermones de philoſophia Marcus. in ſtadiis autem & gymnaſiis id frequenter fiebat apud Græcos, ut homines docti & philoſophi plerique illo convenirent & ſermones de ſtudiis & litteris concelebrarent. quod fecit apud Ægyptios Marcus, in locis omnibus publicis, ut ſunt ſtadia & templa. præterea

quum multa Alexandrini in Caſſium dixiſſent fauſta, tamen omnibus ignovit, [1] & filiam ſuam apud eos reliquit. [2] Fauſtinam uxorem ſuam in radicibus montis Tauri, [3] in vico Halalæ [4] exanimatam ſubito morbo amiſit.

terea ſtudium pro [illegible] quod nunc uſurpamus, adhuc quæro quis veterum in hoc ſignificatu uſurpaverit. *ſtadiis* edi juſſimus.

1 *Et filiam ſuam apud eos reliquit.*] Plures habuit filias Marcus præter illam quæ nupſit prius Vero, deinde Claudio Pompejano equitis Romani filio data eſt. Nam in Commodi vita dicitur, illum cæteras ſuas ſorores conſtupraſſe. ſed minime dubitandum quin hoc loco filiam non Marci, ſed Caſſii accipi debeat. *ſuam* enim pro *ejus* poſuit, ut contra *ejus* pro *ſuum* multis locis. filias autem plures habuit etiam hic Caſſius. Nam Vulcatius in ejus vita filiarum meminit quas auro, argento, gemmis dicitur honeſtaſſe Marcus. Videtur autem hæc filia Caſſii illa eſſe quæ Alexandria dicitur, quæ Drunciano nupſerat, quibus liberam vagandi poteſtatem conceſſiſſe Marcum infra ſcribitur. Hanc igitur Alexandriæ cum deprehendiſſet, non inde expulit, ſed reliquit. Verum cum attentius hæc penſito, & genus ipſum loquendi, mutare ſententiam cogor & de filia Marci accipere. cum enim offenſus eſſet Alexandrinis Marcus, quod in Caſſium multa fauſta dixiſſent, ignovit illis facile, qua erat clementia, atque ut certius offenſæ depoſitæ pignus haberent, filiam ſuam apud eos reliquit. nec hoc parum fuit. Nam civitates, quibus graviter infenſus fuit, nec voluit videre: Alexandriam vero non ſolum inviſit, ſed filiam ſuam ibi reliquit, non valetudine ejus id cogente vel alia re, ſed ob hoc ſolum, ut fiduciam Alexandrinis daret ſuæ cum illis reconciliationis.

3 *In vico Halale exanimatam ſubito morbo.*] *In vico Halalæ*, Pal. & ita lege. nam Halala vicus ille vocabatur. *Vicus Halalæ*, ut urbs Romæ: torrens Vergelli Floro: & herba lapathi Horatio.

CASAUBONUS.

1 *Et filiam ſuam apud eos reliquit.*] Poteſt fieri ut filiam ſuam Marcus Alexandriæ relinqueret, cùm ipſa vel ob valetudinem patrem comitari non poſſet, vel aliam ob cauſſam. ſed in hoc quid ſit adeò memorabile, non video. Cogitemus igitur, num de Caſſii filia Alexandra hæc ſint potius accipienda. *ſuam* pro ipſius vel ejus. abutuntur enim his voculis ſæpe etiam mediæ Latinitatis auctores.

3 *In vico Alale.*] Vide ad Alagabali vitam. in Antonini Itinerario vocatur Fauſtinopolis: quia ut ſtatim ſequitur, Antoninus vicum hunc coloniam fecerat.

GRUTERUS.

1 *Et filiam ſuam apud eos reliquit.*] Signum haud parvum favoris. videbatur enim paternæ benevolentiæ pignus atque obſes.

2 *Fauſtinam ſuam in radicibus, &c.*] Obſecutus ſum Palatino, qui non agnoſcebat vocem *uxorem*, quæ adhuc in publicatis. & ſatis ſane ſubintelligitur.

3 *In vico Halale.*] Palatinus *Halalae.*

4 *Exanimatam ſubito morbo amiſit.*] Pal. *exanimatam vi ſubiti morbi.* quod admitterem ſi confirmaretur aliorum præterea ſcriptorum fide.

SALMASIUS.

4 *Exanimatam ſubito morbo amiſit.*] *Exanimatam vi ſubiti morbi.* ita Palatinus, cui ex parte conſentit princeps editio. Nam & illa habet: *exanimatam*

amiſit. Petiit à ſenatu ut [1] honores Fauſtinæ ædemque decernerent,[2] laudata eadem, [3] quum tamen impudicitiæ fama graviter laboraſſet: quæ Antoninus vel neſcivit vel diſſimulavit. [4] Novas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuæ. [5] Divam etiam Fauſtinam à ſenatu appellatam gratulatus eſt: quam ſecum & in æſtivis habuerat, [6] ut matrem caſtrorum appellaret. Fecit & coloniam vicum in quo obiit Fauſtina, & ædem illi extruxit. ſed hæc poſtea ædes [7] Heliogabalo dedicata eſt. [8] Ipſum Caſſium pro clementia [9] occidi paſſus eſt, non occidi juſſit. Depor-

tam ſubiti morbi. in hibernis autem amiſit uxorem ſuam Marcus. Philoſtratus de epiſtola Marci, ad Herodem Atticum: τὸ μὲν προοίμιον τῶν ἐπεσταλμένων, χαῖρέ μοι, φίλε Ἡρώδη. διαλεχθεὶς δὲ ὑπὲρ τῶν τοῦ πολέμου χειμαδίων, ἐν οἷς ἦν τότε, καὶ τὴν γυναῖκα ὀλοφυράμενος, ἄρτι αὐτῷ τεθνεῶσαν, εἰπών τέ τι καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας ἐφεξῆς χωρεῖ, &c.

CASAVBONVS.

1 *Honores Fauſtinæ, ædemque decernerent.*] Templum Fauſtinæ fuerat poſitum in Romulei montis pede: cujus meminit Trebellius Pollio in Salonino Gallieno.

2 *Laudata eadem.*] De qua etiam ſcribit libro primo; παρὰ τῶν θεῶν τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, οὑτωσὶ μὲν πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ.

3 *Cum tamen impudicitiæ fama graviter laboraſſet.*] Satis dictum ante: eoque nomine reprehenſus vulgo Marcus. Lege Cæſares Juliani. extant tamen nummi multi in ejus honorem cuſi, cum hac inſcriptione, PVDICITIA.

4 *Novas puellas Fauſtinianas.*] Cur dicat *novas* clarum eſt, ex vita Pii.

5 *Divam etiam Fauſtinam à ſenatu appellatam.*] Nummi, DIVA. FAVSTINA. PIA. & ab altera parte, CONSECRATIO. S. C.

6 *Ut matrem caſtrorum appellaret.*] Poſt illam de Quadis inſignem victoriam, Marcus IMPERATOR VII. ſalutatus eſt: Fauſtina vero, MATER CASTRORVM. ita Dio, & vetus numiſma. DIVÆ. FAVSTINÆ. AVG. MATR. CASTROR. CONSECRATIO. Olim Livia Auguſti *Parens patriæ* dicta, exemplum dedit ſimilium adulationum, quarum multa in hiſtoriis exempla.

7 *Heliogabalo dedicata eſt.*] Narrat Spartianus in extremo Caracallo.

8 *Ipſum Caſſium pro clementia occidi paſſus eſt, non juſſit.*] Gallicanus, *quem quidem occidi non juſſit, ſed paſſus eſt.* Dicitur autem paſſus fieri quod factum non vindicavit. nam conſtat occiſum Caſſium inſcio atque inconſulto Marco.

SALMASIUS.

4 *Novas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem Fauſtinæ.*] *Novas puellas* dixit eodem ſenſu quo *pueros & puellas novorum nominum*, ſupra dixit. nam *puellæ novæ*, & *puellæ novorum nominum*, eamdem habent ſignificationem. & vide quæ ibi adnotamus.

9 *Occidi paſſus eſt, non occidi juſſit.*] Palat. *occiſus paſſus eſt.* forte: *occiſum paſſus eſt, non occidi juſſit.* vel, ut brevius ſit: *ipſum Caſſium pro clementia, paſſus eſt, non occidi juſſit.* illud enim *occi-*
ſum

[2]Deportatus eſt Heliodorus filius Caſſii, & alii liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. [3]Filii autem Caſſii [4] & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii, & auro atque argento adjuti, mulieres autem etiam ornamentis, [5]ita ut [6]Alexandria filia Caſſii &

ſus videtur à ſciolis interjectum qui aliquid ad ſententiam deeſſe putarunt. niſi *occiſus* vel *occidi* bis diceretur. At ſic quoque Volcatius loquutus: *Avidius interemptus eſt, quem quidem occidi non juſſit, ſed paſſus eſt.* nec enim hujus verbi *paſſus eſt*, hic eſt ſenſus, ut cum verbo *occidi* debeat jungi. quo efficeretur ſciente & volente Marco occiſum eſſe Caſſium, quod contra eſt. prohibuiſſet enim occidi ſi ſciviſſet, nihilque magis eum timuiſſe ſcribit Dio, quam ne ſe inſcio occideretur. quod cum eſſet factum, magnam ſibi exercendæ clementiæ præreptam occaſionem doluit. Verum eſt igitur hoc loco legendum: *occiſum paſſus eſt.*

1 *Deportatus eſt Heliodorus filius Caſſii.*] An hunc ſolum ex filiis Caſſii deportatum eſſe, reliquos autem donatos media patrimonii parte, in ſumma ſecuritate vixiſſe dicemus? cur vero diſpar hujus cauſa fortunaque, ſaltem nos docuiſſet Capitolinus, qui cum filiorum Caſſii tribus ab hinc verſiculis mentionem injiciat, feciſſet rectius ſi ſic ſcripſiſſet: *Filii Caſſii præter unum Heliodorum qui deportatus eſt, accepere amplius mediam partem patrimonii, atque auro & argento etiam adjuti ſunt.* ſed ſolent iſti auctores, quidquid apud diverſos ſcriptores legerunt corradere, & nullo delectu, aliqua etiam invicem pugnantia ἀπὸ μίαν Μύκονον congerere. ita heic fecit Capitolinus: cum enim legiſſet, Heliodorum Caſſii filium deportatum, ut repperit, ita heic poſuit. rurſus cum penes alium reperiſſet filios Caſſii donatos plus media parte patrimonii, & hoc ſicut repperit, chartis illevit,

CASAUBONUS.

1 *Deportatus eſt Heliodorus filius Caſſii.*] Non probo quod eſt in membranis *Heliodelus.* nam ita dictus hic de avi ſui nomine, ut ferè ſemper apud Græcos. Caſſio autem pater Heliodorus.

3 *Filii autem Caſſii c.*] Scribo, *Filii autem Caſſii alii c.* nam de uno è filiis Caſſii, Heliodoro, dictum eſt. niſi cui ſuſpecta ibi vox *filius*. Volcatius certè ejus mentionem facit nullam: qui tamen in pleriſque idem Capitolino dicit, atque iiſdem verbis.

4 *Et amplius media parte.*] Vulcatius omittit illa, *& amplius.*

6 *Alexandria filia Caſſii.*] Scribe ut in regio, & Puteani, *Alexandra.* nam Græci Ἀλέξανδρα.

GRUTERUS.

2 *Heliodorus filius Caſſii.*] Sic etiam Palat. noſter.

SALMASIUS.

3 *Filii autem Caſſii & amplius media parte.*] Diſtinguit filios Caſſii ab illis aliis quos liberum exilium cum bonorum parte accepiſſe ſcripſit: nam filios Caſſii, plus media parte patrimonii accepiſſe. monſtrum autem lectionis viſitur in veteri editione hoc loco: quæ ſic habet: *filii autem Caſſii & Aurelius.* quis enim Aurelius ille? corruptum manifeſtario pro *amplius.*

5 *Ita ut Alexandria filia Caſſii.*] Alexandria hæc filia Caſſii non heic ſolum vocatur, ſed apud Volcatium quoque. nec libri variant. Alexandram tamen in ſuis vocari vir eruditiſſimus obſervat. ſed parum refert Alexandra an Alexandria dicatur,

[1] & Druncianus gener, [2] liberam vagandi poteſtatem haberent, [3] commendati amitæ marito. Doluit denique Caſſium extinctum, dicens voluiſſe ſe ſine ſenatorio
27 ſanguine imperium tranſigere. Orientalibus rebus ordinatis, [4] Athenis fuit, [5] & inter alia [6] Cereris tem-

cum utrumque idem ſit. nam Ἀλεξάνδρα, Ἀλεξάνδρεια: ut Πλωτινόπη, Πλωτινόπεια: & Κασσιόπη, Κασσιόπεια· Περσεφόνη, Περσεφόνεια & ſimilia. ſic Herba quæ Alexandra vocatur, ab aliis Alexandria vocabatur. Stephanus περὶ ἐθνικῶν· ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτὸν, παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. Alexandra igitur & Alexandria idem.

CASAUBONUS.

1 *Et Druncianus gener.*] Vulcatius, *Druentianus*: in regio, *Adruntianus*. Paulus libro ſingulari De publicis judiciis: *Divus Marcus Drunciani nepote ſenatoris, qui Caßiani furoris ſocius fuerat, bona poſt mortem vindicari juſſit.* referuntur hæc in lege ſeptima Codicis, Ad legem Juliam majeſtatis. Ubi vides Paulum Juriſconſultum, qui illis ferè temporibus vixit, diverſum tradere ab eo quod ſcribunt Capitolinus & Vulcatius Gallicanus. ideo putabat phœnix juriſconſultorum hujus ſeculi perperam in ea lege Drunciani nomen alterius cujuſdam loco eſſe ſcriptum. Atqui videntur ſic eſſe hæc diverſa, ut non ſint contraria neque ἀσύστατα. non enim ait Paulus ſimpliciter Drunciani bona juſſiſſe Marcum vindicari: ſed cum hac adjectione, *poſt mortem.* nihil quod hoc deſtruat Capitolinus aut Vulcatius. illi ajunt Druentiano datam facultatem ut tanquam inſons viveret: Paulus indicat mortuum ut ſontem. illud ex indulgentia Marci; hoc ex cenſura. nuſquam ſcriptum à Capitolino aut Vulcatio, Marcum Drunciano ignoviſſe penitus, & omnem pœnam remiſiſſe.

3 *Commendati amitæ marito.*] Vulcatius, *quos quidem amitæ ſuæ marito commendavit.*

4 *Athenis fuit.*] *Fuit* pro venit, ut in idiotiſmo noſtro Gallico. Græci παρεγένετο.

6 *Cereris templum adiit.*] Dio, de Marco ex Syria revertente, εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη.

GRUTERUS.

1 *Et Druncianus gener.*] Ita quoque nullo apice minus Palat.

5 *Et inter alia Cereris templum adiit, ut ſe innocentem probaret.*] Aut locus vitioſus eſt, aut delendum illud *templum*; quod non comparet in Pal. habetque, *& init.alia ceteris adit, ut ſe.* fortè fuit, *& initialia Cereris adiit, ut ſe, &c.* ut ita vocet ipſa initiamenta. ſed præſtat forſan retinere vulgatum, excluſa tantum voce *templum*, quæ ipſa auctoribus pleriſque omitti ſolet, ſatiſque ſubintelligitur.

SALMASIUS.

2 *Liberam vagandi poteſtatem.*] In Volcatio, *liberam evagandi poteſtatem* legitur.

4 *Athenis fuit & inter alia Cereris templum adiit.*] Cereris, inquit, templum adiit Marcus, Athenis cum eſſet, ut innocentem ſe probaret. ſed quale hoc innocentiæ argumentum, Cereris templum adiiſſe? ſuſpicatus ſum ſemper gravem hoc loco labem eſſe admiſſam. quod non ſecus atque eram ſuſpicatus, verum eſſe mihi prodidit Codex Palatinæ Bibliothecæ, in quo ſcriptum reperi: *Athenis fuit, & initalia Cereris adiit, ut innocentem ſe probaret.* quis non videt locum ab illis fuiſſe corruptum qui quid eſſent ini-

templum adiit [1] ut ſe innocentem probaret, [2] & ſacrarium ſolum ingreſſus eſt. [3] Revertens ad Italiam navigio,

initalia parum intelligebant? initalia Capitolinus vocat quæ frequentius & uſitatius initia dicuntur. ab *initium* παραγωγὸν eſt *initale*: ut à parricidium, parricidale; conjugium, conjugale, & cetera. *initalia* autem vel *initia* Cereris adire dixit pro μυεῖσθαι. Et ſane Marcus initiatus eſt Cereris ſacris ut innocentem ſe probaret. Dio in eadem hiſtoria: εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ ἐμυήθη. quæ verba heic reddit κατὰ λέξιν Capitolinus: *Athenis fuit, & initalia Cereris adiit.* meminit etiam Philoſtratus in Adriano: κατὰ μὲν τοὺς χρόνους οὓς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ἐστάλη ὑπὲρ μυστηρίων, ἐκράτει μὲν ἤδη τοῦ Ἀθήνησι θρόνου ἀνὴρ ὤν. En tibi vel ob hoc ſolum Athenas viſendi cupidum fuiſſe Marcum, ut initia Cereris adiret. quod & ipſe luculenter oſtendit in epiſtola ſua ad Herodem, quam poſuit in illius Sophiſtæ vita Philoſtratus: διὰ μὲν τὰ τοιαῦτα μή μοι ὀργίζου. εἰ δέ τι λελύπηκά σε ἢ λυπῶ, ἀπαίτησόν με παρ' ἐμοῦ δίκας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐν ἄστει Ἀθηνᾶς, ἐν μυστηρίοις. ηὐξάμην γὰρ ὁπότε ὁ πόλεμος μάλιστα ἐφλέγμαινε καὶ μυηθῆναι. εἴη δὲ καί σε μυσταγωγοῦντος. poſſet tamen etiam legi *initialia*. ſic *exitiale*, *aditiale*, ab aditu: unde aditiales cœnæ. initialia omnino pro initiis.

1 *Ut ſe innocentem probaret.*] Sic enim innocentiam ſuam probavit, quod exceſſe ſacris jubebantur qui ſibi alicujus ſceleris eſſent conſcii. quod in Eleuſiniis ſacris non ſolum fiebat, ſed in aliis omnibus in quibus clamabat ſacerdos & edicebat exirent omnes, qui ſe innocentes eſſe ſcirent. quod ſic eleganter à Gratio deſcribitur:

> — *ipſe manu ramum pallentis Sacerdos*
> *Termiteum quatiens, procul hinc extorribus ire*
> *Edico præſente deo, præſentibus aris,*
> *Queis ſcelus, aut manibus ſumptum, aut in pectore motum eſt,*
> *Inclamat. cecidere animis trepidantia membra.*

ubi vides non ſolum perfecti ſibi ſceleris ſed etiam cogitati conſcios ingredi vetitos, & ſacris adeſſe.

2 *Et ſacrarium ſolum ingreſſus eſt.*] *Solum* pro *ſolus*. ſic Græci κατὰ μόνας pro μόνος. ita enim & alibi loquutus hic auctor. in Alexandro Severo; *Jam illud inſigne quod ſolum intra palatium præter præfectum & Ulpianum quidem neminem vidit.* ſolum enim ibi pro *ſolus*. Volcatius in Avidio Caſſio; *legat Marii Maximi ſecundum librum de vita Marci, in quo ille ea dicit quæ ſolum Marcus mortuo jam Vero egit.* ubi *ſolum* manifeſto pro *ſolus*. nihil igitur heic mutandum. de his qui ſacrarium ingrediebantur alibi diximus.

CASAUBONUS.

1 *Ut ſe innocentem probaret.*] In ſacris Eleuſiniis clamabat ſacer præco, ἑκάς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. vel ut ait Lampridius, *Nemo ingrediatur niſi qui ſe innocentem novit.* Hæc prioribus temporibus erat τῆς προῤῥήσεως formula: poſtea fuit alia: nam tria nominatim hominum genera ſacris arcebantur: athei, Chriſtiani, & Epicurei. Lucianus in Pſeudomanti: ἐν τῇ πρώτῃ τῆς τελετῆς ἡμέρᾳ πρόῤῥησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι τοιαύτη. ΕΙ ΤΙΣ ΑΘΕΟΣ Η ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΣ Η ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ ΗΚΕΙ ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ ΤΩΝ ΟΡΓΙΩΝ ΦΕΥΓΕΤΩ. ΟΙ ΔΕ ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΕΣ ΤΩ ΘΕΩ (Eleuſine dicebant, ΤΑΙΝ ΘΕΟΙΝ) ΤΕΛΕΙΣΘΩΣΑΝ ΤΥΧΗ ΤΗ ΑΓΑΘΗ.

2 *Sacrarium ſolum ingreſſus eſt.*] Scribe ex regio, *ſolus*.

3 *Revertens ad Italiam.*] Sic ſcripſi, pro in Italiam: ut ante monebamus.

1 To-

vigio, tempeſtatem graviſſimam paſſus eſt. Per Brunduſium veniens in Italiam, [1] togam & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe juſſit: [2] nec unquam ſagati fuerunt ſub eo milites. [3] Romam ut venit triumphavit. [4] Exinde Lavinium profectus eſt. Commodum deinde ſibi collegam [5] in tribunitiam poteſtatem junxit: congiarium populo dedit & ſpectacula mirifica: dein civilia multa correxit. Gladiatorii muneris ſumptus modum fecit. [6] Sententia Platonis ſemper in ore illius fuit, *Florere civitates, [7] ſi aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur.* Filio ſuo [8] Brutii Præſentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum. quare etiam congiarium populo dedit. Deinde ad conficiendum bellum converſus, in adminiſtratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab inſtituto ſuo. [9] Triennio bellum poſtea cum Marcomannis,

1 *Togam & ipſe ſumſit.*] Vide ad Hadrianum Spartiani.

2 *Neque unquam ſagati fuerunt ſub eo milites.*] Romæ quidem, aut in Italia. ita accipe.

3 *Romam ut venit triumphavit.*] Regius, *Romam ut venit, cum Commodo filio ſuo, quem jam ut diximus, Cæſarem fecerat, triumphavit.*

4 *Exinde Lavinium profectus eſt.*] In villam Lanuvinam, de qua diximus ad Pium. à regio abſunt hæc verba.

5 *In tribunitiam poteſtatem.*] Regius, *in tribunitia poteſtate.*

6 *Sententia Platonis.*] In quinto De republica. Aurelius Victor non de hoc Antonino, ſed de patre Pio: *adeò æqualis probiſque moribus, uti planè docuerit, eo demum fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint.*

GRUTERUS.

3 *Romam ut venit triumphavit.*] Sic & Palatinus, nihil amplius.

4 *Exinde Lavinium profectus eſt.*] Hæc quoque verba viſuntur in Pal.

8 *Brutii Præſentis.*] Melius fortaſſe Palatinus, *Bruttii.*

SALMASIUS.

7 *Si aut philoſophi imperarent.*] Hanc ſententiam in ore Marci ſemper fuiſſe dicit, quam & re ipſa comprobavit. Victor Schotthi de Antonino Pio illam uſurpavit, cum potius de Marco debuiſſet; in quem propter philoſophi nomen magis quadrabat. *adeo*, inquit, *æqualis probiſque moribus uti plane docuerit, neque jugi pace aut longo otio abſoluta ingenia corrumpi: eoque demum fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint.* Hæc enim inquam de Marco dici magis conveniebat. quamvis nec male de Antonino Pio ſunt dicta.

CASAUBONUS.

8 *Brutii Præſentis filiam.*] Criſpinam, filiam viri conſularis. nam Brutus Præſens collega fuit Pii ſecundùm conſulis: deinde Marcus iterum fecit conſulem: inque ejus conſulatu ipſe ultimum diem clauſit.

9 *Triennio bellum poſtea.*] Τὸ *poſtea*, turbatum hîc aliquid docet: neque ita hæc edi ut fuerant ab auctore digeſta. nam ridiculum eſt, ſubjici iſta verbis præcedentibus, quæ Marci mortem

nis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit: [1] & ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet. [2] Ante biduum

mortem continent. hujus triennii mentio eſt in Eutropio, & in Euſebii Chronico: unde clarum pertinere hæc verba non ad ultimam Marci contra Germanos expeditionem, ſed ad ſuperiorem huic proximam. verba Euſebii è regione anni decimiſeptimi ſunt hæc: *Antoninus cum filio de hoſtibus triumphavit, quos per triennium apud Carnunthum habens ſtativa caſtra vaſtaverat.* Diligens lector ex illo loco Actorum publicorum, qui in vita Commodi habetur, de tota ratione horum temporum meliùs ſtatuet: nam ibi indicatur annus quo triumpharunt Marcus & Commodus: item ille, quo poſtrema expeditio ſuſcepta.

SALMASIUS.

9 *Triennio bellum poſtea cum Marcomannis.*] Triennium in bello Marcomannico conſumpſiſſe Marcum ſcribit etiam Eutropius, non tamen hoc poſtremo, in quo & mortuus eſt, ſed illo priore, quo confecto cum filio Commodo triumphavit: *ingenti ergo labore & moderatione cum apud Carnuntum jugi triennio perſeveraſſet bellum Marcomannicum confecit, quod tum Quadi, Vandali, Sarmatæ atque omnis barbaria commovit.* in quo fallitur. non parvam ſane moram feciſſe illo priore bello Marcum, etiam teſtis eſt Galenus περὶ τοῦ προγινώσκειν: παρὰ δὲ προσδοκίαν δὲ, inquit, αὐτοῦ χρονίσαντος ἐν τῷ Γερμανικῷ πολέμῳ. quod repetit in commentario περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, ut ſupra notavimus. Eutropius igitur qui per omnia fere iſtos auctores ſequitur, adeo ut ad verbum eos aliquando etiam deſcribat, hoc loco diverſus abiit à Capitolino, dum priori bello tribuit, quod hujus poſterioris fuit. ſic Philoſtratus falſus eſt, qui Marcum toto illius prioris belli tempore Syrmii egiſſe ſcribit, cum reliqui omnes auctores & ipſe quoque in epiſtola ad ſenatum Carnuti fuiſſe ſe ſcribant, verba Philoſtrati: ὁ μὲν δὴ αὐτοκράτωρ ἐμβαλὼν ἐς τὰ Παιόνια ἔθνη ὁρμητηρίῳ τῷ Σιρμίῳ χρώμενος. quod verum eſt de hac ſecunda expeditione. nam & Syrmii deceſſit Marcus.

2 *Ante biduum quam expiraſſet.*] Melius ex Palatino legas: *ante biduum quam expiraret.* etſi non ignorem illam ætatem hæc duo tempora confudiſſe.

CASAUBONUS.

1 *Et ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet.*] Dio idem, ſed non ita præciſè: καὶ εἴγε πλεῖον ἐβεβιώκει, πάντα τὰ ἐκεῖ ἂν ἐκεχείρωτο.

2 *Ante biduum quam expiraſſet.*] Sic pars librorum: alii, *expiraret*: quod etſi melius, haud ſcio tamen an & verius. nam illa ætas hæc duo tempora amavit confundere. ſic ſtatim, illo loco, *petens tamen ut expectaret paucos dies*, & regius & veteres editiones ſcribunt, *expectaſſet*. & poteſt fieri ut non aliter ab auctore eſſet ſcriptum: nam ut diximus, idiotiſmus erat ejus ſeculi: Lucifero, qui fuit ſuppar huic ætate, admodum familiaris. ut in libro De non parcendo in deum delinquentibus: *nobis te contra non fuerat ſurgendum ne dicti fuiſſemus petulantes*, id eſt, ne diceremur. in fine libri De non conveniendo cum hæreticis: *ne videlicet tecum ad illa fuiſſemus præcipitati loca tormentorum, ad quæ omnes illos quorum tenens iter, narrat Jacobus apoſtolus præcipites datos.* pro, præcipitaremur. alibi in eodem ſcripto: *quia fuerimus metuentes, atque ſumus, ne illa fuiſſent dicta de nobis, quæ ſunt dicta de deſertoribus Judæis.* idem alibi, *ut in veritate currentes Dei ſervi, manſiſſent immobiles.* pro, manerent. talia ſunt plurima apud illum ſcriptorem, & alios qui eum ſunt ſecuti.

1 *Quam*

biduum [1] quàm expiraſſet, admiſſis amicis [2] dicitur oſtendiſſe ſententiam de filio eandem quam Philippus de

GRUTERUS.

1 *Quàm exſpiraret.*] Sic etiam meus Palat. non *exſpiraſſet*.

CASAUBONUS.

2 *Dicitur oſtendiſſe ſententiam de filio eandem quam Philippus de Alexandro.*] Videtur reſpicere ad dictum aliquod Philippi morientis de Alexandro: ſed non ita eſt: nam Philippum repentina mors ita oppreſſit, ut dicendi quicquam facultatem non haberet. Diodorus libro XVI. de Pauſania, διὰ τῶν πλευρῶν διακαιρίαν ἐνέγκας πληγὴν, τὸν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν. Quærant verò ſtudioſi, quibus otii plus eſt quàm nobis, Philippi dictum illud de Alexandro, quod heic tangitur. quanquam vereor ne & illi fruſtra ſint. nihil enim, niſi fallit nos memoria, de filio ſuo Philippus ἀπεφθέγξατο, præter illud omnibus notum, quod eventus ratum fecit: *Macedonia te non capit.* ſed nihil ad lucem hujus loci facit hoc dictum: nam optimus Marcus tale aliquid de immani Commodo ſentire dicereve, neque potuit, ut ſciunt omnes: neque etiam dixit; ut ſequentia verba manifeſto arguunt: *cùm de hoc malè ſentiret*, &c. Suſpicamur nos, quod & eruditiſſimo Lectio videbatur, omiſſa negatione, ſententiam menti auctoris contrariam eſſe effectam. Legimus igitur: *oſtendiſſe ſententiam de filio non eandem quam Philippus de Alexandro.* ſapientiſſimus princeps cùm morti propinquus de filii moribus, qui, ut ſubjicit Capitolinus, turpem jam & cruentum ſe oſtentabat, cogitare cœpiſſet, non abſtinuit quin ſuum de illo judicium amicis aperiret. Ait igitur illis Marcus: ea Commodum eſſe indole, iis moribus, ut non poſſit ipſe de eo ſperare, aut aliis ſpondere, quod olim Philippus de ſuo Alexandro verè præſagiſſet. apparet optimum patrem cùm hæc diceret, figurata oratione uſum, & magnam rerum quas prævidebat atrocitatem, tectis verbis indicaſſe.

SALMASIUS.

2 *Dicitur oſtendiſſe ſententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro.*] Sententia quam de filio Alexandro Philippus oſtendiſſe hoc loco dicitur, non alia poteſt eſſe. nam neque alia memoratur, quam illa qua dixit, ὦ τέκνον, Μακεδονία οὐ σε χωρεῖ. & fruſtra ſunt qui aliam quærunt. ſed nec omiſſam eſſe negationem, qua reſtituta locus planus & integer ſit futurus, facile vincam. ait igitur Capitolinus eamdem de filio ſententiam oſtendiſſe Marcum moriturum, quam olim de Alexandro Philippus, ſed longe diverſa mente. nam bene ſentiebat de Alexandro ſuo Philippus cum diceret, O fili Macedonia non te capit. quo ſignificabat tantam virtutis indolem in filio videri agnoſcique jam ab omnibus, ut tantulum regnum Macedoniæ, tantis virtutibus quæ in illo jam eluceſcebant, vix ſatis futurum eſſe appareret. non teneri igitur poſſe tam brevibus & circumſcriptis terminis illam animi magnitudinem quam in Alexandro cernebat, Philippus judicabat, cui tenendæ vix par eſſe poſſet orbis. At Marci eadem ſententia de filio fuit, ſed non eadem mens. Sequitur enim: *cum de illo male ſentiret.* idem igitur de filio male ſentiens dixit, quod Philippus bene ſentiens de Alexandro. quo dicto ſignificabat Marcus, vix orbem Romanum ſuffecturum ejus vitiis, qui omnia, profuſa libidine, contaminatiſſimiſque moribus, perditurus eſſet. non video qui poſſit hujus loci ſententia explicari.

1 *Addens*

de Alexandro, quum de hoc malè ſentiret, [1] addens [2] minimè ſe ægrè mortem ferre, filium ſuperſtitem relinquens. nam jam Commodus turpem ſe & cruentum oſtentabat. Mors autem talis fuit: Quum ægro- 28
tare cœpiſſet, filium advocavit, atque ab eo primùm petiit ut belli reliquias non contemneret, ne videretur remp. prodere: & [3] quum filius ei reſpondiſſet, [1] cupere

CASAUBONUS.

1 *Addens minimè ſe ægrè mortem ferre, filium ſuperſtitem relinquens.*] Vocem *mortem* quæ exciderat, reſtituimus è regio. ſed locus nondum bene habet: cùm & oratio claudicet, & ei ſententiæ quam modò dicebamus, quamque adeo veram putamus, cornua obvertant hæc verba. Erit aliqua ſententia, ſi pro *relinquens* ſcribas *relinquentem*. Paullò pòſt: *Fertur eum mori voluiſſe cùm filium talem videret futurum, qualis extitit poſt ejus mortem.* ſed neque illum locum ita ſcriptum alii libri exhibent: & alia, niſi conjectura fallor, atque acrior Marci ſententia. Scribo, *addens minimè ſe ægrè mortem ferre, ſed quòd moreretur filium ſuperſtitem relinquens.* quanto morientibus parentibus ſolatio eſſe ſolent liberi ſuperſtites; tantum doloris Marco afferebat Commodus ſuperſtes: quem provida mens illius pernitioſiſſimum Reip. futurum augurabatur.

SALMASIUS.

1 *Addens minime ſe ægre mortem ferre filium ſuperſtitem relinquens.*] Parum feciſſe ad hujus loci lucem videtur vir eruditiſſimus, qui reſtituit heic *mortem*, ex Regio. ſed egregie malum illum librum fuiſſe de infinitis locis conjecturam facere licet. itaque parva illi à me fides habebitur. optimus autem in comparatione Palatinus, & prima editio *mortem*, heic non agnoſcunt. nec ſane illa addita quicquam accedit huic loco perſpicuitatis, cujus hic eſſe debet ſenſus, ut non dicat Marcus minime ſe ægre mortem ferre, ſed illud ſolum, quod filium ſuperſtitem relinquat. cui ſententiæ ut ratio conſtet, legendum ſit: *addens ſe nimium ægre ferre, filium ſuperſtitem relinquens:* & id confirmant poſt paulo ſequentia: *fertur filium mori voluiſſe, quum talem videret futurum qualis extitit poſt ejus mortem.* poſſet etiam nulla aut minima mutatione legi: *addens minimo ſe ægre ferre filium ſuperſtitem relinquens:* ut illud *minimo*, eadem ratione dictum ſit, qua Græcis ὀλίγου vel μικροῦ. Homerus:

— ὀλίγου σε κύνες διεδηλήσαντο.

parum abſuit quin te canes diſcerperent. igitur, *minimo ægre ferre*, eſſet, ὀλίγου βαρέως φέρειν. pro *minimo*, *minima re*, dixit Donatus in Terentium: *minima re hæc feci*; hoc eſt parum abfuit, quin hoc facerem. quod plane eſt Græcorum, ὀλίγου; qui & ὀλίγου δεῖν dicunt, ut etiam Latini, *minimo minus*, cum plenius volunt efferre, & *paulominus*. utut eſt; non aliud hoc loco vult dicere Marcus, quam ſe ægre ferre, quod filium ſuperſtitem relinquat, quem mortuum videre præoptaſſet.

GRUTERUS.

2 *Minimè ſe ægrè mortem ferre, filium ſuperſtitem relinquens.*] Nihil variat hoc loco codex noſter, niſi quod accedat vulgatis reſpuatque verbum *mortem*, erant & mihi ſub calamo conjecturæ; ſed hæc tam ulceroſa, tam mutila, nemo ſanabit integrabitque abſque libris melioribus.

CASAUBONUS.

3 *Cùm filius ei reſpondiſſet, cupere ſe primùm*

[1] cupere ſe primùm ſanitatem, [2] ut vellet, permiſit; [3] petens tamen [4] ut expectaret paucos dies, [5] aut ſimul pro-

primùm ſanitatem.] Sine cauſſa viri doctiſſimi hæc conati emendare: optimè enim habent. Victor alter Commodi reſponſum aliis verbis, ſed in eandem ſententiam, refert hoc modo: *cùm in ſupremis moneretur à parente, attritos jam Barbaros ne permitteret vires recipere: reſpondit, Ab incolumi quamvis paullatim negotia perfici poſſe; à mortuo verò nihil.*

GRUTERUS.

1 *Cupere ſe primum ſanitatem.*] Ita & Pal. Lipſio placebat *civitatem*, Epiſtola XVIII. Centuriæ Miſcellæ.

4 *Ut exſpectaret paucos dies, &c.*] Pal. quoque præ ſe fert illud *exſpectaſſet*, ſed, quomodo tamen minimè ſcriptum ab auctore, arguit vel ſequens *proficiſceretur.* quod Lipſius noſter mutatum it in *proficiſcerentur.*

SALMASIUS.

2 *Ut vellet permiſit.*] *Ut vellet*, ex formula qua dicebant: *vellem ut velles.*

3 *Petens tamen ut expectaret paucos dies, aut ſimul proficiſceretur.*] Quæro quo ſenſu hæc dicantur, & quid ſibi velit quod petit Marcus? filio primum auctor erat, ut belli reliquias vellet conficere, ne prodita per eum reſpublica videretur: quod ille cum facturum ſe negaret prætextu graſſantis morbi peſtilis, ejus voluntati facile conſenſit; petiit tamen ut ſaltem paucos expectaret dies, aut ſimul proficiſceretur. Hæc poſtrema non capio: *aut ſimul proficiſceretur.* nec placet ſic accipi ut patrem iratum hoc dixiſſe cenſeamus: iret ſtatim & voluntati morem gereret perditus & nequam filius. non, inquam, ſic accipi placet. qui enim clementer filii voluntati obſequitur, ut velit quæ vellet: qui ab eodem petit, ut paucos dies ſaltem expectet, non videtur commotus aut iratus dixiſſe, non illum ſe morari, iret quo vellet. ut dicam quod ſentio videtur Marcus cum ægrotare cœpiſſet, Romam revertendi conſilium cœpiſſe, & filio auctorem fuiſſe ut maneret, & belli reliquias perſequeretur. quod cum nollet facere, petiit ut ſaltem dies paucos expectaret, nec ſimul proficiſceretur. ſecundum quam ſententiam legendum: *ut paucos dies expectaret, haut ſimul proficiſceretur.* nam ſæpe, *aut* pro *haud* vel *haut* veteres libri ſcriptum exhibent. atque hoc verum eſſe puto. niſi ſi dicamus Commodum metu ingruentis morbi, reditum in urbem maturare voluiſſe & patrem ægrotum relinquere, quem rogat ille ut expectet paucos dies, ut ſimul proficiſceretur. & ita *ut* pro *aut* ſcribendum. ſed nihil melius, quam *haut ſimul proficiſceretur*, ſcribere: hoc ſenſu, petierat Marcus ægrotans, ut filius bellum incœptum conficeret, ſe mortuo. quod cum ille recuſaſſet, petiit ut non ſtatim poſt mortem ſuam proficiſceretur, ſed paucos dies ſaltem expectaret: ut ſic videretur rempublicam non prodere qui poſt mortem patris, etiam aliquantulum contra barbaros ſubſiſteret, & voluntatem aliquam belli conficiendi præ ſe ferret. Et videtur Marcus de valetudine deſperaſſe, ſtatim atque ægrotare cœpit.

CASAUBONUS.

5 *Aut ſimul proficiſceretur.*] *Simul*, hoc eſt, ſimul cum dicto, ſtatim, & nulla interpoſita mora. hoc perinde eſt ac ſi diceret infelix pater: Si meo uteris conſilio, fili, manebis, & ſuſceptum bellum hoc urgebis: ſin aliud cogitas, & ire vis te perditum, age, voluntati tuæ morem gere: nihil te moror. ſed quia ait auctor, habitum hoc colloquium cum adhuc Marcus ægrotare cepiſſet, fortaſſe ſcribi ſit ſatius: *ut ſimul proficiſceretur,*

1 *Abſti-*

proficiſceretur. Deinde [1] abſtinuit cibo potuque, mori cupiens, auxitque morbum. Sexta die vocatis amicis, & [2] ridens res humanas, [3] mortem autem contemnens, ad amicos dixit, *Quid me fletis, & non magis de peſtilentia & communi morte cogitatis?* Et quum illi vellent recedere, ingemiſcens ait, *Si jam me dimittitis, vale vobis dico, vos præcedens.* [4] Et quum ab eo quæreretur cui filium commendaret, ille reſpondit, *Vobis, ſi dignus fuerit, & diis immortalibus.* Exercitus cognita mala valetudine, vehementiſſimè dolebant, [5] quia illum unicè amabant. Septimo die gravatus eſt, & ſolum filium admiſit: quem ſtatim dimiſit [6] ne in eum morbus tranſiret. Dimiſſo filio, caput operuit quaſi volens

GRUTERUS.

1 *Abſtinuit cibo potuque.*] Pal. *abſtinuit* [illegible] *potuque*; quo quid velit, neſcio.

CASAUBONUS.

2 *Ridens res humanas.*] Non ridere, ſed rite ac ſuo pretio æſtimare res humanas ſolitus vir hic ſapientiſſimus. Hoc ille nos docet divinis illis ſuis libris: velut cùm ait in ſecundo: non enim tempero mihi, quin mellitiſſima graviſſimi doctoris verba adſcribam: Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ὁ μὲν χρόνος, στιγμή. ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα. ἡ δὲ αἴσθησις, ἀμυδρά. ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος. ἡ δὲ ψυχὴ, ῥεμβός. ἡ δὲ τύχη, δυστέκμαρτον. ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον. συνελόντα δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τῦφος. ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία. ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. *Vitæ humanæ*, ait, *tempus punctum eſt: natura, fluit: ſenſus, obſcurus: corporis univerſi concretio, facilis putreſcere: animus, vagus: fortuna, res impervestigabilis: fama, res incerta: & ut verbo dicam, omnia, corporis quidem, fluvius: animi verò ſomnium & fumus: vita, bellum, & hoſpitis in peregrina urbe mora: fama poſt obitum, oblivio.*

3 *Mortem autem contemnens.*] Meminit Marcus libro nono: Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλ' εὐαρέστει αὐτῷ; & vide his ſequentia.

4 *Et cùm ab eo quæreretur cui filium commendaret.*] Scilicet expectavit Marcus, ut alius eum paterni hujus officii ſui moneret. ſed lege Herodianum: cujus narratio conſtans & gravis, plus fidei meretur, quàm iſti ex diverſis ſcriptoribus conſuti centunculi.

SALMASIUS.

5 *Quia illum unice amabant.*] Vetus *amarunt.*

6 *Ne in eum morbus tranſiret.*] Peſte igitur videtur abſumtus Marcus, qui filium ideo dimittit ne in eum morbus tranſeat. etſi non id aperte tradant auctores; & Dio ſcribat etiam, non vi morbi quo tunc laborabat extinctum eſſe, ſed opera & ope medicorum, τοῦ Κομμόδου χαριζομένων.

Ib. *Ne in illum morbus tranſiret.*] *Tranſire* verbum inſignite proprium de ejuſmodi morbis contagioſis. unde & *tranſitio*, pro contagione. Ovidius:

Multaque corporibus tranſitione nocent.

Vegetius præfatione in libros de re veterinaria: *rectius eſt ergo eorum prius morborum, & ſigna & cauſas prædicere, curaſque monſtrare, qui quadam tranſitu pluribus nocent.*

8 Fe-

lens dormire : ſed nocte animam efflavit. [1] Fertur illum mori voluiſſe qùum filium [2] talem videret futurum qualis extitit poſt ejus mortem, ne, ut ipſe dicebat, ſimilis [3] Neroni, Caligulæ & Domitiano eſſet.
29 Crimini ei datum eſt quòd adulteros uxoris promoverit, [4] Tertullum & Utilium & Orphitum & Moderatum,

CASAUBONUS.

1 *Fertur illum mori voluiſſe.*] Regius, *Fertur filium mori voluiſſe, cùm eum talem videret futurum.* placet ſententia : quæ evidentior futura, ſi ſcribas, *Fertur illum filium m. v.* atque ita legit olim Robertus à Porta. Ex iis quæ antè dicta ſunt, nemo mirabitur Marcum optaſſe filio mortem, priuſquam illa patraret, quæ non temere ipſe metuebat. Quod ait vulgata ſcriptura, ſupervacuum eſt, cùm dixerit paullò antè *abſtinuit cibo potuque mori cupiens.* ſed & quod ſequitur, *ne, ut ipſe dicebat, ſimilis Neroni, Caligulæ, & Domitiano eſſet*, editam lectionem falſi arguit.

3 *Neroni Caligulæ.*] Ita omnes libri : nec refert quòd alio ordine vixerunt.

4 *Tertullum & Utilium.*] A regio abeſt &. Lego cum illuſtriſſimo Scaligero, *Tertullum Tutilium.* Gens Tutilia ex hiſtoria & ſaxis nota.

SALMASIUS.

1 *Fertur illum mori voluiſſe quum filium,*] Omnino reſtituenda Palatini Codicis ſcriptura : *fertur filium mori voluiſſe, cum eum talem videret futurum.* quam & in Codice Regio reperiſſe teſtatur vir eruditiſſimus : quam & retinet editio Mediolanenſis, ut ſic pluribus teſtimoniis nixam recipere libeat.

2 *Talem videret futurum qualis extitit.*] Idem Palatinus : *qui talis extitit.* *qui talis*, pro *qualis.* Apuleius lib. x. *Dominus ædium habebat juvenem filium probe litteratum, atque ob id conſequenter pietate modeſtiaque præcipuum, quem tibi quoque provenìſſe cuperes vel talem.* quem talem, pro *qualem vel tibi provenìſſe cuperes.*

4 *Tertullum & Utilium.*] Nuſquam ambigo quin legi debeat, *Tertullum, & Tutilium*, ſed cum & particula, quam omnes libri agnoſcunt, ut diverſi ſint iſti Tertullus & Tutilius. quod verum eſt. Utilius tamen, ut & Tutilius, nomen Romanum. hinc *Utilia* nomen mulieris in ſaxis.

GRUTERUS.

1 *Fertur filium mori voluiſſe, cùm eum talem, &c.*] Exhibui lectionem Pal. noſtri, quod firmaretur auctoritate aliorum codd. ſcriptorum. Nam peſſimè prius cuſi; *Fertur illum mori voluiſſe, quùm filium talem videret.* Ut enim patres liberos bonos optant ſuperſtites, ſic iidem malunt ſupervivere liberis malis. De Auguſto Suetonius cap. 65. *Aliquantò patientius mortem, quàm dedecora ſuorum tulit. nam Caii Luciique caſu, non adeo fractus, de filia abſens, ac libello per Quæſtorem recitato notum Senatui fecit; abſtinuitque congreſſu hominum diu præ pudore. etiam de necanda liberavit. certè cùm ſub idem tempus una ex conſciis liberta Phœbe nomine, ſuſpendio vitam finiſſet; maluiſſe ſe ait, Phœbes patrem fuiſſe.* videatur Quintilianus pater Declamatione CCCLIV.

4 *Tertullum & Utilium.*] Pal. *Tertullum etutilium*, quo ipſo proximè acceditur ad Scaligeranam conjecturam *Tertullum Tutilium.* verùm enimverò cur iſti *Tertullo* addidit nomen familiæ, non etiam aliis? ſuſpicatus ſum olim, fuiſſe potius, *Tertullum, & Vitulum*; ut cognomen fuerit alicujus è familia *Voconiorum.* certè in Inſcriptionibus noſtris occurrit pagina LVIII. 3. *Quintus Voconius Vitulus*, qui pro ſalute M. Antonini Pii Marti Len-

ratum, ad varios honores: [1] quum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in ſcena præſente Antonino dixit, quum ſtupidus nomen adulteri uxoris à ſervo quæreret, [2] & ille diceret *ter Tullus*, & adhuc ſtupidus quæreret, reſponderit ille, *Jam dixi ter, Tullus dicitur*. Et de hoc quidem multa populus, [3] multa alii dixerunt, patientiam Antonini incuſantes. Ante tempus ſanè mortis priuſquam ad bellum Marcomannicum rediret, in Capitolio juravit, nullum ſenatorem ſe ſciente occiſum, [4] quum etiam [5] rebelles dixerit ſe ſervaturum fuiſſe, ſi ſciſſet. [6] Nihil enim magis & timuit & deprecatus eſt quàm avari-

Lencentio ſtatuam poſuit. eamque familiam circa eadem tempora adhuc viguiſſe, quemadmodum florebat ſub Imperatoribus primis, nihil eſt quod credere prohibeat.

3 *Multa etiam alii.*] Vox *etiam*, eſt à Pal. hactenus aliis edd. omiſſa.

4 *Cùm etiam rebelliones dixerit ſe ſervaturum.*) Repræſentavi lectionem quæ erat in mſſ. aliorum, etiamque viſitur in Pal. noſtro, uſique ea voce ejus ſæculi ſcriptores haud ſemel, ut annotatum ab aliis. prius edebatur, *etiam rebelles*.

CASAUBONUS.

1 *Cùm Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit.*) Temporibus illis certum flagitii argumentum habebatur, ſi quis cum Auguſta familiariùs ſe ageret, quam reverentia domus aulicæ poſtulabat: quod in Septimio Claro & Suetonio Tranquillo vindicavit Hadrianus.

2 *Et ille diceret ter Tullus.*] Hoc eſt, Tullus, Tullus, Tullus. ita enim accipiendum. quod autem ſequitur, *jam dixi ter, Tullus dicitur*, ſic pronunciatum à mimo, ut qui audirent. & quomodo ſcriptum eſt poſſent accipere, & ſic, *jam dixi, Tertullus dicitur.*

5 *Rebelles dixerit ſe ſervaturum fuiſſe.*] Lego cum principe editione, *rebelliones*. de qua voce antè diximus.

SALMASIUS.

2 *Et ille diceret ter Tullus.*] *Diceret* pro dixiſſet. ut contra alibi: *Expiraſſet*, pro *expiraret*. nam hæc duo tempora confundunt illius ætatis ſcriptores.

4 *Quum etiam rebelles.*] Palatinus, *rebelliones*, ut jam ex veteri ſua editione reponebat ſummus vir Caſaubonus. *Rebellio*, ut notum eſt, & ἀπόστασιν & ἀποστάτην ſignificat.

4 *Quum etiam dixerit ſe ſervaturum fuiſſe ſi ſciſſet.*] Ut de Caſſio quem ſervatum voluerat: ſed occiſus eſt inſcio Marco. quem quidem occiſum paſſus eſt, non occidi juſſit, ut ſupra dixit Capitolinus.

CASAUBONUS.

6 *Nihil enim magis & timuit & deprecatus eſt, quàm avaritiæ famam.*] Αἰτιολογικὸν illud *enim*, eò ſpectat, quòd mali principes proſcriptionibus damnatorum amabant locupletari. Non eſt autem dubium multis ad detrahendum de Marco legem ipſius os aperuiſſe, qua primus omnium cavit, ut lex Julia Majeſtatis etiam ad defunctos pertineret. Sed & *in largitionibus pecuniæ publicæ fuiſſe parciſſimum* antè dictum. Hinc igitur illa avaritiæ criminatio: quam optimus ſcriptor Dio tanta diligentia diluit.

avaritiæ famam : de qua ſe multis epiſtolis purgat. Dederunt ei vitio [1] quòd & fictus fuiſſet, nec tam ſimplex quàm videretur, aut quàm vel Pius vel Verus fuiſſet. [2] Dederunt etiam crimini [3] quòd aulicam arrogantiam confirmaverit [4] ſubmovendo amicos à ſocietate

1 *Quòd & fictus fuiſſet, nec tam ſimplex quam videretur.*] Loquere tu Dio, & ſententiam tuam dice: *ὅτι οὐ προσποιητὸς, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον.* & ſtatim, *οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε.*

2 *Dederunt etiam crimini quòd aulicam arr.*] Legitur in quibuſdam codicibus: *De e. cr. quòd liberti multum potuere ſub eo verò : maximè Geminas & Agaclytus : & quòd aul. ar.* ſed ſcribendum, *ſub eo & Vero*, ut alio loco ſupraſcriptum eſt. ubi cùm eadem verba habeantur, quid opus eadem hic repetere? jure igitur ſunt extruſa ab hac ſede nam Fulvius Urſinus, qui veteris editionis authoritate illa tuetur, omnium antiquiſſimam videtur ignoraſſe, quæ Venetiis cuſa eſt anno CCCCLXXXX. in hac certè nullum horum verborum veſtigium, in regio non geminata, ſed ex ſuperiore huc tranſlata. inde error.

3 *Quod aulicam arrogantiam confirmaverit.*] Eſt contrarium ejus quod in Pio dixit, *imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit.* Victor alter, *auctoritatem principis emollire.* anteà dictum eſt, Marcum aulico faſtigio renitentem fuiſſe ornatum.

4 *Summovendo amicos à ſocietate communi & à conviviis.*] *Μονοφαγία*, ut Athenæus obſervat, velut criminis loco ſolita quondam objici. in criminatione Domitiani hoc non prætermiſerunt veteres. & meritò : nam ille bipedum arrogantiſſimus, ex contemtu humani generis ſolus veſcebatur. at ſceleratè illi, qui ut alibi dicebamus, in Johanne Chryſoſtomo in deteriorem partem hoc ſunt interpretati. Marcum verò pro ſe loquentem audiamus. Is cùm alia ſe à patre Pio doctum refert, tum imprimis *τὴν κοινονοημοσύνην·* propria Marco eſt vox illa, eruditiſſimo interpreti minùs intellecta. ſic autem appellat civilitatem, & virtutem illam, per quam cenſeri communi cum cæteris civibus jure æquo animo aliquis patitur. Herodianus vocat, *τὸ μέτριον καὶ ἰσόμετρον.* Subjicit verò Antoninus, quaſi hanc vocem interpretans: *καὶ τὸ ἐφεῖναι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες.* Didici, inquit, à parente, amicis remittere & cœnandi mecum neceſſitatem, & unà mecum peregrinandi. Non igitur ut aulicam arrogantiam confirmaret, ut male feriati quidam in animum induxerunt, ſolus eſitavit Marcus : ſed ut ſæpius convivandi moleſtia & ſe pariter, & amicos ſuos liberaret.

SALMASIUS.

4 *Submovendo amicos à ſocietate communi atque à conviviis.*] Civiliſſimi & communiſſimi quique principes amicos ſemper ſuos conviviis adhibuere privatis & publicis. Capitolinus in Antonino Pio : *convivia cum amicis & privata communicavit & publica.* ubi tamen optimus & doctiſſimus Juretus, quem honoris cauſa nomino, *conſilia* legi volebat. ſic enim in Marco ; *& præcipue Junium Ruſticum quem & reveritus eſt & ſectatus ; qui domi militiæque pollebat, Stoicæ diſciplinæ peritiſſimum, cum quo omnia communicavit publica privataque conſilia.* Magna igitur civilitatis laus in imperatore, cum iret ad amicorum convivia, & viciſſim eos ſuis adhiberet. Lampridius

tate communi & à conviviis. Parentibus conſecratio-nem decrevit. Amicos parentum etiam mortuos ſta-tuis

dius de Alexandro Severo: *cum amicis tam familiariter vixit, ut communis eſſet eis ſæpe conſeſſus, iret & ad convivia eorum, aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos.* quod vehementer obſervatum velim. idem enim dicit de Alexandro, quod de Pio Antonino Capitolinus. Nam quotidianos iſtos quos etiam non vocatos habebat Alexander, privatis conviviis fuiſſe adhibitos intelligendum eſt. quod etiam moris habuit Antoninus Pius, ut non ſolum publicis conviviis, ſed etiam privatis & quotidianis amicos adhiberet: quam conſuetudinem ſubmoviſſe arguitur heic Antoninus Marcus. quod referas licet ad convia tantum privata: nam de publicis intelligi non poteſt. Capitolinus de Macrino: *adhibuit convivio litteratos ut loquens de ſtudiis liberalibus neceſſario abſtineret.* convivio intellige privato. quotidiani igitur illi convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adeſſe quodammodo cogebantur, quod ſine illis eſſe non poſſet princeps. non tenuit autem hunc morem Marcus. ſed amicos liberabat hac neceſſitate veniendi & gratiam illis faciebat ſecum convivandi. quod ſequius interpretati ſunt quidam, & ad mores Marci arrogantes referre conati ſunt, qui faſtigium principis ſervare cuperet. ſed longe alia id ratione feciſſe ipſe teſtatum reliquit his verbis, quæ jam attulerat ad hunc locum vir eruditiſſimus, iterum tamen neceſſario huc afferendis. inter alia quæ à patre didicit, didiciſſe etiam refert. τὴν κοινονοημοσύνην καὶ τὸ ἐφεῖσθαι τοῖς φίλοις, μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες. nullos igitur habuit ejuſmodi quotidianos convivas Marcus qui de neceſſitate imperatorio convivio intereſſent & non vocati: nec ejuſmodi alios qui cogerentur συναποδημεῖν, & in comitatu eſſe principis. & κοινονοημοσύνην eleganter vocat modeſtam illam, moderatam, uſitatam & ordinariam, ut ita dicam, hominis mentem, quæ in commune quodammodo conſulit, nec omnia ad commodum ſuum refert, reſpectumque etiam habet eorum cum quibus verſatur, modeſte modiceque de ſe ſentiens. at contra inflati & ſuperbi omnes ſe ſibi tantum ſuiſque commodis natos arbitrantur, & præ ſe cæteros contemnunt & negligunt. & hi ſunt qui ſenſum communem non habere recte dici poſſunt. nam ita ſenſum communem accipit Juvenalis eodem plane ſenſu, quo Marcus κοινονοημοσύνην. lib. III. Sat. VIII.

Hæc ſatis ad juvenem quem nobis fama ſuperbum
Tradit & inflatum plerumque Nerone propinquo.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa
Fortuna. ———

errant enim qui aliter eo loci accipiunt, ut nos pluribus ibi dicturi ſumus. facilitatem autem Marci in concedendo amicis, qui ipſum comitari nollent, notat etiam Galenus in commentario, περὶ τοῦ προγινώσκειν: ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Βήρου) κομίσας εἰς Ῥώμην τὸ σῶμα, καὶ ποιήσας ἀμφ' αὐτῷ τὰ νομιζόμενα τῆς ἐπὶ Γερμανοὺς ὁδοιπορείας, ἄρχεσθαι κελεύων ἔπειθε καὶ ἐμέ. χρηστὸν τ' ὄντα καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἰδὼν ἤλπισα ῥᾳδίως πείσειν καταλείπειν ἐν τῇ Ῥώμῃ με. φιλανθρωπίαν & χρηστότητα Galenus vocat, quam Marcus de ſe loquens κοινονοημοσύνην. idem Galenus alibi. ἐν τῷ περὶ ἰδίων βιβλίων, ubi de eadem re loquitur, μετριότητα καὶ εὐγνωμοσύνην, qua gratiam illi fecerit Marcus ſimul eundi ad Germanicum bellum, ac ſequendi ſe.

tuis ornavit. Suffragatoribus non citò credidit,[1] ſed ſemper diu quæſivit quod erat verum. [2] Eniſa eſt Fabia ut Fauſtina mortua in ejus matrimonium coiret, ſed ille concubinam ſibi aſcivit procuratoris uxoris ſuæ filiam,[3] ne tot liberis ſuperduceret novercam.

CASAUBONUS.

1 *Sed ſemper diu quæſivit quod erat verum.*] Marcus Antoninus ibidem A patre, inquit, accepi, τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ τὸ ἐπίμονον· ἀλλ᾽ οὐ τὸ, προαπέστη τῆς ἐρεύνης, ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντασίαις.

2 *Eniſa eſt Fabia ut Fauſtina mortua in ejus matrimonium coiret.*] Hæc fuit Veri ſoror, auctore Capitolino in ejus vita: ejuſdem mentio & in Pertinacis rebus. Videtur illa ipſa eſſe Lucii Ceionii Commodi filia quam voluerat Hadrianus Marco deſponderi. etſi unde illi fuerit nomen Fabiæ neſcimus. In Antoninorum ſtemmate reperiuntur aliquot Fadillæ. fortaſſe & hæc Fadia vero nomine fuit, non Fabia.

3 *Ne tot liberis ſuperduceret novercam.*] Κυρίως *ſuperducere* de noverca Donatus: *Phaſma nomen eſt fabulæ Menandri, in qua noverca ſuperducta eſt adoleſcenti.* ſic Græci ἐπάγειν & ἐπεισάγειν. Vetus poeta, Ὁ παισὶν αὑτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων. & cum præpoſitione κατὰ eleganter atque ἐμφατικῶς, ut in lege Charondæ apud Diodorum, τοῖς μητρυιὰν ἐπαγομένοις μετὰ τῶν ἰδίων τέκνων, ἔθηκε πρόστιμον. quod apud Stobæum alius auctor dixit, μητρυιὰν ἐπιγαμεῖν.

GRUTERUS.

2 *Eniſa eſt Fabia.*] Sic quoque Palatinus; etſi non abhorream ab amiciſſimorum meorum conjectura, *Fadia.*

JULII

IULII CAPITOLINI VERUS IMPERATOR AD DIOCLETIANUM AUG.

SCio pleroſque ita vitam Marci ac Veri, [2] literis atque hiſtoriæ dedicaſſe, [3] ut priorem Verum [4] intimatum 1

CASAUBONUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Etiam membranæ omnes vitæ hujus auctorem faciunt Capitolinum, non Spartianum: cui aſcribunt eædem patris hujus Veri Cæſaris vitam. Si quis tamen utrumque ſcriptum diligentius inter ſe comparet, inveniet cur ejus animo ſuſpicio oboriatur de fide librorum hac in parte. nihil enim ſimilius gemino hoc ſcripto. Jam cùm ſcribit auctor vitæ illius, *Is liber debet omnia quæ ad ſtemma generis pertinent, continere, qui habet principem de quo plura dicenda ſunt*: nonne videtur his verbis hunc quoque librum ſibi vindicare? videtur, mihi quidem. Verùm ut pronuntiare de hoc nolim: ita illud non dubitem omni aſſeveratione confirmare, rectè vulgatos libros & Marci & hujus vitam eidem attribuere auctori; ſive ille Spartianus eſt, ſive Capitolinus.

2 *Literis atque hiſtoriæ dedicaſſe.*] Regius, *hiſtoria.* affine apud Vopiſcum, *conſecrare aliquem voltibus.* at *hiſtoriæ dedicare*, ut illa, hiſtoriæ tradere, conſecrare poſteritati.

3 *Ut priorem Verum intimandum legentibus darent.*] *Intimare* ut rectè Gloſſarum auctor, eſt γνωρίσαι, & ἐμφανίσαι, cognoſcendum aliquid exhibere. quare ineptè locutus eſt auctor, ſi ita ſcripſit. nam quò illud *darent*? cujus verbi notio ineſt τῷ *intimare*, ut diximus. ideo etiam, optimus ille Gloſſographus, *intimare* παρέχω interpretatur. neque aliter verbo *intimare* uſus Spartianus in vita Veri. Lego igitur, *intimandum legentibus putarent*: vel, *crederent*. ut ſtatim, *credidi celebrandum*.

GRUTERUS.

2 *Literis atque hiſtoriæ dedicaſſe.*] Ita Palatinus noſter, non *hiſtoria*. idem codex vitæ hujus auctorem adſeverat Capitolinum, non Spartianum.

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Vix eſt ut mihi perſuaderi ſinam alius eſſe auctoris hanc vitam quam Spartiani. cujus ſententiæ fundum habeo vetera excerpta Spartiani. Quæ quidem excerpta, certum eſt, auctorem illorum quiſquis eſt, non ex hac farragine & colluvie ſcriptorum, ſed ex integris Spartiani ſcriptis collegiſſe. ille igitur excerptor hanc vitam Spartiano vindicat, ut & ſuperiores Marci & Antonini. Sane ſi ſtilum judicem facimus, nihil erit dubitationis quin ab uno eodemque ſcriptæ ferantur hæ vitæ. ita enim par & ſimilis in his tribus & reliquis quæ Spartiano tribuuntur vitis, ſcriptionis ſtilique tenor ac filum, ut guttæ guttæ non ſit ſimilior. ſuum tamen quemque habere judicium verè dixit, qui primus dixit.

3 *Ut priorem Verum intimandum legentibus darent.*] Non alia indiget hic emendatione locus, quam ut legatur: *priorem Verum intimatum legentibus darent.* *intimatum darent*, id eſt intimarent. ut *effictum dare*

pro

tum legentibus darent, [1] non imperandi ſequuti ordinem [2] ſed vivendi. Ego verò, quòd prior Marcus imperare cœpit, deinde Verus qui ſuperſtite periit Marco, priorem Marcum, dehinc Verum credidi celebrandum. Igitur [3] L. Ceionius Ælius Commodus Verus

pro efficere, *impetratum dare* pro impetrare. apud optimos etiam & vetuſtiſſimos quoſque auctores, duo verba ſunt ejuſdem notionis, intimare & inſinuare, utrumque enim ἐμφανίζειν vel διδάσκειν ſignificat. nam *intimare* eſt quaſi in intimo ponere vel intimum facere. ſic & *inſinuare*, eadem ratione dicitur: unde noſtrum, *enſeigner*. apud recentis enim Latinitatis magiſtros inſinuare eſt docere. Gloſſæ veteres: *intimare*, γνωρίσαι, ἀνῦσαι: *intimare*, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι· item aliæ: ἐμφανίζω, *allego*, *intimo*. ἐμφάνεια, *intimatio*. idem plane *inſinuare*. eædem Gloſſæ: *inſinuate*, δηλώσατε: *inſinuatio*, διδασκαλία: *inſinuavit*, ἐνεφάνισεν. perperam hodie legitur ἐνεκωμίασεν. Nam inſinuatio exponitur διδασκαλία. ibi διδασκαλία eſt quam Juriſconſulti Græci διδασκαλίαν πράγματος vocant, hoc eſt inſtructionem & allegationem. Gloſſæ, διδασκαλία πράγματος, *allegatio*, *inſtructio*. idem igitur & inſinuatio. ſic allegare, intimare, inſinuare, & inſtruere ejuſdem plane ſignificationis ſunt verba. ſic *intimatum* hoc loco edi curavimus.

GRUTERUS.

4 *Intimandum legentibus darent.* Nihil ab hac divertit ſcriptura Palatinus.

1 *Non imperandi, ſecutos ordinem.*] Sic erat à manu primâ in Palat. factumque deinde, *ſecuti ſunt ordinem*, quod & mihi quoque minus placet, quam alterum, etiam ab aliis repertum in libris chirographis.

SALMASIUS.

1 *Non imperandi ſecuti ordinem.*] In Palat. *ſequutis.* ex quo primæ editionis concinnator fecit: *ſequuti ſunt.* omnino ſcribendum: *ſequutos.* nam refertur ad *pleroſque*: *ſcio pleroſque ita vitam Marci ac Veri litteris atque hiſtoriæ dedicaſſe, ut priorem Verum intimatam legentibus darent, non imperandi ſequutos ordinem ſed vivendi.*

2 *Non imperandi ſequutos ordinem ſed vivendi.*] Ordinem vivendi dixit propterea quod illi priores vixiſſe intelligi debent, qui priores vita ſunt functi. ſuperſtes fuit Vero Marcus: poſt Verum igitur vixit. atque hic ordo eſt vivendi, quo in ordine prior eſt Marco Verus.

CASAUBONUS.

1 *Non imperandi ſecuti ordinem.*] Ita veteres: alii *ſecutos*, nihilo deteriùs, & fortaſſe verius.

2 *Sed vivendi.*] Hoc eſt moriendi, ſive vitam finiendi. ita enim expoſuimus ad Spartianum in vita Hadriani: ubi ſimiliter *vita* pro morte ponitur. Macrinus apud Lampridium, *mihi non multum ſupereſſe videtur ad vitam*, hoc eſt, ad finem vitæ, ſive mortem. Declarat hunc locum alius ſimilis Spartiani in Caracallo: *Nam quamvis prior Geta è vita exceſſerit, nos tamen ordinem ſecuti ſumus, ut qui & prior natus eſt, & prior imperare cœperat, prior ſcriberetur.* ex his manifeſtiſſimum eſt, *ordinem vivendi* auctorem heic appellare, ordinem à vita excedendi. Id ipſum magis etiam oſtendit locus Vopiſci ſimilis ſententiæ in vita Cari: *Quamvis*, ait, *Carinus major ætate fuerit, prior etiam Cæſar ſit nuncupatus: tamen neceſſe eſt ut priùs de Numeriano loquamur, qui patris ſecutus eſt mortem, poſtea de Carino.*

3 *L. Ceionius Ælius Commodus Verus.*]

Verus Antoninus, qui ex Adriani voluntate Ælius appellatus eſt; ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus; [1] neque inter bonos, neque inter malos principes ponitur, quem conſtat [2] non inhorruiſſe vitiis, [3] nec abundaſſe virtutibus: vixiſſe deinde [4] non in ſuo libero principatu, ſed ſub Marco [5] in ſimili ac pari majeſtatis imperio. à cujus ſecta, laſcivia morum [6] & vitæ licentioris nimietate diſſenſit. [7] erat enim morum ſimplicium, & qui adumbrare nihil poſſet. Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Adriano adoptatus, primus *Cæſar* eſt dictus, & [8] in eadem ſtatione conſtitutus periit. Avi ac proavi & item majores plurimi conſulares. [9] Natus eſt Lucius Romæ in

rus.] Pro *Ælius*, in vita à Spartiano ſcripta, ſæpius legitur *Aurelius*.

SALMASIUS.

1 *Neque inter bonos neque inter malos.*] Inter medios igitur ponendus Verus. Nam medios vocant iſti ſcriptores, qui nec boni nec mali fuere. & medios duces, qui nec optimi nec peſſimi ſunt. de quo nos infra.

4 *Non in libero principatu.*] Lege ex Pal. & vet. ed. Mediolanenſi, *non in ſuo libero principatu.* quæ vox non aliena hoc loco, nec ſupervacanea.

5 *In ſimili ac pari majeſtatis imperio.*] Legendum videtur: *in ſimili ac paris majeſtatis imperio.* & nihil verius eſt quam ita legi debere. ſimile & paris majeſtatis imperium eſt, duorum Auguſtorum, qui pari majeſtate regnant.

GRVTERVS.

4 *Non in libero principatu.*] Palatinus amplius, *non in ſuo libero*, forſan rectè.

7 *Erat enim morum ſimplicium, & qui adumbrare nihil poſſet.*] Id eſt qui nec ſimulare poſſet, nec diſſimulare. de quâ, virtute ne an vitio, multa coacervavimus ad illud Taciti: *Nullam æque Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus ſuis, quàm diſſimulationem diligebat.*

CASAVBONVS.

2 *Non inhorruiſſe vitiis.*] Οὐκ ἀποθηριωθῆναι τῇ κακίᾳ. tranſlatum ab apris & aliis feris, quæ tum maximè horripilantes ſurrigunt ſetas cùm maximè ad ſæviendum ſe parant.

3 *Nec abundaſſe virt.*] Reg. *non abund.* elegantiùs.

5 *In ſimili ac pari majeſtatis imperio.*] Meliùs dixiſſet, *in ſimilis ac paris imperii majeſtate.* nam ex imperio naſcitur majeſtas; non ex majeſtate imperium.

6 *Et vitæ licentioris nimietate.*] Licentis ſive licentioſæ vitæ nulla eſt mediocritas. meliùs paullò poſt, *licentia vitæ liberioris.* at *ſecta* eleganter pro moribus, ex M. Tullio.

7 *Erat enim morum ſimplicium &c.*] Quò illud *enim*? hoc vult: per ſimplicitatem morum Veri factum, ut vitia ſua palam faceret, cùm non minùs viveret incautè, quam parum caſtè.

8 *In eadem ſtatione conſtitutus periit.*] Abeſt à regio vox *conſtitutus*. nec eſt cauſſa cur ſi abſit deſideretur.

9 *Natus eſt Lucius Romæ in prætura patris ſui.*] Poſt adoptionem igitur patris ſui. nam ſcribit Spartianus: *Adoptatus Ælius Verus ab Hadriano eo tempore quo jam parum vigebat, & de*

in prætura patris ſui, XVIII. Calend. Januarias, [1] die quo & Nero qui rerum potitus eſt. Origo ejus paterna pleraque ex Hetruria fuit, materna ex Faventia.
2 Hac proſapia genitus, patre ab Adriano adoptato, in familiam Æliam devenit: mortuoque patre Cæſare, [2] in Adriani familia remanſit. A quo Aurelio datus eſt adoptandus, quum ſibi ille Pium filium, [3] Marcum nepotem eſſe voluiſſet, poſteritati ſatis providens, & ea quidem lege ut filiam Pii Verus acciperet: quæ data eſt Marco idcirco quia hic ad hoc impar videbatur ætate, [4] ut in Marci vita expoſuimus. Duxit autem uxorem Marci filiam Lucillam: [5] educatus eſt in domo Tiberiana. [6] Audivit Scaurum grammaticum Latinum,

ſucceſſore neceſſariò cogitabat, ſtatimque prætor factus.. Hoc verò falſum eſt, ſi recte ſcribitur infrà vixiſſe hunc annis quadraginta duobus. qua ratione incidat natalis ejus in annum Hadriani undecimum, & Coss. Nonium Aſprenatem, & Annium Libonem: cum Veri Cæſaris adoptio poſtremis Hadriani temporibus ſit celebrata, anno, ut videtur doctis, decimonono, qui habuit Coss. ipſum Verum & Civicam: vel certè decimo octavo Luperco & Attico Coss. Nihil dici poteſt, quì tam diſcrepantes ſententiæ inter ſe concilientur: nam ſeptem minimum annorum diſcrimen eſt in medio. Sequor vero Capitolinum: & Spartianum, qui Cæſarem Verum poſt adoptionem factum prætorem ſcribit, aut erraſſe puto, aut quod fortaſſe verius, eſſe corruptum. Planè ita cenſeo, ſcripſerat Spartianus *ſtatimque Proc. factus.* id eſt proconſul. imperiti homines ſcripſerunt *Prætor*, non puto futurum quemquam hiſtoriæ hujus peritum, qui emendationem iſtam non approbaturus ſit.

1 *Die quo & Nero.*] Suetonius, capite ſexto.

2 *In Hadriani familia remanſit.*] Spartianus, *qui pereunte Ælio in familia ipſius Hadriani remanſerat.*

3 *Marcum nepotem eſſe voluiſſet.*] Si hiſtoriam ſpectes, nihil refert ſive *Marcum* hic legas, ſive *Verum.* qua de re ſatis diximus ad librum ſuperiorem. Sed poſtulat hujus loci ſententia ſcribi hic *Verum.* ſequitur, *Verum pater ita in adoptionem Pii tranſire juſſerat, ut nepotem appellaret.*

4 *Ut in Marci vita expoſuimus.*] Vide quæ ibi obſervamus. locus eſt non longè ab initio libri.

5 *Educatus eſt in domo Tiberiana.*] Ibidem & Marcus: ut antè dictum.

SALMASIUS.

6 *Audivit Scaurum Grammaticum.*] *Scaurinum* heic non *Scaurum* libri veteres præferunt. & ſane *Scaurinus* vocabatur Scauri illius nobiliſſimi Hadriani temporibus Grammatici filius. qui Scaurinus Scauri filius habuit & filium qui Scaurinus vocabatur, qui & Grammaticus & præceptor fuit Alexandri Severi. Ælius Lampridius; *Romæ Grammaticos Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum.* ita ibi legendum, non *Scerinum*, ut vulgo habetur. vides Scaurinum vocari patrem illius Scaurini qui præceptor

tinum, Scauri filium, [1]qui grammaticus Adriani fuit: Græcos, [2]Telephum,[3] Hephæſtionem, Harpocrationem: rhetores Apollonium, Celerem Caninium, [4]Herodem Atticum: Latinum, Cornelium Frontonem: philoſophos, Apollonium & Sextum: hos omnes amavit unicè, [5]atque ab his invicem dilectus eſt; nec tamen ingenioſus ad literas. Amavit autem [6]in pueritia verſus facere, pòſt orationes: & melior quidem orator fuiſſe dicitur quàm poëta, imò (ut veriùs dicam) pejor poëta quàm rhetor. Nec deſunt qui di-

ceptor fuit Alexandri Severi, qui non alius eſt, quam heic Scaurinus Scauri filius, Veri præceptor in Grammaticis.

CASAVBONVS.

1 *Qui grammaticus Hadriani fuit.*] A. Gellius libro XI. cap. XV. *Terentius Scaurus divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobiliſſimus.*

3 *Hephæſtionem, Harpocrationem.*] Hephæſtion hic videtur ille eſſe Alexandrinus grammaticus, cujus extat hodiéque de re metrica elegans libellus. auctorem certè illum antiquiſſimum eſſe nullus dubito. Harpocrationem quendam Suidas commemorat ſophiſtam Alexandrinum qui Ælius fuit dictus. eſt hic fortaſſe Veri præceptor: aut alter ille Valerius Harpocration, qui eruditum illum de dictionibus decem oratorum Athenienſium librum compoſuit. cæteri præceptores hic nominati Vero communes fuerunt cum Marco.

SALMASIUS.

2 *Telephum, Hephæſtionem.*] Pal. *Telephum ac Hephæſtionem.* ſed *Telephum* verius. Hic autem Telephus Grammaticus Pergamenus fuit, qui multa ſcripſit, quæ referuntur à Suida. Τήλεφος Περγαμηνὸς γραμματικὸς ἔγραψε καὶ αὐτός. qui etſi quibus temporibus vixerit non addit, tamen veri nihil eſt ſimilius, quam hunc eſſe Veri magiſtrum. Vide Suidam.

4 *Herodem Atticum.*] Miſſus ad hunc fuit Verus, nec doctorem tantum ſed hoſpitem habuit Herodem: qua ex familiaritate & hoſpitii jure, in ſuſpicionem venit Herodes apud Marcum quaſi ſocius, conſcius, & particeps conſiliorum Veri & inſidiarum Marco paratarum. unde ſe purgans apud imperatorem poſt Veri mortem Herodes, ſic exclamat penes Philoſtratum: ἀλλ' ἀπηχανισμένῃ τῇ γλώττῃ καὶ γνώμῃ διετέλει λέγων, ταῦτά μοι ἡ Λυκία ξενία ὃν σύ μοι ἔπεμψας. quæ verba etiam ſuperius produximus.

5 *Atque ab his invicem dilectus eſt, nec tamen ingenioſus ad litteras.*] Diſtingue: *hos omnes amavit unice, atque ab his invicem dilectus eſt. Nec tamen ingenioſus ad litteras. Amavit autem & verſus facere.* deeſt enim, *fuit.* nec tamen ingenioſus fuit ad litteras. ita Lampridius in Vero loquutus eſt: *ſi quis ſane ſe mori velle prædixiſſet, hunc invitum præcipitari jubebat. in jocis quoque perniciosus, nam eum quem vidiſſet,* & cetera. *tamen* vero pro *autem* heic poſitum eſt.

6 *In pueritia verſus facere.*] Et præcipue tragicos ſi Victori fides: *Carminum*, inquit, *maxime tragicorum ſtudioſus, ingenii aſperi atque laſcivi.*

dicant eum fuiſſe adjutum ingenio amicorum, [1]atque
ab aliis ei [2] illa ipſa qualiacunque ſunt ſcripta. Siqui-
dem multos diſertos & eruditos ſemper ſecum habuiſ-
ſe dicitur. Educatorem habuit Nicomedem. Fuit
[3] voluptuarius & nimis lætus, & omnibus deliciis, lu-
dis, jocis [4] decenter aptiſſimus. [5] Poſt ſeptimum an-
num in familiam Aureliam traductus, Marci moribus
& autoritate formatus eſt. Amavit venatus, palæ-
ſtras, & omnia exercitia juventutis. Fuitque privatus
3 in domo imperatoria viginti & tribus annis. Qua die
togam virilem Verus accepit, Antoninus Pius ea oc-
caſione qua patris templum dedicabat, populo libera-
lis fuit, [6] mediuſque inter Pium & Marcum idem reſe-
dit, quum quæſtor populo munus daret. Poſt quæ-
ſturam ſtatim conſul eſt factus cum Sextilio Laterano:
[7] interjectis annis, cum Marco fratre iterum factus eſt
conſul. Diu autem & privatus fuit, & ea honorificen-
tia caruit qua Marcus ornabatur. [8] Namque [9] in ſena-
tu

1 *Atque ab aliis ei illa qualiacunque ſint.*] *Illa ipſa qualicunque ſunt.* Palatinus & vetus editio.

3 *Voluptuarius & nimis lætus.*] *Voluptarius*, vet. ed. & ita ſæpe legas *voluptarium*, pro *voluptuarium.*

4 *Decenter aptiſſimus.*] Sic apud Victorem: *procerus membra decenter.* Ovidius;

Mille habet ornatus, mille decenter habet.

8 *Namque in ſenatu ante quæſturam non ſedit.*] Palat. *namque in ſenatu ante quæſturam ſedit.* abſque negatione. legendum; *neque in ſenatu ante quæſturam ſedit: neque in itinere cum patre, ſed cum præfecto prætorii vectus eſt.*

CASAUBONUS.

2 *Illa qualiacunque ſunt.*] Extabant, ut apparet, temporibus Capitolini ſcripta Veri imperatoris: ſic enim loquitur, quaſi illa legerit.

5 *Poſt ſeptimum annum in familiam Aureliam traductus.*] Poſt mortem patris ſui. atqui eo anno quo Verus Cæſar obiit, filius hic illius ſeptenni major fuit: novem minimùm annorum. mendoſè igitur notatus hic numerus.

6 *Mediuſque inter Pium & Marcum idem reſedit q.*] Pone πλεῖον στιγμαὶ ante hæc verba. diverſus eſt hic honor à præcedenti: non enim togam virilem ſimul ſumpſit, & ludos quæſtor dedit. imò, ut videtur ſatis ſerò quæſturam conſecutus eſt: nam conſulatus qui mox ei delatus, in annum incidit Pii decimum ſextum.

7 *Interjectis annis.*] Videtur numerus deeſſe. ſcribo, *interjectis* VII. *annis.*

9 *In ſenatu ante quæſturam non ſedit.*] Quæſtura & ædilitas curulis velut januæ erant, per quas aditus cuivis patuit in ſenatum: in principum liberis id tempus non expectabatur: quod tamen hic in Vero factum.

1 Neque

tu ante quæſturam non ſedit: [1] neque in itinere cum patre, ſed cum præfecto prætorii vectus eſt: [2] nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum eſt quàm quòd Auguſti filius eſt appellatus. Fuit ſtudioſus etiam Circenſium haud aliter quàm gladiatorii muneris. Hic quum tantis deliciarum & luxuriæ quateretur erroribus, ab Antonino videtur ob hoc retentus, quòd eum pater ita in adoptionem Pii tranſire juſſerat, ut nepotem appellaret: cui, quantum videtur, fidem exhibuit, non amorem. Amavit tamen Antoninus Pius ſimplicitatem ingenii [3] puritatemque vivendi: hortatuſque eſt ut imitaretur & fratrem. Defuncto Pio Marcus in eum omnia contulit, [4] principatu

etiam

1 *Neque in itinere cum patre vectus eſt.*] Suetonius de Auguſto: *nunquam iter fecit, niſi ut vehiculo nepotes anteirent, aut circà adequitarent.* At vehi cum principe magni honoris loco habitum: Lampridius in Alexandro: *Præſides provinciarum, quos verè, non factionibus laudari comperit, in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit.*

3 *Puritatemque vivendi.*] Καθαρειότητα: quæ jure inter virtutes cenſetur. Pythagoras:

Εἴθιζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον.

Hic vitio eſt affinis, ut apud Philonem Περὶ βίου θεωρητικοῦ.

4 *Principatu etiam imperatoriæ poteſtatis indulto.*] Lege cum prima editione *participatu.* non ſemel ea menda commiſſa in his libris. Spartianus in Nigro, *ad participatum imperii Severum vocans.* Capitolinus in Macrino: *arripuit imperium, filio Diadumeno in participatum aſcito*: utitur & in Maximinis.

SALMASIUS.

2 *Nec aliud ei honorificentiæ ad nomen adjunctum eſt.*] Pro duabus vocibus *ad nomen*, ſcribendum junctim, & unico verbo, *adnomen.* *Adnomen* pro agnomen: ſic *adnoſcere* pro agnoſcere in his ipſis libris ſæpius nobis lectum. & *dinoſcere* in aliis pro *dignoſcere.* ait igitur nullo alio honorifico cognomine inſignitum eſſe Verum, quam quod diceretur Auguſti filius: non enim Cæſar dicebatur, ut ipſius pater ab Adriano adoptatus. nec enim Cæſar prius appellatus quam quum illum in ſocietatem imperii aſcivit Marcus. Capitolinus in Marco: *fratrem ſibi participem in imperio deſignavit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appellavit, Cæſaremque atque Auguſtum dixit.* Adnomen ergo pro *agnomen*, quod indubitate verum eſt. aliud eſt ἀδνούμιον apud recentioris ævi ſcriptores Græcos; quod pro nominum albo uſurparunt. Suidas: ἀδνούμιον ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ Ῥωμαίοις. οἱ δὲ ἀπαριθμοῦν. quam vocem ex eo finxerunt quod ad nomen reſpondere dicebantur tirones in delectu. inde ἀδνούμιον pro laterculo quo nomina militum continebantur. Doctiſſimi Labbæi Gloſſæ: ἀδνούμιον, κατ' ὄνομα διέρχεσθαι. de quo vocabulo nos alibi plura.

4 *Principatu etiam imperatoriæ poteſtatis indulto.*] Pal. & Mediolanenſis editio; *participatu*: & recte ita olim reponendum docuit horum auctorum reſtitutor, & inſtaurator unicus Iſaacus Caſaubonus.

1 *Parti-*

etiam imperatoriæ poteſtatis indulto: ſibique conſortem fecit, quum illi ſoli ſenatus detuliſſet imperium.
4 Dato igitur imperio & indulta tribunitia poteſtate, proconſulatus etiam honore delato, [1] *Verum* vocari præcepit, ſuum in eum transferens nomen, quum antè *Commodus* vocaretur. [2] Lucius quidem Marco
[3] vicem reddens ſuſcepit, obſequutus ut legatus pro-

con-

GRUTERUS.

4 *Participatu etiam imperatoriæ.*] Sic quoque Palat. nec non editio princeps; quomodo ſæpius hi libri. ſurrepſerat deinde, *principatu ejus.* minus rectè.

3 *Vicem reddens ſuſcepit, obſequutus ut legatus Proconſuli, &c.*] Ita Regius codex. noſter Pal. *vicem reddens, ſi ſuſciperet, obſecutus*; quemadmodum retrò publicati. neutra lectio bona. ſuſpicabar olim; *vicem reddens, ſic ſuſpexit, & obſecutus, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Lucius quidem Marco vicem reddens ſuſcepit.*] Hæc regii lectio: in qua poſtremum verbum mendo vix caret. in aliis libris ſcriptum, *ſi ſuſciperet.* Totum igitur locum ita concipimus: *Lucius quidem Marco vicem reddens, ſicuti par erat, obſequutus ut legatus proconſuli, vel præſes imperatori.* *Jam p.* Eſt certum quod dicit Capitolinus: Verum per initia principatus ſui, proconſulem egiſſe potiùs quàm principem αὐτοκράτορα, pertinet eò quod in vita Marci dictum eſt, de ornamentis Vero attributis cùm in Syriam iret: quod fieri ſolitum dicebamus in proconſulibus.

SALMASIUS.

1 *Verum vocari præcepit, ſuum in eum transferens nomen.*] Idem ſupra dixit in vita Marci, quo loco & Galeno teſtimonium denunciavimus ut id confirmaret. Nunc & alium ejus locum ex libro, περὶ τοὺς περὶ [illegible], adducam ut emendemus: μεθεστηκότος γὰρ ἐξ ἀνθρώπων Ἀντωνῖνος, ὁ μετ᾽ Ἀδριανὸν γενόμενος αὐτοκράτωρ· ἦρχεν δὲ τότε Σεβῆρος, ἑαυτὸν μὲν Ἀντωνῖνον μετονομάσας, εἰς δὲ τὴν τῆς ἀρχῆς κοινωνίαν προσλαβὼν Λούκιον καὶ μετονομάσας Σεβῆρον. legendum, Βῆρος, & Βῆρον.

2 *Lucius quidem Marco vicem reddens ſuſcepit obſequutus.*] Vitium quidem facile viderunt hujus loci viri doctiſſimi. ſed non ita ſanitatem. pro *ſuſcepit.* in Palatino legitur & veteri editione, *ſi ſuſciperet.* quam etiam lectionem in ſuis reperit Caſaubonus. quæ ita vera eſt, ut non aliam quærere debeamus, aut de ſenſu ejus laborare, qui talis eſt: Lucius tot & tam ingentium beneficiorum memor quæ in eum contulerat & congeſſerat Marcus, ut gratum ſe oſtenderet, minorem ſemper & inferiorem ſeſe Marco geſſit, quamvis in pari eſſet imperio: Quoties igitur Marcum ſuſciperet, ſic illi obſequebatur, ut proconſuli legatus ſolet, aut præſes imperatori: *ſi ſuſciperet*, eſt, cum ſuſciperet, vel ſi quando ſuſciperet. ſuſcipere vero quid ſit notum eſt. Suetonius de Auguſto: *ſenatores ſemper ſtans ſuſcepit.* & infra de Vero: *Epheſum etiam rediit ut Lucillam uxorem miſſam à patre ſuſciperet.* Ea reverentia & illo obſequio ſuſcipere ſolebat Marcum Verus, quo imperatores à præſidibus, proconſules à legatis ſuſcipi mos eſt. niſi ſi quis contendat verba illa, *ſuſciperet*, de Marco Verum ſuſcipiente eſſe interpretanda. ſed mihi vehementius placet prior interpretatio.

1 *Jam*

conſuli vel præſes imperatori; [1] jam primùm quum Marcus pro ambobus ad milites eſt loquutus [2] & pro con-

CASAUBONUS.

1 *Jam primùm cùm Marcus pro ambobus ad milites eſt locutus, & p.*] Diſtinctio major ponenda ante *jam*. dixit modo Verum Marco obſecutum ut inferiorem, neque ut parem idem juris in Rep. ſibi uſurpaſſe. id nunc probare aggreditur. duo ejus argumenta vel fortaſſe & plura attulerat. ſed locus hodie inquinatiſſimus, & ut cenſeo mutilus. Scribe autem ex libris, *Jam primùm enim M.* hoc ſolum rectè in antiquis: cætera æque malè. primum quod affertur argumentum ei quod dicimus probando, planum certumque eſt: ait Marcum poſt initum à ſe & Vero imperium, ſuo fratriſque nomine milites eſſe allocutum. Allocutio militum proprium & peculiare jus fuit Auguſtorum: privato nec militem fas alloqui, nec in concionem prodire, aut ad ſenatum epiſtolam mittere: omnes autem privati præter principem. mater etiam imperatoris hoc jure caruit, ut Livia: quam ait Dio lib. LVII. principio Tiberii omnia pro imperatore egiſſe: uno hoc excepto, quòd in ſenatum venire, aut milites alloqui vel concionem habere auſa ſit nunquam. Ideo Commodus iis literis, quibus Albinum Cæſarem creabat, *tibi do*, inquit, *facultatem, ut ſi neceſſitas fuerit, ad milites prodeas.* & plura talium exemplorum in hiſtoria Auguſta. hoc igitur clarum: quod ſequitur non item.

SALMASIUS.

1 *Jam primum quum Marcus.*] Optime ſic reſtituendum & diſtinguendum docuit hunc locum Caſaubonus: *Jam primum enim Marcus pro ambobus ad milites loquutus eſt.* ſic enim nec minus una littera exaratum exhibetur in Palatino. Optima editio etiam hac in parte vitioſa, minus tamen quam vulgati. quæ præfert: *Jam primum enim.* ita etiam edi volebamus, quod neſcio quomodo ſumus obliti.

2 *Et pro conſenſus imperio graviter ſe ad Marci mores egit.*] Scribe: *graviter ſe & ad Marci mores egit.* jam hoc primum: illud vero, *& pro conſenſus imperio*, nec quomodo emendari nec quomodo explicari debeat, ſatis ſcio. habeo quidem non paucas ad hunc locum conjecturas, ſed cum earum mihi nulla ſatisfaciat, malo heic ſimplici & ingenua inſcitiæ confeſſione defungi quam nugas blattire. nec eſt quod quiſquam hoc nomine me reprehendat, ſi alium quam me nugari malim. ſuſpicor autem hæc non tantum vitioſa eſſe, ſed etiam aliquot verborum defectu laborare, ad quem explendum melioris exemplaris & integrioris ope opus ſit.

GRUTERUS.

1 *Jam primum enim Marcus pro, &c.*] Haud aliter quoque Pal. non ut ante vulgg. *id primum quum Marcus.*

2 *Et pro conſenſus imperio.*] Sic & Pal. locus minus ſanus, neque ego ei chirurgus, nedum medicus.

CASAUBONUS.

2 *Et pro conſenſus imperio graviter ſe ad Marci mores egit.*] Prima editio: *& proconſulis imperio gr.* Scribebam, *& in proconſulis*, vel *proconſulatus imperio graviter ſe Verus ad M. m. e.* Et erunt fortaſſe quibus hæc lectio arrideat. nos non dubitamus gravius hic latere ulcus. nam in libris melioribus aliter ſcriptum eſt. Quare arbitror poſt vocem *imperio* excidiſſe pluſculas voces: quas ut reſtituere in integrum abſque libris melioribus, poſſit nemo; ita mentem eorum hariolari videmur poſſe non malè. Quid multa? videtur Capitolinus tale quid ſcripſiſſe: *& pro conſenſu in imperio (gratias egiſſe: ipſe autem in principio) graviter ſe ad Marci mores egit.* Satis con-

conſenſus imperio [1] graviter ſe ad Marci mores egit. Ubi verò in Syriam profectus eſt, non ſolùm licentia vitæ liberioris, ſed etiam adulteriis & juventutis amoribus infamatus eſt. Siquidem tantæ luxuriæ fuiſſe dicitur [2] ut etiam poſteaquam de Syria rediit, [3] popinam domi inſtitueret, ad quam [4] poſt convivium Marci divertebat, miniſtrantibus ſibi omni genere turpium perſonarum. [5] Fertur & nocte perpeti alea luſiſſe,

conſtat novos imperatores antiquius nihil habuiſſe, ubi primum nacti eſſent imperium, quam ut in ſenatum ſtatim, ac deinde in caſtra prætoria ſe conferrent, ut illic quidem patribus, hic verò militibus, quòd imperio ſuo conſenſiſſent, gratias agerent. Omnino enim illa *pro conſenſus imperio*, aliter quàm ut diximus emendanda non ſunt. Sic *conſentire imperio* dixit Gallicanus in Avidio Caſſio. Quod ſequitur de Veri moderatione in principio imperii, & reverentiâ Marco præſtita; non perſtitiſſe illum in eadem ſimulatione alter quoque locus declarat: ubi auctor, *reverſus*, ait, *è Parthico bello minore circa fratrem cultu fuit.*

GRUTERUS.

1 *Graviter ſe, & ad Marci mores egit.*] Illud & manavit à Palatino, & profectò requiritur.

3 *Popinam domi inſtitueri.*] Prius erat *inſtitueret*. ſed alterum ſuggeſſere membranæ Palatinæ.

SALMASIUS.

2 *Ut etiam poſteaquam de Syria rediit.*] Palatinus: *quam poſtea*, quæ tranſpoſitio elegantiæ eſt. ſic *quam prius*, pro priuſquam.

3 *Popinam domi inſtitueret.*] *Inſtituerit.* Pal.

4 *Poſt convivium Marci divertebat.*] *Devertebat*, ſcriptum in prima editione: quomodo ſæpius occurrit ſcriptum in libris, *devertere*, *deverſorium*, & *deverſari*. & ita melius ſcribi cenſeam. nam *de* Latina præpoſitio reſpondet Græcæ τῇ κατά. ſic autem illi καταγώγιον, *deverſorium*, & καταλύειν, *devertere*, & καταβάλλειν: unde καταβολὴν etiam deverſorium, & σταθμὸν ſignificat. ſic κατατρέχειν, *decurrere*: καταγράφειν, *deſcribere.* ſed hæc Grammaticis relinquenda. pergamus igitur ad reliqua.

5 *Fertur & nocte perpeti alea luſiſſe.*] Pernoctem aleam vocat Juvenalis quæ perpeti nocte luditur. Sat. VIII.

——— effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox
Ante Numantinos? ſi dormire incipis ortu
Luciferi? ———

pernox enim *alea* quæ perpeti nocte luditur. ſic *pernoctes patres*, Manilio lib. V.

——— quo ſtante ſuperbæ
Proſtratæ jaceant miſerorum in limine matres,
Pernoctesque patres cupiant extrema ſuorum
Oſcula ———.

ſic enim legendum; non *per noctesque*. pernoctes enim patres qui totam noctem jacent in limine carceris. ſic apud eundem, *pernoctes capellæ*:

Ut nova pernoctes quærunt arbuſta capellæ
Semper, & ulterius paſcentes tendere gaudent.

quem verſum reſtituimus ex veteris libri ſcriptura. nam vulgo corruptiſſimus circumfertur. ſed hæc fortaſſe præter rem: ad rem igitur redeamus.

ſiſſe, quum in Syria concepiſſet id vitium: atque intantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, [1] ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, [2] obtecto capite [3] cucullione vulgari viatorio, [4] & commiſſaretur cum triconibus,

CASAUBONUS.

1 *Ut vagaretur nocte per tabernas & lupanaria.*] Similia his Suetonius Nerone, cap. XXVI. & Lampridius in Commodo atque Heliogabalo. Regius, *ut bacchantur*, ut Lampridius: *in palatio per convivia & balneas bacchabatur*.

3 *Cucullione.*] Laxè nimis Gloſſarum magiſter, *cucullio*, σκίπασρον. ſcribe σκίπαστρον. formam & uſum diſce ex Johanne Caſſiano libro primo, capite quarto, & aliis qui veterum monachorum habitum deſcripſerunt.

4 *Et commiſceretur cum triconibus.*] Quidam, *commiſſaretur*. probo magis quod eſt editum.

GRUTERUS.

4 *Et cum commiſceretur cum triconibus.*] Palat. noſter & excerpta *comiſaretur*, emendaturque in altero *commeſſatur*. quod quis ferè probare poſſet, niſi alterum optime heic conveniret.

SALMASIUS.

2 *Obtecto capite cucullione vulgari viatorio.*] In Heliogabalo: *tectus cucullione mulionico ne agnoſceretur*. Gloſſæ veteres: *cuculio*, σκηπαστόν. fuit cum legerem *curculio* pro *gurgulio*. nam gurgulionem pro gurguſtio accipiebant. *gurgulio*, οἰκημάτιον βραχύ. σκηπαστὸν autem id ſignificat recentioribus Græcis, caſam nempe & breve tugurium. unde & σκηπαστή, caſæ ruſticæ Euſtathio. Iliad. Σ. καὶ σημείωσαι ὅτι κλισίαν ποιμενικὴν ἐνταῦθα οἶδεν ὁ ποιητής, ἣν κλίσιον ὁ Δίων λέγει κατὰ ζῆλον ἰδιωτικόν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ κάλλιον δηλοῦται· καὶ εἰσὶν ἐνταῦθα αἱ κλισίαι κατηρεφεῖς αἱ ἰδιωτικῶς λεγόμεναι σκηπαστή. ſed nunc nihil muto. nam σκηπαστὸν ſignificat etiam cucullionem. nec corrigendum σκίπαστρον pro σκηπαστὸν, ut faciebat vir doctus. Latini *tegillum* pro eodem dixere. Feſtus *tegillum* parvum cuculliunculum interpretatur, de ſcirpo factum. Varro: *aquam è nubibus tortam indicat fere, ut tegillum paſtor ſibi ſumat.* *tegillum* ad verbum σκηπαστόν. aliud erat *tegiculum*. ſic enim ſtramen vocabant. recentioribus *matta* & *ſtorea*. Donatus: *Φόρμιον tegiculum dicunt Græci, quo inſternitur pavimentum*. Plautus apud Porphyrionem:

Anus hæc in pellis tegiculum protenditur.

quæ pellem ſcilicet pro tegiculo habebat. ita legendus ille verſus. tegetem etiam & tegeticulam dicebant.

4 *Et commiſceretur cum triconibus.*] Sequor ſcripturam optimi libri Palatini, *& comiſaretur cum triconibus*. tricones autem iſti, cum quibus comiſatum ibat Verus, ſunt nequam nebulones, nulli rei bonæ homines. Gloſſæ: *trico*, ἀχρεῖος, ἔκλυτος, λαγγών. ita enim lego. eædem Gloſſæ: *Ceſſator*, λαγγών. qui nihil igitur habent, quod agant, homines deſides & male feriati iſtoc nomine nuncupabantur, & langones & langi dicebantur. Gloſſæ: λαγγών, *reſes*, *trico*. Adhelmus homines malæ vitæ, & profuſæ libidinis, *langos* vocare non dubitavit his verſibus:

Loth quoque qui langos ſceleratos vixerat inter,
Hoſpes hoſpitibus præbens umbracula tecti.

ita ille prior verſus ſcribitur in libro ſcripto. ſed vocem *langos* cum minime intelligeret Caniſius, mutavit in *langus*.

bus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet, [1] ſæpeque afflictum livida facie rediiſſe, & in tabernis agnitum quum ſeſe abſconderet. [2] jaciebat & nummos in

largus. malo mehercule exemplo. quos vero heic vocat *langos* Adhelmus, paulo poſt eadem de re agens, ſcortatores nominat & cinædos.

Cum ſcortatores, & molles forte cinædos
Qui Sodomæ facinus patrabant more nefando,
Cærula fulmineis torrerent fulmina flammis.

ἀχρεῖοι iidem & ἄχρηστοι dicebantur, homines ad nullam rem boni & utiles. Gloſſæ: ἀχρεῖος, *nequus, ſpurcus, Nuga, nugator, nequam, nugax.* ἀχρειότατος, *nequiſſimus.* ἀχρειότης, *nequitia.* ἀχρήσιμος, *inutilis, incommodus, futilis.* ἀχρηστῶ, *nebulor.* Vide epigramma Auſonii in Chreſtum & Acindynon peſſimos fratres, quo pertendit debuiſſe potius alterum Achreſtum vocari, alterum Cindynum, ut nomina rebus convenirent. Gloſſæ: *Nugæ*, ἀχρειότητες. & in gloſſis Græcis; ἀχρεῖοι ἀδιάφοροι. nam ἀδιαφόρους etiam vocabant turpes & probroſos & nullius pretii homines. atque ita tricones hoc loco ſunt accipiendi.

1 *Sæpeque adflictum livida facie rediiſſe.*] Bene judicarunt docti homines, *afflictum* heic ferri non poſſe. ſatis id oſtendit quod ſubditum eſt de livida facie ipſi reponunt: *à conflictu rediiſſe.* ſed longius recedit à veſtigiis editæ lectionis. omnino verius puto: *ſæpeque efflictum livida facie rediiſſe. efflictum* id eſt percuſſum. Apulejus libro III. *Ipſe denique dux ac ſignifer ceterorum validis me viribus aggreſſus, illico manibus ambabus capillo abreptum, ac retroflexum effligere lapide geſtit, quem dum ſibi porrigi flagitat, certa manu percuſſum feliciter proſterno.* ubi *effligere* lapide eſt percutere & verberare. effligere apud Plautum etiam legitur, ſed fere pro perdere & peſſumdare. Heic & apud Apulejum ſimpliciter pro ferire & percutere. ſic *cædes*, quæ apud veteres, pro occiſione & contrucidatione ſemper ſumi ſolet, recentis ævi ſcriptoribus uſurpari cœpit pro verberatione tantum, & pulſatione, quæ pugnis fit, & manibus. multa olim exempla ex diverſis auctoribus congeſſi: nunc pauca quæ ad manum ſunt, ex Donato doctiſſimo Terentii enarratore, afferam. ad illud Comici: *iſtuc volo ergo ipſum experiri. Expreſſe oſtendit*, inquit, *pauperioris loquacem contumaciam uſque ad pericula cædis.* hoc eſt, uſque ad verberum pericula. item ad illud: *colaphos infregit mihi. Contumelioſa cædes colaphus & digna lenone.* item ad illud Adelphorum:

Cteſiphomepugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſque occidit.

Mire, inquit, *interjecit miſerum: & neceſſario uſque addidit, ut oſtenderet nimiæ cædis verbum, non occiſionis intelligi oportere.* quibus verbis cædem, hoc eſt verberationem, ab occiſione & nece diſtinguit. *efflictum* igitur hoc loco reponendum. & ne quid diſſimulem, ita habuit optimus Palatinus.

GRVTERVS.

1 *Sæpeque afflictum livida facie rediiſſe.*] Pall. duo *efflictum*; quod alteri præpoſuerim.

CASAVBONVS.

1 *Sæpeque afflictum livida facie rediiſſe.*] *Afflictum* eſſet, in turba humi dejectum & προσουδισθέντα. ſed quod additur de livida facie, aliter legendum indicat. Lego, *ſæpeque à conflictu l. f. r.*

2 *Jaciebat & nummos.*] Suetonius de Cajo, *quin & nummos non mediocris ſummæ ſparſit in plebem.*

1 *Qui-*

in popinas maximos,[1] quibus calices frangeret. [2] Amavit & aurigas Praſino favens. [3] Gladiatorum etiam frequentius pugnas in convivio habuit, [4] trahens cœnam in noctem: & [5] in thoro convivali condormiens, ita ut levatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur. [6] Somni fuit permodici, digeſtionis facillimæ. [7] Sed Marcus hæc omnia quaſi neſciens diſſimulabat rem,

1 *Quibus calices frangeret.*] Lampridius in Commodo: *in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant; ut calices frangeret, ſaltaret, cantaret.* Similis παιδιὰ apud Græcos, de qua in Animadverſionibus ad Athenæum lib. primo, cap. XIV.

2 *Amavit & aurigas praſino favens.*] Cajanum hoc: nam de Caligula Suetonius, *Praſinæ factioni ita addictus & deditus, ut ſtaret in ſtabulo aſſiduè & maneret.* etiam Commodus factioni praſinæ addictus ſic, ut praſinam ipſe indueret cùm circenſes in palatio ſibi exhibebat. Xiphilinus, οἴκοι ἡρματηλάτει, τῇ πρασίνῳ σκευῇ χρώμενος. Heliogabalus quoque: de quo idem ſcriptor, ἤλαυνεν ἅρμα τῇ πρασίνῳ σκευῇ χρώμενος. at Caracallus apud eundem ἁρματηλατεῖ τῇ ὑενετίῳ χρώμενος.

3 *Gladiatorum etiam frequentius p.*] Omnes libri *frequentiùs.* nec mutem. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

5 *In thoro convivali.*] *Toro.* apage aſpirationem ab hac voce: de qua multa alibi.

6 *Somni fuit permodici, digeſtionis facillimæ.*] Non enim ſemper qui plurimum edunt aut bibunt, plurimum & dormiunt. Suetonius de Claudio: *Somni permodici erat: nam ante mediam noctem plerumque evigilabat.*

7 *Sed Marcus hæc omnia quaſi neſciens, diſſimulabat rem, p.*] Videbatur diſtinguendum & ſcribendum: *Sed Marcus hæc omnia, quaſi neſciens, diſſimulabat: veritus pudore illo, ne repr. fr.* nunc muto nihil, refragantibus libris. ſic alibi, *metu illo.* Diſſimulationis vero hujus qua uſus Marcus, non ea fuit cauſſa vera, quam affert Capitolinus; ſed quod nollet ſi quid fuit pudoris reſiduum in Vero, increpationibus ſuis id exhaurire. norat vir ſapientiſſimus, ſapientum id eſſe conſilium. Seneca: *Meliorem illum facies ferendo; utique pejorem, exprobrando. Non eſt quod frontem ejus indures, ſine, ſi quid eſt pudoris reſidui, ſervet. Sæpe dubiam verecundiam vox conviciantis clarior rupit. Nemo id eſſe quod etiam videtur timet. Deprehenſus pudor amittitur.*

GRUTERUS.

7 *Sed Marcus hæc omnia quaſi neſciens diſſimulabat rem, pudore illo, &c.*] Pal. noſter non habet illud *quaſi*, niſi inter lineas, à manu recentiſſima. idem loco vocis *rem*, exhibet R. majuſculum cum ſuperjacente lineâ.

SALMASIUS.

3 *Gladiatorum etiam frequentius pugnas in convivio habuit.*] *Gladiatore etiam frequentius pugnarum in convivio habuit.* ita Pal. quod quid ſit ignoro. Divinent heic aliquid alii. ego nihil ſcio divinare. ſed & fortaſſe nullum hæret vitium in vulgata.

4 *Trahens cœnam in noctem.*] Idem liber: *cœnam.* forte: *trahens cœnas in noctem.*

7 *Sed Marcus hæc omnia quaſi neſciens diſſimulabat rem, pudore illo.*] Semper ſuſpectam habui vocem *rem* tanquam huic loco temere inſertam. eam ſuſpectiorem etiam habere cœpi poſtquam abeſſe veteribus libris vidi, qui loco ejus habent unicam literam, *R.* quæ quid ſignificet, & quo ſit poſita, juxta cum ignaris ſcio. apud illos

rem, pudore illo ne reprehenderet fratrem. [1] Et notiſſimum ejus quidem [2] fertur tale convivium, [3] in quo primum duodecim accubuiſſe dicitur, [4] quum ſit notiſſimum dictum de numero convivarum, [5] *Septem, convivium; novem verò, convitium.* donatos autem pueros decoros qui miniſtrabant ſingulis. [6] donatos etiam ſtructores & lances ſingulis quibuſque: [7] donata & viva animalia, vel cicurum vel ferarum avium vel quadrupedum, quorum cibi appoſiti erant. donatos etiam calices ſingulis per ſingulas potiones, murrhinos, [8] & cryſtallinos Alexandrinos, quoties bibitum eſt.

data

quidem qui de Notis veterum ſcripſerunt, *R.* ſignificat, *res* vel *rem.* ſed locum heic non habet, itaque legendum: *ſed Marcus hæc omnia, quaſi neſciens, diſſimulabat, pudore illo ne reprehenderet fratrem.*

GRUTERUS.

1 *Et notiſſimum ejus quidem fertur tale convivium.*] Palatinus initio habuit *fertale convivium.* quid? an quod confertim diſcubarent, nata vox *fertale*? alii examinabunt. mihi ſufficit indicaſſe lectionem variantem.

4 *Cum ſit notiſſimum dictum de numero convivarum.*] Videri poſſent voces tres à fine irrepſiſſe in contextum è margine: niſi ſcriptor iſte ſatis alioqui luxuriaret vocibus ſuperfluis.

8 *Et cryſtallinos Alexandrinos quoties bibitum eſt.*] Sic. Pal. nam vulgati: *Alexandrinos, ac quoties.*

CASAUBONUS.

2 *Fertur tale convivium.*] Mendoſe In regio, *feriale convivium.*

3 *In quo primum duodecim accubuiſſe dicitur.*] Puto Verum famoſiſſimam illam Octavii juvenis cœnam δωδεκάθεον æmulatum: cujus ſi veniſſet in mentem Capitolino hæc ſcribenti, abſtinuiſſet, credo, voce *primùm.*

5 *Septem convivium; novem verò convitium.*] Auſonius in Ephemeride:

Quinque advocavi: ſex enim convivium
Cum rege juſtum: ſi ſuper, convitium eſt.

Lege Aulum Gellium l. XIII. c. XI & Archeſtrati apud Athenæum verſus.

6 *Donatos autem pueros decoros q.*] Adi ad Athenæum, & Lampridium in Heliogabalo.

SALMASIUS.

6 *Donatos etiam ſtructores*] Eleganter, *ſtructores*, οἰκοδόμους δείπνων vocat Heſychius, qui Græce propria voce τραπεζοκόμοι dicebantur. eam vocem explicans ille grammaticus, οἰκοδόμους δείπνων eos appellat, dum reſpicit ad vocem Latinam, *ſtructores*, qui proprie ſunt οἰκοδόμοι δείπνων.

7 *Donata & viva animalia vel cicurum vel ferarum avium.*] Pro, *& cicurum & ferarum avium.* ſic infra: *cœperunt equi aurei vel brabia poſtulari*, hoc eſt, equi & bravia. ita in vita Marci: *tunc viris clarioribus permiſit, ut eodem cultu quo & ipſe, vel miniſtris ſimilibus convivia exhiberent.* *vel* pro *&.* ſed heic etiam obſervemus licet, genus mirificum locutionis; *animalia ferarum avium & cicurum*, & *animalia quadrupedum.* quis enim ſic loquitur? debuit enim: donatas aves feras & cicures vivas, & quadrupedes quarum cibi erant adpoſiti. nec de vitio tamen liceat ſuſpicari. Hoc igitur imputemus ſeculo & ſeculi ſcriptoribus, qui nec ipſi de ſe exigi volunt elegantiam aliquam aut ſcribendi venuſtatem, contenti ſi ſola hiſtoriæ veritate cenſeantur.

8 *Et cryſtallinos Alexandrinos ac quoties*

data etiam aurea atque argentea pocula & gemmata. [1] Coronas quinetiam datas, lemniſcis aureis interpoſitis: [2] & alieni temporis floribus. data & vaſa aurea cum unguentis ad ſpeciem alabaſtrorum. data & vehicula [3] cum mulabus ac mulionibus cum juncturis argenteis,

ties bibitum eſt.] Cur addit, *& quoties bibitum eſt?* jam dixerat, *per ſingulas potiones*, quod idem eſt: *Donatos etiam calices ſingulis per ſingulas potiones, myrrhinos & cryſtallinos. Alexandrinos ac quoties bibitum eſt.* bis igitur idem dicit. nam *quoties bibitum eſt*, nihil addit ad ſignificationem quam habent illa verba, *per ſingulas potiones.* vett. libb. non agnoſcunt particulam *ac.* liquido affirmare poſſe mihi videor alterutrum ex gloſſa eſſe: ſed magis illud, *quoties bibitum eſt.* ſic enim aliquis ad oram libri expoſuerat illa verba, *per ſingulas potiones.* lege igitur hunc totum locum & diſtingue ſic: *donatos etiam calices ſingulis per ſingulas potiones, myrrhinos & cryſtallinos Alexandrinos. data etiam aurea atque argentea pocula & gemmata.*

1 *Coronas quinetiam datas lemniſcis aureis interpoſitis.*] Putat debuiſſe ſcribere Capitolinum vir doctiſſimus: *Coronas etiam datas aureas, lemniſcis interpoſitis.* idque magis comprobare ſimiles aliorum auctorum locos. Nos nihil mutari debere cenſemus. Coronæ enim fiebant ex foliis, quibus interponebantur aurei lemniſci: & ſic lauream triumphi concinnari ſolitam ſcribit eruditiſſimus & vetuſtiſſimus auctor Tertullianus, cujus inſignis locus habetur de Corona militis, ſed inſigniter depravatus, quem nos inſigniter reſtitutum, ut ſic omnia fiant inſignia, ope vetuſti codicis, adponemus: *Triumphi laurea foliis ſtruitur. hinc aureis lemniſcis inornatur, ac muſtis unguentis dilibuitur, an lacrimis conjugum & matrum? fortaſſe quorundam & Chriſtianorum.* Comparet hæc qui volet cum vulgatis Tertulliani, & quantum inter ſe diſtent, facile animadvertet. nos veteris ſcripturæ veſtigiis uſque inſiſtentes ſic emendavimus. pro *ambuſtis* unguentis, ut in veteri codice lectum eſt, repoſui *ac muſtis.* nihilque majus mihi licere volui. nam quod, *ac lacrimis* pro *à lacrimis* ſcripſimus, id etiam auctore libro fecimus. quod veriſſimum eſſe nemo non mihi aſſenſurus eſt. *dilibuitur*, inquit, *corona triumphi muſtis unguentis. an potius lacrimis matrum & conjugum delibus dicendum eſt?* quod quam eleganter dicatur, omnes vident. Aureos igitur heic lemniſcos defendimus auctoritate illius Tertullianici loci. & plura de lemniſcis coronarum nos alibi.

2 *Et alieni temporis floribus.*] Pal. *& alienis temporibus floribus.* ſed vitioſe, ut quidem puto.

CASAUBONUS.

1 *Coronas quinetiam datas, lemniſcis aureis interpoſitis.*] Sic omnes codices: non ut ſuadeant ſimiles apud diverſos auctores loci: *c. q. datas aureas, lemniſcis interp.*

2 *Et alieni temporis flores.*] Mamertinus in panegyrico ad Julianum: *Quæſitiſſimæ dapes, non guſtu, ſed difficultatibus æſtimabantur: miracula avium, longinqui maris piſces, alieni temporis poma, æſtivæ nives, hibernæ roſæ.*

3 *Cum mulabus ac mulionibus, cum juncturis argenteis.*] *Junctura* eſt qua junguntur mulæ carrucariæ, ut jumenta aut boves ad aratrum jugo. Julius Paulus libro tertio Sententiarum: *Carruca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi conſuetudinem.* Fieri autem ſolitas ex argento & Ulpian. docet, qui juncturæ argenteæ facit mentionem in lege decimanona, Digeſtis De auro, argento, mundo, &c.

SALMASIUS.

3 *Cum mulabus ac mulionibus, cum juncturis*

teis, ut ita de convivio redirent. [1] Omne autem convivium æſtimatum dicitur ſexagies centenis millibus H-S. Hoc convivium poſteaquam Marcus audivit, ingemuiſſe dicitur & doluiſſe publicum fatum. Poſt convivium luſum eſt teſſeris uſque ad lucem. Et hæc quidem poſt Parthicum bellum, ad quod eum miſiſſe dicitur Marcus, ne vel in urbe ante omnium oculos peccaret, vel ut parſimoniam peregrinatione addiſceret, vel ut timore bellico emendatior rediret, vel ut ſe imperatorem eſſe cognoſceret. Sed quantum profecerit, [2] cum alia vita tum hæc quam narravimus cœna monſtravit. Circenſium tantam curam habuit,
6 [3] ut frequenter provincialibus literas cauſa circenſium & mi-

juncturis argenteis.] De juncturis nihil reliqui fecere quod notatu ſit dignum, viri eruditione præſtantes. meminit & juncturarum Querolus, ſua Aulularia incerti auctoris:

Poſt autem inter ſomnum & temetum neceſſe eſt ut ſequantur plurima,
Turba trepida, perquiſitio jumentorum, cuſtodum fuga,
Mulæ diſpares, juncturæ inverſæ, mulio nec ſe regens.

Jungula vocat auctor gloſſarum. ut enim à cingo, cingula: ſic à jungi, jungula: vincula à vincio. *jungla*, [illegible]. quam vocem Prudentio reddidimus, ut olim dicemus. *jungla* enim pro jungula. ut ungla pro ungula, unde exunglare. ſed hæc alias.

CASAUBONUS.

1 *Omne autem convivium æſtimatum dicitur ſexagies centenis millibus ſeſtertiûm.*] Budæi æſtimatione, fiunt aurei quingenti ſupra centum & quinquaginta duo millia. nec mirabitur ſummæ hujus magnitudinem, qui Neronis aut Vitellii cœnas meminerit: aut illius margaritæ quam Julius Cæſar in amiculæ gratiam emit pari ferè impenſo pretio, hoc eſt ſexagies H-S. Scimus hæc nota eruditis: at boni Egnatii ſtupor & audacia, cui hic ſtomachum non moveat?

2 *Cum alia vita.*] Hoc eſt, cætera vita, ſive cætera alia quæ geſſit in vita.

3 *Ut frequenter provincialibus literas cauſſa Circenſium & miſerit & acceperit.*] Ait *cauſſa Circenſium*: hoc eſt parandorum equorum gratia curulium. ejus argumenti epiſtolas multas habes apud Symmachum, ex epiſtola autem ejuſdem LXIII. libro quarto, diſcimus tanto ſtudio Circenſes actitatos Antiochiæ, ut ſæpe Antiochenſium ſummates ad mercandas quadrigas uſque in Hiſpaniam mitterentur. qui autem negotii ejus cauſſa in provincias abibant, commendatitias à principibus viris accipiebant: quarum exemplum eſt in illa Symmachi epiſtola. Tales multas ſcriptitaſſe Verum cum eſſet Antiochiæ, atque etiam alibi, non dubitandum.

SALMASIUS.

3 *Ut frequenter provincialibus litteras, cauſa circenſium & miſerit & acceperit.*] *Ut frequenter provincia literas cauſa circenſium, &c.* Pal. an ſcribendum, *ut frequenter è provincia literas cauſa circenſium & miſerit & acceperit:* ut velit Lucium è provincia hoc eſt Syria literas Romam miſiſſe, & viciſſim accepiſſe, circenſium cauſa? cum ſcire vellet ſcilicet quis in qua factione viciſſet: Vene-

& miſerit & acceperit. Denique etiam [1] præſens & cum Marco ſedens, multas à Venetianis eſt paſſus injurias, [2] quod turpiſſime contra eos faveret. Nam & Volu-

Venetiani an Praſini defeciſſent, & ſimilia quæ ad circenſes pertinent. id comprobare videtur quod ſequitur: *Denique etiam præſens & cum Marco ſedens multas à Venetianis eſt paſſus injurias:* abſens igitur illas litteras ſcribebat. Cura etiam hæc quàm habuiſſe circenſium dicitur Verus, non ad hoc fuit, ut parandorum equorum gratia ad provinciales mitteret litteras, & acciperet: quod munus proprie editorum fuit. ſed nec iſtæ litteræ ex genere commendatitio videntur fuiſſe, quales principes viri iis dabant qui comparandorum equorum cauſa in provincias abibant. nam non ſolum miſiſſe ſed accepiſſe litteras heic dicitur. iſtæ enim ultro citroque litterarum miſſitationes aliud indicant, & niſi fallor illud ipſum quod ſuperius tetigimus.

CASAUBONUS.

1 *Præſens & cum Marco ſedens.*] Cum in Circo ſpectaret Circenſes.

2 *Quod turpiſſime contra eos faveret.*] Duo eâdem operâ præſtabat Verus: Venetianos irridebat, & praſinæ factionis populo favebat. Multis autem modis ſignum favoris in theatro & circo dabant; ore, geſtu totius corporis, & veſtis agitatione vel orarii: qua de re multa infrà obſervamus. interdum verò & ſannas in eos adjiciebant quibus non faverent. putà, manu in obſcœnum modum formata, & in illos protenſa: quod vocat Capitolinus, *turpiter contra aliquem favere.* Cui ſimile apud Suetonium in Cajo, *quorundam ſtudio ita tenebatur, omnibus ad inſaniam favit*: ſed *favere contra aliquem*, ita dixerunt, ut Tacitus *cenſere in ſenatu contra ſtudium alicujus*, in ſecunda hiſtoria. Plinius ſecundus in octavo epiſtolarum: *& ideo jam nunc contra iſtum librum faveo orationi quam nuper in publicum dedi.* ſic in inſcriptio-

nibus, *coronari contra omnes ſcenicos:* Græci ἀντισπουδάζειν, ut ſæpe Dio.

SALMASIUS.

2 *Quod turpiſſime contra eos faveret.*] Dicitur contra aliquem favere, qui contrariæ ejus parti favet. Verus favebat Praſinis, Venetianorum contrariis. ſic contra Venetianos favebat. turpiſſime autem favere eſt cum clamore, & motu corporis indecenti favere. ἀκόσμως σπουδάζειν id vocat Arrianus in diſſertationibus lib. III. cap. IV. πρὸς τὸν ἀκόσμως σπουδάσαντα, hoc eſt, *adverſus turpiter & indecore faventem.* ubi doctus interpres alias res agebat cum verteret, *ad eum qui in theatro præpoſtere artificioſus erat.* verba Arriani; Τοῦ δ' ἐπιτρόπου τῆς Ἠπείρου ἀκοσμότερον σπουδάσαντος κωμῳδῷ τινὶ καὶ ἐπὶ τούτῳ δημοσίᾳ λοιδορηθέντος, εἶτα ἑξῆς ἀπαγγείλαντος πρὸς αὐτὸν ὅτι ἐλοιδορήθη, καὶ ἀγανακτοῦντος πρὸς τοὺς λοιδορήσαντας, καὶ τί κακὸν, ἔφη, ἐποίουν. Locus plane huic loco geminus. ubi vides eundem exitum indecore & turpiter faventis: injurias nempe & convitia. quid ſit autem ἀκοσμότερον σπουδάζειν in ſequentibus explicat: ὅρα πῶς ὁ ἐπίτροπος τοῦ Καίσαρος θεωρεῖ; κέκραγε; κἀγὼ τοίνυν κραυγάσω. ἀναπηδᾷ; κἀγὼ ἀναπηδήσω. οἱ δοῦλοι αὐτοῦ διακάθηνται κραυγάζοντες; ἐγὼ δ' οὐκ ἔχω δούλους, ἀντὶ πάντων αὐτὸς ὅσον δύναμαι κραυγάσω. quæ graphice exprimunt hominem turpiſſime faventem, qualiter heic contra Venetianos faviſſe inducitur Verus, propter quod multas à Venetianis paſſus eſt injurias, hoc eſt ἐλοιδορήθη, ut ille procurator Cæſaris apud Arrianum turpiſſime Comœdo favens. *ut favere contra aliquem*, ſic *coronari contra aliquem.* in veteri lapide non multum diſſimi-

[1] Volucri equo praſino aureum ſimulacrum fecerat quod ſecum portabat. [2] Cui quidem paſſas uvas & nucleos in vicem hordei in præſepe ponebat, [3] quem ſagis

li genere loquutionis: *contra omnes ſtenicos coronavus.* Græci dicunt: κατὰ πάντων ςεφανωθεὶς.

CASAUBONUS.

1 *Volucri equo praſino.*] Sic ſcribendum: infrà, *habuit calycem cryſtallinum nomine Volucrem, ex ejus equi nomine quem dilexit.* hujuſmodi nomina equis curulibus imponebant. notus Caligulæ Incitatus. in ſaxis nominantur cum alii, tum famoſiſſimus quidam Aquilo. & Græci poëtæ ſimiliter Αἴθωνα equum celebrant. Archias epigrammate in illum, Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων ἐλάμψας πλέον Αἴθων ἵππων.

2 *Cui quidem paſſas uvas & nucleos.*] Hanc inſaniam de Caianis vitiis traxit. Lege Dionem libro LVIII. & Suetonium capite LV. eadem væſania Heliogabali. *nucleos* hic interpretor πιτυΐδας.

3 *Quem ſagis fuco tinctis coopertum.*] Suetonius vocat *purpurea tegumenta.* Vox *ſagum*, & σάγμα appellatio certæ veſtis eſt: & γενικῶς quodvis tegumentum. quæ alii coopertoria vel tegumenta equorum dicunt, ea ſæpe nominantur ſaga, ut hic. Vegetius artis veterinariæ libro ſecundo *animal loco calido ſtatues, ac ſagis cooperies.* libro tertio, *animal ſagis diligentiſſime uſque ad ungulas operiatur.* in eodem, capite LIIX. *totum corpus ſagis cooperiunt, ut ſudet.* ubi male editum *facess.* nam ita capite XXV. *opertum gravioribus ſagis donec ſudet.* coopertoria vocat, capite XXXVII. Apſyrtus vocat σισύρας ἐξ ἐρίου αἳ ἱδρῶτα κινοῦσι. neque audiendi qui in ejuſmodi locis cùm hic tum apud Iſidorum aut alios vocem illam aut corrigunt, aut cum Græca σαγὴ confundunt. nam & σάγμα vocem alii artis veterinariæ magiſtri Græci uſurpant.

SALMASIUS.

2 *Cui quidem uvas paſſas & nucleos.*] Nucleos, ςροβίλους & ςροβίλια Gloſſarum auctores exponunt. *uva paſſa,* ςαφίδες: *Nuclei,* ςροβίλια: *Ficus,* σῦκα: *Caricæ,* ἰσχάδες. in capite περὶ τραγημάτων. Aliæ Gloſſæ: *Nuclei,* κῶνοι, ςρόβιλοι. *Nucleum,* ςροβίλιον. item in Græcolatinis: ςρόβιλος ὁ καρπὸς, *nucleus.* videntur igitur Græci tam nucem pineam quam nucleum ςρόβιλον vocaſſe. ut contra Latini nucleos etiam pro nucibus poſuiſſe, ſic enim illæ Gloſſæ ſuadent quæ nucleos κώνους exponunt. niſi ſi & Græci κῶνον quoque ut & ςρόβιλον pro nucleo uſurpârint. Pineas ſubſtantive vocarunt Latini nuces primum. in Commodo: *Iſtatos vero pineis uſque ad perniciem pectoris tundere cogebat.* Hæc igitur confundunt auctores, & πιτυΐδας & κώνους vel ςροβίλους. & certiſſimum eſt nucleos pinearum non πιτυΐδας tantum vocaſſe Græcos. ſed etiam ςροβίλους & ςροβίλια.

3 *Quem ſagis fuco tinctis coopertum.*] Quemadmodum equum ſuum Volucrem ſagis fuco tinctis cooperiebat Verus, ſic Commodus pelle inaurata equum Pertinacem nomine integebat. Dio in Pertinace: ἤσεργε δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον ἵππον ἀπηλλαγμένον δὲ τοῦ δρόμου ὑπὸ τοῦ γήρως, καὶ ἐν ἀγρῷ ὄντα μεταπέμψας ὁ Κόμμοδος καὶ εἰσαγαγὼν εἰς τὸν ἱππόδρομον, τάς τε ὁπλὰς αὐτοῦ περιχρυσώσας καὶ τὰ νῶτα δέρματι ἐπιχρύσῳ κοσμήσας. mendoſe hodie legitur apud Dionem, καὶ τὰ ἀνώτατα pro καὶ τὰ νῶτα. Nam & *dorſualia* vocabant ejuſmodi pelles quibus equorum terga inſternebantur. Trebellius in Gallieno, de bobus: *proceſſerant etiam altrinſecus centeni albi boves cornibus auro jugatis, & dorſualibus ſericis diſcoloribus præfulgentes.* diceban-

tur

ſagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad ſe adduci jubebat. [1] cui mortuo ſepulcrum in Vaticano fecit. [2] In hujus equi gratiam primum cœperunt equi aurei

tur & *ſcordiſca.* nam *ſcordiſcum* eſt pellis, non coactile, ut eruditiſſimus olim exiſtimabat Turnebus. *Scordiſcum* ὑποκοριστικὸν à ſcorto quod pellem ſignificat. *ſcortum*, *ſcortiſcum*: ut *ſcutra*, *ſcutriſcum*. Gloſſæ: *ſcutra*, χάλκιον. cujus ὑποκοριστικὸν ſcutriſcum apud Catonem de re ruſtica c. x. ſic ſcortiſcum à ſcorto. quod poſtea ſcordiſcum. ſic Paniſcus, geniſcus, Pan & genius ὑποκοριστικῶς dicti. quod diminutivi genus in gentilibus etiam hominibus frequens. *Syrus, Syriſcus. Hunniſcus, Daciſcus, Franciſcus* pro Franco. *Teutiſcus* pro Teuto. Phrygiſcus. unde *Phrygiſci equi* apud Vegetium. de quibus nos alibi. ſic ſcordiſcum vel ſcortiſcon eſt ἐφίππιον, pellis nempe qua equi inſternuntur. optimæ Gloſſæ: *Scordiſcus*, ἐφίππιον, aliæ Gloſſæ pellem exponunt. δέρμα Dioni ut ſupra notavimus. Gloſſarium Græcolatinum: ἐφίππιον, *ſcordiſcale.* quæ vox reſtituenda Vegetio de re veterinaria lib II. cap. LX. *quod ſi dorſum ſedentis injuria tumere jam cœperit; in recenti ſtatim mallonem ceparum, id eſt calamos ſiccos unde faſces dependent, in aquam ferventiſſimam mittes, & aliquamdiu maceratum calidum ſuper tumorem impones, faſcia conſtringes, vel cordiſcum ſuperimpones.* lege: *ſcordiſcum.* unde ſcordiſcarii Divo Hieronymo qui ſcordiſca conficiunt. apud Claudianum leges, quo loco nunc neſcio, Parthicæ tigris pellem pro ephippio.

CASAUBONUS.

1 *Cui mortuo ſepulcrum in Vaticano fecit.*] In Vaticano Circenſes exhibebant imperatores, ut de Claudio Suetonius refert, & de Heliogabalo Lampridius. ibi igitur prope Circum qui Neronis dicitur Victori, videtur exſtructus hic tumulus.

2 *In hujus equi gratiam primum cœperunt equi aurei vel bravia poſtulari.*] Scribe, ut olim ad Suetonii librum quintum emendavimus, *cœperunt equis ai*: malim etiam, *velut bravia.* Morem aurigarum poſtulandi aurum, aperit & Dio in Caracallo, de ejus aurigationibus loquens: ἁρματοθέτει δὲ ἢ τῶν ἐξελαυνόντων ἵνα, ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται· προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι, καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. item de Abito, ἰδεῖν τε αὐτὸν καὶ ἁρματηλατοῦντα, καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τινὰ τῶν ταπεινοτάτων αἰτοῦντα, τούς τε ἀγωνοθέτας καὶ στασιώτας προσκυνοῦντα. In priore loco quid vocet Dio προσκυνεῖν τῇ μάστιγι, neſcio: & ſcribendum ſuſpicor, κάτωθεν θεὶς τὴν μάστιγα: deſcendens de curru, & poſito flagello. vel κάτω θεὶς τὴν μάστιγα.

SALMASIUS.

2 *In hujus equi gratiam primum cœperunt equi aurei vel bravia poſtulari.*] Recte vir doctiſſimus pridem emendavit: *cœperunt equis aurei vel bravia poſtulari.* ſed quod idem, *velut bravia*, mavult legere, id non recipiendum. *vel* enim heic pro particula & poſitum eſt. *aurei vel bravia*, pro aurei & bravia. quod minime obſervatum frequenter impoſuit hominibus doctis. vide quæ ſuperius notavi. ſic infra: *idcirco quod Fabia multum induſſerat Verus cujus potentiam uxor Lucii vel Marci ferre non poſſet.* pro, *uxor Lucii & Marci.* idem locum Dionis in Caracallo ubi de ejus aurigationibus loquitur, perperam emendat, nullius emendationis indigum: ἁρματοθέτει δὲ ἢ τῶν ἐξελαυνόντων ἵνα, ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται, προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι, καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. verba illa ſunt quæ haud

aurei vel bravia poſtulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei à populo praſinianorum ſæpe modius aureorum poſtularetur. Profectum eum ad Parthicum bellum, Marcus Capuam proſequutus eſt. Quumque inde per omnium villas ſe ingurgitaret morbo implicitus, [1] apud Canuſium ægrotabat, [2] quò ad eum viſendum frater contendit. Multa in ejus vita ignava & ſordida, etiam belli tempore, [3] deteguntur. Nam quum [4] interfecto legato, cæſis legionibus, [5] Syriis defectionem cogitantibus, oriens vaſtaretur, ille in Apuleja venabatur: & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat: & per ſingulas maritimas civitates Aſiæ, Pamphyliæ, Cili-ciæ-

vulgo intelligantur, & vitioſa creduntur. προσκυνοῦντά τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιξι, quæ tamen rectè habent. ſignificant enim Caracallum aurigæ habitu, manu flagellum tenentem ex inferiori parte adoraſſe agonothetas, & aurum poſtulaſſe. hoc enim eſt τῇ μάστιγι προσκυνεῖν, flagello ori admoto ſic adorare. quod alii ſola manu labris admota faciebant. at aurigæ nunquam ſine flagello. quum igitur adorare vellent, flagellum ori admovebant. κάτωθεν autem ex inferiori loco, cum agonothetæ eſſent in ſuperiori. ſic idem Dion in vita Commodi: καὶ τῇ γε προτέρᾳ ἡμέρᾳ αὐτοὺς πάντας σφᾶς κάτωθεν, τότε δὲ Ἑρμοῦ σχῆμα πᾶν μετ' ἐπιχρύσου ῥάβδου καὶ ἐπὶ βῆμα ὅμοιον ἀναβάς. ut contra, ἄνωθεν de ſuperiori. ibidem: ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τότε μὲν βοτὰ κάτω ἐς τὸ τοῦ κύκλου ἔδαφος καταβαίνων ἀναιρεῖν, ὅσα ἐπλησίαζε πεζὰ καὶ προσαγόμενα ἢ καὶ ἐν δικτύοις αὐτῷ προσφερόμενα κατέκοπτε. plures & ſimiles locos idem omnes confirmaturos poſſem adferre, niſi quos jam attuli ſufficerent. at κάτωθεν θεὶς τὴν μάστιγα. quomodo corrigendum cenſebat vir incomparabilis doctrinæ, ratio refutat, & mos loquendi.

CASAUBONUS.

1 *Apud Canuſium ægrotabat, quò ad e.*] Scribe, *ægrotavit: q.* vel ut in regio, *& morbo impl. ap. Can. ægrotaret, ad eum v.*

3 *Deteguntur.*] Pro, commemorantur memoriæ prodita. durum verbum.

4 *Interfecto legato, cæſis legionibus.*] Severianum exciderat Vologæſus cum omni ejus exercitu. narrat Dio initio Marci, & Lucianus, Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.

SALMASIUS.

1 *Apud Canuſium ægrotabat.*] Omnino ſcribendum Palatino auctore: *apud Canuſium ægrotavit.*

2 *Quo ad eum viſendum frater contendit.*] Idem liber, *quo eum viſendum frater contendit.*

5 *Syriis defectionem cogitantibus.*] Lege, *Syris defectionem cogitantibus.* idem mendum infra, *riſui fuit omnibus Syriis.* nam ibi quoque ſcribendum, *Syris*, jam admonuerunt viri docti.

GRUTERUS.

1 *Apud Canuſium ægrotavit.*] Ita ferè Pal. nempe *ægrotabit*; non ut hactenus editi *ægrotabat.*

5 *Syriis defectionem cogitantibus.*] Pal. *Syris.* æque bene, ſi non melius.

1 *Anti-*

ciæque clariores, voluptatibus immorabatur. [1] Antio- 7
chiam poſteaquam venit, ipſe quidem ſe luxuriæ dedit: duces autem confecerunt Parthicum bellum [2] Statius Priſcus, & Avidius Caſſius, [3] & Martius Verus [4] per quadriennium, ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vendicarent. partumque eſt ipſi nomen *Armenici, Parthici, Medici*, quod etiam Marco Romæ agenti delatum eſt. Egit autem per quadriennium Verus [5] hyemem Laodiceæ, æſtatem apud Daphnen, reliquam partem Antiochiæ. [6] Riſui fuit omnibus Syriis, quorum multa joca in theatro in eum dicta extant. [7] Vernas in triclinium Saturnalibus & diebus feſtis ſemper admiſit. Ad Euphratem tamen impulſu comitum ſuorum ſecundò profectus eſt. [8] Epheſum etiam rediit, ut Lucillam uxorem miſſam à patre Marco ſuſciperet: & idcirco maximè, ne Marcus cum ea in Syriam veniret [9] ac flagitia ejus agnoſceret. Nam ſenatui Marcus dixerat ſe filiam in Syriam deducturum. Confecto ſanè bello, regna regibus, provincias verò comitibus ſuis regendas dedit. Romam indo

CASAUBONUS.

1 *Antiochiam poſtquam venit, ipſe quidem ſe luxuriæ dedit.*] Dio tamen aliter: αὐτὸς ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ἐφίζετο διαπράττων ἕκαστα, καὶ τὰς τοῦ πολέμου χορηγίας ἀθροίζων.

2 *Statius Priſcus.*] De quo in Marci vitâ.

3 *Et Martius Verus.*] Is eſt, quem Dio Cappadociæ præſidem appellat.

4 *Per quadriennium.*] Vide ad illa è Marci vita, *fratre poſt quinquennium reverſo.*

6 *Riſui fuit omnibus Syriis.*] Scribe *Syris*. Antiochenſes præſertim intellige: de quorum jocis etiam in principes dicebamus ad Hadrianum.

7 *Vernas in triclinium Saturnalibus & diebus feſtis ſemper admiſit.*] De Saturnalibus ſine cauſſa notat ut rarum. quis neſcit Saturnaliorum diebus ſervos omnia pro dominis egiſſe? Scribi malim, *Vernas in triclinium, ut Saturnalibus, & d. f. ſ. a.*

8 *Epheſum etiam rediit, ut Lucillam uxorem miſſam à p.*] Vide locum ex Actis Abercii, quem protulimus ad vitam Marci.

GRUTERUS.

6 *Riſui fuit omnibus Syris.*] Sic rurſus Pal. non *Syriis*, ut vulgati.

SALMASIUS.

5 *Hyemem Laodiceæ.*] *Laudiciæ*, vetus editio, & Pal. nec fere unquam aliter libri. aliquando etiam, *Ladicia* ſcriptum reperitur in melioribus & antiquioribus libris.

9 *Ac flagitia ejus agnoſceret.*] *Adnoſceret*, habetur in optimo Pal. ita ſupra *adnomen* pro *agnomen*. ſic adnati pro agnati. quod aliquoties reperitur. Gloſſæ nomicæ: ἄδνατος, ἀνεψιός, συγγενής. atque ita ſemper.

inde ad triumphum invitus, quod Syriam quaſi regnum ſuum relinqueret, rediit, & pariter cum fratre triumphavit, ſuſceptis à ſenatu nominibus quæ in exercitu acceperat. [1] Fertur præterea ad amicæ vulgaris arbitrium in Syria poſuiſſe barbam. unde in eum à Syris multa ſunt dicta. Fuit ejus fati ut in eas provincias per quas rediit, Romam uſque, [2] luem ſecum deferre videretur. Et nata fertur peſtilentia in Babylonia: [3] ubi de [4] templo Apollinis [5] ex arcula aurea quam miles forte

CASAUBONUS.

1 *Fertur præterea ad amicæ vulgaris arbitrium in Syria poſuiſſe barbam.*] Antiochenſes & Syri eos qui barbam alerent averſabantur, & ſubſannabant, ut docet vel Juliani Miſopogon. Verus autem barbam propè barbaricè ſolitus demittere, auctore Capitolino paullo poſt. Ab Hadriano omnes fere Rom. imperatores barbati. ſed qui molliores fuere inter illos, ii in gratiam Antiochenſium barbam poſuerunt. Dio de Caracallo, ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐτρύφα, ὥστε καὶ τὸ γένειον πάνυ ψιλίζεσθαι. ſimiliter Heliogabalus, ut ſcribit idem auctor, ἐψιλίζετο, ὥστε καὶ ἐκ τούτου γυναικίζειν. Contrà Macrinus, cum ſeveritatis famam affectaret, ac velut alter Marcus haberi vellet, in oculis Antiochenſium γένειον ἤσκει, ait Herodianus.

2 *Luem ſecum deferre videretur.*] De hac peſtilentia in vita Marci, ſed magnitudinem illius ex Galeno melius cognoſces, qui toties illius meminit.

SALMASIUS.

2 *Luem ſecum deferre videretur.*] Pal. *ſecum ferre.*

3 *Ubi de templo Apollinis.*] Idem liber: *Apollonis.* inflexione Græca: quod & apud alios mihi lectum eſt non paucos ex Latinis, qui ſic inflexerunt & præcipue martyrologiorum auctores.

4 *De templo Apollinis.*] Addit Ammianus libro XXIII. *Apollinis Chomei.* ſed quis ille Apollo Chomeus? noli dubitare quin ſit legendum *Chocheus* vel *Chochæus.* Seleucia enim illa etiam Coche dicta, teſte ipſo Ammiano l. XXIV. *Quibus Coche quam Seleuciam nominant haud longius diſparatur.* Inde Apollo Χωχαῖος. Cochen cum Seleucia eamdem facit Ammianus. Quidam tamen diverſam fecere. Stephanus à Seleucia non longe ponit, & κώμην eſſe dicit Χώχη κώμη πρὸς τῷ Τίγριδι ποταμῷ. Ἀρριανὸς διηγεῖται, καὶ βασιλεῖς δ' ἐξελάσαι ἐκ Σελευκείας οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τίγριδος εἰς κώμην, ᾗ εἶναι Χώχη ὄνομα. recentiores tamen omnes Arriano Chochen & Seleuciam confundunt, & pro una urbe accipiunt, nec Cochen vicum agnoſcunt ſed urbem nobiliſſimam. Sext. Rufus: *Colchen & Cteſiphontem urbes Perſarum nobiliſſimas.* Φρούριον tamen vocat Nazianzenus ſteliteutica ſecunda. Verum igitur hujus urbis nomen eſt Χώχη, ut ex Stephano docuimus. quod apud auctores variis modis corruptum legitur. cujus ἐθνικὸν χωχαῖος & χωχηνὸς, unde χωχαῖος Apollo, qui Seleuciæ colebatur, cui & nomen Choche fuit.

5 *Ex arcula aurea quam miles forte inciderat.*] Foramen fuiſſe dicit anguſtum Ammianus Marcellinus libro XXIII. *fertur autem quod poſt dereptum hoc idem ſigmentum, incenſa civitate milites fanum ſcrutantes, invenere foramen anguſtum, quo reſerato ut pretioſum aliquid inve-*

forte inciderat; ſpiritus peſtilens evaſit, atque inde Parthos orbemque compleſſe. Et hoc non Lucii Veri vitio, ſed Caſſii, â quo contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites noſtros receperat, [1] expugnata eſt. Quod quidem inter cæteros etiam [2] Quadratus belli Parthici ſcriptor, incuſatis Seleucenis qui fidem primi ruperant, purgat. Habuit hanc reverentiam Marci Verus, ut nomina quæ ſibi delata fuerant, cum fratre com-

inveniſſent, ex adyto quodam concluſo à Chaldæorum arcanis labes primordialis exiliit; quæ insanabilium vi concepta morborum ejuſdem Veri & Marci Antonini temporibus, ab ipſis Perſarum finibus adusque Rhenum & Gallias cuncta contagiis polluebat & mortibus. quæ neceſſario conferri debent cum verbis Capitolini.

1 *Expugnata eſt.*] Ammianus Marcellinus, expulſatam dicit hanc urbem, lib. XXIII. *poſt hanc Seleucia ambitioſum opus Nicanoris Seleuci. Quæ per duces Veri ex ulſata.* expulſatam poſuit pro expugnatam. ut enim propulſare & propugnare idem ſignificant, ſic *expulſare* & *expugnare*. nec eſt dubium illo ſenſu hoc verbi uſurpaſſe.

2 *Quadratus belli Parthici ſcriptor.*] Quadratus παρθικὰ ſcripſerat, vel παρθυηνικά: nam ita ſcriptum inveni apud Stephanum ἐθνικογράφον, qui Quadratum citat ſæpe. aliquando etiam παρθενικὰ, quod corruptum eſt, pro παρθυηνικά. Parthi enim dicebantur, & Parthyæi & Parthyeni. Stephanus: λέγονται δὲ καὶ Πάρθοι καὶ Παρθυαῖοι καὶ Παρθυαία ἡ χώρα καὶ Παρθυηνή, καὶ Παρθυηνός. inde παρθυηνικὰ & παρθικὰ pro eodem. Nonum autem librum citat iſtorum Παρθικῶν Stephanus idem in voce Σόλυγα. nec ultra citatum memini. Vixit hic Quadratus ſub Philippis, & Romanam hiſtoriam exorſus à primo anno urbis uſque ad milleſimum quem Philippi celebrarunt, χιλιαρχίαν vel χιλιάδα titulo ſignavit. Hunc citat Stephanus, δευτέρῳ χιλιάδι ῥωμαϊκῆς & τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας. nec mihi dubium eſt quin ῥωμαϊκὰ ejus, quorum meminit idem Stephanus, eadem ſit hiſtoria quam & χιλιαρχίαν & χιλιάδα ῥωμαϊκὴν indigetat, ab ea quam dixi ratione.

CASAUBONUS.

1 *Expugnata eſt.*] Expugnari urbs dicitur quæ vi capitur, aut deditionem facere cogitur. quod cum de Seleucia dici non poſſit, quæ ut amicos Romanos milites acceperat, *expugnata* heic eſt, ſolo æquata, & funditus deleta. Dio, τὴν Σελεύκειαν διέφθειραν ἐμπρήσαντες. At Euſebius in tertio Marci anno ſic: *Seleucia Syriæ urbs cum trecentis millibus hominum à Romanis capta.* locus ex Eutropio deſcriptus: ſed pro *Syriæ* ſcribendum *Aſſyriæ.* & pro *trecentis*, Eutropius atque Pæanius habent *quadringentis.*

2 *Quadratus belli Parthici ſcriptor.*] Aſinius Quadratus, cujus Παρθικὰ laudant Græci & Latini non raro. Scripſerat de hoc bello, & de univerſis Marci rebus, ut indicat Zoſimus: & Stephanus quoque illius Ῥωμαϊκῶν meminit. Neſcio ſitne eadem hiſtoria an diverſa, cujus liber decimus quartus citatur alibi ab eodem ſcriptore, ſub titulo Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας, ſive χιλιάδος. nam utroque modo apud illum ſcribitur.

1 Qua-

communicaret die triumphi, quem pariter celebrarunt. Reverſus è Parthico bello, minorē circa fratrem cultu fuit Verus: nam & libertis inhoneſtius indulſit, & multa ſine fratre diſpoſuit. His acceſſit quod quaſi reges aliquos ad triumphum adduceret, ſic hiſtriones eduxit è Syria: [1] quorum præcipuus fuit Maximinus, quem Paridis nomine nuncupavit. Villam præterea extruxit in via Clodia famoſiſſimam, in qua permultos dies & ipſe ingenti luxuria debacchatus eſt cum libertis ſuis [2] & amicis paribus, [3] quorum præſentiæ nulla inerat reverentia. Et Marcum rogavit; qui venit ut fratri venerabilem morum ſuorum & imitandam oſtenderet ſanctitudinem: & quinque diebus in

SALMASIUS.

1 *Quorum præcipuus fuit Maximinus.*] V. ed. *Maximus.*

2 *Et amicis paribus quorum præſentia nulla inerat reverentia.*] Nec verbo moviſſem huic loco controverſiam, niſi impuliſſet Palat. qui longe diverſam ſcripturam continet, hoc modo: *quorum præſentia ulla inerat provincia.* id mutatum in prima editione ſic reppeti, ut appareat qui mutaverunt, ita etiam in ſuis codicibus inveniſſe, ut habuit Palat. Legitur enim in edit. Mediol. *quorum præſentia nulla inerat reverentia.* cum non viderent quo referri deberet & quomodo capi poſſet illud *provincia*, ſubſtituerunt *reverentia*, nulla, ut ita dicam, veritatis & antiquitatis reverentia. Nam recta eſt Palatini lectio, modo legas, *illa* pro *ulla*: *& amicis paribus quorum præſentia illa inerat provincia*: & amicis qui præſentes erant in illa provincia, nec amicis quidem omnibus ſed vitæ & morum ſimilitudine paribus & eadem ſectantibus. Omnes igitur amici pares Veri qui domos & villas habebant in via Clodia ad Verum conveniebant, cum illic eſſet in villa quam ibi extruxerat. nec movere debet quemquam, quod viam Clodiam vocat provinciam: ſic enim aliæ viæ ab urbe & ſub urbe provinciæ dictæ. ut Flaminia provincia: & Aurelia. Julius Frontinus: *pars vero camporum & ſylvæ regionis Campaniæ & Aureliæ à Divo Auguſto veteranis data fuit.* Nec enim ibi Aurelia epitheton eſt Campaniæ ut ſibi perſuaſere. ita & provincia Clodia hoc loco. ſic omnes regiones ſuburbicariæ, etiam provinciæ dicebantur. Amicos igitur pares Veri vocat qui in illa regione aderant, ſolitos ad ipſum in villam commeare, ut ibi totos dies debacchatentur & luxuriæ operam darent.

CASAUBONUS.

2 *Et amicis paribus.*] Refer ad ſimilitudinem morum: *par* ſæpe, pro ſimilis: vel, ad ætatem. utrique interpretationi convenit quod ſequitur.

GRUTERUS.

3 *Quorum præſentia nulla inerat reverentia.*] Pal. *quorum præſentia ulla inerat*, ut videri queant aliquam multa deſiderari; dixeritque forte ablegaſſe alios comites, quorum gravitate luxuria ejus inhiberetur. verum ſi hoc admiſerimus, quæretur, cur antea tam licenter egerit. & alioqui ſi volebat amoliri tales, non erat ei accerſendus frater.

1 *Ant*

in eadem villa reſidens, cognitionibus continuis operam dedit, [1] aut convivante fratre, [2] aut convivia comparante. [3] Habuit [4] & Agrippum hiſtrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem & ipſum è Syria veluti trophæum Parthicum adduxerat, [5] quem Apolauſtum nominavit. Adduxerat ſecum & fidicinas & tibi-

SALMASIUS.

1 *Aut convivante aut convivia comparante.*] Comparante, id eſt parante. Tibullus:

Et calidam feſſo comparat uxor aquam.

Sic *malum alicui comparare.* Plaut. Caſin.

Tribus non conduci poſſim libertatibus
Quin ego illis comparem magnum malum.

& *comparare gaudia.* idem Truculento:

Prome venuſtatem amantium, ut gaudia comparet.

Quem verſum multis modis ſollicitarunt, ut perverterent viri docti, qui vim vocis illius *compares* parum attendebant. nam rectum eſt. *amanti gaudia comparare*, ut malum & dolorem inimico comparare. ita & comparare hoc loco ut παρασκευάζειν. Gloſſæ: *Comparat*, παρασκευάζει. qua ſignificatione & heic & apud Tibullum Plautumque ſumendum eſt, ut ne invitemur ſequi Regii codicis lectionem, qui habet *cooptante*.

3 *Habuit & Agrippum Hiſtrionem.*] Ita Pal. at vir doctiſſimus qui mallet, *Agrippam* vel *Agrippinum*, non ſequendus. Agrippa & Agrippinus nomina pure Romana ſunt. Hic vero hiſtrio de genere Syrorum: unde & Memphis illi cognomentum, & nomen Agrippus. Ἄγριππος autem nomen Græcum. ſed & Ἀγρίππας potuit dici. aliter tamen omnes libri. Hunc porro Agrippum Memphim putat Caſaubonus, illum ipſum eſſe Apolauſtum, cujus mentio in antiqua inſcriptione Romani lapidis, quæ ita habet: L. AVRELIO. APOLAVSTO. MEMPHIO. AVGG. LIB. ſed hic quem ex Syria adduxit Verus, non *Memphius* ſed *Memphis* cognominabatur. præterea nomen erat illi Agrippus, cujus nominis in eo lapide nulla mentio. utut ſit, hunc Memphim eundem eſſe arbitror cum eo cujus Athenæus meminit, & quem ſua ætate vixiſſe ſcribit libro primo. τὸν ἐφ' ἡμῶν φιλόσοφον ὀρχηστὴν, Μέμφιν ἐκάλεσαν, ἀπαρχαΐζοντες τὴν διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κίνησιν, τῇ τῶν πόλεων ἀρχαιοτέρας καὶ βασιλικωτέρας.

GRUTERUS.

2 *Aut convivia comparante.*] Sic & Palatin.

4 *Et Agrippum hiſtrionem.*] Haud aliter quoque Palatinus.

CASAUBONUS.

2 *Aut convivia comparante.*] Regius, *cooptante*.

4 *Agrippum hiſtrionem.*] Regius, *Agrippinum*. malim *Agrippam* vel *Agrippinum*.

5 *Quem Apolauſtum nominavit.*] Propter obſcenum miniſterium: nam ἀπολαυστικὴ vita, qualis Epicureorum. Videtur eſſe Apolauſtus ille, quem unà cum aliis libertis aulicis cæſum temporibus Commodi narrat Lampridius. Hic autem eſt ille ipſe Apolauſtus cujus meminit antiqua inſcriptio Romani lapidis, hæc:

L. AVRELIO
APOLAVSTO. MEMPHIO
AVGG. LIB. HIERONICÆ
CORONATO. ET. TON. DIAPAN
DON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI
SYNHODI. ET. AVGG
L. AVRELIVS
PANNICVLVS. QVI. ET
SABANAS. PATRONO
OPT. MO.

1 Sene-

tibicines & hiſtriones, [1] ſcurraſque mimarios & præſtigiatores, [2] & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate, prorſus ut videretur bellum non Parthicum ſed hiſtrionicum confeciſſe. Et hæc vitæ diverſitas atque alia multa,
9 inter Marcum & Verum ſimultates feciſſe, non aperta veritas indicabat, [3] ſed occultus rumor inſuſurrabat. Verùm illud præcipuum, quòd quum Libonem quendam patruelem ſuum Marcus legatum in Syriam miſiſſet, atque ille ſe inſolentius quam verecundus ſenator efferret, [4] dicens, [5] ad fratrem ſe ſcripturum eſſe ſiquid

SALMASIUS.

1 *Scurraſque mimarios.*] Alibi vocat, *ſcurras mimicos.*

CASAUBONUS.

2 *Et omnia mancipiorum genera quorum S.*] Intelligit nanos & illos pueros minutos procacitate commendatos Romanis proceribus: de iis notamus ad Suetonii librum ſecundum, cap. LXXXIII.

3 *Sed occultus rumor inſuſurrabat.*] Ultimum verbum abeſt à regio: & omitti poteſt: alii libri, *inſeverat.*

4 *Dicens, ad fratrem ſe ſcripturum eſſe, ſi quid forte dubitaret.*] Regius, *ad fratres ſuos ſe.* ſunt hæc Libonis verba: qui cum eſſet frater patruelis Marci, per vanitatem & arrogantiam quoties de illo, aut ejus fratre loqueretur apud provinciales, fratres illos nominabat: jure ille quidem & more Romano: nam & patrueles fratres ſuos, ἁπλῶς vocabant fratres: ſed hanc appellationem ægrè ferebat Verus; ut qui fratrem ſe à privato homine appellari ſine majeſtatis imperatoriæ imminutione non poſſe cenſeret. Hinc cauſſa odii in Libonem, & ſuſpicio veneni ex illo odio. Vulgata lectio, *ad fratrem ſe ſcripturum eſſe*, ſenſum hunc haberet: ſolitum Libonem quotieſcumque de aliquo negotio dubitaret, non ad præſentem Verum referre; ſed ad abſentem Marcum fratrem per literas: in quo merito Verus fieri ſibi injuriam putarit. mihi prior interpretatio arridet magis.

GRVTERVS.

3 *Occultus rumor inſeverat.*] Eſt à Pal. aliiſque ſcriptis: antea erat, *inſuſurrabat.*

5 *Ad fratres ſuos ſcripturum eſſe, &c.*] Conſpirant in hanc lectionem codex Regius & Palatinus. nam publicata, *ad fratrem ſe ſcripturum* vim verborum accurate pandit Caſaubonus qui videatur.

SALMASIUS.

3 *Sed occultus rumor inſuſurrabat.*] Pal. *inſeverat.* legendum: *non aperta veritas indicabat, ſed occultus rumor ſeverat.* ſeri enim rumores & ſeminari dicuntur. ſic & ſermones ſerere. ſed & *inſeverat*, eodem ſenſu poſſumus ferre. *inſerere*, ἐγκατασπείρειν. unde inſerere rumores, eſt diſſeminare.

4 *Dicens ad fratrem ſe ſcripturum eſſe ſi quid forte dubitaret.*] Vetus editio & Palat. hoc loco cum Regio conſentiunt: *dicens ad fratres ſuos ſcripturum eſſe ſi qui fortaſſe dubitaret.* & fratres ſuos intelligit vir eruditiſſimus Marcum & Verum quibus frater patruelis hic erat Libo. nonnihil tamen habet de quo jure dubitetur, hæc interpretatio: cum enim ad fratres ſuos ſe ſcri-

[1] ſiquid fortè dubitaret, nec Verus præſens pati poſſet, ſubitoque morbo notis propè veneni exiſtentibus interiſſet, [2] viſum eſt nonnullis, non tamen Marco, [3] quod ejus fraude putaretur occiſus. Quæ res ſimultatum

ſcripturum dicat, ſi quid forte dubitationis exoriretur, de Marco quidem ſine dubio intelligebat qui Romæ agebat: an vero & de Vero, quæſtionis eſt: nam quomodo ad illum ſcripturum ſe diceret, qui præſens erat, & minime pati poterat tam inſolenter ſe efferentem ſenatorem? Hoc enim illud erat, quod ægre ferebat Verus, ſui præſentis nullum haberi reſpectum ab hoc legato, nec ad ſe referri de rebus quæ dubitationem reciperent, ſed ad Marcum qui longe erat poſitus. Nodum hunc mihi ſolvant peritiores. interea vero dum illi, quos quæro, alicunde adveniant, non heic patiar operam meam ceſſare. videtur igitur ſive culpa librarii, ſive auctoris ipſius vitio ex ſeculi ſui conſuetudine & uſu loquendi, prius ſcriptum eſſe *ad fratre ſuo*. in talibus enim parum obſervabant leges Grammaticas. hinc in veteribus lapidibus monumentorum *ante fronte* pro *ante frontem*. *cum quem* pro *cum quo*. *cum conjugem ſuam*, *cum partem*. *à latus* pro *à latere*. & *de latus* apud Innocentium illi ætati qua vixit Capitolinus, ſupparem. ſic apud Hyginum de limitibus agrorum: *extra ſano*, *extra ſanctuario*. ita enim ſcriptum in antiquis libris. ex eadem conſuetudine loquendi ſupra dixit Capitolinus, *vos ipſe* pro *vos ipſi*: *vos ipſe ſacratiſſime imperator*. ex illis igitur *ad fratre ſuo* factum eſt poſtea *ad fratres ſuos*, ſecundum Grammaticorum præſcriptum, non juxta rei veritatem. nam omnino ſcribendum fuit, *ad fratrem ſuum*. & Marcum intelligebat hic legatus cui frater patruelis erat. hoc impatienter tulit Verus, adeo ſui nullam præſentis haberi rationem ab iſto legato fratre Marci patrueli, ut non aliter ſecum ageret, quam ſi nuſquam eſſet, aut longe abeſſet, nec ad ſe rem ullam referret, ſed ad fratrem ſuum ſcripturum jactaret, ſi quid dubitatione dignum emerſiſſet. non aliter aut explicari, aut emendari hunc locum poſſe arbitror: atque hæc mea ſententia eſt.

1 *Si quod fortaſſe dubitaret.*] Pal. & v. ed. *ſi qui forte dubitaret.*

2 *Viſum eſt nonnullis quod ejus fraude putaretur occiſus.*] *Viſum eſt nonnullis quod putaretur occiſus.* pro, nonnulli putaverant occiſum. illa enim ætate, abutebantur iſta locutione vel verbo potius *viſus eſt*. ut, viſus eſt hoc facere, vel quod hoc faceret, pro hoc fecit. ſic apud Ulpianum in collatione legum Romanarum tit. xv. *Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum eſt, qui viſi erant vel conſulere vel exercere, quam quod fuerat permiſſum.* qui viſi erant conſulere & exercere, pro qui exercebant & conſulebant. ſic *videri judicare*, pro judicare. in Alexandro: *Fures judicare juſſit in civitatibus ullis nunquam videri.* pro, juſſit fures in civitatibus nunquam judicare. in epiſtolis Pontificum à Gretzero editis frequens occurrit hæc locutio. *ad me venire viſus eſt.* pro, ad me venit. & hujuſce exempli multa reperiuntur apud Anaſtaſium de vitis Pontificum, quæ nunc non otii eſt huc congerere, quod alias faciam. non nimium diſſimile eſt quod nuper in Cicerone pro Cælio legebam: *nolite velle, nolite, Judices, aut hunc jam natura ipſa occidentem velle maturius extingui vulnere veſtro quam ſuo fato.*

CASAUBONUS.

3 *Quod ejus fraude putaretur occiſus.*] Notanda locutio, *viſum eſt quòd putaretur occiſus*, pro, quod eſſet occiſus. apud Græcos ſæpe δοκεῖν pro εἶναι. ut οἱ δο-

tatum auxit rumorem. Liberti multum potuerunt apud Verum, [1] ut in vita Marci diximus, Geminas & Agaclytus, cui dedit, invito Marco, Libonis uxorem. [2] Denique nuptiis ab Vero celebratis, [3] Marcus convivio interfuit. Habuit & alios libertos Verus improbos, [4] Codem & Eclectum, cæteroſque quos omnes Marcus poſt mortem Veri, [5] ſpecie honoris abjecit, Eclecto retento, qui poſtea Commodum filium ejus

οἱ δοκοῦντες ἄρχοντες, hoc eſt, ὄντες: & ſimilia. Vulcatius Gallicanus, *Avidius Caſſius, ut quidam volunt, ex familia Caſſiorum fuiſſe dicitur.* & heic περίεργος eſt cautio: nam ſublato verbo *dicitur*, remanet eadem ſententia.

1 *Ut in vita Marci diximus.*] Et quidem totidem verbis, ut ibi notatum eſt.

2 *Denique nuptiis ab Vero celebratis, Marcus convivio interfuit.*] Niſi inſerta negatione legas, *convivio non interf.* quod præcedentia verba ſuadent, quibus dicitur Marcus has nuptias non probaſſe: habes hic inſigne exemplum indulgentiæ, quam Marco tribuebat Capitolinus: de qua ad librum ſuperiorem diximus.

4 *Codem & Eclectum.*] Non dubito prius nomen eſſe corruptum. nec tamen occurrit ullum nomen quod ejus loco ſubſtituam. an *Euodem*? Εὐώδη. nam *Euodium*, quod uſitatiſſimum ſcimus eſſe, vereor ne paullo ſit remotius. Eclecti nomen Græco more ſcriptum eſt Ἔκλεκτος: nam Latinum eſſet Electus. origine fuit Ægyptius, Commodi mox cubicularius. de hoc multa Herodianus.

SALMASIUS.

2 *Denique nuptiis ab Vero celebratis Marcus convivio interfuit.*] Interponenda omnino hoc loco negationis particula, ex fide Pal. Codicis: *convivio non interfuit.* quod ſi nihil aliud, id certe ſatis indicat vox *denique*, quæ hujus initio periodi poſita eſt: *Agaclytus cui dedit invito Marco Libonis uxorem. denique nuptiis Marcus non interfuit*: abſque enim negatione dicendum fuiſſet: *cui dedit invito Marco Libonis uxorem. Tamen Marcus nuptiis ab Vero celebratis interfuit.* qui non ignorabunt quam vim habeat, & ad quem ſenſum poni ſoleat ab auctoribus vox illa *denique*, facile mihi adſentientur.

4 *Codem & Eclectum.*] Merito cenſent hujus liberti nomen corruptum eruditiſſimi viri, nec tamen habent aliud minus corruptum quod ſubſtituant. Pal. ſcribit, *Coedem.* ita & vet. ed. mutata littera, verum erues, quod eſt *Coetem.* Coetes enim ille libertus vocabatur: Κοίτης. nam Κοίτης & Κοῖτος nomina ſunt propria apud Græcos. Coeti mentio in veteri inſcriptione.

GRUTERUS.

3 *Marcus convivio non interfuit.*] Negativam requirebat orationis nexus: & viſitur ea ipſa plane in Palatino. vulgatis antea male aberat.

4 *Codem & Eclectum.*] Palatin. *Coeden & Teclectum.* ſed poſtea tamen infra agnoſcit *Eclecto.* videtur illum *Coedum*, mutandum in *Coetum*, aut dictionem litteris ei vicinam,

5 *Specie honoris adjecit.*] Sic & apud Tacitum lib. XII. Annal. cap. 41. *Simulque qui centurionum tribunorumque ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis cauſſis, & alii per ſpeciem honoris, &c.* Sed ibi boni removentur. itaque videndus potius Suetonius Julii c. 9. ſub finem.

1 *Quod*

ejus occidit. Ad bellum Germanicum, [1] quod Marcus nollet Lucium ſine ſe vel ad bellum mittere, vel in urbe dimittere cauſa luxuriæ, ſimul profecti ſunt, atque Aquilejam venerunt: invitoque Lucio Alpes tranſgreſſi, quum Verus apud Aquilejam tantùm vectatus convivatuſque eſſet, Marcus autem omnia proſpexiſſet. [2] De quo bello quid per legatos barbarorum pacem petentium, quid per duces noſtros geſtum eſt, in Marci vita pleniſſimè diſputatum eſt. [3] Compoſito autem bello in Pannonia, [4] urgente Lucio Aquilejam rediret, quod urbanas deſiderabat Lucius voluptates, [5] in urbem deſtinatus eſt: ſed non longe ab Altino ſubitò in vehiculo morbo quem apoplexin vocant, correptus Lucius, [6] depoſitus è vehiculo, detracto ſanguine Altinum perductus, quum triduo mutus vixiſſet,

SALMASIVS.

1 *Quod Marcus nollet.*] Pal. & v. ed. *Marcus quod nollet.*

2 *De quo bello quid per legatos.*] Idem liber: *quidem per legatos.* & mox: *quidem per duces noſtros geſtum eſt.* quem & ſequitur edit. Mediol. forte: *de quo bello quid & per legatos barbarorum pacem petentium, quid & per duces noſtros geſtum eſt, in Marci vita pleniſſime diſputatum eſt.*

5 *In urbem deſtinatus eſt.*] An ſolus Lucius deſtinatus eſt? atqui Marcus quoque cum Lucio fuit in eodem vehiculo, cum apoplexi correptus & ſimul in urbem ambo contendebant. ſupra in vita Marci; *via quoque poſtquam iter ingreſſi ſunt, ſedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexi arreptus periit.* ſed & Galenus qui eodem tempore ſcribebat, quo hæc acciderunt, de amborum imperatorum reditu loquitur in commentario περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: ἐπιβάντος οὖν μου τῆς Ἀκυληΐας, κατέσκηψεν ὁ λοιμὸς ὡς οὔπω πρότερον. ὥστε τοὺς μὲν αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην ἅμα στρατιώταις ὀλίγοις. & paucis poſt verbis ibidem narrat Lucii interitum in itinere quomodo acciderit. optime igitur Palatinus liber hoc loco legit, *in urbem deſtinatum eſt.* hoc eſt deſtinarunt imperatores Marcus & Verus.

6 *Depoſitus è vehiculo, detracto ſanguine.*] Hinc illi malevoli & iniqui de Marco ſermones, quod per Poſidippum medicum ſanguinem Vero intempeſtive emitti curaverit, ut refertur in vita Marci.

CASAVBONVS.

3 *Compoſito autem bello in Pannoniam.*] In Marco, *compoſueruntque omnia quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant.*

4 *Urgente Lucio Aquileiam rediret.*] In Marco, *Placuit autem, urgente Lucio, ut præmiſſis ad ſenatum literis, Lucius Romam rediret.* agnoſcis verba eadem: ſententia tamen diverſa nonnihil. Urbem ſane non Aquileiam deſiderabat Lucius. mutandum tamen nihil, niſi quis malit, *redirent*, pro *rediret*; nam ut dicitur in Marci vita, tranſcenſis Alpibus longius ab Aquileia ambo proceſſerant.

10 ſet, apud Altinum perit. Fuit ſermo quod & ſocrum Fauſtinam inceſtaſſet. Et dicitur Fauſtinæ ſocrus dolo, aſperſis oſtreis veneno extinctus eſſe: idcirco quod conſuetudinem quam cum matre habuerat, filiæ prodidiſſet: [1] quamvis & illa fabula quæ in Marci vita poſita eſt, [2] abhorrens à talis viri vita ſit exorta: quum multi etiam uxori ejus, [3] flagitium mortis aſſignent, idcirco quòd Fabiæ nimium indulſerat Verus: [4] cujus potentiam uxor Lucii vel Marci ferre non poſſet. Tanta ſanè familiaritas inter Lucium & Fabiam ſororem fuit, ut hoc quoque uſurpaverit rumor, quòd inierint conſilium ad Marcum è vita tollendum. [5] Idque quum eſſet per Agaclytum libertum proditum Marco, [6] ante adventum, Lucium Fauſtina nece prævenerat. [1] Fuit

1 *Quamvis & illa fabula.*] De extincto Vero fraude Marci, cùm illi venenum propinaſſet.

5 *Idem cum eſſet per Agaclytum libertum proditum M.*] Regius, *idque cùm eſſet per Ag. lib. proditum Marco, ante adventum Lucii Fauſtina occurrit, ne præveniret.*

GRUTERUS.

2 *Abhorrens à talis viri vita ſit exorta.*] Pal. *extorta.*

6 *Ante adventum, Lucium Fauſtina nece prævenerat.*] Abit à vulgatis Palatin. quippe in eo; *Ante adventum Lucium Fauſtina ne præveniret.*

SALMASIUS.

3 *Flagitium mortis aſſignent, idcirco.*] *Flagitium mortis aſſignent, & idcirco.* Pal.

4 *Cujus potentiam uxor Lucii vel Marci ferre non poſſet.*] Poteſt ſic accipi, ut conjunctis conſiliis uxor Marci cum uxore Lucii, cum potentiam Fabiæ ferre non poſſent, cui nimium & magis quam ſorori par eſſet, indulgebat Lucius, eam dolo ſuſtulerint: & ita *vel* pro *&* accipiemus, ut alibi locis aliquam multis. ſed ſatius eſt Palatinam lectionem ſequi quæ *vel Marci* non agnoſcit. varias tangit Capitolinus de morte Veri opiniones. cujus mortis cauſam, quidam Fauſtinæ aſcribebant, idcirco quod conſuetudinem quam cum matre habuerat, filiæ prodiderat. alii vero Lucillæ ipſi Lucii uxori facinus iſtud aſſignabant, quæ Fabiam pellicem & ex eo nimis potentem apud Lucium maritum ferre non poſſet. Nec vero intererat Fauſtinæ quam potens eſſet Fabia & quantum illi indulgeret Lucius, ſed uxoris Lucii, cui pellex erat Fabia. legendum igitur: *quam multi etiam uxori ejus flagitium mortis aſſignent, & idcirco quod Fabiæ nimium indulſerat Verus: cujus potentiam uxor Lucii ferre non poſſet.*

6 *Ante adventum, Lucium Fauſtina nece prævenerat.*] Quod habet mali vitiique locus hic, totum id correctoribus debet, quorum vitio vitioſior factus. nihil enim reperiri poteſt contaminatius: nec multum juvant libri qui omnes hac etiam in parte depravati feruntur. excepto Palatino, cujus codicis ea bonitas fuit, ut levioribus mendis quam ceteri, fere ſem-

[1] Fuit decorus corpore, [2] vultu geniatus, barba propè bar-

ſemper laboraret. hic idem, pro, *nece præveneras*, exhibet, *ne præveniret*. quod & vetus editio conſervavit. reliqua vero longe habet corruptiora. Ex illis vero veſtigiis non nobis fuerit difficile totum hunc locum in integrum reſtituere hoc modo: *Tanta ſane familiaritas inter Lucium & Fabiam ſororem fuit, ut hoc quoque uſurpaverit rumor, quod inierint conſilium ad Marcum è vita tollendum: idque cum eſſet per Agaclytum libertum proditum Marco, anteventum Lucium Fauſtina ne præveniret.* in quo reſtituendo nihil admodum licentiæ ſumpſimus, niſi quod *anteventum* fecimus, ex, *ante adventum*. quod autem narrat heic Capitolinus ejuſmodi eſt. Lucius cum Fabia ſorore conſilium inierat ad Marcum è vita tollendum. id cum prodidiſſet Marco Agaclytus Veri libertus, Fauſtina Lucium prævenit, ne præveniret, & hunc è vita ſuſtulit. Hoc idem ita ſcribit Dio vel ejus abbreviator: λέγεται γὰρ μετ' αὐτῆς τῆς πενθερᾶς Μάρκῳ ἐπιβεβουλευκώς, πρὶν δὲ τὸ δρᾶσαι, φαρμάκῳ διαφθαρῆναι. πρὶν τι καὶ δρᾶσαι. eadem volunt quod Capitolino, *anteventum Lucium ne præveniret*. hoc eſt, ne præveniret, præventum.

CASAUBONUS.

2 *Vultu gemmatus.*] Liber regius, *geniatus*, quem non ſequor. nam rectum eſt *gemmatus*. gemmata facies dicitur, in qua tumores crebri, ut de Tiberio ſcribit Suetonius. in idiotiſmo noſtro ſimilis metaphora: dicimus enim *viſage boutonné*. ſunt autem res affines gemmæ vitium, unde vox *gemmatus*: & illi erumpentes plantarum calyculi, unde traducta eſt vox Gallica. cùm autem ſine tumore maculoſus eſt vultus, Græci κατάστικτον & φακοψὸν vocant. Gloſſæ veteres, φακοψὸς, *lentiginoſus*, *ſparſo ore*. Terentius,

Rufamne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

GRUTERUS.

2 *Vultu gemmatus.*] Palatinus uterque ſubſcribit codici Regio, præfertque *geniatus*: quod magis arridet: præſertim cùm non meminerim *vultum gemmatum* Latinis uſurpatum pro eo qui abundet tumoribus.

SALMASIUS.

1 *Fuit decorus corpore, vultu gemmatus.*] Hanc lectionem *gemmatus* tueri placet eruditiſſimis viris adverſus omnium librorum authoritatem, qui *geniatus* præferunt: & vultum gemmatum accipiunt, in quo tumores crebri, quos in idiotiſmo noſtro vocamus, *boutons*. ego vero conſenſum librorum unanimem ſequor, & *geniatus* legendum contendo: & *vultu geniatum* interpretor qui facie ſit venuſta & geniali & plurimum grata atque amabali. nam geniatus eſt ὡραῖος. Iſidorus in Gloſſis: *Geniatus, genialis, gratus.* à voce enim genius, verbum geniare pro decorare, unde *degeniare* apud Caſſiodorum pro dedecorare, & devenuſtare. lib. v. *præterea commonemus ut præpoſitorum commoda non præſumas, nec quidquid eos poteſtatis habere reverenda ſanxit antiquitas, aliqua uſurpatione degenies.* ita enim legunt libri ſcripti, cum vulgati habeant, *deneges* & *degeneres*. ſed & verbo *degeniare* infra uſus Capitolinus, ut ibi oſtendemus. Genius igitur eſt venuſtas & gratia quæ Græcis ὥρα dicitur & χάρις. nam ita differt genius à forma, ut pulchritudo à venuſtate. & ſunt pulcri quidam qui tamen venuſti non ſunt. ſic aliqui vultu formoſi, qui minime tamen geniati dici poſſunt. geniatum igitur in vultu eſt τὸ χαρίεν. Sidonius Apollinaris in epithalamio Ruricii:

Quantus honos geniuſque genis ———

ſed & Vopiſcus in Carino genium ἀθλητικὸς uſurpavit pro eo quod Græci ὥραν σώματος dicunt. *frequens corruptor juventutis, pude*[illegible] *dicere quod in* litte-

barbaricè demiſſa, procerus, & fronte in ſupercilia adductiore venerabilis. Dicitur ſanè tantam habuiſſe curam flaventium capillorum,[1] ut capiti auri ramenta reſper-

litteras Oneſimus rettulit, ipſe quoque male uſus genio ſexus ſui. nam *male uti genio ſexus ſui*, eſt quod Græcis ἄῤῥα πωλεῖν. à genio etiam *genianum* antiqui dixere. unde *genianum triclinium* Varroni de re Ruſtica, & *geniana ſtilla.* ut olim reponere memini ſummum virum Joſephum Scaligerum. ex hac noſtra animadverſione nemini poterit eſſe ambiguum quin recte reſtituerimus hoc loco vocem *geniatus*, quam non recte exploſerant ſummæ eruditionis viri. ut *vultus geniatus* apud hunc Capitolinum, ſic *officium geniatum* Caſſiodoro variarum lib. III. form. III. *officium plane geniatum, efficax, inſtructum, & tota animi firmitate prævalidum.* quid *geniatum officium* appellarit, alibi explicat his verbis: *officium vero ejus tanta genii prærogativa decoratur ut militiæ perfunctus muneribus, ornetur nomine principatus.* idem lib. VI. form. XII. *magnum quidem multis & inter vices videtur eſſe geniatum publicæ utilitati probis actibus occupari.* & lib. eod. form. XX. *vultus quinetiam regnantium geniata obſequii pompa præmittit.* form. XXI. *geniatus indutus, veſtis gratioſa quam filio ſuo Priapo Venus dicitur texuiſſe.* & form. XXII. *redderis inter arma geniatus, proceſſio tua procinctualis ornatus eſt.* corrigendus idem Caſſiodorus eod. lib. form. XXIII. *conſidis gemmatum tribunal.* ſcribe, *geniatum tribunal.* ſic *genius judicis* apud eumdem lib. VII. cap. XXIV. & alibi, *geniata obſequia.* & paſſim geniatus pro pulcro & decoro, & qui habet genium. hinc *geniatus vultus* hoc loco ἄγαιος.

1 *Ut capiti auri ramenta reſpergeret.*] Duobus in locis habentur *auri ramenta* apud iſtos auctores, pro quibus ramentis ſemper aliquid aliud ſubſtituerunt antiqui correctores. nam vetus editio heic legit *ramenta.* & in Commodo, *irradiamenta.* utroque loco male, ut jam docuerunt eruditi. ramentum auri Græcis τρίμμα χρυσοῦ dicitur. unde etiam *auri trimmam* Latini dixere. trimma, trimmæ: ut ſchema, ſchemæ, & ſimilia. Anaſtaſius Bibliothecarius in vitis Pontificum, in Sylveſtri: *Fecit autem & cameram baſilicæ ex trimma auri fulgentem.* trimma auri eſt, auri raſura vel ramentum. ibi tamen corrigunt: *extremam ex auro fulgentem.* ineptiſſime. idem enim paulo ſupra etiam meminit auri trimmæ: *Cameram Baſilicæ ex auri trimma in longum & in latum pedibus quingentis.* ubi perperam legitur, *ex auro trimmte.*

CASAUBONUS.

1 *Ut capiti auri ramenta reſpergeret.*] Inepte vulgò, *ramenta*: etſi ita pleræque etiam membranæ. in Commodo recte, *capillo ſemper fucato, & auri ramentis illuminato.* Trebellius in Gallieno, *Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit.* ramentum, ſive, ut Plautus, ramentam, dixerunt & ſcobem, quod humi cadit cum lima aut ſcobina ſimilive inſtrumento aliquid atteritur. ſic plumbi ramenta, apud Cælium Aurelianum, & ſimilia paſſim. affines ſunt voces, raſura & raſamen. *raſuram eboris* leges apud Vegetium in arte veterinaria, quæ *ſcobs eborea* Scribonio Largo: *raſamen paſtæ* apud Marcellum empiricum. dicitur & *ferrago*, à ferra. nam quæ alii medici ramenta cornu cervini, Cælius Aurelianus *ferraginem* libro primo. idem libro quarto, *cum cervini cornu ferragine aſperſa, quam Græci rhinen vocant.* ſcribendum, *rhinema.* nam hujuſmodi ramenta Græci appellant ψήγματα, ξέσματα, πρίσματα, aut ῥινήματα. Herodianus de Commodo, ὡς τοῖς μὲν οἴεσθαι ῥινήματα χρυσοῦ προσιόντος ἐπιπάσσεσθαι, τοὺς δὲ ἐκθειάζειν. Porro veteres

ſpergeret, quò magis coma illuminata flaveſceret. Lingua impeditior fuit. aleæ cupidiſſimus, vitæ ſemper luxurioſæ, atque in pluribus Nero, [1] præter crudelitatem & ludibria. Habuit inter alium luxuriæ apparatum calicem cryſtallinum nomine Volucrem, ex ejus equi nomine quem dilexit, humanæ potionis modum ſupergreſſum. Vixit annis quadraginta duobus. [2] Impe- 11
ravit cum fratre annis undecim. Illatumque ejus corpus eſt Adriani ſepulcro, in quo & Cæſar pater ejus naturalis ſepultus eſt. Nota eſt fabula quam Marci non capit vita, quòd partem vulvæ veneno illitam, quum eam execuiſſet cultro una parte venenato,

[1] Mar-

veteres cum magnam haberent curam flaventium capillorum, uſi in eam rem medicamentis variis, quorum meminerunt medici in præceptis τῆς κομμωτικῆς, & Plutarchus in extremo Ερωτικῷ. ſunt etiam uſi nonnulli barbarorum aureatum bractearum intertextura quadam mirifica, cujus meminit Joannes Chryſoſtomus, in caput tertium epiſtolæ ad Coloſſenſes. ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, ait, χρυσοῦν ἔχει τὸ γένειον, τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, καθάπερ τινὰ κρόκην, οὕτω καὶ ταῖς ἐκείνου θριξὶν ἐμπλεκόντων τὰ πέταλα τοῦ χρυσοῦ. Alium χρύσωσιν capillorum indicat Valerius Flaccus libro ſexto.

——— *ſanguine tultus*

Et gravidæ maduere comæ, quas flore Sabæo

Nutrierat, liquidoque parens ſignaverat auro.

Neque hoc adeò mirum videri debet: nam & alias corporis partes deaurabant: ut papillas. Juvenalis:

——— *tunc nuda papillis*

Proſtitit auratis.

item ungues: Virgilius:

——— *præfulgens unguibus aureis.*

Servius, *ungues ſolent deaurari:* Statius:

——— *auro manſueverat ungues.*

Sed hæc exempla rarius uſurpata: inſperſio verò nitellæ aureæ, in frequentiore uſu poſita. Inventum eſt vetuſtiſſimum, ac, ſi Joſepho credere libet, rex quoque Salomon eo uſus in ornandis aulicis miniſtris vel ſatellitibus ſuis. Scribit enim ille octavo libro in mentione eorum juvenum, quos ait currus Salomonis ſolitos conſcendere: ἐπικεχοσμημένοι δ' αὐτοὺς, καὶ οἱ ἀναβαίνοντες, μηκίστας καθειμένοι χαίτας. ψῆγμα δὲ χρυσίου καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις. ὡς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀντανακλωμένης. inepte ex loco ψῆγμα χρυσίου vertit *auri tincturam*, Rufinus, ſive alius qui verſionem Rufini interpolavit: nam in antiquiſſimo codice Friderici Lindembruchii, viri eruditiſſimi, & propter ſingularem morum probitatem mihi chariſſimi, deſideratur integra illa periodus.

1 *Præter crudelitatem & ludibria.*] De crudelitate Neronis Suetonius capite XXXIII. *Ludibria* autem Capitolinus vocat, illud inſanum ejuſdem ſtudium ludicrarum artium: de quo multa Tranquillus.

2 *Imperavit cum fratre annis undecim.*] Imò novem, ut dudum probarunt viri docti: ſed eſt vetus error Victori, Eutropio, Cedreno, aliiſque communis. Euſebius è regione anni noni: *Lucius imperator anno regni nono, ſive, ut quidam putant, XI. extinctus eſt.*

[1] Marcus Vero porrexit: ſed hoc nefas eſt de Marco putari, quamvis Veri & cogitata & facta mereantur: [2] quod nos, non in medio relinquimus, [3] ſed totam purgatam confutatamque reſpuimus, quum adhuc poſt Marcum, præter veſtram clementiam, Diocletiane Auguſte, imperatorem talem nec adulatio videatur, potuiſſe confingere.

GRUTERUS.

1 *Marcus Vero porrexit.*] Sic melius Pal. quàm vulgatus, *porrexerit.*

3 *Sed totam purgatam confutatamque reſpuimus.*] Sic quoque Pal. abſque quo fuiſſet, prætuliſſem conjectaneum aliorum, *totum purgatum confutatumque.* Interim crimina hominibus adficta, aut incredibilia haberi aut credibilia, prout eis vita fuit, proba vel improba, demonſtravi Diſſertationum farragin locupletiſſima.

SALMASIUS.

2 *Non in medio relinquimus.*] Pal. *relinquemus.* & paulo poſt ex eodem legendum: *ſed totum purgatum confutatumque reſpuimus.*

CASAUBONUS.

3 *Sed totam purgatam confutatamque reſpuimus.*] Præceſſit vox *fabulam*: ſed longe, nec poteſt commodè repeti. Scribe igitur, *totum purgatum, confutatumque reſp.*

VUL-

[1] VULCATII GALLICANI V. C.

AVIDIUS CASSIUS.

2 AVIDIUS CASSIUS, ut quidam volunt, ex fami- 1
lia Caſſiorum fuiſſe dicitur, [3] per matrem ta-
men

CASAUBONUS.

1 VULCATII GALLICANI V. C.] Senatoria dignitate fuiſſe Vulcatium præditum indicio ſunt illæ notæ, v. c. id eſt, vir clariſſimus. fuit hic titulus diu ordinis ampliſſimi proprius. qui inde colligunt quintum fuiſſe conſulem, faciunt inepte. cum ne unum quidem hujus conſulatum auctoribus Faſtis poſſint probare. Ætatem Vulcatii & ſcripta ex ipſo cognoſcimus: cætera de illo, atque illius omnia præter hanc vitam invidit nobis vetuſtas, & qui

Καὶ τ' ἄλλα συνέχει πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.

2 AVIDIUS CASSIUS, *ut quidam volunt, ex familia Caſſiorum fuiſſe dicitur.*] Atqui ipſe Caſſius non genus trahere ſe à Caſſio, & ſtirpis originem, ſed nomen tantum L. Caſſii geſtare ſcribit. ait enim, *Ubi L. Caſſius, cujus nos fruſtra tenet nomen?* & refutat hanc fabulam Dio, qui non dubitanter Syrum natione prodit, Heliodori filium: de quo non ſemel ante diximus.

SALMASIUS.

1 VULCATII GALLICANI.] Huc uſque ordine procedunt libri in collocandis imperatorum vitis. turbant vero deinceps & miſcent omnia. nam hanc vitam rejiciunt poſt Didii Juliani, Commodi, Pertinacis vitas. an hunc ſcribendi ordinem ſequuti ſint authores neſcio. omnes ſane veteres cum ſcripti, tum editi in hac ſerie conſtanter conſpirant. De authore autem hujus Avidii Caſſii, non certiores nos dimittunt iidem libri. habui enim antiqua Spartiani excerpta ex Pal. Bibliotheca qui Spartiano cum reliquis ſupra ſcriptorum imperatorum libris attribuerent. Idem ſtili genius, eadem ſcribendi ratio in hoc ſcriptore deprehenditur atque in Spartiano, cui Pii, Marci, & Veri vitæ etiam in vetuſtis membranis feruntur aſcriptæ: eadem vero in multis prope verba, ut ſi diverſi ſint auctores cenſendi, uno veluti ore loquuti videri debeant. Spartianus in Ælio Vero ſub finem, propoſitum ait ſibi fuiſſe omnes qui poſt Cæſarem dictatorem vel Auguſti vel principes appellati ſunt, ſingulis libris exponere. hoc idem ait in hac vita Volcatius Gallicanus: *propoſuiſſe* ſcilicet, *omnes qui imperatorum nomen ſive juſte, ſive injuste habuerunt in litteras mittere, ut omnes purpuratos Auguſtos cognoſceremur.* ſub Diocletiano uterque vixit, & ad Diocletianum inſcripſit libros imperatorum & Auguſtorum vitam continentes, eodem orationis filo, eodemque prope contextu ſcriptos, ut jam diximus, ut hæc omnia pene me cogant illis excerptis adſtipulari, quæ auctorem Spartianum faciunt. ſed unde heic nomen Volcatii Gallicani, quod aliæ membranæ ſubminiſtrant? Vopiſcus certe hunc non nominat inter Hiſtoriæ Auguſtorum conſarcinatores, cum Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, Gargilium Martialem & alios recenſeat. unde unde nomen ejus huc irrepſerit, ſinamus illum tantiſper in hac poſſeſſione manere quam nactus eſt, donec certum & indubitatum ejus dominum invenerimus, qui eam ſibi vindicet, & loco pellat injuſtum poſſeſſorem.

CASAUBONUS.

3 *Per matrem tamen avo genitus Avi-*

men avo genitus Avidio Severo: qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates pervenerat. [1] Cujus Qua-

dio Severo.] Ita emendarunt viri docti lectionem primæ editionis, quam & nos in omnibus libris miro conſenſu reperimus: *per marem tamen novo genitus Avidio Severo.* in regio duæ voces transpoſitæ, *genitus novo A.* nihil hic video: nam fortaſſe aliud latet, quàm quod nunc editur. *avo genitus*, inſolens locutio.

GRUTERUS.

3 *Per matrem tamen avo genitus Avidio.*] Extat & in Pal. noſtro lectio illa primogeniæ editionis, *per matrem tamen novo genitus Avidio.*

SALMASIUS.

3 *Per matrem tamen avo genitus Avidio Severo.*] Præſtabat labore & opera ſuperſediſſent viri docti quam hujus loci emendationi navaverunt, quam ita nobis emendatum darent, ut neceſſe habeamus in antiquam eum mendam reſtituere, ut ſit emendatus. Quale eſt enim, ut Caſſius heic avum habeat, patrem non habeat? deinde quis unquam auctor ſic eſt locutus, ut diceret aliquem avo ſuo genitum? quid jam facient patres ſi avi gignunt? hoc reſtat ut genitores etiam dicantur. & ſunt quidem, ſed natorum, non vero nepotum ſuorum. ſed rationem putemus & an Avidii Caſſii avus fuerit, aut eſſe potuerit hic Avidius Severus, videamus. Teſtimonio Quadrati refertur, hunc fuiſſe virum ſummum & reip. neceſſarium & apud ipſum Marcum potentem, & eo imperante vivis ſublatum. ſic eodem pæne tempore, ſub eodem certe imperatore avus & nepos vixerint, magni & prævalidi fuerint, & etiam mortui ſint. Pater interea ubi eſt? aut quo ſub imperatore vixiſſe & periiſſe dicemus? nemo non videt abſurditatem. non enim moris habent iſti aut alii ſcriptores avum commemorare ut patrem diſſimulent. avos quidem aliquando ponunt, nonnunquam etiam prætermittunt, patres vero nunquam. ſed quid plura? vetus omnis habuit lectio, *ex Caſſiorum familia fuiſſe dicitur. per matrem tamen novo genitus Avidso Severo.* non ambiguum eſt illud *marem* corruptum eſſe pro *matrem.* & eandem nuper mendam in Arnobio offendimus, ubi ſic vulgariter ſcriptum habetur lib. IV. *nonne veſtris cantum eſt litteris adamatum eſſe ab Auroræ Tithonum, arſiſſe in Endymionem Lunam, Nereidem in Æacum, in Achillis genitorem Thetin, Proſerpinam in Adonem matrem ejus, Cererem in Jaſionem, &c.* quivis legendum videat, *Proſerpinam in Adonem, matrem ejus Cererem in Iaſonem.* Scribendum igitur etiam hoc loco, *ex Caſſiorum familia fuiſſe dicitur per matrem tamen, novo genitus Avidio Severo qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates pervenerat.* quorum hæc mens eſt. Caſſium ex familia fuiſſe Caſſiorum, ſed per matrem tantum: patrem enim novum hominem habuiſſe Avidium Severum. quod explicat dum ait, *qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates pervenerat.* Tale eſt enim novorum hominum fatum, ut ex nullis aut minimis principiis ad ſumma quæque perveniant & evehantur. & hi ſunt qui vulgo *novi homines* ſunt appellati.

1 *Cujus Quadratus in Hiſtoriis meminit.*] Quibus in hiſtoriis? Ῥωμαϊκὰ enim illum ſcripſiſſe ſuperius in vita Veri annotabamus, & Ῥωμαϊκὴν χιλιάδα. quam an hoc loco intelligat, neſcio. ita eſſe tamen ſentio. nam videtur illis libris Quadratus Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας, res Romanorum geſtas à primo anno urbis uſque ad milleſimum detexuiſſe, ut ibi jam diximus.

1 *Cùm*

Quadratus in hiſtoriis meminit: & quidem graviter, [1] quum illum ſummum virum & neceſſarium reipubl. aſſerit, [2] & apud ipſum Marcum Antoninum prævalidum. Nam jam eo imperante [3] periſſe fatali ſorte perhibetur. Hic ergo Caſſius [4] ex familia (ut diximus) [5] Caſſiorum, [6] qui in Caium Julium conſpirarunt, oderat tacitè principatum, nec ferre poterat imperatorium nomen: [7] dicebatque, nihil [8] eſſe gravius nomine imperii quod non poſſet è rep. tolli niſi per alterum impe-

CASAUBONUS.

1 *Cùm illum ſummum virum & Reip. neceſſarium aſſerit.*] Elogium hoc planè magnificum; & quod melius imperatori alicui conveniat, quàm privato duci, licet fortiſſimo. Sic Lampridio dicitur Alexander Severus, *juvenis optimus & Reip. neceſſarius*, Vopiſco Diocletianus, *vir Reip. neceſſarius*. ſed & de aliis viris magnis idem dicitur: de Caſſio Marcus ipſe paullò pòſt: & Decius Imp. in epiſtola ad Meſſalam, Claudium adhuc juvenem vocat *civem caſtris, ſenatui, & Reip. neceſſarium.* vim & decus elogii hujus agnoſcebat Saturninus, cùm fatalem ſibi purpuram ſumens, diceret amicis, *Neceſſarium, ſi non arroganter dicam, Reſp. virum perdidit.* aliò ſenſu Vopiſcus accipit, cùm Aurelium appellat, *principem neceſſarium magis quàm bonum*

3 *Periiſſe fatali ſorte.*] Ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών. Latini veteres, *fato concedere, fato fungi, naturæ concedere.*

6 *Qui in Curia in Julium conſpirarunt.*] Expreſſa eſt membranarum ſcriptura: alii, *qui in Caium Iulium conſpiraverant.* in regio καινοπρεπῶς illud, ut multa alia in his ſcriptoribus, *in Iulium conſpirarunt*, pro, inita conſpiratione occiderunt.

7 *Dicebatque nihil eſſe gravius nomine imperii.*]. Explevimus ex membranis mutilum ante & corruptum locum.

GRUTERUS.

5 *Caſſiorum qui in Curia in Julium conſpirarunt.*] Palatinus ſtat à vulgatis, *Caſſiorum qui in Cajum Julium conſpiraverant.*

8 *Nihil eſſe gravius nomine imperii.*] Vox *nihil* non viſitur etiam in Palatin. habet is tamen, *nomine*, non *nomen*, quod reſtat in vulgatis.

SALMASIUS.

2 *Et apud ipſum Marcum Antoninum prævalidum.*] *Et apud ipſum Marcum, prævalidum*, P. & v. ed. & ſane ita ſæpe ab authoribus nominatur, non adjecto Antonini cognomine, Græci etiam non aliter quam Μάρκον nuncupant.

4 *Ex familia Caſſiorum qui in curia in Iulium conſpirarunt.*] Non conſpirarunt in curia Caſſii, ſed conſpiratione ante inita, Julium in curia interfecerunt. nec dicendum eſt conſpiraſſe idem valere quod inita conſpiratione occidiſſe, ſed reſtituendum ex membranis Palatinis: *Hic ergo Caſſius ex familia ut diximus Caſſiorum qui in C. Julium conſpiraverunt.* facile eſt enim videre male feriatos homines ex illa nota, *in C.* feciſſe, *in curia.* editio Mediol. corruptè etiam habuit, *qui in Civilium conſpiraverunt*, ſed veritatem propius. peſſimæ igitur omnium nec ſequendæ illæ membranæ quæ *in Curia* retinuere.

7 *Dicebatque nihil eſſe gravius nomine imperii.*] Perperam in principe editione: *dicebatque eſſe gravius imperii nomen.*

imperatorem. Denique tentaſſe in pueritia dicitur extorquere etiam Pio principatum, [1] ſed per patrem virum ſanctum & gravem, [2] affectationem tyrannidis latuiſſe, [3] habitum tamen ſemper à ducibus ſuſpectum. [4] Vero autem illum paraſſe inſidias, ipſius Veri epiſtola indicat quam inſerui. Ex epiſtola Veri: *Avidius Caſſius avidus eſt imperii, quantum & mihi videtur, & jam inde ſub avo meo patre tuo innotuit, quem velim obſervari jubeas. Omnia ei noſtra diſplicent,*

1 *Sed per patrem virum ſanctum & gravem.*] Patrem Avidium Severum intelligit, quem de patre avum fecerant optimi correctores. Heliodorum tamen Caſſii patrem Dio nominat, & Syrum natione fuiſſe ſcribit. diverſos igitur ſecutus eſt authores Volcatius: niſi dicamus Avidium Severum Heliodorum fuiſſe dictum, quod non nimis à vera ratione longe fuerit. ſolemne enim Græcis unico tantum nomine appellare de quibus ſcribunt. ut Herodes Græcis tantum dicitur, qui erat Tit. Claudius Atticus Herodes. & Annium Marcum & Caninium Celerem, quorum in vita Antonini mentio, Marcum & Celerem tantum nominant. & ſic de ceteris quamplurimis, ut facile probari poſſet ſi id ageretur. *gravem* autem *virum & ſanctum* appellat Avidium Severum quem ſupra ex Quadrato viri ſummi, & Reip. neceſſariù elogio ornavit.

2 *Affectationem tyrannidis latuiſſe.*] Pal. *affectionem*, & v. ed. ſic infra paulo poſt, *miſera conditio imperatorum quibus de affecta tyrannide niſi occiſis credi non poteſt. affecta* pro *affectata.* ut *affectio* pro *affectatio.* vide quæ ſuperius in Hadriano nobis ſunt notata. ſic *trahere* pro *tractare*, & *tractus* pro *tractatus.* unde *rem trahere* pro rem tractare, de re tractare. Juſtinus l. XVI. *diu re inſe-natu tracta cum exitus non inveniretur.* ita enim in optimis libris fuiſſe teſtificatum reliquere viri docti. cui tamen ſimile non eſt illud Salluſtianum, *bellum trahere.* nam alio ſenſu dicitur pro bello moras addere. ſed heic *trahere* pro tractare & diſputare ponitur. unde *tractus* pro *tractatu.* optimæ Gloſſæ: *Tractum*, ζήτησιν. *Tractibus*, ταῖς πραγματείαις καὶ ταῖς διαλογίαις. nec mutandum in *tractatum* aut *tractatibus*, ut vulgo fieri animadverto. Julius Valerius in vita Alexandri: *o Cives viri, agitur hæc curia, ut video, ſuper tractu utrumne arma nobis adverſum ſint ſumenda, an eius conditionibus obſequendum. ſuper tractu*, id eſt, *ad tractandum.* ſic *oſtendere* pro *oſtentare*, & *oſtenſio* pro *oſtentatio.* ſic *affectio tenebricæ veſtis* pro affectatione apud Tertullianum in lib. de Pallio. ſic *affectores ſtupri* dixit Servius pro affectatoribus Æneid. III. *Phineus Agenoris filius, Thracum rex, vel ut quidam volunt Arcadiæ, Cleobulam Aquilonis & Orithyiæ filiam habuit uxorem, & ex ea duos filios quibus ſuperduxit novercam, quos noverca ad patrem tanquam ſtupri adfectores detulit.*

3 *Habitum tamen ſemper à ducibus ſuſpectum.*] Lege abſque præpoſitione: *habitum tamen ſemper ducibus ſuſpectum.*

CASAUBONUS.

4 *Vero autem illum paraſſe inſidias.*] Reg. *antè autem il.* quod poſſumus tueri. *antè*, id eſt, etiam prius quàm moreretur Verus: nam erupit Caſſii conjuratio mortuo demum illo. hic autem tempus illud intelligitur, quo Syriam regebat Verus.

1 *Opes*

plicent, [1] *opes non mediocres parat,* [2] *literas noſtras ridet.* [3] *Te* [4] *philoſopham aniculam, me luxurioſum morionem vocat. Vide quid agendum ſit: ego hominem non odi: ſed vide ne tibi & liberis tuis* [5] *non bene conſulat,* [6] *quum* [7] *tales inter præcinctos habeas,* [8] *quales milites libenter audiunt, libenter vident.* Reſcriptum Marci de Avidio 2
Caſſio: *Epiſtolam tuam legi, &* [9] *ſolicitam potius quàm imperatoriam,* [10] *& non noſtri temporis.* [11] *Nam ſi ei divinitus*

GRUTERUS.

1 *Opes non mediocres parat.*] Semper ſuſpectæ regnantibus divitiæ. Unde Tigellinus inſuſurrat auribus Neronis: *Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, &c.* l. XIV. Annal. cap. 57. ubi nos plura.

4 *Philoſopham aniculam.*] Sic quoque Palat. & rectè. ut enim ei Verus videbatur morio luxurioſus, ſic Marcus anicula Philoſopha. ita contrario modo Caligulæ dicta avia ſua Livia, *Ulyſſes ſtolatus*, cap. 23. Suetonii.

CASAUBONUS.

2 *Literas noſtras ridet.*] Philoſophiam: cujus ſtudium profitebatur Verus quo tempore ſe ad Marci mores agebat. vide infrà epiſtolam Caſſii.

3 *Te philoſopham aniculam.*] Videtur ſcribendum, *te philoſophum anic.* hoc eſt, quem vulgò homines pro philoſopho habent. σὺ τ̃ φιλόσοφον ἀπαγγελῶ γραΐδιον.

5 *Non bene conſulat.*] Regius *conſulatur.*

7 *Tales inter præcinctos habeas.*] Milites aut cinguli honore præditos. cingulum, ζώνη & στρατεία idem.

8 *Quales milites libenter audiunt.*] Cupidos rerum novarum, à quibus ingentia ſperant præmia. Tacitus, *mutatus princeps licentiam turbarum, & ex civili bello ſpem præmiorum oſtendebat.*

9 *Sollicitam potiùs quàm imperatoriam.*] Quaſi virtus imperatoris præcipua ſit τὸ εὔελπι, & fati ſui fiducia. quo animo qui ſunt, ii ſuſpicionibus non facile commoventur.

10 *Et non noſtri temporis.*] Hoc vult: Sollicitum eſſe & meticuloſum, non eſt imperatoris: certe meum non eſt, qui bonis artibus ad imperium acceſſi, & nullius facti mihi ſum conſcius, cur odio cujuſquam ſim dignus.

SALMASIUS.

3 *Te philoſopham aniculam.*] Φιλόσοφον γραΐδιον. nec mutandum *philoſopham* in *philoſophum.* magno enim contemptu ne philoſophum quidem Marcum appellabat Caſſius, ſed philoſopham aniculam. Philoſopha, ut medica.

6 *Quum tales inter præcinctos habeas.*] *Cincti* & *præcincti* ſunt & dicuntur milites. Petronius:

Qui pelago credit, magno ſe fœnere tollit.
Qui pugnas & caſtra petit præcingitur auro.

propter pecuniam quam in zona geſtabant milites. ſic infra cinctos pro militibus poſuit: *ut ſi quis cinctus inveniretur apud Daphnem diſcinctus rediret.*

8 *Quales milites libenter audiunt.*] Pal. *qualem milites*, & recte: de ſolo enim Caſſio loquitur & intelligit. legendum igitur: *ſed vide ne tibi & liberis tuis non bene conſulat, quum talem inter præcinctos habeas, qualem milites libenter audiunt, libenter vident.* Vide, inquit, ne tibi non vortat bene, talem inter præcinctos habere qualis eſt Caſſius, quem libenter vident & audiunt milites.

11 Nam

nitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus.[1] *Scis enim proavi tui dictum,*[2] *Succeſſorem ſuum nullus occidit. ſin minùs,*[3] *ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit.*[4] *Adde quòd non poſſumus reum*

CASAUBONUS.

11 *Nam ſi ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.*] Regius, *non poterimus reſiſtere.* quod lenitati Marci eſt convenientius. planè eſt illi ſimile in Actis apoſtolorum: ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται. εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτό.

1 *Scis enim proavi tui dictum.*] Mox avum appellat. ſic Verus imperator aliis nepos, aliis pronepos Hadriani dictus, ut ad patrem hujus obſervamus.

2 *Succeſſorem ſuum nemo occidit.*] Eſt in voce ὁμωνυμία. Succeſſorem appellamus tam illum qui ex voluntate principis, aut legibus regni vel imperii deſtinatur ſucceſſioni; quàm eum qui fatali lege ad ſucceſſionem, ſive debitam ſive indebitam, eſt deſtinatus. ille poteſt occidi; hic non poteſt: ſemper enim quicquid humanæ mentes moliantur, *Fata viam invenient.* Omnis hoc hiſtoria ſacra & prophana teſtatur. Sed impii & ingrati ſimus adverſus numen ſupremum, ſi hodie foris exemplum quæramus nos, qui tam recens, tam illuſtre domi habeamus.

SALMASIUS.

11 *Nam ſi ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.*] Annotat vir doctiſſimus Regium habuiſſe, *reſiſtere.* & id ut lenitati Marci convenientius probat. ſed ego perſpecta jam mihi multis rebus illius exemplaris impuritate, nihil ei credere propoſui: peſſimas enim ille ſemper & ſpurciſſimas exhibet lectiones, correctorum ſomnia. *interficere* igitur retinendum: addit enim, *etiam ſi velimus, non poterimus interficere.* & reſpondet epiſtolæ Veri qui cavendum Marco Caſſium cenſebat, & eum ex medio tollendum, ut ſuſpectum imperio: non eum poſſe interfici etiam ſi omnia fiant, cui divinitus debeatur imperium. & id confirmat dicto ſequenti, quod attribuit Hadriano: *ſucceſſorem ſuum neminem unquam imperatorem occidiſſe.*

GRUTERUS.

11 *Nam ſi ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere.*] Hocque eſt quod volebat Titus Imper. *Principatum fato dari.* quod examinat accuratius Plinius in Panegyrico ſuo, mox ab initio.

2 *Succeſſorem ſuum nullus occidit.*] Uſurpatum & Senecæ adverſus Neronem, ut patet ex Dionis Caſſii fragmentis apud Xiphilinum.

3 *Ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit.*] Haud aliter Cajus Memmius apud Sall. Jugurth. cap. 31. *Nihil vi, nihil ſeceſſione opus eſt: neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant.*

CASAUBONUS.

4 *Adde quòd non poſſimus reum facere quem nullus accuſat.*] Niſi adſit accuſator, inſtitui judicium non poteſt. Itaque ſævi principes cum aliquem imperio ſuſpectum vellent tollere, accuſatorem ſubmittebant: quod etſi iniquum eſt, ſpeciem tamen, ſaltem inanem, juſtitiæ habet. ideo Marcellinus de Conſtantino principe pernitioſiſſimo: *Nec vox accuſatoris ulla, licet ſubditi, in his cauſarum quærebatur certaminibus: ut ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum committerentur, quod aliquoties fecerunt principes ſævi.* Cæterum, quod ait hic Marcus, id nemo tam imperitus rerum eſt, quin videat

reum facere[1] *quem nullus accuſat, & (ut ipſe dicis) milites amant. Deinde*[2] *in cauſis majeſtatis hæc natura eſt,*[3] *ut videantur vim pati etiam quibus probatur. Scis enim ipſe quid avus tuus Adrianus dixerit, Miſera conditio imperatorum,*[4] *quibus de affectata tyrannide niſi occiſis non*

deat ſine diſtinctione neceſſarium non eſſe: cùm ſæpe in minoris momenti rebus accuſatorem non expectare judices teneantur.

GRUTERUS.

1 *Quem & nullus accuſat.*] Palatinus inſeruit particulam *&*, quæ non fruſtranea eſt. prudenter enim innuit, non facilè, non honeſtè, non tutò, recipiendum inter reos eum, cui nullus adeſt accuſator, & ſupereſt tamen favor militum,

3 *Ut videantur vim pati etiam quibus probatur.*] Sic uterque Palatinus; niſi quod excerpta adſcriptum haberent manu recentiſſima, *etiam ab his quibus probatur.* ſenſus verborum eſt, perire tamquam innocentes quos perculit lex majeſtatis. rationem reddidit Livia Auguſti apud Dionem libro LV. Οὐδεὶς γὰρ ῥᾳδίως πιστεύει ὅτι τις ἐν τῇ ἐξουσίᾳ καὶ ἐν δυνάμει τοσαύτῃ ὢν ὑπὸ ἰδιώτου τινὸς ἀόπλου ἐπιβουλευθῆναι δύναται: *Haud enim facilè creditur, eum qui in tanta potentia ac licentia vivit, ab inermi homine privatoque inſidiis peti poſſe.* Idem volunt iſta Dionis Chryſoſtomi, Oratione XXXIV. Τὰ δὲ νῦν, οἵ τε Μαλλῶται διαφέρονται πρὸς ὑμᾶς, αὐτοὶ μὲν ἅπαντα ἀδικοῦντες καὶ θρασυνόμενοι, τῷ δὲ ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολὺ ἥττους ἀεὶ, μᾶλλον τὴν τῶν ἀδικουμένων τάξιν ἀεὶ λαμβάνοντες. οὐ γὰρ ἃ ποιοῦσιν ἔνιοι σκοποῦσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας, ἢ βιαζομένους ἐθέλουσιν ἐξετάζειν πολλάκις, ἀλλ' οὓς εἰκὸς βιάζεσθαι τῷ δύνασθαι πλέον: *In præſenti verò Malotæ vobiſcum diſſident, ipſi quidem injurioſi & audaces in omnibus: quia verò imbecilles ſunt, multoque ſemper inferiores, in eorum habentur potius ordine qui injuriam patiuntur. Quidam enim non conſiderant quæ faciant, ſed qui ſint; neque injuriam facientes, neque violentiam paſſos volunt examinare plerumque, ſed quibus veriſimile ſit injuriam fieri ab iis qui plus valent.* Nec alio tendit illud Caracallæ apud Herodianum libri IV. cap. 8. Τοῖς μὲν γὰρ δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. καὶ τὸ μὲν ἡττηθὲν, τοῖς τοιούτοις ἀδικεῖσθαι, τὸ δὲ νικῆσαν ἀδικεῖν δοκεῖ: *Quippe infelices miſericordia, potentes invidia ſequitur: ac victus accepiſſe, victor attuliſſe injuriam videtur.* Quod ipſum ita ore Salluſtii extulit Micipſa Jugurth. cap. 10. *In omni certamine, qui opulentior eſt, etiamſi accipit injuriam; tamen quia plus poteſt, facere videtur.* Lipſius verba textus hujus emendanda putabat Epiſt. XVIII. Centuriæ Miſcellæ; legebatque, *etiam quibus parabatur*, vel, *& à quibus.*

CASAUBONUS.

2 *In cauſſis majeſtatis hæc natura eſt.*] Sic omnes libri: pro, *cauſſis m. h. nat. ineſt.* vel, *cauſſarum majeſtatis.*

3 *Ut videantur vim pati etiam quibus probatur.*] Ὡς δοκεῖν ἀδικεῖσθαι καὶ τοὺς σαφῶς ἐλεγχομένους. nihil video cur non Latina hæc oratio. ut ſæpe in libris juris actor cauſſam ſuam judici probare vel adprobare dicitur, cùm illi rationibus ſuis facit ſatis: ſic reo ſua accuſatio probatur, quando ille certis argumentis convictus tenetur. Quamobrem ſcripturam omnium librorum, *quibus probatur*, cenſemus retinendam.

SALMASIUS.

4 *Quibus de affectata tyrannide credi non poteſt.*] V. ed. *de affectu tyrannidis.* & po-

non poteſt credi. Ejus autem exemplum ponere [1] *quàm Domitiani* [2] *qui hoc primus dixiſſe fertur, malui.* [3] *Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum autoritatis quantum debent. Sibi ergo habeat ſuos mores, maximè quum bonus dux ſit & ſeverus, & fortis & Reip. neceſſarius.* [4] *Nam quod dicis, liberis meis cavendum eſſe morte illius, planè liberi mei pereant ſi magis amari merebitur Avidius quàm illi,* [5] *& ſi Reipub. expediet Caſ-*
3 *ſium vivere quàm liberos Marci.* Hæc de Caſſio Verus, hæc Marcus. Sed nos hominis naturam & mores breviter explicabimus. Neque enim plura de his ſciri poſſunt quorum vitam illuſtrare nullus [6] audet eorum cauſa à quibus oppreſſi fuerunt. [7] Addemus autem quem-

& poteſt *affectus* eſſe pro *affectio*, & utrumque pro *affectatio*, ut *animadverſus* apud Trebellium pro *animadverſio*. Palat tamen *de affecta tyrannide.* vide quæ ſupra nobis notantur.

CASAUBONUS.

1 *Quàm Domitiani.*] Suetonius capite XXI.

3 *Tyrannorum etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis q.*] Verum eſt Græcorum dictum,

> οὐχ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ πείθων, ἀλλ' ὁ τρόπος.

paulo aliter Euripides,

> —— Λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰών,
> Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

4 *Nam quod dicis, liberis meis cavendum eſſe morte illius.*] Hoc nuſquam dixit Verus expreſſe in ea certe quæ præcedit epiſtola: ſignificavit tamen non obſcurè, cùm imminens periculum ob oculos poneret. inepte ſcripta lectio, *mærore illius.*

6 *Et eorum cauſſa à quibus oppreſſi fuerint.*] Dele &. ac ſcribe *fuerunt.*

GRUTERUS.

2 *Qui hoc primus dixiſſe fertur, malui.*] Dictio, *malui*, non eſt in Palatino; ponitur quidem inter lineas, ſed ita, ut dicat ſcriba, ſubintelligendam.

SALMASIUS.

5 *Et ſi reip. expediet Caſſium vivere quam liberos Marci.*] V. ed. *expedit.* Græca autem figura, cui deeſt, *magis*, pro, *ſi reip. magis expedit Caſſium vivere quam Marci liberos.* cujus loquutionis exempla paſſim obvia apud authores cum Græcos, tum Latinos.

6 *Et eorum cauſa à quibus oppreſſi fuerint.*] Dele particulam &. *quorum vitam illuſtrare nullus audet eorum cauſa à quibus oppreſſi fuerint.*

CASAUBONUS.

7 *Addemus autem quemadmodum ad imperium venerit, & q.*] Tria ſe pollicetur dicturum: quomodo ad imperium venerit, quomodo fuerit occiſus, & ubi victus. Lege omnia quæ deinceps ſequuntur: miraberis ſcriptoris hujus ſupinitatem: vel fatum & cladem mecum miſeraberis. nam eorum quæ hîc proponuntur, quæque neceſſariò erant dicenda, alterum caput ita negligenter attingitur ut penè prætermiſſum jure videatur; tertium penitus omittitur. Quare aut ſupra modum obliviosus & dormitator Vulcatius hic fuit: aut, quod verius puto, multum ei perverſa quorundam

quemadmodum ad imperium venerit, & quemadmodum ſit occiſus & ubi victus. Propoſui enim Diocletiane Auguſte, omnes qui imperatorum nomen [1]ſive juſte ſive injuſtè habuerunt, in literas mittere, [2]ut omnes purpuratos Auguſtos cognoſceres. Fuit his moribus ut nonnunquam trux & aſper videretur, aliquando mitis & lenis, ſæpe religioſus, aliàs contemptor ſacrorum, [3]avidus vini, [4]interim abſtinens, cibi appetens, & inediæ patiens, veneris cupidus & caſtitatis amator. [5]Nec defuere qui illum Catilinam vocarent: quum & ipſe ſe ita gauderet appellari, [6]addens futurum ſe Ser-

ruudam induſtria nocuit. Omitto ἀταξίαν in hoc libello inſignem: cujus alibi cauſſam quæ videtur eſſe expoſuimus.

GRUTERUS.

1 *Sive juſtè ſive injuſtè.*] Pal. non agnoſcit illud *ſive juſtè.*

SALMASIUS.

2 *Ut omnes purpuratos Auguſtos.*] Nec Auguſtos tantum, ſed etiam Cæſares & qui quoquomodo παρίεσαν τῆς ἀρχῆς. Spartianus in Vero: *quia mihi propoſitum fuit omnes qui poſt Cæſarem dictatorem, hoc eſt D. Iulium vel Cæſares vel Auguſti vel principes appellati ſunt, quique in adoptionem venerunt, vel imperatorum filii aut parentes Cæſarum nomine conſecrati ſunt.*

3 *Avidus vini, interim abſtinens, cibi appetens, inediæ patiens.*] Brevius in excerptis, ſed alia mente: *avidus vini, abſtinens cibi, veneris cupidus. nec defuere qui illum Catilinam vocarent.* præfero tamen vulgatam, quam præfert etiam optimus Pal. quæ magis quadrat in varietatem morum Caſſii: qua quidem natura pro temporibus & locis mores ſuos variandi, Catilinam illum optime referebat. unde & Catilina etiam dictus Caſſius. quam morum Catilinæ verſatilem & ad omnia aptam habilemque varietatem graphice & luculenter deſcribit pro Cælio Cicero: *verſare inquit ſuam naturam, & regere ad tempus atque huc & illuc torquere & flectere: cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde: cum ſenibus graviter, cum juventute comiter: cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere. Hac ille tam varia multiplicique natura, cum omnes omnibus ex terris homines improbos audaceſque collegerat: tum etiam multos fortes viros & bonos ſpecie quadam virtutis aſſimulatæ tenebat.* adi locum. non pœnitebit lectionis.

4 *Interim abſtinens.*] *Interim* pro *interdum*, ut ſæpe, quod multis locis occurrit apud Senecam in Tragœdiis. Palatinus tamen heic legit: *item abſtinens.* forte, *idem avidus vini, idem abſtinens.* nec negem tamen *item* heic legi poſſe.

CASAUBONUS.

5 *Nec defuere qui illum Catilinam vocarent.*] Non ſolùm propter ſimilem conjurationem; ſed magis propter morum ſimilitudinem. itaque auctor in deſcriptione, quæ præcedit, morum Caſſii, locum Saluſtii reſpexit, ubi ſuis coloribus Catilina eſt depictus. inde & verba quædam mutuatur Capitol.

6 *Addens futurum ſe Sergium ſi dialogiſtam occidiſſet.*] Ea væcordia fuit Caſſius, ut non ſolum Catilina audiret lubens; ſed ultro etiam diceret, ſe vel Sergium dici velle, ſi modò Marcum occidiſſet. oportet Sergium extre-

Sergium, ſi dialogiſtam occidiſſet, [1] Antoninum hoc nomine ſignificans: qui tantum enituit in philoſophia, ut iturus ad bellum Marcomannicum, [2] timentibus cunctis

extrema linea improbum fuiſſe: cum ejus comparatione parum malus ſit perditiſſimus ille perduellium Catilina. Quis autem hic Sergius? quæſiverunt ante nos viri eruditiſſimi, nec invenerunt. Aio illum ipſum eſſe Catilinæ libertum, vel cognatum, & conjuratione ſocium, quem lacerat ac proſcindit meritò divina illa M. Tullii δεινότης. ejus verba ſunt in ea Pro domo ſua ad pontifices. *Quis eſt Sergius? armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis* (Clodium alloquitur,) *ſignifer ſeditionis, concitator tabernariorum, damnatus injuriarum, percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ.*

SALMASIUS.

6 *Addens futurum ſe Sergium ſi dialogiſtam occidiſſet.*] Pugnat heic cum Dione Volcatius ſive Spartianus, qui diſertim ſcribit Caſſium ne leviſſima quidem unquam contumelia aut minimo maledicto Marcum perſtrinxiſſe, ut nec ipſum Caſſium à Marco convitiis ullo modo laceſſitum, niſi quod ingratum eum ſæpius compellaverit. ταῦτα μὲν, inquit, ὁ Μάρκος καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας εἶπε, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν ἔγραψεν, οὐδὲν οὐδαμοῦ τὸν Κάσσιον κατηγορήσας, πλὴν ὅτι ἀχάριστον αὐτὸν συνεχῶς ἀπεκάλει. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνος ὑβριστικόν τι εἶπέ ποτε εἰς τὸν Μάρκον, ἢ ἔγραψε. at heic *dialogiſtam* vocat Marcum, & ſupra in litteris Veri, *philoſopham aniculam* appellabat: quod longe abeſt ab illa moderatione modeſtiaque quam in illo prædicat Dio, qui tradit nec maledicum quidquam aut contumelioſum in Marcum ab illo unquam dictum ſcriptumve.

CASAUBONUS.

1 *Antoninum hoc nomine ſignificans.*] Nihil admodum erat opus, ut hanc interpretationem Capitolinus adjiceret: eſt enim manifeſtiſſimum Marcum intelligi à Caſſio: qui in epiſtola ad generum, *Marcus Antoninus*, ait, *philoſophatur, & quærit de clementia, & de animis, & de honeſto, & de juſto.* his verbis exponitur vox *dialogiſta*. ſed magis eam Marcus ipſe nobis aperit, qui ſe puerum Dialogos teſtatur ſcripſiſſe, Παρὰ Διογνήτου, ait, τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί. ſed videtur poſtea pœnituiſſe Marcum ejus ſcripti: ſubjicit enim ibidem, παρὰ δὲ Ῥουστίκου τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ χρῄζειν προτρεπτικὰ λογάρια μὴ διαλέγεσθαι. Cauſſam ex ſequentibus ibi verbis augurari licet: quod id genus ſcriptionis multa habeat φαντασιόπληκτα, & ad oſtentationem comparata.

2 *Timentibus cunctis ne quid fatale provenniret, rogatus ſit n*] Melius in regio, *eveniret.* Aurelius Victor: *Conſtat tantum Marco ſapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac literarum fuiſſe, ut is Marcomannos cum filio Commodo, quem Cæſarem ſuffeceat, petiturus, philoſophorum obteſtantium circumfunderetur, ne ſe expeditioni aut pugnæ priùs committeret, quàm ſectarum ardua & occulta explanaviſſet. Ita incerta belli e jus ſalute, doctrinæ ſtudiis metuebantur.* Hæc Victor: ſed ſcribendum, *philoſophorum obteſtantium vi circumf.* & deinde, *Ita incerta belli in ejus ſal.* C. Plinius epiſtolarum libro primo, de Tito Ariſtone ægrotante: *nihil eſt illo gravius, ſanctius, doctius: ut mihi non unus homo, ſed literæ ipſæ, omneſque bonæ artes in uno homine ſummum periculum adire videantur.*

SALMASIUS.

2 *Timentibus cunctis ne quid fatale provenirct.*] *Provenire* pro *evenire.* nam *provenire alicui* pulcre dicitur & procedere. nihil igitur mutabimus. quod ad rem autem ipſam attinet, ſic eam narrat

cunctis [1] nequid fatale proveniret, rogatus ſit non adulatione ſed ſeriò, ut præcepta philoſophiæ ederet: [2] nec ille timuit, ſed [3] per ordinem parænesceôn, [4] hoc eſt præceptionum, per triduum diſputavit. Fuit præterea diſciplinæ militaris Avidius Caſſius tenax, & qui

narrat Aurelius Victor, quem & diſtinctione juvabimus: *tantumque Marco ſapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac litterarum fuiſſe ut is Marcomannos cum filio Commodo petiturus philoſophorum obteſtantium circumfunderetur; ne ſe expeditioni aut pugnæ prius committeret, quam ſectarum ardua & occulta explanaviſſet. ita incerta belli, ejus ſalute, doctrinæ ſtudiis metuebantur. ita metuebantur incerta belli doctrinæ ſtudiis, ejus ſalute*, id eſt, per ejus ſalutem, cujus ſalus, doctrinæ ſtudiorum ſalus eſſe exiſtimabatur ab omnibus. poſſet etiam ſcribi: *ejus ſaluti & doctrinarum ſtudiis metuebantur*, ita ut in eodem periculo verſari viderentur unius Marci ſalus & doctrinarum ſtudia. in ſuperioribus autem rectiſſime vir præſtantiſſimus emendavit: *philoſophorum obteſtantium vi circumfunderetur.*

GRUTERUS.

1 *Ne quid fatale proveniret.*] Ita Palatinus. neque temere mutaverim; cum non ſit auctor iſte ex eis qui nobis præſcribere debeat proprietatem linguæ Latinæ.

2 *Nec ille timuit.*] Sic quoque Palatinus. quod ſi retinemus; indicat, non refugiſſe eam diſſerendi provinciam Marcum, tamquam qui eidem ſufficeret.

SALMASIUS.

2 *Neque ille timuit.*] Neque heic quidquam mutare auſim nec tamen ita accipere vellem, ut de ſermunculis rumuſculiſque malevolorum intelligamus quos non timuiſſe dicatur hoc loco Marcus, qui nihil ad rem faciunt, ſed potius, *neque ille timuit*, de fatali neceſſitate quam non timuit Marcus cum ad illud bellum Marcomannicum proficiſceretur: cum enim cuncti timerent pro Marco ne quid illi fatale proveniret, eoque peterent amici ut philoſophiæ præcepta vellet edere; ipſe non timuit, ſed libenter amicorum voluntati obſequutus eſt. non enim aliter hæc poſſunt exponi.

3 *Per ordinem paræneſeos.*] Probo, *paræneſeôn*, quod vir doctiſſimus reponendum cenſuit. in librum autem Marci verſiculos Græcos neſcio cujus auctoris in vetuſtis membranis repeperi, quos heic aſcribere non pigebit: nondum enim quod ſciam ſunt editi.
Εἰς βίβλον Μάρκου δακτυλικὰ τετράμετρα βραχυκατάληκτα.

Εἰ λύπης κρατέειν ἐθέλεις,
Τήνδε μάκαιραν ἀναπτύσσων
Βίβλον ἐπέρχεο εὐδικέως·
Ἧς ὕπο γνώμην ὀλβίστην,
Ῥεῖά κεν ὄψεαι ἐσσομένων,
Ὄντων, ἠδὲ παρῳχομένων
Τερπωλὴν ἀνίην τε
Καπνοῦ μηδὲν ἀρειοτέρην.

CASAUBONUS.

2 *Nec ille timuit.*] Quid autem poterat timere? an ſermunculos malevolorum qui ſtudia ſapientiæ vitio illi verterent? ita exponendum neceſſario: niſi malis ſcribere, *renuit*, vel *abnuit*.

3 *Per ordinem paræneſios.*] Vel *paræneſeôn*, ut ſuadet ſequens interpretatio.

4 *Hoc eſt præceptionum.*] Cenſeo inducenda: nondum enim ætate Capitolini ita exaruerat Græcarum literarum ſtudium, ſine quibus nulla poteſt eſſe eruditio ſolida, ut voculæ præcedenti adjicienda eſſet interpretatio.

4 [1] & qui ſe Marium dici vellet. Quoniam de ſeveritate illius dicere cœpimus, multa extant crudelitatis potius quam ſeveritatis ejus indicia. Nam primum milites qui provincialibus aliquid tuliſſent per vim, in illis ipſis locis in quibus peccaverant, in crucem ſuſtulit. [2] Primus etiam in ſupplicii genus invenit [3] ut ſtipitem grandem poneret [4] pedum octoginta & centum, [5] id eſt materiam, & a ſummo uſque ad imum damnatos ligaret: & ab imo focum apponeret, [6] incenſiſque aliis

1 *Et qui ſe Marium dici vellet.*] Regins, *Mallium Marcum* merum ſterquilinium: ſed unde aurum effodimus vel primæ indicaturæ. Nam ſcripſerat auctor, *& qui ſe Manlium aut Marium dici vellet.* Nota ſunt Manliana imperia, & unde dicta. Confirmat unice hiſtoria ſequens de punitis à Caſſio centurionibus: quo judicio vetus Manlii exemplum crudelitatis eſt renovatum.

SALMASIUS.

1 *Et qui ſe Marium dici vellet.*] Ita omnes libri, nec de Manlio quidquam ſuggerunt: quem ſi heic locum habere vellemus, Marium illi cedere, Manliano prope imperio, juberemus. ſed quoniam non admittunt libri, aves noſtræ, hoc interim Mario contenti erimus, pro Catone ſcilicet.

3 *Ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum; id eſt materiam.*] *Materiam* pro gloſſamento volunt irrepſiſſe: ego contra cenſeo, non de nihilo additum nam ſtipites grandes ad eum modum, ut octoginta vel centum pedes alti, *materiæ* proprie dicebantur, ut materiæ quinquagenariæ, quæ pedum eſſent quinquaginta: ſic centenariæ, quæ centum pedes haberent: octogenariæ, quæ octoginta: Ammianus Marcellinus lib XVIII. *Et auxiliarii milites ſemper munia ſpernentes hujuſmodi ad obſequendi ſedulitatem Juliani blanditiis deflexi, quinquagenarias longioreſque materias vexere cervicibus ingravate & fabricandi miniſteriis opem maximam contulerunt.* ubi nuperus corrector argutatur *materias quinquagenarias* poni pro valde magnis, ut *centenariæ roſæ* Tertulliano, & *centenarii nummi* Lampridio. in quo fugit eum ratio. nam quinquagenariæ materiæ, ut dixi, ſunt quinquaginta pedum. ut centenariæ centum, & ſimiles.

CASAUBONUS.

2 *Primus etiam.*] Regius, *Primitus etiam.*

4 *Pedum octoginta & centum.*] Hoc eſt, aut octoginta, aut centum.

5 *Id eſt materiam.*] Reg. *idem materiam.* ego hæc cenſeo gloſſema eſſe vocis *ſtipitem.*

GRUTERUS.

5 *Id eſt materiam.*] Nimis reſipit gloſſam; & is à quo nata eſt, retulit forte magis ad *focum* infra, quam ad *ſtipitem.*

SALMASIUS.

6 *Incenſiſque aliis alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret.*] Tria heic mortis genera indicantur, cum alii igne, fumo alii; etiam quidam timore tantum necarentur. miror tamen qui fieri potuerit, ut timore ſolo necarentur, ad quos nec fumus nec ignis perveniret. Non id, opinor, auctor voluit, timore ſolo quoſdam etiam necatos fuiſſe. Palatinus liber habet: *incenſiſque aliis, alios fumo cruciato, timore etiam necaret.* ne dubita ſcribere: *incenſiſ-*

aliis [1] alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret. Idem denos catenatos in profluentem mergi jubebat, vel in mare. Idem multis deſertoribus manus excidit, aliis crura incidit ac poplites, dicens [2] majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi quam occiſi. Quum exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria centurionibus ſuis auctoribus, tria millia Sarmatarum negligentius agentium in Danubii ripis

cenſiſque aliis, alios fumo cruciatos, etiam timore, necaret. hoc verum eſt, cum alios incendiſſet, alios fumo cruciatos, etiam timore, ignis ſcilicet, necabat. Fuit autem & hoc ſupplicii genus quo ſolo fumo rei puniebantur, iſque plurimum fumus ex lignis humidis & viridibus fiebat, & ex earum maxime arborum genere, quarum καπνὸς δριμὺς, ut eſt ficus & ſimiles. Lucian. in Peregrino vel Proteo: τὸ τέλος δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ χρὴ ζηλοῦν καὶ πυρὰν συνθέντας κορμῶν συκίνων ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῶν ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾶν ἐστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ διὰ τοῦ καπνοῦ. ex quibus tamen verbis poteſt liquere non admodum uſitatum, imo nullo modo tunc conſuetum ſupplicii genus per fumum necandi. Nam & ἀνδροφόνοι & ἱερόσυλοι igne comburebantur, non fumo: & vult illo genere cruciatam vitam emittere Cynicos Lucianus, ut qui viverent non aliorum hominum more, perirent & non ſolita cæteris hominibus etiam nocentiſſimis & perditiſſimis morte. ὥστε ἄμεινον, inquit, τὸ διὰ τοῦ καπνοῦ· ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο. quibus oſtendit animalia gloriæ & fumorum venditores Cynicos non alia convenientiore morte finire vitam poſſe quam διὰ καπνοῦ, ut fumo ſcilicet perirent, qui fumum per totam vitam vendiderant, quod fecit etiam Alexander in fumi venditore quem ſub hoc elogio puniri juſſit, *Fumo punitur qui vendidit fumum.* vetus tamen & uſitatum olim fumi ſupplicium patet ex epiſtola Ciceronis ad Quintum fratrem in qua hæc leguntur: *illum crucem ſibi ipſi conſtituere ex qua tu eum ante detraxiſſes, te curaturum fumo ut combureretur tota plaudente provincia.*

CASAUBONUS.

1 *Alios fumi cruciatu.*] Et fumus pro inſtrumento ſævitiæ crudelibus tyrannis uſurpatus. habes exemplum apud Martyrologiorum ſcriptores, in paſſione Felicis presbyteri & aliorum ſanctorum martyrum, qui Valentiæ Cavarum ἐπνίγησαν: item alibi, in illis hiſtoriis. Caſſii vero exemplum omni execratione dignum. Ne Alexandrum quidem Severum laudo, optimum alioquin principem, qui fumo ex ſtipulis & humidis lignis facto, eum puniit, qui vendiderat fumum.

GRUTERUS.

2 *Majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi quam occiſi.*] Hinc Argumentum Senecæ lib. 1. de Clementia cap. 21. *Perdidit vitam qui debet: & quiſquis ex alto ad inimici pedes abjectus, alienam de capite ſuo ſententiam exſpectavit, in ſervatoris ſui gloriam vivet, pluſque nomini ejus conferet incolumis, quam ſi ex oculis ablatus eſſet. Aſſiduum enim ſpectaculum alienæ virtutis eſt: in triumpho, cito tranſiſſet.*

ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, quòd perparva manu tantum hoſtium, ſegnius agentibus tribunis & ignorantibus, occidiſſent, rapi eos [1] juſſit & in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, quod exemplum non extabat: dicens evenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ, [2] ac periret Romani imperii reverentia. Et quum ingens [3] ſeditio in exercitu exorta eſſet, proceſſit [4] nudus [5] campeſtri ſolo tectus, & ait, [6] *Percutite* (inquit) *me ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite.* Tunc conquieſcentibus cunctis [7] meruit timeri, quia non timuit. Quæ res tantum diſciplinæ Romanis addidit, [8] tantum terroris barbaris injecit, ut pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent: ſiquidem viderant damnatos Romani ducis judicio etiam eos qui

con-

CASAUBONUS.

1 *Juſſit in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, quod exemplum non extabat.*] Supplicium enim militare non fuit, crux: ſed ſecuris, vel etiam gladius: inter quæ ſuppliciorum genera plurimum intererat. Sed & in crucem acti milites interdum, transfugæ præſertim. Valerius Maximus libro ſecundo de ſuperiore Africano: *gravius in Romanos, quam in Latinos transfugas animadvertit: illos enim tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit; hos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit.*

4 *Nudus, campeſtri ſolo tectus.*] Regius, *ſagulo.* Campeſtre ſagulum legi alibi nuſquam: campeſtre [illegible] quid ſit, ſcimus. quare nihil mutamus. Ac videtur Caſſius è campo ubi ſe exercebat recta ad milites profectus.

6 *Percutite me, ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite.*] Julius Blæſus apud Tacitum, *Mea potiùs cæde imbuite manus:* mox, *jugulatus pœnitentiam accelerabo.*

7 *Meruit timeri quia non timuit.*] Lucanus in ſimili narratione de Cæſare qui cæſpititium tribunal aſcenderat, integram legionem exauctoraturus:

—— ſtetit aggere fulti
Cæſpitis intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens: atque hæc ira dictante profatur.

SALMASIUS.

3 *Seditio in exercitu exorta eſſet.*] *In exercitum exorta eſſet*, vetus lectio. *in exercitum* pro in exercitu, ut Ciceroni *in civitatem* pro in civitate. ſic infra apud Spartianum in Severi vita; *Commodum in Senatum & concionem laudavit.*

GRVTERVS.

2 *Ac periret Romani imperii reverentia.*] Quæ ad hujus loci explicationem faciunt, petenda ex oratione Papyrii contra Fabium, Livii libro VIII. cap. 34.

5 *Campeſtri ſolo tectus.*] Haud aliter Pal. neque aliter ſcribi debet.

8 *Tantum terroris barbaris injecit.*] Idem effectus diſciplinæ memoratus Tacito, ſub Domitii Corbulonis ducatu: *Ceterum is terror milites hoſteſque in diverſum afficit. nos virtutem auximus; Barbari ferociam infregerunt.* lib. XI. Annal. cap. 19.

1 De

contra fas vicerant. [1] De hoc multa gravia contra militum licentiam facta inveniuntur apud Æmilium Parthenianum, [2] qui affectatores tyrannidis jam inde à veteribus hiſtoriæ tradidit. [3] Nam & virgis cæſos in foro & in mediis caſtris ſecuri percuſſit, qui ita meruerunt: [4] & manus multis amputavit. [5] Et præter lardum ac buccellatum atque acetum, militem in expeditione [6] portare prohibuit: & ſi aliud quippiam reperit, luxuriem non levi ſupplicio affecit. Extat de hoc epiſtola divi Marci ad præfectum ſuum talis: *Avidio Caßio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, [7] & Daphnicis moribus*

CASAUBONUS.

1 *De hoc multa gravia c.*] Eſt durius dictum, pro, *hujus multa gr.* ſed ita ſcripti: & poteſt ferri.

4 *Et manus multis amputavit.*] Regius, *militis.* ſed obſtant ſuperius poſita hæc; *multis deſertoribus manus excidit.*

5 *Et præter lardum & buccellatum atque acetum*] *Lardum* veteres ſcribunt, non *laridum.* buccellatum ſciunt jam omnes eſſe ξηρὸν ἄρτον, quo plurimum alebantur milites. etiam illud omnibus notum, ordinarium potum Rom. militum acetum fuiſſe. de his in libris juris adfatim, & recentioribus Græcis ac Latinis.

6 *Portare prohibuit*] Erat uſitatius, portare quicquam prohibuit.

SALMASIUS.

1 *De hoc multa gravia.*] *De hoc* pro *hujus.* ut ſupra, *municipium ex Spania* pro municipium Spaniæ. *caput de Aquila* apud agrimenſores, eſt *caput Aquilæ.* apud Anaſtaſium de vitis Pontificum: *Hic fecit veſtes de altari in eccleſia ſalvatoris dei genitricis*: pro *veſtes altaris.* ſic in epiſtolis Pontificum à Gretzero editis: *ante præſentiam de veſtris miſſis*, pro *ante præſentiam miſſorum veſtrorum.* ſic miles de ſtipendiis quattuor, pro *ſtipendiorum* in veteri lapide.

2 *Qui affectatores tyrannidis.*] V. ed. *affectores.* vide quæ ſuperius de hoc genere locutionis nobis ſunt obſervata.

3 *Nam & virgis cæſos in foro.*] Eadem v. ed. *Nam & virgis cæſit in foro & in mediis caſtris ſecuri percuſſit.* quod fere probem. *cæſit* autem pro cecidit, ut *occiſit*, pro *occidit*, & *occiſerit* pro *occiderit*: quod in libris manu exaratis ſæpe occurrit. in lege Salica titulus, *ſi quis ſervus hominem occiſerit.* &, *de quadrupedibus ſi hominem occiſerit.* & aliis locis. non ita tamen hoc probo, ut editam lectionem damnem. melius tamen legatur, *occidit.*

GRUTERUS.

5 *Præter laridum.*] Sic etiam Palat. neque vox ea neceſſario diminuenda vocali tertia. nam ita quoque invenitur tribus ſyllabis apud alios auctores, etiam Plautum, cujus numeri ruant tali contractione.

SALMASIUS.

7 *Et Daphnicis moribus agentes.*] Pal. & v. ed. *Daphnidis moribus agentes.* forte, *Daphnitis moribus.* & *Daphnitæ mores*, pro Daphnitici. nam Δαφνίτης ἐθνικὸν eſt ab illa Daphne quæ heic intelligitur, & κτητικὸν Δαφνιτικός. at Δαφνικὸς nullo modo dicitur. Daphnidis autem pro Daphnitis. ſupra, *Cæden* pro *Cæten.* fortean & Daphnidis pro Daphnidiis, ut Memphidius pro Memphiticus in veteri epigrammate:

moribus agentes, [1] *quas totas excaldantes ſe reperiſſe Caſſonius Vectilianus ſcripſit. & puto me non erraſſe, ſiquidem & tu notum habeas Caſſium, hominem Caſſianæ ſeveritatis & diſciplinæ.* [2] *neque enim milites regi poſſunt niſi vetere diſciplina.* [3] *Scis enim verſum* [4] *à bono poëta dictum & omnibus frequentatum,* Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque. *Tu tantum fac adſint legionibus abundè commeatus. quos (ſi bene Avidium novi) ſcio non perituros.* Reſponſio præfecti ad Marcum, *Rectè conſuluiſti, mi domine, quod Caſſium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit quam homo ſeverior* [5] *Græcanicis militibus. Ille ſane* [6] *omnes excal-*

A quo vix avidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Devotuſque ſacris incola Memphidiis.

ſed *Daphnitis* melius.

CASAUBONUS.

1 *Quas totas excaldantes ſe r.*] Lampridius in Alexandro: *cum Antiochiam veniſſet, ac milites lavacris muliebribus ac deliciis vacarent.* lavacra muliebria appellat, quas Capitolinus *excaldationes.* Carinus apud Vopiſcum *aquam muliebrem.* raro his viri utebantur à luxuria alieni interdum tamen. Lampridius de Alexandro: *unctus lavabatur, ita ut caldariis vel nunquam vel raro, piſcinæ ſemper uteretur.* Hæc ſunt balnea quæ libro primo Codicis vetantur ab hoſpitibus ſuis exigere vel præcipui militiæ duces, nedum caligati milites. Chryſoſtomus in priorem ad Timotheum: σπαλώσης λουτροῖς καὶ θεάτροις ἐγχρονίζειν, καὶ περιεργασίαις, καθάπερ τις λεπτοπώλης κοινή). vox λουτρὰ hic non de quibuſvis lavacris, ſed de excaldationibus accipienda. nam in piſcinis lavationes & ψυχρολουσίαι omnes, etiam ad firmandum corpus valent: cum θερμολουσίαι ut ſæpe reperit Galenus, corpora reddant ἀσθενῆ καὶ μαλακά imo & animos quoque cum corporibus corrumpant: ut præclare diſputat etiam Chryſoſtomus in epiſtolam ad Hebræos, homilia XXIX. *Excaldare* apud Marcellum medicum idem ac calefacere: heic vero eſt λουτροῖς ἑαυτὸν διαθερμαίνειν, quod ſæpe apud Galenum legas.

3 *Scis enim verſum à bono poëta dictum, & omnibus frequentatum.*] Reg. *ab uno poëta d.* quod propter ſubjecta verba ſpeciem veri habere videtur. fortaſſe tamen verius ſit, *ab Ennio p.* nam verſum eſſe Ennii, certum ex Auguſtini De civitate Dei, libro ſecundo, capite XXI.

GRUTERUS.

4 *A bono poëta.*] Ita quoque Pal. non *ab uno.* maluiſſem ego, *à veteri poëta,* vel tale quid.

SALMASIUS.

2 *Neque enim milites regi poſſunt niſi in vetere diſciplina.*] Scribe auctoribus libris: *neque enim milites regi poſſunt niſi vetere diſciplina.*

6 *Omnes excaldationes.*] Excaldationes θερμολουσίαι. & *excaldare ſe,* eſt θερμολουτεῖν. unde & *caldaria,* ἐμβάσεις θερμολουτούντων, & θερμοτόπος.

CASAUBONUS.

5 *Græcanicis militibus.*] Romani munditiem & delicias Græcis ferebant acceptas. Alexander Severus in con-

excaldationes, [1] *omnes flores de capite, collo & ſinu* [2] *militi excutiet. Annona militaris omnis parata eſt, neque quicquam deeſt ſub bono duce: non enim multum aut quæritur aut impenditur.* Nec fefellit de ſe 6
judicium habitum. Nam ſtatim ad ſigna edici juſſit, & [3] programma in parietibus fixit, ut ſiquis cinctus inveniretur apud Daphnen, diſcinctus rediret. [4] Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, veſtimenta etiam & calciamenta & ocreas: delicias omnes de caſtris ſubmovit, juſſitque eos hyemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores: & egiſſent, niſi honeſtius vixiſſent. [5] Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militum, [6] ita ut & ſagittas mitterent [7] & armis luderent. Dicebat enim, miſerum eſſe, quum

concione ad milites Antiochiæ habita: *Milites Romani amant, potant, lavant, Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt.* idem in epiſtola ad Matrem: *vereor ne furor mea Græcis munditiis erudita, Barbarum ſocerum ferre non poſſit.* Trebellius de Herode: *homo omnium delicatiſſimus, & prorſus orientalis & Græcæ luxuriæ.*

GRVTERVS.

1 *Omnes flores de capite, collo, ſinu, militi excutiet.*]: Haud aliter Pal. quod moneo propter libros aliorum diſcordantes.

CASAUBONUS.

2 *Militi excutiet.*] Regius *excuti juſſit.*

3 *Programma.*] Pro edicto & imperatores uſurpant in Codice, & Caſſiodorus in Formulis.

4 *Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, veſtimenta etiam, & calciamenta & ocreas.*] Inter præcipuas prudentis ducis curas, erat armorum & veſtium militarium frequens inſpectio. Capitolinus de Maximino: *gladios, lanceas, loricas, galeas, ſcuta, tunicas, & omnia arma illorum quotidie circumſpiciebat: calciamenta quinetiam ipſa proſpiciebat.* idem de Gordiano: *cum eſſet præfectus, arma militum ſemper inſpexit.* omitto ſimiles his locos ſtudioſis notandos in vitis Valeriani, & Probi Auguſtorum. Aurelianus in epiſtola ad vicarium ſuum: *arma terſa ſint, ferramenta ſamiata, calceamenta fortia. Veſtis nova veſtem veterem excludat.* Hujus generis inſpectione ſe cum militaret functum narrat Plinius juſſu legati conſularis, epiſtolarum libro ſeptimo.

5 *Exercitium ſeptimi diei f.*] De obſervatione ſeptimi diei aliquid notabamus ad Suetonium libro tertio, capite XXXII. ſed in exercendo milite non eandem omnes rationem tenuerunt. nam Maximinus non ſeptima, ſed quinta quaque die exercebat: alius aliter.

7 *Et armis luderent.*] *Ludere armis* dicebantur qui ſe armis exercerent: & dies ille armiludium, ut armiluſtrium quo arma luſtrabant.

SALMASIUS.

6 *Ita ut ſagittas mitterent & armis luderent.*] *Ita ut & ſagittas mitterent & armis luderent.* diſtinguit autem hoc loco exercitium ſagittas mittendi & armis ludendi, ut & Spartianus in Hadriano pili & armorum: *armiſque & pilo*

quum exercerentur athletæ, venatores [1] & gladiatores, non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor ſi conſuetus eſſet Ergo correcta diſciplina, & in Armenia & in Arabia & in Ægypto res optime geſſit: amatuſque eſt ab omnibus Orientalibus, & ſpeciatim ab Antiochenſibus: qui etiam imperio ejus conſenſerunt, ut docet Marius Maximus in vita divi Marci. [2] Nam quum Bucolici milites per Ægyptum gravia multa facerent, [3] ab hoc retuſi ſunt, ut idem Marius Maximus refert in eo libro quem ſecundum de vita
7 Marci Antônini edidit. Hic imperatorem ſe in Oriente appellavit, [4] ut quidam dicunt, Fauſtina volente, quæ valetudini Marci jam diffidebat, & timebat ne infantes filios tueri ſola non poſſet, atque aliquis exiſteret qui capta ſtatione regia infantes de medio tolleret. Alii autem dicunt hanc artem adhibuiſſe militibus & provincialibus Caſſium contra Marci amorem, ut ſibi poſſet conſentiri, [5] quo diceret Marcum diem ſuum obiiſſe. [6] Nam & divum eum appellaſſe dicitur, ut deſiderium illius leniret. [7] Imperatorio nomine quum pro-

& pilo ſe ſemper exercebit. ad quem locum legenda ſunt quæ notavimus.

CASAUBONUS.

1 *Et gladiatores.*] Ab his ſumſere Romani ὅπλων μελέτην auctore P. Rutilio viro conſulari. Valerius Maximus libro ſecundo, capite tertio.

4 *Ut quidam dicunt Fauſtina volente, quæ valetudini Marci iam diffidebat.*] Eadem verba in Marco ſed hoc paullo poſt multis confutatur. Dio habet pro vera hiſtoria & cauſſam eandem fere affert. ἔπεισεν Φαυστῖνα τὸν Κάσσιον δι' ἀπορρήτων παρασκευάσασθαι, ἵν' ἄν τι ὁ Ἀντωνῖνος πάθοι, καὶ αὐτὴν καὶ τὴν αὐταρχίαν λάβῃ.

5 *Quo diceret.*] Scrib. *quod dic.*

6 *Nam & divum eum appellaſſe dicitur.*] Similiter Philippus cum Gordianum occidiſſet, divum vocabat, peregrina calliditate, inquit Capitolinus.

GRUTERUS.

3 *Ab hoc retuſi ſunt.*] Pal. iterum, *retunſi ſunt.*

SALMASIUS.

2 *Nam quum Bucolici milites.*] *Nam quum & Bucolici milites.*

7 *Imperatorio nomine cum proceſſiſſet.*] Quid eſt imperatorio nomine procedere? quid velit nos quidem intelligimus. ſed illud imperatorium nomen, mihi negotium faceſſit. Pal. *imperatorio animo* legit, ut & vetus editio Mediolanenſis, quod haud paulo melius. neſcio quo tamen modo mea mihi conjectura adlubeſcit quam ex voce illa *animo* olim eliciebam; *imperatorio mimo cum proceßißet, eum qui ſibi aptaverat ornamenta regia ſtatim præfectum prætorii fecit.* procedere autem & pro-

proceſſiſſet, eum qui ſibi aptaverat ornamenta regia,
ſtatim [1] præfectum prætorii fecit, qui & ipſe occiſus
eſt, Antonino invito, ab exercitu: qui [2] & Metianum
cui erat commiſſa Alexandria, quique conſenſerat ſpe
participatus Caſſio, invito, atque ignorante Antonino,
interemit. Nec tamen Antoninus graviter eſt iratus,
rebellione cognita, nec in [3] ejus liberos aut affectus
ſæviit. Senatus illum hoſtem appellavit, [4] bonaque
ejus proſcripſit, quæ Antoninus in privatum ærarium
congeri noluit. quare ſenatu præcipiente in ærarium
publicum ſunt relata. Nec Romæ terror defuit, quum
quidam Avidium Caſſium dicerent, abſente Antonino,
[5] qui niſi à voluptariis unicè amabatur, Romam eſſe
venturum, atque urbem tyrannice direpturum, maxi-
me ſenatorum cauſa qui eum hoſtem judicaverant bo-
nis proſcriptis. Et amor Antonini hoc maxime eni-
tuit, quod conſenſu omnium, præter Antiochenſes,
Avidius interemptus eſt: quem quidem occidi non
juſſit, ſed paſſus eſt, quum apud cunctos clarum eſſet,
ſi poteſtatis ſuæ fuiſſet, parſurum illi fuiſſe. Caput ejus 8
ad Antoninum quum delatum eſſet, ille non exulta-
vit,

& proceſſiones facere dicebantur imperatores quum irent aliquò. Imperatorium mimum vocat, pompam illam imperatoriam, quam hic falſus & mimicus imperator ſibi adſtruxerat, ut mimum potius agere quam verum imperatorem videretur. ſi quis renitatur & contendat legendum *animo*, nec invitum me habebit ſententiæ ſuæ adſtipulatorem, & erit hic ſenſus cum primum cœpit procedere Caſſius imperatorio animo, id eſt animum ſeſe pro imperatore gerendi habens & imperium arripiendi, eum qui ſibi ornamenta imperatoria aptavit præfectum prætorii fecit. & hoc omnino verius eſſe opinor.

CASAUBONUS.

1 *Præfectum prætorii fecit.*] Vide librum ſuperiorem: ibi & de Metiano & multis aliis, quæ verbis ferme iiſdem mox repetuntur.

GRUTERUS.

2 *Et Mecianum.*] Ita rurſum heic quoque Pal. ut & in vita Marci, non *Metianum.*

SALMASIUS.

3 *Ejus liberos & affectus.*] Satis erat dicere, ejus affectus nam *affectus* etiam pro liberis. *caritates* Ammiano Marcellino.

4 *Bonaque ejus proſcripſit quæ Antoninus in ærarium privatum congeri noluit.*] *Bona ejus proſcripta per ærarium publicum:* in vita Marci.

5 *Qui niſi à voluptariis unice amabatur.*] Id eſt, qui ab omnibus præterquam à voluptariis unice amabatur.

vit, non elatus eſt: ſed etiam doluit ereptam ſibi eſſe occaſionem miſericordiæ, quum diceret ſe vivum illum voluiſſe capere, [1] ut illi exprobraret beneficia ſua, eumque ſervaret. Denique quum quidam diceret, reprehendendum Antoninum quod tam mitis eſſet in hoſtem ſuum, ejuſque liberos & affectus, atque omnes quos conſcios tyrannidis reperiſſet, addente illo qui reprehendebat, *Quid ſi ille viciſſet?* dixiſſe dicitur, [2] *Non ſic deos coluimus, nec ſic vivimus ut ille nos vinceret.* Enumeravit deinde [3] omnes principes qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas quibus mererentur occidi, nec quenquam facile bonum vel victum à tyranno vel occiſum, dicens, meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, [4] Othonem & Vitellium, [5] nec imperare voluiſſe. [6] Nam de Perti-

CASAUBONUS.

1 *Ut illi exprobraret beneficia ſua, eumque ſervaret.*] Etiam Dio auctor eſt, nihil gravius in Caſſium dixiſſe Marcum, niſi quod beneficia ſua illi exprobraſſe, ingratum frequenter appellans. de Marci voluntate Caſſium ſervandi multa idem Dio.

2 *Non ſic deos coluimus, nec ſic vivimus, ut ille nos vinceret.*] O virum! quid hic faceret ſi verum Deum noſſet? ſed & Philemon antiquus comicus aliis verbis dixit ferme idem.

Οἱ τ̃ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
Ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν.

Marcus vero in illa graviſſima oratione qua ſe ipſum hortatur ad vitam patris Pii exemplo inſtituendam, Eſto, inquit, θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας, ἵν' οὕτως εὐσυνειδήτῳ σοι ἐπιστῇ ἡ τελευταία ὥρα ὡς ἐκείνῳ. nimirum ab illo fonte quem appellat Marcus τὸ εὐσυνείδητον manavit hæc de Caſſio vox. inde & illa in epiſtola ad uxorem: *Eſto ſecura, dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt.*

3 *Omnes principes qui occiſi eſſent habuiſſe cauſſas cur mererentur occidi.*] Plinius in Panegyrico, *Nunquam deceptus eſt Princeps, niſi qui prius ipſe decepit.*

GRUTERUS.

4 *Othonem & Vitellium nec imperare voluiſſe.*] Recte: ea enim fuere principatus eorum primordia, contra morem opinionemque hominum; ac ſi non tam imperare vellent, quam ſeipſos ire perditum. Vere enim Salluſtius Catilin. cap. 2, *Imperium facile his artibus retinetur quibus initio partum eſt, &c.* Verum de ea re plura diximus ad Taciti illud XII. Annalium capite triceſimo: *Vangio ac Sido egregia erga nos fide, ſubjectis, ſuone an ſervili ingenio, dum adipiſcerentur dominationes multa caritate; & majore odio poſtquam adepti ſunt.* Interim hanc noſtram interpretationem adſerit ipſemet Vulcatius, dum ſubjicit: *nam de Pertinace & Galba paria ſentiebat*; ſcilicet noluiſſe regnare; quandoquidem imperii ſui initio, viam eam non calcarent, quam ſolent imperaturi.

CASAUBONUS.

5 *Nec imperare voluiſſe.*] Putem noluiſſe: nam Vitellium imperare noluiſſe falſiſſimum eſt: ne Otho quidem noluit; etſi ei ſpei paulo maturius renuntiavit.

6 *Nam de Pertinace & Galba paria ſentiebat.*] Ridiculum: de Pertinace Mar-

Pertinace & Galba paria ſentiebat quum diceret, *In imperatore avaritiam eſſe acerbiſſimum malum.* Denique non Auguſtum, non Trajanum, non Adrianum, [1] non parentem ſuum Pium à rebellibus potuiſſe ſuperari, quum & multi fuerint, & ipſis vel invitis vel inſciis extincti. Ipſe autem Antoninus à ſenatu petiit ne graviter in conſcios defectionis animadverteretur, eo ipſo tempore quo rogavit ne quis ſenator temporibus ſuis capitali ſupplicio afficeretur: quod illi maximum amorem conciliavit. Denique pauciſſimis centurionibus punitis, deportatos revocari juſſit. Antiochenſi- 9
bus qui Avidio Caſſio conſenſerant, [2] ſed & aliis civitatibus quæ illum juverant, ignovit: quum primo Antiochenſibus graviter iratus eſſet, hiſque ſpectacula ſuſtuliſſet & multa alia civitatis ornamenta, quæ poſtea reddidit. Filios vero Avidii Caſſii, Antoninus Marcus parte media paterni patrimonii donavit, ita ut filias ejus auro,

Marcum. ſed excuſari poteſt, ſi accipias ut illud poëtæ:

Ἔνθ' ἑλέτην δίφρον τε καὶ ἀνέρε δήμου ἀρίστω.

& ſimilia apud Græcos & Latinos multa: ubi *τὸ κοινῶς λαμβανόμενον, διαφόρως νοεῖται.* ſic hoc loco, *ſentiebat* de Galba, eſt *ἴσερεν*, vel *ἔγνω*: de Pertinace *ἔγνω ἄν*. hoc ideo dicimus, quia omnes libri hanc ſcripturam retinent. Si quis tamen ſculpello ſanare hunc locum malit, non contrà ibo ejus ſententiæ nimis pertinaciter.

SALMASIUS.

6 *Nam de Pertinace & Galba paria ſentiebat.*] *Μνημονικὸν ἁμάρτημα* Volcatii. nec enim aliter hanc culpam licet defendere aut excuſare. ſcio quid excuſando Volcatio attulerint viri docti. Verbo dicam, non ſatisfaciunt. de duobus igitur alterum faciendum. aut illa *de Pertinace* ſunt delenda, aut erratum memoriæ, quod heic erravit auctor, fatendum.

GRUTERUS.

6 *Nam de Pertinace & Galba, paria ſentiebat.*] Ridicula lectio, pronuntiare de Pertinace, illo qui nondum tempore notus erat, nedum Imperator. itaque adhæreo conjecturæ meæ; *nam de pertinacitate Galbæ paria ſentiebat*; ut reſpexerit ad illud Taciti libro primo Hiſtoriar. capitis decimi octavi fine: *Conſtat potuiſſe conciliari animos quantulacumque parci ſenis liberalitate. nocuit antiquus rigor, & nimia ſeveritas; cui jam pares non ſumus.* ſimili fere modo locum iſtum adjutum voluit Lipſius Centuria Miſcella. Epiſtola XVIII.

SALMASIUS.

1 *Non parentem ſuum Pium.*] *Non patrem ſuum Pium.* P. & v. ed.

2 *Sed & aliis civitatibus quæ illum juverant.*] *Sed & his & aliis civitatibus quæ illum juverant.* P. & v. ed.

3 Et

auro, argento, [1] & gemmis honeſtaret. [2] Nam & Alexandriæ filiæ Caſſii & genero Druentiano, liberam [3] evagandi ubi vellent poteſtatem dedit: vixeruntque non quaſi tyranni pignora, ſed quaſi ſenatorii ordinis in ſumma ſecuritate: quum illis etiam in lite objici fortunam propriæ vetuiſſet domus, [4] damnatis aliquibus injuriarum, quod in eos petulantes fuiſſent, quos quidem amitæ ſuæ marito commendavit. Siquis autem omnem hanc hiſtoriam ſcire deſiderat, legat Marii Maximi ſecundum librum De vita Marci, in quo ille ea dicit [5] quæ ſolum Marcus mortuo jam Vero egit. Tunc enim Caſſius rebellavit, ut probat epiſtola miſſa ad Fauſtinam, cujus hoc exemplum eſt: *Verus mihi de Avidio verum ſcripſerat, quod cuperet imperare.* [6] *Audiſſe enim*

1 *Et gemmis honeſtaret.*] *Cohoneſtaret.*

2 *Nam & Alexandriæ.*] Ita Palatinus vir doctiſſimus malit *Alexandræ*: ſed ſupra diximus *Alexandriam* & *Alexandram* idem nomen eſſe, & utrumque dici.

3 *Evagandi ubi vellent.*] *Ubi* pro quo. ut *ubi vadis* pro *quo vadis*, apud Anaſtaſium de vitis Pontificum.

GRUTERUS.

4 *Damnatis aliquibus injuriarum.*] Sic quoque Palat. noſter non, *ob injurias*, quod obtinet in vulgg.

CASAUBONUS.

1 *Nam & Alexandriæ.*] Scribe cum regio *Alexandræ*.

3 *Evagandi ubi vellent.*] *Ubi* pro quo ſicut ſæpe in Græcorum libris ποῦ & ποῖ confunduntur.

4 *Damnatis aliquibus injuriarum.*] Inepte alii lib. *ob injuriam*. emendavimus ex regio.

5 *Quæ ſolum Marcus.*] Scribe, *ſolus Marcus*.

6 *Audiſſe enim te arbitror quod æruſcatores de eo nuntiarent.*] Pertinent ad lucem hujus loci verba Ulpiani: *Divus Marcus eum qui de motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi inſtinctu deorum dixerat, in inſulam Scyrum relegavit.*

SALMASIUS.

6 *Audiſſe enim te arbitrer quod æruſcatores de eo mentiarent.*] Æruſcatores fuiſſe geminos germanos, qui hanc vocem hoc loco ſubſtituerunt, facile credo. qui enim aut unde æruſcatores iſti qui Marco nunciaverunt de Caſſii defectione? aut quomodo æruſcatoribus credidit Marcus, optimus Pal. pro iſto nihili vocabulo, habet *heriſpatores*. quæ quidem monſtroſa vox eſt, ex qua tamen non æruſcatores eruimus, ut fecere antiqui hujus loci correctores, ſed germanam veramque lectionem, quæ eſt, *Veri ſtatores*. Verus iſte cujus ſtatores Marco nuntium attulerunt defectionis Caſſianæ, non eſt imperator Verus & Marci collega utpote qui jam deceſſerat: ſed Verus Cappadociæ legatus, qui primus Marco miſit nuntios de motu Caſſii. Dio: ὁ δὲ δὴ Μάρκος παρὰ τοῦ Βήρου τοῦ τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντος, τὴν ἐπανάστασιν αὐτοῦ μαθὼν, τέως μὲν συνέκρυπτεν. quem Martium Verum vocat Capitolinus in vita Lucii Veri. Hic igitur Verus per ſtato-

enim te arbitror [1] *quod aruſcatores de eo nuntiarent.* [2] *Veni igitur in Albanum,* [3] *ut tractemus omnia diis volentibus, nihil timens.* [4] Hìc autem apparet, Fauſtinam iſta neſciſſe, [5] quum dicat Marius, infamari eam cupiens, quod ea conſcia Caſſius imperium ſumpſiſſet. [6] Nam & ipſius epiſtola extat ad Verum, qua urget Marcum ut in eum graviter vindicet. Exemplum epiſtolæ Fauſtinæ ad Marcum: [7] *Ipſa in Albanum cras, ut jubes, mox veniam: tamen jam hortor, ut ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones* [8] *acerrimè proſequaris. Male enim aſſueverunt*

ſtatores ſuos nuntiavit Marco defectum Caſſii. & hoc erat munus ſtatorum qui magiſtratibus apparebant etiam ſtante rep. Cicero in epiſt. *literas à te mihi ſtator tuus reddidit.* lib. x. *præſto mihi fuit ſtator eius cum litteris, quibus ne venirem denuntiabat.* unde *ſtatores actius cincti* Petronio. ſtatores in caſtris hoc muneris habebant ut prætorii poſticium tuerentur. Hyginus in Gromatico: *lateribus ejuſdem* (ſub. *Quæſtoris*) *tendere debent ad viam quintanam centuriæ ſtatorum ut poſticium prætorii tueantur, & proximi ſint imperatori, quibus duplam pedaturam adſignavimus, quod eiſdem cenſuris utantur quibus cohortes prætoriæ.* hinc *ſtatores Prætorii* dicuntur in veteribus inſcriptionibus: L. MARIO. VERNO. STATORI. PR. id eſt, *ſtatori prætorii.* item in alia: HERCULANUS. MIL. N. STAT. PR. id eſt, *miles numeri ſtatorum prætorii.* Dux ſtatorum centuriæ in ſingulis caſtris, quibus præerant evocati. inde *evocati ſtatorum* in antiquo ſaxo. equites prætoriani latere dextro prætorii tendebant: ſingulares imperatoris ſiniſtro: ſtatores ad poſticam partem. perperam eos clariſſimus Juriſconſultus confundit cum ſtratoribus, ad tit. Cod. *de ſtratoribus.* ſed hæc alibi.

GRUTERUS.

1 *Quod aruſcatores de eo nuntiarent.*] Pal. *quod heriſpatores.*

3 *Ut tractemus omnia Diis volentibus, nihil timens.*] Scribendum, *nihil timentes*, niſi forte fuit, *nihil timeas.*

8 *Acerrime perſequaris.*] Eſt à Mſſ. aliorum, etiam Pal. noſtro. antea editi *proſequaris.*

CASAUBONUS.

2 *Veni igitur in Albanum.*] Vetus Auguſtorum ſeceſſus: de quo ad Suetonii Domitianum capite IV. nonnihil.

4 *Hic autem apparet F.*] Scribe, *Hinc appar.*

5 *Cum dicat Marius infamari eam cupiens.*] Auctorem ſecutus erat Marius Maximus Dionem: ut ex iis quæ hodieque ſuperſunt cognoſcimus.

6 *Nam & ipſius extat epiſtola ad Verum, qua urget Marcum, ut in eum gr. v.*] Epiſtola quam ait, ea ipſa eſt, cujus exemplum ſubjicitur ſtatim: illa verò non ad Verum miſſa eſt, ſed ad Marcum. quare mirum eſt unde illæ voculæ *ad Verum* in hanc periodum irrepſerint. atqui Verum fata rebus humanis exemerant multo ante quam hæc fierent. nam hæc ſcripta ſunt à Fauſtina poſtquam regia ornamenta Caſſius aſſumſerat: non autem poſt illam Veri ad Marcum epiſtolam quæ initio libri recitata eſt. Lego, *ad virum.* hoc eſt, maritum ſuum.

7 *Ipſa in Albanum cras, ut jubes, mox veniam.*] Fortaſſe, *cras, ut jubes, aut mox veniam.*

8 *Acerrime proſequaris.*] Scribe ex regio, *perſequaris.*

1 *Qui*

verunt & duces & milites [1] qui niſi opprimuntur, opprimunt. Item alia epiſtola ejuſdem Fauſtinæ ad Marcum: [2] *Mater mea Fauſtina [3] Patrem tuum Pium ejuſdem in defectione Celſi ſic hortata eſt, ut pietatem primum circa ſuos ſervaret, ſic circa alienos. [4] Non enim pius eſt imperator qui non cogitat uxorem & filios. Commodus noſter vides in qua ætate ſit: [5] Pompejanus gener, & ſenior eſt [6] & peregrinus. Vide quid agas de Avidio Caſſio & de ejus conſciis. Noli parcere hominibus qui tibi non pepercerunt: & nec mihi nec filiis noſtris parcerent, ſi viciſſent. Ipſa iter tuum mox conſequor: quia Fadilla noſtra ægrotabat, in Formianum venire non potui. Sed [7] ſi te Formiis invenire non potero, aſſequar Capuam: quæ civitas & meam & filiorum noſtrorum ægritudinem poterit adjuvare. Soteridam medicum in Formianum ut dimittas rogo: ego autem [8] Piſitheo nihil credo, qui puellæ virgini curationem neſcit adhibere. [9] Signatas mihi literas*

ras

SALMASIUS.

1 *Qui niſi opprimuntur opprimunt.*] Concinnius in Pal. *qui niſi opprimuntur, opprimunt.* atque ita edimus.

7 *Si te Formiis invenire non potero.*] Non potuero.

8 *Piſitheo nihil credo.*] Πεισιθέῳ.

CASAUBONUS.

2 *Mater mea Fauſtina patrem tuum Pium ejuſdem.*] Scribo, *virum ejuſdem*: neceſſaria emendatione: niſi malis τὸ *ejuſdem* inducere; quod non probo: nam ratione non caret, quod Fauſtina Pium matris virum potius quam patrem ſuum hic nominat.

4 *Non enim pius eſt impe. ator qui non cogitat uxorem & ſuos.*] *Non cogitat*, ὃς οὐ προνοεῖ, ut in ſimillimo maximi Doctorum dicto, εἰ δέ τις τῶν ἰδίων οὐ προνοεῖ, ἀπίστου χείρων.

5 *Pompejanus gener & ſenior eſt & peregrinus.*] In Marci vita, grandævus equitis Romani filius, genere Antiochenſis, nec ſatis nobilis dicitur. neque aliud vox *peregrinus* hoc loco ſignificat, quam generis obſcuritatem: nam ſi proprie accipias, falſum eſt, fuiſſe Pompejanum peregrinum, hoc eſt, non civem Romanum vel Antonini enim conſtitutione cum cæteris omnibus in orbe Rom. civis fuerat effectus.

GRUTERUS.

3 *Patrem tuum Pium ejuſdem in defectione Celſi.*] Nihil diſcrepat ab hac ſcriptura Palatinus. & tamen illud *Pium* corruptum ſit oportet, vel *ejuſdem.*

6 *Et peregrinus.*] Hoc eſt, qui cum ſit procul à domo, & familia; nihil heic habet cognatorum, nihil clientium, quibus incontinenti juvemur rebus noſtris dubiis.

9 *Signatas mihi litteras Calphurnius dedit*] Neſcio an dici debeat lectio ſincera. neque enim vero ſimile, ſæpius miſſas epiſtolas non ſignatas, utique à peregre poſito. Palatinus ſervat *ſignatas.* an fuit? *Signatas mihi litteras*, &c. ut ex intelligantur quas Imperator exaravit, cum Signii ageret.

1 *Cui*

ras Calphurnius dedit; ad quas reſcribam ſi tardavero, per Cæcilium ſenem ſpadonem, hominem (ut ſcis) fidelem: [1] *cui verbo mandabo quid uxor Avidii Caſſii & filii & gener de te jactare dicantur.* Ex his literis intelligitur 11
Caſſio Fauſtinam conſciam non fuiſſe, quinetiam ſupplicium ejus graviter exegiſſe: ſiquidem Antoninum quieſcentem & clementiora cogitantem, ad vindictæ neceſſitatem impulit. Cui Antoninus quid reſcripſerit, ſubdita epiſtola perdocebit: *Tu quidem mea Fauſtina religioſe pro marito & pro noſtris liberis agis. Nam relegi epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris ut in Avidii conſcios vindicem. Ego vero & ejus liberis parcam, & genero & uxori, & ad ſenatum ſcribam ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicquam eſt quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus quam clementia.* [2] *Hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit,* [3] *hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. Denique ſi ex mea ſententia de bello judicatum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura,* [4] *dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt. Pompejanum noſtrum in annum ſequentem conſulem dixi.* hæc Antoninus

SALMASIUS.

1 *Cui verbo mandabo.*] Ἐντολαὶ ῥηματικαὶ Græce dicuntur: quod opponunt τῷ ἐπιστέλλειν, quod ſcripto mandare ſignificat. Herodianus: τὰ δὲ ἀπαγγελθέντα εἰπόντων τούτων καὶ τὸν πατέρα ἐντολὰς ῥηματικὰς, μηδὲν δὲ ἐπιστεῖλαι τοῖς βασιλείοις ἀγωγήμασι γράμμασι.

CASAUBONUS.

2 *Hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit.*] Seneca de Auguſti clementia loquens: *Hæc hodieque præſtat illi famam quæ vix vivis principibus ſervitur. Deum eſſe non tanquam juſſi credimus.*

3 *Hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit.*] Regius aliter, *hæc p. t. ſpecialiter ornavit.* utitur & alibi Capitolinus ea voce.

4 *Dii me tuentur: Diis pietas mea cordi eſt.*] Horatius:

Dii me tuentur: diis pietas mea
Et Muſa cordi eſt.

alluſum eodem & mox ab acclamante populo, *Dii te tuentur.* cui geminum eſt apud comicum,

Ὦ δῆμ᾽ ἐναργῶς ἡ θεός σ᾽ ἐπισκοπεῖ.

GRUTERUS.

3 *Hæc patrem tuum ſpecialiter Pii nomine ornavit.*] Obſecutus ſum autographis Palat. utique cum idem appareret in volumine Regio. antea legebamus, *hæc patrem tuum in primis Pii nomine, &c.*

5 *Neque*

12 ninus ad conjugem. Ad ſenatum autem qualem orationem miſerit, intereſt ſcire. Ex oratione M. Antonini: *Habetis igitur P. C. pro gratulatione victoriæ generum meum conſulem, Pompejanum dico: cujus ætas olim remuneranda fuerat conſulatu niſi viri fortes intervenijſſent, quibus reddi debuit quod à rep. debebatur. Nunc quod ad defectionem Caſſianam pertinet, vos oro atque obſecro P. C. ut cenſura veſtra depoſita, meam pietatem clementiamque ſervetis, imò veſtram:* [1] *neque quemquam ullum ſenatus occidat. Nemo ſenatorum puniatur,* [2] *nullius fundatur viri nobilis ſanguis: deportati redeant, proſcripti bona recipiant.* [3] *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore vindicta ſui doloris:* [4] *quæ etſi juſtior fuerit, acrior videtur. Quare filiis Avidii Caſſii & genero & uxori veniam dabitis. Et quid dico veniam? quum illi nihil fecerint. Vivant igitur ſecuri, ſcientes ſub Marco ſe vivere.* [6] *Vivant in patrimonio parentum pro parte donato: auro,*

CASAUBONUS.

1 *Neque quenquam ullum ſenatus occidat.*] Cogitemus de voce *ullum*. nam eſſe illam Marci præſtare nolim. neque eam alibi Capitolinus agnoſcit ubi ejus epiſtolæ meminit. neſcio an ſcripſerit, *nobilium*. nec refert quod idem mox dicitur videntur tamen poſtrema orationis verba eam vocem tueri.

3 *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare.*] Placeat magis *mortuos*: quæ Scipionis Gentilis conjectura eſt eruditiſſimi Juriſconſulti & nobis amiciſſimi.

4 *Quæ etſi juſtior fuerit.*] Regius, *juſta*.

5 *Scientes ſub Marco ſe vivere.*] Scribe ex membranis, *ſub Marco Antonino ſe v.*

6 *Vivant in patrimonio parentum pro parte donato.*] Rectè *pro parte*. in Marco: *Filii Caſſii & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii.* item aliis locis. malè alii, *pro patre*.

GRUTERUS.

3 *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare.*] Placet aliis amiciſſimi noſtri Scipionis Gentilis conjectura; *poſſem mortuos etiam.* ſed enim cum nimium abeat ea vox à receptâ videat lector, an non potius reſcribi poſſit, *poſſem ultos etiam.* vocavit autem *ultos* ſui ſæculi locutione, de quibus Senatus aut miles ultionem ſumpſerat, ignaro Marco, aut patiente potius, quam volente; Avidio ſcilicet Mæciano, aliiſque.

SALMASIUS.

2 *Nullus fundatur viri nobilis ſanguis.*] *Nullius fundatur viri nobilis ſanguis.* quod τυπογραφικὸν videtur eſſe ἁμάρτημα.

3 *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare.*] Forte, *utinam poſſim ſepultos ab inferis excitare.* quæ conjectura eſt optimi & doctiſſimi Jureti noſtri. non damno tamen *mortuos*, quod heic loci repoſuit vir doctiſſimus.

6 *Vivant in patrimonio parentum pro parte*

[1] auro, argento, veſtibus fruantur: ſint divites, [2] ſint ſecuri, [3] ſint vagi & liberi, & per ora omnium ubique populorum circumferant mea, circumferant veſtræ pietatis exemplum. Nec magna hæc eſt P. C. clementia, veniam proſcriptorum liberis & conjugibus dari. Ego verò à vobis peto ut conſcios ſenatorii ordinis & equeſtris, à cæde, à proſcriptione, à timore, ab infamia, ab invidia, & poſtremò ab omni vindicetis injuria: detiſque hoc meis temporibus, [4] ut in cauſa tyrannidis qui in tumultu cecidit, probetur occiſus. [5] Hanc ejus clementiam ſenatus his accla- 13

parte donata.] Hinc accepere Capitolinus & Volcatius, dum iſte Antoninum Marcum partem mediam paterni patrimonii filiis Caſſii donaviſſe ſcribit, ille vero amplius etiam media parte eos accepiſſe tradit. quæ varietas ex eo nata eſt quod heic Marcus non exprimat, quotam partem patrimonii liberis Caſſii reddiderit, ſed partem tantum patrimonii parentum illis ſe donaſſe refert. & ſic eam partem à Marco non expreſſam mediam fuiſſe Volcatius, Capitolinus ampliorem media pronuntiarit.

1 *Auro, argento, veſtibus fruantur.*] Volcatius ad filias Caſſii rettulit hanc humanitatem Principis: *ita ut*, inquit, *filias ejus auro, argento & gemmis cohoneſtaret.* Capitolinus autem aurum & argentum filiis maribus, ornamenta autem feminis reliquiſſe Marcum: *Filii autem Caſſii & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii, & auro atque argento adjuti, mulieres autem ornamentis.* inde autem hæc tam diverſe, quod Marci epiſtolæ quas uterque vidit, & quæ heic à Volcatio ponuntur, non diſertim ſcribant, & explicent, quid cui conceſſum ſit ac donatum: ſed in genere tantum ſignificant filios Caſſii, ſub quorum nomine comprehenduntur & feminæ, auro, argento & veſtibus, ut fruantur, velle. veſtes dixit Marcus, pro veſtibus ornamenta poſuit Capitolinus, Volcatius autem gemmas.

2 *Sint ſecuri.*] Volcatius: *vixeruntque non quaſi Tyranni pignora, ſed quaſi ſenatorum ordinis in ſumma ſecuritate.* ad hæc enim verba Marci orationis reſpiciebat, cum illa ſcriberet.

3 *Sint vagi & liberi.*] Ex hoc loco Capitolinus, *ita ut Alexandria filia Caßii & Druncianus gener liberam vagandi poteſtatem haberent.* & ita quoque Volcatius. ſed veriſimilius eſt utrumque authorem, Volcatium nempe & Capitolinum, non hanc orationem Marci ſequutos, ſed Marium potius Maximum, qui iiſdem verbis hæc ſcripſerat mutuatus ipſe ex illa Marci oratione.

CASAUBONUS.

4 *Ut in cauſſa tyrannidis qui in tumultu cecidit probetur occiſus.*] Hoc eſt, ut è rebellibus ac perduellibus, illi ſoli pereant, qui in tumultu fuerint occiſi.

5 *Hanc ejus clementiam ſenatus his acclamationibus proſequutus eſt.*] Mos acclamandi, qui è theatris in fora primùm penetravit, (is locus eſt ἀγωνιστηρίων λόγων,) deinde etiam in ſenatum, ex aliis ſcriptoribus notus eſt: ſed ipſas acclamationum formulas, & earum exempla non invenias apud vetuſtiorem alium Capitolino, ac cæteris hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus hiſce. Ejus rei cauſſa, quòd omnes quæ in his libris proferun-

feruntur acclamationes, ex Actis publicis deſcriptæ ſunt ab auctoribus. Lampridius in Alexandro Severo: *Addam acclamationes ſenatus quibus id decretum eſt. ex Actis Urbis a. d. pridie Non. Martias.* Non ſunt autem acclamationes ſenatus in Acta publica cœptæ referri ante Trajani tempora. ejus honori primùm hoc fuit delatum. Plinius in Panegyrico; *Antè orationes principum tantùm ejuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: acclamationes quidem noſtræ parietibus Curiæ claudebantur. Erant enim quibus nec ſenatus gloriari, nec principes poſſent: has verò & in vulgus exire, & poſteris prodi cùm ex utilitate, tum ex dignitate publica fuit.* poſt illa igitur tempora etiam hiſtorici factas cuique principi acclamationes cœperunt in literas referre: id verò vides quo ſtudio, qua diligentia ab iſtis auctoribus ſit factum: quos equidem non dubito pleraſque deſcripſiſſe è libris Marii Maximi, & aliorum vetuſtiorum quàm ipſi ſint. Dio quoque etiam in iis quæ apud Xiphilinum reliqua ſunt ſæpe meminit. Græci vocant ἐπιβοήματα, vocem Latinam vertentes: nam ea notione vetus Græcia id verbum ignoravit. dicunt & κρότους. & acclamare, κροτεῖν, ἐπιβοᾶν, vel ἐκβοᾶν, & ἐπιφημίζειν: ἐπικραυγάζειν Euagrius, atque ἐπικράζειν: non malè ſanè: clamabant enim ad ravim uſque, & ut alibi Victor loquitur, uſque ad vocis defectum. nam ubi ſemel mos hic theatrorum in cœtum illum graviſſimorum patrum contra veterem diſciplinam eſt admiſſus, nullus eſt modus ſervatus: ſed quicquid in theatricis acclamationibus fieri ſolitum, idem & in iſtis. non temere autem quid quiſque vellet acclamabant: ſed, ut in choris, erat aliquis cujus vox cæteris præiret: hic formulam acclamationis concipiebat: reliqua turba nihil niſi acceptas ab eo voces reddebat. Ars vero adhibita, & in concipiendis acclamationibus, quas ideo Plinius Secundus cantica appellat: & in acclamando: modulatione enim quadam utebantur canentibus non diſſimiles. Atque ut in ruſticis quibuſdam cantilenis fieri videmus, ut idem repetatur ſæpiùs; ſic qui acclamabant, non ſemel aut iterum, ſed ſæpiùs eadem verba reſonabant. Semper autem in Actis adnotatum, quoties quidque fuiſſet repetitum. quod ne hiſtorici quidam neglexerunt: nam leges ſæpe in iſtis libris, *dictum quinquies*, *dictum decies*, *dictum vicies*, & ſimilia. Trebellius verò in Claudio etiam ſexagies atque octuagies idem acclamatum obſervat. Adeò illa tempeſtate mos acclamandi invaluerat: quem non dubitamus ægrè initio & paucis auctoribus, modice ac verecundè à conſcriptis patribus fuiſſe admiſſum. res enim erat, ut nobis quidem videtur, indecora prorſus, & à gravitate tam venerandi conſeſſus alieniſſima. Sed ubi acceſſit uſus & conſuetudo, perquam ſæpe τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται): facilè vetuſtas ipſa omnem deformitatis hujus ſenſum in hominum vel ſapientiſſimorum animis extinxit. Igitur ſemel receptus mos auxit in dies: neque ſolum in ſenatu aut aliis civilibus cœtibus id ſervatum; ſed & in omnibus Eccleſiaſticis conventibus idem olim factitatum. Vetus enim eccleſia & acclamandi morem uſurpavit, & illas ipſas etiam formulas retinuit, quas habent auctores iſti diverſis locis. his populus in ſacris conventibus utebatur; his & patres ipſi in ſynodis ſuis. Atque ut ſenatorum acclamationes in Acta publica relatæ, numero etiam adnotato, quoties quidque dictum fuiſſet: ſic & vetus eccleſia cùm in Acta ſynodica, (Πράξεις ipſi & Πεπραγμένα vocant,) tum in alia geſta eccleſiaſtica habitas acclamationes per notarios ſuos pari diligentia referebat. Proferam exempla aliquot, ut ſtudioſi lectores cum iis conferant quæ paſſim in his vitis leguntur. In Actis ordinationis Eradii, cùm illum beatiſſimus Auguſtinus

acclamationibus proſequutus eſt, [1] *Antonine pie, dii te ſer-*

ſtinus jam ſenex apud clerum & populum ſucceſſorem ſibi dixit: poſt iſta Auguſtini verba, *Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo*, ſequuntur iſta: *A populo acclamatum eſt: Deo gratias, Chriſto laudes*: dictum eſt vicies ter. *Exaudi Chriſte, Auguſtino vita*: dictum eſt ſexies decies. *Te patrem, te epiſcopum*: dictum eſt octies. *cumque reticeretur, Auguſtinus epiſcopus dixit: Non opus eſt*, &c. mox. *A notariis Eccleſiæ ſicut cernitis, excipiuntur quæ dicimus; excipiuntur quæ dicitis: & meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertiùs ut dicam, eccleſiaſtica nunc geſta conficimus. ſic enim hoc eſſe quantum ad homines confirmatum volo.* A populo acclamatum eſt trigeſies ſexies, *Deo gratias, Chriſto laudes: Exaudi Chriſte, Auguſtino vita*: dictum eſt tredecies. & ſub finem, *Hìc mihi reſponſione veſtra opus eſt: teneam reſponſionem veſtram: de hac aſſertione aliquid acclamate. A populo acclamatum eſt: Fiat, fiat*: dictum vicies quinquies. *Dignum eſt, juſtum eſt*: dictum vicies octies. *Fiat, fiat*: dictum quaterdecies. *Olim dignus, olim meritus*: dictum vicies quinquies. *Judicio tuo gratias agimus*: dictum tredecies. *Exaudi Chriſte, Eradium conſerva.* dictum octies decies. Planè hæc gemina ſunt iis quæ in Claudium ſenatores dixerunt, cùm illi imperium deferrent. *Auguſte Claudi, dii te nobis præſtent*: dictum ſexagies. *Claudi Auguſte, principem te, aut qualis tu es, ſemper optavimus*: dictum quadragies. *Claudi Auguſte, te Reſpublica requirebat*: dictum quadragies: *Claudi Auguſte, tu frater, tu pater*, &c. quæ lege apud Trebellium. Synodicæ acclamationes in Actis Conciliorum multæ: contentis verò, hiſce libris ſimillimas paucas ſubjeci. In Actis Synodi Epheſinæ Oecumenicæ tertiæ, Celeſtino & Cyrillo duobus Chriſtianæ fidei columinibus, ita acclamatur venuſtiſſimè: Αὕτη δικαία κρίσις. νέῳ Παύλῳ Κελεστίνῳ νέῳ Παύλῳ Κυρίλλῳ. Κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου. Κελεστίνῳ εὐχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύνοδος. Κελεστίνῳ τῷ φύλακι τῆς πίστεως, εἷς Κελεστῖνος. εἷς Κύριλλος. μία πίστις τῆς συνόδου. μία πίστις τῆς οἰκουμένης. Non diſſimiles iſtis, quas in alia ſynodo habitas refert Euagrius libro ſecundo, capite XVII. Ἅγιε Κύριε σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. ὀρθόδοξε βασιλεῦ σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. ibidem non multò aliter in Dioſcorum acclamatur, quàm apud Lampridium in mortuum Commodum. Ἀνάθεμα Διοσκόρῳ. Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε. τοῦτον ἔξω βάλλε. ἆρον ὕβριν τῆς συνόδου. ἆρον βίαν τῆς συνόδου, τὰς φωνὰς τῶν βασιλέων. ἆρον ὕβριν τῆς συνόδου, ἆρον αἶσχος τῆς συνόδου. Earum verò acclamationum quibus excipere, atque adeò interpellare ſoliti epiſcopos concionantes, & in ſcriptis patrum, & eorundem vitis frequens mentio. Ac videtur admirandæ ſanctitatis vir B. Auguſtinus, eum morem tuliſſe non invitus, atque adeò non improbaſſe: quod ex libro quarto De doctrina Chriſtiana, capite XXVI. aliiſque locis licet intelligere. Non ita Joannes Chryſoſtomus: qui vir divinus, ut erat auſteriore ingenio, morem tot ſeculorum improbavit damnavitque. Extant integræ illius homiliæ, quibus id unum agitur, ut plauſus omnes & acclamationes de concionibus ſacris tollantur. quod cùm ille vir tantus neque auctoritate neque facundia ſua potuerit obtinere; ipſo tandem temporis tractu correctum eſſe, & è piorum ſynaxibus ſublatum hodie videmus: magno argumento, non quicquid olim factum eſt, id ſemper eſſe melius.

1 *Antonine pie, dii te ſervent: Antonine clemens, dii te ſervent.*] Formulæ acclamandi aliæ erant ſolennes & com-

ſervent. Antonine clemens, dii te ſervent. Antonine clemens, dii te ſervent. Tu noluiſti quod licebat, nos fecimus quod decebat. [1] *Commodo imperium juſtum rogamus, progeniem tuam robora.* [2] *Fac ſecuri ſint liberi tui, bonum imperium nulla vis lædit. Commodo Antonino tribunitiam poteſtatem rogamus:* [3] *præſentiam tuam rogamus; philo-*

communes: aliæ certis negotiis propriæ. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Inde in ſenatum itum eſt: ubi poſt illa quæ communia ſolent eſſe facta, dictum eſt.* malim *fauſta.* appellat *communia fauſta*, voces uſurpari ſolitas in omni acclamatione fauſta. hæ ἐγκύκλιοι acclamationes nihil aliud niſi vota & laudationes erant. ferè autem à votis incipiebant, ut hic, & alibi ſæpe in his hiſtoriis. Sic in illa elegantiſſima narratione quæ habetur in codice Theodoſiano, lib. VII. titulo XX. præfectorum & tribunorum acclamationes ita incipiunt: *Auguſte Conſtantine dii te nobis ſervent: veſtra ſalus, noſtra ſalus: verè dicimus, jurati dicimus.* Interdum & verſibus acclamabant. talis illa eſt apud Tertullianum acclamatio,

De noſtris annis addat tibi Juppiter annos.

quò alluſum eſt à B. Ambroſio: ſi tamen Ambroſii eſt oratio de obitu Valentiniani imperatoris: *Quòd ſi me*, inquit, *ad illum revocatis dolorem, quòd citò exceſſit è vita; nec ego abnuo immatura obiiſſe ætate, quem noſtræ vitæ temporibus fulcire cuperemus, ut de noſtris annis viveret, qui fungi non potuit ſuis.*

1 *Commodo imperium juſtum rogamus.*] Jacobus Lectius meus, *C. i. ſutum r.* & firmant ſequentia, *progeniem tuam robora. Fac ſecuri ſint liberi tui.* Ego aliter accipiebam, & *imperium juſtum* interpretabar plenum, ad differentiam ejus dignitatis quam obtinebant Cæſares. Commodum enim jam Cæſarem Auguſtum fieri poſtulat ſenatus, utque mortuo Vero in principatum imperii adſciſcatur à patre: quod & mox factum ſcimus. juvant illa ſtatim, *Commodo Antonino tribunitiam poteſtatem rogamus.*

GRUTERUS.

2 *Fac ſecuri ſint liberi noſtri.*] Elegans iſthæc emendatio debetur membranis Palatinis. habebamus antea oppido inficetè, *liberi tui.* immò *noſtri*; ut velit Senatus ſalute Commodi annexam item liberorum ſuorum incolumitatem.

CASAUBONUS.

3 *Præſentiam tuam rogamus, philoſophiæ tuæ, p.*] Diſtingue: *præſentiam tuam rogamus. philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, d.* peſſimè hæc membra conjunguntur: nam præſentiam Marci optat ſibi ſenatus. illo enim abſente, poſtquam recitata eſt epiſtola ipſius ad ſenatum, acclamationes iſtæ ſunt habitæ. Deinde ſequitur ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς: *philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ.* ubi perperam ſcribunt nonnulli, *nobilitatis tuæ.* putarunt omnia hæc ſecundos eſſe caſus, qui penderent à voce *præſentiam.* quod falſum eſt: nam rectè in omnibus libris tertio caſu ſcriptum *nobilitati tuæ.* deeſt in hac periodo verbum, bene precamur, vel tale quid. talia multa in his acclamationibus elegantiſſimè dicta. ſimillimè apud Lampridium in Alexandro: *Alexander Auguſte, dii te ſervent. verecundiæ tuæ, prudentiæ tuæ, innocentiæ tuæ, caſtitati tuæ.* & hic *verecundiæ tuæ* dictum συντόμως, pro, verecundiæ tuæ omnia fauſta optamus ac precamur. aut verbo uno,

philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ. [1] *Vincis inimicos, hoſtes exuperas: dii te tuentur.* & reliqua. Vixerunt igitur poſteri Avidii Caſſii ſecuri, & ad honores admiſſi ſunt. Sed eos Commodus Antoninus poſt exceſſum divi patris ſui, omnes vivos incendi juſſit, quaſi in factione deprehenſos. Hæc ſunt quæ de Caſſio Avidio comperimus: cujus ipſius mores (ut ſuprà diximus) varii ſemper fuerunt, ſed ad cenſuram crudelitatemque propenſiores: [2] qui ſi obtinuiſſet imperium, fuiſſet non modò clemens, ſed bonus, ſed utilis & optimus imperator. [3] Nam extat epiſtola ejus ad generum ſuum jam imperatoris hujuſmodi: *Miſera reſp.* [4] *quæ iſtos divitiarum* [5] *cupidos &* *divites*

no, feliciter: ut in vita Commodi, *filei prætorianorum feliciter: pietati ſenatus feliciter.* Verùm paullò aliter accipe iſta apud Victorem juniorem: *Acclamatum eſt: Pertinace imperante ſecuri viximus, neminem timuimus: patri pio, patri ſenatus, patri omnium bonorum,* deeſt hic, honores petimus, vel cenſemus deferendos, aut neſciò quid hujuſmodi.

1 *Vincis inimicos, hoſtes exuperas.*] In Alexandrum Severum dictum eſt: *Viciſti vitia, viciſti crimina, viciſti dedecora.*

2 *Qui ſi obtinuiſſet imperium, fuiſſet, non modò clemens, ſed bonus, ſed utilis & optimus imperator.*] *Fuiſſet*, hoc eſt, dictus fuiſſet. non enim ex ſententia ſua loquitur Vulcatius, ſed ex conſuetudine hominum, qui in cæteris veritatem utcumque amplectentes, in principibus per adulationem illam ferè corrumpunt. ἀφελῶς γὰρ, ut ait Græcus orator, ἐπισκιάζουσι τοῖς κακοῖς εὐτυχίαι. Non penitus diſſimile eſt quod obſervat Dio libro XLV. Octavium qui penè adhuc puer auſus patris hereditatem cernere, Julii nomen aſſumere, & Reip. turbis ſe immiſcere occiſo Cæſare, pro temerario & audace tunc habitum: ſed cùm illi res ſucceſſiſſent, fortitudinem illius omnes prædicaſſe. vide locum, ſub initium ejus libri: eſt non planè eadem ſententia.

3 *Nam extat Epiſtola &c.*] Cave referas ad proxima verba: pertinent enim ad illa, *ſed ad cenſuram crudelitatemque propenſiores.* eos fuiſſe Caſſii mores, probat allata epiſtola quæ planiſſimum id facit.

GRVTERVS.

4 *Quæ iſtos divitiarum cupidos, & divites patitur! miſera.*] Sic Pal. haud tamen ſpreverim aliorum codicum ſcripturam, *patitur. Miſer Marcus! homo, &c.*

CASAUBONUS.

5 *Cupidos & divites patitur miſera. Marcus h.*] Regius & Puteani, *c. & d. patitur. Miſer Marcus h.* in vulgatâ, *miſera* in fine ſententiæ σχετλιαστικῶς eleganter poſitum, ut apud Græcos ὦ τάλαινα, ὦ ταλαίπωρε. at initio periodi *miſera Reſp.* ἀποφαντικῶς dictum, δυστυχής ἐστιν ἡ πολιτεία. Probo tamen ſcriptam lectionem, propter ſequentia verba: quibus rationem reddit, cur Marcum dixerit miſerum.

divites patitur miſera. Marcus homo ſanè optimus: qui dum clemens dici cupit, eos patitur vivere quorum ipſe non probat vitam. Ubi L. Caßius, cujus nos fruſtra tenet nomen? [1] *Ubi Marcus ille Cato Cenſorius? Ubi omnis diſciplina majorum? quæ olim quidem intercidit, nunc verò nec quæritur.* [2] *Marcus Antoninus philoſophatur, &* *quærit de clementia,* [3] *& de animis, & de honeſto & juſto,* [4] *nec ſentit pro rep. Vides* [5] *multis opus eſſe gladiis, multis elogiis, ut in antiquum ſtatum publica forma reddatur.* [6] *Ego verò iſtis præſidibus provinciarum: an ego proconſules, an ego præſides putem, qui ob hoc ſibi à ſenatu & ab Antonino* [7] *provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant? Audiſti præf. prætorii noſtri philoſophi, ante triduum*

1 *Ubi Marcus ille Cato Cenſorius.*] Abeſt à regio nomen *Cato.* Ego verò miror cur Cenſorium potiùs quàm Uticenſem Catonem appellet in hac re Caſſius.

4 *Nec ſentit pro Rep.*] Nec ſententias dicit in ſenatu ſatis fortes & viriles: ſed nimietate clementiæ fovet malos, in pernitiem Reip.

5 *Multis opus eſſe gladiis, multis elogiis.*] Reſpicit ad titulos puniendorum, quæ vocari elogia notum eſt.

6 *Ego verò iſtis præſidibus provinciarum.*] Malam crucem videlicet opto, aut tale quid.

SALMASIUS.

2 *Marcus Antoninus philoſophatur & quærit de clementia.*] Cur de clementia potius quam de alia qualibet virtute? Nam de omnibus quærere philoſophantis eſt. ſed cur de clementia quærere? quid enim quæſtionibus opus eſt ad clementiam? ſuſpecta mihi fuit ſemper hoc loco *clementia.* nec fefellit me ſuſpicio. nam Palatinus aliter heic legit: *& quærit de clementes.* unde corrector principis editionis videtur feciſſe: *& quærit de clementiis.* nam illa ita ſcriptum exhibet. neutrum recte. facile tamen eſt ſcriptam lectionem emendare legendo: *& quærit de elementis.* quod nemo ambigere poſſit, eſſe verum. Philoſophi enim proprium de elementis quærere.

3 *Et de animis.*] Ammianus Marcellinus de Juliano; *cum Maximo & Priſco Philoſophis ſuper animorum ſublimitate diſputans.*

6 *Ego vero iſtis præſidibus provinciarum, an ego proconſules, an ego præſides putem.*] Videtur hæc oratio interrupta. quod an de induſtria ſit factum à Caſſio quaſi malum minante illis provinciarum præſidibus, ut Neptunus apud Poëtam,

Quos ego. ſed motos præſtat componere fluctus.

an vero aliquid deſit, neſcio. alii quærant.

GRUTERUS.

7 *Provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant?*] Non quidem credunt ideo ſibi creditas; ſed interim non aliter ſe gerunt, atque ſi eam ob cauſſam accepiſſent. Planè, maximam partem hominum honores petentium magis animo volvere commodum ſuum privatum, quàm publicum, lepidâ Diatriba oſtendi ad Livium.

1 *Ærarium*

duum quàm fieret, mendicum & pauperem, ſed ſubitò divitem factum. Unde quæſo niſi de viſceribus reip. provincialiumque fortunis? Sint ſanè divites, ſint locupletes; [1] *ærarium publicum refercient. Tantùm dii faveant bonis partibus.* [2] *Reddant Caßiani reip. principatum.* Hæc epiſtola ejus indicat quàm ſeverus & quàm triſtis futurus fuerit imperator.

SALMASIUS.

1 *Ærarium publicum refercient.*] *Referient* P.

2 *Reddant Caßiani reip. principatum.*] Qui ſunt iſti qui dicuntur heic Caſſiani ab ipſo Caſſio? an homines ſuarum partium intelligit? cur non potius recta dicit ſe, id eſt *Caßium redditurum reip. principatum*? omnino legendum & diſtinguendum; *Tantum Dii faveant bonis partibus, reddam Caßiane reip. principatum.* Caſſiane, ad morem Caſſiorum qui omnia olim fecerunt, ut reip. principatum redderent, & Julium Cæſarem dictatorem conſpiratione inita occiderunt, ut ſcribit Volcatius initio hujus vitæ: *Hic ergo Caßius ex familia Caßiorum qui in C. Julium conſpiraverunt, oderat tacite principatum.* non mirum igitur ſi heic gloriatur Caſſius redditurum ſe *Caſſiane* reip. principatum. hoc eſt, ut Caſſii olim facere voluerunt.

CASAUBONUS.

2 *Reddant Caßiani Reip. principatum.*] Malim, *reddent*, ut pendeat à ſuperiore periodo. *Reddere Reip. principatum*, non aliud eſt, quàm, *reddere Remp.* quod exponebamus ad Suetonium libro ſecundo ex Dione, reddere Reip. arma, provincias, magiſtratuum comitia, & ærarium. Doctorum virorum interpretatio horum verborum argutior quàm verior.

[1] ÆLII LAMPRIDII
COMMODUS ANT.
AD
DIOCLETIANUM AUG.

DE COMMODI ANTONINI parentibus in 1
vita Marci Antonini ſatis eſt diſputatum. Ipſe autem

CASAUBONUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Robertus à Porta, qui ante aliquot ſecula hiſtoriam rerum Commodi duobus capitibus eſt complexus, ſolitus initiò cujuſque capitis auctorem laudare quem excerpit: non Ælium Lampridium hic, ſed Julium Capitolinum bis nominat. Regius tamen & omnes ſcripti vitam hanc Ælio Lampridio adſcribunt. Meminit hujus initiò Probi Flavius Vopiſcus. Ætas certa eſt: reliqua in obſcuro latent.

autem natus eſt [1] apud Lanuvium [2] cum fratre Antonino Gemino, [3] pridie Cal. Septemb. patre patruoque coss. ubi & avus maternus dicitur natus. Fauſtina quum eſſet Commodo cum fratre prægnans, viſa eſt in ſomnis [4] ſerpentes parere; ſed ex his unum ferociorem. Quum autem peperiſſet Commodum atque Antoninum, Antoninus quadrimus eſt elatus, [5] quem parem aſtrorum curſu Commodo mathematici promittebant. Mortuo igitur fratre, Commodum Marcus & ſuis præceptis & etiam [6] magnorum atque optimorum virorum erudire conatus eſt. [7] Habuit literatorem Græcum, Oneſicritum; Latinum, Capellam Antiſtium: orator ei Atteius Sanctus fuit. [8] Sed tot diſci-

SALMASIUS.

1 *Ælii Lampridii.*] Excerpta Palatina Ælio Spartiano non Ælio Lampridio hanc vitam vindicant. Non habeo certi quid ſtatuam.

CASAUBONUS.

1 *Apud Lanuvium.*] In villa Lanuvina. vide Capitolinum in Pio.

2 *Cùm fratre Antonino Gemino.*] E re cognomen impoſitum. ſed an recte ſcriptum? nam fortaſſe verius litera minore, *gemino*.

3 *Pridie Cal. Septemb.*] Die quo & Caligula natus, ut mox. Suetonius cap. VIII.

4 *Serpentes parere.*] Videtur numerus excidiſſe. Scripſerim cum Lectio, *ſ. duos parere.* quia ſequitur, *ſed ex his unum ferociorem.* Ita reperi poſtea apud Robertum Bonon.

5 *Quem parem aſtrorum curſu Commodo m.*] Malim, *ex aſtrorum curſu.* Ridet obiter mathematicos genethliacos, qui fratrum geminorum paria & eadem fata eſſe dixerant. Eos igitur exemplum hoc, ut alia infinita, vanitatis arguit.

6 *Magnorum atque optimorum virorum.*] Notat Herodianus, ſtatim initio. ipſe Marcus quantæ fuerit ſibi curæ recta liberorum educatio, teſtatur abundè libro primo, ubi inter maxima beneficia à Deo ſibi collata & hoc ponit: τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι. Pitholaum cubicularium, Commodi τροφέα novimus è Galeno.

SALMASIUS.

5 *Quem parem aſtrorum curſu, Commodo promittebant.*] Quomodo parem? an vitæ curriculo? quod ſi eſt, hoc dixerit, irridens vanitatem Mathematicorum. an vero, moribus & inſtitutis parem Commodo futurum promittebant, ſi viveret? nam & ita poteſt accipi. melior tamen prior interpretatio.

7 *Habuit litteratorem Græcum Oneſicritum.*] Non *Oneſicritus*, ſed *Oneſicrates* hic litterator nomen habet in membranis Palatinis, & prima editione.

GRUTERUS.

2 *Cum fratre Antonino gemino.*] Scripſi vocem poſtremam litterâ minuſculâ, quod non aliter eſſet in Palatino, putaremque non tam cognomen fuiſſe huic puero, quàm nativitatis notam.

8 *Sed tot diſciplinarum magiſtri, nihil ei profuerunt. tantum valet aut ingenii vis &c.*] Sic quoque Aurelius Victor in vitâ

diſciplinarum magiſtri nihil ei profuerunt. [1] *Tantum valet aut ingenii vis, aut* [2] *eorum qui in aula inſtitutores habentur.* Nam à prima ſtatim pueritia, turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore quoque pollutus & conſtupratus fuit: [3] Jam in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant, [4] ut calices fingeret, [5] ſaltaret, cantaret,

vitâ Didii Juliani: *Hincque ſatis compertum, cohibendæ cupidini, ingenium ni juvet, eruditionem imbecillem eſſe: cum &c.*

CASAUBONUS.

1 *Tantum valet aut ingenii vis.*] Non ſine cauſſa dubitat: nam fuit naturâ ſuà Commodus minimè malus: atque adeò, auctore Dione, οὐ κακός τις ἀνθρώπων ἄρχων. quod tamen elogium iis quæ ſtatim ſubjicit Lampridius, nullo modo convenit.

2 *Eorum qui in aula inſtitutores habentur.*] Pitholaum videtur perſtringere qui fuit ejus educator, & in aula inſtitutor.

4 *Ut calices fingeret.*] I ego, *frangeret.* de hoc genere παιδιᾶς dictum aliquid ad Verum Imper. Eſt & calices fingere vinearii artificis potiùs quàm ejus qui in imperatoria ſtatione ſit collocatus: ſed eam lectionem refellunt ſequentia Accedit teſtimonium Roberti Bon. qui hinc ſcribit, *Nam calices de menſa rumpebat.*

GRUTERUS.

3 *Jam in his artifex quæ ſtationis Imperatoriæ minimè erant, ut calices fingeret.*] Sic quoque uterque Palatinus, & neſcio quomodo placeat magis, quàm divinatio aliorum *calices frangeret.* quam ipſam tamen non exſibilo. vulgatam ſtabilit regum aliorum exemplum, qui ærariæ artis fabricæ ſe tradidere, ceriſque fingendis & ære fundendo procudendoque oblectati fuere; item eorum qui menſulis & lucernulis, teliſque adeo formandis exacuendiſque, tempus traduxere. quorum meminit Plutarchus in vitâ Demetrii, Juſtinus libro XXXVI. capite 8. habet enim calicum fictio aliquid in ſe, quod hominem mire delectet, dum ſimplice ſpiritu vitrum in plures habitus format, qui vix diligenti manu effingerentur ut loquitur Seneca Epiſt. xc. quid quod & arte conſtat: quæ an etiam requiratur ad calices frangendos, dubito.

SALMASIUS.

3 *Jam in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant.*] Scribe: *tam in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant, ut calices fingeret, ſaltaret, &c.*

4 *Ut & calices fingeret.*] Ita omnes libri. Placet tamen viro doctiſſimo *calices frangeret*, propter ſimilem locum in Vero: *jaciebat & nummos in popinas maximos quibus calices frangeret.* ego *fingeret* omnimodis retinendum cenſeo. nec enim illud de Vero ſimile eſt, qui per ludum & laſciviam, cum iret comiſatum, calices frangebat. at Commodus id dicitur hoc loco feciſſe inter ſtudia & artificia ſua, quibus callebat: quare & inter ceteras artes ludicras quas perdidicerat Commodus & hanc quoque annumerat Lampridius quod calices ſciret fingere. plures ſane imperatores fingendi ſtudium amaviſſe paret illorum vitas pervolutantibus. Aurelius Victor de Hadriano, *fictor ex ære vel marmore proxime Polycletos & Euphranoras.* ſed ille ſimulacra fingebat, Commodus vero calices. Alexandrum quoque Severum legimus fingendi artem calluiſſe.

5 *Saltaret, cantaret, ſibilaret:*] *Sibilare* heic eſt fiſtulare, vel fiſtula canere. Lampridius de Heliogabalo: *ipſe can-*

taret, ſibilaret, [1] ſcurram denique & gladiatorem ſe perfectum oſtenderet. Auſpicium crudelitatis [2] apud Centumcellas dedit anno ætatis XII. Nam quum tepidiùs fortè lotus eſſet, [3] balneatorem in fornacem con-

cantavit, ſaltavit, ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizavit. pandurizare enim eſt fiſtula canere. *Sibilus* autem dicitur proprie ſonus quem emittit fiſtula. Ovidius:

Et norunt omnes paſtoria ſibila montes.

unde & *paſtoritia fiſtula* pro ſibilo Ciceroni. Gloſſæ Iſidori: *fiſtulor, ſibilo.* ſibilare igitur hoc loco eſt fiſtulare. *Sibilare*, συρίζειν. unde & σύριγξ fiſtula dicta eſt.

1 *Scurram denique & gladiatorem ſe perfectum oſtenderet.*] Legendum abſque pronomine: *ſcurram denique & gladiatorem perfectum oſtenderet.* ſic habent libri. *gladiatorem oſtendere*, μονόμαχον ἐπιδείκνυσθαι. ſic *principem exercere* optimi authores dicunt, & *principem oſtendere.* nec diſſimile eſt, *civem agere, patronum agere*, & *hominem gerere.*

GRVTERVS.

1 *Scurram denique & gladiatorem perfectum oſtenderet.*] Sic malui, ſecutus fidem utriuſque Palatini, ejecto pronomine *ſe*, quod in editis.

CASAVBONVS.

2 *Apud Centumcellas.*] Procopius libro ſexto ſive Gotthicorum altero: διὸ δὴ καὶ πόλιν ἐπιθαλασσίαν λόγου πολλοῦ ἀξίαν Κεντουκέλλας ὄνομα, τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντες, ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέλιπον. ἔστι δὲ ἡ πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ἐς τὰ Ῥώμης πρὸς ἑσπέραν ἐν Τούσκοις κειμένη, σταδίοις αὐτῆς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἀπέχουσα. Fabellam de conditis Centumcellis per Hadrianum non feciſſet tanti nugator Egnatius, ſi epiſtolam Plinii XXXI. libro ſexto legere olim meminiſſet.

3 *Balneatorem in fornacem conjici juſſit.*] Balneatorem hic interpretor non dominum vel mancipem balnei, τὸν βαλανέα: ſed ſervum mediaſtinum qui in balneis aquam & oleum affundebat. Gloſſæ, *Mediaſtinus præfuſor*, παραχύτης, περιχύτης. In ſcriptis Rabbinorum vocantur hæc miniſteria אוליירין vel אליירין ut notatur in Aruch. Seneca epiſtola LXXXVI. *Olim non ſuffundebatur aqua, nec recens ſemper velut ex calido fonte currebat.* deſcribit miniſterium ſervi περιχύτου.

SALMASIUS.

3 *Balneatorem in fornacem conjici juſſit.*] Balneatorem heic poſuit pro eo qui balneum ſuccendit & calefacit. ſic in vita Carini, Flavius Vopiſcus *Balneatores* dixit qui balnea præparant: *quum hyemis tempore ad quemdam locum veniſſet, in quo fons erat aqua pertepida, ut ſolet per hyemem naturaliter, eaque in piſcina uſui eſſet, dixiſſe balneatoribus fertur, Aquam mihi muliebrem præparatis.* Græci quoque βαλανέα vocant, cujus hoc erat munus atque miniſterium. Gloſſæ: *Balneator*, βαλανεύς. ſed id magis oſtenditur Græco epigrammate nondum edito, in quo queritur author de balneo ſibi nimis calido à balneatore præparato: quod non gravabor aſcribere, ad hunc enim locum facit.

Εἰς βαλανεῖον ἔκπυρον.

Τοῦτο πυρὰν κλήζειν μᾶλλον δεῖ κοὐ βαλανεῖον,
Ἥν ποθ' ὁ Πηλείδης ἧψε Μενοιτιάδῃ.
Ἢ τὸν Μηδείης στέφανον τὸν χεῖνον ἐρινὺς
Ἐν θαλάμοις Γλαύκης εὕνεσεν Αἰσονίδου.
Φεῖσαί μου βαλανεῦ πρὸς τοῦ Διὸς, εἰμὶ γὰρ ἀνὴρ

Ποί

conjici juſſit: [1] quando à pædagogo cui hoc juſſum fuerat, vervecina pellis in fornace conſumpta eſt, ut fidem pœnæ de fœtore nidoris impleret. [2] Appellatus eſt autem Cæſar puer [3] cum fratre ſuo Severo: [4] XIV. æta-

Πάντα γράφειν τὰ βροτῶν ἔργα
καὶ ἀθανάτων.
Εἰ δὲ περιέσται σοι πολλοὺς ζῶντας κατακαῦσαι,
Ἄπιθι πυρὰν ξυλίνην, δήμιε, μὴ λιθίνην

ſic & βαλανεὺς accipitur in pervetuſto Scholio:

Πόρνη καὶ βαλανεὺς τοῦτον ἔχουσ' ἐμπεδίως τρόπον.
Ἐν ταυτῷ πυέλῳ τὸ τ' ἀγαθὸν τὸ τε κακὸν λού

Græcolatinæ Gloſſæ: βαλανεύς, *Balneator*.

1 *Quando à pædagogo cui hoc juſſum fuerat.*] Pitholaus hic pædagogus vocabatur. Galenus περὶ τῶν προγινώσκειν. ἐν ᾧ περὶ υἱὸς αὐτοῦ Κόμμοδος ὑπὸ Πειθολάου τρεφόμενος. quibus verbis ſignificatur Pitholaus τροφεὺς Commodi; Latini *pædagogum* & *educatorem* vocant, qui Græcis τροφεύς. atque etiam *papatem*, cujus vocis frequens occurrit mentio in vetuſtis Martyrologiis. Juvenalis,

—— *timidus prægustet pocula papas.*

2 *Appellatus eſt autem Cæſar puer cum fratre Severo.*] Quis hic Severus frater Commodi, quærunt docti, & inveniſſe putant legendo, *Sex. Verum.* & illum eſſe ajunt cujus meminit Capitolinus, quique ſeptennis periit ſub ipſis Germanicæ profectionis diebus, eumdemque eſſe volunt cum illo quem Galenus Sextum vocat. quod vereor ut poſſit ſubſiſtere. Nam Sextus ille Marci filius cujus apud Galenum mentio, adhuc in vivis erat Marco apud Marcomannos agente: at Verus Capitolini periiſſe dicitur ſub ipſis profectionis diebus. Verum heic eſſe legendum nullus dubito: *appellatus eſt autem Cæſar puer cum fratre ſuo Vero.* *Severo* enim perperam irrepſit pro *Vero.* ſic apud ipſum Galenum Σεβῆρος pro Βῆρος. περὶ τῶν περὶ τόπου γράψαντος: ἦρχεν καὶ τότε Σεβῆρος, ἑαυτὸν μετὰ Ἀντωνῖνον μετονομάσας, εἰς δὲ τὴν τῆς ἀρχῆς κοινωνίαν προσλαβὼν Λούκιον καὶ μετονομάσας Σεβῆρον. legendum Βῆρος & Βῆρον. ita in faſtis Siculis Σεβῆρος pro Βῆρος, non uno loco legitur. Caſſiodorus quoque in faſtis Severum pro Vero nominat, non ſemel: *His conſulibus Lucius Antoninus Severus anno regni undecimo inter Altinum & Concordiam apoplexi extinctus eſt.* Simile mendum animadvertimus apud Theophilum Inſt. de excuſ. οἱ θειότατοι ἀδελφοὶ Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος. pro Βῆρος καὶ Ἀντωνῖνος. quod alios quoque animadvertiſſe credo. ita hoc loco *Severo* pro *Vero* perperam ſcriptum fuit. niſi hic filius Marci Severus nomen habuerit ex proavo materno patris Catilio Severo, cujus & nomen olim habuit Marcus. ſed quod prius poſui, verius eſſe arbitror.

GRUTERUS.

3 *Cum fratre Severo.*] Adſentior certiſſimæ conjecturæ amiciſſimi Caſauboni, *Sex. Veri*; ſed ſecutus ſum tamen manuſcriptos.

CASAUBONUS.

2 *Appellatus eſt autem Cæſar puer c.*] Infrà, *Nominatus eſt inter Cæſares, quarto Iduum Octobrium, Pudente & Pollione Coſs.*

3 *Cùm fratre ſuo Severo.*] Marco Antonino nati ſunt è Fauſtina filii tres: Commodus qui imperavit: Antoninus Geminus, qui partu eodem cum fratre Commodo editus, quadrimus

[1] XIV. ætatis anno in collegium ſacerdotum aſcitus eſt. [2] Cooptatus inter tres ſolos principes juventutis quum togam

drimus periit : & Verus ille quem obiiſſe cum eſſet annorum ſeptem, in Marco narrat Capitolinus. Herodianus Veriſſimum hunc nominat : qui cùm Marco filios tribuit duos tantùm, fratrem geminum Commodi videtur ignoraſſe : ut qui multò antè obiiſſet, quàm ipſe Alexandria Romam migraret. Cum igitur plures filios tribus illis quos diximus non habuerit Marcus, quis iſte frater Commodi Severus? Sed non dubitamus Verum eſſe, de quo Capitolinus. Lego, *Sex. Verum*. Galenus Περὶ τ̃ προγινώσκειν, non ſemel Ἔξτον Ἀντωνίνου υἱὸν à ſe curatum narrat : de cujus pervicacia cùm queratur Galenus, ceu φιλονίκου ὄντος ἐσχάτως. ut ait ipſe, non poteſt geminus Commodi frater intelligi. is igitur eſt, qui periit ſeptuennis.

1 XIV. *Ætatis anno in collegium ſacerdotum adſcitus eſt.*] Infrà ex Actis poſteà factis, vel emendatis : *aſſumtus eſt in omnia collegia ſacerdotalia ſacerdos, XIII. Kal. Invictas, Piſone & Juliano Coſs.*

2 *Cooptatus inter tres ſolos principes juventutis cùm togam ſumſit.*] Omnes libri corrupti. Lege, *inter troſſulos principes juventutis*. & Juſto Lipſio, præſtantiſſimi ingenii viro, qui certiſſima conjectura ſic emendavit, magnas habe gratias. Cauſſas emendationis ab ipſo licet petas, & ejus Electis, bonæ frugis pleniſſimis libellis.

GRUTERUS.

2 *Cooptatus inter tres ſolos.*] Palatinus viam ſternit ad emendationem hujus loci, ſcripſit enim unicâ voce *treſſolos*. & verò nihil verius conjecturâ Lipſianâ, *inter troſſulos*.

SALMASIUS.

2 *Cooptatus inter troſſulos juventutis.*] Emendabat olim Lipſius : *cooptatus inter troſſulos principes juventutis*. mallem ego : *inter troſſulos, princeps juventutis*. proba enim omnia, ut equidem puto, in illa emendatione præter illud quod retinet *principes juventutis*. unicus princeps illa ætate juventutis Commodus. Vetus verbum *troſſulus* pro equite. & ſic dicti equites, ut notum eſt, ab oppido in Tuſcis quod abſque opera & adjumento peditum ſoli expugnavere. ſub Romulo dicebantur *celeres* non à celeritate, ut aliquis putaret, ſed voce plane Græca. κέλης Græcis eſt eques. Æolice, κέλης. ut πίθος, πίθος, & ſimilia. inde *celer*. Latini recentiores *celetes* etiam dixerunt. Valerius Probus in notis. TRIB. CEL. *Tribuni celerum vel celetium*. vides eum celeres & celetes eoſdem facere? perperam hodie legitur, *vel celsium* Servius ad VIII. Æneid. *Romulus cum turbam civium non haberet, aſylum condidit, ad quem locum ſi qui confugiſſet, eum exinde non liceret auferri. hic cum videret virorum multitudinem ſine connubiis poſſe deperire, à vicinis civitatibus matrimonia poſtulavit, ſed ab eis contemptus celetes ſe Neptuno equeſtri deo qui & Conſus dicitur celiturum propoſuit, ad quos celetes cum de vicinis civitatibus maxima multitudo cum omnibus fœminis conveniſſet*, &c. perperam *celeres* pro *celetes* ibi reponunt docti. quinimmo & *celer* pro veloci inde dictus. nihil enim equo vel equite velocius. poſtea dicti ſunt *flexuntes*, à flectendis equis in gyrum. Virgil. *Flectere ludus equos*. à *flexus* autem, *flexes*, *flexitis*, & ἀρχαϊκῶς *flexutis* : ut ab *arcus*, *arces*, *arcutis*, ὁ τοξότης. Optimæ Gloſſæ : *arcutes*, τοξόται. nam plane *arcutes* ut *flexutes*. ſic *armites* ab armis, οἱ ὁπλῖται. nec dubium eſt quin *armutes* veteribus dicti. Servius : *equites apud veteres flexutes dicebantur, ſicut ait Varro rerum humanarum*. male apud Servium legitur, *flexuntæ*. emendandus quo-

togam ſumpſit: adhuc in prætexta puerili congiarium dedit, atque ipſe in baſilica Trajani præſedit. Indutus autem toga eſt [1] Nonarum Juliarum die, quo in terris Romulus non apparuit, [2] & eo tempore quo Caſſius à Marco deſcivit. Profectus eſt, commendatus militibus, cum patre in Syriam & Ægyptum, & cum

quoque Plinius lib. XXXIII. *celeres ſub Romulo regibuſque appellati ſunt, deinde flexumines, poſtea troſſuli.* lege: *deinde flexutes.* Troſſulorum autem nomen pro equitibus non diu poſt Gracchum manſiſſe auctor Plinius ex verbis Junii Gracchani. jam enim tum pudebat multos iſtoc nomine appellari propter ambiguitatem vocis *Troſſuli*, quæ olim equitem ſignificabat ab oppido Troſſulo quod ceperant: illo vero tempore etiam pro delicato & molli accipiebatur à Græco vocabulo τρυφερὸς, quod delicatum & mollitia infamem ſignificat. & valde hallucinatur Lipſius, qui veterem quidem vocem Troſſulos de equitibus & ante Ciceronis ævum deſitam eſſe fatetur, cæterum poſt refloruiſſe & ſub imperatoribus revixiſſe: nam & Senecam ea uſum eſſe in hac equitum ſignificatione. fallitur inquam: nam *troſſuli* quidem leguntur apud Senecam, ſed non pro equitibus ibi ſumuntur. in epiſtolis: *O quam vellem Catoni nunc occurrere aliquem ex his troſſulis in via divitibus, curſores & Numidas & multum ante ſe pulveris agentem.* ubi perperam tanquam gloſſema expungit τὸ *divitibus*. delicatos enim & luxurioſos divites intelligit. idem alibi epiſt. LXXVI. *quid ergo idem faciam quod troſſuli iſti & juvenes?* caveſis *equites* intelligas. ſemper delicatos & luxu diffluentes ea vox ſignat. D. Hieronymus de vitando ſuſpecto contubernio: *dolet ſibi prælatum juvenem non quidem comatum, non veſtium ſericarum, ſed troſſulum & in ſordibus delicatum.* auctor Gloſſarum veterum putavit *troſulum* quaſi *torosulum* dictum. ideoque truſulum exponit, ἐν μικρῷ παχυῷ. juvenes compti, comati, unguentati, nitide veſtiti, molles ac delicati iſto nomine vocabantur, à voce, ut dixi, Græca τρυφερὸς, qua μαλακὸς καὶ ἀσθενὴς ſignificatur. hinc *truſſus*, *truſſulus*. & propterea factum eſt ut puderet iſtius nominis equites. at heic vetus verbum uſurpavit Capitolinus, & *troſſulos* pro equitibus dixit, inter quos cooptatus eſt Commodus & princeps juventutis deſignatus, cum togam virilem ſumpſit. vulgo enim octavo decimo ætatis anno in equitum numerum cooptabatur. Hadrianus tamen Marco Philoſopho honorem equi publici ſexenni detulit, & octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit. at Commodus heic quarto decimo tantum ætatis anno in collegium Saliorum aſcitus eſſe dicitur, & ſeptimo decimo inter equites relatus, & eo tempore quo togam virilem ſumpſit. Iſidori Gloſſæ: *troſuli, equites: troſulus, equeſter adoleſcens.*

CASAUBONUS.

1 *Nonarum Iuliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.*] Romuli exceſſum nonnulli in diem hunc Nonarum Quintilium Caprotinarum conjiciebant, ut Plutarchus: alii in Quirinalia & Februarium menſem. quas ſententias expendit ἀοίδιμος heros Joſephus Scaliger, in quinto De emendatione temporum. eum vide.

2 *Et eo tempore quo Caſsius à Marco deſcivit.*] Expreſſe notat Dio: ut ad Marcum notamus.

1 *Popinas*

cum eo Romam rediit. Poſt hæc venia legis Annariæ impetrata, cos. eſt factus: & cum patre imperator eſt appellatus v. Cal. Decemb. die, Pollione & Apro coss. & triumphavit cum patre: nam & hoc patres decreverant. Profectus eſt cum patre & ad Germanicum bellum. Adhibitos cuſtodes vitæ ſuæ honeſtiores ferre non potuit, peſſimos quoſque detinuit, & ſubmotos uſque ad ægritudinem deſideravit: quibus per patris mollitiem reſtitutis, [1] popinas & ganeas in Palatinis ſemper ædibus fecit: neque unquam pepercit vel pudori vel ſumptui. In domo aleam exercuit. [2] Mulierculas formæ ſcitioris, [3] ut proſtibula mancipia lupanarium ad ludibrium pudicitiæ contraxit. [4] Imitatus

1 *Popinas & ganeas in palatinis ſemper ædibus fecit.*] Didicerat à Vero, de quo Capitolinus, *popinam domi inſtituit.*

3 *Ut proſtibula mancipia lupanarium.*] Vetus editio, ante vocem *lupanarium* inſerebat monſtrum verbi *perficiem.* unde ſcribebat princeps doctorum ævi ſui Hadrianus Turnebus, *per ſpeciem lupanarium.* nobis tamen libri regii lectio placet. niſi illa *mancipia lupanarium* ſunt gloſſa τȣ̃ *proſtibula.*

SALMASIUS.

2 *Mulierculas formæ ſcitioris ut proſtibula mancipia lupanarium.*] Corruptiſſimus, ſi quis alius in his authoribus, hic locus. veteres libri qua ſcripti qua vulgati, infulciunt vocem *perficiem.* quam etſi corruptam, temere tamen ejecerunt viri docti: ſananda enim potius fuit quam tollenda, quod facile fuit. *perficiem* enim eſt, *per faciem.* & ſic totus locus conſtituendus: *mulierculas formæ ſcitioris ut proſtibula mancipia per faciem lupanarium ad ludibrium pudicitiæ contraxit.* verum egit lenonem Commodus, cum mulierculas luculentioris formæ contraheret, ut proſtibula mancipia, ſpecie lupanarium. *per faciem,* genus loquendi minus uſitatum pro per ſpeciem. Juvenalis:

——— *expedit illis*
Et ſtrepitu & facie majoris vivere cenſus.

facie majoris cenſus, pro ſpecie. ſic alter Victor in Valeriano: *ejus filium Gallienum Senatus Cæſarem creat, ſtatimque Tiberis adulta ætate diluvii facie inundavit.* neque vero mirum *per ficiem,* heic pro *per faciem* habuiſſe ſcriptos codices. *a* enim littera per facile in *i* mutatur & degenerat.

GRUTERUS.

3 *Ut proſtibula, mancipia lupanarium, ad ludibrium pudicitiæ contraxit.*] Nihil hic adjuvat Palatinus. habet tamen, *ut proſtibula mancipia perficiens lupanarium & dibrium pudicitiæ contraxit.* ſtare tamen videtur pro Turnebi emendatione; *ut proſtibula mancipia, per ſpeciem lupanarium, ad ludibrium.*

4 *Imitatus eſt propolas circumforaneos.*] Ita legebatur & diſtinguebatur in Pal. hactenus vulgati, *imitatus etiam propolas.*

CASAUBONUS.

4 *Imitatus etiam propolas circumforaneos, equos curules ſibi comparavit.*] Tale quid in Vero notabat Capitolinus, cum

tatus etiam propolas circumforaneos; equos curules ſibi comparavit. [1] Aurigæ habitu currus rexit, [2] gladia-

cum inter flagitia illius poneret, quod *frequenter provincialibus literas cauſſa Circenſium & miſerit & acceperit.* ſed Commodi projectior pudor. Propolas circumforaneos vocat eos, qui curulium equorum greges ſibi comparabant, quos dominis factionum venderent, aut locarent. Sed nondum penitus diſplicet, quod aliquando venit nobis in mentem: mutata diſtinctione totum locum ita eſſe concipiendum. *Mulierculas formæ ſcitioris, ut proſtibula mancipia lupanarum, ad ludibrium pudicitiæ contraxit, imitatus etiam propolas circumforaneos. Equos c.* Erit ſenſus, Commodum in emendis hiſce mulierculis, quarum pudicitiæ, cum ipſe, tum ſodales ejus erant illuſuri, imitatum eſſe circumforaneos propolas, ſive mangones impuriſſimos, qui virgines quas emerent, aut venderent, ſoliti denudare atque perſpicere. Tangit hunc morem Suetonius duobus locis: libro ſecundo, capite XXIX. & libro quarto, cap. XXXVI.

SALMASIUS.

4 *Imitatus etiam propolas circumforaneos, equos curules ſibi comparavit.*] Propolas circumforaneos vel circumforanos, ut habetur in optimis libris, heic accipiunt viri docti, qui curulium equorum greges ſibi comparabant, & dominis factionum mercede locabant ita quidem licet colligere ex hoc loco, ut vulgo diſtinctus legitur. ſed quis mihi certo probabit curulium equorum mercatores proprie dictos propolas circumforaneos? immo propolæ circumforanei non alii ſunt quam tenues quidam non magnarum mercium negotiatores, quas ipſi ſecum circumferunt & fora diverſa ſequuntur, tenuis lucri captandi gratia. *Propolam* ficuum venditorem vocat Lucilius lib. v.

Sicuti cum primus ficos propola recentes
Protulit & pretio ingenti dat primitus paucos.

Gloſſæ: *propola, πώλης*, ita ibi legendum, vel προπώλης. poſt *circumforaneos* ponenda τελεία στιγμή, & ſic diſtinguendum: *imitatus etiam propolas circumforaneos. Equos curules ſibi comparavit. Aurigæ habitu currus rexit. Gladiatoribus convixit. Aquam geſſit ut lenonum miniſter.* hæc enim ut diverſa ſtudia ponit, quæ diverſis temporibus amplexus eſt monſtrum illud imperatoris, ut aliquando propolas & mercatores illos circumforaneos & ἀγοραδότας imitaretur, aliquando curulium negotiatores equorum, qui equos curriles emebant quos aurigis & dominis factionum venderent aut locarent: ſed & aurigæ habitu interdum currus regeret. veram hanc eſſe diſtinctionem non dubito.

CASAUBONUS.

1 *Aurigæ habitu currus rexit.*] Non publice tamen, niſi forte noctu, luna ſilente: ſed domi, prodire in publicum cum maxime vellet non auſus. Dio, καὶ ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ οὐδέποθ᾽ ἅρμα ἤλασε, πλὴν εἰ μή ποτε ἐν ἀσελήνῳ νυκτί· ἐπιθυμήσας μὲν καὶ δημοσίᾳ ἁρματηλατῆσαι, αἰσχυνθεὶς δὲ καὶ ὀφθῆναι τοῦτο ποιῶν, οἴκοι συνεχῶς τοῦτ᾽ ἔπραττε τῇ πρασίνῃ σκευῇ χρώμενος. de nocturnis agitationibus & Juvenalis in nona.

2 *Gladiatoribus conjunxit.*] Infra, *Ludum ſemper ingreſſus eſt.* plura ibi. Sed mirum ſcribi conſtanter in membranis, *cum gladiatoribus commiſit.*

SALMASIUS.

2 *Gladiatoribus convixit.*] *Commiſit* ex ſuis libris profert vir eruditiſſimus Iſacius Caſaubonus. Palatinus facile omnium bonitate princeps, *convíſit* exhibet. quid aliud poſſit ſubſtitui quam id quod editum eſt, *convixit*, non video.

3 *Aquam*

diatoribus convixit, [1] aquam geſſit ut lenonum miniſter, [2] ut probris natum magis quam ei loco eum crederes ad quem fortuna provexit. Patris miniſteria ſeniora ſubmovit, amicos ſenes abjecit. Filium Salvii Juliani qui exercitibus præerat, ad impudicitiam fruſtra tentavit, atque exinde Juliano tetendit inſidias. Honeſtiſſimos quoſque, aut per contumeliam aut per honorem indigniſſimum, abjecit. Appellatus eſt à mimis quaſi obſtupratus, eoſdemque ita ut non apparerent

3

CASAUBONUS.

1 *Aquam geſſit ut lenonum miniſter*] Id eſt, ut aquariolus aut baccario: nam ita vocabantur *οἱ προσοδιάκονοι* qui in lupanaribus aquam miniſtrabant. Multum in illis luſtris aquæ uſum fuiſſe, teſtis M. Tullius plurimis locis: ut in oratione pro M. Cælio, pro Muræna, & in Vatinium: necnon ad Atticum epiſtola XVI. libri primi. Frontinus libro ſecundo De aquæ ductibus: *ipſam Martiam ſplendore & rigore gratiſſimam balneis ac fullonicis & relatu quoque fœdis miniſteriis deprehendimus ſervientem.* Erat enim moris ut priuſquam inde abirent, corpus totum lavarent. Chryſoſtomus in caput VI. prioris ad Corinthios: Τοῦτο ἡμῖν ἔθος. ὑπὸ μὲν τῆς πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς οὐκ ἄν τις σπουδάσειεν ἐπὶ βαλανεῖον ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ἀδιαφόρως ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἄνεισιν. ἀπὸ δὲ μίξεως πόρνης, καθάπερ ὅλος γενόμενος ἀκάθαρτος, ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἔρχεται). Lucianus in Ἔρωσι. διηγούμεναι θηλύτητος ἀρχὴ γίνεται, ἀφ᾽ ἧς ἀναστὰς ἕκαστος, εὐθὺ λουτροῦ χρεῖός ἐστι. Alluſit ad hunc morem auctor διαταγῶν Clementinarum libro ſexto: verba ipſa adſcribam, quæ elegantiſſima ſunt. Ἀνὴρ καὶ γυνὴ νομίμῳ γάμῳ συνερχόμενοι καὶ ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπαρατήρητως προσδεχόμενοι καὶ μὴ λουσάμενοι καθαροί εἰσιν. ὃς δ᾽ ἂν ἀλλοτρίαν γυναῖκα ὑποφθείρας μιάνῃ ἢ συμμιανθῇ πόρνῃ, ἀναστὰς ἀπ᾽ αὐτῆς οὐδ᾽ ἂν τὸ πέλαγος ὅλον καὶ τοὺς ποταμοὺς πάντας ἀπολούσηται, καθαρὸς εἶναι δυνήσεται). Conſuetudo veterum Chriſtianorum tunc fuit, ut ſive ab uxoris geniali lecto prodirent, ſive ab impura & ſceleſta Venere, templa non prius adirent orationis cauſſa, quam corpus lavaſſent: quorum utrumque auctor hujus conſtitutionis affirmat ſupervacuum: hoc quia nihil proſit; illud quia non neceſſarium. Sane hæ lavationes, quarum multi veterum patrum meminere, imitatione paganorum uſurpatæ. Clemens Alexandrinus, εἰς ἱερὰ μὴ εἰσιέναι ἀπὸ γυναικὸς ἀλούτους θρησκεύουσιν Αἰγύπτιοι. verba Herodoti ſunt, quem lege in Euterpe, barbaros reprehendentem, quod non idem ſervarent. at libro primo ejuſdem, conſuetudo Babyloniorum eadem, multis exponitur. in ritualibus libris Judæorum de hoc genere lavationibus multa aliquando legimus.

2 *Ut probris natum magis q.*] In quibuſdam libris τὸ *ut* non reperitur ante *probris*. Quare Hadrianus Turnebus locum integrum ita concipiebat: *Gladiatoribus convixit, aquam geſſit: ut lenonum miniſteriis probroſis natum magis, quam eo loco eum crederes, &c.*

GRUTERUS.

2 *Ut probris natum magis, quam ei loco.*] Haud aliter quoque Pal. ſed nihil verius Turnebi conjectaneo; *aquam geſſit: ut lenonum miniſteriis probroſis natum magis, quam eo loco crederes, &c.*

1 *Regi-*

rent, ſubito deportavit. Bellum etiam quod pater pene confecerat, [1] regibus hoſtium addictus remiſit, ac Romam reverſus eſt. [2] Romam ut rediit, ſubactore ſuo [3] Antero poſt ſe in curru locato, ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa publicè oſcularetur: [4] etiam in orcheſtra hoc idem fecit. Et quum portaret in lucem, [5] heluareturque viribus Romani imperii, veſpe-

GRUTERUS.

1 *Legibus hoſtium addictus.*] Sic quoque Pal. non *regibus*, ut ante vulgg.

CASAUBONUS.

1 *Regibus hoſtium addictus remiſit.*] Optime in regio & Puteani, *legibus*. ita reſcribe. hoc ita Herodianus, ὁ Κόμμοδος τὸ ἀμέριμνον ἀσπαζόμενος ἀφειδῶς τε ἔχων χρημάτων, πάντα ἐδίδου τὰ αἰτούμενα.

3 *Antero poſt ſe in curru locato, ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa publice oſcularetur.*] Quos plurimum amabant imperatores, hos in triumphali curru pone ſe collocabant. Philoſtratus de Pruſæo Dione: Τραϊανὸς αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος, Τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα, φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν. quod Lampridius, *ſæpius cervice reflexa*, Græcus ſcriptor, θαμὰ ἐπιστρεφόμενος.

4 *Etiam in Orcheſtra hoc idem fecit.*] Olim notatus Domitianus quod faceret fere idem in puerulo portentoſo parvoque capite. Suet. cap. IV.

5 *Heluareturque viribus imperii.*] Elegantiſſimé. declarant autem hæc ſequentia paullo poſt verba, *cum ſumtus ejus vires Romani imperii ſuſtinere non poſſent* Mamertinus in Gratiarum actione ad Julianum, luxum priorum imperatorum deſcribens: *Quinetiam prandiorum & cœnarum magnitudines Romanus populus ſentiebat, cum quæſitiſſimæ dapes non guſtu, ſed difficultatibus æſtimarentur.*

SALMASIUS.

2 *Romam ut rediit ſubactore ſuo Antero.*] Ignotus hactenus hic Anterus Commodi ſubactor, & qui tantum potuit apud ipſum Commodum, ut potentiam ejus Præfecti ferre non poſſent, & eo loco fuit quo poſtea Cleander & Perennis qui ipſi notiſſimi, cum Anterus non minus quam illi potens ſub falſo nomine uſque adhuc latuerit. pro *Antero*, *Snatero* præfert heic Palat. & paulo poſt *Santeri* idem habet ſcriptum. & *Soaterum*. vitioſe omnia, ſed valde veritatem proxime: nam *Saotero* ſcribendum, vel *Sautero*: ut *Laucon* pro *Laocoon*, *Laudicia*, *Laumedon*. & ſimilia. nomen igitur habuit *Saoterus*. Dioni enim Σαώτηρος dicitur. quod mirum à nemine adhuc animadverſum. verba Dionis ex Commodo: χρόνῳ δὲ προϊόντος οὕτως ηὐξήθη, ὥστε καὶ τοῦ Κομμόδου [illegible], τήν τε παλλακίδα αὐτοῦ Δαμοστρατίαν γῆμαι καὶ τὸν Σαώτηρον τὸν Νικομηδέα τὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντα ταύτην, ἀποκτεῖναι πρὸς πολλοῖς καὶ ἄλλοις noli enim dubitare, quin ille Σαώτηρος Dionis idem ſit cum hoc Sautero vel Saotero Lampridii. Ad hoc igitur exemplum erit refingendum nomen iſtud infra bis aut ter poſitum, ſed in vitio ſemper.

5 *Heluareturque viribus imperii.*] Sic infra: *deſtinaverat & alios quattuor occidere, cum ſumptus ejus viribus imperii Romani ſuſtineri non poſſent.* nam ita ibi legitur in Pal. ſic Eumenius in Panegyrico pro Scholis: *ſalarium me liberaliſſimi principes ex hujus reip. viribus ſexcentis millibus nummum accipere juſſerunt.*

veſpera etiam per tabernas ac lupanaria volitavit. Miſit homines ad provincias regendas, vel criminum ſocios, vel à criminoſis commendatos. In ſenatus odium ita venit ut & ipſe crudeliter in tanti ordinis per-
4 niciem ſæviret, [1] fieretque contemptui. [2] Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem conſilia inire, [3] non ſine præf. præt. [4] Tarrutini Paterni conſilio. [5] Datum autem eſt nego-

eluarctur pro *beluaretur*, vet. ed. perperam.

1 *Fieretque contemptui.*] *Fieretque contento crudelis vita Comodi. Quadratum & Lucillam.* ita in vet. editione. perperam.

3 *Non ſine præf. præt. Tarrutini Paterni conſilio.*] Pal. *Tarruteni*, & ſic in veteri indice Pandectarum, Ταῤῥυντῖνος Πάτερνος.

GRUTERUS.

4 *Tarruteni Paterni.*] Malui iſtud cum Palatino noſtro, quàm, quomodo aliis auctoribus præfectus hic nominatur, *Tarruntio*; quod ita quoque diſerte vocaretur in Indice præfixo Pandectis, nec non editione principe. videantur & inſcriptiones noſtræ in ſeq.

CASAUBONUS.

1 *Fieretque contemtui.*] Atqui ſævitia principis non contemtum, ſed odium potius in ſubditorum animis generat. ſed eo reſpicit Lampridius quod vitium omne parit contemtum. verum de Paterno plura mox Lampridius.

2 *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit.*] Cauſſam hujus conſpirationis aliam affert Herodianus, qui omnia diligentiſſime perſequitur. Quadratus hic quem Herodianus νεανίσκον vocat, videtur eſſe filius Numidii Quadrati illius, de quo in vita Marci.

3 *Non ſine præf. præt. Tarrutini Paterni conſilio.*] Ex Herodiano dubites an hoc ſatis verum: nam ille de Paterno in ea hiſtoria nihil. qui etiam ſcribit, Perennem factum præfect. prætorio antè quam hæc acciderent. Dio inter eos qui occaſione hujus conjurationis cæſi ſunt, aut certe ſub id tempus, Paternum nominat: unde videtur data occaſio conjiciendi fuiſſe & illum conſcium: at negat non obſcure idem Dio: qui in Paterni poteſtate fuiſſe ait, vitam Commodi; ſi voluiſſet ille occidere.

4 *Tarrutini Paterni.*] Scribe *Tarruntii Paterni.* ut recte legitur in lege XII. Digeſtis, De re militari. Sic apud Dionem in Legationum excerptis è Marci vita: Ταῤῥούντιον Πάτερνον, τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς Λατίνας διὰ χειρὸς ἔχοντα. In veteri tamen indice, qui Pandectis præfixus, Ταῤῥυντῖνος Πάτερνος ſcriptum: & ita princeps editio hoc loco, *Tarrunteni P.*

5 *Datum eſt negotium peragendæ necis Claudio Pompejano propinquo.*] Paullo poſt: *occiſus eſt eo tempore etiam Claudius, quaſi à latronibus: cujus filius cum pugione quondam ad Commodum ingreſſus eſt.* quem hic ſolo Claudii nomine deſignat, is eſt Claudius Pompejanus ille, cui poſt Veri mortem nupſit Lucilla. hujus filium Claudium Pompejanum cædem hanc aggreſſum, cum Lampridio ſcribit Dio, qui ſibì in his, ut teſti αὐτόπτῃ fidem haberi poſtulat. ut mirer valde aliter Herodianum tradere: qui pro Claudio Pompejano Quintianum, quendam juvenem ſenatorem nominat. Ammianus libro XXIX. Herodianum ſequitur,

negotium peragendæ necis Claudio Pompejano propinquo, [1] qui ingreſſus ad Commodum diſtricto gladio, quum faciendi poteſtatem habuiſſet, in hæc verba prorumpens, [2] *Hunc tibi pugionem ſenatus mittit*; [3] detexit facinus fatuus, nec implevit, multis cum eo participantibus cauſam. Poſt hæc interfecti ſunt Pompejanus primo & Quadratus: [4] dein Narbana atque Norbanus [5] & Paralius, [6] & mater ejus Lucilla in exilium exacta. Quum præf. præt. vidiſſent Commodum in tantum odium incidiſſe, [7] obtentu Anteri, [8] cujus poten-

quitur, non Dionem: *Commodus*, ait, *in amphitheatrali cavea, cum adfuturus ſpectaculis introiret, à Quintiano ſenatore inclitæ cupidinis homine, ad debilitatem penè pugione vulneratur.*

1 *Qui ingreſſus ad Commodum.*] Sic mox, *quondam ad Commodum ingreſſus eſt.* hoc tamen falſum: non enim tentata cædes in palatio: ſed in aditu Circi, ut ſcribit Dio: Herodianus, ἐν τῇ τοῦ ἀμφιθεάτρου εἰσόδῳ· ξιφήρης δ' αὐτῷ τις καὶ λῃστὴς ἤλπιζε. ſic Marcellinus.

2 *Hunc tibi pugionem ſenatus mittit.*] Dio, Τοῦτό σοι τὸ ξίφος ἡ βουλὴ πέπομφε. ſimilis vox ejus militis qui Pertinacem occidit: Τοῦτό σοι τὸ ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι.

3 *Detexit facinus fatuus, nec implevit.*] Herodianus quem ſæpe deſcribunt ſcriptores iſti: προεῖπε τὸ βουλευθὲν μᾶλλον ἢ ἔδρασε.

4 *Dein Narbana.*] Scribe, *Norbana.*

5 *Et Paralius, & mater ejus Lucilla in exilium exacta.*] Lucilla hæc ſoror Commodi eſt, quam Capreas in exilium relegatam, deinde occiſam, ſcribit Dio. ſed quis iſte Paralius ejus filius? duôs Lucilla habuit maritos; Verum & Pompejanum. Veri filius eſſe non poteſt. neque enim Græco nomine Imperatoris filius nominatus fuiſſet: neque ita obiter ab auctore indicaretur. Pompejano genitus eſſe ac Lucillâ per temporum rationem non poteſt. Supereſt ut locus ſit mendoſus. Diſtingue: *& Paralius & mater ejus. Lucilla in exilium exacta.* vel ſcribe ut in aliis libris, *& Lucilla in e. exact.*

GRUTERUS.

4 *Dein Narbana.*] Sic etiam Pal. vix tamen dubium eſt, quin refingi debeat in *Norbana.*

6 *Et mater ejus & Lucilla.*] Ita quoque Pal. immiſſa copula, quæ abeſt à libris editis.

8 *Cujus potentiam populus Romanus ferre non poterat.*] Sic libuit reponere fide membranarum, quas alii excuſſerunt. non diſſentit Pal. quam quod duabus litteris utrumque nomen exprimat. vulgati: *cujus potentiam præfecti prætorio ferre non poterant.*

SALMASIUS.

6 *Et mater ejus Lucilla in exilium acta.*] Recte viderunt eruditi, Lucillam non poſſe dici aut eſſe matrem illius Paralii. optime igitur ex Palatini codicis fide ſcribas: *deinde Norbana atque Norbanus, & Paralius & mater ejus, & Lucilla in exilium exacta.*

7 *Obtentu Anteri.*] Ms. *Sauteri.* lege *Saoteri.* & mox: *urbane Saoterum eductum à Palatio.* Dio loco quem ſupra attulimus occiſum à Cleandro hunc dicit.

8 *Cujus potentiam præf. præt. ferre non poſſent.*] Ridicula hæc lectio, præfectos prætorio Sauterum occidiſſe cujus potentiam Præfecti prætorio ferre non poterant. Palatinus habet, *P. R.*

potentiam præf. præt. ferre non poterat, urbane Anterum eductum a palatio ſacrorum cauſa, & redeuntem [1] in hortos ſuos, per frumentarios occiderunt. Id vero gravius quam de ſe ipſo Commodo fuit. Paternum autem & hujus cædis auctorem, & (quantum videbatur) [2] paratæ necis Commodi conſcium, [3] & interventorem ne conjuratio latius puniretur, [4] inſtigante Tigidio, [5] per laticlavi honorem à præfecturæ adminiſtratione ſubmovit. Poſt paucos dies inſimulavit eum conjurationis, quum diceret ob hoc promiſſam [6] Juliani filio filiam Paterni, ut in Julianum transferretur imperium. Quare & Paternum & Julianum

&

hoc eſt populus Romanus, quæ veriſſima eſt ſcriptura hujus loci. cujus ſenſus eſt; Præfectos prætorio, cum viderent Commodum odio laborare propter nimiam Sauteri potentiam, quam populus non ferebat, interficiendum Saoterium curaviſſe.

CASAVBONVS.

8 *Cujus potentiam præf. cti prætorio ferre non poterant.*] Liber regius, *cujus potentiam populus Romanus ferre non poterat.* ſæpiſſime librarii literarum iſtarum loco P. R. aliud quid ſcripſerunt. Vulgata lectio duplicem cauſſam occiſi Anteri à præfectis prætorio aſſignat. quarum altera alteri minus belle cohæret: nam ſi id ſpectarunt illa cæde, ut invidia Commodum liberarent; falſum eſt ideo eſſe interfectum, quod ipſi illius potentiam ferre non poſſent.

1 *In hortos ſ.*] Regius ſemper *ortos.* quomodo & veteres ſcripſiſſe teſtes grammatici.

2 *Paratæ necis Commodi.*] Vel *Commodo.*

3 *Et interventorem ne conjuratio latius puniretur.*] *Interventor* apud juriſconſultos, eſt pararius, proxeneta. heic eſt μεσίτης & deprecator. apud M. Tullium, ὁ ἐπελθών.

4 *Inſtigante Tigidio.*] Regius, *Acidio.*

5 *Per laticlavi honorem à præfecturæ adminiſtratione ſubmovit.*] Scrib. *laticlavii* vel *laticlavia,* ut alibi apud Lamprid. aut *laticlavi.* Laticlavium proprius ſenatorum honos. at præfecti prætorio ad illam ætatem nunquam, niſi rariſſime ex ordine ſenatorio; ſemper ex equeſtri. Capitolinus in Pertinace: *doluit palam Marcus, quod cum ſenator eſſet, præf. præt. fieri à ſe non poſſet.* Lege vero Lampridium in Alexandro Severo, qui vetus hoc jus immutavit. Ex illo autem loco Lampridii cognoſcimus hanc de Materno narrationem ſumtam eſſe de libris Marii Maximi: nam apud Dionem & Herodianum hæc non leges.

6 *Juliani filio.*] Julianum patrem cum Paterno occiſum ſcribit Dio quoque. vocatur autem hic in Xiphilini codicibus, Σερβῖος Ἰουλιανός.

SALMASIUS.

2 *Paratæ necis Commodi conſcium & interventorem.*] Τὸν μεσίτην, qui id procurarat.

GRUTERUS.

4 *Inſtigante Tigidio.*] Ita quoque Palat.

1 *Et*

& [1] Vitruvium Secundum Paterni familiariſſimum, [2] qui epiſtolas imperatorias curabat, interfecit. [3] Domus

SALMASIUS.

1 *Et Vitruvium Secundum Paterni familiariſſimum.*] *Et Vitrunum ſecundo Paterni familiariſſimum:* Palat. & Vet. edit.

2 *Qui epiſtolas imperatorias curabat.*] *Curaras*, idem liber cum veteri editione.

CASAUBONUS.

1 *Vitruvium Secundum Paterni familiariſſ.*] An hic Victorinus, cujus cædem narrat Dio? nam eloquentiam hominis prædicat: quod non male conveniat cum illis ſequentibus, *qui epiſtolas imperatorias curabat.* ſed illum præfectura Urbis functum ſcribit: de cura epiſtolarum nihil.

3 *Domus prætereà Quintiliorum omnis extincta.*] Par fratrum nobiliſſimorum & magnæ dum viverent optimæque famæ. Dio cædem narrans hoc illos honeſtat elogio: ἐφόνευσε· καὶ τοὺς Κυντιλίους, τόν τε Καρδιανὸν, καὶ τὸν Μάξιμον· μεγάλην γὰρ εἶχον δόξαν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ στρατηγίᾳ καὶ ὁμοφροσύνῃ καὶ πλούτῳ. Ait occiſos Quintilios Cardianum & Maximum, quod magna florerent gloria propter eruditionem, ſcientiam regendorum exercituum, concordiam inter ſe, & divitias. omiſit Dio honores quibus erant functi maximis. Conſules fuiſſe & quidem annis circiter triginta prius quam occiderentur, diſcimus ex Faſtis: nam Græcus χρονογράφος noſter, quem appellatione Siculorum Faſtorum Sigonius & Onuphrius ſemper intelligunt, in anno Pii decimoquarto Coss. adnotat Κονδιανὸς καὶ Μάξιμος. quos eſſe hos Quintilios recte docet Onuphrius. Quare in ſuperiore loco Dionis non Καρδιανὸν, ſed Κονδιανὸν ex Græco Chronologo ſcribendum cenſemus. Firmat conjecturam, quod Maximi filius dicitur eidem Dioni Sextus Condianus. quod cognomen habuiſſe illum à patruo ſuo non dubitamus. Fuerunt Quintilii & provinciæ vel fortaſſe provinciarum præſides: ſed ſimul ambo. auctor Dio in vita Marci, ubi fortitudinem ipſorum iterum prædicat. ac Xiphilini quidem ex verbis Pannoniæ eos præfuiſſe conjiciebamus: collocat enim in provincia quam undique barbari conarentur invadere. Philoſtratus tamen ait Achaiæ. τὼ ἄνδρε τούτω ἄμφω τῆς Ἑλλάδος ἠρχέτην. Eruditio quam Dio tribuit Quintiliis, utcunque apparet hodieque in fragmentis librorum De re ruſtica, quos ſub Quintiliorum nomine toties laudatos videmus in Eclogis rei ruſticæ, ſive Geoponicorum libro. multa enim in id corpus relata e libris Quintiliorum fratrum. de his accipienda verba Athenæi lib. XIV. οἱ τὰ Γεωργικὰ συγγράψαντες ἀδελφοὶ ἐν τῷ τρίτῳ γράφουσιν οὕτως. Opes vero hujus domus magnas fuiſſe, etiam illa hiſtoria docet, quam narrat Dio, de illo plano qui Pertinace imperante, in Sexti Condiani nomen invaſit, fortunis inhians quæ illius fuerant. At concordia horum fratrum, quam ait Dio, plane æterna laude digniſſima. Putes unum fuiſſe, non duos: ita ſemper conjunctim Quintilii nominantur à veteribus: imo ita conjuncti ſemper illi vixerunt. Conſulatum ſimul geſſerunt; provincias ſimul rexerunt; libros ſimul ſcripſerunt, ſimul ediderunt; ad Marcum Imperatorem ſimul literas dederunt: Marcus quoque ambobus ſimul reſcripſit, ut eſt in lege XV. Dig. De bonis libertorum. Poſtremo, qui ita conjuncti longam egerant vitam, una ſimul juſſu latronis hujus perierunt. porro non fuiſſe Quintilios ab antiquo cives Romanos, ſed Troianos, ſcribit Philoſtratus in ſophiſtæ Herodis vita.

1 *Quod*

mus præterea Quintiliorum omnis extincta, [1] quod [2] Sextus Cocidiani filius ſpecie mortis ad defectionem diceretur evaſiſſe, Interfecta & Vitraſia Fauſtina, & [3] Velius Rufus, [4] & Egnatius Capito conſulares. In exilium autem acti ſunt [5] Æmilius Junctus & Attilius Severus Coss. & in multos alios varie ſævitum. [6] Poſt hæc Commodus nunquam facile in publicum proceſſit: neque quicquam ſibi nuntiari paſſus, niſi quod Perennis ante tractaſſet. [7] Perennis autem [8] Commodi animus pronuntiate.

1 *Quod Sextus Cocidiani filius, ſpecie mortis ad defectionem diceretur evaſiſſe.*] Hiſtoriam perſtringit, quam fuſe narratam Dioni, legant ſtudioſi apud Xiphilinum. In nominibus magna diſcrepantia; imo & in re: nam alterum Quintiliorum Cocidianum fuiſſe nominatum, ſignificant hæc Lampridii verba Dio alterum Maximum vocat, alterum Cardianum. ſed jam diximus ibi ſcribendum eſſe aliter ex Faſtis. idem & de iſto Lampridii loco cenſendum. Scribe igitur, *Sextus Condiani f.* At quod juvenis ille de quo hic ſermo, & cujus mors aſtu miro ſimulata, Condiani filius Lampridio dicitur: in eo convenire illi cum Dione non poteſt, qui alterius Quintilii facit filium: Κονδιανὸς Σέξτος, inquit, ὁ τοῦ Μαξίμου υἱός. Condianum & Faſti nominant: aſſentior enim Onuphrio, qui è libro Cuſpiniani conſulem hunc cum Præſente II. facit, anno quo exceſſit Marcus.

3 *Velius Rufus.*] Legitur in Faſtis Vettius Rufus conſul biennio ante obitum Marci. ſed Velius hic omnes libri, non ut fingit eruditiſſimus Onuphrius *Vettius.* filius an nepos fuerit illius, qui Marco nominatur lib. XII. Οὐήλιος Ῥοῦφος.

5 *Æmilius Junctus, & Attilius Severus Coſſ.*] Ulpianus lege XXVIII. Digeſtis, De fideicommiſſis libertatibus: *Factum eſt ſenatusconſultum, Æmilio Junco, & Julio Severo conſulibus.* alibi hos conſules nuſquam invenio. quare utra lectio ſit verior, nihil poſſumus pronuntiare.

6 *Poſt hæc Commodus nunquam facile in publicum proceſſit.*] *Poſt hæc*, id eſt, poſt Lucillæ conſpirationem cujus Paternus fuit conſcius. ita Lampridius. Herodianus vero: ὁ δὲ Κόμμοδος, inquit, ἐκφυγὼν τὴν Ματέρνου ἐπιβουλὴν, πλείονι τῇ περὶ αὐτὸν ἐχρῆτο φρουρᾷ, καὶ σπανίως τοῖς δήμοις ἐπεφαίνετο. Materni vero conjuratio tempore poſterior, neque habuit commune quicquam cum illa priore, cui immixtus Paternus.

8 *Commodi animum perſciens.*] Regius, *Commodi perſciens.*

GRUTERUS.

2 *Sextus Condiani filius.*] Sic fere Palatinus, nempe *Concidiani*, vulgati enim pejus *Cocidiani.*

7 *Perennis autem Commodi perſciens.*] Vulgati omnes, *Commodi animum perſciens.* male, certe contra Mſs. & Regium & Palat. quibus ea vox media non adeſt.

SALMASIUS.

1 *Quod Sextus Cocidiani filius.*] Palat. *Condiciani filius*, quod propius ad verum nomen accedit. nam *Condianus* vocabatur, filius hoc loco Sextus dicitur. Dioni Κονδιανός.

4 *Et Egnatius Capito conſulares.*] Palatinus: *& Egnatius Capito conſularis:* ut de ſolo Egnatio conſulari intelligamus.

7 *Perennis autem Commodi animum perſciens.*] Dele *animum* auctore veteri ſcri-

animum perſciens, invenit quemadmodum ipſe potens eſſet. Nam perſuaſit Commodo ut ipſe deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet: quod Commodus lætanter accepit. [1] Hac igitur lege vivens ipſe cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu [2] ad formæ ſpeciem conciliaverat, trecentiſque aliis puberibus exoletis, quos æque, [3] ex plebe ac nobilitate, [4] nuptuſque [5] forma diſceptatrice collegerat, in palatio per convivia & balneas bacchabatur. [6] Inter hæc [7] habitu victimarii, victimas immo-

ſcriptura, hoc modo: *Perennis autem Commodi perſciens. Commodi perſciens*, ut fugitans litium, hoc eſt qui Commodum optime ſciret. ſic enim alibi locutus: ſcire aliquem pro noſſe. Capitolinus in Marco: *neque quemquam in ordinem legit, niſi quem ipſe bene ſciret.* nec diſſimiliter in Antonino Pio: *libertos ſuos in publico ſciri noluit.*

CASAVBONUS.

1 *Hac igitur lege vivens i.*] *Lege*, hoc eſt, more ac ratione: ut ſcilicet publicæ rei partem nullam attingeret: Perennis eſſet unus in Rep. τὰ πάντα.

3 *Ex plebe ac nobilitate nuptuſque.*] Poſtrema vox corrupta. Regius, *nuptiiſque*. ne id quidem ſatis emendatum. Fortaſſe, *nuptiis ſuis*. Similes nuptiæ Neronis & Spori. aliquanto poſt, *Nec irruentium in ſe juvenum carebat infamia.* Sed placet nobis Hadriani Turnebi elegans conjectura, ſcribentis, *vultuſque forma diſceptatrice coëgerat.* ſic vir ille præſtantiſſimus hunc locum emendaverat in ora codicis ſui, quem ſervat adhuc in bibliotheca ſua patris magni filius magnus, Stephanus Turnebus, ſenator ampliſſimus. atque omnibus virtutibus inſtructiſſimus.

5 *Forma diſceptatrice collegerat.*] Hoc eſt, ut modo dicebat, delectos ad formæ ſpeciem Sic dixit Ammianus *luce arbitra.* libro XXVIII. *ſolitis preſſoriis veſtes luce nitentes arbitra diligenter explorat.*

7 *Habitu victimarii victimas immolavit.*] Suetonius de Caligula, *Admota altaribus victima ſuccinctus poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactavit.*

GRUTERUS.

4 *Nuptiiſque formâ diſceptatrice collegerat.*] Sic quoque Pal. non *nuptuſque*, quod antea vulgabatur. lectio neutra forſan recta; eaque potior conjectura Turnebi, *vultuſque formâ diſceptatrice coëgerat.*

SALMASIUS.

2 *Ad formæ ſpeciem conciliaverat.*] Palat. & vet. editio pro *conciliaverat* legunt *concilii.* videant alii an ex hac lectione aliquid boni poſſit erui. mihi vero magis placeret legi *ad formæ ſpecimen*, quam *ad formæ ſpeciem.* ratio in promptu. ferri tamen illud poſſe non nego.

4 *Nuptuſque forma diſceptatrice collegerat.*] Nihil variant libri. forte ſcribendum: *nuptus quoque forma diſceptatrice. nuptus* verbum probum heic in re improba. *nuptus forma diſceptatrice*, id eſt quos ad nuptum deligebat forma diſceptatrice, ex formæ ſcilicet ſpectatione: cum qui ſibi nuberent vel quibus ipſe nuberet, ad formæ ſpeciem, ut ante loquutus eſt, deligeret.

6 *Inter hæc habitu victimarii victimas immolavit, in harena rudibus.*] Ex parte emendarunt & diſtinctione juverunt hunc locum eruditiſſimi homines, ex

immolavit. [1] in harena rudibus inter cubicularios gladiatores pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus. [2] Tunc tamen Perennis cuncta ſibimet vindicavit: [3] quos voluit, interemit, ſpoliavit plurimos, omnia jura

ex parte inemendatum reliquerunt: illa enim adhuc perſpicue mendoſa ſunt, *inter cubicularios gladiatores pugnavit lucentibus a iquando mucronibus*. quos enim appellat cubicularios gladiatores, neſcio. Ex Dione quidem perſpici poteſt quid heic velit Lampridius. Commodum nempe in harena & inter gladiatores rudibus pugnaſſe: domi vero & inter cubicularios ſuos, quos Græci κοιτωνίτας vocant, lucentibus & acutis gladiis batuiſſe, ita ut & quoſdam interficeret. expungenda igitur hoc loco vox *gladiatores*, & ita legendum: *inter hæc habitu victimarii victimas immolavit. in harena rudibus, inter cubicularios pugnavit lucentibus aliquando mucronibus*: aut, *inter cubicularios gladiator pugnavit lucentibus aliquando mucronibus*. pugnavit gladiator, hoc eſt gladiatoris habitu. ſic vetus interpres Juvenalis de Nerone, *in gladiatore pugnavit*. idem alibi, *ſi vis tribunus militare, id eſt loco tribuni*. legebam etiam aliquando: *gladiatoriis pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus*: id eſt gladiatoriis armis. at alterutra harum lectionum vera eſt. Victor Scotthi ad feritatem ejus ingenii oſtendendam ſcribit illum ſpecie depugnandi gladiatores trucidaſſe. locus Victoris in vulgatis mendoſe ſcriptus habetur. ſic enim legitur: *immiti prorſus feroque ingenio, ut gladiatores ſpecie depugnandi crebro trucidaret, cum ipſe ferrum objectum veronibus plumbeis uterentur*. quæ de *veronibus* ſcripſere doctiſſimi viri, ea vera non ſunt: tu meo periculo lege: *cum ipſi ferro objecto mucronibus plumbeis uterentur*. c & e in veteribus libris crebro invicem permutantur, *m* autem adhæſerat fini præcedentis vocabuli. ſic factum eſt ut legeretur, *veronibus* pro *mucronibus*. gladiatores cum quibus pugnabat Commodus, plumbeos tantum mucrones habebant, aut ferrum cujus in extremo erant mucrones plumbei. ipſe autem lucenti ferro pugnabat: & ſic eos facile trucidabat cum ipſe ab illis nihil pati poſſet. plumbeos mucrones vocat quibus contrarii ſunt *lucentes mucrones*, & pugnatorii decretoriique. nam iſti plumbei fuere luſorii.

CASAUBONUS.

1 *In harena rudibus int*] Diſtingue ex Dione: *in harena rudibus: inter cubicularios gladiatores pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus*. nam ait, καὶ μέντοι καὶ ἐμονομάχει οἴκοι μὲν, ὥστε καὶ φονεύειν τινά. & ſtatim, ἐν δὲ τῷ κοινῷ ἄνευ σιδήρου καὶ αἵματος ἀνθρωπίνου. inter iſta inſerta ſunt in Dionis codicibus hæc, ἐν ξυρῷ τι ἐπίρων, ὡς καὶ τὰς τρίχας ἀφαιρῶν, παρέτεμνε τοῦ μὲν ῥῖνα, τοῦ δὲ ἄλλο τι. quæ verba cum intelligerem ad gladiatorias Commodi pugnas nihil pertinere, ſcribebam ἐν ξυςῷ τι ἔπραττεν: nam xyſticæ certationes gladiatoriis pugnis affines, ut ſcimus ex Suetonio libro ſecundo, cap. XLV. ſed nec ſatis cohæreat oratio per hanc ſcripturam: & didici poſtea è Zonara, domeſticas Commodi cædes diverſi generis, quas ſeparatim expoſuerat Dio (inde habet Zonaras,) temere à Xiphilino in unam periodum fuiſſe congeſtas. *Lucentes mucrones* opponuntur præpilatis ac retuſis, quibus utebantur in ludicris certaminibus, & armaturæ tirociniis.

2 *Tunc tamen Perennis cuncta ſibimet vindicavit.*] *Tamen*, pro, autem, vel potius vacat, ut in his libris ſæpiſſime.

3 *Quos voluit interemit, ſpoliavit plurimos, omnia jura ſubvertit, pr.*] Pugnant iſta

jura ſubvertit, [1] prædam omnem in ſinum contulit. Ipſe autem Commodus Lucillam ſororem, [2] quum eam compreſſiſſet, occidit: ſororibus dein ſuis cæteris, ut dicitur, conſtupratis, conſobrina patris [3] complexibus ſuis conjuncta, [4] uni etiam ex concubinis matris nomen impoſuit & uxoris. Quam deprehenſam in adulterio exegit, exactam relegavit, & poſtea occidit. Ipſas concubinas ſuas ſub oculis ſuis ſtuprari jubebat. Nec irruentium in ſe juvenum carebat infamia, [5] omni parte corporis, atque ore in ſexum utrumque pollutus. [6] Occiſus eſt eo tempore etiam Claudius quaſi à latronibus:

iſta ἐκ διαμέτρου cum iis quæ de eodem Perenni ſcribit Dio. ſed cum Lampridio facit Herodianus.

1 *Prædam omnem in ſinum contulit.*] Paullo poſt. *qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur.* & ita plurimi ſcriptores, ut docti pridem obſervarunt.

2 *Cum eam compreßiſſet.*] Regius, *oppreßiſſet.* ſequentia vulgatam ſtabiliunt. & Robertus, *cum eam maculaſſet.*

SALMASIUS.

2 *Cum eam compreßiſſet.*] Nulli libri ſic habent. Regius habebat, *oppreßiſſet*, eo cæteris pejor. Palatinus: *cum ea præmiſiſſet.* eamdem lectionem videtur habuiſſe liber ille qui præivit editioni Mediolanenſi. nam in ea excuſum eſt: *cum ea promiſiſſet.* facile adducor ut credam vulgatam lectionem non carere vitio. nec hoc velle Lampridium. quomodo tamen emendanda ſit aut explicanda vetus illa ſcriptura, *cum ea præmiſiſſet*, non video. Hæc Lucilla ſoror Commodi de eo occidendo inierat cum Quadrato & Tarruteno Paterno conſilium, propter quod in exilium exacta fuerat & poſtea occiſa. quod hoc loco narrat Lampridius. occidit igitur eam Commodus, *cum illa præmiſiſſet*, id eſt, cum prius Commodum occidere voluiſſet. *præmittere* pro *præire*: ut *committere* pro *coire*. *committere cum aliquo*, id eſt congredi. ſic *tranſmittere* pro *tranſire*. non poſſum aliter hanc librorum lectionem exponere: nec, ſi in mendo eſt, quo pacto emendem, ſatis perſpicio.

3 *Complexibus ſuis conjuncta.*] Palat. *injuncta.* quod confirmare videtur prima editio, in qua etiam legitur *injuncta.* *injuncta* pro ſimplici *juncta.* ita enim *injungere* ſæpius in Pandectis Florentinis occurrit pro jungere. *tignum injunctum ædibus*, pro junctum, & aliis locis quampluribus.

4 *Uni etiam ex concubinis matris nomen impoſuit & uxoris.*] Palatinus: *nomen impoſuit uxoris.* omnino ſcribendum: *uni etiam è concubinis patris, nomen impoſuit uxoris.* hoc eſt, unam ex concubinis patris uxorem appellavit. nec enim veriſimile uni concubinæ duo ſimul nomina impoſuiſſe matris & uxoris.

GRUTERUS.

3 *Complexibus ſuis conjuncta.*] Pal. *injuncta*, fortaſſe melius.

CASAUBONUS.

5 *Omni parte corporis, atque ore in ſexum utrumque pollutus.*] Idem Lampridius in Heliogabalo, *Quis ferre poſſet principem, per cuncta cava corporis libidinem recipientem?* Qui corrigunt *anguſtiore*, pro, *atque ore*, faceti nimis ſunt.

6 *Occiſus eſt eo tempore etiam Claudius, quaſi à latronibus.*] Claudius Pompejanus

nibus: cujus filius cum pugione quondam ad Commodum ingreſſus eſt, multique alii ſenatores ſine judicio interempti, fœminæ quoque divites. [1] Et nonnulli per provincias à Perenni ob divitias inſimulati, ſpoliati ſunt, vel etiam interempti. His autem quibus deerat ficti criminis appoſitio, [2] objiciebatur [3] quod ſcribere
6 voluiſſent Commodum heredem. Eo tempore in Sarmatia res bene geſtas per alios duces, [4] in filium ſuum Perennis referebat. Hic tamen Perennis qui tantum potuit, ſubito quod bello Britannico militibus [5] equeſtris loci viros præfecerat, amotis ſenatoribus, [6] prodita re per legatos, exercitûs hoſtis appellatus [7] lacerandusque militibus eſt deductus. In cujus potentiæ locum [8] Cleandrum ex cubiculariis ſubrogavit. Multa ſane poſt interfectum Perennem ejuſque filium, quaſi

à ſe

janus Lucillæ maritus. Sed fallitur hic Lampridius. nam hic Commodo fuit ſuperſtes. vide in Pertinace Dionem. De illis verbis, *quaſi à latronibus*, lege quæ notamus ad Spartiani Caracallum.

1 *Et nonnulli per provincias à P.*] Regius refert ad fœminas tantum, quæ modo nominatæ: Scribit igitur, *nonnullæ inſimulatæ, ſpoliatæ, interemtæ.*

2 *Objiciebatur, quod ſcribere voluiſſent Commodum heredem.*] An *noluiſſent*? planior ita multo futura ſententia. tamen & *voluiſſent* ſubtiliter poteſt excuſari.

4 *In filium ſuum Perennis referebat.*] Præerat tum Illyricis exercitibus filius Perennis. Lege Herodianum.

5 *Equeſtris loci viros.*] Ulpium Marcellum intelligo: quem Dio, miſſum ait in Britanniam ἄνδρα μέτριον καὶ εὐτελῆ ὄντα.

6 *Prodita re per legatos, exercitus hoſtis eſt appellatus.*] Diſtingue, *prodita re per legatos exercitus, h. e. ap.* Legatos exercitus appellat illos mille quingentos jaculatores, quos ab exercitu Britannico Romam miſſos narrat Dio. quam vim illa habeant in hiſtoria Rom. cum dicitur aliquis hoſtis appellatus, nemo ignorat.

GRUTERUS.

1 *Et nonnulli per provincias.*] Noſter Pal. non accommodat iſtud feminis, niſi quod nihilominus habeat, *inſimulatæ*. cætera concepit genere maſculino.

3 *Quod ſcribere voluiſſent Commodum heredem.*] Sic quoque Palat. hoc eſt, quod eum nuncupaſſent heredem.

7 *Lacerandusque militibus eſt deditus.*] Vulgati *deductus*. ſed alterum tuetur ſe fide Puteani codicis & Palatini.

SALMASIUS.

7 *Lacerandusque militibus eſt deductus.*] *Lacerandusque militibus eſt deditus.* ita Palatinus, nec aliter edi debuit.

CASAUBONUS.

7 *Lacerandusque militibus eſt deductus.*] Regius, *datus*. melius Puteani, *deditus*. Dio, ἐξέδωκε τ᾽ ὕπαρχον τοῖς στρατιώταις ὧν ἦρχε.

8 *Cleandrum ex cubiculariis.*] Phryx origine & quondam Romæ de catasta emptus, & inter regios ſervos diu verſatus.

1 *Et*

à ſe non geſta reſcidit, velut in integrum reſtituens. [1] Et hanc quidem pœnitentiam ſcelerum ultra triginta dies tenere non potuit, graviora per Cleandrum faciens quam fecerat per ſupra dictum Perennem. Et in potentia quidem Cleander Perenni ſucceſſerat: in præfectura vero Niger, qui ſex tantum horis præfectus prætorii fuiſſe perhibetur. Mutabantur enim præfecti prætorii per horas ac dies, Commodo pejora omnia quam fecerat ante, faciente. [2] Fuit item Martius Quartus præfectus præt. diebus quinque. Horum ſucceſſores ad arbitrium Cleandri aut retenti ſunt aut occiſi. [3] Ad cujus nutum etiam libertini in ſenatum atque in patricios lecti ſunt: [4] tuncque primum vigintiquinque coss. in unum annum, venditæque omnes provinciæ. [5] Omnia Cleander pecunia venditabat. revocatos de exilio dignitatibus ornabat, res judicatas reſcindebat: qui tantum per ſtultitiam Commodi potuit, [6] ut Byrrum ſororis Commodi virum reprehendentem nuntiantemque Commodo quæ fiebant, in ſuſpicionem regni affectati traheret & occideret, multis aliis qui Byrrum defendebant, pariter inter-

1 *Et hanc quidem pœnitentiam ſcelerum.*] Addit regius, *ſuorum Commodus.*

GRUTERUS.

2 *Fuit item Marcius Quartus.*] Pal. loco vocis *item*, nihil habet. irrepſit tantum inter lineas à manu admodum recenti, *autem.*

CASAUBONUS.

3 *Ad cujus nutum etiam libertini in ſenatum atque in patricios lecti ſunt.*] De ſenatu, nihil mirum aut novum: nam à Claudii temporibus qui primus exemplum aliis dedit, nemo dubitat libertinis ſæpe aditum patuiſſe ad ſenatum. vide Suetonium in Claudio, & Tacitum XI. Annalium. at de allectione in gentes patricias id novum: cum ante præcipua nobilitas & maxime edecumata deligeretur explendis patriciis gentibus: qua de re ſæpe Suetonius & Tacitus.

4 *Tuncque primum* XXV. *Coſſ. in unum annum.*] Dio de Cleandro, ὑπάτους ἐς ἐνιαυτὸν πέντε καὶ εἴκοσιν ἀπέδειξεν· ὃ μὴ πρότερόν ποτε μηθ᾽ ὕστερον ἐγένετο.

5 *Omnia Cleander pecunia venditabat.*] Dio, ἐχρημάτιζε καὶ ἐπώλησε βουλείας, στρατείας, ἐπιτροπείας, ἡγεμονίας, πάντα πράγματα.

6 *Ut Byrrhum ſororis Commodi virum.*] Antiſtium Burrhum, de quo & Capitolinus in Pertinace. Onuphrius ſororem hujus Criſpinam Commodi uxorem fuiſſe prodit. mirum quo auctore.

interemptis. [1] Præfectus etiam Ebutianus inter hos eſt
interemptus: in cujus locum ipſe Cleander cum aliis
duobus quos ipſe delegerat, præfectus eſt factus.
Tuncque primum tres præf. prætor. fuere, [2] inter quos
libertinus qui à pugione appellatus eſt. Sed & Clean-
7 dro dignus tandem vitæ finis impoſitus. [3] Nam quum
inſidiis illius Arrius Antoninus [4] fictis criminibus in
Attali gratiam, quem in proconſulatu Aſiæ damnave-
rat, eſſet occiſus, nec eam tum invidiam populo ſæ-
viente Commodus ferre potuiſſet, plebi ad pœnam
dona-

SALMASIUS.

1 *Præfectus etiam Ebutianus.*] *Ebutianus*, P. legendum, *Æbutianus*.

2 *Inter quos libertinus qui à pugione appellatus eſt.*] Non ſatis mirari poſſum quod ad hunc locum vir erudiriſſimus ſcripſit, hunc libertinum qui à pugione dictus eſt, & qui præfectus etiam prætorio fuit, cum reliquis duobus, miniſtrum tantum eorum fuiſſe. è contrario enim exiſtimare liceat majorem hujus quam reliquorum dignitatem & honorem fuiſſe, cui pugio inſigne imperii, ſit traditus. pugionem Cæſares habebant, quod erat imperatoriæ poteſtatis ac majeſtatis inſigne. hunc Galba ante pectus demiſſum geſtabat. nam ut occiſum Neronem & omnes in ſua verba juraſſe comperit, depoſita legati ſuſcepit Cæſaris appellationem: iterque ingreſſus eſt paludatus ac dependente à cervicibus pugione ante pectus. nec prius uſum togæ recuperavit, quam oppreſſis qui novas res moliebantur. Seneca de Nerone: *nulli unquam citius gladius commiſſus eſt.* hunc pugionem imperatores præfecto prætorio committebant, qui eum gerebat vicem imperatoris. Philoſtratus de Baſſo præfecto prætorio Marci: τὸ ξίφος παρεζωσμένος. cum igitur tres præfectos prætorio creaviſſet Commodus, & in his libertinum quemdam, cum omnibus pugio credi non poſſet, libertino eum commiſit qui à pugione propterea dictus eſt. nec miniſter erat reliquorum, ſed ipſe majori etiam aliquando dignitate quam ceteri, ac poteſtate præditus, cum pugionem ſolus haberet, & id poteſtatis inſigne quo verus ac legitimus prætorii præfectus ornabatur.

4 *Fictis criminibus.*] *Factis criminibus* in Palatino. quod & locum poteſt habere. nam *facere crimen* pro fingere etiam eleganter dici poteſt. at in hoc verſu qui inter ſententias P. Syri legitur:

Factum crimen tacendo facias acrius:

Veteres ſchidæ pro *factum crimen*, habent *jactum crimen*. atque ita omnino legendum. *Jacere crimen* pro criminari eleganter & Latine dictum. de quo nos alibi.

CASAUBONUS.

2 *Inter quos libertinus qui à pugione eſt appellatus.*] Hic velut miniſter reliquorum, qui erant legitimi præfecti prætorio, aſſidue illos comitabatur pugionem ferens. Pugio autem erat inſigne poteſtatis quam habuit præfectus prætorii: ut probat vel notiſſima vox Trajani cum Suram Licinium faceret præfectum præt.

3 *Nam cum inſidiis illius Arrius Ant.*] Apud Xiphilinum & Herodianum cauſſa cædis Cleandri longe diverſa, & longe quidem probabilior. De Arrio hoc Antonino egimus ad illa è vita Pii, *Proconſulatum Aſiæ ſic egit, ut ſolus avum vinceret.*

1 *Etiam*

donatus eſt: quum etiam Apolauſtus, aliique liberti aulici pariter interempti ſunt. Cleander inter cætera [1] etiam concubinas ejus conſtupravit, de quibus filios ſuſcepit, qui poſt ejus interitum cum matribus interempti ſunt. In cujus locum [2] Julianus & Regillus ſubrogati ſunt: quos & ipſos poſtea pœnis affecit. His occiſis, [3] interemit [4] Servilium [5] & Dulium Silanos cum ſuis: [6] mox Anitium Lupum, & Petronios Mamertinum & Suram, filiumque Mamertini Antoninum ex ſorore ſua genitum. [7] Et poſt eos ſex ſimul

1 *Etiam concubinas ejus conſtupravit.*] Damoſtratiam Commodi concubinam uxorem duxit. Auctor Dio. De cæde filiorum Cleandri parcius & Herodianus & Dio.

2 *Julianus & Regillus.*] Juliani ἐπάρχου poſt Cleandri cædem Dio meminit; Regilli nemo.

5 *Et Dulium.*] Suſpecta vox, & ut arbitror parum Romana. Fort. *Duilium.* at in Regio, *Helatium.*

GRUTERUS.

3 *Interemit Servilium & Dulium Silanos cum ſuis.*] Non aliter Palat. male antea edebatur *Syllanos.* neſcio etiam an non debeat *Dulius* reformari in *Cluilium.*

SALMASIUS.

4 *Servilium & Dulium Syllanos.*] *Silanos*, Pal. atque ita ſcribendum.

6 *Mox Anitium Lupum.*] *Antium Lupum:* idem liber.

7 *Et poſt eos ſex ſimul ex conſularibus.*] An *ex conſularibus* dixit pro *conſulares*? ita certe videtur. ſed verior ſcriptura Palatini Codicis: *& poſt eos ſex ſimul exconſulibus. exconſulibus* ſunt conſulares vel qui conſules fuerunt. ſic infra: *ex conſulibus viros*, pro conſulares viros. ſic *ex gladiatore*, qui gladiator fuit, & amplius non eſt, ſed artem deſiit. vetus interpres Juvenalis ad illa:

— nam Sergiolus jam radere guttur
Cœperat & ſecto requiem ſpectare lacerto.

Sergiolum, inquit, *nomine, ex gladiatore amavit.* ſic Arnobio, *ex maribus* dicuntur caſtrati, & qui mares fuere. unde *ex maribus facere* pro caſtrare. lib. v. *O fabulam ſexui inimicam ſemper atque infeſtiſſimam maſculino, in qua ſexus viriles non ſolum homines ponunt, ſed etiam pecudes fiunt ex maribus.* ita enim legendum apud Arnobium ex Romana editione, quæ habet, *ex maribus mares.* pro quo correctores, *ex mares*, fecerunt. nos *ex maribus.* ſic apud Plautum, *mulier ex viro facta dicitur*, quæ virum perdidit. in Amphitruone:

AM. *Vir ego tuus ſim? ne me appella falsò falſo nomine.*
SO. *Hæret hæc res, ſi quidem hæc jam mulier facta eſt ex viro.*

ita enim reſtituimus poſtremum verſum, cum ineptiſſime vulgo editum habeatur:

— ſi quidem hic jam mulier factus eſt ex viro.

quod nullo ſenſu aut ineptiſſimo dictum eſt. Manuſcriptorum omnium nos lectionem poſuimus, cujus hæc mens eſt. cum Amphitruo diceret non eſſe ſe virum Alcmenæ, & nollet iſto nomine ab illo appellari. ſubjicit ſervus rem hanc hærere, ſi quidem Alcmena virum jam perdidit, cum Amphitruo talem ſe ab illa appellari nollet, atque ejus eſſe virum infitias iret. quod elegantiſſime à Plauto dictum eſt. ita quoque Græci non minus eleganter cæcos, ἐξ ὀμμάτων vocant, quaſi ex oculis facti ſunt, quos eadem prope ratione idiotiſmo

ſimul ex conſularibus,[1] Allium Fuſcum, Celium Felicem, Luceium Torquatum,[2] Lartium Euripianum, Valerium Baſſianum,[3] Pactuleium Magnum cum ſuis: atque in Aſia Sulpitium Craſſum proconſulem & Julium Proculum cum ſuis, Claudiumque Lucanum conſularem, &[4] conſobrinam patris ſui Fauſtinam Anniam in Achaia, & alios infinitos. Deſtinaverat & alios quatuordecim occidere,[5] quum ſumptus ejus vires
8 Romani imperii ſuſtineri non poſſent. Inter hæc Commodus,[6] ſenatu ſemet ridente, quum adulterum matris

tiſmo noſtro *ab oculis* vel unica voce *aboculos* vocamus. ἀπὸ ὑπάτων ſunt, *ex conſulibus*.

2 *Lartium Euripianum.*] *Larcium Eurypianum*, Palatinus: *Larcium* magis accedit ad *Largium*, quomodo nepos ejus aut filius in Digeſtis vocatur. Vide ad hunc locum, Iſacium Caſaubonum.

3 *Pactuleium Magnum.*] Aſſentior doctiſſimo viro ſcribenti *Pactumeium*: ſed & apud Horatium *Pactumeius* ex libris reponendum, ubi ætatem duravit & etiam nunc durat, ridicula vox *partumeius*.

Tuuſque venter Pactumeius & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lavit.

quod alibi pluribus adſtruemus.

CASAUBONUS.

1 *Allium Fuſcum.*] Tabula marmorea apud Onuphrium: C. ALLIVS. C. F. FVSCIANVS.

2 *Lartium Euripianum.*] Filius hic an nepos illius de quo Scævola in lege XXI. Digeſt. De annuis legatis, &c. ubi ſcriptum in Piſano, *Largius Euripianus*. regius hîc *Larcium*.

3 *Pactuleium Magnum cum ſuis.*] Hoc eſt cum amicis quiſque ſuis, libertis, liberiſque, interdum & utriuſque ſexus. Quamobrem cum hic eſt occiſus, rumor ſtatim percrebuit de filiæ quoque illius morte. Tryphoninus lege ultima, Digeſtis, De heredibus inſtituendis. *Pactum ejus Andhoſthenes Pactumejam Magnam filiam Pactumeji Magni ex aſſe heredem inſtituerat: eique patrem ejus ſubſtituerat. Pactumejo Magno occiſo, & rumore perlato, quaſi filia quoque ejus mortua, mutavit teſtamentum.* Ex his patet ſcribendum *Pactumejum*. nam & alibi ſcribitur ſic hoc nomen. ut in lege XXI. Dig. De ſtatuliberis: & in lapide Campano: PACTVMEIÆ. CAMPANÆ. Pactumejus, ut partumejus apud Horatium.

4 *Conſobrinam patris ſui Fauſtinam Anniam.*] Galenus De præcognitionibus, τραφεῖσα Κομμόδῳ πρὸς τρίτην ἡμέραν ἧκεν Ἀννία Φαυστῖνα συγγενὴς οὖσα τοῦ αὐτοκράτορος ἐγγίστα.

5 *Cum ſumtus ejus vires Romani imperii ſuſtineri non poſſent.*] Scribendum *ſuſtinere*. ita autem regius & Puteani, non *injuriis*. vide ſuperius, ubi ſimile dictum.

6 *Senatu ſemet ridente.*] Ita regius ac Puteani. vulgo *tradente*. perperam. paullo poſt: *ſenatus hoc libenter accepit, per irriſionem, quantum intelligitur.*

GRVTERVS.

3 *Pactuleium Magnum.*] Non abit ab hac ſcriptura Pal. verius tamen putarim, *Pactumeium*.

5 *Cum ſumptus ejus, vires Romani imperii ſuſtinere non poſſent.*] Sic etiam Pal. noſter; niſi quod perperam habeat, *virus* pro *vires*.

6 *Senatu ſemet ridente.*] Pal. adhæret vulgato, *tradente*: & habet lectio utraque quo ſe tueatur.

matris conſulem deſignaſſet, appellatus eſt *Pius*; quum occidiſſet Perennem, appellatus eſt *Felix*. Inter plurimas cædes multorum civium, quaſi quidam novus Sylla, idem Commodus, ille Pius, ille Felix, finxiſſe etiam quandam contra ſe conjurationem dicitur ut multos occideret. [1] Nec alia ulla fuit defectio præter Alexandri, [2] qui poſtea ſe & ſuos interemit, & ſororis Lucillæ. [3] Appellatus eſt Commodus etiam *Britannicus* ab adulatoribus, [4] quum Britanni etiam imperatorem contra eum deligere voluerint. [5] Appellatus eſt etiam *Romanus Hercules*, quod feras Lanuvii in amphitheatro occidiſſet. Erat enim hæc illi conſuetudo, [6] ut domi beſtias interficeret. Fuit præterea ea dementia, [7] ut urbem Romam, *coloniam Commodianam* vocari voluerit: qui furor dicitur ei [8] inter delinimenta Martiæ

CASAUBONUS.

1 *Nec ulla defectio fuit præter Alexandri.*] Quis iſte? ſine dubio Julius ille eſt Alxander Emeſenus. de quo eſt apud Dionem unum. ſed de illius defectione, nihil apud nobiliſſimum hiſtoricum.

2 *Qui poſtea ſe & ſuos interemit.*] *Suos*, id eſt, puerum delicatum. digna lectu hiſtoria apud Dionem.

3 *Appellatus eſt Commodus etiam Britannicus ab adulatoribus.*] Quare ab adulatoribus? nam verè potuit: cum per legatos ipſius magnum bellum in Britannia conſtet eſſe confectum. Britannicus autem ſæpe dicitur in nummis & ſaxis.

4 *Cum Britanni etiam imperatorem contra eum deligere voluerint.*] Itane Britanni imperatorem Romanis dare cogitarunt? quo jure? quo exemplo? quibus viribus? attriti pridem à Romanis, & continuo muro procul ſummoti. ſed illuſtrant hunc locum quæ infra ſcribuntur: *Pannoniæ quoque compoſitæ: in Britannia, in Germania & in Dacia imperium ejus recuſantibus provincialibus.* tale quid narrat & Xiphilinus è Dione. hæc eſt illa ſeditio quam compeſcuiſſe in Britannia tantis cum periculis ſuis dicitur Pertinax. lege vitam illius.

5 *Appellatus eſt etiam Romanus Hercules.*] Cum ad ſenatum ſcriberet, inquit Dio, cum alios titulos uſurpabat, tum iſtum, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς. peccant qui inter has voculas diſtinctionem ſtatuunt in Dionis codicibus.

6 *Ut domi beſtias interficeret.*] Ille vero & publice. Dio, θηρία πολλὰ μὲν οἴκοι ἀπέσφαξε, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ.

7 *Ut urbem Romam coloniam Commodianam vocari voluerit.*] Dio tantum Κομμοδιανήν. addit vero & caſtra Commodiana, & diem quo decretum ea de re factum fuiſſet in ſenatu *Commodium*.

8 *Inter delinimenta Marciæ.*] Hæc illa famoſiſſima ejus concubina, cæde ipſius notiſſima Dioni dicitur Μαρκία ἡ τοῦ Κουαδράτου παλλακή. *delinimenta* ſunt φίλτρα.

1 *Voluit*

tiæ injectus. [1] Voluit etiam in circo quadrigas agitare. [2] Dalmaticus in publico proceſſit, [3] atque ita ſignum [4] quadrigis emittendis dedit. Et eo quidem tempore quo ad ſenatum retulit de Commodiana facienda Roma, non ſolùm ſenatus hoc libenter accepit per irriſionem (quantum intelligitur) ſed etiam [5] ſeipſum Commodianum vocavit, Commodum Herculem &
9 deum appellans. Simulavit ſe & in Africam iturum ut ſumptum itinerarium exigeret: & exegit, cumque in convivia & aleam convertit. [6] Motilenum præf. præt. [7] per ficus veneno interemit. [8] Accepit ſtatuas in Herculis habitu, eique immolatum eſt ut deo. [9] Multos præterea paraverat interimere, [10] quod per parvulum quendam proditum eſt, qui [11] tabulam [12] è cubiculo ejecit, in qua

1 *Voluit etiam in circo quadrigas agitare.*] Non fecit tamen. vide ſupra & Dionem.

2 *Dalmaticus in publico proceſſit.*] In auctione rerum Commodi, juſſu Pertinacis celebrata, repertæ ſunt, auctore Capitolino, *lacernæ & chirodotæ Dalmatarum*. Dalmaticatum autem prodire in publicum, dedecori ſummo fuiſſe declarat alter locus Lampridii in vita Heliogabali, quem vide. de Dalmaticis, & varia ejus vocis acceptione non hic locus eſt dicendi. & ſciunt qui vel deguſtarunt veteris eccleſiæ hiſtorias, veſtem illam, quæ olim fuerat mollium & delicatorum, poſtea graviſſimorum ſanctiſſimorumque epiſcoporum fuiſſe geſtamen: ſed & forma mutata & materia verum hæc alibi accurate. *In publico procedere*, pro in publicum, recentior eſt Latinitas. ſic & apud Græcos paſſim illi duo caſus confunduntur.

3 *Atque ita ſignum quadrigis emittendis daret.*] Scribo, *mittendis*. ſic *mittere quadrigas* vel mappam, ſæpe apud Livium, & alios. Id munus fuit olim ſummi magiſtratus; dictatoris, vel conſulis, aut prætoris. Etiam ſub imperatoribus manſit jus illud penes magiſtratus: ſed quod ſæpe imperatores infringerent, ut hic, & apud Sueton. Nerone, cap. XXII.

5 *Seipſum Commodianum vocavit.*] Γερουσία Κομμοδιανή apud Dionem in epiſtola Commodi.

6 *Motilenum præf. præt.*] Reg. Metilenum. Malim ſi liceat, *M. Attilianum*. vel *Atilicinum*. quæ ſcimus eſſe nomina Romana.

7 *Per ficus veneno interemit.*] Διὰ σύκων φαρμάκῳ ἀνεῖλε.

8 *Accepit ſtatuas in Herculis habitu.*] Καὶ ἀνδριάντες αὐτῷ παμπληθεῖς ἐν Ἡρακλέους σχήματι ἔστησαν. Dio.

9 *Multos præterea paraverat interimere.*] Iſta non erant loci hujus.

10 *Quod per parvulum quendam proditum eſt.*] Per Philocommodum puerulum minutum, de quo Herodianus multa; & de tabula occidendorum.

11 *Tabulam è cubiculo ejecit.*] Pro, abſtulit vel extulit. quod verbum, ut puto, fugiens, tanquam funerum proprium, in illud incidit minus aptum.

GRVTERVS.

4 *Quadrigis emittendis.*] Haud aliter quoque Pal.

12 *E cubiculo ejecit.*] Per feneſtram forte

quà occidendorum erant nomina ſcripta. [1] Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet & Anubin portaret. [2] Bellonæ ſervientes verè exſecare brachium, præcepit ſtudio crudelitatis. [3] Iſiacos verò pineis uſque ad perniciem pectus tundere cogebat. [4] Quum Anubin portaret,

forte in locum inferiorem, niſi aliter doceremur ab Herodiano. potuit tamen alium auctorem ſecutus eſſe Lampridius.

CASAUBONUS.

1 *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.*] Spartianus in Caracallo: *Sacra Iſidis Antoninus Commodus ita celebravit, ut & Anubin portaret & pauſâ ſederet.* ſed poſtrema verba menda vix carent, ut ibi ſumus dicturi cum Deo. Iſiaci autem caput radebant, communi ferè omnium ſacerdotum Ægyptiorum more, ut ſcribit Artemidorus libro primo, cap. XXIII. Hieronymus commentario libro in Ezechielem XIII. *Perſpicuè demonſtratur, raſis capitibus ſicut ſacerdotes cultoreſque Iſidis ac Serapis nos eſſe non debere.* Etiam ſupercilia raſitabant. Ambroſius epiſtola ad Sabinum: *Ipſi capita & ſupercilia ſua radunt, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra.* Syneſius, Encomio calvitiei: ἤδη δὲ ἐγὼ κατανενόηκα καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτὰς τῶν θεῶν μηδὲ τὸ ἐπιβλεφαρίδιον ἀνεχομένους τριχῶν. καὶ ἔστιν μὲν ἰδεῖν γελοῖον· σοφὸν δέ τι ἐνόντων ἅτε ὄντες ἀστεῖοι καὶ Αἰγύπτιοι. Cauſſam cur Iſiaci caput raderent, pete è Plutarcho in De Iſide & Oſiride. Ibidem habes quis iſte Anubis, ſive Hermanubis, & quomodo ad Iſiaca ſacra cultus illius pertinuerit. de eodem habes apud Apuleium, Virgilii interpretes, atque alios. Anubin autem portare, eſt ſimulacrum illius humeris impoſitum per urbem circumferre. mos hic genticus planè ridiculus fuit, & ſtultus. Iſaias capite XLVII. ἐποίησαν χειροποίητα, καὶ κύψαντες προσκυνοῦσιν αὐτοῖς· αἴρουσιν αὐτὰ ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ πορεύονται. quem eximium locum, de ſacris Ægyptiorum interpretatur Hieronymus. Procopius in eum locum magis generaliter: Φασὶν ὡς ἐν ταῖς τῶν δαιμονίων πομπαῖς ἐγκωμιάζοντες ἱερεῖς τὰ ἀγάλματα φέροντες ἐπ' ὤμων τὰς πλατείας ἀχθοφοροῦντες διήρχοντο.

2 *Bellonæ ſervientes verè exſecare brachium præcepit &c.*] Bellonarii fanatici miſſione ſanguinis ſui deam placabant, nono Kal. Aprilis: qui dicebatur dies ſanguinis, ut indicat Trebellius Pollio in Claudio. Meminere Seneca, Tertullianus, Lactantius, alii numero multi. Sed obſerva vocem Lampridii, *verè*. nam ex illa diſcimus, plerumque ficta & ſimulata fuiſſe tantum vulnera Bellonariorum.

3 *Iſiacos pineis uſque ad perniciem pectus tundere cogebat.*] Lactantius libro primo, *Sacerdotes Iſidis deglabrato corpore pectora ſua tundunt, lamentando ſicut ipſa, cùm filium perdidit, fecerat.* Strobilis autem in ſe tundendo utebantur, ad majorem aſperitatem, ut pugiles ceſtis ſuis. Adde quod πιτυΐδες ad omnia triſtia & feralia aptæ: ut pinus ipſa ἀκηδίας σημαντική, ait Artemidorus.

4 *Cùm Anubin portaret, capita Iſiacorum graviter obtundebat ore ſimulacri.*] Cùm ſimulacrum Anubis plures ſimul bajularent, cæteros bajulos præcedebat Commodus: ſed ibat ante ſimulacrum, & qui illud geſtabant Iſiacorum ſacerdotum agmen. Commodus igitur per laſciviam ſeſe incurvans, facile efficiebat, ut ſimulacri, quod humeris geſtabat, os in proximi cujuſque caput incideret.

taret, capita Iſiacorum graviter obtundebat ore ſimulacri. Clava non ſolùm leones in veſte muliebri & pelle leonina, ſed etiam multos homines afflixit. Debiles pedibus, & eos qui ambulare non poſſent, [1] in gigantum modum formavit, ita ut à genibus de pannis & linteis quaſi dracones digererentur, eoſdemque [2] ſagittis confecit. [3] Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, [4] quum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſo-

non poterat hoc fieri ſine læſione eorum qui ictum illum excipiebant. nam & capite nudo erant: & os Anubis in roſtri canini ſimilitudinem, ut notum eſt, effigiatum, inferendo vulneri aptiſſimum. Interdum & perſonam caninam aſſumebant Iſiaci: cùm quidem tanto fuit facilius Commodo obtunſionibus capita præcedentium lædere. Appianus libro quarto bellorum civilium, Οὐολύσιος ἀγορανομῶν προεγράφη, καὶ φίλον ὀργιαστὴν τῆς Ἴσιδος ἔχων, ᾔτησε τὴν στολήν, καὶ τὰς ὀθόνας ἐνέδυ τὰς ποδήρεις, καὶ τὴν τοῦ κυνὸς κεφαλὴν ἐπέθετο· καὶ διῆλθεν οὕτως ὀργιάζων αὐτῷ σχήματι εἰς Πομπήιον. Tertullianus de Iſidis orgiaſta,

Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.

1 *In gigantum modum formavit, ita ut à genibus de pannis & linteis quaſi dracones digererentur.*] Quia dicitur Hercules cum monſtris & gigantibus pugnaſſe & viciſſe, voluit & novus hic Hercules Romanus gigantes occidere. Vix credi poſſit tantus furor, niſi narraret qui præſens vidit omnia Dio. eum lege. Gigantes poëtæ fingunt δρακοντόποδας. Ovidius in Faſtis,

Mille manus dedit illis, & pro cruribus angues.

SALMASIUS.

1 *In gigantum modum formavit, ita ut à genibus.*] Pro *à genibus* perperam in Palatino, *agentibus*. & ut fit, κακὸν κακῷ ἰώμενοι qui veteri editioni cudendæ præfuit, legens *ab agentibus*. *à genibus* autem verum eſt. Dio: δρακοντώποδά τε ἔνια αὐτοῖς εἴδη περὶ τὰ γόνατα περιπλέξας. idem Palatinus, *degererentur*, legit, non *digererentur*. vet. ed. *detegerentur*, mendoſe: ita tamen ut appareat in exemplari quod illi editioni præivit, fuiſſe *degererentur*.

CASAUBONUS.

2 *Sagittis confecit.*] Dio, ait, clava: quod fuit alterum Herculis geſtamen.

3 *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.*] Olim Mithriaca ſacra non ſine humana victima peragebantur. ſed deſitus mos in orbe Romano, lege lata ab Hadriano qua omnes penitus ἀνθρωποθυσίαι ſunt vetitæ. narrat Porphyrius libro ſecundo De abſtinentia ab eſu animalium, ex Pallante qui de Mithræ myſteriis accuratiſſimè ſcripſerat.

4 *Cùm illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat.*] Tertullianus De corona militis extremo libro: *Erubeſcite, Romani commilitones ejus, jam non ab ipſo judicandi, ſed ab aliquo Mithræ milite: qui cùm initiatur in ſpelæo, in caſtris verè tenebrarum, coronam interpoſito gladio ſibi oblatam, quaſi mimum martyrii, dehinc capiti ſuo accommodatam, monetur obvia manu capite depellere, & in humerum ſi fortè transferre, dicens Mithram eſſe coronam ſuam.* Præter hunc martyrii mimum quem deſcribit Tertullianus, erant in Mithriacis ſacris & alia ad terrorem comparata. nam quo animi robore miſellis qui initia-

initiabantur opus fuit, cùm in ſpeluncam atram deducti, nihil niſi leones, hyænas & corvos cernerent? Ut enim in Iſiacis caninam perſonam aſſumebant; ſic in iſtis viri leones ſe fingebant; mulieres, hyænas; miniſtri ſacrorum, corvos; ipſi qui ad ſacra admittebantur, modò in leones, modò in alias feras, effingebantur. Quare quod in Cereris ſacris dicebant τὰ μυστήρια παραλαμβάνειν, Spartianus in Hadriano, *Eleuſinia ſacra ſuſcipere*, in myſteriis Mithræ dixerunt τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνειν. Porphyrius Περὶ ἀποχῆς libro quarto: ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις τὴν κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῷα αἰνιττόμενοι, διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασιν. ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας, λέοντας καλεῖν· τὰς δὲ γυναῖκας, ὑαίνας· τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας, κόρακας. ἐπί τε τῶν πατέρων· ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται· ὅ τε τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς.

SALMASIUS.

4 *Cum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat.*] Pro, & *dici* & *fingi ſoleat*. recte autem dixit aliquid in ſacris Mithriacis ad ſpeciem timoris fingi. non enim omnia ſic fingebantur ad pavorem fictum & ridiculum, ſed quædam etiam fiebant veri timoris & periculi plena: ut erant κολάσεις quibus tentabantur prius, qui ſacris illis initiari habebant. de quibus Nonnus in ſecundam Nazianzeni ſteleteuticam, cujus verba non erit alienum heic adponere: Τὸν Μίθραν νομίζουσι Πέρσαι τὸν ἥλιον εἶναι, καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας. καὶ τελοῦνται τινὰς εἰς αὐτὸν τελετάς. οὐδεὶς δὲ δύναται τελεσθῆναι τὰς τοῦ Μίθρου τελετάς, εἰ μὴ διὰ πασῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξοι ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινὰ καὶ ὅσιον. λέγονται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις, ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν. οἷον πρῶτον διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ. εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλεσθαι ἑαυτόν. εἶτα ἐν ἐρήμῳ διαιτηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι καὶ ἄλλα τινὰ ἄχρις οὗ ὡς εἴπομεν τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι· καὶ τότε λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελεώτερα, ἐὰν ζήσῃ. quæ poſtrema verba indicant raros quoſdam & paucos admodum omnia illa κολάσεων & tentamentorum genera pervaſiſſe abſque vitæ periculo. multiplicia autem videntur illa Mithriaca ſacra fuiſſe. nec Leontica tantum ſacra ſuſcipere dicebantur, qui illis initiabantur, ut Eleuſinia ſacra ſuſcipere in myſteriis Cereris & Proſerpinæ. ſed & Coracica quædam erant ſacra ab eo quod ὑπηρετοῦντες κόρακας vocabant: & eorum coracicorum mentio apud D. Ambroſium & veteres inſcriptiones. ſic & ὑαινικὰ, quod mulieres hyænas appellabant, ut viros Leones. Leonticorum quoque mentio in veteribus inſcriptionibus: *Leontica accipere.* Patrica quoque accipiebantur in illis Mithriacis ſacris. nam ἱεροφάντας ſuos patres appellabant, unde *patrica*. D. Hieronymus ad Lætam: *ante paucos annos propinquus veſter Gracchus, nobilitatem patritiam ſonans nomine. quum præfecturam gereret urbanam, nonne ſpecum Mithræ & omnia portentuoſa ſimulacra quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perſes, Helios, Bromius. Pater initiantur, ſubvertit, fregit, exuſſit?* ita autem diſtinguendum apud Hieronymum: nam male vulgo, *Bromius pater*. Pater igitur in illis ſacris Hierophanta: Eunapius: ἅμα τε γὰρ ἐκ Θεσπιῶν ἱεροφάντης πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς. vir doctiſſimus vertit, *parens & inſtitutor*. perperam, debuit enim: *Pater cum eſſet Mithriacæ religionis*. unde *Patrica ſacra*. ſic & *Perſica* & *Heliaca & Bromiaca*, à *Perſes*, *Helios*, & *Bromios*, de quibus nos alibi plura nondum obſervata in medium proferemus, totamque Mithriacorum ſacrorum cerimoniam explicabimus.

gi ſoleat. Etiam puer & guloſus & impudicus fuit. Adoleſcens omne genus infamavit hominum quod erat ſecum, & ab omnibus eſt infamatus. irridentes ſe feris objiciebat. Eum etiam qui Tranquilli librum vitam Caligulæ continentem legerat, feris objici juſſit: quia eundem diem natalis habuerat quem & Caligula. [1] Si quis ſanè ſe mori velle prædixiſſet, hunc invitum præcipitari jubebat. In jocis quoque pernicioſus. nam eum quem vidiſſet albeſcentes inter nigros capillos quaſi vermiculos habere, ſturno appoſito, qui ſe vermes ſectari crederet, [2] capite [3] ſuppuratum reddebat obtunſione. Pinguem hominem medio ventre diſſecuit, ut ejus inteſtina ſubitò funderentur. [4] Monopodios [1] & lu-

CASAUBONUS.

1 *Si quis ſanè ſe mori velle prædixiſſet.*] Suſpectum verbum, *prædixiſſet.* malim, *præ dolore dixiſſet.* aut ſimile quid.

2 *Capite ſuppuratum reddebat. Obtunſi oneris p.*] Lege, *c. ſ. reddebat obtunſionibus. Pinguem hi.* obtundere eſt κολάπτειν, quod ſemper Ariſtoteles uſurpat de avibus quæ roſtro nocent. unde picus Martius Græcis, δρυοκολάπτης. dicunt & κόπτειν.

4 *Monopodios & luſcinios.*] Scrib. *Luſcinios.* hi quod luſci eſſent facti, illi quòd μονόποδες.

GRUTERUS.

1 *Si quis ſane ſe mori velle prædixiſſet, &c.*] Vel execratus ſæculi ſui calamitatem morbumve aliquem incurabilem; vel etiam quod per adulationem præ ſe ferret, velle vitam impendere Imperatori. ſic ſanè legimus de Caligula apud Suetonium cap. 27. *Votum exegit ab eo, qui pro ſalute gladiatoriam operam promiſerat: ſpectavitque ferro dimicantem: nec dimiſit niſi victorem, & poſt multas preces. Alterum, qui ſe periturum eâ de cauſâ voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum, inſulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere.*

3 *Suppuratum reddebat. Obtunſi oneris pinguem hominem, &c.*] Probo lectionem Caſauboni, *reddebat obtunſionibus, pinguem hominem, &c.* nihil tamen divertit à vulgatâ ſcripturâ Pal.

SALMASIUS.

1 *Si quis ſane ſe mori velle prædixiſſet.*] De nihilo ſuſpectum habent verbum *prædixiſſet* eruditiſſimi viri. *prædicere* enim heic non eſt vaticinantium verbum, qui futura prædicunt, ſed hominum qui quod facturi ſunt aut facere in animo habent id prædicunt, apud Terentium: *ne tibi dicas non prædictum.* ſic Ulpianus: *item ſi prædixerit ut unuſquiſque vectorum res ſuas ſervet, neque damnum ſe præſtaturum, & conſenſerint prædictioni.*

2 *Capite ſuppuratum reddebat. obtunſi oneris pinguem hominem.*] Lege & diſtingue; *ſturno appoſito qui ſe vermes ſectari crederet, capite ſuppuratum reddebat obtunſione. Pinguem hominem medio ventre diſſecuit.* obtunſione, τῇ κολάψει. & obtundendo. atque ita edi curavimus.

4 *Monopodios & Luſcinios.*] Lege *Monopodios.* Μονοπόδιοι ſunt Μονόποδες. nam πόδια dixere forma ὑποκο-

[1] & luſcinios, eos quibus aut ſingulos tuliſſet oculos aut ſingulos pedes fregiſſet, appellabat. Multos præterea paſſim extinxit: alios quia barbarico habitu occurrerant; alios quia nobiles & ſpecioſi erant. [2] Habuit in deliciis homines appellatos nominibus verendorum utriuſque ſexus, [3] quos libentiùs [4] ſuis oculis appli-

ἀποκεκλασμένων τοὺς πόδας, unde & Monopodiæ menſæ quæ uno tantum pede nitebantur. Monopodios autem vocando, quibus ſingulos pedes fregiſſet Commodus, per jocum adludebat ad gentis illius appellationem quibus à natura ſinguli tantum pedes. atque inde *Μονόποδες*, & *Μονόκωλοι* dicebantur. quam vocem tribus optimis authoribus olim reſtituimus. Gellius cap. IV. lib. IX. *homines qui monomeri appellantur ſingulis cruribus ſaltuatim currentes.* viri doctiſſimi admonent in veteribus ſcidis ſcriptum reſtare, *qui monocoli appellantur.* quod ipſi mutant in *monoſceli.* ſic pleraque omnes facimus, dum corrigimus, corrumpimus. nam *monocoli* rectum eſt, & ita dicti quod unum tantum crus haberent, quod Græcis *κῶλον.* dicuntur enim & *monocoli* Solino, quem auctorem nos aliquando in vitam reſtituemus ſi Deus faverit: ubi hodie perperam publicatum eſt, *monoſceli*: cap. LV. *legimus monocolos quoque ibi naſci ſingulis cruribus & ſingulari pernicitate.* veteres editiones omnes ſervant *monoculos.* ex quo nobis facile fuit facere, *monocolos.* hoc eſt *μονοκώλους.* nec dubitamus ita quoque reponendum apud Plinium. neſciunt enim Græce, qui *monoſcelos* eos dictos cenſent, qui dicendi eſſent *μονοσκελεῖς*, ut *τρισκελής.* unde *τρισκελὲς* genus vaſis, quod Iſidorus *triſciles* appellat. *Μονόκωλοι* igitur quod unicum *κῶλον* habent. ſic *τρίκωλοι*, & *τιλεχίκωλοι.* Heſychius: *τιλεχίκωλος· τιλεχίπους.* ita Empuſam *ὀνόκωλιν* appellant poëtæ Græci, quod alterum ex cruribus aſininum haberet. *Μονόκωλοι* igitur & *Μονοπόδιοι* vel *Μονόποδες* idem ſunt. nec mihi dubium eſt eo reſpexiſſe per jocum, cum illis appellationibus luderet in rebus triſtiſſimi exempli, ſæviſſimus imperator.

1 *Et Luſcinios quibus ſingulos tuliſſet oculos.*] Quos luſcos feciſſet jocoſe appellabat Commodus *Luſcinios.* Luſcinii autem ſunt Luſciniæ, nam *Luſcinius* & *Luſcinia* dicebatur: ut ſimius, & ſimia: Turdus & Turda: Merulus & Merula: Gloſſæ: *Luſcinus, ἀηδών.* nec mutandum, ſic enim *Luſcinius* & *Luſcinus* dicebatur, ut ſimus & ſimius. *Simus* enim legitur in lemmate epigrammatis apud Martialem in vetuſtiſſimo libro Bibliothecæ P. Puteani. ita in veteribus Gloſſis: *vociſimus, ἠχώ.* disjunge: *vocis ſimus, ἠχοῖ.* eleganter *vocis ſimum*, hoc eſt ſimium vocat Echo. Luſcinius quoque apud Phædrum in jocis:

Pavo ad Junonem venit indigne ferens
Cantus Luſcini ſibi quod non tribuerit.

CASAVBONVS.

2 *Habuit in deliciis homines appellatos nominibus verendorum utriuſque ſexus.*] Capitolinus de Pertinace inſtrumentum omne aulæ Commodianæ vendente: *Scurras turpiſſimorum nominum dedecora perferentes, proſcripſit ac vendidit.* rem eandem pluribus narrat Dio, quem lege in vita Pertinacis.

3 *Quos libentius ſuis oculis applicabat.*] Scribi malim, *oſculis.* ſic *oſcula applicare* dixit Ovidius:

Oſculaque applicuit poſito ſuprema feretro.

Sed & *oculis applicare* probum ac Lati-

applicabat. [1] Habuit & hominem pene prominente ultra modum animalium, [2] quem Onon appellabat, ſibi chariſſimum, quem & ditavit & [3] ſacerdotio Herculis
11 ruſtici præpoſuit. Dicitur ſæpe [4] pretioſiſſimis cibis humana ſtercora miſcuiſſe, [5] nec abſtinuiſſe guſtu, [6] aliis

num eſt. Suetonius in Octavio *oculis ſubjicere*.

SALMASIUS.

3 *Quos libentius oculis ſuis applicabat.*] Manifeſto ſcribendum, *oſculis ſuis applicabat. adplicare oſculis*, eſt oſculari. ſic in pervigilio Veneris, *oculis* ſcriptum erat pro oſculis:

Deque gemmis, deque flammis, deque amoris oſculis.

GRUTERUS.

4 *Suis oculis applicabat.*] Sic quoque Pal. noſter, nec male.

CASAUBONUS.

1 *Habuit & hominem pene prominente, ultra modum animalium.*] Idem alibi de Heliogabalo: *ad honores reliquos promovit, commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.*

2 *Quem Onon appellabat.*] Ezechiel Dei propheta, capite XXIII. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς νεότητος σου ἐπόρνευσας ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐπέθου ἐπὶ τοὺς Χαλδαίους· ὧν ὡς ὄνων αἱ σάρκες αὐτῶν, καὶ αἰδοῖα ἵππων τὰ αἰδοῖα αὐτῶν. Hieronymus in illum locum: *Inſanivit quondam in concubitu Ægyptiorum, quorum carnes ſunt ad ſimilitudinem aſinorum: & tam largus ſeminum fluxus, ſive verenda tam grandia, ut equorum ſuperent deformitatem.* Juvenalis,

— *atque alium bipedem ſibi quæris aſellum.*

ſic apud alios, quos prætermitto. Atque ex iſtis adducimur in ſuſpitionem, illum impurum famæ deteſtandæ hominem, cujus in Marco meminit Capitolinus, non Veteraſinum, ut vulgò ibi ſcriptum, fuiſſe appellatum, ſed Veretraſinum.

3 *Sacerdotio Herculis Ruſtici præpoſuit.*] Hicne eſt qui in deſcriptione Urbis, dicitur Victori Hercules Silvanus? an Hercules ruſticus dicitur, qui rure dedicatus à Commodo fuiſſet?

4 *Pretioſiſſimis cibis humana ſtercora miſcuiſſe.*] Ex principio libri noni Περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως Galeni diſcimus, veteres quoſdam medicos etiam iſtis in ſanandis oris vulneribus eſſe uſos, ut & cæteris humani corporis partibus.

GRUTERUS.

5 *Nec abſtinuiſſe guſtu.*] Non diſplicet quod in Pal. *guſtum*.

SALMASIUS.

3 *Sacerdotio Herculis Ruſtici præpoſuit.*] Male dubitant, quibus in dubium vocatur, an hic Hercules Ruſticus ſit idem cum Hercule Silvano, cujus meminit Victor in deſcriptione urbis. Nam de Hercule Ruſtico quem rure dedicaverit Commodus, accipere prorſus ἀνιστόρητον eſt. Ruſticus autem & Agreſtis, & Silvanus συνώνυμα ſunt. unde & ſilvatica & agreſtia animalia eadem ſunt. ut Hercules Silvanus, ſic & Mars Silvanus dicebatur. Hercules & Silvanus ſæpius conjunguntur in antiquis inſcriptionibus. ut HERCVLI ET SILVANO. SILVANO ET HERCVLI. multi etiam Silvani domeſtici, agreſtes, dendrophori, de quibus nos alibi. Hercules ille Ruſticus is eſt qui cum Silvano jungebatur, quem & Silvanum etiam Herculem dicebant.

5 *Nec abſtinuiſſe guſtu.*] Melius & elegantius in Palatino: *nec abſtinuiſſe guſtum. abſtinere guſtum*, ut *[illegible] abſtinere*,

[1] aliis (ut putabat) irriſis. [2] Duos gibbos retortos in lance argentea ſibi ſinapi perfuſos exhibuit, eoſdemque ſtatim promovit ac ditavit. Præf. præt. ſuum Julianum, [3] togatum, præſente officio ſuo in piſcinam detruſit: quem ſaltare etiam nudum ante concubinas ſuas juſſit [4] quatientem cymbala, deformato vultu. [5] Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxu-

ſtinere, apud Comicum, & *abſtinere oculos*, & ſexcenta hujuſmodi. nihil enim uſitatius hac forma.

CASAUBONUS.

1 *Aliis, ut putabat, irriſis.*] Homo furioſus putabat magnum facere, cùm ſuos convivas ab eſu ciborum quibus ipſe delectaretur, hac ſpurcitie averteret. Non diſſimile lurconis cujuſdam στρατήγημα Athenæo narratur.

2 *Duos gibbos.*] Scripti ineptè, *gilbos*.

3 *Togatum, præſente officio ſuo, in p.*] *Suo*, nempe Juliani.

4 *Quatientem cymbala.*] Cymbala & tympana mollioribus ſaltationibus adhiberi ſolita notum eſt, vel ex Plinio, epiſtola XIV. libri ſecundi.

5 *Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem, rarò vocavit.*] Quid ergo? legumina adhibuit menſæ non cocta? ridiculum. quemadmodum & illud penitus falſum, leguminibus luxuriæ ſive rerum Veneris continuationem impediri. Hæ tantæ abſurditates hoc evincunt primò, deeſſe negationem: deinde illam vocem *coctorum*, mendæ arguunt. Lego verò, *Genera leguminum cocta juxta ad convivium p. l. continuationem non rarò vocavit.* Naturæ rerum adeò imperitus nemo, quin ſciat legumina pleraque inflare, & proinde Veneri conducere. eſt notum & pueris vetus proverbium, A fabis abſtine. Medici autem non fabam ſolum ſtimulandæ libidini præſcribunt; ſed & alia pleraque legumina, ut cicer, piſa, phaſelum, ochros, dolichos, & id genus.

GRUTERUS.

5 *Genera leguminum coctorum ad convivium, &c.*] Sic etiam codex Pal. forſan omnia ſe bene habuerint, reſcripto, *continuationem revocavit*.

SALMASIUS.

2 *Duos gibbos retortos.*] Palatinus: *Duos gibbos retorridos.* hanc vocem multis locis apud hos auctores reſtituimus, nunc in ſua & propria, nunc in aliena & tralatitia ſignificatione poſitam. ſic *homo retorridi vultus* infra, & *retorridæ mentes Gallorum*, quæ ſuis locis explicabimus. *retorridus* ſic plane dicitur ut *torridus*. *retorridum* in arboribus rei ruſticæ auctores dicunt, ut retorridos ramos, qui non grandeſcunt, ſed in nodos contrahuntur, ſcabritiemque corticis & ſquallorem præ ſe ferunt. *retorridum*, de arboribus vulgo dicimus, *rabougri*. Gibbi vero retorridi ſunt ſicci, aridi, & macilenti, & cutis contractæ ſqualidæ & aſperæ, ſtriatæque, qualem habent ſenes & vetulæ. inde per metaphoram *retorridi homines*, exercitati & qui in negotiis multis verſati ſunt. quales tribacos & tribones Græci vocant. aliquando ſic appellantur ἀπεσκλῆκες, & qui non facile flectuntur à propoſito. metaphora ducta à ſiccis & retorridis lignis, quæ frangi citius rumpique poſſunt, quam flecti aut curvari.

5 *Genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem raro vocavit.*] Quale hoc loquendi genus, *vocare ad convivium genera leguminum coctorum*? potius dixiſſet: *cocta legumina raro in conviviis exhibuit.* ſed & rem

luxuriæ continuationem raro vocavit. [1] Lavabat per diem ſepties atque octies, [2] & in ipſis balneis edebat. [3] Deorum templa polluit ſtupris & humano ſanguine: [4] Imitatus eſt & medicum, [5] ut ſanguinem hominibus emit-

rem ipſam ſi conſideres, haud tibi conceſſerint medicorum filii ut legumina libidinis continuationi paxum faveant. immo contra unice eam adjuvant. paucis mutatis reponere non dubitem: *genere leguminum cunctorum propter luxuriæ continuationem raro vacavit*: qua lectione veriorem noli quærere, non enim reperies. *vocavit* pro *vacavit*, poſitum temere, reliquis etiam corrumpendis anſam præbuit. quod dicit, hoc eſt. Commodum propter libidinis continuationem raro vacaſſe cunctorum leguminum genere. exhiberi igitur ſibi fere ſemper jubebat, legumina omne genus, iiſque raro caruit ejus convivium. vacare aliqua re, pro carere, ſi demonſtrare coner Latinum eſſe, merito me irrideant vel Latinæ linguæ tirunculi quare hac opera ſuperſedere melius. non diſſimulabo tamen aliter hujus loci ſententiæ cautum voluiſſe priſcum editorem Mediolanenſis editionis, apud quem ita excuſum repperi: *genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriæ continuationem revocavit.* quam tamen conjecturæ noſtræ non præferent, niſi qui vero falſum præferre volent. adde quod noſtra lectio preſſiſſime inſiſtit veſtigiis veteris ſcripturæ.

CASAUBONUS.

1 *Lavabat per diem ſepties atque octies.*] Diem intellige æſtivum. in vita Gordiani: *quater & quinquies in die lavabat æſtate; in hieme bis.* Trebellius in Gallieno: *lavit ad diem ſeptimò æſtate vel ſextò: hieme ſecundò vel tertiò.*

2 *Et in ipſis balneis edebat.*] More delicatiorum. ideo in balneis frequentes libarii, botularii, cruſtularii, & omnes popinarum inſtitores, ut ſcribit Seneca, ep. LVI. poſtea cœpere & viri graves in balneis etiam cœnare. Spartianus in Antonino Geta: *utriuſque ordinis viri & in balneo cœnantes, & in publico percutiebantur.* ubi tamen ſcripſerat fortaſſe Spartianus, *& in balneo, & cœnantes.*

3 *Deorum templa polluit ſtupris.*] Venerem in templis deorum exercere, barbaræ gentes ſuſque deque habuerunt: magis politæ piaculum duxerunt. Herodotus libro ſecundo, οἱ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων μίσγονται ἐν ἱεροῖσι.

SALMASIUS.

3 *Deorum templa polluit ſtupris & ſanguine.*] Palatinus & ed. Med. *Deorum templa pollutus ſtupris & ſanguine.* *Pollutus* pro *polluit.* ſic *honoratus eſt*, apud Solinum pro *honoravit.* & *provocatus eſt rex*, Floro, pro provocavit. ita *illuſum eſſe*, pro *illuſiſſe*, Tacito, Annal. lib. XIII. in optimis libris: *illuſum eſſe pueritiæ Britannici Neronem.* & lib. XV. *ſubvectus eſt*, pro ſubvexit: *naves quæ frumentum Tiberi ſubvectæ eſſent.* hoc eſt, *ſubvexiſſent*, hodie *ſubvectaſſent* legitur, cum omnes ſcripti illud præferant. apud Valerium Maximum, *habitum* pro habuiſſe, lib. V. *æque mitis animus Pyrrhi Regis. audierat quoſdam in convivio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum: acceſſitos qui ei interfuerant percontabatur.* ita libri illo loci ſcribunt. vulgo interſerunt, *apud quoſdam. quoſdam habitum*, pro *quoſdam habuiſſe*: ut heic *pollutus ſtupris & ſanguine*, pro *polluit ſtupris & ſanguine.* plura exempla ſi quis deſideret, ad Florum congeſſimus.

CASAUBONUS.

4 *Imitatus eſt & medicum.*] Chirurgum medicum agens, aliis aurem, aliis

emitteret ſcalpris feralibus. [1] Menſes quoque in honorem

aliis naſi partem, aut aliud quid præcidere ſolitus. auctor Xiphilinus, de cujus verbis ſupra egimus.

SALMASIUS.

5 *Ut hominibus ſanguinem emitteret ſcalpris feralibus.*] *Scalpra feralia* : ſic edicta feralia.

CASAUBONUS.

1 *Menſes quoque in honorem ejus.*] Menſium omnium fuiſſe mutata nomina conſtat inter Dionem & Herodianum: ſed quod hic addit, pleraſque appellationes ad Herculem reſpexiſſe, refellit Dio, qui ipſas appellationes novas recenſet ſolus è veteribus. ſunt autem iſtæ.

AMAZONIUS.	ΑΜΑΖΟΝΟC.
INVICTUS.	ΑΝΙΚΗΤΟC.
FELIX.	ΕΥΤΥΧΗC,
PIUS.	ΕΥCΕΒΗC.
LUCIUS.	ΛΟΥΚΙΟC.
ÆLIUS.	ΑΙΛΙΟC.
AVRELIUS.	ΑΥΡΗΛΙΟC.
COMMODUS.	ΚΟΜΜΟΔΟC.
AVGUSTUS.	ΑΥΓΟΥCΤΟC.
HERCULEUS.	ΗΡΑΚΛΕΙΟC.
ROMANUS.	ΡΩΜΑΙΟC.
EXVPERATORIUS.	ΥΠΕΡΑΙΡΩΝ.

Ex iſtis duodecim nominibus, quatuor ſunt tantùm, quæ poſſint ἐν Ἡρακλέα ἀναφέρεσθαι, ut loquitur Herodianus: ΗΡΑΚΛΕΙΟC, ΥΠΕΡΑΙΡΩΝ, ΑΜΑΖΟΝΙΟC, ΑΝΙΚΗΤΟC. reliqua omnia partim propria Commodo, partim omnibus imperatoribus ſolennia ſunt. Quænam autem iſtarum appellationum novarum cuique veteri reſpondeat, antiquorum nullus eſt, qui nos certò doceat. Ex ea tamen ſerie quæ in his nominibus ſervatur apud Dionem, conjicimus, primum Commodianorum menſium eſſe LUCIUM: reliquos eo ordine ſecutos, quem in inſcriptionibus epiſtolarum illæ appellationes obtinebant. ſemper autem propria cujuſque principis nomina præcedebant: cujuſmodi ſunt iſta hic. LUCIUS. ÆLIUS. AURELIUS. COMMODUS. quæ ita junctim ex Dione recenſent Xiphilinus & Zonaras, in reliquorum etiam nominum ordine penitus ſibi conſentientes. Putamus igitur anni Commodiani primos quatuor menſeis illis nominibus dictos. Porro ejus anni caput videtur ille menſis eſſe factus, vel quo natus, vel quo Cæſar eſt appellatus, vel ille potiùs quo Auguſtus.

SALMASIUS.

1 *Menſes quoque in honorem ejus pro Auguſto Commodum.*] Non parum diſſentiunt authores in horum menſium nominibus à Commodo mutatis, conſtituendis: quis primo loco, quis deinde, quis poſtremo collocandus. Dionem ordine ipſo, quo ſtatui deberent, eos retuliſſe omnimodis cenſeo: quod ejus hæc verba ſatis produnt: καὶ πῖλος καὶ οἱ μῆνες ἀπ' αὐτοῦ πάντες ἐπεκλήθησαν, ὥστε καταριθμεῖσθαι αὐτοὺς οὕτως. Cui enim dubium poteſt eſſe, quin eos ordine enumeraverit, ut primo primus, poſtremo loco poſtremus ſit poſitus? hac autem apud illum ſerie digeſti leguntur:

Ἀμαζόνιος,	*Januarius.*
Ἀνίκητος,	*Februarius.*
Εὐτυχὴς,	*Martius.*
Εὐσεβὴς,	*Aprilis.*
Λούκιος,	*Majus.*
Αἴλιος,	*Iunius.*
Αὐρήλιος,	*Julius.*
Κόμμοδος,	*Auguſtus.*
Αὔγουστος,	*September.*
Ἡράκλειος,	*October.*
Ῥωμαῖος,	*November.*
Ὑπεραίρων,	*December.*

Quod vero conjiciunt viri doctiſſimi,

rem ejus [1] pro Auguſto *Commodum*, [2] pro Septembri *Her-*

Commodianorum menſium primum fuiſſe LVCIVM, reliquos eo ſequutos ordine, qui in inſcriptionibus Epiſtolarum ſervari ſolitus, id nequaquam verum eſſe mihi perſuadeo. Nam ex ea ſerie quam habet Dio non aliud licet colligere quam primo loco, qui primus fuerit, ab eo poſitum eſſe. Is autem eſt *Amazonius*, quem pro Januario appellavit: & ſic deinceps ceteri, ut eos recenſuimus & digeſſimus ex Dione. cujus [illegible] veram eſſe nihil magis fidem fecerit, quam quod illi convenit cum actis. Nam ſecundum acta, Hercules eſt October: Auguſtus, September: & Commodus, Auguſtus: & Exuperatorius, December. initio enim hujus vitæ ſcribit Lampridius, *& cum patre imperator appellatus eſt v. Cal. Decembres die.* Heic autem refertur ex actis, imperatorem appellatum v. Calendas exuperatorias: ſic Kalendæ exuperatoriæ & Decembres ſunt eædem. ſed & idem ibi ſcribit Commodum indutum eſſe toga Nonarum Juliarum die. heic autem ex actis tradit profectum in Germaniam XIV. Kalendas Ælias. Ex quibus non vane augurari poſſumus, Ælium eſſe Junium. Profectus enim Commodus XIV. Kalendas Junii, toga autem virili indutus eſt Nonarum Juliarum die: in limite enim tantum togam accepit. Capitolinus in Marco: *Filio Commodo arcceſſito ad limitem togam virilem dedit.* menſem igitur integrum & dies aliquot in itinere conſumpſit Commodus priuſquam ad limitem perveniret, ubi pater illi togam virilem dedit: & ſic omnia mirifice conveniunt cum recenſione menſium Commodianorum, & ordine quem habet Dio, quemque adeo ſolum eſſe certum, & indubitatum non falſo mihi perſuaſi. Lampridium autem qui aliter & ordine alio recenſet, errare puto, aut authores ſequi peccare docentes. Aurelius etiam Victor, qui Septembrem Commodum eſſe appellatum de nomine Commodi ſcribit, manifeſto fallitur. certo enim eſt certius Auguſtum menſem non Septembrem, dictum Commodum. quod perſpicue verum eſſe oſtendunt acta.

CASAUBONUS.

1 *Pro Auguſto Commodum.*] Statim ſequitur ex Actis, *iterum profectus* III. *Nonas Commodias.* Lapis Lanuvii,

IDUS. COMMODAS
ELIANO. COS.

Hic autem cum Dione convenit Lampridio: nam ſi Amazonium qui in laterculo Dionis primus eſt, Januarium interpretemur; Commodus Auguſtus erit.

GRUTERUS.

1 *Pro Auguſto Commodum.*] Sequitur vulgatos codex Pal.

SALMASIUS.

2 *Pro Septembri Herculem.*] Dioni non Ἡρακλῆς, ſed Ἡράκλειος, hic menſis appellatur; Heracleus, non Hercules. in Lampridio tamen qui aliquid mutandum cenſebit, errabit. Hercules enim appellatus Commodus, & ex ea appellatione menſi nomen inditum, qui Hercules non Herculeius dici debuit. ut enim à Julio non Julianus menſis, ſed Julius; & ab Auguſto non Auguſtanus, ſed Auguſtus: ita ab Hercule, menſis Hercules non Herculeus. ſic & Commodus menſis, non Commodianus, ut Lucius, Aurelius, &c. de Commodi nominibus. Commodus autem non Hercules ſed Herculeus cognominatus.

CASAUBONUS.

2 *Pro Septembri Herculem.*] Non Herculem ſed Herculeum vocat Dio. Sed in ejus laterculo inter Commodum menſem & Herculeum alius inter-

Herculem, pro Octobri *Invictum*, [1] pro Novembri *Exuperatorium*, pro Decembri *Amazonium*, ex ſigno ipſius adulatores vocabant. *Amazonius* autem vocatus eſt ex amore concubinæ ſuæ Martiæ, [2] quam pictam in Amazone diligebat; propter quam & ipſe Amazonico habitu in harenam Romanam procedere voluit.

terjectus, qui veteri nomine, ſed nova notione Auguſtus dictus: is autem eſt September, Commodus enim eſt Auguſtus. Herculeus igitur erit October, non September. ita Dio: à quo ſtant & publica Acta, ex quibus deſcribuntur paullo poſt hæc verba: *Nominatus inter Cæſares quarto Iduum Octobrium, quas Herculeas poſtea nominavit.* Conſtat liquidò ex iſtis vulnus hic præteritione aliqua omnes codices accepiſſe: magna auctoris injuria; cujus levitas excuſari nequeat, ſi Actis quæ laudat ipſe contraria ſcribat. Ita ergo locus concipiendus: *pro Auguſto* COMMODUM, AUGUSTUM *pro Septembri*, HERCULEUM *pro Octobri*, INVICTUM *pro Novembri*, EXUPERATORIUM *pro Decembri*, AMAZONIUM *pro Januario*. in omnibus codicibus etiam membranaceis, omiſſa eſt primò vox AUGUSTUM. deinde, illa, *pro Januario*. quæ ex Dione reſtituenda ſic eſſe non dubitamus. etſi non per omnia Lampridio convenit cum ſcriptore Græco: nam Dioni ΡΩΜΑΙΟϹ eſt qui noſtro INVICTUS. ΑΝΙΚΗΤΟϹ illi Februarius. COMMODUS September eſt Victori, Eutropio, Euſebio. Suidæ qui in diſponendis Commodianorum menſium nominibus à Xiphilino diſcrepat & Zonara, nullam cenſeo habendam rationem.

SALMASIUS.

1 *Pro Novembri exuperatorium.*] Fallitur. docuimus enim, Decembrem exuperatorium dictum fuiſſe. exuperatorius Dioni ὑπερφέρων, quo nomine appellari unice gaudebat Commodus, ὡς ἐν πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ' ὑπερβολὴν νικῶν. ſed cur non exuperator potius quam exuperatorius dictus eſt: *exuperator* enim eſt ὑπερφέρων. & fortaſſe ita dictus fuerit exuperator, ut triumphator; menſis autem exuperatorius: quamvis videatur illa vox *exuperatorius*, aliquid plus ipſa vi continere quam exuperator. eſt enim ille qui ſemper vincere ſoleat, nunquam vinci. ὑπερφέρειν autem Græci pro longe ſuperare ponunt. quod verbi bis aut ter apud Philoſtratum poſitum, ſed corruptum aliquot locis. in Hadriano: μεστὸς δὲ ὢν παρρησίας ἐπὶ τὸν θρόνον παρῆλθε τὸν Ἀθήνησι, ὡς προοίμιον αἱ γνῶσεις τῆς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεως μὴ τὴν ἐκείνων σοφίαν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ. ἤρξατο γὰρ ὧδε. πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα, τὸ μὲν δὴ προοίμιον τοῦτο ὑπερφέροντος ἦν τοὺς Ἀθηναίους καὶ διδόντος αὐτοῖς ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ λαμβάνοντος. vitioſiſſime vulgo legitur illo loci ὑπερφρονοῦντος. quod caret ratione. repone igitur ut poſuimus.

2 *Quam pictam in Amazone diligebat.*] Scribit vir doctiſſimus: *in Amazonem*. nihil opus, *picta in Amazone*, Latine & eleganter dictum. ſic ſupra: *ſtatuas in habitu Herculis accepit*. & Seneca: *Jovem fluxiſſe in imbre*. Vetus interpres Juvenalis: *Neronem pugnaſſe in gladiatore*. hoc eſt in habitu gladiatoris.

CASAUBONUS.

2 *Quam Pictam in Amazone.*] Scribe, *in Amazonem*.

GRUTERUS.

2 *Quam pictam in Amazone diligebat.*] Pal. *Amaſione*.

1 Et

voluit. Gladiatorum etiam certamen ſubiit, [1] & nomina gladiatorum recepit eo gaudio quaſi acciperet triumphalia. [2] Ludum ſemper ingreſſus eſt: & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi juſſit. [3] Pugnaſſe autem dicitur ſeptingenties tricies quinquies. Nominatus inter Cæſares quarto Iduum Octobrium, quas Herculeas poſtea nominavit, [4] Pudente & Pollione coſs. Appellatus *Germanicus*, Idibus Hercu-
12 leis, [5] Maximo & Orphito coſs. Aſſumptus eſt in omnia collegia ſacerdotalia ſacerdos, XIII. Calendas Invictas, [6] Piſone & Juliano coſs. [7] Profectus in Germaniam XIV. Calendas Ælias, ut poſtea nominavit, iiſdem coſs. [8] Togam virilem accepit cum patre: appellatus imperator V. Calendas Exuperatorias, Pollione iterum & Apro coſs. Triumphavit X. Calendas Amazonias, iiſdem coſs. Iterum profectus III. Nonas Commodias, [9] Orphito & Ruffo coſs. Datus in perpetuum ab exercitu & ſenatu in domo palatina Commodiana conſervandus, XI. Calendas Romanas, [10] Præſente iterum cos. [11] Tertiò meditans de profectione,

CASAUBONUS.

1 *Et nomina gladiatorum recepit, eo gaudio quaſi acciperet triumphalia.*] Infrà, *Appellatus eſt inter cætera triumphalia nomina etiam ſexcenties vicies Paulus* (vel *Palus*) *primus ſecutorum.* Herodianus: ἑαυτὸν δ' οὐκέτι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τῶν μονομαχούντων ἐνδόξου τινὸς προτετελευτηκότος ὄνομα καλεῖσθαι προσέταξε.

2 *Ludum ſemper ingreſſus eſt.*] Suprà, *gladiatoribus convixit.* Herodianus: μετοικισθῆναι ἠθέλησεν εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώγιον. Lege Dionem, qui ludum vocat τὸ χωρίον ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται). Herodianus etiam alibi ſæpius μονομάχων καταγώγιον. Pro *ſemper* malim *ſæpe*, cum Jacobo Lectio.

3 *Pugnaſſe autem dicitur ſeptingenties tricies quinquies.*] Vide paullò poſt.

4 *Pudente & Pollione Coſs.*] Anno imperii Marci & vitæ Commodi VI.

5 *Maximo & Orphito Coſs.*] Anno XII.

6 *Piſone & Juliano Coſs.*] Anno XV.

7 *Profectus eſt in Germaniam.*] Hæc prima profectio, cùm à patre in Germaniam aſcitus eſt, ut togam virilem ſumeret; quo tempore Caſſius rebellavit.

8 *Togam virilem accepit cum patre: app.*] Inepta diſtinctio: reſcribe, *togam virilem accepit, cum patre appellatus imperator* V. *Kal. Exuperatorias, Pollione iterum & Apro Coſs.* fuere iſti Coſs. anno XVI.

9 *Orphito & Rufo Coſs.*] Anno XVIII.

10 *Præſente iterum Cos.*] Anno quo obiit Marcus, & Commodus è Germanico exercitu Romam rediit, Coſs. fuerunt Præſens iterum & Condianus,

ctione, à ſenatu & [1] populo ſuo retentus eſt. Vota pro eo facta ſunt Nonis Piis, [2] Fuſciano iterum cos. Inter hæc refertur in literas, [3] pugnaſſe illum ſub patre trecenties ſexagies quinquies. Item poſtea tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis vel occiſis, [4] ut mille contingeret. [5] Ferarum autem diverſarum manu ſua occidit multa millia, ita ut elephantos occideret. Et hæc fecit ſæpe ſpectante populo Romano. Fuit autem validus ad hæc, alias debilis & infir- 13
mus, [6] vitio etiam inter inguina prominenti, ita ut ejus tumorem [7] per ſericas veſtes populus Romanus agnoſceret.

dianus, de quo multa diximus ſuprà. ſed Condiani poſtea memoria damnata eſt, ipſe hoſtis appellatus condemnatuſque. propterea eraſum ejus nomen ex Actis, ut hîc vides. periere tum & Quintilii fratres, pater nempe hujus & patruus: quos ſimiliter nominare cavit Athenæus cùm de illis loquens ita ſcribebat, *οἱ τὰ γεωργικὰ συγγράψαντες ἀδελφοί.*

11 *Tertiò meditans de profectione.*]Hoc eſt, de expeditione aliqua contra barbaros: putà Britannos, Quados vel Marcomannos aut Parthos. alioquin Roma ſæpiùs conſtat eſſe profectum.

1 *Populo ſuo.*] Sic enim Commodus Romanos coloniam ſuam, ſive Commodianam vocitabat: & ita loquebantur, qui Acta conficiebant.

2 *Fuſciano iterum Cos.*] Annum Octavum imperante Commodo Coss. facti Fuſcianus & Silanus: qui poſtea occiſus juſſu Commodi, & nomen faſtis exemtum.

3 *Pugnaſſe illum ſub patre trecenties ſexagies quinquies.*] Paullò antè ſcriptum, *pugnaſſe dicitur ſeptingenties tricies quinquies.* quem numerum ſuſpicabar hîc quoque reſtituendum: ſed muto ſententiam propter illa, *ſub patre.* nam ille major numerus pugnas poſt patrem pugnatas continet. Eſt verò digna res maxima admiratione, hanc filii ſui inſaniam tantum virum inhibere non potuiſſe.

4 *Ut mille contingeret.*] Capitolinus in Vero: *qui mille propè pugnas publicè populo inſpectante gladiatorias imperator exhibuit.* auctor eſt Herodianus Commodum baſi coloſſi cui caput ſuum impoſuerat, pro imperatoriis titulis hunc ſubſcripſiſſe, VICTOR MILLE GLADIATORUM. Dio ita refert ejus baſis titulum iſtum, *μόνος νικήσας δωδεκάκις οἶμαι χιλίους.* ita quidem Xiphilini codices: ſed abſque ullo dubio perperam. vox enim *δωδεκάκις* vel penitus inducenda; vel ſcribendum ut apud Herodianum, *νικήσας μονομάχους, οἶμαι χιλίους.*

5 *Ferarum autem diverſarum manu ſua occidit multa millia.*] Præter Dionem & Herodianum narrat & Ammianus Marcellinus libro XXXI.

6 *Vitio etiam inter inguina prominenti.*] Laborabat enim hernia Commodus. ideò in mortuum dictum refert Dio: *τὸν μονομάχον, τὸν ἁρματηλάτην, τὸν ἀριστερὸν, τὸν κηλήτην.* nam & ſcævola fuit.

7 *Per ſericas veſtes populus Rom. agnoſceret.*] Dio tamen & dalmaticatum & ſericatum fuiſſe viſum ſcribit, non in publico, ſed domi à ſalutantibus: *ἐνέδυνε πρὶν εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι, χιτῶνα χειριδωτὸν, σηρικὸν λευκὸν διάχρυσον· καὶ ἐν τῷ τούτῳ αὐτὸν σχήματι ὄντα ἠσπαζόμεθα.*

ſceret. Verſus in eum multi ſcripti ſunt, [1] de quibus etiam in opere ſuo Marius Maximus gloriatur. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, [2] ut elephantum conto transfigeret: [3] & orygis cornu [4] haſta tranſmiſe-

[1] *De quibus etiam in opere ſuo Marius Maximus gloriatur.*] Non quòd illos verſus feciſſet, ne erres; junior enim Marius Maximus fuit; ſed quod diligenter collegiſſet. in quo ſecutus erat Suetonii Tranquilli exemplum: neſcio an judicium. nam quæ in his libris referuntur, cùm ſint pleraque ex illius libris deſcripta, naſum ejus criticum parum nobis approbant: Pro *in opere ſ.* regius liber & Puteani, *in libro ſ.*

[2] *Ut elephantum conto transfigeret; & orygis cornu haſta tranſmiſerit.*] De elephanto etſi mirum eſt, minuunt tamen miraculum ſimiles narrationes ab Herodiano & Dione diligenter expoſitæ. de orygis cornu tranſmiſſo non adducor ut credam: utique ſi de vero ſentit oryge, quod animal cornu habet non ſolùm magnum; ſed & durum adeò, ut inſtar ferri ſecet. Quare nationes fuerunt quæ orygis cornibus pugnarent, ut aliæ gladiis ferreis. Agatharchides de gente Struthophagorum: ὅπου τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασιν, ὅπλοις χρῶνται, μεγάλοις καὶ τμητικοῖς οὖσι. eadem pæne verba apud Diodorum Siculum. Sed non ſemper apud Latinos ſcriptores orygum appellatione illud animal intelligitur de quo diximus. Gloſſæ veteres: *Sublones*, ὄρυγας, θήλεα ἐργαλεῖα. ſcribe, ὄρυγας θηρία, ἐργαλεῖά τε. ſunt autem ſublones hinnuli, cùm primum cornua eis prorumpunt.

GRUTERUS.

[1] *De quibus etiam in opere ſuo Marius Maximus gloriatur.*] Sic quoque Pal. non *in libro ſuo*, quod in aliorum mſſ.

[2] *Elephantum conto transfigeret.*] Nihilo pejus Pal. *transfigeret.*

[3] *Haſta tranſmiſerit.*] Pal. *baſto.*

SALMASIUS.

[4] *Et orygis cornu haſta tranſmiſerit.*] Etſi ſatis hoc mirum videatur de orygis cornu haſta tranſmiſſo, magis tamen mirum faciunt membranæ quæ *baſto*, pro *baſta* diſerte ſcribunt. *Baſtum* autem quid ſit vel *Baſtus*, aperiemus. Baſtum igitur eſt baculum vel fuſtis, quem vulgo *baſtonem* vocamus idiotiſmo noſtro. *Baſtus* & *Baſto*: ut Cardus & Cardo, onis: & *Mallus Mallo*, & ſimilia. ſic & *Titionem* pro Titio terræ omnipotentis alumno poſitum reperi in judicio piſtoris & coci, antiquo poemate. quæ vox mere Græca eſt. nam βάσος eſt fuſtis, quo onera portantur. unde & βαστάζω pro ferre & portare. ἀναβασταν etiam pro eodem dicebant. unde & ἀναβασταί, quorum uſus in puniendis adulteris. pro mugilibus enim & raphanis aliquando etiam manubrio ſecuris aut fuſte percurrebantur. appendix proverbiorum ex Vaticano: δῆμος τῶν Ἀττικῶν οἱ Λακιάδαι, ἐν ᾧ ῥαφανίδες πολλαὶ αἷς ἐχρῶντο κατὰ τῶν ληφθέντων μοιχῶν συνβαρίζοντες, καὶ σελίσις δὲ ἐχρῶντο μὴ παρουσῶν τούτων καὶ ἀναβασταῖς. ita enim ſcribendum non ἀναβασταῖς. ἀναβασταὶ non aliud ſunt, quam quod diximus. vocabantur & ἀνάφορα. Thomas magiſter in Argumento Βατραχῶν: πλάττεται τῷ ποιητῇ δυσφορῶν ὁ Διονύσιος καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ἔχων τρόπῳ τοῦ Ἡρακλέους μετὰ Ξανθίου οἰκέτου ὄνῳ ἐποχουμένου, τοῖς ὤμοις δὲ ἀνάφορον φέροντος, ὃ ἀλλαντὸν ἀττικώτερος καλεῖται. ἀλλαντὸν eſt fuſtis vel baculum, non flagellum, ut vulgo ſibi perſuaſere. unde δὲ ἀλλαντῶν σωφρονίζειν, eſt fuſtibus caſtigare in Synopſi τῶν Βασιλικῶν.

miſerit : & ſingulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret. Impudentiæ tantæ fuit ut cum muliebri veſte [1] in amphitheatro vel theatro ſedens, publicè ſæpiſſimè biberit. Victi ſunt ſub eo tamen, quum ille ſic viveret, per legatos, Mauri, victi Daci, Pannoniæ quoque compoſitæ : in Britannia, in Germania & in Dacia imperium ejus recuſantibus provincialibus. [2] Quæ omnia iſta per duces ſedata ſunt. Ipſe Commodus in ſubſcribendo tardus & negligens, [3] ita ut li-

λικῶν. ἀνάφορον igitur & ἀλλακτὸν & ἀναβαστὸς, nomina ſunt ejuſdem ſignificationis. ἀλλαβαστὸς perperam apud Euſtathium ſcribitur pro ἀναβαστός. Iliad. Σ. ἀλλαβαστὲς, inquit, ᾧ ἰχθυῶλαι ἐπὶ τημαρείᾳ κοιχῶν αὐτὰ ῥαφανίδων. ἀναβαστὸς autem nihil aliud eſt quam fuſtis aut pertica qua onera portabantur. hinc *baſtum* apud recentiorem Latinitatem pro clitellis vel ſagmate. Lexicon vetus : *Sagma ſella, quam vulgus baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinæ. clitellas alii vocant.* *baſtum* etiam hodie vocamus. Phalangas Latini dixere perticas quibus onera portabantur. unde *phalangarii*, οἱ ταῖς δοκοῖς ἀπαιωροῦντες βάρη καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες, in veteribus Gloſſis. *Pertica* Martiali, atque inde *perticata frons* Maſclionis :

Quod nutantia fronte perticata
Geſtat pondera Maſclion ſuperbus.

ita enim libri. vulgo : *fronte pertinaci.* *baſtus* igitur vel *baſtum*, fuſtis quo tranſmittebat Commodus orygis cornu, tantarum fuit virium. ſi cui videtur hoc nimis mirandum, atque adeo minus credibile, ne longius eat, habebit quo ſuam mirandi libidinem expleat in illo quod ſequitur, magis mirando : *& ſingulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret.* ſed & elephantum conto transfigere Dii boni quantarum & qualium virium eſt opus ; ne miremur jam de orygis cornu baſto tranſmiſſo. Non de nihilo ſane optimus liber *Baſto* legit. cujus authoritatem non parvi merito ſemper fecimus : & ex eo hanc vocem peregrinitatis damnatam Latino cœlo reddere, & civem Romuli facere bonum factum putavimus. dicemus etiam infra de hac voce, cum de baſternis tractabimus.

CASAUBONUS.

1 *In amphitheatro vel theatro ſedens publicè ſæpiſſimè biberit.*] Narrat Dio accuratè : ſed non ſedentem bibiſſe ; verum ἐν μέσῃ τῇ ἀγωνίᾳ ἡγμένον. neque indutum muliebri veſte, ſed παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβόντα.

2 *Quæ omnia iſta per duces ſedata ſunt.*] Scribo, *quæ omnia ſtatim p. d. ſ. ſ.*

3 *Ita ut libellis una forma multis ſubſcriberet.*] Hoc ego non capio : nihil hic enim video unde poſſit nobis de Commodi negligentia conſtare. Lego, *una forma multis ſimul ſubſcriberet.*

GRUTERUS.

2 *Quæ omnia iſta per duces ſedata ſunt.*] Sic quoque Pal. noſter.

3 *Ita ut libellis unâ formâ multis ſubſcriberet.*] Haud aliter etiam Pal. & videtur innuere, libellis aliter atque aliter ſubſcribere ſolitos Imperatores, prout hoc vel illud complecterentur.

ut libellis una forma multis ſubſcriberet; [1] in epiſtolis autem plurimis, *Vale*, tantùm ſcriberet. Agebanturque omnia per alios, qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur. Per hanc autem negligentiam,
14 [2] quum & annonam vaſtarent ii qui tunc remp. gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta eſt [3] quum fruges non deeſſent: & eos quidem qui omnia vaſtabant, poſtea Commodus occidit atque proſcripſit. [4] Ipſe verò ſeculum aureum, *Commodianum* nomine aſſimulans, [5] vilitatem propoſuit, ex qua majorem penuriam fecit. Multi ſub eo & alienam pœnam & ſuam ſalutem pecunia redemerunt. Vendidit etiam ſuppliciorum diverſitates [6] & ſepulturas [7] & [8] immunita-

nita-

CASAUBONUS.

1 *In epiſtolis autem plurimis Vale tantùm ſcriberet.*] Interdum tamen & totas ipſe ſcribebat: ut illam ad Albinum, quæ Capitolino deſcripta.

2 *Cùm & annonam vaſtarent ii qui tunc remp. gerebant.*] Cleandrum intelligit, qui aſtu improbo id agebat, ſicut referunt Dio & Herodianus, ut conflata ex ea re invidia Commodum opprimeret. ſed hæc illum molientem Papyrius Dionyſius annonæ præfectus aſtu pari, verùm fine diverſo, vexans & ipſe annonam, perdidit. *Annonam vaſtare*, eſt ἐπιπωξαίνειν τὴν σιτοδείαν, ut hic loquitur Dio. Varro, incendere & excandefacere.

3 *Cùm fruges non deeſſent.*] Aliter Dio, ἐγένετο καὶ ἄλλως ἰσχυρὰ σιτοδεία.

4 *Ipſe verò ſeculum aureum Commodianum nomine aſſimulans v.*] Vocabat, inquit Dio, ſeculum ſuum, *ſeculum aureum*: atque ita in Actis omnibus juſſit ſcribi.

5 *Vilitatem propoſuit, ex qua majorem inopiam fecit.*] *Vilitatem proponere* dicitur magiſtratus, qui pretia rerum ad victum neceſſariarum edicto ſuo minuit: quod ſæpe malum eſſe caritatis annonæ remedium, per quotidiana exempla teſtatiſſimum eſt. Ammianus Marcellinus libro XXII. in elogio Juliani: *Inter præcipua tamen & ſeria illud agere ſuperfluum videbatur, quòd nulla probabili ratione ſuſcepto popularitatis amore, vilitati ſtudebat venalium rerum: quæ nonnunquam ſecus quàm convenit ordinata, inopiam gignere ſolet & famem.* ſic ſcribendus hic locus. Prudentiſſimè igitur Alexander Severus: de quo Lampridius: *cùm vilitatem*, ait, *P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam ſpeciem caram putarent: illi continuò exclamaverunt, carnem bubulam atque porcinam. Tunc ille, non quidem vilitatem propoſuit; ſed juſſit ne quis ſuminatam occideret*, &c.

7 *Et immunitates malorum.*] Veteres editi, & omnes ſcripti, *imminutiones m.*

GRVTERVS.

6 *Et ſepulturas, & imminutiones malorum.*] Adhæret huic ſcripturæ Pal. vulgati nuperè, *immunitates*.

SALMASIUS.

8 *Immunitates malorum.*] Quis malorum immunis? aut quæ dicuntur malorum immunitates? Palatinus heic nobis eamdem exhibuit quam

Caſau-

nitates malorum, & alios pro aliis occidit. Vendidit etiam provincias & adminiſtrationes, quum hi per quos venderet, partem acciperent, partem verò Commodus. Vendidit nonnullis & inimicorum ſuorum cædes. Vendiderunt ſub eo etiam eventus litium liberti. Præfectos Paternum & Perennem non diu tulit, ita tamen ut etiam de his præfectis quos ipſe fecerat, [1] triennium nullus impleret: quorum plurimos interfecit vel veneno vel gladio. Et præfectos urbi eadem facilitate mutavit. Cubicularios ſuos libenter occidit, quum omnia ex nutu eorum ſemper feciſſet. Electus cubicularius quum videret eum tam facilè cubicularios occidere, prævenit eum, & factioni mortis ejus [2] interfuit. [3] Spectator gladiatoria ſumpſit arma, panno

Caſaubono ſui. nempe *imminutiones.* quæro item quæ ſint *malorum imminutiones?* expediant alii. ſed dum illi, qui hæc expedituri ſunt, conjecturas ſuas exacuent, ego meam huc producam. puto igitur *imminutiones* heic ab auctore ſcriptum fuiſſe pro *immunitates.* id verbi poſtea facili mutatione cum tranſiſſet in vocem *imminutiones,* cauſam præbuit alicui ſciolo addendi hanc dictionem *malorum*; quam hujus loci ſententiæ neceſſariam exiſtimabat, eoque omnino adjiciendam ad illud verbum *imminutiones.* ſic ergo totus hic locus concinnandus, ejecto illo ſpurio additamento: *vendidit etiam ſuppliciorum diverſitates, & ſepulturas, & imminutiones, & alios pro aliis occidit. imminutio* pro immunitas. ſic Cod. Theod. leg. unica, de privilegiis domus Auguſtæ: *præſentibus cenſualibus ac principalibus quos hujus imminutionis oneribus premi non dubium eſt.* immunitiones, id eſt immunitates, ita vendebat Commodus, ut Galba olim, de quo hæc Suetonius in ejus vita: *at contra nihil non per comites, atque per libertos pretio adipiſci, aut donaria gratia paſſus eſt, vectigalia, immunitates, pœnas innocentium impunitates noxiorum.* quæ verba ſic confirmant conjecturam noſtram, ut nihil melius.

CASAUBONUS.

1 *Triennium nullus impleret.*] Suprà, *Mutabantur præfecti prætorii, per horas ac dies.*

GRVTERVS.

2 *Interfuit. Spectator gladiatoria ſumpſit arma, &c.*] Pal. eandem habet diſtinctionem quam regius codex, nempe, *interfuit ſpectator. Gladiatoria, &c.*

SALMASIUS.

3 *Spectator gladiatoria ſumpſit arma.*] Quaſi probaturus an ſatis acutam haberent aciem. quod & alii factitavere aliquando imperatores. Aurelius Victor de Tito: *deductus in ſpectaculum ſe utrumque adſidere juſſit, petitoque ex induſtria gladiatoris, quorum pugnæ viſebantur, gladio quaſi ad explorandam aciem, uni atque alteri committere.* non enim viam video qua poſſit alia huic loco conſuli. *ſumpſit* autem *arma gladiatoria*, hoc eſt ſumpſit in manus, explorandi gratia. nec poſſumus heic accipere dictum de pugnis gladiatoriis Commodi.

CASAUBONUS.

3 *Spectator gladiatoria ſumpſit arma, p.*] O ho-

[1] panno purpureo nudos humeros advelans. Habuit præterea morem ut omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatorie,quæ lenonicę faceret, actis urbis indi juberet, ut Marii Maximi ſcripta teſtantur. [2] *Commodianum* etiam P. R. dixit, [3] quo ſæpiſſime præſente gladiator pugnavit. [4] Sane quum illi ſæpe pugnanti, ut deo, populus faviſſet, irriſum ſe credens, populum Romanum [5] à militibus claſſiariis qui vela ducebant, in amphitheatro interimi præceperat. Urbem incendi juſſerat, [6] utpote coloniam ſuam. Quod factum

O hominem obliviosum, vel negligentem! nam quoties jam dictum de gladiatoriis Commodi pugnis? ſed alibi pugnas, aliquis dicat, narravit auctor: hic de ſpectatis ſolum gladiatoribus loquitur. ſuadet ſane vox *ſpectator* initio iſtius periodi poſita. verum quis credat ſumta arma gladiatoria à Commodo ſpectandi tantum gratia, non pugnandi? Movit me aliquando ea res, ut mutata diſtinctione ſcriberem: *& factioni mortis ejus interfuit ſpectator. Glad. ſ. a.* eadem & in regio diſtinctio: ubi tamen pro *ſpectator* ſcriptum *ſpeculator*. ſed cædis Commodi Electus non ſpectator fuit, verum architectus & machinator. Suſpicor igitur, verbum *ſpectator*, non eſſe auctoris, ſed alienum. per gladiatoria arma cape hic armaturam ſecutorum. Dionem lege, & confer cum Victore.

1 *Panno purpureo nudos humeros advelans.*] Dio, ἐν τῷ τοῦ Ἑρμοῦ σχήματι εἰς τὸ θέατρον, καὶ ἀπορρίψας τὰ ἄλλα, οὕτως ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδετος ἔργου εἴχετο. Liber regius, *humeros advelatus.*

2 *Commodianum etiam P. R. dixit, quo ſæpiſſime præſente gladiator pugnavit.*] Prima editio non P. R, ſed *præt.* exhibet, id eſt *prætorem.* quæ lectio ſi cui probabitur, non *præſente* ſcripſerim, ſed *præſidente*, cum Juſto Lipſio: etiam ſi malis ſcribere cum regiis & Puteani codicibus, *præfectum.* Fuiſſe tamen & populum Romanum ab iſto monſtro Commodianum appellatum ex dictis ſupra atque alibi certiſſimum.

SALMASIUS.

3 *Quo ſæpiſſime præſente gladiator pugnavit.*] *Gladiator pugnavit*, hoc eſt habitu gladiatoris. hinc patet recte ſupra à nobis emendatum, *in harena rudibus, inter cubicularios gladiator pugnavit lucentibus aliquando mucronibus.*

CASAUBONUS.

4 *Sane cum ſæpe pugnanti, ut Deo populus faviſſet.*] *Favere*, eſt ἐπευφημεῖν. ipſas acclamationes ex parte habes apud Dionem. ſed magis hic facit, quod idem ſcribit alio loco: οὗτος ὁ χρυσοῦς, οὗτος ὁ Ἡρακλῆς, οὗτος ὁ θεός, καὶ γὰρ τοῦτ' ἤκουεν.

5 *A militibus claſſiariis, qui vela ducebant.*] Quidam libri, *adducebant.* quod minus placet: nam *ducere* hic generalis vox, pro adducere & reducere. De theatrorum velis nota jam omnia. inter principum miniſteria fuerunt & qui dicebantur velarii domus Auguſtanæ: quorum in antiquis inſcriptionibus non ſemel fit mentio. Ad theatrica autem vela jure claſſiarii milites adhibiti, propter uſum & peritiam nauticorum velorum.

6 *Utpote coloniam ſuam.*] Ita dici Romam voluit juſſitque. Dio.

1 Niſi

factum eſſet [1] niſi Lætus præf. præt. Commodum deterruiſſet. Appellatus eſt ſane inter cætera [2] triumphalia nomina, etiam [3] ſexcenties vicies [4] *Paulus primus ſequutorum*. Prodigia ejus imperio & publicc & priva- 16
tim hæc facta ſunt: [5] Crinita ſtella apparuit. [6] Veſtigia deorum in foro viſa ſunt exeuntia. [7] Et ante bellum

1 *Niſi Lætus.*] Regius, *Adlætus.* ſcribe, *Ælius Lætus.* vel potius *Æmilius*, ut apud Dionem, & paulo poſt etiam in libris ſcriptis. & mox, *triumphalia cognomina.*

GRUTERUS.

2 *Triumphalia nomina.*] Sic etiam Pal. non, *cognomina.*

3 *Sexcenties vicies Palus primus ſecutorum.*] Nihil variat Palat.

SALMASIUS.

4 *Paulus primus ſequutorum.*] *Palus primus ſequutorum*, Palatinus. & ita jampridem legendum eſſe docuerunt ex Dione doctiſſimi viri. ſed quod idem Palum dictum fuiſſe cenſent Commodum ex nomine gladiatoris cujuſdam jam ante defuncti, nullo modo aſſenſum accommodare poſſum. nec eo ducunt Dionis verba, apud quem legitur, πρωτόπαλος σεκουτόρων. nec enim aſſentior legentibus, πρῶτος Πάλος σεκουτόρων, ut Πάλος ſit nomen proprium. debuiſſet enim potius hoc ſenſu ſcribi: Πάλος πρῶτος σεκουτόρων, πρωτόπαλος igitur unica voce ſcribendum apud Dionem: quæ vox nihil aliud ſignificat, quam primum ſequutorum. ſequutoris autem armatura utebatur Commodus. Dio: ἤσκει δὲ καὶ ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος καλουμένῃ. inde igitur inter triumphalia omina, πρωτόπαλος σεκουτόρων dici amabat. Sequutores enim erant qui ſorte victis ſufficiebantur, & victoribus comparabantur, qui Græce ἔφεδροι, de quibus nos alibi ad plenum. hinc πρωτόπαλος, cujus prima ſors exiit. ſed ut diximus, πρωτόπαλος σεκουτόρων, eſt primus ſequutorum. Lampridius pro nomine proprio videtur accepiſſe apud Dionem, qui vertit *primus Palus ſequutorum.* ſed falſus eſt, aut certe palum pro ſorte poſuit, & vocem Græcam retinuit. veteres Gloſſæ: Πάλον, *palus.* quamvis & ibi palus pro paxillo ſumi poſſit, quem Græci recentiores Πάλον etiam dixerunt.

CASAUBONUS.

4 *Paulus primus ſecutorum.*] Mira depravatio in membranis regiis & Puteani. *P. pr. ſcriptorum ſcenicorum.* Probo vero, quod viri docti ante nos monuerunt, ſcribendum eſſe hic, *Palus primus ſecutorum:* & apud Dionem, Πρῶτος Πάλος σεκουτόρων. Palus hic ille eſt nobilis gladiator πρωτεπαλουτικαῖς, ait Herodianus, cujus nomen aſſumſit Commodus.

5 *Crinita ſtella apparuit.*] Herodianus quoque inter alia prodigia iſtud primo loco recenſet: verum aliter paullo narrat: ἀστέρες ἡμέρας συνεχῶς ἑωρῶντο, ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν.

6 *Veſtigia deorum in foro viſa ſunt exeuntia.*] Scribo, *exeuntium.* idem prodigium in hiſtoria Romana legas ſæpius.

7 *Et ante bellum deſertorum cælum arſit.*] Bellum deſertorum eſt quod excitavit Maternus militiæ deſertor. deſcribit illud bellum unus Herodianus. Spartianus meminit in Peſcennio Nigro: *Peſcennius Severo, eo tempore quo Lugdunenſem provinciam regebat, amiciſſimus fuit: nam ipſe miſſus erat ad comprehendendos deſertores, qui innumeri Gallias tunc vexabant.*

lum deſertorum cœlum arſit: [1] & repentina [2] caligo ac tenebra in circo Cal. Januariis oborta: & ante lucem fuerant etiam [3] incendiariæ aves, ac diræ. [4] De Palatio ipſe ad Cælium montem [5] in Vectilianas ædes migravit, [6] negans ſe in Palatio poſſe dormire. Janus geminus ſua ſponte apertus eſt, & Anubis ſimulacrum marmoreum moveri viſum eſt. [7] Herculis ſignum æneum ſudavit [8] in Minutia per plures dies. [9] bubo etiam [10] ſupra cubiculum ejus deprehenſus eſt tam Romæ quam Lanuvii. Ipſe autem prodigium non leve ſibi fecit. Nam quum in gladiatoris occiſi vulnus manum miſiſſet,

1 *Et repentina caligo ac tenebra in circo Cal. Januariis oborta.*] Regius illa non agnoſcit, *in circo*. At *tenebra oborta*, omnes membranæ cum editis: non, ut poſtulat Latinitas, *tenebræ*.

GRVTERVS.

2 *Caligo ac tenebra in circo.*] Ita etiam noſter Palatinus, *tenebra*, inquam, & *in circo*; quod poſterius male abeſt nonnullis mſſ.

5 *In Vectilianas ædes.*] Haud aliter quoque Palat. neque reſcribendum cum Fulvio Urſino *Vettilianas*.

10 *Supra cubiculum ejus deprehenſa eſt.*] Vulgatum fuit, *deprehenſus eſt*, ſed alterum propugnatur à Pal. & codice regio.

CASAUBONUS.

3 *Incendiariæ aves.*] De incendiariis avibus Plinius libro x. cap. XIII. in Romana hiſtoria ſæpius harum inter prodigia mentio.

4 *De Palatio ipſe ad Cælium montem in Vectilianas ædes migravit.*] Apud Victorem in regione ſecunda ſive Cælimontio eſt Vectiliana domus: cujus mentio in altera veteris Romæ deſcriptione. vide in Commodo.

6 *Negans ſe in Palatio poſſe dormire.*] Et in verbis omen ſibi fecit hic Commodus, & in re etiam. Et verborum quidem omen ei ſimile quod narrat Suetonius de Auguſto: cum ille Roma poſtremum proficiſcens, variis interpellatoribus eum detinentibus, exclamavit: *Non ſi omina moraręntur, amplius ſe poſthac Romæ futurum.* In re omen quale fuerit declarat locus quem ſubjecimus è Panegyrico, qui Conſtantino dictus: *Quid aliud illum ſperaſſe credendum eſt, qui jam ante biduum Palatio emigraverat, & cum uxore ac filio in privatam domum ſponte conceſſerat?* & ſtatim: *adeo ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat, cum excedendo Palatio jam ſe abdicaſſet imperio.*

7 *Herculis ſignum æneum ſudavit.*] Frequens portentum in hiſtoriis Græcorum, & Latinorum. Cæterum ſudoris hujus cauſſam naturalem explicat Theophraſtus ultimo libro quinto Hiſtoriæ plantarum.

8 *In Minutia.*] Veteri, ut puto: nam alteram Frumentariæ cognomine diſtinguebant.

9 *Bubo etiam ſupra cubiculum ejus deprehenſus eſt e.*] Regius, *deprehenſa*: ut apud poëtam.

Solaque culminibus ferali carmine bubo,
Viſa queri.

vide quæ ad eum locum Servius notat Dio hic: *ὁ βύας ἀπ' αὐτοῦ ἔβυξεν. ἀπ' αὐτοῦ*, id eſt, è Capitolio, cujus præcedit ibi mentio. ſed non diſpliceat *ἐπ' αὐτοῦ*.

1 Ad

miſiſſet, [1] ad caput ſibi deterſit: [2] & contra conſuetudinem, [3] pænulatos juſſit ſpectatores, non togatos, ad munus

1 *Ad caput ſibi deterſit.*] Ceu imprecaretur ipſe ſibi, veteri proverbio, εἰς κεφαλὴν ἐμοί.

2 *Et contra conſuetudinem pænulatos juſſit ſpectatores, non togatos, ad munus convenire, quod funeribus ſolebat.*] Dio poſtquam dixit de metu ſummo, in quo ipſe verſabatur & omnes boni propter hujus inſani furorem: τοιούτων τούτων γιγνομένων, παρεμυθήσατό ποτε ἡμᾶς. ὅτι μέλλων αὖθις μονομαχῆσαι, παρήγγειλεν ἡμῖν ἔν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππάδι καὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν. ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τοῦ αὐτοκράτορός τις μεταλλάξειε. Duo hic præter conſuetudinem: genus veſtis: nam togati ſedebant in ſpectaculis Romani, ſi per temporis conditionem liceret, non autem pænulati: de cujus veſtis vilitate monebamus ad Hadriani vitam. alterum eſt, color inſolens & mali ominis: nam pænulatum color vulgo apud Romanos pullus: quod tamen ut notum omnibus, neque Dio neque Lampridius hic notarunt. ſed leges alibi apud Dionem φαιὰν μανδύην. Lampridius vero cum ſubjicit, *ipſe in pullis veſtimentis præſidens*, ſatis indicat quo colore veſtis erat quam juſſi ſunt ipſi ſumere.

3 *Pænulatos juſſit ſpectatores.*] Scribendum *ſenatores*. adi ad Dionem.

GRUTERUS.

3 *Pænulatos juſſit ſpectatores.*] Sic & Pal. quamvis videatur convenientius *Senatores*. ſed non ſic libri.

SALMASIUS.

3 *Pænulatos juſſit ſpectatores, non togatos.*] Pænulas Lampridius dixit quæ Dioni μανδύαι in ejuſdem hiſtoriæ narratione. lacernas melius reddidiſſet. nam apud Dionem μανδύη eſt lacerna, non pænula. verba Dionis: τοιούτων τούτων γιγνομένων παρεμυθήσατο ἡμᾶς ὅτι μέλλων αὖθις μονομαχῆσαι παρήγγειλεν ἡμῖν ἔν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππάδι καὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν, ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τοῦ αὐτοκράτορός τις μεταλλάξειε. notandum in verbis Dionis μανδύας & ἱππάδα στολὴν ἐκ παραλλήλου poſita. μανδύη igitur, id eſt lacerna, equitum veſtis, nec equitum tantum, ſed etiam popularium. toga in ſolis ſenatoribus per illa tempora ſubſtiterat. Appian. l. 1. bellor. civil. πάμμικτός τε γὰρ ἦν ἤδη τὸ πλῆθος ὑπὸ ξενίας, καὶ ὁ ἐξελεύθερος αὐτοῖς ἰσοπολίτης ἦν, καὶ ὁ δουλεύων ἔτι τὸ σχῆμα τοῖς δεσπόταις ὅμοιος, χωρὶς γὰρ τῆς βουλευτικῆς ἡ ἄλλη στολὴ τοῖς θεράπουσιν ἦν ἐπίκοινος, &c. lacernæ autem pullæ. hinc pullata turba, pullatus circulus apud Quintilianum de plebe lacernis induta. nota illa ſunt apud Suetonium: *ac viſa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus ac clamitans, En, ait, Romanos rerum dominos, &c. negotium ædilibus dedit ne quem poſthac paterentur in foro circove niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.* lacernæ in ſpectaculis habebantur albæ ut plurimum. non enim ſpectabant niſi in lacernis albis aut togis. & ſenatores quidem ſemper togati, eques cum plebe lacernatus. delicatiores in lacernis purpureis, reliqui in albis, plebs vero minuta in nigris. lacernæ albæ in ſpectaculis tantum uſurpatæ. Martialis: *Lacerna alba.*

Amphitheatrali nos commendamur ab uſu,
Cum tegit albentes alba lacerna togas.

Hinc ille eidem Martiali notatus, qui cum omnes candidi ſederent ſpectaculorum die, ipſe nigris lacernis ſpectabat alias lacernæ quæ vulgo in uſu habebantur aut nigræ aut purpureæ.

 de la-

de lacernis non de pænulis capiendus ille Dionis locus de Tiberio lib. LVII. καὶ ἐπειδή γε πολλῇ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ καὶ ἄνδρες συχνοὶ καί περ ἀπηγορευμένον πρότερον, ἐχρῶντο, διεμέμψατο μὲν οὐδένα οὐδὲ ἐζημίωσεν, ὑετοῦ δὲ ἐν πανηγύρει τινὶ γενομένου φαιὰν μανδύην ἐπενέδυ. κἀκ τούτου οὐκέτ' οὐδεὶς αὐτῶν ἀλλοῖον ἔσθημα λαβεῖν ἐτόλμησε. male de pænulis accipiunt: Græci lacernam non aliter quam μανδύην reddunt, aut βῆρον aut ἐφεστρίδα vel χλαμύδα. pænulam vero φαινόλην. Artemidorus ſcribit μανδύην & βῆρον, in ſomno viſum hoc genus veſtis θλίψεις ſignificare. rationem hanc eſſe ajunt viri docti, quod ſervilis hæc veſtis. imperite. ipſe rationem adfert Artemidorus, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα, quod non tantum lacernæ, ſed etiam pænulæ faciebant. Auctor Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ: *quantum humilitatis putamus eloquentiæ attuliſſe pænulas iſtas quibus adſtricti & velut incluſi cum judicibus famulamur?* non enim circumjectu amiciebantur, ſed injectu. hinc de lacerna dixit Dio: ἐπενέδυ τὴν μανδύην. ſic tunicæ ſuperariæ induebantur quæ ob id ἐπενδύται dictæ ſunt. σφιγκτούρια recentiores Græci appellarunt hoc genus veſtimenti, quod nulla parte apertum eſſet, ſed totum corpus includeret & ſtringeret. ideo τὰ σφιγκτούρια τοῖς χαύνοις opponit Tzetzes commentario in Heſiodum. ſed de his alibi plura. Birrus autem & lacerna idem, communis ut dixi veſtis. Græci βήρους appellant. ita ſunt intelligendi βῆροι in Can. XII. Synodi Gangrenſis, ubi male τοὺς βήρους Zonaras & Balſamo, τὰ στενὰ ὑφάσματα interpretantur. qui Chriſtianiſmum olim profiteri volebant, & ab Ethnicis tranſibant, pro communi & uſitata veſte, lacernis nimirum aut pænulis, pallium ſumebant: extitit Euſtathius quidam Conſtantini Magni temporibus, qui ut hoc perpetuum eſſet, quaſi lege ſancire vellet, & eos condemnaret qui communem habitum uſurpabant, & præcipue τοὺς ἀσκητάς, magnamque in pallio ſanctitatem conſtitueret, adverſus quem Canone illo Synodus ſic decrevit: εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται (id eſt pallio) καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσύνην ἔχων, καταψηφίσαιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βήρους φορούντων· id eſt lacernas geſtantium: quæ veſtis paſſivitus, ut ait Tertullianus, habitabatur, & uſu omnium communi terebatur quod explicat idem Canon his verbis: καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω. βῆρος igitur vel lacerna communis veſtis & conſueta. & imperiti ſunt qui ſericas veſtes exponunt. primis enim Chriſtianiſmi temporibus, qui religioni Chriſtianæ nomen dabant, mutabant veſtem, ut eo ipſo cognoſcibiles eſſent, & pro pænulis & lacernis aut togis, pallium Græcanicum ſumebant. poſtea vero quam magna pars orbis Romani in fidem cœpit concedere, veſtis hæc mutatio ceſſavit & in ſolis ἀσκηταῖς remanſit, qui pallium libenter uſurparunt. & ſeculari communique veſte, ut lacernis pænuliſque paſſim abſtinuerunt. quod alias pluribus oſtendemus. lacerna igitur & birrus idem. pænula vero aliud genus veſtis, non ita tamen diverſum, ut non plerumque unum pro altero confundat auctorum uſurpatio. ut heic Lampridius pænulas dixit pro lacernis. Servii Gloſſæ: *lacerna*, φιλόνιν, βῆρον. lacernas pænulis breviores fuiſſe, cetera vero ſimiles videor obſervaſſe ex veteribus Grammaticis. Græci quoque μανδύαν φαινόλῃ ὁμοίαν eſſe ſcribunt. alia non pauca de harum veſtium diſcrimine docemus alibi in commentario noſtro de re veſtiaria. inter prodigia mortis Commodi quæ ſibi ipſi fecit, & illud fuit, quod ſenatores lacernatos ad munus ut convenirent juſſit, atque ita ſpectarent ut funeribus ſolebant. in funeribus autem,

munus convenire, [1] quod funeribus ſolebat, ipſe in pullis veſtimentis præſidens. [2] Galea ejus bis per portam Libitinenſem elata eſt. [3] Congiarium dedit populo, ſingulis denarios ſeptingenos vicenos quinos: circa alios omnes parciſſimus fuit [4] quod luxuriæ ſumptibus ærarium minuerat. [5] Circenſes multos addidit ex libidine potius quam religione, & [6] ut dominos factionum

tem, ut notum eſt, pullæ veſtes & ſordidæ vulgo ſumi ſolitæ. tales vero lacernæ in uſu, ut dixi, vulgi pullæ. & ſenatores talibus induti cum ad munus ſpectandum convenirent imperatore mortuo. at pænulæ proprie loquendo aut ſcorteæ erant, ut pluviales & itinerariæ: aut gauſapinæ, ut plurimum candidæ ex lana Appula, nec fere unquam in luctu uſurpatæ. lacernæ vero ex Bæticis lanis, pullæ, Spanæ, Bæticæ, nigræ triſteſque paſſim dictæ, & vulgo habitæ. quod alibi pluribus adſtruemus.

CASAUBONUS.

1 *Quod funeribus ſolebat.*] Inveni ſcriptum *funebribus*. nempe ludis. explicat Dio.

2 *Galea ejus bis per portam Libitinenſem elata eſt.*] Dio quoque ſubdit, καὶ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τὸ κράνος αὐτοῦ κατὰ τὰς πύλας καθ' ἃς οἱ τελευτῶντες ἐκφέρονται, ἐξεκομίσθη.

3 *Congiarium dedit populo ſingulis denarios ſeptingenos vicenos quinos.*] Narrat Dio datum ſæpius congiarium populo ab hoc principe, drachmas ſive denarios centenos & quadragenos: ſed iſta quam commemorat hic Lampridius, alia & prorſus ſtupenda liberalitas. Efficiunt enim denarii ſeptingenti viceni quini, H-S. nummum trina millia: quæ hodiernæ pecuniæ æſtimatione valent ὡς ἔγγιστα, aureis ſeptuagenis quinis. Et tamen ſummam hanc adeo ingentem nonnihil augebamus nos aliquando conjectura non aſpernabili. quia enim dictum ſuperius, atque adeo relatum ex Actis, pugnaſſe Commodum ſeptingenties tricies quinquies, ſuſpicabamur hoc loco eſſe ſcribendum *tricenos*, non *vicenos*, ut æquetur numerus datorum denariorum, cum numero palmarum gladiatoriarum Commodi, quæ quidem adhuc illi partæ, quando in Acta id relatum. nam poſtea auxit numerus. Ferè autem in dando congiario tale quid ſervatum videas. Sic Severus imperii decennalia celebrans denos ſingulis aureos dedit: & paſſim in hiſtoria Auguſta hoc genus exempla obvia.

4 *Quod luxuriæ ſumptibus ærarium minuerat.*] Imo penitus exhauſerat, ludicris maxime ſumptibus: ὅθεν, ait Dio, καὶ οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ χρήματα αὐτὸν ἐπέλιπε.

5 *Circenſes multos addidit.*] Minus recte in membranis, *edidit*. contra eædem in Pio, *circenſes additi*, non ut vulgo, *editi*. Addere circenſes, eſt vel dies ejus θέας multiplicare, vel bigarum adjectione, & miſſuum multiplicatione ſpectaculum protrahere. ſolitum hoc interdum fieri vel Suetonii unius varii loci declarant.

6 *Ut dominos factionum ditaret.*] Tranquillus in Nerone; *Neque diſſimulabat velle ſe palmarum numerum ampliare: quare ſpectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protrahebatur: ne dominis quidem jam factionum dignantibus, niſi ad totius diei curſum greges ducere.*

17 num ditaret. His incitati, licet nimis ſero, [1] Quintus Ælius Lætus præfectus, & Martia concubina ejus, inierunt conjurationem ad occidendum eum. Primum ei venenum dederunt: [2] quod quum minus operaretur, [3] per athletam cum quo exerceri ſolebat, eum ſtrangulaverunt. [4] Fuit forma quidem corporis juſta, vultu

1 *Quintus Ælius Lætus.*] Scripti, *Æmilius.* ſic Dio & Zonaras.

2 *Quod cum minus operaretur.*] Fruſtrata ejus vi per cibum.

3 *Per athletam cum quo exerceri ſolebat.*] Miniſtrum unguendi, alii vocant, alii palæſtritam, vel γυμναστήν. Spartianus in Nigro ut hic, athletam. Georgius Monachus neſcio quem ſecutus auctorem, Narciſſum hunc ἱπποδαμαστὴν τοῦ βασιλέως appellat: qui etiam illud peccat, quod Commodum ait διαφθαρῆναι ἐν τοῖς βασιλείοις. melius Euſebius: *Commodus ſtrangulatur in domo Vectiliani.* domum Vectilianam voluit dicere. ſed non aliter ſcripſerat Euſebius: ut apparet ex antiquiſſimo codice Petaviano, & Oroſio, ac veteribus Faſtis Græcis: ubi hæc leguntur: Κόμμοδος αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν, ἀποπνιγεὶς ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ, καὶ Ἀπ᾽ Ἀλαμανῆς τῆς ὑπατίας ἐν ἡμέρᾳ πρὸ α Καλάνδης (Καλανδῶν) Ἰαννουαρίων. ἄξας ἔτη ιϛ. En lepidum hominem, & hiſtoriæ Romanæ auctorem præcipuum.

4 *Fuit forma quidem corporis juſta.*] Melius libri, *Fuit autem f. c. i.* Herodianus, τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέατος σώματος συμμετρίᾳ.

SALMASIUS.

1 *Quintus Ælius Lætus.*] Lege ex Palatino: *Quintus Æmilius Lætus.*

3 *Per athletam cum quo exerceri ſolebat, eum ſtrangulaverunt.*] Aurelius Victor Schotti: *& Commodum quidem primo occultatius veneno petivere, anno regni tertio fere atque decimo: cujus vis fruſtrata per cibum quo ſe caſu repleverat; cum tamen alvi dolorem cauſaretur, auctore medico principe factionis in palæſtram perrexit. ibi per miniſtrum ungendi, nam forte is quoque è conſilio erat, faucibus quaſi arte exercitii bracchiorum nodo validius preſſis, exſpiravit.* ubi *miniſter ungendi* eſt ἀλείπτης. quem & γυμναστὴν appellabant. Palæſtritam vocat alter Victor. *bracchiorum* autem *nodum* dixit, quod Græci in palæſtra ἅμμα vocant, Latini *nodum* & *nexum*. perperam enim vir illuſtris de illo ſchematis genere accipit quod palæſtrici ἀγκυρισμὸν vocant. Heſychius: ἀγκυρισμὸς, σχῆμα τι ἐν πάλῃ. Nodum igitur vocant bracchiorum circa collum implicationem & ſtrangulationem. Græci ἅμμα. Gloſſæ: *Nexum*, ἅμμα ἐπὶ πάλης δεσμός. alibi, ἐν δεσμῷ, ἐν παλαίστρᾳ. Plutarchus Alcibiade: ἐν μὲν γὰρ τῷ παλαίειν πιεζούμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ πεσεῖν ἀναγαγὼν πρὸς τὸ στόμα τὰ ἅμματα τοῦ πιεζοῦντος, οἷος ἦν διαφαγεῖν τὰς χεῖρας. utrumque autem ſimul faciebant experres palæſtritæ & uno tempore pedibus pedes ſubjiciebant, quod ſubplantare dicebatur & ἀγκυρίσαι, ac manibus vel bracchiorum nodis collum ſtringebant. Epigramma Græcum nondum editum:

Ὃς δὲ πάχος τοῖς ποσὶν ὑποζεύξας ἀνέκλινεν
Ὕπτιον, ἀμπλέξας τῇ χειρὶ τὴν φάρυγα.
Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἀπάλαιστος ὁ δεσπόσυνος προσίεται
Παῦσαι, πνίξεις φησὶ τὸ παιδάριον.

Sed de his omnibus ſchematis & tropis palæſtræ, libro peculiari de tota hac materia ſcripto, plura diſſeremus.

4 Fuit

[1] vultu inſubido, [2] ut ebrioſi ſolent, & ſermone incondito, [3] capillo ſemper fucato & auri ramentis illuminato, [4] adurens comam & barbam timore tonſoris. Corpus ejus ut unco traheretur, atque in Tiberim mitteretur, ſenatus & populus poſtulavit: ſed poſtea juſſu Pertinacis in monumentum Adriani tranſlatum eſt. [5] Opera ejus [6] præter lavacrum quod Cleander nomi-

4 *Fuit forma corporis juſta.*] Sic *juſta ſtatura*, Suetonio.

CASAUBONUS.

1 *Vultu inſubido.*] Contrarium Herodianus, qui tribuit κάλλος σεμνότη μετ' ἀνδρείας.

2 *Ut ebrioſi ſolent.*] Hoc dicit propter oculos igne micantes: quod tamen in alteram partem Herodianus interpretatur: ὀφθαλμοῖς τε ὀρθμίαις καὶ πυρώδεσι βολαῖς.

3 *Capillo ſemper fucato & auri ramentis illuminato.*] Hoc falſum, ſi Herodiano fides, qui ut temere jactatum refellit.

4 *Adurens comam & barbam timore tonſoris.*] Timebat in ſe quod fecerat ipſe in aliis: cum chirurgum agens, ſcalpris feralibus alios naribus, alios auribus, alios alia parte mutilaret, ut dicebamus ex Dione. Sed poteſt & alia eſſe cauſſa. Suetonius libro ſecundo: *ſolitus crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret.*

6 *Præter lavacrum quod Cleander nomine ipſius fecerat.*] Thermæ Commodianæ notiſſimæ. Herodianus ſic narrat, ut videatur Lampridius ſcribere debuiſſe *nomine ſuo.* nihil tamen muto.

SALMASIUS.

5 *Opera ejus præter lavacrum quod Cleander nomine ejus fecerat extant.*] De hoc lavacro ita ſcribit Aurelius Victor quem Schottus edidit: *Mœnia Romana potentia vix digna, lavandi uſui inſtituit.* ubi pro *mœnia* vir incomparabilis ſuis in Euſebium animadverſionibus *amœnia* reponit, ex veteri Gloſſario in quo legitur, *amœnia*, αἱ ἀκταί. ſed falſus eſt. Amœnia enim loca ſunt amœna, ut actæ, unde littorum amœna: at amœna lavandi uſui inſtituere pro lavacrum ædificare nemo Latine dixerit. Mœnia igitur non ſemper ſunt, quod dicuntur vulgo, nempe urbium mœnia. ſed mœnia Latini etiam appellant quælibet opera atque ædificia publica. itaque mœnia illo Victoris loco nihil aliud ſunt, quam opera vel ædificia. unde *mœnia publica* pro publicis operibus. Aggenus Commentario in Frontinum de limitibus agrorum: *in tutela rei urbanæ aſſignatæ ſunt ſilvæ de quibus ligna in reparationem publicorum mœnium traherentur.* qui mœnia heic pro muris urbis accipiet cum eruditis viris, errabit. nam *publica mœnia* dixit Aggenus quæ Frontinus *publica opera* dixerat. ligna autem in reparationem murorum trahi, & ſilvæ ad id deſtinari non poſſunt, niſi cogitemus muros ligneos. quod per quam ineptum eſt. nec licet etiam de reditibus ſilvarum interpretari, qui mœnium reparationi impenderentur, propter illa verba, *de quibus ligna in reparationem mœnium traherentur.* mœnia igitur ſunt opera, vel ædificia. ita mœnia accipienda ſunt in hoc Suetonii loco lib. VI. *ſed nec populo aut mœnibus patriæ pepercit. dicente quodam in ſermone communi,* ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, *immo inquit,* ἐμοῦ ζῶντος. *planeque ita fecit: nam quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum, & anguſtiis flexuriſque vicorum incendit urbem, &c.* in Cod. Theod. tit. de operibus publicis: *ne ſplendidiſſimæ urbes vel oppida* vetu-

nomine ipſius fecerat, nulla extant: ſed nomen ejus alienis operibus inciſum, ſenatus eraſit. nec patris autem ſui opera perfecit. [1] Claſſem Africanam inſtituit: quæ ſubſidio eſſet ſi forte Alexandrina frumenta ceſſaſſent. Ridicule etiam Carthaginem, *Alexandriam Commodam togatam* appellavit: quum claſſem quoque Africanam, *Commodianam Herculeam* appellaſſet. Ornamenta ſane quædam coloſſo addidit, quæ poſtea cuncta ſublata ſunt. [2] Coloſſi autem caput dempſit quod

vetuſtate labantur, de reditibus fundorum juris reipublicæ tertiam partem reparationi publicorum mœnium & thermarum ſubuſtioni deputamus. eodem tit. leg. 1. *fas ſiquidem non eſt acceptum à veteribus decus perdere civitatem veluti ad urbis alterius mœnia transferendum.* ubi mœnia ſunt ædificia. Symmachus Epiſt. lib. 10. *reddat nunc quiſquis ille eſt, cauſas fallaciæ ſuæ, qui ſub occaſione juſtæ inquiſitionis, qua me cultum ſpoliatorum mœnium inveſtigare juſſiſtis, tragicas quæſtiones de miniſtris Catholicæ jactat agitatas.* ubi per *mœnia ſpoliata*, templa & alia publica ædificia intelligit. Victor alter in Hadriano: *Namque ad ſpecimen legionum militarium fabros perpendiculatores, genuſque cunctum extruendorum mœnium ſeu decorandorum in cohortes centuriaverat.* Victor Schotti in Decio: *ſtatimque eo in Illyricos præmiſſo Romæ aliquantum moratur, mœnium gratia quæ inſtituit dedicandorum.* quo loco, *mœnium*, id eſt *operum*, intelligi debet, non murorum. Caſſiodorus in Chronicis: *Hoc anno D. N. rex Theodoricus cunctorum votis expetitus advenit & ſenatum ſuum mira affabilitate tractans Romanæ plebi donavit annonas, atque admirandis mœnibus deputata per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate ſubvenit.* quem locum refero acceptum humanitati optimi & doctiſſimi Jureti noſtri. ſed & Auſonius in Moſella, aperte mœnia pro caſtris vel ædificiis ad Moſellam ſitis accepit:

Mœniaque antiquis te proſpectantia muris
Addam præſidiis dubiarum condita rerum, (gis.
Sed modo ſecuris non caſtra ſed horrea Belgis.

Mœnia antiquis muris, nonne ſunt opera vel ædificia vetuſta, quæ olim caſtellorum vicem erant, nunc ſunt horreorum? Hoc nos igitur nunc primi docemus, *mœnia* Latinos uſurpaſſe pro quibuſlibet ædificiis & operibus: atque ut *mœnia* ſunt ædificia, ſic *mœnire* pro ædificare & condere. Plautus:

— *Pergamum divina mœnitum manu.*

id eſt ſtructum & conditum. Iſidorus: *mœnit, ſtruit; ædificat.* Tertullianus de Pallio, *Corinthii duce Archia mœniunt Syracuſas.* id eſt condunt. ad quem locum plura ſuperiori hyeme ad hanc rem pertinentia notabamus.

CASAUBONUS.

1 *Claſſem Africanam inſtituit.*] Et ante Commodum frumenta Romam ex Africa devehebantur: ſed ille hoc inſtituit, ut per certos homines, impenſa publica, ad inſtar Alexandrinæ, quam conſtituit Auguſtus, Africana quoque curaretur. De his vide in Juſti Lipſii Electis.

2 *Coloſſi autem caput dempſit, quod Neronis eſſet.*] Falſum, *eſſet.* fuerat quidem aliquando: ſed jam non erat, verum Solis. Herodianus: *τοῦ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον Ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ.* Dio qua facie eſſet ademtum caput non dicit. vide ad Spartiani Hadrianum.

quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit: [1] & titulum more ſolito ſubſcripſit, [2] ita ut illum gladiatorium & effœminatum non prætermitteret. [3] Hunc tamen Severus

1 *Et titulum more ſolito ſubſcripſit.*] Emenda Herodiani codices hac parte corruptos: ὑπογράψαι τῇ βάσει οὐχ ὡς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴας προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, μονομάχους χιλίους νικήσαντος. negat titulum more ſolito ſubſcriptum, quod affirmat tamen cum Lampridio etiam Dio Caſſius: ἐπιγράψαι πρὸς τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτοῦ ἐπωνυμίοις καὶ τοῦτο. Tolle ergo negationem, ac ſcribe: ὑπ. τῇ β: αὐτοῦ ὡς εἰ. Hoc vult Herodianus: baſi coloſſi omnes titulos fuiſſe ſubſcriptos à Commodo, quos vel ejus pater uſurpaſſet, vel imperatores cæteri, illo excepto, GERMANICUS. cujus loco ſcripſit, VICTOR MILLE GLADIATORUM.

2 *Ita ut illum gladiatorium effœminatum non prætermitteret.*] Regius, *glad. & effœm.* ſed quare vocat titulum effœminatum, quo de mille palmis gladiatoriis gloriabatur? an reſpicit auctor ad parum virilem miſeros homines vincendi modum, quem narrant Dio & Victor?

3 *Hunc tamen Severus imperator amantiſſimus nominis ſui.*] Hoc eſt ſeveriſſimus. ſed hoc quam durum? Severus amans nominis ſui, pro amans ſeveritatem. vix ferendæ ineptiæ. Longe aliter membranæ regiæ, ubi ſcriptum: *Hunc autem Severus imperator gravis, & vir nominis ſui, odio quemadmodum vid.* plane eleganter & recte *vir nominis ſui* dicebant pro φερώνυμος, infra hoc libro: *Damnabantur alii cur pleraque figurata dixiſſent: ut, quod eſſet imperator vere nominis ſui, vere pertinax, vere ſeverus.* Gallus Antipater initio hiſtoriæ quam de Aureolo ſcripſit: *Venimus ad imperatorem nominis ſui.* Valerianus ad Gallienum filium: *omnes boni Probum ſui nominis virum dicunt.* hoc eſt, φερώνυμον τῇ προσηγορίᾳ. ut apud Euſebium, ὁ Εἰρηναῖος φερώνυμος ἦς ἂν τῇ προσηγορίᾳ. minus eleganter alii è Latinis, ſervare proprietatem nominis ſui, vel recipere. ut in epiſtola xxv. Ambroſii, *Lætus hoc faciet, recepta jam etiam nominis ſui proprietate.*

SALMASIUS.

2 *Ita ut illum gladiatorium effœminatum non prætermitteret.*] Scribe ex Palatino: *ita ut illum gladiatorium & effœminatum non prætermitteret.* & falluntur qui gladiatorium illum titulum, *effœminatum* etiam dici à Lampridio arbitrantur. per effœminatum enim titulum, Amazonium intelligit, quod ſic vocaretur ex amore concubinæ ſuæ quam pictam in Amazone diligebat, & propter quam ipſe Amazonico habitu in arenam deſcendebat. & ſic poſſet videri gladiatorium & effœminatum titulum pro eodem poſuiſſe: quod mihi tamen non videtur. Duo autem hæc cognomina unice amavit, & conſtanter retinuit. *Exuperatorii* & *Amazonii*, cum alia ſubinde mutaret, & deponeret. Dio: αὐτὸς μὲν γὰρ ἄλλοτε ἄλλα μετελάμβανε τῶν ὀνομάτων. τὸν δ' Ἀμαζόνιον καὶ τὸν ὑπεραίροντα πάντας ἑαυτοῦ ἔθετο, ὡς καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ' ὑπερβολὴν νικῶν. non dubium eſt igitur quin per effœmitum titulum *Amazonium* intelligat.

3 *Hunc tamen Severus imperator amantiſſimus nominis ſui.*] Eamdem lectionem in Palatino extare teſtamur, quam in ſuis repperiſſe jam ſunt teſtati doctiſſimi viri: *Hunc tamen Severus imperator gravis, & vir nominis ſui.* *vir nominis ſui*, ἰδιώνυμος. ſic *vir moris ſui*, ἰδιότροπος. &, *vir ſui negotii*, ἰδιοπράγμων. ſic *lapides ſui metalli* ἰδιόχροοι, & ἰσόχροοι. & *veſtes ſui coloris*, ἰδιόχροοι. φερωνύμους etiam vocant & ἐπω-

verus [1] imperator amantiſſimus nominis ſui, odio (ut videtur) ſenatus, inter deos retulit, flamine addito quem ipſe vivus ſibi paraverat, Herculaneo Commo-
18 diano. Sorores tres ſuperſtites reliquit. Ut natalis ejus celebraretur Severus inſtituit. [2] Acclamationes ſenatus poſt mortem Commodi graves fuerunt. Ut autem ſciretur quod judicium ſenatus de Commodo fuerit, ipſas acclamationes de Mario Maximo indidi, & ſententiam ſenatuſconſulti: [3] *Hoſti patriæ honores detrahantur*, [4] *parricidæ honores detrahantur*, *parricida trahatur. Hoſtis patriæ, parricida, gladiator in ſpoliario lanietur. Hoſtis deorum, carnifex ſenatûs. hoſtis deorum, parricida ſenatûs. hoſtis deorum, hoſtis ſenatûs. gladiatorem*

& ἐπωνύμους, hujuſmodi ſui nominis viros Græci, ut jam obſervarunt docti viri. ſed & φέρειν τοὔνομα dixerunt qui ſui eſſent nominis. Sophocles apud Ariſtotelem in Rhetoricis:

Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φοροῦσα τοὔνομα.

ſic de Pentheo Chæremon apud eundem:

Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.

ita de Thraſymacho ad Thraſymachum dicebat Conon, σὺ θρασύμαχος εἶ. & Herodicus Thraſybulum, θρασύβουλον vocabat. hoc eſt virum nominis ſui: ſic & de Polo: ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ.

GRUTERUS.

1 *Imperator gravis, & vir nominis ſui.*] Exhibui ſcripturam regii & Pal. codd. nam inſubide vulgati prius, *imperator amantiſſimus nominis ſui.* videtur tamen adhuc reſtituendum, *& vere nominis ſui.*

CASAUBONUS.

2 *Acclamationes ſenatus.*] Occiſo Commodo, cum Pertinax in caſtra deductus imperium ſuſcipere fuiſſet coactus; ſtatim ille priuſquam illuceſceret, in Curiam venit, & ſenatum habet. in eo ſenatu factæ acclamationes quæ hic deſcriptæ. Dio narrat ipſe qui interfuit.

3 *Hoſti patriæ honores detrahantur.*] Dio, καὶ ὁ Κόμμοδος πολέμιος ἀπεδείχθη.

4 *Parricidæ honores detrahantur.*] Hoc colum ſuperiori prope ἰσοσύλλαβον, atque iiſdem ferme vocibus conſtat. in his duobus maxime poſitum eſt τὸ εὔρυθμον harum acclamationum: quam venuſtatem eximiè ſervatam in iis quæ dicta fuerunt in Commodum, & Dio ſcribit, & facile quivis inter legendum obſervet. In regio & Puteani hæc ita concepta: *Hoſti patriæ honores detrahantur. Hoſtis patriæ, paricida trahatur: hoſtis deorum, paricida, gladiator, in ſpoliario lanietur. hoſtis deorum, carnifex ſenatus unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur: qui ſenatum occidit, in ſpoliario ponatur: hoſtis, paricida, vere ſ.* & poſtea, *Pietati ſenatus feliciter. Rogamus paricida trahatur. Exaudi Cæſar, Speramus ad leonem. Exaudi Auguſte. hoc rogamus, paricida trahatur.* Sed nihil attinet totum locum deſcribere: nam omnia fere aliter concepta. ſed vulgata lectio meis auribus modulatior videtur, ac proinde verior. multa enim prætermiſſa in regio, quæ non dubitamus eſſe ἐν τοῖς μάλιστα γνωστά.

5 *Qui*

torem in ſpoliario. Qui ſenatum occidit, in ſpoliario ponatur. Qui ſenatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur: hoſtis, parricida, verè ſeverè. [1] *Qui ſanguini ſuo non pepercit, unco trahatur.* [2] *Qui te occiſurus fuit, unco trahatur. Nobiſcum timuiſti, nobiſcum periclitatus es. Ut ſalvi ſimus, Jupiter optime maxime, ſerva nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter: prætoriis cohortibus feliciter: exercitibus Romanis feliciter: pietati ſenatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus, Auguſte, parricida trahatur. Hoc rogamus, parricida trahatur.* [3] *Exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar.* [4] *Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter: fidei*

1 *Qui ſanguini ſuo non pepercit.*] Propter occiſam Lucillam, Anniam Fauſtinam, Claudium Pompejanum, alios. etiam de patre ſuſpicio fuit multorum.

2 *Qui te occiſurus fuit unco trahatur.*] In hanc ſententiam multo plura dicta ſunt quàm hîc referantur à Lampridio: neque enim Pertinaci ſoli gratulati ſunt quod Commodi manus evaſiſſet, ſed & optimo cuique ſenatorum. Dio, τοῖς τε βουλευταῖς ὅσοις μάλιστα τῆς ἐκ τοῦ Κομμόδου φόβος ἐπῆρτο, ὁ ὄχλος ἐπίλεγεν, Εὖγε, εὖγε, ἐσώθης, ἐνίκησας. ita legendum, non Ἄγε, ἄγε, ἴσ.

4 *Speratum ad leonem.*] Quis hic Speratus? an aliquis delator, vel alius ſcelerum Commodi miniſter? imo, ut videtur, ipſe Commodus. videtur hoc unum eſſe de gladiatoriis cognominibus, quæ ſolitus aſſumere. Speratus tamen honeſtum nomen, non ut Palus, & ſimilia, gladiatorum. invenies in hiſtoria eorum temporum non raro, etiam inter Africanos martyres. aliquando ſcribebam *Spartacum.*

SALMASIUS.

3 *Exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar.*] Melius ad hunc modum diſtinxeris; *Exaudi Cæſar, delatores ad leonem. Exaudi Cæſar, delatores ad leonem. Exaudi Cæſar, Speratum ad leonem.*

4 *Speratum ad leonem.*] Quis hic Speratus aut unde ſic dictus Commodus non nemo quæſivit, & ego nunc cum illis quæro. volunt alicujus nomen eſſe gladiatoris quod aſſumpſerit Commodus, ut ſic per Speratum intelligamus Commodum. de Commodo ſane heic ſermo, nec de alio capiendum: ſed cur ſic dictus, omnia in incerto. legebam aliquando, *deſperatum ad leonem.* cujus me nondum conjecturæ pœnitet. deſperatus autem eſt παράβολος. nam ita vocati, qui aliter confectores dicebantur, qui ad beſtias pugnabant & illis conficiendis operam ſuam locabant. quos παραβόλους inde appellabant, hoc eſt deſperatos. & ita olim Chriſtiani indigetati, quod ſibi non parcerent atque animam libenter pro Deo ſuo ponerent. Lactantius de Juſtitia lib. v. *Qui autem magni æſtimaverint fidem, cultoreſque ſe Dei non abnegaverint, in eos totis carnificinæ ſuæ viribus, veluti ſanguinem ſitiant, incumbunt, & deſperatos vocant qui corpori ſuo minime parcunt. deſperatos,* παραβόλους. qui Claudiano *audaces.* Gloſſæ veteres:

*fidei militum feliciter: fidei prætorianorum feliciter: co-
hortibus prætoriis feliciter. Hoſtis ſtatuas undique, parri-
cidæ ſtatuas undique. gladiatoris ſtatuas undique. gladia-
toris & parricidæ ſtatuæ detrahantur. [1] necator civium
trahatur, parricida civium trahatur. gladiatoris ſtatuæ
detrahantur. [2] Te ſalvo, ſalvi & ſecuri ſumus, [3] verè,
verè: modò verè, modò dignè, modò verè, modò liberè.
Nunc ſecuri ſumus, delatoribus metum. Ut ſecuri ſimus,
delatoribus metum: [4] ſalvi ſimus, delatores de ſenatu.
[5] Delatoribus fuſtem te ſalvo. delatores ad leonem te impe-*
19 *rante. delatoribus fuſtem. Parricidæ gladiatoris memoria
aboleatur, parricidæ gladiatoris ſtatuæ detrahantur.
[6] Impuri gladiatoris memoria aboleatur: gladiatorem in
ſpoliario. Exaudi Cæſar. carnifex unco trahatur. carnifex
ſenatus more majorum unco trahatur. Sævior Domitia-
no, impurior Nerone, [7] ſic fecit, ſic patiatur. Memoriæ in-
nocentium ſerventur, honores innocentium reſtituas.
[8] Rogamus, parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris
cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in ſpoliario
pona-*

res: *deſperati*, ἀπηντεονημένοι. *Speratus* tamen poſſit eſſe nomen gladiatoris. *Speratus*, ut *Spectatus*, *Deſideratus*.

CASAUBONUS.

1 *Necator civium.*] Regius, *mercator* c. quod ex iis quæ ſuperius dicta poſſis tueri.

2 *Te ſalvo ſalvi & ſecuri ſumus, verè, verè.*] Regius, *Te ſalvo ſalvi ſumus. Verè modo, dignè modò, modò liberè.*

4 *Salvi ſimus, delatores de ſenatu.*] Scribe ut in Regio, *Salvi ſumus. Delatores de ſenatu.*

6 *Impuri gladiatoris memoria aboleatur.*] Regius, *Imperii glad.* optima ſententia ſic apud Athenienſes damnata archontum memoria, ſcribebatur in Faſtis ANAPXIA.

7 *Sic fecit, ſic patiatur.*] Malo, ut in regio: *ſicut fecit, ſic patiatur.* alluſum ad illud,

Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη γ' ἰθεῖα γένοιτο.

8 *Rogamus parricidæ cad.*] Placet diſtinctio regii: *honores innocentium reſtituas rogamus. p.*

SALMASIUS.

5 *Delatoribus fuſtem te ſalvo, delatores ad leonem te imperante.*] Diſtingue totum hunc locum: *Nunc ſecuri ſumus, delatoribus metum: ut ſecuri ſimus, delatoribus metum. ut ſalvi ſimus, delatores de ſenatu, delatoribus fuſtem. Te ſalvo delatores ad leonem. Te imperante, delatoribus fuſtem. Parricidæ, gladiatoris memoria aboleatur, &c.*

GRUTERUS.

1 *Necator civium trahatur.*] Sic & Pal. non *mercator.*

3 *Verè, verè: modò verè, modò dignè, modò verè, modò liberè.*] Sic & Pal. noſter.

6 *Impuri gladiatoris.*] Ita & Pal. non *imperii.*

1 *Præ-*

ponatur. [1] *Perroga, perroga, omnes cenſemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque ſexum occidit, unco trahatur. Qui ſanguini ſuo non pepercit, unco trahatur. Qui templa ſpoliavit, unco trahatur. Qui teſtamenta delevit, unco trahatur. Qui vivos ſpoliavit, unco trahatur. Servis ſervivimus. Qui pretia vitæ exegit, unco trahatur. Qui pretia vitæ exegit & fidem non ſervavit, unco trahatur. Qui ſenatum vendidit, unco trahatur.* [2] *Qui filiis abſtulit hereditatem, unco trahatur. Indices de ſenatu, delatores de ſenatu. ſervorum ſubornatores de ſenatu. & tu nobiſcum timuiſti, omnia ſcis, bonos & malos noſti: omnia ſcis, omnia emenda, pro te timuimus.* [3] *O nos felices te viro imperante. De parricida refer, refer, perroga,* [4] *præſentiam tuam rogamus. Innocentes ſepulti non ſunt. Parricidæ cadaver trahatur. Parricida ſepultos eruit: parricidæ cadaver trahatur.* Et quum [5] juſſu Pertinacis [6] Livius Laurenſis procurator patrimonii, Fabio Chiloni conſuli deſignato dediſſet, per noctem Commodi cadaver ſepultum eſt. Sena-

CASAUBONUS.

1 *Præroga, præroga.*] Melius ut in regio, *Perroga, perroga, omnes cenſ.* ſic paullo poſt, *De parricida refer, refer, perroga.* Plinius in Panegyrico, *Parum eſt ut cenſentes audias, niſi & perrogas.*

2 *Qui filiis abſtulit hereditatem.*] Regius, *Qui hereditatem tulit.* ſic paſſim tulit pro abſtulit, ut ad Hadriani vitam adnotatum eſt.

3 *O nos felices te viro imperante.*] Regius, *Omnes f.* malim etiam, *te vivo & imperante.*

4 *Præſentiam tuam rogamus.*] In Avidio Caſſio, inter ea quæ Marco ſunt acclamata: *præſentiam tuam rogamus.* doctis viris placebat *ſententiam.*

5 *Juſſu Pertinacis.*] Abſunt à Regio. Supra: *corpus ejus juſſu Pertinacis in monumentum Hadriani tranſlatum eſt.*

6 *Livius Laurenſis procurator patrimonii.*] Regius, *Larenſis.* optime judicio meo & veriſſime. Hic ille eſt Larenſis, dipnoſophiſtarum cœnis decantatiſſimus, quæſitus diu nobis, beneficio regii codicis tandem hic repertus. Λαρήνσιος, *Larenſis.* aliter Græce non poterat efferri. de hoc viro plura nos alibi. Procurationem patrimonii cave confundas cum procuratione privatarum rerum, quæ à Severo primum conſtituta fuit, ut auctor eſt Spartianus.

GRUTERUS.

1 *Perroga, perroga.*] Sic melius codex regius & Pal. quam quod alias vulgg. *præroga, præroga.*

3 *O nos felices te viro imperante.*] Nihil abit ab hac ſcriptura Pal.

6 *Livius Laurenſis*] Sic quoque Pal. ideoque nihil ſum auſus mutare.

1 *Cin-*

Senatus acclamavit, *Quo auctore ſepelierunt? Parricida ſepultus eruatur, trahatur.* [1] Cingius Severus dixit; *Injuſte ſepultus eſt.* [2] *Quia pontifex dico, hoc collegium pontificum dicit.* [3] *Quoniam læta percenſui, nunc convertar ad neceſſaria,* [4] *cenſeoque (quod is qui nonniſi ad perniciem civium & ad dedecus ſuum vixit, ob honorem ſuum decerni coëgit) abolendas ſtatuas: quæ undique ſunt abolendæ, nomenque ex omnibus privatis publiciſque monumentis eradendum: menſeſque his nominibus nuncupandos quibus nuncupabantur* [5] *quum primum illud malum in rempub. incubuit.*

CASAUBONUS.

1 *Cingius Severus dixit.*] Regius perperam, *Orygius S.* videtur eſſe Africæ proconſul, is qui Cincius Severus nominatur Tertulliano in libro ad Scapulam & ita etiam Spartianus nominat inferius ubi cædem ejus exponit.

4 *Cenſeoque (quod is qui n.*] Fortaſſe verius ſublatis parentheſeos notis, *quas is qui n.* atque ita præſtantiſſimus emendabat.

5 *Cum primum illud malum in remp. incubuit.*] Ὅτι πρῶτον ὁ ὄλεθρος ἐκεῖνος εἰς τὴν πολιτείαν εἰσέφρησε. vel, τῇ πολιτείᾳ εἰσεφθάρη.

SALMASIUS.

3 *Quoniam læta percenſui, convertar ad neceſſaria.*] De vitio ſuſpectum ſemper illud verbum *percenſui*, & habui & etiam nunc habeo. & mirum ni meam veram fuiſſe ſuſpicionem approbem. Palatinus habet: *quoniam latam percenſui.* lege: *quoniam læta nuper cenſui, nunc convertar ad neceſſaria.* de qua emendatione nemo dubitaverit, quin ſit vera.

5 *Cenſeoque (quod is qui non niſi.*] Et hic locus paulo perturbatior & intricatior vitium non obſcure prodit. Palatinus & vet. editio id oſtendunt, in quibus habetur: *cenſeo quæ is qui non niſi.* ſcribendum procul dubio: *cenſeo quas is, qui non niſi ad perniciem civium & ad dedecus ſuum vixit, ob honorem ſuum decerni coëgit, abolendas ſtatuas.*

GRUTERUS.

2 *Qui Pontifex.*] Maluerim *qua*, ut habet Palatinus.

5 *Cenſeoque (quod is qui, &c.*] Palat. *cenſeo. quæ is qui, &c.* ut omnia videantur bene habitura, ſi reſcribatur: *cenſeo, quæ is qui numquam niſi ad perniciem civium, & ad dedecus ſuum vixit, ob honorem ſuum decerni coëgit, abolenda. ſtatuæ, quæ undique ſunt, abolendæ, &c.*

JULII

[1]JULII CAPITOLINI
PERTINAX
IMPERATOR.

[2]PUBLIO HELVIO PERTINACI, pater libertinus Helvius Succeſſus fuit, [3] qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, [4] impoſuiſſe fertur. [5] Natus eſt Pertinax 1

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Et hanc vitam Spartiano aſſerunt vetera excerpta Palatina. nec cauſam video cur à Spartiano ad Capitolinum, à Capitolino ad Lampridium, mox à Lampridio ad Capitolinum tranſitum fecerint iſti belli conſarcinatores. Si mei itaque judicii res ſit, non dubitem omnes ſuperiores vitas & hanc quoque Pertinacis uni Spartiano aſſignare.

3 *Qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis.*] In continuatione rei alicujus eſſe dicitur, qui pertinaciter, & inceſſanter illi rei dat operam, nec uſquam dimovetur à ſtudio ſemel inſtituto, ſed unum illud agit attente & continuo abſque ulla intermiſſione. ut heic *continuatio lignariæ negotiationis.* unde cognomentum Pertinacis adhæſit Publio Helvio à patre impoſitum. ſic ſupra, *continuatio libidinis*, de Commodo, qui aſſidue libidini dabat operam. Gloſſæ: *continuat*, συνδιαλεχίζει, συνάπτει, πυκνάζει. item alibi: *continuat*, συνδιαλεχίζει.

4 *Impoſuiſſe fertur.*] Palatinus & editio Mediolanenſis: *impoſuiſſe fatetur*: id eſt declarat, ſignificat. Florus: *quos ex alio cœlo venire color fatebatur.* poëta neſcio quis:

—— *mors ſola fatetur*
Quantula ſint hominum corpuſcula ——

Sed ubi fatetur hoc nomen filio impoſuiſſe Libertinus ille? an aliquid ille ſcriptum reliquit unde id potuit diſcere Capitolinus? incerta omnia. minime tamen voluimus celare lectorem membranaceam illam & veterum editionum ſcripturam.

CASAUBONUS.

2 PUBLIO HELVIO PERTINACI *pater libertinus.*] Fortaſſe, *pater Ligur, libertinus.* Ipſe Pertinax Dioni & Zonaræ Λίγυς dicitur propter parentem Ligurem, ut ſuſpicamur nos, ſicut mox aperiemus.

3 *Qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis.*] Helvius Succeſſus Pertinacis pater cum coctiliciam in Liguria tabernam exercens mediocres opes conſecutus eſſet, filium literas curavit docendum, ὅσον ἀποζῆν ἀπ' αὐτῶν, inquit Dio. hoc eſt, ut vel docendis literis, vel cauſſis agendis rem faceret. filius vero contra patris voluntatem paternam negotiationem continuare maluit: neque ab iſta ſententia diu potuit dimoveri. ab hac igitur pertinacia Pertinacis cognomen patre auctore eſt nactus. *Pertinax*, eſt ὁ μονότονος καὶ ἐπίμονος, ut recte vertitur in Gloſſario.

5 *Natus eſt Pertinax in Apennino in villa Martis.*] Quia inferius vada Sabatia nominantur, ſcripſerunt nonnulli Martis villam ubi natus Pertinax, ad vada Sabatia fuiſſe olim ſitam. ex

tinax in Apennino [1] in villa Martis. Equus pullus ea hora qua natus eſt, in tegulas aſcendit, [2] atque ibi breviter commoratus, decidens expiravit. Hac re pater motus ad Chaldæum venit. Qui [3] quum illi futura ingentia prædixiſſet, [4] ſtipem ſe perdidiſſe dixit. [5] Puer literis elementariis & calculo imbutus, datus etiam Græco grammatico, [6] atque inde Sulpitio Apollinari, poſt quem idem Pertinax grammaticen profeſſus eſt.

Sed

Dione potius ſtatuas, Albæ Pompejæ fuiſſe vicinam. nam ille ait ἦν ὁ Περτίναξ Λίγυς, ἐξ Ἄλβας Πομπηΐας. ſed cum in Liguria Martis villam invenerim apud veteres nullam, poſſintque verba Dionis de origine non minus quam de nativitate intelligi, dubito, num Martis villa hæc illa ſit quam in Terentii vita Donatus ſtatuit in via Appia. certum enim Appiam non procul ab Urbe ad montana deflexiſſe, & Apenninum.

GRUTERUS.

1 *In villa Martis.*] Palatinæ membranæ *in villa matris*; nec aliter ejuſdem bibliothecæ Excerpta. cui ſcripturæ ſuus quoque ſenſus. ſic & poſt meminit *villæ paternæ*, in Liguria conſtitutæ.

CASAUBONUS.

4 *Stipem ſe perdidiſſe dixit.*] Quia conſcius ſuæ tenuitatis magna polli centi Chaldæo fidem habebat nullam: ideo ſtipem ſe ait perdidiſſe quam genethliaco dederat. male in membranis, *ſtirpem.*

6 *Atque inde Sulpicio Apollinari.*] Ille eſt aut ejus filius, de quo multa apud A. Gellium.

SALMASIUS.

2 *Atque ibi breviter commoratus decidens expiravit.*] Palatinus & vet. ed. *atque ibi breviter commoratus decidit expiravit.* Scribe: *decidit & expiravit.*

3 *Quum illi futura ingentia prædixiſſet.*] Sic in vita Severi: *tunc in quadam civitate Africana quum ſollicitus Mathematicum conſuluiſſet, poſitaque hora ingentia vidiſſet Aſtrologus.*

5 *Puer litteris elementariis & calculo imbutus.*] Litteras primas elementarias vocavit, ad differentiam earum litterarum quas qui tenent litterati & eruditi vocantur. unde & *homo multarum litterarum*, pro multiſcio Latinis dictus: Elementa prima dixit elementarias iſtas litteras Horatius:

— *pueris dant cruſtula blandi*
Doctores, elementa velint ut diſcere prima.

litteras etiam vocant auctores abſolute elementa iſta prima quibus imbuuntur pueri. unde & *litteratores* qui litteras ilias docent, qui & γραμματισταὶ Græcis, Latinis etiam *calculones*, aut *cauculones*, ut in vetuſtis libris ſcribitur. vetus Epigramma:

— *docendam ſuſcepit cauculo pubem.*

Iidem enim fere qui primas litteras docebant, & calculo quoque pueros imbuebant. & hæc ſunt notiora, quam ut pluribus explicari debeant, & alibi multis expoſuimus.

6 *Atque inde Sulpitio Apollinari.*] Is omnino eſt Sulpitius Apollinaris, de quo tam multa apud Agellium. nec enim poteſt ejus eſſe filius. Pertinax enim ſub Marco nomen habuit qui dicitur heic habuiſſe doctorem Sulpitium Apollinarem, qui doctor vixit etiam ſub Marco & magni fuit nominis. ſed mirum heic non *Sulpitio* ſed *Sulpio*, diſerte ſcriptum extare in optimo Palatino. quod & infra obſervavimus in alio Sulpitio, ubi item *Sulpio* ſcriptum offendimus.

1 Sed

[1] Sed quum in ea minus quæſtus proficeret, [2] per Lollianum Avitum conſularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petiit. Dein præfectus cohortis [3] in Syria profectus, [4] T. Aurelio imperatore à præſide Syriæ, [5] quòd ſine diplomatibus curſum uſurpa-

GRUTERUS.

1 *Sed cum in ea minus quæſtus proficeret.*] Videri queat vox ultima ab librario. plane ſi abſit, nihil defuerit ſententiæ.

CASAUBONUS.

2 *Per Lollianum Avitum conſularem virum.*] Conſul fuit ſub Pio. is ipſe eſt de quo Apulejus in Apologia, & Ulpianus lege tertia, Digeſtis, De decurionibus. hic etiam eſt, opinor, quem Victor hic Lollium Gentianum vocat, per errorem.

3 *In Syria.*] *In Syriam.*

4 *T. Aurelio imperatore.*] Reg. *imperante.*

5 *Quòd ſine diplomatibus curſum uſurpaverat.*] Vide legem tertiam Cod. De curſu publico. diplomata paſſim in libris vetuſtiorum, quæ ibi evectiones. aliis etiam tractoriæ, & combinæ, hoc eſt διπλαῖ. Regius hic, *diſplomatibus.* ſcribe *duplomatibus*, ut in Pandectis.

SALMASIUS.

5 *Quod ſine diplomatibus curſum uſurpaverat.*] *Duplomata* paſſim apud veteres, quæ recentioribus evectiones, tractoriæ & combinæ. quorum trium vocabulorum eadem pæne ratio. nam *combinæ*, ſunt litteræ quæ dabantur à principe ad combinanda publica animalia, & curſum uſurpandum. *combina* pro combinatione. *combinare* autem proprie eſt κατὰ δύο ζευγνύειν. ut *conquaternare*, κατὰ τέσσαρα. optimæ Gloſſæ: *combinat*, ζευγνύει, συνάπτει. *conquaternat*, ζευγνύει κατὰ τεσσάρων. *combina* igitur pro *combinatio*, eſt evectio vel combinandorum animalium publicorum & jungendorum ad currum copia & facultas. vel ſic potius *combina* eſt σύνθημα. nam *combinare* eſt συνδυάζειν. hinc *combina* συνδυασμός. ἀπὸ συνδυασμοῦ aliquid facere, idem eſt quod ἀπὸ τοῦ συνθήματος. ex compacto, ex compoſito. hinc *conbina*, σύνθημα. Euſtathius: προκαταρξαμένας ἐλέγετο αἱ καλῶδες αἱ παρὰ τῆς ἱππάρχου προσφάσει ζώων δρομικῶν γινόμεναι, αἳ καὶ κομβῖναι ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ Ῥωμαίων, τουτέστι σύνθημα. Gloſſæ: σύνθεμα, *ſigillum, evectio.* ἀπὸ τῆς κομβίνας. verbum κομβινεύειν, ordinare, diſponere in rebus circenſibus apud Chryſoſtomum de circo. nam & κομβῖνα etiam dicebatur ſignum vel mappa quam mittebat prætor committendis ludis. hinc ut dixi κομβινεύειν de Circenſibus uſurpatum Beato Chryſoſtomo. locus hodie corruptus ſic legendus eſt: μὴ περιπέσῃς σὺ τοῖς περὶ ἱππικοῦ κομβινεύμασι, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ περὶ κρίσεως κινδυνεύματα. εἰ βούλῃ κομβινεύειν καὶ διαζεύξασθαι, δύνασαι τοῦτο ποιεῖν μᾶλλον ἐν θεωρήματι πνευματικῷ. vulgo legitur τοῖς περὶ ἱππικοῦ κομβινεύματος. vir illuſtris in notis ad ſphæram barbaricam Manilii, τοῖς περὶ ἱππικοῦ κομβινεύματος, ex illo Chryſoſtomi loco, etſi Chryſoſtomi non meminit, interpretabatur præmiſſionem combinatorum ſive deſultorum. nam *equi deſultorii*, miſſus exituros in circenſi ſpectaculo denuntiabant. ſed κομβινεύειν proprie eſt ſignum emittendis quadrigis dare, & κομβῖναν mittere, hoc eſt ſignum vel mappam. κομβινεύματα tamen illa accipiebam

aliquan-

ſurpaverat, pedibus ab Antiochia [1] ad legationem
2 ſuam iter facere coactus eſt. Bello Parthico induſtria ſua promeritus, [2] in Britanniam tranſlatus eſt ac retentus. Poſt in Mœſia [3] rexit alam, deinde [4] alimentis dividendis in via Æmilia procuravit. Inde claſſem Germanicam rexit. Mater eum uſque in Germaniam proſequuta eſt, ibique obiit. cujus etiam ſepulcrum ſtare nunc dicitur. [5] Inde [6] ad ducenûm H-S ſtipendium tranſla-

aliquando de ſponſionibus & compactis quæ depoſito pignore vel pecunia à ſpectatoribus fieri ſolebant in ludis Circenſibus; quum pars hæc agitatorem illum, pars illa iſtum fore victorem contenderent. Tertullianus: *adſpice populum ad id ſpectaculum jam cum furore venientem, jam tumultuoſum, jam cæcum, jam de ſponſionibus concitatum.* κουβινδεύειν igitur idem quod συνθηκίζειν, quod in eadem re uſurpat Balſamo, de his ſcilicet ſponſionibus in circo fieri ſolitis de alicujus equi vel agitatoris victoria. κουμ̃όλτα enim idem quod συνθήκη vel σύνθημα, vel συνδυασμὸς, & compactum ſponſionemque ſignificat. hæc mea antiqua de hoc verbo κουμβινδεύειν ſententia, cujus me nondum pœnitet. ſed de hac re alibi pluribus.

1 *Ad legationem ſuam iter facere coactus eſt.*] Ita libri ſine ulla varietate. quod non placuit Caſaubono qui legit: *ad legionem ſuam.* mihi magis placeat nihil mutari. nam ejuſmodi cohortium & legionum præfecturas, *legationes* etiam vocabant, & legatos qui cohortibus aut legionibus præerant. hinc *legationes militares*, infra: *nam vacationes & legationes militares dicitur vendidiſſe.* ubi militares legationes appellaſſe illum cenſeo, ejuſmodi præfecturas militares, ut ſunt præfecti cohortium, legionis, & ſimiles. ſi legatus legionis dicebatur, quidni & legatio?

3 *Rexit alam.*] Optimus Palatinus & excerpta Spartiani: *rexit halam.* *Hala* pro *ala.* nam ita etiam ſcribebant. Veteres Gloſſæ: *Hala*, πτέρυξ ἡ μεγάλη ἱππικὴ. παράταξις τῆς ἱππικῆς *alæ* dicuntur. *Halares*, ἱππέων ταξίαρχοι.

GRUTERUS.

1 *Ad legationem ſuam iter facere, &c.*] Haud aliter quoque Palat. benè tamen Caſaubonus, *ad legionem ſuam.*

6 *Ad ducenûm ſeſtertiûm ſtipendium.*] Pal. *ſeſtertiorum.* Scaliger ad Manilium monuit, reſtituendum, *ad ducenariorum ſtipendium, &c.* qui videatur.

CASAUBONUS.

1 *Ad legationem ſuam iter facere.*] Lego, *ad legionem ſuam.* non enim legatus fuit tum Pertinax, ſed præfectus cohortis.

2 *In Britanniam.*] Lego ex regio, *in Bithyniam.* nam ex Syria in Bithyniam tranſlatus eſt; deinde in Mœſiam, ut ſtatim ſequitur.

4 *Alimentis dividendis in via Æmilia procuravit.*] Sequitur non longè: *Accepto ſucceſſore alimentorum ei cura mandata eſt.* ſed eam curam Pertinax in Urbe ſuſtinuit, ætate jam provecta, poſt multos & magnos honores: iſtam quæ hic commemoratur, juvenis adhuc obiit per oppida & vicos ad viam Æmiliam hinc inde ſitos. Spartianus in Juliano, *Poſt hoc curam alimentorum in Italia meruit.*

5 *Inde ad ducenûm H. S. ſtipendium tranſlatus in Daciam.*] Ita ſcripti: vulgò, *ducenorum.* corrigit vero Joſephus

phus Scaliger Notis ad Manilium ſuum, *ad ducenariorum ſtipendium.* quinam eſſent ducenarii pluribus explicatum eo loci invenient harum rerum ſtudioſi. Fuerunt & qui dicerentur centenarii, itemque ſexagenarii, fitque in utroque codice perſæpe mentio ducenæ & centenæ dignitatis. de quibus omnibus luculentiſſime Jacobus Cujacius, ad legem primam Cod. De exactionibus tributorum.

SALMASIUS.

6 *Ad ducenum H.S. ſtipendium tranſlatus in Daciam.*] Nihil mutant libri. vetus editio integre ſcriptum habet: *ad ducenum ſeſtertiorum ſtipendium tranſlatus in Daciam.* & nihil ſane mutandum. ſic enim loquebantur, *procurator ad ducena ſeſtertia.* id eſt procurator ducenarius. & *procurator ad ſexagena*, qui ſexagenarius. vetus inſcriptio Romæ ante hortos Carpenſes: PROCVR. TRIVM. PROVINC. GALL. LVGDVNENSIS. NARBONENSIS. ET. AQVITANIÆ. AD. SS. LX. PROC. ALEXAND. PELVSI. AD. SS. C. quam inſcriptionem ita explicant viri docti: *procuratori trium Provinciarum Galliæ, Lugdunenſis, Narbonenſis & Aquitaniæ ad ſeſtertium ſexagies. Procuratori Alexandriæ Peluſi ad ſeſtertium centies.* à numero ſcilicet pecuniarum illis commiſſarum, quomodo magnus Juriſconſultus verba Dionis accipienda putabat de Cæſaris procuratoribus: *καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα, ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων.* à numero pecuniarum fiſcalium quas exigebant. ſed mens verborum Dionis hoc non patitur. nec illam interpretationem recipere poteſt inſcriptio quam produximus. Ducenarios igitur procuratores Dio vult dictos à numero pecuniarum quas in ſalarium accipiebant. quibus ducena ſeſtertia erant conſtituta hi dicebantur ducenarii: quibus centena, centenarii: quibus ſexagena, ſexagenarii. atque ita debet in illa inſcriptione accipi: *procuratori ad ſeſtertia centena: procuratori ad ſeſtertia ſexagena.* *ducenariorum, centenariorum & ſexagenariorum* mentio leg. 1. Cod. *de exact. trib.* aliter dicebantur *ducenarii* in militia qui ducentos homines regebant, & *centenarii* qui centum. atque hinc ducenarii & centenarii in ſchola agentium in rebus. vulgo hæc confundunt, ſed alibi has differentias explicabimus. Procuratores igitur ducenarii à ducenis ſeſtertiis, quæ ſtipendii nomine accipiebant. in veteri inſcriptione Anquariæ Hiſpan. II. ITEM. PRO. AVG. PROV. BÆTI. AD. DVCEN ACCIPIENDA. id eſt, *procuratori Auguſti Provinciæ Bæticæ ad ducena accipienda.* idem eſt ac ſi dixiſſet, *procuratori ducenario.* ſic enim plerumque dicebant, *ducena, centena,* non adjectis ſeſtertiis. ſic hoc loco Pertinax, qui ad ducenorum ſeſtertium ſtipendium dicitur tranſlatus in Daciam, procurator ducenarius Daciæ factus intelligi debet. magno igitur in errore verſantur doctiſſimi viri qui aliquos ducenariæ procuratores fuiſſe ſibi perſuaſerunt, & ducenariam exactionem accipiunt, quæ eadem fuerit cum ducenteſima. quod ſatis mirari non poſſum. ſic ſane pars eadem eſſet cum toto. nam ducenarius ſecundum vim verbi non alius poteſt eſſe, quam qui ducena exigit vel colligit. at ducenteſima quota pars ſit ducentorum nemo ignorat. morior cum lego procuratorem ducenariæ ex ſeptima Apuleji Mileſia citari, quaſi aliquis ducenariæ procurator fuerit, aut quaſi ducenaria aliqua exactio fuerit. atqui ducenariæ procuratorem non nominat Apuleius, ſed procuratorem principis ducenaria functum dignitate. at *ducenaria dignitas*, ejus eſt qui ducena ſtipendii nomine accipiebat. *ducena dignitas*, in militia alia erat, & ab alia origine, ſicut & centena. nam centena dignitas ejus eſt qui centum homines ducebat. centenaria vero illius qui centena ſeſtertia in ſalarium accipiebat. ſed hæc alibi pluribus.

tranſlatus in Daciam, [1] ſuſpectuſque Marco, [2] quorundam relatu, [3] à partibus remotus eſt: [4] & poſtea per Claudium Pompejanum generum Marci, quaſi [5] adjutor ejus futurus, [6] vexillis regendis aſcitus eſt. In quo

GRUTERUS.

1 *Suſpectuſque Marco, quorumdam relatu, à partibus remotus eſt.*] Pal. non habet dictionem *relatu*, ſed *ſuſpectuſque à Marco quorumdam à partibus, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Quorundam relatu.*] An *delatu*? factio enim fuit quorundam, mox prodita, ut ſubjicitur.

3 *A partibus remotus eſt.*] Hoc eſt, ab adminiſtratione reip. & ab illa ſtatione quam tunc temperabat. metaphora eſt à ludo pilæ, ut explicat doctè Scaliger.

4 *Et poſtea per Claudium Pompejanum.*] Quem virum præcipuo cultu ſemper coluit Pertinax, ut ex Dione conſtat.

5 *Adjutor ejus futurus.*] Melius in Reg. *ei futurus.*

6 *Vexillis regendis aſcitus eſt.*] Ut præeſſet cohortibus veteranorum ad ſigna retentorum.

SALMASIUS.

2 *Quorundam relatu remotus à partibus.*] Partes heic adminiſtrationem reipublicæ accipiunt, & à partibus remotum eſſe pro à reip. adminiſtratione eſſe depulſum. cujus loquutionis exemplum adhuc requiro. non fruſtra aliquid heic hærere vitii ſum ſemper ſuſpicatus. Palatinus vocem *relatu* non agnoſcit. hinc optima recte legendi occaſio: *ſuſpectuſque Marco, quorumdam partibus remotus eſt.* vel etiam *quorundam à partibus*, hoc eſt per partes quorumdam, vel quorumdam factione. partes enim ſemper pro factione. cujus infinita huc congererem exempla, niſi rem per ſe ſatis notam opera mea notiorem facere ſuperſederem. quod igitur heic partes vocat, paulo inferius factionem nominat, *poſtea iterum re bene geſta prodita eſt factio quæ illi concinnata fuerat.* partes igitur quorumdam ſuſpectum Marco fecerunt Pertinacem, atque ideo remotus eſt. malè ſentient qui negabunt hæc eſſe vera.

6 *Vexillis regendis aſcitus eſt.*] Vexilla heic interpretantur cohortes veteranorum ad ſigna retentorum. de vexillariis legionum plura infra dicemus. ſed de his minime accipiendum hoc loco. non enim illi in cohortes diviſi, nec vexillariorum legionis cohortes quiſquam legit. in exercitu Romano ſemper legiones & auxilia fuiſſe notius quam ut dici debeat. auxilia in cohortes diviſa, cohortes in vexilla. itaque cohortes ſemper de auxiliis, & vexilla de cohortibus. ſic vexilla ſunt auxilia. Livius lib. XXXIX. *quattuor millia militum amiſſa & legionis ſecundæ ſigna tria, undecim vexilla ſocium nominis Latini.* vexillares cohortes dicuntur Tacito Hiſt. lib. II. *tertiadecimæ legionis vexillum, quattuor auxiliorum cohortes & quingenti equites in ſiniſtro locantur.* quas heic auxiliorum cohortes dixit, paulo poſt vexillares cohortes appellat: *dextra fronte prima legio inceſſit: cum duobus vexillaribus cohortibus, & quingentis equitibus.* nihil cauſæ eſt cur vexillares ibi cohortes in auxiliares mutemus cum doctiſſimis viris. ſic idem Hiſt. lib. III. vexillarios è cohortibus vocat, ut diſtinguat à vexillariis legionum. at vexillarii è cohortibus ſunt auxiliarii. *Antonino vexillarios è cohortibus & partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus.* ſic dux vexillorum in antiqua inſcriptione, eſt qui alio lapide præfectus auxiliorum dicitur. LEG. AUGG. PROPR. PANNON. SUPER. DUCI. VEXILL. Id eſt Duci vexillorum. item in alio ſaxo: DUCI. VEXILL. III.

quo munere approbatus, lectus eſt in ſenatum. Poſtea iterum re bene geſta, prodita eſt factio quæ illi concinnata fuerat: Marcuſque imperator, ut compenſaret injuriam, prætorium eum fecit, [1] & primæ legioni regendæ impoſuit: ſtatimque Rhetias & Noricum ab hoſtibus vindicavit. Ex quo eminente induſtria, ſtudio Marci imperatoris [2] cos. eſt deſignatus. Extat oratio apud Marium Maximum, laudes ejus continens, & omnia vel quæ fecit vel quæ perpeſſus eſt. & præter illam orationem, quam longum fuerit connectere, ſæpiſſimè Pertinax à Marco & in concione militari & in ſenatu laudatus eſt: doluitque palam Marcus [3] quòd quum ſenator eſſet, præfectus prætorii fieri à ſe non poſſet. Caſſiano motu compoſito, è Syria ad Danubii tutelam profectus eſt, atque inde Mœſiæ utriuſque, mox Daciæ regimen accepit. Bene geſtis 3
his provinciis, Syriam meruit. [4] Integrè ſe uſque ad Syriæ

PER. ITALIAM. EXERCITVS. is ut dixi in aliis inſcriptionibus vocatur, *præpoſitus auxiliorum.* item in alia: *præpoſitus vexillationibus.* nam vexillatio & vexillum idem. at vexillationes apud recentiores, ut Vegetium & alios, de equitibus tantum dictæ. vexilla igitur hoc loco auxilia ſunt intelligenda: & Pertinax qui regendis vexillis aſcitus eſſe dicitur, dux vexillorum vel auxiliorum præpoſitus intelligi debet. at vexilla aut vexillarii cum de veteranis dicuntur ſub ſigno ac vexillo retentis, nunquam vexillarii aut vexilla ſunt ſimpliciter, ſed vexillarii legionum. ut *tertiæ decimæ legionis vexillum* apud Tacitum: & *cum vexillis nonæ, ſecundæque, & vicesimæ Britannicarum legionum.* & alibi: *cum vexillariis trium Britannicarum legionum.* de quibus nos alibi fuſius.

CASAVBONUS.

1 *Et primæ legioni regendæ impoſuit.*] Legiones primæ erant plures: ſed cognominibus diſtinguebantur. Prima Italica Neronis, prima Adjutrix Galbæ, & prima Minervia Domitiani. videtur hic prima Adjutrix intelligi, quam in Pannonia locat Dio.

2 *Coſ. eſt deſignatus.*] Inter ſuffectos: geſſitque abſens, collega Didio Juliano, qui ei ſucceſſit. nam conſul ordinarius ante ultimum Commodi annum non fuit. & tamen hunc quoque conſulatum invidioſum Pertinaci apud multos fuiſſe, ob ſordidam originem, declarat Dio in vitâ Marci. De anno hujus conſulatus dicemus mox.

3 *Quòd cùm ſenator eſſet.*] Expoſuimus ad ſuperiorem vitam.

SALMASIUS.

3 *Quod quum ſenator eſſet, præfectus prætorii fieri à ſe non poſſet.*] Palatinus & vetus editio: *quod ſenator eſſet.* omnino legendum: *doluitque palam Marcus quod ſenator eſſet, & præfectus prætorii à ſe fieri non poſſit.*

CASAUBONUS.

4 *Integrè ſe uſque ad Syriæ regimen*

Syriæ regimen Pertinax tenuit : poſt exceſſum verò Marci, pecuniæ ſtuduit : quare etiam dictis popularibus eſt laceſſitus. Curiam Romanam poſt quatuor provincias conſulares, quia conſulatum abſens geſſerat, jam dives ingreſſus eſt, [1] quum eam ſenator antea non vidiſſet. Juſſus eſt præterea ſtatim à Perenne in Liguriam ſecedere in villam paternam.[2] Nam [3]pater ejus

Pertinax tenuit.] *Se tenuit,* διεβίω, egit. σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς διῆγε. ſed non diſpliceat *integrum.* ἄμεμπτον ἑαυτὸν διετήρησε.

1 *Cùm eam ſenator antea non vidiſſet.*] Jam illa tempeſtate multi Romani erant ſenatores, qui Romam raro commearent : nonnulli qui vidiſſent nunquam, ut alio loco diximus. poſt tempora verò Conſtantini etiam legibus & conſtitutionibus principum opus fuit, ut compellerentur Romam venire ſenatores. Lege in Codice Theodoſiano titulum quartum libri ſexti.

2 *Nam pater ejus tabernam coactilitiam in Liguria exercuerat.*] Omnino ſcribendum *coctiliariam*, ut pridem viri docti monuerunt generaliore voce uſus, idem ſignificavit ſtatim initiò, lignariam negotiationem appellans. at coctiliarii ſunt illi, qui non quævis ligna, ſed coctilia tantum parant venduntque. Græci, & Latini etiam multi, acapna dicunt. Artem hanc paucis deſcribit Theophraſtus libro quinto Hiſtoriarum : δριμύτατος, inquit, ὁ καπνὸς συκῆς, καὶ ἐρινεοῦ, καὶ ἔτι ἄλλο ὀπῶδες. αἰτία δ' ἡ ὑγρότης· φλοιωθέντα δὲ καὶ ἀποβρεχθέντα ἐν ὕδατι ἐπιρρύτῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ξηρανθέντα, πάντων ἀκαπνότατα, καὶ φλόγα μαλακωτάτην ἀφίησι. Erant & aliæ rationes acapna ligna parandi : nam, ut Cato docet, cocta ſole & conſperſa amurca fumum non faciunt. Iſti ſunt quos olim admiratus Anacharſis dixit, τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπειν, τὰ δὲ ξύλα εἰς τὴν πόλιν κομίζειν. ferè enim qui coctiliariam faciebant, in montibus degebant, aut ſylvis, ut hujus pater in Apennino. Coctilia iſta ut plurimùm in batillis accendebant, ut docemus ad Trebellii Claudium. In regio & Puteani, atque etiam Politiani corruptè *cratiliariam*, vel *cratiliciam.*

GRUTERUS.

3 *Pater ejus tabernam coactiliariam.*] Sic proximè Palatinus, nempe *coctiliriam.* litterâ unâ tantum tranſpoſitâ.

SALMASIUS.

2 *Nam pater ejus tabernam coactiliciam.*] Scribe : *coctiliciam.* nam libri omnes *coactiliciam* ſcribunt. *coctiliciam tabernam* vocat, quæ coctilibus lignis erat inſtructa, in qua coctilia vendebantur. aliud enim fuit coctiliarium eſſe, aliud coctiliciam tabernam exercere *coctiliarii* dicebantur, qui coctilia ligna in ſylva faciebant. ſic *lintearii*, qui lintea : *reſtiarii*, qui reſtes. at *tabernæ coctiliciæ exercitor* is erat, qui negotiabatur, & coctilia ligna promercalia habebat. quare nolim heic cum Scaligero legere : *coctiliariam tabernam.* nulli enim ita libri. at *coctiliarii* ſunt πιλοποιοί. & *coactilaria*, πιλοποιητική. de quibus nos alibi. Coctilia autem ligna dicebantur, unde & lignariam negotiationem ſupra dixit cum intelligeret hanc coctiliciam. coctilia igitur differebant à carbonibus : carbones enim ligna dici non poſſunt. coctilia erant, cocta quidem ligna, ſed non ad plenum,

jus tabernam coctiliciam in Liguria exercuerat. Sed
poſteaquam in Liguriam venit, multis agris coem-
ptis, tabernam paternam [1] manente forma priore, infi-
nitis ædificiis circundedit: fuitque illic per triennium
& mercatus eſt per ſuos ſervos. Occiſo ſanè Perenni,
Commodus Pertinaci ſatisfecit, [2] eumque petiit [3] per
literas ut ad Britanniam proficiſceretur: profectuſque
milites ab omni ſeditione deterruit, quum illi quem-
cumque imperatorem vellent habere & ipſum ſpecia-
liter Pertinacem. Tunc Pertinax malevolentiæ no-
tam ſubiit, quòd dictus eſt inſimulaſſe apud Commo-
dum affectati imperii Antiſtium Burrum, & Arrium
Antoninum. [4] Et ſeditiones quidem contrà ipſe com-
peſcuit in Britannia: verùm ingens periculum adiit:
ſeditione legionis penè occiſus, certè inter occiſos re-
lictus. quam quidem rem idem Pertinax acerrimè
vindicavit. Denique poſtea veniam legationis petiit,
dicens ſibi ob defenſam diſciplinam infeſtas eſſe legio-
nes. Accepto ſucceſſore, alimentorum ei cura man- 4
data eſt, [5] deinde proconſul Africæ factus eſt. In quo
proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur,
[6] vaticinationibus earum quæ de templo Cæleſtis e-
mer-

num, neque ita ut carbones videri poſſint. at carbones penitus & ad plenum erant cocti. de quibus inferius plura ſcribemus.

CASAUBONUS.

1 *Manente forma priore.*] Scripti, *fortuna*, contra auctoris mentem.

2 *Eumque petiit per literas.*] *Petere aliquem* pro rogare, apud Marcellinum & alios, contra morem vetuſtiorum.

6 *Vaticinationibus earum quæ de templo Cœleſtis emergunt.*] Idem in vita Macrini, *Vates Cœleſtis apud Carthaginem deo repleta ſolebat vera canere.* Cœleſtis Carthaginenſium dea omnibus nota: ſed illa pauciſſimis, quæ de Phœnicum ac Pœnorum diis è denſiſſimis tenebris in claram lucem protulit δαιμόνιος ἀνὴρ Joſephus Scaliger.

GRUTERUS.

3 *Per litteras ut ad Britanniam proficiſceretur.*] Vox *ad* non viſitur in Palatin. à manu primà, ut nec pronomen *per*.

SALMASIUS.

4 *Et ſeditiones quidem contra ipſe compeſcuit in Britannia.*] Lege: *& ſeditiones quidem contra ſe compeſcuit in Britannia: verum ingens periculum adiit. contra ſe* pro contra eum, nempe Commodum. ſic *ſuum* pro *ejus*. Britanni enim contra Commodum imperatorem eligere volebant: quam ſeditionem compeſcuit Pertinax.

5 *Deinde proconſul Africæ factus eſt.*] *Proconſule.*

mergunt. Poſt hoc præfectus urbi factus: in qua præfectura poſt Fuſcianum hominem ſeverum, Pertinax mitiſſimus & humaniſſimus fuit, [1] & ipſi Commodo plurimùm placuit, [2] quia ille eſſet iterum, quum Pertinax factus eſt. [3] Tunc Pertinax interficiendi Commodi conſcientiam delatam ſibi ab aliis non fugit. Commodo autem interempto, Lætus præfectus prætorii & Electus cubicularius [4] ad eum venerunt ut eum confirmarent, atque in caſtra duxerunt. Illic Pertinax milites alloquutus eſt. [5] Donativum promiſit, ingeri ſi bi imperium à Læto & Electo dixit. Fictum eſt autem quod morbo eſſet Commodus extinctus, [6] quia & milites, ne tentarentur, pertimeſcebant. Denique

CASAUBONUS.

1 *Et ipſi Commodo plurimùm placuit, quia ille eſſet iterum, cùm Pertinax factus eſt.*] Videtur Capitolinus hoc ſignificare: priorem Pertinacis conſulatum, de quo antè dixit, eo anno fuiſſe ab illo geſtum, quo ſecundùm Conſul fuit Commodus; hoc eſt anno priuſquam excederet Marcus. aliter hæc verba accipi poſſe non videntur Sed mirum eſt, cur Pertinax Commodo plurimum placuerit, hanc à Capitolino rationem afferri: frigidam penitus, ſi quid judico, & propè nullam. Sed non eſſe ſincerum locum ipſa oratio arguit, inconcinna ſatis & quæ neque aures neque mentem expleat. Non dubito deeſſe hic aliquid, & fortaſſe etiam pluſcula verba: quantumvis membranæ veteres vitium diſſimulent.

3 *Tunc Pertinax interficiendi Commodi conſcientiam delatam ſibi ab aliis non fugit.*] Si de conjuratione Marciæ & Læti & Electi qui Commodum non interemerunt, ſentit Capitolinus, haud dubiè fallitur. nam Pertinax de eo conſilio reſcivit nihil quicquam. adi ad Herodianum. Julianus tamen imperator idem ſcribit cum Capitolino.

5 *Donativum promiſit.*] In ſingulos denariûm trina millia: ſive aureos hodiernos circiter ccc.

GRUTERUS.

2 *Quia ille eſſet iterum, cùm Pertinax factus eſt.*] Pal. *illi*, item es. locus proculdubio mendoſus.

SALMASIUS.

2 *Quia ille eſſet iterum, quum Pertinax eſt factus.*] Palatinus cum prima editione: *quia illi eſſet iterum, quum Pertinax eſt factus.* & hoc tantum variant ab editis, quod *illi* habent, non *ille*. tempus veniet fortaſſe cum hunc locum capiam. nunc non capio. quod ingenue fateri malo quam mihi lectorique per varias & arceſſitas correctiones & interpretationes illudere.

4 *Ad eum venerunt ut eum confirmarent.*] Pal. & ed. Med. *confirmarunt*. ſcribe: *Commodo autem interempto, Lætus præfectus prætorii & Electus cubicularius, ad eum venerunt, & eum confirmarunt, atque in caſtra duxerunt.*

CASAUBONUS.

6 *Quia & milites ne tentarentur pertimeſcebant.*] Ait *& milites*, quia & Pertinax ad quem priùs venerant Lætus

nique à paucis primùm eſt Pertinax Imperator appellatus. Factus eſt autem ſexagenario major imperator, [1] prid. Cal. Januarias. De caſtris nocte quum ad ſenatum veniſſet, & [2] cellam curiæ juſſiſſet aperiri, [3] neque inveniretur æditus, in templo Concordiæ reſedit. Et quum ad eum Claudius Pompejanus gener Marci veniſſet, caſumque Commodi lacrymaſſet, eum hortatus eſt Pertinax ut imperium ſumeret: ſed ille recuſavit, quia jam imperatorem Pertinacem videbat. Statim ergo omnis magiſtratus cum conſule ad curiam venerunt, ingreſſumque [4] Pertinacem nocte imperatorem appellaverunt. Ipſe autem Pertinax poſt laudes ſuas à conſulibus dictas, & poſt vituperationem Commodi acclamationibus ſenatus oſtenſam, egit gratias ſenatui, & præcipuè Læto præfecto prætorii, quo autore & Commodus interemptus & ipſe imperator eſt factus. Sed quum Læto gratias egiſſet Pertinax, Falco conſul dixit, *Qualis imperator es futurus, hinc intelligimus quòd Lætum & Martiam miniſtros ſcelerum Commodi poſt te videmus.* cui Pertinax reſpondit, [5] *Juvenis*

Lætus & Electus, diu ne tentaretur timuit: neque Commodi cædem priùs credidit, quàm per ſuorum unum exploraſſet, cui cadaver eſt oſtenſum. hoc pluribus declarant Dio & Herodianus: etiam Capitolinus ſubobſcurè cùm dixit modo, *ut eum confirmarent.*

1 *Pridie Cal. Januarias.*] Regius, *Kalendis Januariis.* idque veriſſimum eſt. nam Commodus occiſus eſt pridie Calendas: noctis autem illius pars multò maxima præterierat priuſquam in Caſtra adductus Pertinax à prætoriis militibus ſalutaretur Imperator: neque multò antè quàm illuceſceret, imperium illi in ſenatu confirmatum. Kalendis igitur acta, quæ poſt mediam noctem geſta.

2 *Cellam curiæ.*] *Cella* veteribus quæ *capella* amiſſa Latinitate dicta eſt, *ναίδιον*, ſacellum. Semper autem cellam Curiæ priùs quàm Curiam ingrediebantur, ex Auguſti præcepto. Suetonius libro ſecundo cap. XXXV. vocem *æditum* ex regio reſtituimus. ſic & Puteani.

4 *Pertinacem nocte imperatorem appellarunt.*] Dio ait, *νυκτὸς ἔτι οὔσης.* hoc eſt, appetente die, ut modò dicebamus. Herodianus diem planè jam ait exortum.

GRUTERUS.

1 *Prid. Kal. Januarias.*] Ita Pal. ſed compendio ſcripturæ tali. PRID. KAL. JAN.

3 *Neque inveniretur æditus.*] Sic etiam fere Pal. *æditus* nimirum. nam malè vulgg *aditus.*

5 *Juvenis es conſul, nec parendi ſcis neceſſitatem.*] Palatinus *neceſſitates,* non

venis es conſul, [1] *nec parendi ſcis neceſſitatem. Paruerunt inviti Commodo, ſed ubi habuerunt facultatem, quid ſemper voluerint oſtenderunt.* Eadem die qua Auguſtus eſt appellatus, [2] & Flavia Titiana uxor ejus Auguſta eſt

non pejus, ſi non melius. & neceſſitas profectò plurimum nos cogit. Unde & inter fragmenta Salluſtii Lepidus Conſul oratione ſua ad populum: *At objectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum: quod quidem ſcelerum illius vel maximum eſt, non me, neque quemquam omnium ſatis tutum fuiſſe, ſi recte faceremus.* Verum nos de hac neceſſitate plura, ad Taciti illud: *Ille nihil ex his ſponte ſuſceptum, ſed Principi paruiſſe defendebat.* l. XIII. Ann. c. 43. addatur etiam ejuſdem auctoris liber IV. Hiſt. cap. 8. m. *nec minus ſibi anxiam talem amicitiam, quam aliis exſilium.*

SALMASIUS.

1 *Nec parendi ſcis neceſſitatem.*] *Neceſſitates.* Palatinus.

CASAUBONUS.

2 *Et Flavia Titiana uxor ejus Auguſta eſt appellata.*] Decreto ſenatus Auguſta eſt appellata: ſed eum honorem ab ea recipi noluit Pertinax. ut mox ſubjicitur, & pluribus Dio, qui & cauſſam adjicit. Cæterùm totus locus in vulgatis ſcriptiſque libris perturbatus, concipiendus hoc modo: *Eadem die qua Auguſtus eſt appellatus, & Flavia Titiana ejus uxor eſt appellata, eis horis quibus ille in Capitolio vota ſolvebat: prima ſanè omnium ea die, qua Auguſtus eſt appellatus. Etiam patris patriæ nomen recepit.* Vidit ante nos Juſtus Lipſius, qui & totum locum in Notis ad Plinii Panegyricum eruditiſſimè eſt interpretatus.

SALMASIUS.

2 *Et Flavia Titiana uxor ejus Auguſta eſt appellata. His horis.*] Perturbatus hic locus in omnibus libris. nec melius concipiunt eruditi viri ſic igitur eum conſtitue: *Eadem die qua Auguſtus eſt appellatus, his horis quibus ille in Capitolium vota ſolvebat. Primus ſane omnium ea die qua Auguſtus eſt appellatus, etiam patris patriæ nomen recepit, nec non ſimul etiam imperium proconſulare, nec non jus quartæ relationis. quod ominis locum fuit Pertinaci.* perperam enim illi eruditiſſimi viri, quos dixi, diſtinguunt: *Prima ſane omnium qua Auguſtus eſt appellatus.* ut ad uxorem Titianam referatur, quæ omnium prima Auguſta ſit appellata, quo vir ejus Auguſtus eſt appellatus. ratio inquam eos fugit. Nam de Pertinace accipiendum, cui etiam omini fuere iſtæ omnes ſimul & *ἀθρόως* congeſtæ cum Auguſti nomine appellationes. primus igitur omnium eo die quo eſt Auguſtus appellatus, etiam patris patriæ recepit, & alias quæ ſequuntur appellationes. cum alii id differrent, nec niſi ſero ſuſciperent, ut de Antonino Pio tradit Capitolinus: *Patris*, inquit, *patriæ nomen delatum à ſenatu quod primo diſtulerat, cum ingenti gratiarum actione ſuſcepit.* non mirum igitur, ſi præceps iſta honorum continuatio viſa eſt omini fuiſſe Pertinaci, quam & in Alexandro Severo excuſare nititur ut inſolentem & inuſitatam Lampridius his verbis: *Accepit imperium quum ante Cæſar à ſenatu eſſet appellatus, mortuo ſcilicet Macrino, Auguſtumque nomen idem recepit: addito eo ut & patris patriæ nomen & jus proconſulare & tribunitiam poteſtatem & jus quintæ relationis deferente ſenatu uno die aſſumeret. & ne præceps iſta honorum continuatio videatur, exponam cauſas quibus id & ſenatus coactus eſt facere & ille perpeti. non enim aut gravitati ſenatus congruebat omnia ſimul deferre, aut bono principi raptum ire tot ſimul dignitates.* quæ verba integra eo adduxi ut vice

eſt appellata. His horis quibus ille in Capitolium vo-
ta ſolvebat, [1] primus ſanè omnium ea die qua Augu-
ſtus eſt appellatus, etiam patris patriæ nomen recepit:
[2] necnon ſimul etiam imperium proconſulare, [3] nec-
non jus quartæ relationis, quod ominis loco fuit Per-
tinaci. Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod
tunc vacuum erat, quia Commodus [4] in Vectilianis
occiſus eſt, petenti ſignum prima die tribuno dedit,
Militemus, exprobrans utique ſegnitiem temporum
ſuperiorum: quod quidem etiam antè in omnibus du-
catibus dederat. Exprobrationem autem iſtam mi- 6
lites non tulerunt, ſtatimque de imperatore mutando
cogitarunt. [5] Ea die etiam ad convivium magiſtratus
& proceres ſenatus rogavit, quam conſuetudinem
Commodus prætermiſerat. Sanè quum poſtero Ca-
len-

ce interpretamenti eſſe poſſint huic loco, nec aliud deſideraretur confirmandæ diſtinctioni noſtræ.

GRUTERUS.

1 *Primus ſanè omnium ea die qua Auguſtus, &c.*] Nihil abit ab hac ſcriptura Palatinus: neque temere acceſſerim aliorum emendationibus, cùm eis contradicat nexus verborum ſequentium.

CASAUBONUS.

2 *Necnon ſimul etiam imperium proconſulare.*] De hoc ſatis ad Pium. delatum eſſe ſimul cum imperatoris nomine, mirum nihil. nam & proconſulare imperium, & tribunitia poteſtas neceſſariò cohærent majeſtati imperatoriæ.

3 *Necnon jus quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci.*] Jus relationis, quod Auguſtis ſolitum attribui, expoſuimus ad Suetonium, libro primo: neque nunc reperimus. Quòd autem viri magni omen hîc in numero ponunt quartæ relationis, cùm eſſet moris tertiam vel quintam deferre: nolim ire inficias, etiam iſtud fortaſſe Capitolinum ſpectaſſe: cæterùm omen præcipuum ſine controverſia in eo potiùs fuit, quòd contra conſuetudinem omnes Auguſtorum honores ita ſimul & ἀθρόως in Pertinacem eſſent congeſti. citò enim periturum illum augurati ſunt, qui ſic repentè ac confertim omnia nactus eſſet, quæ multis annis priores principes meruiſſent. Atque hoc quia inſolẽns fuerat & contra priora exempla, in principibus inſecutis rarò eſt uſurpatum: etſi factum interdum. vide Lampridium Alexandro Severo, & quæ ibi notamus.

4 *In Vectilianis.*] In ædibus Vectilianis, de quibus in ipſius vita. apud Herodianum initio ſecundi, βασίλει☉ αὐλὴ, non eſt palatium, ſed domus Vectiliana, vel ejus veſtibulum, ubi excubabant οἱ σωματοφύλακες. ubicunque princeps, ibi aula.

5 *Ea die etiam ad convivium magiſtratus & proceres ſenatus rogavit.*] Ea dies, fuit Kalendarum anni novi: quam ludis, jocis, conviviis, munuſculorumque miſſitationibus atque omni genere feſtivitatum celebrabant Romani.

1 Leſtiʒ

lendarum die ſtatuæ Commodi dejicerentur, gemuerunt milites: ſimul quia iterum ſignum idem dederat imperator. Timebatur autem militia ſub ſene imperatore. Denique tertium Nonarum diem Votis ipſis milites Triarium Maternum [1] Laſcivium, ſenatorem nobilem, ducere in caſtra voluerunt, ut eum rebus Romanis imponerent: ſed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, & poſt ex urbe diſceſſit. Timore ſanè Pertinax coactus, omnia quæ Commodus militibus & veteranis dederat, confirmavit. [2] Suſcipere ſe etiam imperium à ſenatu dixit, quod jam ſponte inierat. Quæſtionem majeſtatis penitus tulit [3] cum jurejurando. Revocavit etiam eos qui deportati fuerant crimine majeſtatis, [4] eorum memoria reſtituta qui occiſi fuerant. [5] Filium ejus Pertinacem ſenatus Cæſarem appellavit. Sed Pertinax nec uxoris Auguſtæ appellationem recepit, & [6] de filio dixit, [7] *Quum meruerit*. [8] Et quum Commodus [9] allectionibus innumeris

1 *Laſcivium.*] Regius, *Laſgurum.*

2 *Suſcipere ſe etiam imperium à ſenatu dixit, q.*] Dixit in ſenatu. verba Pertinacis referunt Herodianus & Dio. eò autem hæc referenda, etſi poſita loco non ſuo.

3 *Cùm jurejurando.*] Huc pertinent iſta Dionis: καὶ ἐπώμοσε μηδέποτε τοιαύτην δίκην προσδέξεσθαι.

4 *Eorum memoria reſtituta qui occiſi fuerant.*] Contra legem Corneliam, quam & Cicero Conſul propter publicam utilitatem firmavit. Dio, τὴν ἀτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀδίκως πεφονευμένων. lege totum locum: eſt enim eximius.

6 *De filio dixit, Cùm meruerit.*] Suetonius de Auguſto: *Numquam filios ſuos commendavit ut non adjiceret, Si merebuntur.* Marcus ad Verum: *Planè mei liberi pereant, ſi magis amari merebitur Avidius, quàm illi, & ſi Reip. expedit Caſſium vivere quàm liberos Marci.*

GRUTERUS.

5 *Filium ejus Senatus Cæſarem appellavit.*] Sic Pal. nam vulgg. infarcierant, *Filium ejus Pertinacem Senatus.*

7 *Cùm meruerit.*] Egregia vox, ſed quâ uſi etiam alii. Suetonius de Auguſto cap. 56. *Numquam filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret, Si merebuntur.* Eo ſpectat & illud Marci Philoſophi: *Planè liberi mei pereant, ſi magis amari merebitur Avidius quàm illi, & ſi Reipublicæ expedit Caſſium vivere, quàm liberos Marci.* Vulcatius in vita Avidii cap. 2. f.

SALMASIUS.

8 *Et quum Commodus allectionibus innumeris prætorios miſcuiſſet.*] Miror eruditos viros lectionem membranarum reſpuiſſe quæ ſola vera eſt, *& quum Commodus allectionibus innumeris prætorias miſcuiſſet.* prætoriæ enim allectiones dicuntur, quibus prætores allegantur, ut ſenatoriæ quibus ſenatores.

meris prætorios miſcuiſſet, ſenatuſconſultum Perti-
nax fecit, juſſitque eos qui præturas non geſſiſſent,
ſed allectione accepiſſent, poſt eos eſſe qui verè præto-
res fuiſſent. Sed hinc quoque grande odium ſibi mul-
torum commovit. [1] Cenſus retractari juſſit: [2] dela- 7
tores vinctos graviter puniri juſſit, & tamen molliùs
quàm priores imperatores unicuique dignitati, ſi de-
lationis crimen incurreret, pœnam ſtatuens. Legem
ſanè tulit [3] ut teſtamenta priora non priùs eſſent irrita
quàm alia perfecta eſſent, neve ob hoc fiſcus aliquan-
do ſuccederet. [4] Ipſeque profeſſus eſt nullius ſe adi-
turum hereditatem, quæ aut adulatione alicujus dela-
ta eſſet, [5] aut lite perplexa, [6] aut legitimi heredes, &
neceſſarii privarentur: addiditque ſenatuſconſul-
to

natores. cum igitur ante Commodum alii honores allectione ſumerentur, ſola prætura non ita accipiebatur. Commodus autem aliis innumeris allectionibus etiam prætorias miſcuit. non aliter potuit aut debuit loqui Capitolinus.

CASAVBONVS.

9 *Allectionibus innumeris prætorios miſcuiſſet.*] Malè ſcripti, *prætorias.* Prætorii ſunt ſenatores prætura functi, vel ornamentis prætoriis donati: quod ſolitum fieri ab imperatoribus; ſed cum judicio, & pro meritis in Remp. Commodus vero adulatores & voluptatum miniſtros inter prætorios adlegerat, ut loquitur Plinius in epiſtolis. *Miſcere* pro inquinare. Græci dicunt κυκᾶν. Sed præſtat referre ad ordinem ſedendi.

1 *Cenſus retractari juſſit.*] Iſtæ ſunt cenſuariæ liberalitates, de quibus ad Hadrianum Spartiani.

2 *Delatores vinctos.*] Regius, *certos.* probo. non igitur ſine ratione Petrus Faber pro *vinctos* emendabat *convictos:* quod idem eſt ac certos.

3 *Ut teſtamenta priora non priùs eſſent irrita quàm alia perfecta eſſent.*] Juſtinianus inſtitutionum libro ſecundo, titulo XVII. *Divi Pertinacis oratione cautum eſt, ne aliàs tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, niſi ſequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint.*

4 *Ipſeque profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hereditatem, quæ aut ad.*] Juſtinianus ibidem: *Eadem oratione expreßit, non admiſſurum ſe hereditatem ejus, qui litis cauſſa principem reliquerit heredem,* &c.

6 *Aut legitimi.*] *Ut leg.*

GRUTERUS.

5 *Aut lite perplexa.*] Non omnino inutilia juventuti propoſuimus ſuper hac re, ad illud Taciti lib. 11. cap. 48. *Neque hereditatem cujuſquam adiit, niſi cùm amicitiâ meruiſſet. ignotos, & aliis infenſos, eoque Principem nuncupantes, procul arcebat.*

SALMASIUS.

6 *Aut legitimi heredes & neceſſarii privarentur.*] Lege, *ut,* hoc modo: *ipſeque profeſſus eſt nullius ſe aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicujus delata eſſet, aut lite perplexa, ut legitimi heredes, & neceſſarii privarentur.*

1 *San-*

to hæc verba, [1] *Sanctius eſt P. C. inopem remp. obtinere, quàm ad divitiarum cumulum* [2] *per diſcrimina atque dedecoris veſtigia pervenire.* Donativa & congiaria quæ Commodus promiſerat, ſolvit. Annonæ conſultiſſimè providit. [3] Et quum [4] tantam pecuniam ærarii haberet, ut præter decies H-S non ſe inveniſſe fateretur, [5] coactus eſt [6] ea exigere quæ Commodus indixerat, contrà quàm profeſſus fuerat. Denique aggreſſus eum [7] Lollianus Gentianus conſularis, quòd contrà promiſſum faceret, neceſſitatis rationem accepit. Auctionem rerum Commodi habuit, ita ut & pueros & concubinas vendi juberet, exceptis iis [8] qui per vim Palatio videbantur inſerti. Et de his quos vendi juſſit,

multi

SALMASIUS.

1 *Sanctius eſt P. C. inopem remp. obtinere.*] Palatinus, *ſat ſtatius eſt.* ſcribe: *ſatius eſt P. C. inopem remp. obtinere quam ad divitiarum cumulum per diſcrimina atque dedecoris veſtigia pervenire.*

3 *Et quum tantam pecuniam ærarii haberet.*] Lege: *& quum tanta penuria ærarium haberet.* ad verbum ex Dione: τοσαύτη δ' ἄρα τότε τὸ βασίλειον εἶχεν ἀχρηματία.

GRUTERUS.

1 *Sanctius eſt, Patres conſcripti.*] Palat. prius habuit: *Statius eſt*, ut appareat reſtituendum, *Satius eſt.* nam *Sanctius* ſanè minus heic quadrat.

2 *Per diſcrimina atque dedecoris veſtigia.*] Idem Palatinus, *per diſcriminum atque dedecorum veſtigia.* quomodo olim editi; nec diſplicet. quippe Princeps ditatus artibus malis, & diſcrimen ſubit, & dedecus. tot enim ſibi fecit hoſtes, quot reddidit pauperes.

3 *Et cùm tantam penuriam ærarii haberet.*] Poſtulabat hanc ſcripturam ipſa ſententia: ſicque emendatum in Pal. noſtro. legebatur prius, *pecuniam.*

5 *Coactus eſt ea exigere quæ Commodus indixerat.*] Ita quoque Palat. & rectè. nam aliorum *indulſerat*, eodem redit, eſtque adhuc lenius.

CASAUBONUS.

2 *Per diſcrimina atque dedecoris veſtigia.*] Hæc regii ſcriptura. malim tamen, *per hujus modi crimina.* vel ut ampliſſimo Fabro videbatur, *per iſta crim.*

4 *Tantam pecuniam ærarii haberet, ut præter decies ſeſtertium non ſe inveniſſe fateretur.*] Ad verbum Dio, τοσαύτη δὲ ἄρα τότε τὸ βασίλειον εἶχεν ἀχρηματίαν, ὥστε πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες δραχμῶν μόνας εὑρεθῆναι. ſcribe igitur *penuriam*, non autem *pecuniam.*

6 *Ea exigere quæ Commodus indixerat.*] Regius, *indulſerat*; & ſcribendum ſic.

7 *Lollius Gentianus.*] Eſt is qui ultimo Severi anno Conſul fuit cum Baſſo. aſſentior enim Onuphrio, quem conſule. alius ab iſto Lollius Gentianus cujus meminit Victor junior in Pertinace: ſic enim nominat quem initio hujus libri Capitolinus Lollianum Avitum conſularem. atque ut puto, vel erravit eo loci Victor, vel qui eum exſcripſit.

8 *Qui per vim Palatio videbantur inſerti.*] Hi ſunt quos ex nobilitate Commodus forma diſceptatrice collegerat.

1 Scur-

multi poſtea reducti ad miniſterium, oblectaverunt ſenem, qui per alios principes uſque ad ſenatoriam dignitatem pervenerunt. [1] Scurras turpiſſimorum nominum dedecora perferentes, proſcripſit ac vendidit. Cujus nundinationis pecuniam quæ ingens fuit, [2] militibus donativo dedit. A libertis etiam ea exegit qui- 8
bus Commodo vendente ditati fuerant. Auctio ſanè rerum Commodi in his inſignior fuit. [3] Veſtis ſubtegmine

1 *Scurras turpiſſimorum nominum dedecora perferentes.*] Scribe cum eruditiſſimo Petro Fabro, *præferentes.* de iſtis in vita Commodi. Dio ſic: κωπτίας τινὰς καὶ γελωτοποιοὺς, αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη, αἴσχιω δὲ τὰ ὀνόματα.

2 *Militibus donativo dedit.*] Addit Dio & populo congiarium datum, ſed oppidò tenue, denarios ſingulis centenos, cùm prætorianis darentur trina millia denariûm.

3 *Veſtis ſubtegmine ſerico aureis filis, inſignior per tunicas p.*] Lego, *veſteis ſubtemine ſerico, aureis filis, inſigni opere, tunicas, p.* Conſtanter libri ſcripti indicem hunc rerum Commodi quarto caſu concipiunt, non recto, uno tantùm aut altero loco excepto. quanquam certum eſt tabulas auctionarias & quæ alliciendo emtori proponebantur, & quæ ad rei memoriam inter publica monumenta ſervabantur, aliter ſolitas concipi. hujuſmodi tabulas bonorum ex condemnatione venditorum conficere, & referre in archiva aut ſtelis inſcribere, etiam Athenienſes moris habuerunt. ſicut obſervamus ad Athenæum libro XI. capite VII. Deſcriptiones iſtas appellarunt Græci δημιόπρατα. ſemper autem in illis omnis oratio pendebat à verbo πέπραται. quare apud Julium Pollucem ſæpiſſimè leges, ἐν τοῖς δημιοπράτοις πέπραται. Contra hoc loco, univerſa oratio pendet à verbo VENDIDIT. quod nuſquam tamen poſitum eſt à Capitolino. nihil igitur mutandum cenſemus. at *ſubtemine* meliùs quàm *ſubtegmine.* etſi aliter omnes veteres. Antiquiſſimus mos eſt *ſubtegmen* ſcribere pro *ſubtemen*: ita enim ſcriptum invenies apud Tertullianum, Hieronymum, Auguſtinum, alioſque. Falluntur qui initio libri De pallio corrigunt, *de ſubtegminis ſtudio*, & de diſcrimine inter voces *ſubtegmen* ac *ſubtemen* argumentur. nam Tertullianus intelligit quam Plato τέχνην κερκονητικὴν appellat in Politico: cui affinis eſt quæ ibidem στημονικὴ dicitur, vel potiùs στημονητική. Alibi hæc diligentiſſimè à nobis explicantur: ubi etiam docemus eruditiſſimos viros toto illius libelli principio nihil planè vidiſſe.

SALMASIUS.

3 *Veſtis ſubtegmine ſerico, filis aureis inſignior, per tunicas.*] Nihil certius emendatione Caſauboni: *veſtes ſubtegmine ſerico, filis aureis, inſigni opere.* ſed heic notandum, quod ille prætermiſit. *ſubtegmen*, vel *ſubtemen*, pro ſtamine. veteres contra ſtamen, & ſubtemen ſic diſtinxere, ut *ſtamen* eſſet, quî Græcis στήμων *ſubtemen* idem cum trama quam iidem Græci κρόκην vocant. *fila* vero heic pro ſubtemine. hæ veſtes igitur aureis filis & ſerico ſubtemine ſunt quas Græci χρυσοπήνους appellant. nam πήνη, ſubtemen. veſtes enim aureo ſtamine texi non poſſe notant veteres. Servius ad illud:

Et picturatas auri ſubtegmine veſtes.

id eſt filo quod intra ſtamen currit: quod Perſius tramam dixit,

gmine ſerico, aureis filis inſignior, per tunicas penulaſque,

— *mihi trama figuræ*
Eſt reliqua: at illi tremit omento popa
venter.

nam male quidem ſubtegmen ſtamen accipiunt, quum ſtamen de auro eſſe non poſſit. & recte quidem ille. ſubtegmen igitur hoc loco poſuit Capitolinus pro ſtamine & fila pro ſubtemine, quod intra ſtamen currit. ſic fila pro ſubtemine Cod de veſtibus holou. & aur. leg. IV. *nullæ ſtamina ſubtexantur tincta conchylio, nec ejuſdem infectionis aguto pectine ſolidanda fila decurrant.* ſubtemen antiqui Latinæ linguæ auctores tramam appellaverunt, quod ſubiret ſtamini. at recentiores ſubtemen pro ſtamine ipſo uſurparunt, quod quaſi ſubtexeretur tramæ. ideoque in lege quam paulo ante retulimus *ſtamina ſubtexi* dicuntur. & ſane *ſubtemen*, non ab eo videtur appellatum, quod ſubeat ſtamini, ut vulgo argutantur Grammatici, ſed *ſubtemen* pro *ſubteximen*, formatum eſt. ſic à moveo, movimen, momen: à pono, ponimen, pomen. unde impomen & impomentum. *apo* quod eſt ligo, apimen, amen, unde amentum, religaculum vel lorum. ſero, ſerimen, ſemen. rado, radimen, ramen. unde ramentum. creſco, creſcimen, cremen, unde crementum & incrementum. ſugo, ſugimen, ſumen. ſic dicitur mamma quæ ſugitur. luceo, lucimen, lumen. & alia infinita. ſic ſubtexo, ſubteximen, ſubtemen. ita igitur dictum quod ſtamini ſubtexatur. Gloſſæ: *ſubtemen*, κρόκη, ῥοδάνη. item Græcolatinæ: κρόκη, *trama*, *ſubtemen*. item: ῥοδάνη, *trama*, *ſubtemen*. non defuere tamen ut dixi qui ſubtemen ſtamen ipſum appellarunt, inter quos Capitolinus hic noſter. quoſdam etiam apud Virgilium ita accepiſſe *auri ſubtemen*, teſtis Servius. *ſubtegmen* male ſcribi ex his quæ ſupra poſuimus, ſciri poteſt. ſed quoniam heic ſumus & bella occaſio eſt, cur non totam hanc telæ faciendæ rationem detexi-mus, & multos errores doctiſſimorum virorum una eademque opera deregimus? Primum telam Latini dixerunt, non tantum opus quod texitur, ſed etiam inſtrumentum ipſum in quo texebatur. vulgo dicimus, *le meſtier*. Virgilius:

— *& licia telæ Addere.*

ubi *tela* eſt jugum ipſum cui tela jungebantur, & in quo extendebantur ſtamina. Ovidius:

Mollia barbarica ſuſpendit licia tela.

licia tela ſuſpendere ſic dixit ut Virgilius, *licia telæ addere*. idem alio loco:

Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.

hinc *tela jugalis* apud Catonem, non pro textura ipſa & tela jugo impoſita, ad aliarum telarum diſcrimen quæ acu pinguntur, aut texuntur radio, ſine jugo tamen, ut voluit Turnebus, ſed pro ipſo inſtrumento jugali, in quo tela texitur. nam illo capite jubet Cato in villa ædificanda telas jugales duas fieri, cum ſcamnis, cum feneſtris, cum fullonicis, & aliis id genus. dicebant & telas numero multitudinis pro illis inſtrumentis. Tibullus:

Firmaque conductis adnectit licia telis.

adnectere licia telis, ut *licia telæ addere* Virgilio. ubi perperam Scaliger, *tela* numero plurium textoria inſtrumenta eſſe contendit. Valerius Flaccus:

Dat pictas auro atque ardenti murice veſtes,
Quas rapuit telis formoſa vocantibus auſtris
Hypſipyle.

rapuit telis veſtes, id eſt deſeruit à telis quibus tenebantur: quæ detextæ quidem erant, ſed nondum deſectæ: quæ adhuc in telis erant. nam unaquæque veſtis in ſua tela erat. ſic Græcis τεμεῖν ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ τὴν χλαμύδα. Theocritus: πόσσω κατέτοι ἀπ' ἱστῶ. ἱστὸς enim iidem quoque vocant ligna illa erecta, vel juga qui-

quibus ſtamina intenduntur ad telam faciendam. idem vir doctiſſimus perperam corrigendum putat Senecam epiſtola una & nonageſima, ubi ſic loquitur: *quemadmodum tela ſuſpenſi ponderibus rectum ſtamen extendat.* *tela* enim eſt ἱστὸς vel inſtrumentum vel jugum ſuper quod ſtamen extenditur. pondera autem illa quæ ſuſpendi dicit Seneca ad extendendum ſtamen, Græcis λεῖαι dicuntur. Heſychius: λεῖαι οἷς τείνουσι τοὺς ἱστοὺς τοῦ ὑφαινομένου. *tela* igitur lignum illud erectum vel jugum cui alligabatur ſtamen Græcis pariter & Latinis. Heſychius: ἱστὸς τὸ ὀρθὸν ξύλον τῆς νεὼς καὶ τὸ ὑφαντικόν. Latinis *jugum* unde *tela jugalis* Catoni. ἱστοπέδη etiam dicebatur. Heſychius: ἱστοπέδη ξύλον ὀρθὸν ἐπὶ τῆς τρόπιδος ᾧ προσδεῖται ὁ ἱστός. κελέοντες Græcis dicti· κελέοντες ἱστόποδες καὶ τὰ ἐπιμήκη μακρὰ ξύλα, δοκοὺς, ἱστοὺς καὶ πήγματα. οὕτω φασὶ Σικελοὶ τὰ ξύλα. Latini *pedes telæ*. Gloſſæ: *pedes telæ*, ἱστόποδες. Dionyſius in Baſſaricis de Darſania urbe Indiæ in qua mulieres intra unum diem detexebant:

Ἢ οἳ Δαρσανίην ναῖον πόλιν ἀμφιρυεῖσαν,
Ἔνθα δὲ πίονες γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
Αὐτῆμαρ κερκίζουσιν, ἐφ' ἱστοπόδων τανύουσι,
Αὐτῆμαρ δ' ἱστὸν μέγα τε καὶ ἐξ ἱστῶν ἐρύονται.

uno die ſtamen in tela jugali extenderunt, detexuerunt, & deſecuerunt. primum igitur in tela contexenda, telæ pedes erigere & jugum iis imponere, quod Ovidius, *telam jugo jungere* dixit: Heſiodus ἱστὸν στήσασθαι. deinde ſtamina telæ vel jugo telæ adnectere. quod *telam ſtamine intendere* dixit idem Ovidius, & *ſtamen tela ſuſpendere*. Græci στήμονα στῆσαι. atque inde etymologia τοῦ στήμονος. & ſtaminis. Græcis enim στήμων ἀπὸ τοῦ στῆναι, quod in tela ſtaret. Dorice τάμων: Latine *ſtamen*: ut τέρμων, *termen*. & ſimilia. Attici dicebant προφορεῖσθαι cum telam ſtamine intenderent. Pollux: στῆσαι τὸν στήμονα, ἢ τὰ στημόνια, καὶ προφορεῖσθαι. Heſychius: προφορεῖσθαι τὸ ταῖς διαζομέναις τὸν στήμονα παραδιδόναι. Heſiodus, προϋφαίνεσθαι hoc idem dixit.

Ἱστὸν δὴ στήσασθαι, προϋφαίνεσθαι μέγα ἔργον.

Διάζεσθαι huic rei proprium verbum apud ceteros Græcos. ut apud Latinos, *ordiri*. Græcus verſiculus:

οὐδ' ἐξυφαίνεθ' ἱστὸς, οὐδ' ἐδιάζετο.

Gloſſæ: *ordior telam*, διάζομαι τὸν ἱστόν. *Orditur*, διάζεται. *orſum*, δίασμα. Callimachus:

--- διάσματα φάρεος ἀρχήν.

Græci etymologi dictum volunt, ἀπὸ τῆς διώσεως, τουτέστι διαμερισμοῦ, ἐπεὶ τοὺς στήμονας διαμερίζουσι. Ovidius:

Tela jugo juncta eſt. ſtamen ſecernit arundo.

conſtituto ſtamine, ſequitur ſtaminis cum ſubtemine connexus. Græci συνδέσιν στήμονος vocant: Latini *connexionem ſtaminis*. Vitruvius lib. x. cap. 1. *Attendamus enim primum inventum de neceſſitate ut veſtitus, quemadmodum telarum organicis adminiſtrationibus connexus ſtaminis ad ſubtemen non modo corpora tegendo tueatur, ſed etiam ornatus adjiciat honeſtatem.* Galenus ad Thraſybulum, πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. κρόκῃ στήμοσι διαπλεκεῖσαι ποιοῦσιν ἱμάτιον. Theophylacto hiſt. lib. II. συμπλέκειν τὴν κρόκην τοῖς στήμοσι. κροκοῦσαι uno verbo dicebant. Pollux: τὸ δὲ συνδῆσαι τὸν στήμονα καὶ κροκοῦσαι λέγειν χρή. κρόκος enim filum dicitur vel ſubtemen. κερκίζουσι pro eodem. Dionyſius in Baſſaricis:

Αὐτῆμαρ κερκίζουσιν ἐφ' ἱστοπόδων τανύουσι.

hinc κροκωτὸς veſtis quæ plus ſubteminis quam ſtaminis habeat. tales enim molliores & delicatiores. contra στημόνιοι dicebantur, multo ſta-

 mine,

laſque, lacernas & [1] chirodotas Dalmatarum [2] & cir-

ratas

mine, ac per hoc denſæ & pingues. οἱ γὰρ σήμονες. inquiunt magiſtri Græci, ἅτε στερεώτεροι ὄντες, ἐὰν ὦσι συνεχεῖς, δερματώδες τὸ ὕφασμα ποιοῦσι. Heſychius: στημόνιον ὁ ὑμεῖς καλεῖτε σήμονα ἢ πολύσημον. Κροκωτὸν Scholiaſtes Ariſtophanis interpretatur, ἀπὸ πήνης ἔνδυμα. πήνη idem quod κρόκη. & πηνίζειν idem quod κροκοῦσθαι. ſignificat ſubtemen vel tramam. hinc πηνίον, radius textorius trama involutus. Epigramma Græcum: —— καὶ τὰ τροχαῖα

Πηνία ——

Panuclium & *panucellium* Latini. nam à πήνη, & Dorice πᾶνα, *panucula* & *panucla*, tramæ involucrum, & *panucella*: à *panucella*, *panucellium*: ut à *panucla*, *panuclium*. Gloſſæ: *panucellium*, πηνίον. ita legendum. *panuclium* apud Varronem male ſcriptum eſt pro *panuclium*. nam à *panucla*, ut dixi, *panuclium*. Heſychius: πηνίον, πανίκλιον ἢ ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. & ſciendum eſt Græcis τὸ πῆνος, & πήνην, & πηνίον idem ſignificare: glomum ſcilicet ſubteminis radio textorio involutum. à πῆνος & Dorice πᾶνος, Latine *pannus*, & diminutivum *panucula*, & *panucla*. Nonius: *pannus tramæ involucrum, quem diminutive panuclam vocamus.* à ſimilitudine tumoris quem efficit ita circumvoluta trama, tumorem quoque inguinum, & omnem in corpore tumorem appellarunt *panum* & *panuclam*. Alexander Trallianus: βοηθεῖ δὲ καὶ ἐπὶ σκιῤῥώδων, καὶ πρὸς σκληρὰ κονδυλώματα, νευροτρώτους, δοχιάδας πανίκλας, σκιῤῥωθέντα σπλάγχνα, &c. *pannus* autem proprie, ut Græcis πῆνος, eſt glomus ſubteminis. hinc χρυσόπηνοι veſtes aureis filis textæ, vel aureo ſubtemine. Heſychius: χρυσόπηνη ἡ διὰ χρυσοῦ εἰργασμένη. & χρυσοπηνητὴν διὰ χρυσοῦ εἰργασμένην. in veſtibus igitur auro textis ſemper ſubtemen ex auro fuit. nam & cum veſtibus aurum intexi dicitur, non poteſt capi niſi de ſubtemine. proprie ſiquidem ſubtemen inſeri, & immitti & intexi ſtamini dicitur, non contra ſtamen ſubtemini. Ovidius: —— *ſtamen ſecernit arundo.*

Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod digiti expediunt. ——

& paulo poſt: *Illic & lentum filis immittitur aurum.* Heſiodus: κρόκην ἐν τῷ στήμονι μηρύσασθαι. *ſubtemen ſtamini inducere*, vel *intra ſtamen ducere*, ut loquitur idem Ovidius. Græci tamen recentiores πήνην non pro ſubtemine, ſed pro ſerico uſurparunt. eodem modo μίταξαν, quæ filum vel ſubtemen quodvis ſignificat, de ſerico tantum poſteriores acceperunt. Paulus Silentiarius in ἐκφράσει τῆς μεγάλης ἐκκλησίας:

—— πάντα δὲ πήνης
Νήματα, χρυσοπόροιο τε μίτου
ποικίλλεται αἴγλῃ.

ubi πήνης νήματα, ſtamina ſericea vocat: & χρυσοπόρους μίτους aurea fila, vel auri ſubtemen. Græci enim νῆμα proprie ſtamen dixerunt. & ſubtemen μίτον. Pollux: Πλάτων δὲ ἐφήτιο καλεῖ τὴν κρόκην τὰ δὲ στήμονα νήματα. Latini *licium*. unde *licia telæ addere*: *licia in tela ſuſpendere*: *adnectere licia telis*. ubi licia ſunt ſtamina, καὶ τὰ νήματα. ſubtemen vero μίτον lubentius appellant. hinc πολύμιτα quæ de ſubtemine verſicolore fiunt. varietas enim illa filorum in polymitis fit de ſubtemine. ſic Latine fila ſubtemen appellarunt. ut hoc loco Capitolinus, aurea fila ſubtemen aureum vocat. Paulus Silentiarius, χρυσοπόρους μίτους. confundunt tamen hoc diſcrimen non raro. ſed quod probare initio ſategimus, vero verius eſt, Capitolinum ſubtemen hoc loco pro ſtamine dixiſſe.

CASAUBONUS.

1 *Chirodotas Dalmatarum.*] Dio in

Com-

Commodo, χειροδωτὸν σπελτόν. vide librum ſuperiorem.

2 *Et (irritas militares.*] Regius, *chirritas.* quod inter mendas ejus codicis referimus: nam ea vox neque Græca eſt, neque Latina. Cirratas militares cenſemus cum Joſepho Scaligero, eſſe chlamydes hirtas, quarum in Severo & Alexandro habetur mentio apud Spartianum & Lampridium. Hoc putamus verius, quam ut ſcribatur *citratas*, vel *citroſas*. etſi non neſcimus θυάδες εὔμαζα poëtæ, Latinis dicta citroſas veſtes: cujus appellationis cauſſam diverſe explicant Feſtus & Macrobius. Sed de his alibi, ſi Deus voluerit, accurate.

SALMASIUS.

1 *Chiredotas Dalmatarum.*] Scribe *chiridotas.* mira vero doctiſſimum virum non ſolum *chiredotas* heic agnoſcere, ſed etiam χειροδωτὸν ex Dione referre. etiam in vulgaribus lexicis χειρόδοτοι tunicæ manuleatæ exponuntur. ſed quomodo χειρόδοτον Græcum eſſe poſſit in hac ſignificatione non video. χειρόδοτον eſt quod manu datur, vel in manum. unde χειρόδοτον δάνειον, quod ἀχειρμάζιστον καὶ ἄνευ συμβόλου διδόμενον. at putabam neminem ignorare χειριδωτὸν debere ſcribi de tunica quæ χειρῖδας habeat. καρπωτὸς etiam Græci vocant, quod uſque ad καρπὸν manus pertingant. nam quam χειριδωτὸν Symmachus, καρπωτὸν reddidit Aquila II. Regum cap. XIII.

2 *Et cirratas militares.*] Duplicem poſſunt ſenſum induere cirratæ iſtæ militares. nam aut erunt fimbriatæ, aut villoſæ & hirtæ. cirri enim fimbrias ſignificant quæ per extimam veſtis oram dependent: unde tunicæ cirratæ Phædro Auguſti liberto in jocis:

Ex alticinctis unus atrienſibus,
Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat deſtricta, cirris dependentibus.

tunicam iſtam linteam Ægyptiam à qua cirri dependent, non aliter quam fimbriatam licet intelligere. hujuſmodi autem linteis ſuccincti atrienſes, & lautiora miniſteria. Suetonius in Caligula: *quoſdam ſummis honoribus functos ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuum millia, & cœnanti modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.* in modum ſcilicet atrienſis & miniſtratoris. & falluntur eruditi viri qui ad locum Suetonii notarunt coquos & vilia tantum miniſteria hoc habitu miniſtraſſe. Græci σινδόνας ejuſmodi lintea vocant, erantque cirrata. ideo δίκροσσα vocantur. Pollux: σινδὼν ἐστὶν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ᾽ ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. ea plane tunica eſt linteo Peluſio deſtricta cirris dependentibus, qua atrienſis ille ſuccinctus apud Phædrum. δίκροσσα & δικρόσσια dicebantur hoc eſt *cirrata.* Arrianus in periplo maris Erythræi: προχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα, Ἀρσινοητικαὶ στολαὶ, καὶ ἄβολλοι νόθοι χρωμάτινοι καὶ λέντια καὶ δικρόσσια. Cirri autem ſunt fimbriæ. *cirros* κροσσοὺς interpretatur vetus magiſter. κροσσοὶ Græcis, ut jam nemo neſcit, ſunt fimbriæ. unde κροσσωταὶ veſtes fimbriatæ vel cirratæ. & δίκροσσοι. Pollux: θύσανοι δὲ οἱ λεγόμενοι κροσσοί. ὅθεν καὶ τὰ θυσανωτὰ παρὰ Ξενοφῶντι. τοὺς δὲ θυσάνους καὶ σύλλυβα οἱ ποιηταὶ καλοῦσι. lege: καὶ σίλλυβα οἱ ποιηταὶ καλοῦσι. Heſychius: σίλλυμα, κροσσοὶ, οἱ δὲ ἀνθέμια. ſcribe: σίλλυβα. Euſtathius notat σισύβους θυσάνους dici. corrige σιλλύβους. σίλλυβοι vel σίλλυβα ſunt pelles, quas oræ veſtium adſuebant, & quibus libros integebant. hinc κροσσοὺς, τὰ κάτω τοῦ ἱματίου τὰ ῥαμματώδη. ῥάμματα & παραρράμματα etiam vocabant. & oræ illæ vel limbi vel κροσσοὶ veſtium pellibus plerumque & loris prætexebantur. hinc σίλλυβα pro fimbriis. cirratas etiam poſſumus villoſas interpretari, καὶ ἀμφιμάλλους, quas

ratas militares, [1] purpureaſque chlamydes Græcanicas atque caſtrenſes, & [2] cuculli Bardaici. [3] Et toga [4] armaque

& *μαλλωτὰς* Græci vocant. veteres Gloſſæ: *μαλλὸς, cirra, villus. μαλλωτὸς, villoſus.* hinc *veſtes bicirres* quæ ab utraque parte cirros habent & villos: *καὶ ἀμφίμαλλοι*, hirtæ villoſæque. Gloſſæ: *bicirres, δίμαλλοι, δίκροσσοι.* male *bicerres* vulgo legitur. corruptius etiam *bigerras* ejuſmodi veſtes appellarunt, pro *bicirras*. Iſidorus in Gloſſis *bigerra, veſtis rufa vel villata.* vulgo *bigera*. perperam: nam debet eſſe bigerra pro bicirra. *bivilles* etiam dicebantur ut *bicirres*. eædem Gloſſæ: *bivilles, δίμαλλοι.* male *bibilles* in editis. ſed *cirratas* heic *militares* accipere magis debemus fimbriatas. nam lacernæ militum & penulæ fimbriatæ. vetus interpres Perſii: *Lacerna pallium fimbriatum quo olim ſoli milites velabantur.* lineæ quoque militares, de quibus nos alibi, fimbriatæ. *cirrum* in veſtibus eſſe fimbriam, & cirratum pro fimbriato dici ſatis opinor probavimus: nec pro hirto placet accipi cum doctiſſimis viris. *fibrum* Latini veteres quidquid eſſet extremum, aut in extremitate poſitum dicebant. hinc *fibræ* & *fibriæ*, veſtimentorum oræ & jecoris extremæ partes, & radicum cirri. pro fibris fimbrias dixere poſteriores. eodem modo quo *thenſaurum* pro theſauro: *formonſum* pro formoſo: *cnephonſum* pro cnephoſo ſcribebant. ut autem *cirros* pro veſtium fimbriis & extremis oris, ſic contra *fibras* vel *fimbrias* pro capillorum cirris dixere. Cicero in Gabinium: *fimbriæ cincinnorum madentes.* ubi Servius legit, *fibræ*.

CASAUBONUS.

1 *Purpureaſque chlamydes Græcanicas.*] Dio: *εἶσω ἀν χιτῶνα ὁλοπόρφυρον, χρυσῷ καταπεπασμένον, χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν ἑλληνικὸν τρόπον ἐλάμβανε.* chlamydes Græcanicas præſertim militares purpureas fuiſſe, etiam Suetonius in Nerone ſcribit. Græci paſſim *πορφυροβαφεῖς, ὁλοπορφύρους* & *ἀλουργεῖς*, vel *ἀλουργίδας* vocant.

2 *Cuculli bardaici.*] Hoc eſt bardocuculli. ita enim vocantur & Martiali, & aliis. *Bardiacus*, eidem *ἁπλῶς* metri cauſſa pro bardocucullus illo verſu:

Laſſi Bardiacus quod evocati:

nam ita meliores libri. & fortaſſe hic quoque *cuculli Bardiaci* ſcribendum. è Gallis Santonibus & Lingonibus Romam mitti ſolitos, ex eodem poeta conſtat. Utrum vero à Gallorum Bardis fuerint dicti, an à Bardeis Illyricis, quos aperit nobis ſingularis Gloſſarum locus, nondum plane conſtitui. Obſervabis caſum. rectum enim poſuit pro quarto: niſi aliter ſcripſerat. ſed & mox iterum occurrit idem caſus.

3 *Et toga armaque gladiatoria.*] Mendum ineſſe voci *togæ*, facile aſſentior doctiſſimo Petro Fabro, ac lego, *&* *ſaga ar.*

4 *Armaque gladiatoria gemmis, aureaque compoſita.*] *Λιθοκόλλητα καὶ διάχρυσα*, vel *χρυσᾶ*. nam ſcribit Severus in epiſtola ad ſenatum pro Commodo: *ἀλλ' ἐμονομάχει, νὴ Δία. ὑμῶν δ' οὐδεὶς μονομαχεῖ; πῶς οὖν καὶ ἐπὶ τί τινες τὰς ἀσπίδας αὐτοῦ καὶ τὰ κράνη τὰ χρυσᾶ ἐκεῖνα ἐπρίαντο λέγε;*

GRUTERUS.

2 *Cuculli Bardaici.*] Ita quoque Palatinus, non *Bardiaci*. Etiam in optimo Ms. Pal. legitur illo Martialis verſu lib. IV. Epigr. 5. *Laſſi Bardaicus quod evocati.*

3 *Et toga armaque.*] Nihil variat Palat.

SALMASIUS.

2 *Cuculli bardaici.*] *Bardiaci* ut legantur pro *Bardaici*, quodammodo inclinant docti viri. mihi *Bardaici* magis placent, atque adeo magis veram hanc

hanc opinor eſſe ſcripturam, quam libri retinent, & confirmat ratio. nam *Bardaicus* à *Bardæus*, ut *archaicus* ab ἀρχαῖος: *Achaicus* ab *Achæus*. Bardæi populi ſunt Illyrici à quibus iſti Bardaici cuculli. horum Gloſſæ mentionem habent. *Bardii*, Ἰλλυριοὶ δοῦλοι, οἱ δὲ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννα καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι, &c. melius ſcriberetur, *Bardæi*. Ptolemæo dicuntur Οὐαρδαῖοι in deſcriptione Illyrici: αὖτις δὲ Δαλματίας Δαυέρσοι, ὑπὲρ οὓς μὲν Κορδίοι καὶ Οὐαρδαῖοι. ita vetus liber Palatinæ Bibliothecæ. vulgo, Οὐέρδαιοι. male igitur dubitant viri docti utrum à Bardis Galliæ, an ab iſtis Bardæis cuculli Bardaici dicti ſint. nam à Bardus Bardaicus non poteſt dici. *Liburnicos cucullos* appellat Martialis, & niſi fallor Bardaicos intelligit. Pannoniorum etiam galerorum mentio apud Vegetium, quos pro galeis geſtabant milites ipſius ætate. Bardaici quoque cuculli militare geſtamen. calceos etiam Bardaicos militum reperio appellatos. Juvenalis,

Bardaicus judex datur hæc punire volenti
Calceus & grandes magna ad ſubſellia ſuræ.

nec aliter enim procedit σύνταξις quam hoc modo: *hæc punire volenti datur judex, calceus Bardaicus, & grandes ſuræ.* per quæ militarem judicem intelligit, centurionem aut tribunum, cui grandes ſuræ & calceus bardaicus. incertum igitur utrum de calceo intelligat, an de cucullo Martialis cum inter res male olentes bardaicum militis ponit:

Laſſi bardaicus quod evocati.

ceterum cucullos etiam pedum invenio appellatos, qui *cucullopedones*, & *peducuculli* dicebantur. horum habetur mentio in Notis Tironis & Senecæ. ſic Græcis πῖλος & pedum & capitis dicitur. Heſiodus:

-- κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητόν. --

ἡμιλαώκιον exponunt Grammatici. πῖλος, diminutivum πιλίον, unde *pileum* Latinis. apud eumdem Heſiodum πῖλοι etiam ſunt pedules. ſimiliter Latinis *cudo* utrumque ſignificabat, & galerum vel pileum, & pedule. nam *cudo* eſt πῖλος, à cudendo, *cudere* autem eſt ferire & tundere. hinc quod tundendo & feriendo ex pilis coactis & conciliatis quaſi cuderentur, dicti cudones *udones* tamen pro cudonibus de pedulibus dixere. ſed udo & cudo idem. ſic Aulon & Caulon dicebatur: Coſroena provincia & Oſroena: Coſroes & Oſroës. nec in nominibus tantum Syriacis hoc uſurparunt; ſed paſſim etiam in Latinis ut alibi obſervamus. udones igitur pro cudonibus, quod ex coactili fiebant non lana ſed hircorum pilo, & quaſi ſuccudebantur. atque ita etiam cudones concinnabantur ſive galeri. Cudonem tamen de pelliceo galero dixit Silius. *cudo* proprie eſt πῖλος, & tam de pedum quam de capitis tegmine ſolebat uſurpari, quemadmodum plane Græci πῖλον de utroque dicebant. ſed de his alibi latius. porro *cucullus* Græcæ omnino mihi videtur originationis eſſe. κόκκυς Græcis eſt galea vel galerus. Heſychius: κόκκυς, περικεφαλαία, λόφος. atque inde *cucus* & per deminutionem, *cucullus*. nec prohibet quod duplex κκ in Græco vocabulo, in Latino tantum ſimplex. ſic enim ſolent Latini in vocibus quas è Græco mutuantur. ita τὸ κακκᾷν Græcorum ipſi *cacare* fecerunt. κόκκυς autem & κόκκυξ idem. nam & avem κόκκυω, & galerum quoque κόκκυσα vocaverunt. idem Heſych. inter alias τοῦ κόκκυγος ſignificationes: καὶ λόφος καὶ περικεφαλαία. hinc Latini *cucullum* etiam dixere pro ave, quæ Græcis κόκκυξ. nam ſicut Græcis κόκκυς & κόκκυξ & avem & galerum ſignificat, ita apud Latinos qui Græcam vocem in Latium deduxerunt, *cucullus* & tegmen capitis & avem deſignat.

Et

que gladiatoria gemmis auroque compoſita, [1] & machæras Herculaneas, & torques gladiatorias, [2] vaſaque eluto auro, ebore, argento, citroque compoſita, [3] atque etiam

CASAUBONUS.

1 *Et machæras Herculaneas.*] Enſes iis ſimiles, quos pictores & poëtæ Herculi tribuunt: nam & Commodus alter Hercules. alioquin Herculaneus gladius eſt magnus, ut Ἡρακλεία νόσος, id eſt μεγάλη, interprete Galeno. ſic *lancea Herculanea*, in Claudio. Græcanicos enſes Commodus machæras nominabat voce Græca: quæ eadem eſt & Syrorum מכירה μάχαιρα.

2 *Vaſaque eluto auro, ebore, argento citroque compoſ.*] Elutum aurum eſt, probe purgatum. nam in auro purgando lavationibus multis opus, ut ſcimus è Strabone ac Plinio. in membranis corrupte *eludo.* forſan placeat alicui vaſa è ludo, dici τὰ ἐκ τοῦ τῶν μονομάχων καταγωγίου. id eſt gladiatoria. nobis non placet: nam ſi quid mutandum, ſcribam certa conjectura *electro.* vaſa electrina habes etiam apud Paulum Juriſconſultum lege xxxii. De auro, argento, mundo. pateram electrinam apud Trebellium Pollionem in Quieto tyranno.

3 *Atque etiam phallovitreboli.*] Iterum mutat orationis formam, reditque ad caſum rectum. *Phallovitrebolos*, vel, *phallovitrobelos* appellabat Commodus pocula quæ obſcœnitatem illam figura ſua referebant, quam Græci φαλλὸν. Latini *belum* vocabant. unde *monobeli* in Alagabalo. *belum* pro telo è Græco βέλος poſterior ætas uſurpavit, etiam extra fœditates iſtas. Luithprandus Ticinenſis libro ſecundo, *verſi terga ceu in fugam Hungari directis acriter belis plurimos ſternunt.* Si legas *phallovitrobeli*, erunt ſynonyma tria ad majorem obſcœnitatem à flagitioſiſſimis propudiis conjuncta. juvat quod non e vitro calices hi fuerunt; ſed ex auro, ebore, argento, citro: quanquam & ex iſtis aliter nominari poſſunt, ut pyxis dicitur quæ eſt argentea. Non ſine exemplo autem inſaniam hanc inſanivit Commodus. Plinius libro xxxiii. *Auxere & artes vitiorum irritamenta. In poculis libidines celare iuvat, ac per obſcœnitates bibere.* Juvenalis,

Vitreo bibit ille Priapo.

Vetus Scholiaſtes explicat *in vitreum penem, quos appellant drillopotas.* ubi forſaſſe ſcribendum, *phallopotas*, aut *veretrillopotas.*

SALMASIUS.

1 *Et machæras Herculaneas.*] Vetus editio: *& macheras Herculaneas.* ſic enim ſcribebant: *machera* & *maceras* & ſecundam ejus ſyllabam illius temporis poëtæ correptam enuntiabant, ut in *ſphera* apud Prudentium:

— *ſphera mobilis atque rotunda.*

ſic *macera* apud Adelmum:

Ignes & maceras & rubras vibice virgas.

item:

Idcirco maceram ſtricto mucrone vibrabat.

2 *Vaſaque eluto auro, ebore, argento citroque compoſita.*] Inepta ſunt quæ hoc loco commentantur viri docti de lotione auri & χρυσοψήσεως, quaſi de purgando aut purgato auro heic agatur. reponenda omnino veteris Palatini ſcriptura quam & alii libri ſervant: *vaſaque è ludo, auro, ebore, argento, citroque compoſita.* quod mirifice confirmat Dio, cujus hæc verba ſunt: σύμπαντα γὰρ ὅσα Κόμμοδος ἐπί τε τρυφῇ καὶ ἐς ὁπλομαχίαν ἢ καὶ ἐς ἁρματηλασίαν ἐκέκτητο, ἐς τὸ πωλητήριον ἐξετέθη. omnia igitur vaſa è ludo, hoc eſt quibus in ludo utebatur Commodus, proſcripſit & vendidit Pertinax: τὸ μὲν πλεῖστον, inquit Dio, πράσεως ἕνεκα, ἤδη δὲ καὶ ἐς ἐπίδειξιν τῶν τε ἔργων αὐτοῦ καὶ τῶν διαιτημάτων, καὶ προσέτι καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν ἀγορασομένων αὐτά.

etiam [1] phallovitroboli ex materie eadem, [2] & vaſa Samnitica, calefactandæ reſinæ ac pici [3] divellendis homini-

αὐτοὶ. vaſa è ludo. ſic *mirmillonem è ludo* dixit Suetonius.

3 *A qu etiam phallovitroboli.*] Neſcio quis primum hanc vocem Capitolino dedit. ingenio ſuo ille quiſquis eſt, hanc acceptam retulit: nec enim ſic habent veteres & meliores libri, in quibus ut & in antique excuſis legitur magno conſenſu: *phandovitrobuli.* quam vocem quomodo explicem neſcio. corruptam enim cenſeo, nec rationem emendandi nunc video: quam præſtat intactam ſic relinquere, quam inepta vocabula heic comminiſci biformia, quæ nec Græca ſunt nec Latina, ſed ex utroque compoſita, mera monſtra potius quam voces, ut heic *phallovitrobolus* finxere, pro veretris vitreis ſi diis placet, & poculis quæ virile membrum figurarent. ſed ab illis requiro cur in eodem verbo duæ voces ejuſdem ſignificationis, *phallos* & *bolum*, quorum illa pure Græca, hæc ſemibarbara? deinde quid facit illud *vitri*? an quod ex vitro eſſent facta? atqui ſcribit heic Capitolinus hæc vaſa ex ebore, auro & argento fuiſſe. præterea quibus rationibus moti vitreos priapos interpretabimur quos heic *phandovitrobolos* vocat auctor, cum ne verbo quidem de hujuſmodi vaſis ſentire ſe aperiat? ſcio veteres circa iſtam libidinem etiam nimios fuiſſe: ſed heic nihil tale ſignificari puto. ſatius eſt igitur inſcitiam fateri, quam acumen ingenii velle oſtendere in fingendis novis vocibus aut corrigendis quæ circa ſpem correctionis ſunt depravatæ. poculis autem bibiſſe veteres in Priapi obſcenam figuram formatis teſtis Juvenalis:

— *vitreo bibit ille Priapo.*

Scholiaſtes: *in vitreum penem quos appellant drillopotas.* ubi perperam vir doctiſſimus reponit, *phallopotas* aut *veretrillopotas*. *drillopotas* enim verum eſt. Δρίλλη enim eſt verpa, vel pars illa qua viri ſunt. unde δρίλλος, verpus. Gloſſæ: δρίλλος, *verpus*. vulgo *varus*. perperam. aliæ Gloſſæ: *Verpus*, δρίλος, καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρὸς, λέγεται δὲ καὶ ὁ λειπόδερμος. melius autem per unicum λ ſcribitur: quod oſtendit vetus epigramma Græcum hujus vocis ignoratione male hodie viris doctiſſimis intellectum:

Ἤθελε δριμὺς ἄγαν πεποιθ' Ἱερώνυμος εἶναι.
Νῦν δὲ τὸ δρῖ μὲν ἔχει, λὸς δὲ τὸ μὲν γέγονεν.

hoc eſt δρίλος eſt factus, cum prius eſſet δριμύς. nam doctiſſimus commentator qui χύλος exponit, nugas agit. δρίλος igitur eſt verpus, & δρίλη verpa. unde δριλλοποται.

GRUTERUS.

1 *Phallovitroboli.*] Palatin. *phandovitrobuli.* Vulgata lectio bona eſſe poteſt. quamvis pocula ea non fuerint è vitro. ſæpe enim re mutata, manet tamen nomen. ſic *pyxides* dicimus, quamvis ſint ex auro vel argento.

CASAVBONVS.

2 *Et vaſa Samnitica calefactandæ reſinæ ac pici divellendis hominibus ac levigandis.*] Athenæus libro XII. de populis quibuſdam loquens ſolitis πιττοῦσθαί τε καὶ ξυροῦσθαι καὶ λεαίνεσθαι τὰ σώματα, ſcribit inter cætera: χρῶνται δὲ τούτῳ τῷ νόμῳ πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκούντων, μαθόντες παρὰ Σαμνιτῶν καὶ Μεσσαπίων. jure igitur Samnitica vaſa appellata ſunt quæ ad artem pertinerent, cujus auctores præcipui Samnites. ſine cauſſa emendant nonnulli *Samiaca* aut *Samia*. nam aliter Mſſ.

SALMASIUS.

3 *Divellendis hominibus ac levigandis.*] *Divellere* non aliud eſt quam διασπᾶν

hominibus [1] ac levigandis: necnon vehicula arte fabricæ nova; perplexis [2] diverſiſque rotarum orbibus & exquiſitis ſedilibus, nunc ad ſolem declinandum, [3] nunc ad ſpiritus opportunitatem per vertiginem: [4] & alia iter metientia horaſque monſtrantia & cætera vitiis ejus convenientia. Reddidit prætereа dominis eos qui ſe ex privatis domibus in aulam contulerant. Convivium imperatorium ex immenſo ad certum revocavit modum: [5] ſumptus etiam omnes Commodi recidit.

διασπᾶν & diſcerpere: non igitur heic poteſt locum habere. legendum vero, *devellendis*. *devellere* enim eſt vellere & depilare. quod verbum ſimiliter corruptum eſt apud Suetonium de Domitiano: *erat fama quaſi concubinas ipſe divelleret*. ubi legendum, *develleret*. nam *divellere* & *devellere* ſignificatione ut dixi longe differunt. Plautus Pœnulo:

SY. *Sine pennis volare haud facile'ſt; meæ alæ pennas non habent.*
MI. *Nolito pol develliſſe, jam duobus menſibus*
Volucres tibi erunt hircinæ —

Gloſſæ: ἀποτίλλω, *decerpo, devello*: at *divello, dilacero*, διασπῶ.

1 *Ac levigandis.*] Palatinus: *ac libiginandis*. & ita vetus editio. *forte* pro *leviginandis*. nam *levigare* & *leviginare* pro eodem.

2 *Diverſiſque rotarum orbibus.*] Idem liber: *diviſiſque rotarum orbibus*. nec ſecus editio Mediolanenſis.

3 *Nunc ad ſpiritus opportunitatem per vertiginem.*] Vertiginem heic videntur accepiſſe pro capitis morbo, quo ſæpe tentantur qui in vehiculis poſiti incluſique iter faciunt ſed valide falluntur: per vertiginem enim heic intelligit auctor, vehiculorum ipſorum vertiginem, quæ ſic erant compoſita arte nova fabricæ, ut diviſis & perplexis rotarum orbibus, (nam *diviſis* ibi legendum non *diverſis*) per vertiginem flecti vertique poſſent nunc ad ſolem devitandum, nunc ad captandam auræ & ſpiritus opportunitatem. vertiginem igitur poſuit pro verſatilitate, ſi ita loqui liceat: nec enim aliud nunc verbum occurrit, quo id explicem. ita autem apta vertebris & verticulis erant ut nunc in partem qua ſol eſſet, verſari, nunc in aliam unde aura veniret, facile poſſent.

CASAUBONUS.

3 *Nunc ad ſpiritus opportunitatem per vertiginem.*] Fit enim ſæpe, ut incluſi in vehiculis vertigine tententur: qui auræ ſpiritu in vehiculum admiſſo, ſtatim recreantur.

4 *Et alia iter metientia horaſque monſtrantia.*] Habes apud Vitruvium libro nono in horologiorum fabrica, penſilia, viatoria, & anaporica; ſed quæ non multum huc faciant.

5 *Sumtus etiam omnes Commodi reddidit.*] Hoc quid ſit? lego vero cum Joſepho Scaligero, *reſcidit*. hoc eſt, ad ſoliti dimidium detraxit, ut ſtatim ſequitur.

GRUTERUS.

5 *Sumptus etiam omnes Commodi reddidit.*] Palat. *reddit*. ſed nihil melius conjectaneo maximi Scaligeri, *reſcidit*.

SALMASIUS.

5 *Sumptus etiam omnes Commodi reddidit.*] Contrariam hæc auctoris menti verba ſententiam efficiunt nec enim ſimile veri parciſſimum impera-

dit. [1]Exemplo autem imperatoris quum ille parciùs ſe ageret, ex omnium continentia vilitas nata eſt. Nam imperatorium ſumptum, pulſis non neceſſariis, ad ſoliti dimidium detraxit. [2]Præmia militantibus poſuit. 9
Æs alienum quod primo imperii tempore contraxerat, ſolvit. Ærarium in ſuum ſtatum reſtituit. Ad opera publica certum ſumptum conſtituit. [3]Reformandis ſuis pecuniam contulit: ſtipendia plurimis retro debita exolvit. Obeundis poſtremo cunctis muneribus fiſcum parem fecit. [4]Alimentaria etiam compendia [5]quæ novem annorum ex inſtituto Trajani debebantur, obdurata verecundia ſuſtulit. Avaritiæ ſuſpicione

ratorem longe omnes profuſiſſimi principis ſumptus reddidiſſe. quin etiam illa quæ ſequuntur contrarium manifeſto ſuadent. Palatinus pro *reddidit*, habet *reddit*. ex quo facile facio, *recidit*. illud enim prius *d* corruptum eſt pro *ci*, quod & in aliis ſæpiſſime vocibus vidi accidere. ſic in optimis Gloſſis *Erudna* ſcriptum erat pro *Erucina*. *Erudna*, Ἴσθμος. ita *reddit* hoc loco pro *recidit*. Gloſſæ: ἀποκόπτω, *decido*, *ſubcido*, *recido*. atque ita edidimus.

CASAUBONUS.

1 *Exemplo autem imperatoris cum ille parcius ſe ageret.*] Quis ille? ſed nihil omnino præcedit quo poſſis referre. Lego retracta litera fugitiva, *cum miles parcius ſe a.* omnino ita ſcribi & ſententia poſtulat & hiſtoria.

2 *Præmia militantibus poſuit.*] Regius, *militaribus*, jam ante monuimus *militares* & *populares* dixiſſe pro militibus & populo.

3 *Reformandis ſuis pecuniam contulit.*] Qui iſti *ſui*? ego non ambigo locum eſſe corruptum. Scribo, *reformandis viis.*

4 *Alimentaria etiam compendia.*] Nihil eſt cauſſæ cur emendemus cum viro docto *impendia*. nam utrumque dici poteſt: ſed illud ſervant libri omnes. compendia alimentaria, ſive alimentariorum, ut commoda militiæ.

5 *Quæ novem annorum ex inſtituto Trajani debebantur.*] Reg. *ex inſtitutu.* pro inſtitutione. Videtur autem hoc dicere Capitolinus: non omnibus alimentariis debita fuiſſe alimenta; ſed iis ſolum qui beneficio Trajani primum ad perceptionem frumentariam, id eſt quinque illis millibus puerorum ingenuorum, quibus frumenta dari primus Trajanus inſtituit. auctor Plinius in Panegyrico. ſed de hujus loci ſententia plura eruditiſſimus Lipſius in accuratiſſima diatriba de frumentatione.

GRUTERUS.

3 *Reformandis ſuis pecuniam contulit.*] Veritas eſt, non hariolatio, quod Caſaubonus noſter volebat, *Reformandis viis.*

SALMASIUS.

4 *Alimentaria etiam compendia.*] Compendia heic ſunt ὠφέλειαι. nam ita Græci vocant. Gloſſæ: *compendia*, ὠφέλειαι, & idem pæne quod impendia. eædem Gloſſæ: *Impendia*, τὰ ἐξχρήζοντα. ita enim in illis Gloſſis ſcribendum.

1 *Apud*

cione privatus non caruit, quum [1] apud vada Sabatia oppreſſis fœnore poſſeſſoribus, [2] latius ſuos teneret fines. [3] Denique [4] ex verſu Luciliano *agrarius mergus* eſt

1 *Apud vada Sabatia.*] Palatinus: *Sabbatia.* in Itinerario veteri: *Vadis Sabbatis.* & in veteri tabula Peutingerorum: *Vadis-Sabates*, pro *Sabatis.*

CASAUBONUS.

2 *Latius ſuos teneret fines.*] Scribo, *tenderet.* eleganter pro extenderet.

4 *Ex Luciliano verſu agrarius mergus eſt appellatus.*] Scripta lectio, *Granius.* Fortaſſe ſcripſerat, *Granius agrarius mergus.* nam Granii præconis, de quo tam multa M. Tullius, frequens in Lucilii ſatyris mentio; ut in iſtis apud Gellium:

— *& jam*
Conjicere in verſus dictum præconi' volebant
Grani. —

Hunc ſcurram lucella captantem bonis dictis, videtur poeta appellaſſe mergum: ſolet enim ea avis minutorum piſciculorum prædam e littorum ſaxis captare. Græcorum eſt proverbium, de laro quidem dictum: ſed quod mergo, etſi diverſi generis avi, non minus conveniat: *λάρος χάσκει.* Ariſtophanes,

Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημη-
γορῶν.

At Pertinax qui non ex aquis compendia ſibi quæreret, ſed ex vicinorum incommodis, non ſimpliciter *mergus* eſt dictus, ſed *agrarius mergus.* Nihil improbius eo hominum genere, qui afflictorum tempora obſervant, ut ex eorum miſeriis rei ſuæ amplificandæ occaſionem capiant. feciſſe hoc Pertinacem, verbis illis, *oppreſſis fœnore poſſeſſoribus* auctor ſignificat. Atque hæc cauſſa eſt, cur mergus ſit dictus. Perperam accipit hunc locum nuperus ille alienorum ſcriptorum cenſor, qui ad Perſii verſum,

Dives arat Curibus quantum non milvus oberrat:

Capitolini hæc verba affert, & ſimilis ait eſſe ſententiæ. itane ſimilis? haud vidi magis. probet iſte, duas haſce enunciationes eaſdem aut ſimiles eſſe: *ὁ δεῖνα* tantum arat, quantum milvus uno volatu non circumeat: &, *ὁ δεῖνα* oppreſſis fœnore poſſeſſoribus, agris ſuis eos exuit. probet hoc, & virum putabimus. Sed hominis arrogantiſſimi inſolentiam, & *ἀφυεστάτου καὶ παρηλεγχότος κριτικοῦ ἀκρισίαν* aliis caſtigandam relinquimus. Nos ejuſmodi ſcripta è quorum lectione neque meliores neque doctiores poſſumus recedere, ſemper contempſimus, ſemper contemnemus. Securi igitur lucubrationes noſtras *ψιφωνοὶ* Peluſiotæ arrodant: riſum & commiſerationem poſſunt; bilem nobis exprimere, *καὶ μάλλον διαρραγῶσι*, non poſſunt.

GRUTERUS.

4 *Ex verſu Luciliano, Agrarius mergus, &c.*] Pal. *Luciniano grarius.*

SALMASIUS.

3 *Denique ex verſu Lucilliano agrarius mergus eſt appellatus.*] Ut diverſæ ſunt de hujus loci expoſitione doctorum hominum ſententiæ, ita nulla eſt, quam merito probem. ſed nec ſcripti Codices hanc lectionem *agrarius* agnoſcunt, in quibus conſtanter ſcribitur, *grarius.* vir etiam doctiſſimus qui in ſuis oſtendit, *granius*, non longe. *Grarius*, inquam, optimi & noſtri libri. hinc pronum fuit correctoribus, *agrarius* facere. qui una hac correctione plus videntur negotii paraviſſe eruditis viris dum rationem hujus agrarii mergi inveſtigant, quam ſibi ipſi exhibuerunt. nos vero aliam hujus loci emendandi explicandique viam invenimus. *grarius* enim aut *crarius*, quod ſcriptum habent libri, non dubita-

eſt appellatus. Multi autem eum etiam in provinciis quas conſularis geſſit, ſordide ſe egiſſe in literas retulere. [1] Nam vacationes & legationes militares dicitur ven-

dubitamus ita vitio eſſe ſcriptum pro *erarius*, c pro e & g pro c ſæpius mutationibus invicem alternant. ita ſuperius in Caſſio, *clementes* habuere libri pro *clemens*. ſic hoc loco: *crarius*, vel *grarius* pro *erarius*. *erarius* autem ſcribebant pro *ærarius*, & *eris* pro *æris*. unde *aderare* pro adærare, & ſimilia. *erarius* autem *mergus* dictus Lucillio fenerator quidam improbus, quod fœnore & ære alieno homines mergeret. & ita loquutus eſt Satyrice ſimul & poëtice: alluſione facta ad mergi etymon. Obærati autem & oppreſſi fœnore homines, *ære alieno merſi* dicuntur ſcriptoribus Latinis: & ita ſæpe in jure noſtro. ſic apud Plutarchum dicuntur *βεβαπτισμένοι ὑπὸ τῶν δανείων*, qui alieno ære merſi, vix emergere poſſunt. id igitur Pertinaci nomen adhæſit ex Lucilliano verſu. non quod latius ſuos teneret fines, ſed quod oppreſſis fœnore poſſeſſoribus id faceret, eoſque mergeret uſuris, *erarius mergus* dictus eſt. utinam tam feliciter in omnibus meis conjecturis mihi ſuccederet, ut per hanc me ad verum perveniſſe confido. Qui vero laborare contendent ut *agrarios mergos* nobis explicent, & ſudabunt ſatis & nihilo magis proficient quam ille apud Poëtarum inferos Siſyphus ſaxum volvens neque hilum proficiens. eleganter ſane Lucilius fœneratorem & tocullionem qui debitores ære in fœnus dato mergeret & opprimeret, *ærarium mergum* appellavit. nam *mergus* qui mergit, à mergo: ut *promus* à promo, qui promit: *condus*, qui condit: ut incubus ab incubo: & ſimilia ſexcenta. *mergere* autem pro perdere & profligare, eleganter etiam de bonis ac de cenſu dixit Plinius libro IX. cap. XVI. *ut nunc coci triumphorum pretiis parantur & coquorum piſces: nullusque prope jam mortalis æſtimatur pluris quam qui peritiſſime cenſum domini mergit.* nec mergere tantum, ſed etiam necare & trucidare fœneratores dicuntur. Auſonius:

——— *velox inopes uſura trucidat.*

Cicero pro Cælio: *parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur. necationem* rem uſurariam eleganter vocat Valerius Maximus lib. IV. cap. VIII. *opportune teſtatus eſt ſe nummorum fuorum, non civilis ſanguinis eſſe fœneratorem. Nam qui hac præcipue necatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio recognoſcent ſi diligenter S. C. quo Conſidio gratiæ actæ ſunt legere non faſtidierint.* vulgo legitur: *qui hac negotiatione delectantur.* veteres omnes libri, *negatione*, ſcriptum habent. nos *necatione* fecimus, & probant quæ ſequuntur de cruenta pecunia. *nummatione* legebat Lipſius, non tam bene. ſic necari, trucidari, mergique fœnore & ære alieno dicuntur debitores.

1 *Nam vacationes & legationes militares.*] Attigimus ſupra nonnihil de his legationibus militaribus. nec dubium quin præfecturæ legionum, cohortium & ejuſmodi, legationes etiam dictæ ſint. ſic *præfectum cohortis ad legationem ſuam profectum* initio hujus vitæ ſcribit Capitolinus. ubi tamen vir doctus reſcribi voluit *ad legionem*: perperam. legatus legionis frequenter in veteribus inſcriptionibus & auctoribus occurrit. legatus vexillariorum apud Hyginum in Gromatico: & legati exercitus Britannici in Commodo.

CASAUBONUS.

1 *Nam vacationes & legationes militares dicitur vendidiſſe.*] Quænam dicantur *vacationes* in Romana militia, & quomodo duces illas vendere ſint ſoliti, ex multis veterum ſcriptorum locis

vendidiſſe. Denique quum parentum minimum eſſet patrimonium, & nulla hereditas obveniſſet, [1] ſubito dives eſt factus. Omnibus ſane poſſeſſiones ſuas reddidit quibus Commodus ademerat, ſed non ſine pretio. Senatui legitimo ſemper interfuit, ac ſemper aliquid retulit. Civilem ſe ſalutantibus & interpellantibus ſemper exhibuit. Eos qui calumniis appetiti per ſervos fuerant, damnatis ſervis delatoribus liberavit, in crucem ſublatis talibus ſervis, aliquos etiam mortuos vindicavit. [2] Inſidias paravit ei [3] Falco, volens imperare: de quo conqueſtus eſt in ſenatu: [4] quod quidem

locis, quos docti viri congeſſerunt, manifeſtiſſimum eſt. *At legatio es militares*, alibi legere non memini. mendoſum tamen non exiſtimo: ſed de honore illorum accipio, quos ſoliti interdum limitanei exercitus, eorumve duces, ad imperatores mittere. etiam in vita Commodi legatorum exercitus Britannici meminit Lampridius. hujuſmodi legationes & honorem magnum iis qui illas obirent, & commoda quoque maxima attuliſſe quis dubitat?

1 *Subito dives eſt factus.*] Refellit Herodianus, cui potius fidem habe. Ait ille, Commodum, qui omnes patris amicos ſuſtulit, unico Pertinaci pepercisse, quod propter paupertatem illum contemneret. *ἦν γὰρ αὐτῷ*, inquit, *καὶ τοῦτο μόνον εἰς ἐγκώμιον, ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων εἶχεν οὐσίαν ἐλάττονα.*

2 *Inſidias paravit ei Falco.*] Soſius Falco conſul, opibus potens. hiſtoriam unus Dio narravit.

SALMASIUS.

2 *Inſidias paravit ei Falco volens imperare.*] Non eſt alius perturbatior in his auctoribus locus: quem proponam, ut ſcriptus habetur in optimis libris: *inſidias paravit ei Falco, conqueſtus eſt in Senatu, volens imperare, quo quidem credidit, dum ſibi quidam verſus, quaſi Fabiæ ſeti filius ex Ceionii Commodi familia Palatinam domum ridicula vindicaſſet, cognituſque juſſus eſt flagellis cæſus domino reſtitui.* quæ ſic minimo negotio reſtitui poſſe arbitror: *inſidias paravit ei Falco, ut queſtus eſt in ſenatu.* (vel, *de quo queſtus eſt in ſenatu:* vel etiam, *quod queſtus eſt in ſenatu*) *volens imperare: quod quidem credidit dum ſibi quidam ſervus quaſi Fabiæ eſſet filius ex Ceionii Commodi filia, Palatinam domum ridicule vindicaſſet, cognituſque juſſus eſt flagellis cæſus domino reſtitui, quod quidem credidit*, Pertinax ſcilicet, non ſenatus, ut vulgo editum eſt. & recte vocem *ſenatus* auctore veteri ſcriptura ſuſtulimus. ſervus hic autem qui Palatinam ſibi domum eo nomine vindicabat quod eſſet Fabiæ filius Commodi Cæſaris filiæ, ſororis Lucii Veri, videtur fuiſſe ſervus Falconis. ex quo non temere ſuſpectus eſt Falco quaſi per ſervi ſui operam inſtrueret inſidias Pertinaci. quidam vero Falconem abſolvebant iſto crimine, & eum neſciſſe ſibi imperium parari dictitabant.

GRUTERUS.

3 *Falco volens imperare: de quo conqueſtus.*] Pal. *Falco conqueſtus eſt in Senatu volens imperare.*

CASAUBONUS.

4 *Quod quidem ſenatus credidit.*] Attende ad verba: non negabis hiulcam orationem eſſe, & aliquid deeſſe.

dem ſenatus credidit. Dum ſibi quidam ſervus, quaſi Fabiæ eſſet filius ex Cejonii Commodi familia, Palatinam domum ridicule vindicaſſet, cognitus, juſſus eſt flagellis cæſus domino reſtitui. In cujus vindicta hi qui oderant Pertinacem, occaſionem ſeditionis inveniſſe dicuntur. Falconi tamen pepercit, [1] & à ſenatu impunitatem ejus petiit. Denique Falco in rebus ſuis ſecurus vixit, & herede filio periit: quamvis multi Falconem neſciſſe dixerint imperium ſibi parari. Alii etiam à ſervis qui rationes interverterant, falſis teſtimoniis appetitum eum eſſe dixerunt. Sed Pertinaci [2] factio præparata eſt per Lætum præfectum prætorii, & eos quos Pertinacis ſanctimonia offenderat. Lætum enim pœnituerat quod imperatorem fecerat Pertinacem, idcirco quia eum velut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat. Grave præterea militibus viſum, [3] quod in cauſa Falconis multos milites ad unius ſervi teſtimonium occidi præceperat. [4] Trecenti 11
igitur

ſe. in regio ſequuntur hæc verba, *volens imperare:* quæ in vulgatis præcedunt. Lego igitur: *Inſidias paravit ei Falco: de quo conqueſtus eſt in ſenatu, ut volente imperare. q.* verum, ut diximus, videtur deeſſe aliquid. Tota etiam quæ ſequitur narratio de Fabiæ ſervo, an ad Falconis inſidias quicquam pertineat, non poſſis liquido cognoſcere. Dio quidem nihil ejuſmodi. & certum eſt, Falconem non alii, ſed ſibi imperium quæſiviſſe. De hac Fabia ante dictum.

1 *Et à ſenatu impunitatem ejus petiit.*] Regius & Puteani, *impetravit*, ſcribendum, *ei impetravit.* Dio qui ſenatui illi interfuit: *μελλόντων δὲ ἡμῶν καταψηφιεῖσθαι τοῦ Φάλκωνος, ἀναστὰς ὁ Περτίναξ καὶ ἀνακραγὼν, Μὴ γένοιτο, ἔφη, μηδένα βουλευτὴν ἐμοῦ ἄρχοντος μηδὲ δικαίως θανατωθῆναι.*

2 *Factio præparata eſt per Lætum.*] Convenit cum Dione: nam aliter nonnulli. ipſe Capitolinus in Albino diverſe narrat.

3 *Quod in cauſſa Falconis multos milites ad unius ſervi teſtimonium occidi præceperat.*] De hoc ſervo nihil Dio: cætera pene ad verbum. *ὁ Λαῖτος παραλαβὼν τὴν κατὰ τοῦ Φάλκωνα ἀφορμὴν, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν, ὡς καὶ ἐκείνου κελεύοντος, διέφθειρεν.*

4 *Trecenti igitur de caſtris armati, ad imperatorias ædes cuneo facto milites, venere.*] Lego, *Ducenti igitur.* Dio ibidem, *Διακόσιοι δὲ οἱ τῶν ἄλλων θρασύτεροι, καὶ ἐς τὸ παλάτιον τὰ ξίφη ἀνατετακότες ὥρμησαν.* firmat Dionis lectionem & Zonaras.

GRUTERUS.

4 *Trecenti igitur de caſtris armati, &c.*] Haud aliter quoque Pal.

1 *Ad*

igitur de caſtris armati [1] ad imperatorias ædes cuneo facto milites venere. [2] Eadem tamen die immolante Pertinace, [3] negatur in hoſtia cor repertum: & quum id vellet procurare, [4] caput extorum non deprehendit. Et tunc quidem omnes milites in caſtris manebant. [5] Qui quum de caſtris ad obſequium principis conveniſſent, & Pertinax eo die [6] proceſſionem quam ad Athe-

1 *Ad imperatoris ædes cuneo facto.*] Pal. *cades.* male.

CASAVBONVS.

2 *Eadem tamen die in*] *Tamen* pro ſane. ſæpe enim abutuntur illa voce hi ſcriptores. Sic accipe ſub finem, *nec multum tamen amatus eſt.* inepte in hujuſmodi locis interpreteris ὅμως.

3 *Negatur in hoſtia cor repertum.*] Regius, *negant.* Poparum fraude plerumque factum, aut ipſorum etiam extiſpicum, ut victimis mactatis modo cor, modo caput extorum, aut neſcio quid aliud deeſſet, ad Athenæum obſervabamus. multa de his Marcus Tullius in ſecundo De divinatione.

4 *Caput extorum non deprehendit.*] Cicero, *Caput eſt in jecore, cor in extis.* ſic Feſtus in *Peſtifera auſpicia.* Philoſtratus libro octavo: ἐν ἥπατι φασὶ τὸν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα οἱ δεινοὶ ταῦτα. Fuere hujus quoque artis propria vocabula & τεχνικά. Quare apud veteres grammaticos ſæpe leges illa verba, σημεῖον ἐστιν ἐν θυτικῇ. & extiſpices iidem non ſolum ἱερέας, θύτας, aut σπλαγχνομάντεις & ἐμπυρομάντεις nominant, ſed etiam σημειωτικούς. ut Heſych. περισκό-πος, μάντις σημειωτικός. Apud eundem haruſpicinæ vocabula vel ſigna aliquot leguntur: ut ΓΛΩΣΣΑΙ. quam vocem interpretatur ille, σημεῖα ἐπὶ τοῦ ὕδατος παρὰ τοῖς θύταις. ſed ſcribendum, ἐπὶ τοῦ ἥπατος. Sic alibi ΔΙΨΑΣ, interpretatur idem, σημεῖον ἐν θυτικῇ, ἐπὶ τοῦ ἥπατος. item ΔΟΛΟΥ ΤΡΑΠΕΖΑ. ἐπὶ ἥπατος σημεῖον ἐν θυτικῇ & alio loco, ΕΣΤΙΑΣ ΧΩΡΟΣ. μέρος τοῦ ἥπατος ἐν θυτικῇ. eſt etiam ΔΙΟΠΤΡΑ eidem σημεῖον ἐν θυτικῇ. item ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ. ΕΓΓΥΗ. ΕΠΙΘΕΟΣ. ΚΩΔΙΤΗΡ. ΠΟΤΑΜΟΣ. ΤΑΦΟΣ. ΠΥΛΑΙ. hæc & ſimilia his nomina ſunt ſignorum, quæ in mactatis victimis obſervaverant, ex quibus reſponſa dabant conſultantibus. ΛΟΒΟΣ quoque etſi σημεῖον non eſt, proprium tamen ejus artis verbum fuiſſe obſervant critici veteres.

5 *Qui cum de caſtris ad obſequium principis conveniſſent.*] Satellitium principis vocabant obſequium: quam vocem Græci quoque ſuam fecerant. ſic accipe τὰ ὀψίκια apud Arrianum libro tertio diſſertationum Epicteti. Conſtantin. in Περὶ θεμάτων libello: ὀψίκιον Ῥωμαϊστὶ λέγεται, ὅπερ σημαίνει τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ εὐταξίᾳ καὶ τιμῇ. In hiſtoria miſcella, ſive ut aliis placet, Anaſtaſii bibliothecarii, *obſicium* ſæpius pro obſequio legitur. ut *comes obſicii, primus ſtratorum obſicii, thema obſicium,* & ſimilia.

6 *Proceſſionem quam paraverat ut audiret poëtas*] Lampridius in Alexandro Severo, *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum cauſſa frequenter proceſſit.* Capitolinus in Gordiano, *Ubi adoleuit, in Athenæo controverſias declamavit, audientibus etiam imperatoribus.* & apud Sidonium Apollinarem ſæpius. locus fuit, quod nomen ipſum arguit, ſtudiis Minervæ ſacer: cujus honori dicatam

Athenæum paraverat ut audiret poëtam, ob ſacrificii præſagium diſtuliſſet, hi qui ad obſequium venerant, redire in caſtra cœperunt. Sed ſubito globus ille in Palatium pervenit: neque aut arceri potuit, [1] aut Imperatori nunciari. Enimvero tantum odium in Pertinacem [2] omnium aulicorum fuit, ut ad facinus milites hortarentur. Supervenerunt autem Pertinaci quum ille aulicum famulitium ordinaret, ingreſſique porticus Palatii uſque [3] ad locum qui appellatur *Sicilia*, & *Jovis cœnatio*. Hoc cognito, Pertinax Lætum præfectum prætorii ad eos miſit. Sed ille declinatis militibus per porticus egreſſus, adoperto capite, domum ſe

catam inibi fuiſſe aliquam ædem aut cellam ex eo conjiciebamus, quod etiam ſenatum haberi in Athenæo mos fuit. Dio extremo Juliano: καὶ ὁ ὕπατος συναγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὸ Ἀθήναιον, καλούμενον ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ τῶν πεπαιδευμένων ἀσκήσεως, τὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐδήλωσε, καὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ θάνατον κατεψηφισάμεθα. ſenatus autem niſi in templo, & loco per augures conſtituto, haberi non potuit. mirum tamen cauſſam appellationis petere Dionem non ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς, & Minervæ æde; ſed ab eo, quod illuc convenirent homines docti, & Minervæ ſacris initiati. Quare fieri poteſt ut nulla ibi eſſet Minervæ ædes: ſunt enim res diverſæ, templum atque ædes. Firmat hanc noſtram ſententiam Aurelius Victor, cujus ſunt de Hadriano verba: *Gymnaſia doctoreſque curare occœpit: adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, conſtitueret.* Vides ludum ingenuarum artium dici, non ædem Minervæ. hoc amplius vero ex iſto Victoris unico loco diſcimus, Hadrianum Athenæi Romæ conditorem fuiſſe, & publicum illud opus ſtruxiſſe. Quid igitur de illo dicemus panſophomaſtige, qui ad Perſium tantum perdit verborum, ut Athenæum probet templum fuiſſe Apollinis Palatini? quid autem niſi unam lituram? enimvero miſeret me ægræ mentis. nam ejuſmodi ſunt illius omnia: nunquam enim acutiſſimus magiſter, auctoris ſui mentem aſſequitur, niſi cum alios, quos mordet, ſequitur.

1 *Aut imperatori nunciari.*] Nuntiatum eſt tamen: ſed ſero & fruſtra. Dio ait ab uxore, Herodianus ab amicis.

2 *Omnium aulicorum.*] Aulici ſunt οἱ Καισάρειοι. hi Dione teſte cum in Pertinacem eodem quo milites prætoriani eſſent animo, tamen quod nudi eſſent & ἄοπλοι, inviti ſe continuerunt.

3 *Ad locum qui appellatur Sicilia & Jovis cœnatio.*] Videntur eſſe ejuſdem loci duo nomina. Sic Auguſtus locum in edito ſingularem habuit, quem vocabat Syracuſas & Τεχνόφυον. *Sicilia* autem membranæ omnes: tamen viri docti, quia in deſcriptione Urbis apud Victorem *Jovis cœnationi* jungitur *Summa Velia*, nunc locum de mendo habent ſuſpectum.

GRUTERUS.

3 *Ad locum qui appellatur Sicilia.*] Sic etiam Palatinus.

ſe contulit. Verum [1] quum ad interiora prorumperent, Pertinax ad eos proceſſit, eoſque [2] longa & gravi oratione placavit: Sed quum [3] Tauſius quidam, unus è Tungris, [4] in iram & timorem milites loquendo adduxiſſet, haſtam in pectus Pertinacis objecit. Tunc ille precatus Jovem Ultorem, toga caput operuit, atque à cæteris confoſſus eſt: & Electus quidem confoſſis duobus cum eodem periit. reliqui autem cubicularii palatini ([5] nam ſuos ſtatim [6] ut imperator factus eſt filius emancipatos dederat) diffugerunt. Multi ſane dicunt etiam cubiculum milites irrupiſſe, atque illic circa lectum fugientem Pertinacem occidiſſe. Fuit

CASAUBONUS.

1 *Quum ad interiora prorumperent.*] Reg. *ulteriora.* eodem ſenſu.

2 *Longa & gravi oratione placavit.*] Οἱ στρατιῶται τὸ πρόσωπον ᾐδέσθησαν πλὴν ἑνός. Dio. orationem Pertinacis imitatur Herodianus.

3 *Tauſius quidam, unus è Tungris.*] Regius, *Ciraſius.* at perperam idem, v. *ex Hungris.* Tungrorum cohortes inter prætorianos militaſſe cum aliis Germanis & Gallis, notiſſimum.

5 *Nam ſuos ſtatim ut imperator factus eſt, filiis emancipatos dederat.*] An *emancipatis*? quod quidem ſuadet ſimilis in Juliano locus. Filiorum appellatione filium & filiam intellige, ut ipſe Capitolinus poſtea. de his non prætermittenda hoc loco Dionis verba: οὐδ' ἐν τῷ παλατίῳ τὸν υἱὸν ἔτρεφεν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρότερον ἐν τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ ἀποδασάμενος ταῦτά τε τοῖς τέκνοις διένειμε· καὶ γὰρ καὶ θυγατέρα εἶχε, καὶ παρὰ τῷ πάππῳ διαιτᾶσθαι αὐτὰ ἐκέλευσεν. Herodianus facit grandiuſculum Pertinacis filium: neque relictum παρὰ τῷ πάππῳ, ſed ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ. niſi ſcripſerat παππῴᾳ. Hinc expones illa quæ mox ſequuntur, *Filios ſuos in Palatio nutriri noluit.* Vide in extremo libro.

SALMASIUS.

4 *In iram & timorem milites loquendo adduxiſſet.*] Scribendum, *in iram & tumorem milites adduxiſſet.* nec enim ira cum timore. ſic apud Virgilium:

— *timor omnis & ira*
Conceſſere Deum.

6 *Ut imperator factus eſt filius emancipatos dederat.*] Lege auctore veteri membrana: *reliqui autem cubicularii Palatini, nam ſuos ſtatim ut imperator factus eſt, filiis emancipatis dederat, diffugerunt.* cubicularios enim ſuos Pertinax, ſtatim atque ad imperium pervenit, filiis emancipatis dederat. ſuos igitur, quos privatus habuerat. Palatinos autem, quos in Palatio reppererat, qui & ſub Commodo id munus habebant. Nam etſi multos vendiderat Pertinax, retinuit tamen plures, & eos qui per vim Palatio videbantur inſerti. ſed & de iis quos vendi juſſerat, multi reducti ad miniſterium, ut ſupra notavit Capitolinus. & iſti fere ſunt qui diffugiſſe cum occideretur Pertinax, heic dicuntur, qui & ſub aliis imperatoribus in ſtatione manſerunt, atque etiam ad dignitates provecti ſunt.

1 Im-

Fuit autem ſenex venerabilis, [1] immiſſa barba, 12 [2] reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo, ſtatura imperatoria, eloquentia mediocri, [3] & magis blandus quam benignus, nec

CASAUBONUS.

1 *Immiſſa barba.*] Virgilius,
Dira illuvies, immiſſaque barba.

2 *Reflexo capillo.*] Criſpo, quod & nummi docent vel accipe ut apud Spartianum in Peſcennio: *capillo in verticem ad gratiam reflexo.*

3 *Et magis blandus quam benignus.*] Victor alter: *blandus magis quam beneficus: unde eum Græco nomine χρυσολόγον appellavere.* vide mox Capitolinum.

SALMASIUS.

1 *Immiſſa barba, reflexo capillo.*] Reflexus capillus idem eſt quod flexus. in Hadriano: *forma comptus, flexo ad pectinem capillo.* flexus autem capillus eſt οὖλος vel οὐλωθεὶς, quem in Albino *criſpum & renodem* dixit. flectere igitur capillum eſt torquere & vibrare, unde flexi ingenio ſuo capilli Petronio, qui natura tales non arte. Quintilianus *in annulum ponere capillos*, pro flectere & calamiſtrare. flexi enim capilli annulos & nodos quodammodo exprimunt. unde renodem & criſpum capillum Albini dixit Spartianus. Arculphus de locis ſacris, *ſubanellatum* Chriſti capillum fuiſſe ſcribit, ubi *ſubanellatus* eſt οὖλος. incertus auctor apud Suidam: ἰστέον δὲ ὅτι φασὶν οἱ ἀκριβέστατοι τῶν ἱστορικῶν εἰς τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον οἰκειότερον ἐστὶ γράφειν ἐπὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ. *gradibus capillum frangere* dicebant. Quintilianus utrumque conjungit, *gradus & annulos* lib. XII. cap. X. *ſed me hactenus cedentem nemo inſequatur ultra. do tempori ne craſſa toga ſit, non ſerica: ne intonſum caput, non in gradus atque annulos totum comptum.* Martialis *ordine crines digerere* dixit:

Ille etiam flexos qui digerit ordine crines.

alicubi videor legiſſe comam comptam gradulatim. Maximianus qui vixit ætate Boëtii, in libro elegiarum:

Grande erat inflexos gradibus numerare capillos:
Grande erat in niveo pulla colore coma.

aliter tamen gradus dicuntur in capillorum compoſitione, aliter annuli. inflexio enim ipſa & criſpatio capillorum nexiles annulorum orbes imitabatur. Comæ tamen ſic annulatim criſpatæ non etiam confuſæ ac turbatæ & indiſcriminatim temereque implexæ habebantur, ſed per gradus quoſdam poſitæ, & ordine digeſtæ, ita ut unaquæque annulorum ſeries ſtationem quaſi ſuam ſervaret, & gradatim alveolatimque alia ſuper aliam ſcanderet. Latini in his exprimendis, *ordinem, ſtationem, gradus* ſolent uſurpare. Ovidio *crines in ordine ponere*, & *in ſtatione*. ἕδραν Euripides dixit. Quintilianus *gradus & annulos* junctim poſuit. Manilius *crines in fluctum ponere* eleganter. nam illa crinium per annulos inflexio, & per gradus digeſtio, fluctuum modo extantium, modo ſubſidentium & invicem ſe propellentium undulatos intortoſque motus plane refert. lib. V.

Illis cura ſui vultus frontiſque decoræ
Semper erit: tortos in fluctum ponere crines,
Aut vinclis revocare comas, aut vertice denſo
Fingere.

tortos crines in fluctum ponere, idem eſt quod Quintiliano, *in annulos ponere*, & fallitur vir incomparabilis qui aliter accipit. Ovidius:

Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.

Nam alibi ſinum vocat, annulum illum & nodum tortilem inflexi capilli:

Quam ſe præbuerant ferro patienter & igni,
Ut fieret torto nexilis orbe ſinus.

3 *Et magis blandus quam benignus.*]

[1] nec unquam creditus ſimplex. Et quum verbis eſſet affabilis, [2] re erat illiberalis ac prope ſordidus, ut dimidiatas [3] lactucas & carduos in privata vita convivis apponeret: [4] & niſi quod miſſum eſſet edulium, quotquot eſſent amici, novem libras carnis per tres miſſus pone-

Blandus verbis, benignus factis. unde apud Comicum *blande dicere, & benigne facere.*

Age age nunc experiamur contra, & quid ego poßiem,
Blande dicere, aut benigne facere quando hic provocat.

Benignus igitur ſemper Latinis qui bene facit, unde *terra benigna* apud Poëtas fertilis & fecunda. & *ripa benigna Tagi* Ovidio in optimo Codice, ubi hodie legas, *ripa beata Tagi.* blande igitur dicebat Pertinax, ſed non benigne faciebat. atque hinc merito non ſimplex creditus. tales enim omnes quorum facta dictis diſcrepant, quos Græci διπλοῦς vocant.

CASAUBONUS.

1 *Nec unquam creditus ſimplex.*] Ibidem, *Amabat ſimplicitatem.*

2 *Re erat illiberalis ac prope ſordidus.*] Ita judicabant homines lauti: frugi & ſobrii, ut Dio Caſſius, aliter longe pronuntiabant. cum lege.

4 *Niſi quod miſſum eſſet edulium.*] Dono nempe, ſic cum leges ſumtuariæ vigebant, dono accepta erant ſupra legitimum modum. *Quotquot eſſent amici,* dixit, pro quotcunque.

SALMASIUS.

3 *Lactucas & carduos.*] Optimus codex: *& cardos.* & ita tunc temporis ſcribebant & enunciabant. Cardi pro Cardui, unde & Cardones, recentiores uſurparunt. ut mallus mallo, ſic cardus cardo, Titius Titio, & ſimilia. in veteri epigrammate:

Nec rubeis cardus ſuccreſcat jure roſetis,
Lilia nec campis vana cicuta premat.

ita apud Vegetium de re veterinaria lib. I. cap. XVII. *yringion autem herba melior eſt, quæ in littore vicina marinis fluctibus naſcitur, cardo ſilveſtri pæne ſimilis, flore galbineo, &c.* Gloſſæ veteres ϖερὶ λαχαίνων: *cardus,* κινάρα. inde cardelus vel cardelis pro carduelis in optimo Gloſſario: *cardelis,* ἀσπαραγαλῖνος. ut *cardus* pro carduus. ſic *mutari* pro mutuari, unde verbum *mutitari* apud Agellium. Auſonius:

Mutatur ad Græcam fidem.

Sic *continari* pro continuari. apud Symmachum: *in ſylvis continaris Apollinem.* ita enim legi ſcriptum in optimis ſchedis Palatinis, pro continuaris. qua voce etiam uſus eſt Martianus Capella, de Nuptiis Philologiæ lib. IX. *Juppiter Harmonien venire quam ſuggeſtum eſt Mercurialium ſolam ſupereſſe: tuncque alias in ordinem continari.* ita optimus liber Bibliothecæ doctiſſ. P. Puteani ſcriptum exhibet. & lib. I. *Nam Urania ſtellantis mundi ſpheram extimam continatur, quæ acuto raptabatur ſonora tinnitu.* ita enim idem ille liber illo loci ſcriptum fert, ubi vulgo, *continet* vel *concinit* nullo ſenſu legitur. ut autem *continari* pro continuari, ſic & *continum* pro continuum. lib. IX. *Omnis vox in duo genera dividitur, continuum atque diviſum.* ut in optimo libro ſcriptum eſt. ſic apud eundem, *vacum* pro *vacuum.*

At nobis reſcire vacum eſt. —

unde *vacefacere* pro vacuefacere apud Lucretium. ſic *dividum* pro dividuum apud Nonium ex veteri poëta. ſic & *promiſcum* pro promiſcuus, apud Tacitum, & ſimilia ſexcenta.

4 *Et niſi quod miſſum eſſet edulium.*] *Et niſi quid miſſum eſſet edulium.* Pal. & V. ed. atque ita legendum.

ponebat. Si autem plus aliquid miſſum eſſet etiam in
alium diem differebat, quum ſemper ad convivium
multos vocaret. Imperator etiam, ſi ſine conviviis eſ-
ſet, eadem conſuetudine cœnitabat. Amicis ſi quan-
do de prandio ſuo mittere voluit, [1] miſit offulas binas,
aut omaſi partem, aliquando lumbos gallinaceos.
[2] Faſianum nunquam privato convivio comedit, aut
alicui miſit. Quum ſine amicis cœnaret, adhibebat
uxorem ſuam & [3] Valerianum, [4] ut cum eodem qui
docuerat, [5] fabulas literatas haberet. Sane nullum ex
iis quos Commodus rebus agendis impoſuerat, muta-
vit, [6] expectans urbis natalem, quod eum diem, rerum
principium volebat eſſe: atque ideo etiam in balneis
ei Commodiani miniſtri necem paraſſe dicuntur. Im- 13
perium & omnia imperialia ſic horruit, ut ſibi ſemper
oſtenderet diſplicere. denique non alium ſe quam fue-
rat videri volebat. Fuit in Curia honorificentiſſimus,
ita

CASAUBONUS.

1 *Miſit offulas binas, aut omaſi partem, aliquando lumbos gallinaceos.*] Explicant iſta Dionem: *εἱστία ἡμᾶς σωφρόνως· καὶ ὁπότε μὴ τοῦτο ποιοίη, διέπεμπεν ἄλλοις ἄλλα, καὶ τὰ εὐτελέστατα.*

2 *Faſianum nunquam privato convivio comedit, aut alicui miſit.*] Sobriis principibus delitiarum ultimus finis erat phaſianus. Alexander Severus nunquam niſi diebus feſtis ſibi appoſuit: Tacitus vero nunquam niſi ſuo & ſuorum natali, & diebus feſtiviſſimis. Julianus plane abſtinuit: qui teſte Marcellino, *phaſianum & vulvam & ſumen exigi vetuit, & inferri munificis.*

4 *Ut cum eodem qui docuerat.*] Regius omnium horum loco: *qui cum eo docuerat.* Scribo, *ut cum eo quicum docuerat.*

5 *Fabulas literatas haberet.*] Lampridius in Alexandro: *ut haberet fabulas literatas, quibus ſe recreari dicebat & paſci.*

6 *Expectans Urbis natalem.*] Palilia quæ non longe aberant. Imperavit à Kalendis Januariis ad v. Kal. Aprilis:. quo menſe xi. vel xii. Kal. Majas Palilia agitabant.

SALMASIUS.

2 *Faſianum nunquam privato convivio comedit aut alicui miſit.*] Palatinus: *nunquam cum edixerit alicui miſit.* pro *nunquam cumedit aut alicui miſit.* *cumedit* pro *comedit.*

4 *Ut cum eodem qui docuerat, fabulas litteratas haberet.*] In Palatino: *ut qui cum eodem docuerat, fabulas litteratas haberet.* nec aliter vetus editio. parvum negotium eſt reponere, *ut quicum eodem docuerat, fabulas litteratas haberet.* hoc eſt, ut cum eodem quicum docuerat, fabulas haberet litteratas. Hoc verum eſt.

GRUTERUS.

3 *Valerianum, ut cum eodem qui docuerat, fabulas litteratas, &c.*] Palatinus, *Valerianum qui cum eodem docuerat, fabulas, &c.*

ita [1] ut ſenatum faventem [illegible]oraret, & quaſi præfectus urbi cum omnibus ſermonem participaret. Voluit etiam imperium deponere atque ad privatam vitam redire. [2] Filios ſuos in Palatio nutriri noluit. Tam parcus autem & tam lucri cupidus fuit, ut apud vada Sabatia mercaturas exercuerit imperator per homines ſuos, non aliter quam privatus ſolebat. nec multum tamen amatus eſt. [3] Siquidem [4] omnes qui libere fabulas conferebant, [5] male Pertinaci loquebantur, [6] *chreſtologum* eum appellantes, qui bene loqueretur, & ma-

CASAUBONUS.

1 *Ut ſenatum faventem adoraret.*] Senatui ſibi fauſta dicenti, & acclamationibus faventi, gratias agebat, eo geſtu, eo vultu quaſi deos adoraret.

4 *Omnes qui libere fabulas conferebant.*] Πάντες οἱ λεσχηνοῦντες.

5 *Male Pertinaci loquebantur.*] Veteres editiones, *Pertinacem.* inſolens locutio, pro de Pertinace. ſed eſt Græcorum æmulatio: *male loqui aliquem*, κακῶς λέγειν τινά. at *Pertinaci*, ut maledicere alicui.

6 *Chreſtologum eum appellantes.*] Aliter membr. quæ nos potius eo ducunt ut ſcribamus *chryſologum.* ſed rectum eſt quod editur, ut ſcimus ex Victore, & ſubjecto interpretamento Capitolini. Græci χρηστολόγους appellant pollicitatores ac Doſontas, quos ajunt τοῖς χρηστοῖς λόγοις δελεάζειν. nec multo aliter apud Paulum Apoſtolum, χρηστολογίας ἀπατᾶν. χρηστὸς, beneficus, & εὐεργετικός. at χρηστολόγος, verbis munificus.

SALMASIUS.

2 *Filios ſuos in Palatio nutriri noluit.*] Palatinus & editio Mediolanenſis: *nutriri voluit.* ſed vulgatam Dio comprobat: καὶ τὸν υἱὸν παιδίον ἔτι ὄντα οὐκ ἠθέλησε πρὶν παιδευθῆναι τοῦ τε ὄγκου καὶ τῇ ἐλπίδι τῇ ἐκ τοῦ ὀνόματος διαφθαρῆναι, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ παλατίῳ αὐτὸν ἔτρεφεν. Capitolinus ſemper de Pertinacis filiis quaſi plures fuerint loquitur, cum Dio unum tamen atque unicum fuiſſe indicet. & ſcire potuit certius qui illa ipſa ætate vivebat & Pertinacem vidit.

5 *Male Pertinaci loquebantur.*] Veteres membranæ: *male Pertinacem loquebantur. male* & *bene loqui aliquem*, pro de aliquo bene aut male loqui uſitata loquutio. ſic *benedicere aliquem* apud recentiores atque etiam vetuſtiores.

6 *Chreſtologum eum appellantes.*] *Chriſtologum* Palatinus more ſcribendi illa ætate conſueto. ſic *Dioclitianum* pro Diocletianum: *Apologiticum* pro Apologetico: *energima* pro *energema*, Prudentio: *peripſima*, pro *peripſema* Adelmo. *Chreſtologus* autem vel *Chriſtologus* qui blande diceret, nec benigne faceret. ſic Græci, χρηστὰ λέγειν. Palladas:

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

quod optime in Pertinacem convenit, qui blandus erat verbis, re autem ipſa minime benignus, unde & nunquam ſimplex creditus, ſed διπλοῦς.

GRUTERUS.

3 *Siquidem omnes qui libere fabulas conferebant, male Pertinacem loquebantur.*] Inſolens locutio ſed prodita veteribus editionibus & firmata noſtro Palatino. videatur Caſaubonus.

& male faceret. Nam & cives ſui qui ad eum confluxerant jam imperatorem, [1] & nihil de eo meruerant, ſic eum appellabant. Munera quoque lucri libenter accepit. Reliquit filium & filiam ſuperſtites, & uxorem [2] Flavii Sulpitiani filiam, quem præfectum urbi loco ſuo fecerat. Circa uxoris pudicitiam minus curioſus fuit, [3] quum palam citharœdum illa diligeret: [4] ipſe præterea Cornificiæ infamiſſime dicitur adhæ-
ſiſſe. Libertos aulicos vehementiſſime compreſſit: 14
unde grande quoque odium contraxit. Signa interitus hæc fuerunt: ipſe ante triduum quam occideretur, in piſcina ſibi viſus eſt videre hominem [5] cum gladio infeſtantem. Et ea die qua occiſus eſt, [6] negabant in

CASAUBONUS.

1 *Et nihil de eo meruerant.*] Congiarium enim adeo dedit exiguum, ut pro eodem haberetur, ac ſi nihil dediſſet.

2 *Flavii Sulpitiani filiam.*] Paullo aliter codices Dionis: τ̀ πενθερὸν αὐτῦ ὁ Περτίναξ τ̀ Σουλπικιανὸν, τ̀ Φλάκκον πολιαρχεῖν ἔταξε. ſed ſcribe Φλαούιον.

GRUTERUS.

3 *Cum palam citharœdum illa diligeret.*] In matronarum, etiam Principum, amoribus, primas ſemper ferunt partes citharœdi; adeo per aures ad animum blande influit vox duplex, oris fidiumque; capiunturque præterea oculi geſticulatione illa manuum irrequietarum. quemadmodum pluribus oſtendi in Diſcurſuum libellis Tacito deſtinatis.

4 *Ipſe præterea Cornificiæ infamiſſimè dicitur adhæſiſſe.*] Pal. *Cornificiam infamiſſime dicitur dilexiſſe.* quid ſibi non permittit librariorum natio?

SALMASIUS.

4 *Ipſe præterea Cornificiæ infamiſſime dicitur adhæſiſſe.*] Repone ſcripturam Palatinam: *ipſe præterea Cornificiam infamiſſime dicitur dilexiſſe.* quam retinet & vetus editio.

CASAUBONUS.

4 *Ipſe præterea infamiſſime dicitur adhæſiſſe.*] Membranæ, *I. poſtea.* eſt in iiſdem *infamiſſime*, ut in vulgatis. nec cauſſa eſt cur rejiciamus. etſi elegans eſt viri docti conjectura, *inſaniſſime.* ἐπιμανὴς αὐτῇ. ſed quod ſtatim vocem *vehementiſſime* delet idem, non aſſentior: nam & libri habent, & videtur neceſſaria, conſentiente hiſtoria.

5 *Cum gladio infeſtantem.*] Eleganter pro, inſectantem.

6 *Negabant in oculis ejus pupillas cum imaginibus quas reddunt ſpectantibus viſas.*] Servius grammaticus in illud poëtæ,

Dat ſomnos adimitque, & lumina morte reſignat.

Phyſici dicunt pupillas quas in oculis videmus morituros ante triduum non habere: quibus non viſis eſt ſumma deſperatio. Idem alibi ad hunc verſum,

Ut ſenior letho canentia lumina ſolvit,

notat: *phyſicam rem dicit. dicuntur enim pupillæ mortis tempore albeſcere.* porro quomodo pupilla diffundatur, ut deſinat apparere, medici docent cùm περὶ ὑπεχόντων ὀφθαλμῶν diſputant.

[1] in oculis ejus [2] pupillas cum imaginibus quas reddunt ſpectantibus, viſas. Et quum apud Lares ſacrificaret, carbones vivaciſſimi extincti ſunt, quum inflammari ſoleant: & (ut ſupra dictum eſt) cor & caput in hoſtiis non eſt repertum. Stellæ etiam juxta ſolem per diem viſæ ſunt clariſſimæ [3] ante dies quam obiret. Et ipſe omen de Juliano ſucceſſore dediſſe dicitur. Nam quum ei Didius Julianus fratris filium obtuliſſet, cui deſpondebat filiam ſuam, adhortatus juvenem ad patrui obſervationem, adjecit, *Obſerva* [4] *collegam & ſucceſſorem meum:*: nam ante Julianus ei & in conſulatu collega fuerat, & in proconſulatu ſucceſſerat. Milites eum & aulici odio habuerunt: populus mortem ejus indigniſſime tulit, quia videbat omnia per eum antiqua poſſe reſtitui. Caput ejus conto fixum, milites qui eum occiderant, per urbem in caſtra pertulerunt. Reliquiæ ejus recuperato capite, in ſepulcro avi uxoris locatæ ſunt. Et Julianus ſucceſſor illius, corpus ejus quanto potuit honore funeratus eſt, quum id in Palatio reperiſſet: qui nunquam ejus ullam mentionem vel apud populum vel apud ſenatum publice fecit: ſed quum ipſe quoque à militibus deſertus jam eſſet, per ſenatum & populum, Pertinax in deos relatus eſt. Sub Seve-

tant. Vegetius Veterinariæ artis libro ſecundo, capite XVI. *cum accidit ſuffuſio, oculis videtur incolumis, nullis lacrimis, nullo ſanguine, nulla indignatione prodit injuriam, ſed uno tantum declaratur judicio, quòd cùm pupilla ipſius imaginem tuam tanquam in ſpeculo videre non potes.*

SALMASIUS.

1 *In oculis ejus pupillas cum imaginibus.*] Idem liber, *pupulas:* quod non raro inveni ſcriptum in multis manu exaratis codicibus, pro *pupillas.* Ovidius:

— oculis quoque pupula duplex
Fulminat & gemino lumen ab orbe venit.

GRUTERUS.

2 *Pupillas cum imaginibus.*] Pal. *pupulas.*

3 *Ante diem quam obiret.*] Sequutus ſum codicem Regium. vulgo erat, *dies.*

CASAUBONUS.

3 *Ante dies quàm obiret.*] Legebam, *ante dies duas quam obiret.* ſed regius aliter præfert, *ante diem q.*

4 *Collegam & ſucceſſorem meum.*] Idem accipit in Juliano: nam & ille collegam in conſulatu & ſucceſſorem in proconſulatu Severum habuit.

1 *Funus*

Severo autem imperatore quum ſenatus ingens teſtimonium habuiſſet Pertinax, [1] funus imaginarium ei & cenſorium ductum eſt, & ab ipſo Severo funebri laudatione ornatus eſt. Ipſe autem Severus amore boni principis, [2] à ſenatu Pertinacis nomen accepit. [3] Filius Pertinacis patris flamen eſt factus. [4] Marciani ſodales, qui divi Marci ſacra curabant, Helviani ſunt dicti propter Helvium Pertinacem. [5] Circenſes & imperii natalis additi (qui à Severo poſtea ſublati ſunt) & [6] Genethliaci, qui manent. Natus autem Kal. Auguſtis, [7] Vero & Bibulo coſs. Interfectus autem eſt v. Kal. Aprilis, Falcone & Claro coſs. [8] Vixit annis LX. men-

1 *Funus imaginarium ei & cenſorium ductum eſt.*] *Imaginarium* appellat, quod non corpori Pertinacis, ſed ejus imagini ductum eſt, ut loquitur Spartianus in Severo. *Cenſorium* veteri appellatione dixit, quod ſeculo convenientius in Opilio Macrino, *funus regium* vocavit: Spartianus in Ælio Vero, *imperatorium.* Temporibus vero liberæ Reip. cenſorium dicebatur: quia cenſura omnium dignitatum maxima & præſtantiſſima habebatur. Sed hæc pluribus viri docti.

2 *A ſenatu nomen accepit.*] Vel ipſe ſibi aſcivit. nam ita alii. quidam etjam aliter. vide ad vitam illius.

3 *Filius Pertinacis.*] Qui à Caracallo poſtea occiſus, cùm eſſet Cos. ſuffectus.

4 *Marciani ſodales Helviani ſunt dicti.*] Spartianus in Severo, *addito flamine, & ſodalibus Helvianis, qui Marciani fuerant.* ſic loquuntur & Capitolinus & Spartianus, quaſi Marcianorum fuiſſet tum nomen ſublatum. meminit tamen amborum lapis vetus Romæ, ubi hæc inter cætera. SODALI. MARCIANO. AVRELIANO. COMMODIANO. HELVIANO. SEVERIANO.

5 *Circenſes & imperii natalis additi.*] Quid ſit, *circenſes addere*, diximus ad Commodum. Natalis imperii Pertinacis incidebat in Kalendas ipſas Januarias: diem & aliâs feſtum ac ſolennem.

6 *Et Genethliaci.*] Scribe, *Genitalitii.*

SALMASIUS.

6 *Et genitiali qui manent.*] *Genitiali* dies pro nataliciis, non eſt ſermonis aut conſuetudinis Latinæ. nec *genitales* nec *genitalitii.* ſcribendum itaque: & *genethlii qui manent*: vel *genethliaci.* γενεθλιακοὺς ἀγῶνας vocat Leonides quodam epigrammate. τὰ γενέθλια paſſim Græci.

GRUTERUS.

6 *Et genitiali, qui manent.*] Sic & Pal. niſi quod is diviſis vocibus, *& geniti aliqui manent.* vulgg. *genitalii*, quod neſcio an alii uſurparint pro *genitalitio.*

8 *Vixit annis ſexaginta.*] Non aliter uterque Palatinus.

CASAUBONUS.

7 *Vero & Bibulo Coſſ.*] Anno imperii Hadriani nono, Coss. Vero & Ambiguo Bibulo.

8 *Vixit annis LX.*] Scribendum, LXVI. palam eſt ex adſcriptis conſulibus. & ita apud Dionem: etſi in univerſa ratione nonnihil diſcrepat Dionis λογισμός.

Nn 9 1 *Die-*

menſibus VII. [1] diebus XXVI. [2] Imperavit menſibus II. [3] diebus XXV. [4] Congiarium dedit populo denarios centenos. [5] Prætorianis promiſit duodena millia nummûm; ſed dedit ſena. Quod exercitibus promiſſum eſt, datum non eſt: quia mors eum prævenit. Horruiſſe autem illum imperium epiſtola docet, quæ vitæ illius à Mario Maximo appoſita eſt: [6] quam ego inſeri, [7] ob nimiam longitudinem, nolui.

1 *Diebus XXVI.*] Si rectè ſcriptum modò occiſum fuiſſe quinto Kal. Apr. ſcribendum hic XXVIII. aut, ut dies cædis non numeretur, XXVII.

2 *Imperavit menſibus II.*] Inveni in regio, VI. quæ menda multos Græcorum chronologorum olim decepit.

3 *Diebus XXV.*] Regius, XXVI. de quo modò diximus.

4 *Congiarium dedit populo denarios centenos.*] Dio: ἔδωκε τῷ δήμῳ καθ' ἕκαστον δραχμὰς ρ'.

5 *Prætorianis promiſit duodena millia nummûm.*] Et hîc ſequitur Dionem: τρισχιλίας αὐτοῖς δραχμὰς κατ' ἄνδρα δώσειν ἐψηφίσατο. ſed quod adjicit, *ſed dedit ſena*; diſſentit à Dione, qui ſcribit, τοῖς δορυφόροις ἔδωκεν ὅσα ὑπέσχετο.

6 *Quam ego inſeri.*] Puteanus, *inſerere.*

7 *Ob nimiam longitudinem.*] Regius, *nimiam long.* eodem ſenſu.

GRUTERUS.

6 *Quam ego inſeri, ob nimiam longitudinem, nolui.*] Sic quoque Pal, interim dolendum eſt bonos auctores incidere in carnificum manus, quibus hoc unum curæ, de magno libro eoque optimo, facere enchiridion rei nullius. meo quidem voto pereat omne genus Epitomatorùm.

ÆLII

[1] ÆLII SPARTIANI
DIDIUS JULIANUS,
AD
DIOCLETIANUM AUG.

DIDIO JULIANO, qui poſt Pertinacem impe- 1
rium adeptus eſt, [2] proavus fuit Salvius Julianus, bis conſul, præfectus urbi, [3] & Juriſconſultus: quod magis

SALMASIUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Ad Spartianum tandem reverſi ſumus, cui hanc vitam tribuunt omnes omnino libri. ſed ſi fides illis Excerptis toties à nobis citatis, in Spartiano ſemper fuimus.

CASAUBONUS.

2 *Proavus fuit Salvius Iulianus.*] Maternus hic proavus, non paternus Juliani Aug. cujus ſtemma ſatis perturbate deſcriptum hic à Spartiano, & ut cenſemus nos, mutilatum, oculis ſubjecimus ad majorem lucem.

Didius Severus
Inſuber Mediolanenſis
|
Didius Severus.
|
Petronius Didius Severus, cui uxor, — *Æmilia Clara.*

Salv. Iulian. bis Cos. I. Ctus. auctor Edicti perpetui ſub Hadr. Afer Hadrumetinus.
|
Salvius Iulianus.
|
Æmilia Clara. *Salvius Iulianus.*

Didius Proculus. *P. Didius Salvius* JULIANUS *Severus* AUG. *Nummius Albinus.*
Manlia Scantilla AUG.
|
Didia Clara Aug.
Cornelii Repentini uxor.

Habes hic proavum paternum, cujus nullam facit iſto loco mentionem Spartianus: niſi fallunt nos codices, quod nos putamus, uti mox dicemus: ſed meminit idem inferius, & avi & proavi, amboſque fuiſſe dictos Severos indicat. PETRONIUS quod patri hujus prænomen fuit, olim gentis erat nomen, non prænomen: pridem ſiquidem exoleverat vetuſtiorum circa nomina obſervatio.

3 *Et Juriſconſultus, quod magis eum nobilem fecit.*] Adeò quidem, ut Græci ſcriptores nonnulli ipſum quoque appellent τὸν νομοθέτην: quaſi fuerit hic ille celeberrimus Juriſconſultus, qui Edictum perpetuum compoſuit; quod & Aurelius Victor falsò putavit. in ſcriptis mutata diſtinctione, hæc verba, *quod m. e. n. fecit*, ad matrem Juliani referebantur.

magis eum nobilem fecit. Mater Clara Æmilia: pater Petronius Didius Severus: fratres Didius Proculus, & [1] Nummius Albinus: avunculus Salvius Julianus: [2] avus paternus, [3] Inſuber Mediolanenſis: [4] maternus [5] ex Adrumentina colonia. Educatus eſt apud Domitiam Lucillam, matrem Marci imperatoris. [6] Inter viginti viros electus eſt ſuffragio matris Marci. Quæ-

GRUTERUS.

3 *Et juriſconſultus; quod magis eum nobilem fecit.*] Ita eſt, ſæpe plus nominis à profeſſione litterata, quam honore maximo. Tacitus libro XII. cap. 28. *Decretuſque Pomponio triumphalis honos; modica pars famæ ejus apud poſteros, in queis carminum gloria præcellit.*

CASAUBONUS.

1 *Nummius Albinus.*] Regius, *Numinius.* Rectum eſt *Nummius.* Lapis Romæ.

JOVI
SERENO
NUMMIUS
ALBINUS
EX VOTO.

Sic etiam in aliis ſaxis.

2 *Avus paternus Inſuber Mediolanenſis: maternus ex Adrumentina colonia.*] Avus hic maternus filius fuit Salvii Juliani qui Romæ vixit celeberrimus Hadriano imperante. quomodo igitur hujus filius Afer Hadrumetinus? ego non concoquo. Lego vero, *proavus pat.* ex poſito Juliani ſtemmate, quia erant Romæ vetuſtiores gentes Didia & Salvia, quarum ſæpe in hiſtoriis mentio; ne cum illis prioribus recentiores iſtas e quibus ortus Julianus, quiſquam confunderet, primam utriuſque gentis originem, & unde ac quando Romæ innotuerit, adnotat Spartianus. Salvii apud Ciceronem, Suetonium, alios leguntur multi: Didii etiam: nam ridicule errant Græci, qui Julianum imperatorem DIDIUM παρὰ τὸ διδόναι nuncupatum ſcribunt, propter datam pecuniæ vim, cùm imperium eſt mercatus. Georgius Monachus: Ἰουλιανὸς ὁ κληθεὶς Δίδιος, διὰ τὸ χρήμασι τὴν βασιλείαν ὠνήσασθαι. Cedrenus, Δίδιος δὲ ἐπεκλήθη, διὰ τὸ ὑπὸ δώρων λαβεῖν τὴν βασιλείαν.

5 *Hadrumentina colonia.*] Regius, *Hadrumentina.* mirum eſt quàm variè & Græci & Latini hoc nomen extulerint, ſcripſerintque. obſervat Hermolaus è Stephano, dixiſſe Græcos, Ἀδρύμητα, & Ἀδρύμητον, alios maſculino, alios fœminino genere, quoſdam neutro. nomen eſt Hebraicum, ut ex Solino docuit illuſtriſſimus Scaliger: vide ad vitam Albini. neque alia origo ſimilium appellationum, quæ diverſis locis Aſiæ, Africæ, atque etiam Europæ ſunt attributæ: de quibus plura alibi. in his omnibus ſecunda ſyllaba promiſcue per τς aut δρ ſcribitur.

SALMASIUS.

3 *Inſuber Mediolanenſis.*] Palatinus & vetus editio: *Inſubris.*

5 *Ex Adrumentina colonia.*] *Ex Adrumetina.* Pal. melius, nam *Adrumetum* Latinis, ut Græcis Ἀδρύμητον.

6 *Inter viginti viros electus eſt.*] *Lectus eſt.*

GRUTERUS.

3 *Inſuber Mediolanenſis.*] Palatinus, *Inſubris.*

4 *Maternus ex Adrumentina colonia.*] Palat. *Adrumetina.* nihilo pejus.

CASAUBONUS.

6 *Inter viginti viros electus eſt.*] Fuit libera Rep. vetus conſuetudo, ut populus

Quæſtor ante annum quàm legitima ætas ſinebat, deſignatus eſt. Ædilitatem ſuffragio Marci conſequutus eſt. Prætor ejuſdem ſuffragio fuit. Poſt præturam [1] legioni præfuit in Germania viceſimæ ſecundæ Primigeniæ. Inde Belgicam ſanctè ac diu rexit. Ibi Cauchis, [2] Germaniæ populis qui Albim fluvium accolebant, erumpentibus reſtitit, tumultuariis auxiliis provincialium: ob quæ conſulatum meruit, teſtimonio

pulus quotannis XXVI. viros crearet, quorum munia ſic poſtea diſtribuebantur. Fiebant ex illis Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri curatores viarum in Urbe. Decemviri ſtlitibus judicandis, qui haſtam centumviralem cogebant, Duumviri curatores viarum extra urbem, Quatuorviri in præfecturas Campaniæ mittebantur: ſed hic numerus Auguſto fuit imminutus, ſublatis Viocuris qui extra Urbem curabant, & Quatuorviris qui in Campaniæ præfecturas mittebantur. ita pro XXVI. fuere XX. viri ſolum: quos quidem non inſtituit Auguſtus, ut ſcribunt etiam doctiſſimi viri; ſed eorum tantum creationem mutavit: jubens ut ex equeſtri ordine eligerentur; qui videntur ante ſoliti è liberis ſenatorum creari. Ita accipienda verba Dionis libro LIV. ubi fusè de his. meminit & Feſtus in voce Præfecturæ: cujus locum jam olim Jacobus Cujacius emendavit rectè in XI. Obſervationum. Erat vigintiviratus velut janua quæ aditum ad honores patefaceret: ad quos perdiu principum quoque liberi adibant hac via. Dio libro LVIII. in Claudio: *τοὺς γαμβροὺς τότε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσε, καὶ ὀψί ποτε πρὶν ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι σφίσιν ἐπέτρεψε.* ſed hujus muneris obeundi neceſſitatem ſæpe remittebat illis ſenatus. habes exemplum apud Tacitum Annalium libro tertio: ubi Tiberius Neronem è liberis Germanici jam ingreſſum juventam commendans patribus, petit, ut munere capeſſendi vigintiviratus ſolveretur.

1 *Legioni præfuit in Germania viceſimæ ſecundæ, Primigeniæ.*] Vetus lapis Romanus ubi inſculpta legionum nomina, hanc non prætermittit. nam ibi leges, XXII. PRIM. hoc eſt, VICESIMA SECVNDA, PRIMIGINIA. Videtur Dio libro LV. in accuratiſſimo legionum Romanarum recenſu, nullam hujus feciſſe mentionem. Sed non ita eſt: neque enim poterat fieri ut tantus in Rep. vir, legionem iſtam aut ignoraret, aut prætermitteret. ille vero non prætermittit; diſerte enim duo *πὐγμαζα εἰκοστὼν* nominat: quarum legionum altera in ſuperiore Britannia caſtra haberet, altera in Germania ſuperiore. ambas ait Victrices appellatas: ſed eam quæ in Germania prætenderet, à paucis ita nominari. hæc eſt illa de qua hic Spartianus: qui viceſima ſecunda appellatur ad diſcrimen alterius illius viceſimæ quæ in lapide Rom. ſic notatur: XX. VICTR. Sed de loco Dionis plura alibi ſunt dicenda.

SALMASIUS.

2 *Germaniæ populis qui Albim fluvium accolebant.*] Codex Palatinus, *Albem.* Excerpta autem Spartiani, *Albam.* Vopiſcus quoque *Albam* vocavit, in Probo: *cæſis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupaverant ſolum, relliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.*

1 Per

monio imperatoris. Cattos etiam debellavit. Inde Dalmatiam regendam accepit, eamque à confinibus hoſtibus vindicavit. Poſt Germaniam inferiorem rexit. Poſt hoc curam alimentorum in Italia meruit.
2 Tunc factus eſt reus [1] per quendam Severum clariſſimum militem, conjurationis cum Salvio contra Commodum: ſed à Commodo, quia multos jam ſenatores occiderat, & quidem nobiles ac potentes in cauſis majeſtatis, ne triſtius gravaretur, [2] Didius liberatus eſt, accuſatore damnato. Abſolutus, iterum ad regendam provinciam miſſus eſt. Bithyniam deinde rexit: ſed non ea fama qua cæteras. Fuit conſul cum Pertinace, & in proconſulatu Africæ eidem ſucceſſit. & ſemper ab eo collega eſt & ſucceſſor appellatus: maximè eo die [3] quum filiam ſuam Julianus deſpondens affini ſuo, ad Pertinacem veniſſet, idque intimaſſet. [4] dixitque debita reverentia, *quia collega, & ſucceſſor meus eſt.* Statim enim mors Pertinacis ſequuta eſt. Quo interfecto, quum [5] Sulpitianus imperator in caſtris appellari vellet, & [6] Julianus cum genero [7] ad ſenatum veniſſet

CASAUBONUS.

1 *Per quendam Severum clariſſimum militem.*] Scribo, *Clariſſimum.* eſt enim proprium ejus militis nomen. ſic Veriſſimus, Feliciſſimus, & alia his ſimilia, etſi oppido rara.

2 *Didius liberatus eſt.*] Prius tamen In veterem patriam ſuam, Mediolanum relegatus. Dio auctor.

3 *Cum filiam ſuam Julianus deſpondens affini ſuo.*] Affinem vocat, fratris filium. Capitolinus in Pertinace.

4 *Dixitque debita reverentia, quia collega & ſucceſſor meus eſt.*] Deeſt aliquid manifeſtiſſime. Supplendum in hanc ſententiam: *dixit tum juveni Pertinax, Hunc tu obſerva debita reverentia, quia c.* Capitolinus: *adhortatus juvenem ad patrui obſervationem adjecit, Obſerva collegam & ſucceſſorem meum.*

5 *Sulpitianus imperator in caſtris appellari vellet.*] Eo miſſus fuerat Sulpicianus à genero Pertinace, ut motus prætorianorum componeret.

6 *Et Julianus cum genero.*] Regius, *ſocero*, at Puteani, *cum genero Cornelio Repentino.* quod verum eſſe liquet ex ſequentibus.

7 *Ad ſenatum veniſſet.*] Imo cœnanti & inter pocula verſanti, nuntius de cæde Pertinacis allatus, & ſuggeſtum ab uxôre & filia conſilium de capeſſendo imperio. Herodianus.

GRUTERUS.

6 *Julianus cum genero ad Senatum.*] Palatinus quoque ſubſcriptum habet ad illud *genero, Cornelio Repentino*, ſed eſt à manu recentiſſima; manuitque ab eo, qui infra id generi nomen expromptum meminerat.

1 *Reti-*

niſſet quem indictum acceperat, quumque clauſas valvas inveniſſet, atque illic duos tribunos reperiſſet, P. Florianum & Vectium Aprum, cœperunt eum hortari tribuni, ut locum arriperet: quibus quum diceret, jam alium imperatorem appellatum, [1] retinentes eum ad prætoria caſtra duxerunt. Sed poſteaquam in caſtra ventum eſt, quum Sulpitiano præfecto urbi, ſocero Pertinacis, concionante ſibique imperium vindicante, Julianum è muro ingentia pollicentem nullus admitteret, primum Julianus monuit prætorianos ne eum facerent imperatorem, qui Pertinacem vindicaret: deinde ſcripſit in tabulis ſe Commodi memoriam reſtituturum: atque ita & admiſſus eſt & imperator appellatus: rogantibus prætorianis ne Sulpitiano aliquid noceret quòd imperator eſſe voluiſſet. Tunc Julianus Flavium Genialem & Tullium Cri- 3
ſpinum ſuffragiis prætorianorum præfectos prætorii fecit, ſtipatuſque eſt caterva imperatoria per Maurentium, qui ſe antea Sulpitiano conjunxerat. Sane [2] quum vicena quina millia militibus promiſiſſet, tricena dedit. Inde habita concione militari, [3] veſpera in ſenatum venit, [4] totumque ſe ſenatui permiſit: [5] factoque ſenatusconſulto imperator eſt appellatus, & tribunitiam poteſtatem, jus proconſulare in patricias familias relatus, emeruit. Uxor etiam Mallia Scantilla, & filia

CASAUBONUS.

1 *Retinentes eum ad caſtra prætoria duxerunt.*] Lego, *renitentem*.

2 *Quum vicena quina millia militibus promiſiſſet.*] Dio ſummam ait eandem, ſed aliter exprimit. promiſiſſe enim ſcribit drachmarum ſena millia, ducenas, & quinquagenas.

3 *Veſpera in ſenatum venit.*] Dio: ἐς ἑσπέραν ἐς τε τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ βουλευτήριον ἠπείχθη.

4 *Totumque ſe ſenatui permiſit.*] Imponit nobis Spartianus, ſive is potius ſcriptor quem ille ſequitur: nam hoc falſiſſimum eſſe, teſtis locuples Dio, etſi privatim Juliani inimicus.

5 *Factoque ſenatusconſulto imperator eſt appellatus.*] Dionem obiter emendabis, & ſcribes: ἔτι τὴν αὐταρχίαν καὶ ἐκ τῶν τῆς βουλῆς προσταγμάτων βεβαιωσάμενος, perperam enim vulgò σφαγμάτων.

GRVTERVS.

1 *Retinentes eum ad prætoria caſtra duxerunt.*] Melius fuiſſet, *renitentem* dummodo ablandirentur mſſ.

1 *Uxore*

filia ejus Didia Clara, auguſtæ ſunt appellatæ. Inde ſe ad Palatium recepit, [1] uxore ac filia illuc vocatis, trepidis & invitis eò tranſeuntibus [2] quaſi jam imminens exitium præſagirent. Præfectum urbi Cornelium Repentinum, generum ſuum, fecit in locum Sulpitiani. Erat interea in odio populi Didius Julianus ob hoc quod creditum fuerat, emendationem temporum Commodi Pertinacis autoritate reparandam: habebaturque ita [3] quaſi Juliani conſilio eſſet interemptus. [4] Etiam hi primum qui Julianum odiſſe cœperant, diſſeminarunt, prima ſtatim die Pertinacis cœna deſpecta, luxurioſum paraſſe convivium oſtreis & altilibus & piſcibus adornatum: [5] quod falſum fuiſſe conſtat. Nam Julianus tantæ parſimoniæ fuiſſe perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, ſi quis ei fortè miſiſſet. [6] ſæpe autem nulla exiſtente religione, oleribus, leguminibuſque contentus, [7] ſine carne cœnaverit. Deinde [8] neque cœnavit priuſ-

CASAVBONVS.

1 *Uxore ac filia illuc vocatis, trepidis & invitis tranſeuntibus.*] Etiam in hoc diſſentit ab aliis, qui impulſum Julianum ab uxore & filia ſcribunt. Herodianus, *πείθουσιν αὐτὸν ἥ τε γυνὴ καὶ ἡ θυγάτηρ.* & Zoſimus, *ὑπὸ γυναικὸς ἐπαρθείς.*

4 *Etiam hi.*] Scribe, *Et jam hi.*

5 *Quod falſum fuiſſe conſtat.*] Refellit Dionem, cujus verba ſunt: εἰσῆλθεν ἐς τὸ Παλάτιον, καὶ εὑρὼν τὸ δεῖπνον τὸ τῷ Περτίνακι παρεσκευασμένον, πολλά τε αὐτοῦ κατεγέλασε, καὶ μεταπεμψάμενος ὅθεν τι καὶ ὁπωσοῦν εὑρεθῆναι τότε ἠδυνήθη πολυτίμητον, διεπίμπλατο. Herodianus eadem teſtatur: ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχήν, τρυφαῖς ἀδεῶς καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε.

6 *Sæpe autem nulla exiſtente religione.*] Malim *exigente*. ſed ferri poteſt, pro, cum nulla eſſet religio. abutuntur enim ſcriptores verbo *exiſtere*. hoc autem addit, quia religionis cauſſa ſæpe abſtinebant carnibus, & oleribus ſe leguminibuſque oblectabant. Lege quartum Porphyrii Περὶ ἀποχῆς.

GRUTERUS.

2 *Quaſi jam imminens exitium præſagirent.*] De hac animarum divinatione, multa accumulavimus ad illud Livii libro xxv. cap. 35. *Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat, ſed tamen mæſtum quoddam ſilentium erat, & tacita divinatio; qualis jam præſagientibus animis imminentis mali eſſe ſolet.*

SALMASIUS.

3 *Quaſi Iuliani conſilio eſſet interemptus.*] *Habebaturque ita quaſi Iuliani conſilio eſſet Pertinax interemptus.* Palatinus cum editione Mediolanenſi.

CASAVBONVS.

7 *Sine carne cœnaverit.*] Idem in Se-

Priuſquam ſepultus eſſet Pertinax, & triſtiſſimus cibum ob ejus necem ſumpſit, & primam noctem vigiliis continuavit, de tanta neceſſitate ſolicitus. Ubi 4
verò primum illuxit, ſenatum & equeſtrem ordinem in Palatium venientem admiſit, [1] atque unumquemque, ut erat ætas, vel patrem vel filium, vel parentem affatus blandiſſime eſt. Sed populus in Roſtris atque ante curiam, ingentibus eum convitiis laceſſebat, ſperans deponi ab eo poſſe imperium quod milites dederant. [2] Lapidationem quoque fecere: deſcendenti cum militibus & ſenatu in Curiam diras imprecati ſunt: [3] rem divinam facienti ne litaret optarunt. Lapides etiam in eum jecerunt, quum Julianus manu eos ſemper placare cuperet. Ingreſſus autem curiam, [4] placide & prudenter verba fecit. Egit gratias quod eſſet aſcitus, quod & ipſe & uxor & filia ejus Auguſtorum nomen acceperunt. Patris patriæ quoque nomen recepit: argenteam ſtatuam reſpuit. [5] E ſenatu in Capi-

Severo: *cibi parciſſimus, leguminis patrii avidus, vini aliquando cupidus, carnis frequenter ignarus:*

8 *Neque cœnavit priusquam ſepultus eſſet Pertinax.*] Evertit Dionis illa, ἔνδον ἔτι τοῦ νεκροῦ κειμένου. confer & cætera.

1 *Atque unumquemque ut erat ætas.*] Dio, προσγελῶν τε καὶ προσπαίζων πρὸς τοὺς τυχόντας. & in eam ſententiam plura. Sed Spartianus humanitati ac civilitati aſcribit, quod verius Dio blanditiis & aſſentationi, & ut ipſe ait, ἀκράτῳ θωπείᾳ.

2 *Lapidationem quoque fecere.*] Meminit harum lapidationum & in Peſcennio Nigro Spartianus.

3 *Rem divinam facienti.*] Ὅτι τὰ ἱεσπίεσαν περὶ τοῦ βουλευτηρίου ἰδόντι.

4 *Placide & prudenter verba fecit.*] Extat apud Dionem inſulſiſſima & impudentiſſima oratio quam in ſenatu habuit Julianus. ſed non eſt illa oratio, quam intelligit hic Spartianus: nam hæc ſecundo ſenatu habita poſtridie quàm imperium occupaſſet; illa primo ſenatu cum in Curiam è Caſtris veniſſet.

5 *E ſenatu in Capitolium pergenti.*] Ita fuit moris. Capitolinus in Maximo & Balbino; *Egreſſi à ſenatu primùm Capitolium aſcenderunt, ac rem divinam fecerunt.*

GRVTERVS.

1 *Atque unumquemque, ut erat ætas, vel patrem, vel filium, vel parentem affatus blandiſſime eſt.*] Nullam video differentiam inter *patrem* & *parentem*; multo minus tales differre ætate. itaque perſuadeor, vel contra mſſ. reſcribendum, *vel fratrem, vel filium, vel parentem.* ſic ſupra in Marco Antonino Philoſopho cap. XVIII. p. *Cum igitur in amore omnium imperaſſet, atque ab aliis, modo frater, modo pater, modo filius, ut cujuſque ætas ſinebat, & diceretur & amaretur.*

Capitolium pergenti populus obſtitit, ſed ferro & vulneribus [1] & pollicitationibus aureorum [2] quos digitis oſtendebat, ipſe Julianus (ut fidem faceret) ſummotus atque depulſus eſt: [3] inde ad circenſe ſpectaculum itum

CASAUBONUS.

1 *Et pollicitationibus aureorum, quos digitis oſtendebat.*] Non ipſos fortaſſe, ſed eorum numerum: nam ita ſæpe factitatum legimus. Et inclinatione imperii digitis pretium intendiſſe Julianum ſcribit Dio. ſic enim illa accipienda: φωνῇ μεγάλῃ βοῶν, καὶ ταῖς χερσὶν ἐνδεικνύμενος. Digitis numeros expreſſiſſe veteres etiam maximos, & pueri ſciunt. Si quis malit ipſos aureos fuiſſe oſtentatos, non repugnabo: imo vero, propter illa verba, *ut fidem faceret*, lubens aſſentiar. Diſtinguendum autem, *& pollicitationibus aureorum quos digitis oſtendebat ipſe Julianus, ut fidem faceret, ſummotus atque d. e.* Dio hic ſimpliciter, ἀργύριόν τι αὐτοῖς ὑπισχνεῖτο.

3 *Inde ad circenſe ſpectaculum itum eſt.*] *Spectaculum eſt* θέα. quo tamen modo ſi hic accipias, erres ridicule. nihil enim aliud *circenſe ſpectaculum* hoc loco, niſi Circus ipſe, & locus ſpectaculorum. melius Dio, συνέδραμον ἐς τὸν ἱππόδρομον, & Herodianus, cujus notatu digna verba: ἔς τε τὸν ἱππόδρομον, ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει, τὸν Ἰουλιανὸν ἐβλασφήμουν. Ait in Circo maxime ſolitum populum ἐκκλησιάζειν, hoc eſt per tumultum convenire, & ſuæ voluntatis ſignificationem dare. nam ſi accipias id verbum, ſicut paſſim apud Græcos, cum dicitur populus Athenienſis, vel alius è Græcis, in theatro ἐκκλησιάζειν, falſa ſententia: nullum enim jus habuit pop. Rom. conveniendi in circum, ut de re publica deliberaret: ſed ſpoliati jure conventus habendi in Comitio, in circis & theatris, turbatis rebus, congrediebantur. Mirum vero quod ſcribit Dio, manſiſſe populum in Circo diem noctemque integram cibo potuque neglecto, donec fames tandem inde exire compulit.

SALMASIUS.

2 *Quos digitis oſtendebat ipſe Julianus.*] Diſtingue: *ſed ferro & vulneribus & pollicitationibus aureorum, quos digitis oſtendebat ipſe Julianus ut fidem faceret, ſummotus atque depulſus eſt.* utrum ipſos aureos oſtentarit & manibus eos tenuerit, an numerum aureorum ſolummodo per digitos in notam numerariam formatos ſignificarit, incertum eſt. placet magis ut de aureorum numero, quos populo daturus erat, digitis oſtentato accipiamus. cujus rei exemplum apud Dionem in Marco: ubi χερσὶ προσενδείξασθαι vocat, quod Spartianus digitis oſtentare. ἐλθὼν δὲ ἐς τὴν Ῥώμην καὶ πρὸς τὸν δῆμον διαλεγόμενος, ἐπειδὴ μεῖζόν λέγοιτο αὐτοῦ τά τε ἄλλα καὶ ὅτι πολλοῖς ἔτεσιν ἀποδεδημηκὼς εἴη, ἀνεβόησαν ὀκτώ. καὶ τοῦτο καὶ ταῖς χερσίν, ἵνα δὴ καὶ χρυσοῦς τοσούτους ἐς τὸ δεῖπνον λάβωσιν, προσενεδείξαντο. alibi idem Dio χερσὶν ἐνδείξασθαι dixit, ubi narrat quomodo licitatus ſit imperium Julianus.

3 *Inde ad circenſe ſpectaculum itum eſt.*] Durum eſt heic accipere circenſe ſpectaculum pro circo. hoc ſi voluiſſet dicere Spartianus, nonne erat in proclivi dicere, *inde in circum itum eſt*? quid igitur ſi aliter accepit, & populum in circum veniſſe ſpectandi gratia intellexit? id ſane omnino & illa ſequentia verba declarant: *ſed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis, populus geminavit convitia in Julianum.* quo enim hanc obſervationem de occupatis omnium ſubſelliis indifferenter à populo,

tum eſt. Sed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis, populus geminavit convitia in Julianum: Peſcennium Nigrum, qui jam imperare dicebatur, ad urbis præſidium vocavit. Hæc omnia Julianus placide tulit, totoque imperii ſui tempore mitiſſimus fuit: populus autem in milites vehementiſſime invehebatur, qui ob pecuniam Pertinacem occidiſſent. [1] Multa igitur quæ Commodus ſtatuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum favorem populi, reſtituit. De ipſo Pertinace neque male neque bene quicquam egit: [2] quod graviſſimum plurimis viſum eſt. Conſtituit propter metum militum [3] de honore Pertinacis tacitum eſſe.
Et Julianus quidem neque Britannicos exercitus, ne- 5
que Illyricos timebat: Nigrum vero [4] miſſo primipilario

populo, ſi populus non ſpectandi gratia eo convenerat? iterum dico, neutiquam mihi placet Circenſe ſpectaculum heic accipi pro loco ubi eduntur ſpectacula ac pro circo ipſo. tota hac Juliani vita cum multis locis diſſentiat Spartianus ab auctoribus Græcis Dione & Herodiano, poſſit & hoc loco diſſentire & male accepiſſe verba Græci auctoris à quo accepit, aut alios denique ſequutus eſſe auctores.

CASAUBONUS.

1 *Multa igitur quæ Commodus ſtatuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum favorem populi, reſtituit.*] Cave accipere vocem *populi*, in propria notione, hoc eſt, pro univerſo pop. Rom. plebem enim hic, & è populo viliſſimum quemque ac perditiſſimum ſignificat. Populus quidem inſtitutam à Pertinace publicorum morum emendationem probavit, eoque nomine defunctum illum deſideravit. paullo ante, *Erat in odio populi Julianus, ob hoc quod creditum fuerat, emendationem temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam.* ſic in Pertinace Capitolinus, *Populus mortem ejus indigniſſimè tulit, quia videbat omnia per eum antiqua poſſe reſtitui.*

2 *Quod graviſſimum plurimis viſum eſt.*] Erat enim moris, ut novi principes de honoribus defunctorum imperatorum relationem ſtatim facerent. Capitolinus in Maximo & Balbino; *Prima relatio principum fuit, ut duo Gordiani divi appellarentur.* Scribe deinde, *Conſtitit autem propter metum militum*, &c.

4 *Miſſo primipilario occidi præceperat.*] Sic & ſcripti, non ut aliquis malit, *primipilari.* atque ita iterum in Peſcennio.

SALMASIUS.

3 *De honore Pertinacis tacitum eſſe.*] Palatinus: *tacitum eſt.* quam lectionem ſi ſequimur, aliter fuerit diſtinguendum in ſuperioribus, & legendum hoc modo: *de ipſo Pertinace neque bene neque male quicquam egit. quod graviſſimum plurimis viſum eſſe conſtat,* (vel etiam, *conſtitit.*) *Propter metum militum de honore Pertinacis tacitum eſt.* vel ſane ita: *conſtitit quod propter metum militum de honore Pertinacis tacitum eſt.* quomodo ſæpe loquuntur iſti ſcriptores. & hoc probo.

GRUTERUS.

4 *Miſſo primipilario.*] Sic & mſ. Pal. non *primipilari.*

pilario occidi præceperat, timens præcipue Syriacos exercitus. Ergo Peſcennius Niger in Syria, Septimius Severus in Illyrico, cum exercitibus quibus præſidebant à Juliano deſcivere. Sed quum ei nuntiatum eſſet Severum deſciviſſe, [1] quem ſuſpectum non habuerat, [2] perturbatus ad ſenatum venit, [3] impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur: militibus etiam qui Severum ſequuti fuerant, dies præſtitutus, ultra quem ſi cum Severo fuiſſent, hoſtium numero haberentur. Miſſi ſunt præterea legati conſulares à ſenatu ad milites, qui ſuaderent ut Severus repudiaretur, [4] & is eſſet imperator quem ſenatus elegerat. Inter cæteros [5] legatus eſt [6] Veſpronius Candidus, vetus conſularis, olim militibus inviſus ob durum & ſordidum imperium. Miſſus eſt ſucceſſor Severo Valerius Catulinus: quaſi poſſet ei ſuccedi qui militem jam ſibi tenebat. Miſſus præterea Aquilius centurio, [7] notus cædibus ſenatoriis,

CASAUBONUS.

1 *Quem ſuſpectum non habuerat, perturbatus ad ſ.*] Regius vocem inſerit, haut ſcio quanti pretii: *humaniter perturbatus eſt & a.*

3 *Impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur.*] Regius, *imperavitque.* non multum diverſo ſenſu. & imperavit autem & impetravit. Dio, πολέμιον τὸν Σεβῆρον διὰ τῆς βουλῆς ἐποιήσατο.

4 *Is eſſet imperator quem ſenatus eligeret.*] Reg. *is eſſet in Rep. quem ſ.* in eodem eſt *eligeret.* ſed melius priores editiones, *elegerat.* de ſe enim locutus Julianus.

6 *Veſpronius Candidus, vetus conſularis.*] R. *Veſprimius Candidus Verus conſ.* Fortaſſe ſcripſerat, *Veſpronius Candidus Verus, vetus conſ.* Veſpronii Candidi hujuſce, vel ejus patris aut avi & in Faſtis mentio, & in alia hiſtoria, atque etiam apud Tertullianum. Veri cognomen eruditiſſimus quoque Onuphrius agnoſcit, de conſulibus diſſerens anni ɪↄccccʟxxɪx, & alibi.

SALMASIUS.

2 *Perturbatus ad ſenatum venit.*] Palatinus: *perturbatus eſt.* lege: *ſed quum ei nuntiatum eſſet Severum deſciviſſe, quem ſuſpectum non habuerat, perturbatus eſt & ad ſenatum venit, impetravitque ut hoſtis Severus renuntiaretur.*

4 *Et is eſſet imperator quem Senatus eligeret.*] Idem liber: *quem Senatus elegerat.* melius. non enim de eligendo imperatore agi volebat Julianus, ſed de eo tenendo tuendoque qui erat jam electus. nam facto Senatusconſulto appellatum fuiſſe Julianum imperatorem ſcripſit ſupra Spartianus.

GRUTERUS.

4 *Is eſſet imperator quem Senatus elegerat.*] Ita quoque Palat. non ut recentiores editi, *eligeret.*

5 *Legatus eſt Veſpronius Candidus vetus Conſularis.*] Sic nulla litera minus Palat. noſter.

CASAUBONUS.

7 *Notus cædibus ſenatoriis.*] Spartianus in Severo; *cum jam ante miſiſſet*

notas

riis, qui Severum occideret. [1] Ipſe autem Julianus præ-
torianos in Campum deduci jubet, muniri turres: ſed
milites deſides & urbana luxuria diſſolutos, invitiſſi-
mos ad exercitium militare produxit, [2] ita ut vicarios
operis quod unicuique præſcribebatur, mercede con-
ducerent. Et Severus quidem ad urbem infeſto agmi- 6
ne veniebat: ſed Didius Julianus nihil cum exercitu
prætoriano proficiebat, quem quotidie populus & ma-
gis oderat & ridebat. [3] Sed Julianus ſperans Lætum fau-
torem Severi, quum per eum Commodi manus eva-
ſiſſet, ingratus tanto beneficio, [4] juſſit eum occidi.
[5] juſſit etiam Martiam interfici. [6] Sed dum hæc egit
Julianus, Severus [7] claſſem Ravennatem occupat: le-
gati ſenatus qui Juliano promiſerant operam ſuam,
ad Severum tranſierunt. Tullius Criſpinus præfectus
prætorio, contra Severum miſſus ut claſſem produ-
ceret, repulſus Romam rediit. Hæc quum Julianus
vide-

notos ducum interfectores quoſdam qui Severum occiderent. mox, *cauſſa tuſque eſt, quod ad ſe occidendum Julianus notos ducum cædibus miſiſſet.* idem in Nigro: *Aquilium centurionem, notum cædibus ducum miſerat, quaſi imperator tantus à centurione poſſet occidi.* Sic loquitur & Vopiſcus in Aureliano: *libri Sibyllini noti beneficiis publicis inſpecti ſunt.*

1 *Ipſe autem Julianus prætorianos in campum deduci jubet.*] Exercendi gratia. Herodianus, τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ὅπλα εἰργάζετο, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον παρεσκευάζετο. plura Dio.

3 *Sed Julianus ſperans Lætum fautorem Severi.*] *Sperare* pro opinari, δοκεῖν, paſſim apud recentioris Latinitatis ſcriptores, interdum etiam pro metuens.

4 *Juſſit eum occidi.*] Alius eſt Julius Lætus ille cujus multa mentio in ſequentium temporum rebus. nam hic & juſſus eſt occidi, & occiſus. Dio, ἔσφαξε τὸν Λαῖτον.

5 *Juſſit etiam Martiam interfici.*] Male veteres, *Marcianum.* Dio, ἔσφαξε καὶ τὴν Μαρκίαν.

6 *Sed dum hæc egit Julianus.*] Scribe *agit.* ita & codd.

7 *Claſſem Ravennatem occupat.*] Et claſſem & urbem. Dio, τὴν Ῥάβενναν ἀκονιτὶ παρέλαβε. Notæ ſunt claſſes Ravennas & Miſenas.

GRUTERUS.

2 *Ita ut vicarios operis quod unicuique præſcribebatur, mercede conducerent.*] Simile huic illud quod legitur apud Valerium Maximum lib. IX. capite primo: *Ægyptiæ gentis populus ductu Archelai adverſus Aulum Gabinium mœnibus urbis egreſſus, cum caſtra vallo atque foſſa cingere juberetur; univerſus ſucclamavit, ut id opus publica pecunia faciendum [illegible], &c.* Verum nos, de hac corporum animorumque deſidia, ad Tacitum lib. XII. Annal. cap. 35. p. lib. II. Hiſt. cap. 21. f.

6 *Sed dum hæc agit Julianus.*] Ita ſcripti aliorum. editi hactenus, *egit.*

videret, ſenatum rogavit ut virgines Veſtales & cæteri ſacerdotes cum ſenatu obviam exercitui Severi prodirent, & prætentis infulis rogarent: [1] inane contra barbaros milites præſidium parans. Hæc tamen agenti Juliano [2] Fauſtus Quintillus conſularis augur contradixit, aſſerens, non debere imperare eum qui armis adverſario non poſſet reſiſtere. cui multi ſenatores conſenſerunt. Quare iratus Didius, milites è caſtris petiit qui ſenatum ad obſequium cogerent aut obtruncarent. Sed id conſilium diſplicuit. Neque enim decebat ut quum ſenatus hoſtem Severum Juliani cauſa judicaſſet, eundem Julianum pateretur infeſtum. Quare meliore conſilio ad ſenatum venit, petiitque ut fieret ſenatuſconſultum de participatione imperii.
7 Quod ſtatim factum eſt. Tunc omen quod ſibi Julianus quum imperium acciperet fecerat, omnibus venit in mentem. Nam quum conſul deſignatus de eo ſententiam dicens, ita pronuntiaſſet, *Didium Julianum imperatorem appellandum eſſe cenſeo:* [3] Julianus ſuggeſſit, *Adde & Severum:* quod cognomentum avi & proavi ſibi Julianus aſciverat. Sunt tamen qui dicant [4] nullum fuiſſe Juliani conſilium de obtruncando ſenatu, quum tanta in eum ſenatus contuliſſet. Poſt ſenatuſconſultum ſtatim Didius Julianus unum ex præfectis Tullium Criſpinum miſit. Ipſe autem tertium fecit præfectum Veturium Macrinum, ad quem Severus literas miſerat ut eſſet præfectus. [5] Sed pacem ſimu-

SALMASIUS.

1 *Inane contra barbaros milites præſidium parans.*] Vox *præſidium* abeſt antiquis membranis. nec agnoſcitur à veteri editione, quæ legit, *inanem contra barbaros milites parans.* forte legendum, *inane contra barbaros milites parans.* *inane* abſolute, *rem inanem.* ſed vulgatam retineo.

2 *Fauſtus Quintillus.*] Palatinus: *Phauſtius Quantillus.* vet. ed. *Fauſtius.*

CASAUBONUS.

3 *Julianus ſuggeſſit.*] Regius, *ſubjunxit.* lego, *ſubjecit.*

4 *Nullum fuiſſe Iuliani conſilium de obtruncando ſenatu*] In Dionis ſive reliquiis & Herodiano, nullum tam ſævi conſilii veſtigium.

5 *Sed pacem ſimulatam, tentatamque cædem Severi Tullio Criſpino pr.*] Probo eruditiſſimi viri Fulvii Urſini conjecturam, ſcribentis. *mandatamque c.*

eiſ

ſimulatam tentatamque cædem Severi Tullio Criſpino præfecto prætorii & populus loquutus eſt & Severus ſuſpicatus. Denique hoſtem ſe Juliano Severus eſſe maluit quam participem, conſenſu militum. Severus autem ſtatim & ad plurimos Romam ſcripſit, & occulte miſit edicta quæ propoſita ſunt. Fuit præterea in Juliano hæc amentia, ut per magos pleraque faceret [1] quibus putaret vel odium populi deliniri, [2] vel militum arma compeſci. [3] Nam & quaſdam non con-

etſi poteſt & altera lectio defendi.

SALMASIUS.

5 *Sed pacem ſimulatam, tentatamque cædem.*] Palatinus: *Sed pacem ſimulatam eſſe tantamque cædem Severi Tullio Criſpino:* nec aliter vetus editio. ex qua ſcriptura nihil aliud elicio, quam quod Urſino olim elicitum: *ſed pacem ſimulatam eſſe, mandatamque cædem, &c.*

GRUTERUS.

5 *Sed pacem ſimulatam tentatamque cædem Severi.*] Palatinus *ſimulatam eſſe tantamque cædem Severi*, quomodo & edd. veteres: ut forte fuerit, *ſimulatam agitatamque*: aut, *ſimulatam meditatamque.* aut, *mandatamque*, uti placebat amico noſtro Fulvio Urſino.

CASAUBONUS.

1 *Quibus putaret odium populi deliniri.*] Exemplo videlicet ab amantibus petito: notæ ſunt artes φίλτρων conficiendorum: de quibus multa Græci paſſim & Latini. Martyrologium Græcum in Hilarione, de amatore quodam puellæ Chriſtianæ & caſtæ: μαγγαναῖς ἑαυτὸν ἐκδίδωσι τέχναις. Πέταλα χαλκοῦ γίνονται καὶ μορφαί τινες δαιμόνων ἐν αὐτοῖς διαγλύφονται, καὶ νήμασι δεσμοῦνται λεπτοῖς· ἔπειτα καὶ ῥήματά τινα γοητικὰ ἐξαγορεύονται, ἰομοσμίως ὡς αὐτὸς οἶδε ποιοῦντα, κἂν πάνυ μισούμενός τις καὶ ἀπέραστος ᾖ· καὶ ταῦτα ὑπὸ ταῖς φλιαῖς λάθρα τῆς οἰκίας κατορύττονται τῆς παρθένου. αὐτίκα γοῦν δαίμων τις τῆς φιληδόνου ἐφάλλεται ψυχῇ, καὶ ἅμα ἡλίσκετο τῷ ἔρωτι τοῦ παιδός.

2 *Vel militum arma compeſci.*] Meminerat Julianus agitatores Circenſium factionum his artibus ſolitos ſibi parare victoriam: qua de re multa diceremus, aliis indicta qui de hoc argumento ſcripſerunt, niſi brevitati conſuleremus. Sed & in ſeriis pugnis, magicis ſacris adverſus hoſtes qui uterentur fuere præter Julianum & alii. Vopiſcus in Aureliano, cum de ſummo timore dixiſſet propter Marcomannos: *Libri Sibyllini inſpecti ſunt, inventumque ut in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent.* & poſtea; *niſi divina ope poſt inſpectionem librorum, ſacrificiorumque curas, monſtris quibuſdam ſpeciebuſque divinis impliciti eſſent Barbari, Romana victoria non fuiſſet.*

3 *Nam & quaſdam non convenientes Romanis ſacris hoſtias immolaverunt.*] Pueros multos mactavit. Dio, ἔκτεινε δὲ καὶ παῖδας συχνοὺς ἐπὶ μαγγανεύμασιν, ὡς καὶ ἀποτρέψαι τι τῶν μελλόντων, εἰ προμάθοι αὐτὰ δυνησόμενος. Lege autem Hadriani humana ſacrificia fuiſſe vetita, ſupra dicebamus ex Porphyrio.

SALMASIUS.

1 *Quibus putaret vel odium populi deliniri.*] *Vitaret* pro *putaret*, Palatinus & v. ed. perperam.

convenientes Romanis ſacris hoſtias immolaverunt, & [1] carmina profana incantaverunt, [2] & ea quæ ad ſpeculum

CASAUBONUS.

1 *Carmina profana incantaverunt.*] Magicas ἐπῳδὰς vocat *carmina profana*: ut Romanis ſacris non convenientia, ſed Barbaricis.

2 *Et ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantato vertice reſpicere dicuntur.*] Regius, *ea quæ dicunt ad ſpeculum fieri.* in eodem, *puer*, non *pueri.* quia ſequitur, *puer vidiſſe dicitur.* ſed melius *pueri*, ob ſequens verbum *dicuntur.* Pro *reſpicere*, malim ſcribi, *res proſpicere.* Ἐνοπτρομαντείας obſervo apud antiquos ſpecies diverſas; nam & ſagæ Theſſalæ quibus frequens cum luna commercium, ad divinationes ſuas ſpeculo uſæ, in quo literas ſanguine inſcribebant, reſponſa ipſarum continentes: has legebant qui conſuluerant, non in ſpeculo, ſed in orbe lunæ. id enim carminibus ſuis ſe præſtare jactitabant: eſſeque id Pythagoræ inventum. Veteres grammatici: φασὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὺς διὰ κατόπτρου καθαιρεῖν τὴν θεόν. ἔστι δὲ τὸ Πυθαγόρου παίγνιον διὰ τοῦ τοιούτου κατόπτρου. Προσελήνου τῆς σελήνης οὔσης εἴ τις ἐσόπτρῳ ἐπιχείρει αἵματι ὅσα βούλεται, καὶ προσθεὶς ἑτέρῳ στῇ κατόπιν αὐτοῦ, δεικνὺς πρὸς τὴν σελήνην τὰ γράμματα, κἀκεῖνος ἀτενίσας ὁ πλησίον εἰς τὸν τῆς σελήνης κύκλον, ἀναγνοίη πάντα τὰ ἐν τῷ κατόπτρῳ γεγραμμένα, ὡς ἐπὶ τῆς σελήνης γεγραμμένα. hæc illi ad comici verſum è Nebulis,

Ὥσπερ κάτοπτρον, κᾆτα τηροίην ἔχων.

ubi alludit poëta ad Theſſalarum ſpecula. fortaſſe & Tertullianus De reſurrectione carnis capite XII. *ſpecula lunæ* ipſum lunæ orbem appellans: *Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus attriverat.* Alius modus κατοπτρομαντείας eſt, cujus hic Spartianus meminit; cum præter ſpeculum adhibebant & puerum ad μαγγανεύματα ſua. multa de hujuſmodi pueris Apuleius in Apologia. Quot autem genera ſunt corporum quæ imagines referunt, tot fuere & ἐνοπτρομαντικῆς ſpecies & nomina. reddunt autem imagines levia fere omnia, ac terſa & perpolita, item aqua. itaque potes ad hanc referre cum ὑδρομαντείαν, λεκανομαντείαν, κυλικομαντείαν, ἐλαιομαντείαν, ξιφομαντείαν: tum ſimiles alias, quarum mentionem apud veteres reperimus. Johannes Saliſberienſis De veſtigiis philoſophorum libro primo capite XII. *Speculariosvocant, qui in corporibus levigatis & terſis, ut ſunt lucidi enſes, pelves, cyathi, ſpeculorumque diverſa genera, divinantes, curioſis conſultationibus ſatisfaciunt.* Apuleius; *Memini apud Varronem philoſophum, virum accuratiſſimè doctum atque eruditum, cum alia hujuſmodi, tum hoc etiam legere: Trallibus de eventu Mithridatici belli magica percontatione conſultantibus, puerum in aqua ſimulacrum Mercurii contemplantem, quæ futura erant centum ſexaginta verſibus ceciniſſe.* habes hic κατοπτρομαντείαν: ſed in qua pro ſpeculo eſt aqua. Neque ſolum ad futurorum præſcientiam hæc faciebant; verum etiam in adverſis præſidium inde ſibi petebant: quo videtur potius ſpectaſſe Julianus. Miratus ſum perſæpe antiquiſſimum monachum Hilarionem, conclamatiſſimæ virtutis virum, cum in Chriſti nomine miraculum eſſet editurus, curioſorum hominum artes hoc genus eſſe æmulatum. hiſtoriam narrat Hieronymus: eadem in Græcorum martyrologiis fuſè deſcripta: unde hæc pauca hic deſcripſimus. ὁ δὲ Ἱλαρίων τοὺς πυργίτας δυσωπηθεὶς, ἰδίου γὰρ καὶ αὐτοί, μὴ περιιδεῖν οὕτως ἔχοντα τὸν Ἰταλικόν. (Chriſtianus hic erat,

culum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis [1] incantato vertice reſpicere dicuntur, Julianus fecit. Tuncque puer vidiſſe dicitur & adventum Severi & Juliani deceſſionem. Et Criſpinus quidem quum 8 occurriſſet præcurſoribus Severi, [2] Julio Læto autore à [3] Severo interemptus eſt. [4] Dejecta ſunt etiam ea conſulta è ſenatu. Julianus convocato ſenatu, quæſitiſque ſententiis quid facto opus eſſet, certi nihil comperit à ſenatu: ſed poſtea ſponte ſua gladiatores Capuæ juſſit armari per Lollianum Titianum, & [5] Claudium

erat, qui in ludicro Circenſi victus à contraria factione, non equorum virtute, ſed magicis artibus, opem ab Hilarione flens petierat:) πληρώσας κυλίκιόν τι ποτήριον ὕδατος, ἐν ᾧ πίνειν αὐτῷ συνήθες· ὀστράκου δὲ ἦν· καὶ εἰς χεῖρας τῷ Ἰταλικῷ ἐντεθείκει. τοῦτο λαβὼν ἐκεῖνος, ὁμοῦ τούς τε ἵππους καὶ τὴν ἱππασίαν, καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς μετὰ τῶν ἁρμάτων τοὺς ἡνιόχους ἐκπλάξας καθαρῶς ἐν τῷ ὕδατι. ἐνδεδεμένοι δὲ πάντες ᾖσαν γοητείᾳ τῶν ἐναντίων. τοῦτο ἰδὼν καὶ θεῷ χάριν ὁμολογήσας καὶ Ἱλαρίωνι, αὐτίκα μὲν εἰς τὸν οἶκον ἐπανήκει· λαβὼν δὲ ἐκείνου τοῦ ὕδατος, οὗ ἐν τῷ ποτηρίῳ ἵππους πεπεδημένους εἶδε, διαρραίνει πάντας· εἶτα καὶ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ τόπον ἐπισφραγίζει· καὶ ἀπ' ἐκείνου μεταβαίνει μὲν ἐπὶ τὸν Ἰταλικὸν ἡ νίκη· αἰσχύνη δὲ λαμβάνει τοὺς ἀντιπάλους ἐσχάτη. quis neget κατοπτρομαντείας his verbis deſcribi illam ſpeciem, quæ cum aqua & cyatho peragebatur? Diverſi planè generis θαυματουργίαι διὰ κατόπτρων ſunt illæ quarum meminit Johannes grammaticus primo commentario in Ariſtotelis Meteorologica.

SALMASIUS.

1 *Incantato vertice.*] *Incantando vertice*, Mediolanenſis editio, ut puto, mendoſe.

2 *Julio Læto auctore Severo interemptus eſt.*] Lege: *Julio Læto auctore à Severo interemptus eſt*, ex Pal. & v. ed.

4 *Dejecta ſunt etiam ea conſulta è ſenatu.*] Facile eſt videre manum huic loco correctores admoviſſe. quid enim eſt, *deijcere conſulta è ſenatu?* Vetus Palatinus præfert: *dejectā ſunt etiam è ſenatus:* ex quo vet. ed. correctorem jam experta, *dejecta ſunt etiam è ſenatu.* qua modeſtia corrigendi non contenti recentiores, addiderunt, *ea conſulta.* atqui nihil aliud in veteri lectione mutatum oportuit, quam *e* in *c.* *dejecta ſunt etiam c. ſenatus.* hoc eſt, dejecta ſunt etiam conſulta ſenatus. ſenatus nempe conſulta quæ in favorem Juliani erant facta, dejecta ſunt & pro nihilo habita.

GRUTERUS.

2 *Iulio Læto auctore, Severo interemptus*] Palatin. ſtat à vulgaris, habetque *a Severo.*

4 *Ejecta ſunt etiam ea conſulta è Senatu.*] Maluiſſem *etiam conſulta Senatus.* certe aliquid compendioſe ſcriptum fuiſſe prodit Palatinus, in quo tantum eſt, *ejecta ſunt etiam è Senatus.*

CASAUBONUS.

3 *Severo interemptus eſt.*] Ita ſcripti, pro *à Severo.*

4 *Dejecta ſunt etiam ea conſulta è ſenatu.*] Regius, *ea conſulta ſenatus.*

5 *Claudium Pompejanum è Tarracinenſi.*] Reg. *&* *Arracinenſi.* an pro,

 ex

dium Pompejanum [1] è Tarracinenſi [2] ad principatum evocavit, quod & gener imperatoris fuiſſet & diu militibus præfuiſſet. Sed hoc ille recuſavit, [3] ſenem ſe & debilem luminibus reſpondens. Tranſierant & ex Umbria milites ad Severum: & præmiſerat quidem literas Severus, quibus jubebat [4] interfectores Pertinacis ſervari. Brevi autem deſertus eſt ab omnibus Julianus, & remanſit in Palatio cum uno de præfectis ſuis Geniali & genero Repentino. Actum eſt denique ut Juliano ſenatus autoritate abrogaretur imperium, & abrogatum eſt, appellatuſque ſtatim Severus imperator, quum fingeretur quod veneno ſe abſumpſiſſet Julianus: [5] miſſi tamen à ſenatu quorum cura per militem gregarium in Palatio idem Julianus occiſus eſt, [6] fidem Cæſaris implorans, hoc eſt Severi. Filiam ſuam potitus imperio, dato patrimonio emancipaverat,

ex *Aricinenſi*? intelligit autem ſeceſſum Tarracinenſem, ubi tædio Commodianorum temporum Claudius Pompejanus vitam agebat. ἐν γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὸ πλεῖστον διῆγεν, ait Dio. ex quo tamen conſtat, fuiſſe in Urbe Pompejanum cum Pertinax factus eſt imperator. narrat enim tum primum ſibi illum viſum, & ultimum.

GRUTERUS.

1 *E Tarracinenſi.*] Etiam Palatinus noſter conſentit cum Regio codice, habetque & *Aracinenſi*. nihil tamen mutatum iverim.

2 *Ad participatum evocavit.*] Sic & recte Palatinus. nam *ad principatum*, quod erat in vulgatis, heic conſiſtere non poteſt. partiario enim imperio eum honeſtatum volebat Julianus, non etiam integro.

CASAUBONUS.

2 *Ad principatum evocavit.*] Puteani liber, *participatum*. nempe imperii. quæ locutio non infrequens in his libris.

3 *Senem ſe & debilem luminibus reſpondens.*] Xiphilinus, τὸ γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προβαλλόμενος.

4 *Interfectores Pertinacis ſervari.*] Comprehendi & in vinculis ſervari.

5 *Miſſi tamen à ſenatu.*] Miſſus eſt tribunus militum, cui cædes mandata.

6 *Fidem Cæſaris implorans, hoc eſt Severi.*] Cæſarem appellat Severum: quia ſponte jam imperio illi ceſſerat. non eſt putandum gloſſam eſſe poſtrema verba. Dio hoc ſolum ab illo dictum: *Quid commerui? quem occidi?*

SALMASIUS.

2 *Ad principatum evocavit.*] Prima editio: *participatum*. atque ita omnino legendum.

3 *Senem ſe & debilem oculis reſpondens.*] Dio de hoc Pompejano: καὶ ἔγωγε τότε ἐπὶ τοῦ Περτίνακος καὶ πρῶτον καὶ ἔσχατον τὸν Πομπηϊανὸν εἶδον· ἐν γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὰ πλεῖστα διὰ τὸν Κόμμοδον διῆγε, τό, τε γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προβαλλόμενος.

1 In

rat, quod ei cum Auguſtæ nomine ſtatim ſublatum
eſt. Corpus ejus à Severo uxori Manliæ Scantillæ ac
filiæ ad ſepulturam eſt redditum, [1] & in proavi monu-
mento tranſlatum, milliario quinto, via Lavicana.
Objecta ſanè ſunt Juliano hæc, quod guloſus fuiſſet, 9
quod aleator, [2] quod armis gladiatoriis exercitus eſſet,
[3] eaque omnia ſenex fecerit quum antea nunquam a-
doleſcens his eſſet vitiis infamatus. Objecta eſt etiam
ſuperbia, quum ille etiam in imperio fuiſſet humilli-
mus. Fuit autem contra humaniſſimus ad convivia,
benigniſſimus ad ſubſcriptiones, [4] moderatiſſimus ad
libertatem. [5] Vixit annis quinquaginta ſex, menſibus
quatuor: imperavit menſibus duobus, diebus quin-
que. Reprehenſum in eo præcipuè, quod eos quos
regere autoritate ſua debuerat, [6] regendæ reipubl. ſibi
præſules ipſe feciſſet.

GRUTERUS.

1 *In proavi monumento.*] Palatinus *monumenta*, melius.

2 *Quod armis gladiatoriis exercitus eſſet.*] Ita & Palat. idemque eſt cum *exercitatus*; quamvis minus uſitatum.

3 *Eaque omnia ſenex fecerit, cum antea nunquam adoleſcens his eſſet vitiis infamatus.*] Nihil enim videtur inhoneſtius, quam ſi bona juventæ ſenectus flagitioſa oblitteret; ut pluribus diduximus ad Taciti librum VI. Annal. capitis triceſimi ſecundi f.

SALMASIUS.

1 *Et in proavi monumento tranſlatum.*] Scribe ex Palat. *& in proavi monumenta tranſlatum.*

6 *Regendæ reip. ſibi præſules ipſe feciſſet.*] *Sibi* non habet vetus editio. ita legendum: *Reprenſum in eo præcipue, quod eos quos regere ſua authoritate debuerat, regendæ reipublicæ præſules ipſe feciſſet.*

CASAUBONUS.

2 *Quod armis gladiatoriis exercitus eſſet.*] Melius in Regio, *exercitatus*.

4 *Moderatiſſimus ad libertatem.*] Qui moderatiſſimè ferret, ſi quis amicorum paullo liberius ſecum ageret.

5 *Vixit annis quinquaginta ſex.*] Dio aliter. ſed de anno quo natus Julianus, nobis non conſtat.

ÆLII

¹ÆLII SPARTIANI SEVERUS, AD DIOCLETIANUM AUG.

1 INTERFECTO Didio Juliano, ²Severus Africa oriundus imperium obtinuit: ³cui civitas Leptis, pater

CASAUBONUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Regius codex vitæ hujus auctorem facit non Ælium Spartianum, ſed Ælium Lampridium. Videtur hæc diverſitas quoſdam impuliſſe, ut quemadmodum initio diximus, unum, non duos ſcriptores his nominibus putarent deſignari. Robertus Bononienſis conſentit cum vulgatis.

2 *Severus Africa oriundus.*] Ex ea parte Africæ, quæ ſic proprie dicta, infra: *Tripolim unde oriundus erat, ſecuriſſimam reddidit.* Eutropius. *Septimius Severus oriundus ex Africa, provincia Tripolitana, oppido Lepti.* Aurelius Victor, *Ortus Mediæ, humili, primò literis, deinde imbutus foro.* ante vocem *primò*, omiſit librarius τὸ *pre*, hoc eſt *patre.* in voce corruptiſſima *Mediæ*, τὸ *d* inverſum *p.* nam ſcribendum. *ortus Lepti, ex humili patre, primò l.* ſic dixerat idem paullo ante, *Tripoli, cujus Lepti oppido oriebatur.* & Victor alter, *genitus apud Leptim.*

SALMASIUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Non alium quam Ælium Spartianum hujus vitæ agnoſcunt auctorem Palatinus, excerpta vetera, & prima editio, quæ Mediolani cuſa eſt.

2 *Severus Africa oriundus.*] Sic Trebellius Pollio: *Gallia oriundus.* Aurelius Victor de ortu Severi ſic loquitur: *Ortus mediæ humili, primo literis, deinde imbutus foro, &c.* quæ verba corruptiſſima ſunt, atque haud dubie ita corrigenda: *ortus medie humilis*, hoc eſt ortus mediocriter humilis. itaque ortum illum non valde humili loco, ſed medie humili vult ille Victor. *Medie* autem pro modice vel mediocriter paſſim apud optimos auctores. Ulpianus de pigneraticia actione: *medie igitur hæc à judice erunt diſpicienda: ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.* Lactantius lib. VI. de vero cultu; cap. XV. *eo igitur imprudentes revolvuntur, quo Peripatetici ratione perveniunt, ut vitia quoniam tolli non poſſunt, medie temperanda ſint.* ſic medieter pro mediocriter apud Capitolinum in Albino: *Mileſias nonnulli ejuſdem eſſe dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamvis medieter ſcriptæ ſint.* ſic *medie* & *medieter* pro mediocriter.

3 *Cui civitas Leptis.*] Vetus editio: *cui civitas Lepti.* ita etiam efferebant hujus urbis nomen illo tempore. *Leptiminus* enim dicebant, pro *Leptis minor.* & *Leptimajus* pro *Leptis major.* apud Æthicum in vetuſtiſſimo exemplari ſic lectum mihi eſt: *Tapſus, Leptiminus, Hadrumentum.* ita in actis Concilii Carthaginenſis apud Cyprianum: *Demetrius à Leptiminus dixit.* perperam hodie ſcribitur: *Aleptiminus.* parum autem ſolliciti illa tempeſtate fuiſſe videntur homines quibus in caſibus enuntiarent urbium nomina: tertium enim & quartum frequenter pro recto uſurpabant, & ſic indeclinabilia

pater Geta: majores equites Romani [1] ante civitatem omnibus datam: mater, Fulvia Pia: patrui, M. Agrippa & Severus conſulares: [2] avus maternus, Macer: paternus, Fulvius Pius fuere. Ipſe natus eſt [3] Erucio Claro bis & Severo coss. [4] VI. Idus Apriles. In prima pueritia priuſquam Latinis Græciſque literis imbueretur, quibus erudititiſſimus fuit, [5] nullum alium inter pueros

bilia faciebant. ſic *Durocortoro*, pro Durocortorum apud Frontonem, cujus hæc verba citantur à Conſentio, in arte Grammatica: *item Fronto ait, & illæ veſtræ Athenæ Dorocortoro. apparet,* inquit Conſentius, *nominativo caſu poſuiſſe Dorocortoro.* Durocortoro igitur pro Durocortorum, ut heic *Lepti* pro *Leptis*. Apud Frontinum de Coloniis: *Colonia Anxurnas, Coloniæ Anxurnas,* & *Coloniam Anxurnã*, atque ita per ceteros caſus. ſic *Colonia Vejos. Colonia Gravifcos.* ſic *Carſeolis ager. Bellitras oppidum. Puteolis Colonia. Fundis oppidum,* & *Gabiis oppidum,* & *Cumis muro ducta Colonia.* atque alia hujuſmodi ὅσα καὶ ᾔνιε. ita recentioris ſeculi ſcriptores, *Aurelianis* pro *Aurelia*, & ſexcenta talia, de quibus latior & aptior nobis alibi tractandi diſſerendique campus.

CASAUBONUS.

1 *Ante civitatem omnibus datam.*] Ab Antonino Pio, etſi aliter alii, ut ante diximus.

2 *Avus maternus, Macer: paternus, Fulvius Pius.*] Regius aliter: *avus paternus, Macer: maternus, Fulvius Pius.* optime. nam ut dictum modo, Severo mater fuit Fulvia Pia: filia nempe hujus Fulvii Pii. quare ita reſcribendum.

3 *Erucio Claro bis & Severo Coſſ.*] Reg. *Evitio Claro.* vitioſe. adi ad Faſtos in anno octavo Pii.

4 *VI. Idus Apriles.*] Scribe *III. Idus Ap.* Dio enim, τῇ ἐνδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλίου. Sic paſſim extrema duorum II. vitio coaluiſſe obſervabis.

GRUTERUS.

2 *Avus maternus Macer, paternus Fulvius Pius fuere.*] Sic Palatin. & vero cum nihil frequentius occurrat in inſcriptionibus antiquis, quam filios filiaſque tranſiiſſe adoptione in familiam maternam, nihil temere mutaverim.

SALMASIUS.

5 *Nullum alium inter pueros ludum niſi ad judices exercuit.*] Obſerva genus loqutionis, *ludere ad judices* pro *judicibus ludere.* ſic *ad aleam ludere* & *ad tabulam,* pro *tabula* & *alea ludere* in recentiorum ſcriptis memini legere. in vita Proculi, *ad latrunculos ludere* pro *latrunculis: nam cum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipſe decies imperator exiſſet.*

CASAUBONUS.

5 *Nullum alium inter pueros ludum niſi Ad judices exercuit.*] Familiare pueris ducatus & imperia ludere, ut loquitur Suetonius in Nerone capite XXXV. vel, ut Trebellius Pollio in Gallienis, fingere per ludibria (ſive, ludicra) poteſtates. Semper autem hoc ſerii ingenii, & nati ad magna habitum eſt indicium: cujus rei triſte exemplum narrat ibi Suetonius. Ariſtides ſophiſta, in Apellæ Genethliaco: προσιὼν δ' ἤδη τῇ παιδείᾳ, μαντεύεται τὸ μέλλον ἀτεχνῶς τὴν ἑαυτοῦ τύχην γυμνάζων. καὶ δικαστὴς ἤδη κάθηται. πάντως οὐκ ἠγνόηκεν ἡ φύσις τὴν διὰ τῆς παιδιᾶς ὁδὸν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τύχην. eleganter Ariſtides, & verè: quod in magno Athanaſio experientia comprobatum. meminit hujus

pueros ludum niſi ad judices exercuit, quum ipſe præ-latis faſcibus ac ſecuribus ordine puerorum circum-ſtante ſederet ac judicaret. [1] Octavodecimo anno [2] publice declamavit. Poſtea ſtudiorum cauſa Romam venit, [3] latum clavum à divo Marco petiit, & accepit, favente ſibi Septimio Severo, affine ſuo bis jam conſulari. Quum Romam veniſſet, hoſpitem nactus qui Adriani vitam imperatoriam [4] eadem hora legeret, ſibi omen

hujus luſionis & Chryſoſtomus in caput primum prioris ad Corinthios: οὐχ ὁρᾶτε τοὺς παῖδας ὅταν παίζοντες παίξιν ποιῶσι, καὶ στρατιώτας; περιάγονται αὐτῶν κήρυκες, καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ μέσος ὁ παῖς ἐν χώρᾳ ἄρχοντος βαδίζει. omitto quæ in Semeſtribus ſuis πολυμαθέστατος Faber adnotavit.

SALMASIUS.

1 *Octavo decimo anno publice declamavit.*] Mira conſtantia librorum in aſſerenda vitioſa lectione, *adclamavit* pro declamavit. ſic veteres editi, ſic ſcripti præferunt: non dubito tamen verum eſſe *declamavit*. Aurelius Victor de Severo: *philoſophiæ, declamandi, cunctis poſtremo liberalium deditus ſtudiis.*

4 *Eadem hora legeret ſibi omen futuræ felicitatis arripuit.*] Palatinus interſeruit, *quod*, ut & vetus editio. ſcribendum: *quum Romam veniſſet hoſpitem nactus, qui Hadriani vitam imperatoriam eadem hora legeret: quod ſibi omen futuræ felicitatis arripuit. Hoſpitem nactus*, pro *hoſpitem nactus eſt*, quomodo ſæpe loquuntur iſti ſcriptores. ſupra in Pertinace: *& quum ad eum Claudius Pompejanus gener Marci veniſſet, caſumque Commodi lacrimaſſet, cum hortatus Pertinax ut imperium ſumeret, ſed ille recuſavit.* ita enim ibi in optimo codice habetur ſcriptum. ſic *nec ingenioſus ad litteras*, pro nec ingenioſus fuit. vide quæ ſupra notavimus. ſic apud Plautum: *ut nactus, habe.* pro, *ut nactus es.*

GRUTERUS.

2 *Publice declamavit.*] Palat. *publice adclamavit*. & ſane aliquoties inveni *adclamare* pro *declamare* in claſſicorum auctorum libris Mſſ. adeo ut nec iſto loco alienum ducere debeamus.

CASAUBONUS.

3 *Latum clavum à divo Marco petiit & accepit.*] Et ſimul patrocinium fiſci: niſi tamen verius, functum prius ea cura, ſenatoria dignitate poſtea fuiſſe donatum. Aurelius Victor: *Adeo Marcum Severus* percoluerat: quod ex illo poſt multos dubioſque eventus, auſpicia honorum cepiſſet, patrocinio fiſci. deinde laborantibus ſecundarum initia, earumque auctores memoriæ ſunt.* ſcribendum, *proinde*, & aſteriſcus tollendus: nihil enim deeſt. *proinde*, pro adeo. ut apud eundem in Caro: *proinde arduum fatalia devertere*. pro, adeo arduum eſt. ſic hoc loco: ſenſus enim eſt; homines novos qui ægre emergunt, ſolitos ejus diei memoriam colere, qui januam dignitatum & amplioris fortunæ ipſis patefecerit. Alibi notabamus, veteres fuiſſe ſolitos dies hujuſmodi pro natalibus colere. *ſecundarum auctores* appellat Victor, eos qui primi jacentes attollunt, & producunt. Inter epiſtolas Plinii unam eſſe memini hujus argumenti. idem Victor alibi *dum* particulam ita uſurpat, ut hic *proinde*. ut in Galba: *dum graviter offendunt, quos mollius conſulturos ſpes erat.* in Diocletiano, *dum animus potentiæ expers, tanquam inedia refecti inſatiabilis eſt.*

omen

1 To-

omen futuræ felicitatis arripuit. Habuit etiam aliud omen imperii: Quum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus venire debuerat, [1] togam præſidiariam ipſius imperatoris accepit. [2] Eadem nocte ſomniavit, lupæ ſe uberibus ut Remum inhærere vel Romulum: [3] ſedit & in ſella imperatoria temere à miniſtro poſita, ignarus quod non liceret. [4] Dormienti etiam in ſtabulo ſerpens caput cinxit, & ſine noxa expergefactis & acclamantibus familiaribus abiit. Juventam plenam furorum, nonnunquam & cri- 2
minum, habuit. Adulterii cauſam dixit, abſolutuſque eſt à Juliano proconſule, cui & in proconſulatu ſucceſſit, & in conſulatu collega fuit, & in imperio item ſucceſſit. [5] Quæſturam diligenter egit: [6] omnibus ſortibus

1 *Togam præſidiariam ipſius imperatoris accepit.*] Et nominis forma obſervatu digna: *præſidiaria* enim toga eſt quam præſidens geſtaret. & res ipſa: nam mirum eſt, hanc potiſſimum datam.

2 *Eadem nocte ſomniavit.*] Dio ſic tempus indicat, ὅτι ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεγράφη. eadem igitur die & allectus eſt in ſenatum; & cœnans cum Marco toga ejus præſidiaria fuit amictus.

3 *Sedit & in ſella imperatoria, temerè à miniſtro poſita, ignarus quod non liceret.*] Dio: ὥσπερ δὲ ἐς τὸν βασιλικὸν δίφρον ἔρημος ὢν ὑπ' ἀγνοίας ἐνιδρύνθη. habes ſimile exemplum in vita Hadriani. Marcellinus comes V. C. in Chronico: *Indictione* XV. *Leone Aug.* II. *ſolo Coſ. Jacobus natione Achivus, religione paganus, medicinæ artis peritia, tam ingenio quam literatura claruit. hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, ſacrum Palatii cubiculum intravit: ſtatimque regia in ſella juxta torum imperialem poſita, ſine ullo Auguſti nutu conſedit, ſicque medicas adhibuit manus. porro meridie ad eundem reverſus, ſacrum pulvinar ſublatum ſibi propter ſolum in quo matutinus reſederat, protinus intellexit. ſpondamque tori regiam intrepidus ſuperſedit, veterum ſtudii juriſperitorum præceptionibus monitum id ſeſe geſſiſſe, non temere præſumſiſſe ægrotantem docuit principem.*

4 *Dormienti etiam in ſtabulo ſerpens caput cinxit.*] Duplex hic omen: nam & ſerpens viſus in cubiculo imperium præſagire videbatur: ut de de L. Domitio narrat Tacitus in XI. Annalium: & quod cingit ſerpens caput, alterum hoc illuſtris fortunæ omen.

SALMASIUS.

5 *Quæſturam diligenter egit omnibus ſortibus natus.*] *Quæſturam diligenter egit. omnibus ſortibus natu militari poſt quæſturam ſorte Beticam accepit.* ita omnes libri. divinent quid ſit quibus divinandi peritia alicujus numinis munere data eſt. ego divinationem facere non didici.

GRUTERUS.

5 *Quæſturam diligenter egit: omnibus ſortibus natus, militari poſt quæſturam ſorte Bæticam.*] Lectio vitioſa. neque auxiliatur Pal. in quo eſt; *egit. omnis ſortibus natu militari, poſt quæſturam, &c.* Petrus Faber emendabat: *Quæſturam diligenter egit, omnibus ſortibus nactus, militarem. poſt quæſturam, &c.*

CASAUBONUS.

6 *Omnibus ſortibus natus.*] Lego,

Quæſtu-

bus natus, militari poſt quæſturam ſorte Beticam accepit: atque inde Africam petiit, ut mortuo patre rem domeſticam componeret. Sed dum in Africa eſt, pro Betica Sardinia ei attributa eſt, quod Beticam Mauri populabantur. Acta igitur quæſtura Sardinienſi, legationem proconſulis Africæ accepit. In qua legatione quum eum quidam municipum ſuorum Leptitanus, præcedentibus faſcibus, ut antiquum contubernalem ipſe plebejus amplexus eſſet, fuſtibus eum ſub elogio ejuſdem præconis cecidit, [1] *Legatum P. R. homo plebejus temere amplecti noli.* Ex quo factum eſt ut in vehiculo etiam legati ſederent, qui ante pedibus ambulabant. Tunc in quadam civitate Africana quum ſolicitus mathematicum conſuluiſſet, [2] poſitaque hora, ingentia vidiſſet aſtrologus, dixit ei, *Tuam, non alienam pone genituram.* Quum Severus juraſſet ſuam eſſe,
3 omnia ei dixit quæ poſtea facta ſunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernente promeruit, [3] eumque ſeveriſſime [4] exertiſſimeque egit. [5] Uxorem tunc

Quæſturam diligenter egit, omnibus ſortibus nactus: in militari poſtea quæſtura, ſorte Beticam accepit. Quæſtura illa ætate multiplex; urbana, palatina, provincialis. At eruditiſſimus Petrus Faber, ita emendabat: *omnibus ſortibus nactus militarem: poſt quæſturam ſ. B. ac.*

1 *Legatum P. R. homo plebejus temere amplecti noli.*] Plebeji enim & qui nulla dignitate eſſent ornati arcebantur complexu provincias obtinentium, ut notatur Cornelio Tacito, Annali xv. qua in re ſi quis geſſiſſet ſe inſolentius, aut cædebatur, aut propellebatur, aut aliqua verecundiæ atque exiſtimationis ſuæ labe multabatur, inquit Salvianus libro tertio De providentia Dei. vide legem ſecundam Cod. De proximis ſacrorum ſcriniorum, &c.

SALMASIUS.

2 *Poſitaque hora ingentia vidiſſet aſtrologus.*] Sic in vita Pertinacis: *hac re pariter motus ad Chaldæum venit. Qui cum illi futura ingentia prædixiſſet, ſtipem ſe perdidiſſe dixit.*

3 *Eumque ſeveriſſime exercitiſſimeque egit.*] Legebam aliquando: *ſeveriſſime, certiſſimeque egit.* Martialis:

— certus & aſper homo eſt,
Procuratorem vultu qui præferat ipſo.

Torrentius: *exercitiſſime.* alii: *exactiſſime.* nihil mutandum. vide ad hunc locum doctiſſimum Caſaubonum.

GRUTERUS.

4 *Exertiſſimeque egit.*] Haud ſecus etiam Pal non *exercitatiſſime*, ut vulgg.

CASAUBONUS.

3 *Eumque ſeveriſſime exertiſſimeque egit.*] Sic veteres, non ut in vulgatis, *exercitatiſſimeque.* ita dixit B Cyprianus, *exerte & aperte minari,* lib. De zelo & livore. paullo aliter apud Cypriani magiſtrum, *exerta divinitas & hoſtes exertii*

5 *Uxorem tunc Marciam duxit.*] Hæc Cara-

tunc Martiam duxit, [1] de qua tacuit in hiſtoria vitæ privatæ: cui poſtea in imperio ſtatuas collocavit. Prætor deſignatus à Marco eſt non in candida ſed in competitorum grege, anno ætatis XXXII. Tunc ad Hiſpaniam miſſus ſomniavit primo ſibi dici ut templum Tarraconenſe Auguſti, [2] quod jam labebatur, reſtitueret. deinde ex altiſſimi montis vertice, [3] orbem terrarum Romamque deſpexit, [4] concinentibus provinciis lyra, voce vel tibia. Ludos abſens edidit. [5] Legioni IIII.

Caracalli mater. ideo Julia dicitur alibi Spartiano, hujus noverca, Getæ mater. & Dio tamen & Herodianus matrem non minus Antonini quam Getæ Juliam faciunt.

1 *De qua tacuit in hiſtoria vitæ privatæ.*] Id eſt, in ea parte librorum quos de ſuis rebus geſtis ſcripſit, ubi privatam vitam exponebat. actor ipſe inferius: *vitam ſuam privatam publicamque ipſe compoſuit ad fidem: ſolam crudelitatem excuſans.* Aurelius Victor ex eo loco, *Philoſophiæ, declamandi, cunctis poſtremo liberalibus deditus ſtudiis: idemque abs ſe texta ornatu & fide paribus compoſuit.* ſcribe, *abs ſe geſta, or.* quod ajunt de fide, noli aſſentiri temere: nam Dio, etſi illius principis amantiſſimus, ſcribit tamen alicubi: λέγω γὰρ οὐχ ὅσα Ζεβῆρος ἔγραψε, ἀλλ' ὅσα καὶ ἀληθῶς ἐγένετο.

2 *Quod jam labebatur.*] Etſi ab Hadriano refectum.

3 *Ex altiſſimi montis vertice.*] Ἀνήχθη εἰς περιωπὴν ὑψηλόν τινος.

4 *Orbem terrarum Romamque deſpexit.*] Orbem Romanum: nam de provinciis imperii Rom. tantum loquitur. ita accipio etiam Dionis verba. *deſpexit*, κυρίως, pro ex alto aſpexit, & κάτω ὄντα.

5 *Concinentibus provinciis lyra, voce vel tibia.*] Ἐφήπλετο αὐτῶν, ὥσπερ παραφύσιν τινὸς ὀργάνου, καὶ ἐκεῖνα συνεφθέγγετο.

4 *Legioni IIII. Scythicæ deinde præpoſitus eſt, circa Maſſiliam.*] Mirabar & hærebam in voce *Maſſiliam*: ſciebam enim nihil ibi legione præſidiaria opus temporibus illis. inſpexi regium: offendi, *circa Meſſiam*, ſcribo, *Mœſiam*, & locum præſto ſanum: etſi non me fugit Dionem τὸ τέταρτον Σκυθικὸν τάγμα, non in Myſia collocare, verum in Syria. ſed hanc diſcrepantiam ſæpe in aliarum quoque legionum ſede obſervabis.

SALMASIUS.

4 *Concinentibus provinciis lyra, voce, vel tibia.*] Λύρῃ καὶ εὐφωνίᾳ καὶ αὐλῷ. ſic hæc tria ſimul conjungit Philoſtratus in Ariſtocle: ἡδονὰς δὲ ὁπόσαι λυρῶν τε καὶ αὐλῶν καὶ εὐφωνίας εἰσὶ πάσας εἰσηγάγετο ἐπὶ τὴν δίαιταν. ita enim ibi legendum.

5 *Legioni IIII. Scythicæ deinde præpoſitus eſt circa Maſſyliam.*] *Legionibus IIII. Scythicæ dein præpoſitus circa Maſſyliam.* ita Palatinus & vet. ed. vitioſe, ut apparet. *Maſſyliam* autem uterque retinet liber, *Mœſiam* reponit vir doctiſſimus. ſed in Syria non in Mœſia collocatur legio quarta Scythica. legendum igitur potius: *circa Syriam.* & facilis lapſus fuit, ſcriptum enim fuiſſe ſuſpicor, *Siliam* vel *Syliam* pro *Syriam.* inde correctores nihil propius habuere quam ut facerent *Maſſiliam.* melius tamen *in Syria* legeretur.

IIII. Scythicæ deinde [1] præpoſitus eſt circa Maſſi-
liam. Poſt hoc [2] Athenas petiit ſtudiorum ſacrorum-
que cauſa & operum ac vetuſtatum: ubi quum inju-
rias quaſdam ab Athenienſibus pertuliſſet, inimicus
his factus, [3] minuendo eorum privilegia jam impera-
tor ſe ultus eſt. [4] Deinde Lugdunenſem provinciam le-
gatus accepit. Quum amiſſa uxore aliam vellet ducere,
genituras ſponſarum requirebat, ipſe quoque mathe-
ſeos peritiſſimus: & quum audiſſet eſſe in Syria quan-
dam quæ id genituræ haberet ut regi jungeretur, can-
dem uxorem petiit, Juliam ſcilicet: & accepit inter-
4 ventu amicorum: ex qua ſtatim pater factus eſt. A
Gallis ob ſeveritatem & honorificentiam & abſtinen-
tiam, tantum quantum nemo dilectus eſt. Deinde
Pannonias proconſulari imperio rexit. Poſt hoc [6] Sici-
liam proconſularem ſorte meruit, ſuſcepitque Romæ
alterum filium. In Sicilia, quaſi de imperio vel vates
vel Chaldæos conſuluiſſet, reus factus, apud præfe-
ctos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, jam
Commodo in odium veniente abſolutus eſt, calumnia-
tore in crucem acto. Conſulatum cum Apulejo Ruf-
fino primum egit, [7] Commodo ſe inter plurimos deſi-
gnante.

GRUTERUS.

1 *Præp·ſitus eſt circa M·ſſiliam.*] Nihil ab hac abit ſcriptura Pal. ideoque non auſus fui *Maſſiliam* illud transformare in *Mœſiam*, aliumve locum, ubi opus magis milite præſidiario.

3 *Minuendo eorum privilegia jam Imperator ſe ultus eſt.*] Minime eſſe imperatorium vindicare injuriam privatam pluribus exemplis oſtendi ad lib. xi. Annal. Taciti cap. 42.

7 *Commodo ſe inter plurimos deſignante.*] Videtur illud *ſe* non attribuendum *Commodo*, ut ratio poſtulabat Latinitatis, ſed ipſi *Severo*. & ita loqui ſolitos hujus ævi ſcriptores, ſupra quoque memini monere.

CASAUBONUS.

2 *Athenas petiit ſtudiorum ſacrorumque cauſſa & operum ac vetuſtatum.*] Regius, *ſtudiorum ſacrorum cauſſa, ac vetuſtatum.* dubito num ſit ſcribendum, *ſtudiorum G·æcorum.* alteram tamen ſcripturam confirmant multorum exempla, qui Eleuſiniorum ſacrorum cauſſa Athenas petierunt. quid ſi ita? *ſtudiorum Græcorum, ſacrorumque c.*

4 *Deinde Lugdunenſem pr.*] Reg. *Idem L.* ſed ordinem temporum videtur Spartianus ſervaſſe: de quo tamen nihil ex Dione colligas.

5 *Et accepit interventu amicorum.*] Ut arbitror Fauſtinæ maximè, uxoris Marci: quæ etiam die nuptiarum, lectum genialem in æde Veneris Palatinæ ſtatuit.

6 *Siciliam proconſularem ſorte meruit.*] Regius, *proconſulari ſorte.*

7 Com-

gnante. Poſt conſulatum anno ferme fuit Romæ otioſus: deinde Læto ſuffragante, [1] exercitui Germanico præponitur. Proficiſcens ad Germanicos exercitus, hortos ſpatioſos comparavit, [2] quum antea ædes breviſſimas Romæ habuiſſet, & unum fundum. In his hortis [3] quum humi jacens epularetur cum filiis parca cœna, pomaque appoſita major filius qui tunc quinquennis erat, cum colluſoribus puerulis manu largiore divideret, paterque illum reprehendens dixiſſet, *Parcius divide, non enim regias opes poſſides*: [4] quinquennis puer reſpondit, [5] *Sed poſſidebo.* In Germaniam profectus, ita ſe in ea legatione egit [6] ut famam nobilitatam jam ante cumularet. Et hactenus rem militarem privatus egit. Dehinc à Germanicis legionibus ubi auditum

7 *Commodo ſe inter plurimos deſignante.*] Non video quorſum hoc loco de Commodi conſulatibus attineat agere. Lego, *Commodo eos int. pl d.* ſignificat conſules fuiſſe ſuffectos Severum & Apulejum: & recte illud, *inter plurimos.* nam ita fuit moris Commodo: qui etiam XXV. Coſs. aliquando in unum annum creavit.

SALMASIUS.

1 *Exercitui Germanico.*] *Exercitui Germano*, Pal. & mox, *proficiſcens ad exercitus Germanos.* quod & pariter habet editio Mediolanenſis.

2 *Quum antea ædes breviſſimas Romæ habuiſſet & unum fundum.*] Ubi illum unum fundum habuit Severus? an etiam Romæ, ut & illas breviſſimas ædes? ſic quidem hæc verba videntur ſuadere. ſed unde Romæ fundi? aut quis unquam agros & fundos Romæ poſſidere dictus eſt? patet igitur aliquid deeſſe, nomen ſcilicet regionis in qua fundus ille unicus Severi fuit ſitus. Adeſt quidem in optimo Palatino & veteri editione, ſed ita corruptum ut inde correctores cum nihil poſſent elicere, id rejicere ſint coacti. ſic enim legitur: *quum antea Romæ ædes breviſſimas habuiſſet, & unum fundum invenit etiam. in his hortis, &c.* ſed quod illi non repererunt, nos reperiamus. Putamus igitur fuiſſe: *& unum fundum in Venetia*, hoc eſt in agro Veneto. non potui melius: videant ſi qui melius poterunt, & nos adjuvent, nihil tamen puto melius adferri poſſe.

5 *Sed poſſidebo.*] Addunt Palatinus & Mediolanenſis editio, *inquit. quinquennis puer reſpondit, ſed poſſidebo, inquit.*

6 *Ut famam nobilitatam jam ante cumularet.*] Idem Pal. *ut famam nobilitatem jam ante cumularet.* quod & inveniſſe videtur in ſuis qui primam primus editionem concinnavit, ſed aliam viam corrigendi iniit. ſic enim excudi curavit: *ut famam nobilitatemque jam ante cumularet.* vulgatam in ſuis ſedibus ſecuram relinquamus.

CASAUBONUS.

3 *Cum humi jacens epularetur.*] Tapete ſolum ſubſtrato, aut foliis congeſtis, more antiquiſſimorum hominum.

4 *Quinquennis puer reſpondit, S.*] Regius hoc tantum, *puer ei, Sed p.* credo, quia præcedit vox *quinquennis*, viſa hic ſupervacua ejus repetitio.

tum eſt Commodum occiſum, Julianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans [1] imperator eſt appellatus apud Carnutum idibus Auguſtis: [2] quingena ſeſtertia, quod nemo

1 *Imperator eſt appellatus apud Carnuntum Idibus Auguſtis.*] Scripti *Carnutum.* Non poteſt autem de Auguſto eſſe verum: niſi error eſt ſupra in numeris temporum, quibus imperarunt Pertinax & Julianus. Non dubium eſt Majo aut Junio motam mentionem in exercitu de creando Severo imperatore.

2 *Quingena ſeſtertia, quod nemo unquam principum, militibus dedit.*] Expreſſa eſt ſcriptura regii codicis & Puteani: in aliis enim & editis & ſcriptis deeſt vox numeralis. videri poſſit favere vulgatæ lectioni, quod narrat Dio, de aureis denis à Severo diviſis: nam viritim ſeſtertia dare, ſive ſeſtertios millenos, tantundem eſt, ac ſi dicas cum Dione aureos denos. centum enim ſeſtertios uno aureo valuiſſe liquido conſtat. & quòd ait Spartianus, *quod* (ſive, *quot*) *nemo unquam principum:* idem plane Dio: ἐφ' ᾧ καὶ μέγιστον ἠγάλλετο· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οὐδεὶς πώποτε τοσοῦτον αὐτοῖς ἀθρόοις ἐδεδώκει. Verum ea largitio nihil omnino cum iſta habet commune: neque locus Dionis quicquam huc facit: loquitur enim Spartianus de donativo ſolis prætorianis diviſo, cum ſuſceptum eſt à Severo imperium. Græcus ſcriptor liberalitatem narrat univerſæ frumenta percipientium turbæ, cum prætorianis communem: occaſione decennaliorum quæ celebrabat Severus. Quare ejus impenſæ, de qua Dio, magnitudo, non in modo fuit donativi aut congiarii; ſed in numero accipientium: nam populi frumentarii turbam ſcimus fuiſſe prope infinitam. Donativum de quo Spartianus, ſoli prætoriani ſunt conſecuti: ac ne illi quidem, ut videtur, omnes; multi enim diſcincti, & cum ignominia miſſi. Pro *quingena* autem, quod nulla ratione poteſt ferri, ſcribo, *quinquagena.* vere inſolens & ante inauditus donativi modus: nam Julianus qui priores genere hoc profuſionis ſuperavit, tricena ſolum dederat, cum vicena tantum quina promiſiſſet.

GRUTERUS.

2 *Quingena ſeſtertia, quod nemo unquam.*] Palatinus adhæret receptæ vulgo ſcripturæ, *qui etiam ſeſtertia, &c.*

SALMASIUS.

1 *Imperator appellatus eſt apud Carnutum.*] *Apud Carnuntum.* Pal. & ita nomen iſtius urbis efferunt Græci juxta Latinique, Καρνοῦντον. ita vetus tabula Peutingerorum & itinerarium Antonini.

2 *Quingena ſeſtertia, quod nemo unquam principum militibus dedit.*] Ait vir doctiſſimus hanc ſcriptorum eſſe lectionem. haud ſcio quam boni illi ſcripti: peſſimos certe eos & ultimæ notæ multis rebus ſum expertus, nec hoc loco meliores deprehenduntur. Optimus ſane Palatinus & editio princeps conſtanter legunt: *qui etiam ſeſtertia, quod nemo unquam Principum, militibus dedit.* ſeſtertia ſunt deni aurei quos militibus diſtribuit Severus. ſed in eo diſſentit à Dione Spartianus, quod hic eos ſolis militibus & eo tempore quo imperator eſt appellatus, ſcribit fuiſſe donatos. Dio vero ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι τῆς ἀρχῆς donaſſe tradit Severum, τῷ τε ὁμίλῳ παντὶ τῷ σιτοδοτουμένῳ καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς δορυφόροις ἰσαρίθμους τῆς ἡγεμονίας ἔτεσι χρυσοῦς. Quinquagena vero ſeſtertia quæ hoc loco reponunt, inauditam & ſtupendam prorſus ſummam efficiunt & quantam militibus dediſſe

mo

mo unquam principum, militibus dedit. Deinde firmatis quas poſt tergum relinquebat provinciis, Romam iter contendit cedentibus ſibi cunctis, quacunque iter fecit, quum jam Illyriciani exercitus & Gallicani cogentibus ducibus in ejus verba juraſſent. excipiebatur enim ab omnibus quaſi ultor Pertinacis. Per idem tempus auctore Juliano Septimius Severus à ſenatu hoſtis eſt appellatus, legatis ad exercitum ſenatus verbis miſſis, qui juberent ut ab eo milites ſenatu præcipiente diſcederent. Et Severus quidem quum audiſſet ſenatus conſentientis auctoritate miſſos legatos, primo pertimuit: poſtea id egit, corruptis legatis, ut apud exercitum pro ſe loquerentur, [1] tranſirentque in ejus partes. His compertis Julianus ſenatuſconſultum fecit fieri de participando imperio cum Severo. Incertum vere id an dolo fecerit, quum jam ante miſiſſet notos ducum interfectores quoſdam qui Severum occiderent, ita ut ad Peſcennium Nigrum interficiendum miſerat: qui & ipſe imperium, contra eum ſuſceperat, auctoribus Syriacis exercitibus. Verum Severus evitatis eorum manibus quos ad ſe interficiendum Julianus miſerat, miſſis ad prætorianos literis, ſignum vel deſerendi vel occidendi Juliani dedit: ſtatimque auditus eſt. Nam & Julianus occiſus eſt in Palatio, [2] & Severus Romam invitatus: [3] ita quod nulli unquam

dediſſe unquam ullos etiam profuſiſſimos imperatores haud memini legere. de qua nec omiſiſſet Dio ſcribere: id enim merebatur novum & inuſitatum donativi genus.

CASAUBONUS.

1 *Tranſirentque in ejus partes.*] Suas fuerat dicendum.

3 *Quod nulli unquam contigit, nutu t.*] Deeſt neceſſaria vocula: ſcribe ex regio, *Ita, quod n. v. c. nutu tantum Severus victor eſt factus.* ſententia eſt ab Herodiano: ὁ δὲ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος δαφνηφοροῦντες ὑπεδέχοντο, πρῶτον ἀνθρώπων καὶ βασιλέων ἀναιμωτί τε καὶ ἀκονιτὶ τοσαῦτα κατωρθωκότα.

SALMASIUS.

2 *Et Severus Romam invitatus: quod nulli.*] Repone ex veteri editione: *& Severus Romam invitatus: ita quod nulli unquam contigit, nutu tantum Severus victor eſt factus, armatuſque Romam contendit.*

GRUTERUS.

3 *Ita quod nulli unquam.*] Particula *ita*, comparebat item in Palatino noſtro. antea deerat vulgatis.

1 *Ca-*

quam contigit, nutu tantum Severus victor eſt factus,
6 armatuſque Romam contendit. Occiſo Juliano quum Severus in caſtris & tentoriis, quaſi per hoſticum veniens, adhuc maneret, [1] centum ſenatores legatos ad eum ſenatus miſit ad gratulandum rogandumque: qui ei occurrerunt Interamnæ, armatumque circumſtantibus armatis ſalutarunt, excuſſi ne quid ferri haberent. Et poſtera die occurrente omni famulitio aulico, ſeptuagenos vicenos aureos legatis dedit: eoſdem præmiſit, facta poteſtate ſi qui vellent remanere, ac ſecum Romam redire. Fecit etiam ſtatim præfectum prætorio Flavium Juvenalem: quem etiam Julianus [2] tertium præfectum prætorii ſibi aſſumpſerat. Interim Romæ ingens trepidatio militum civiumque, quod armatus contra eos Severus veniret, qui ſe hoſtem judicaſſent. His acceſſit quod comperit Peſcennium Nigrum à Syriacis legionibus imperatorem appellatum: [3] cujus edicta & literas ad populum vel ſenatum intercepit per eos qui miſſi fuerant, ne vel proponerentur populo vel legerentur in Curia. [4] Eodem tempore etiam de Clodio Albino ſibi ſubſtituendo cogitavit, [5] cui Cæſa-

CASAUBONUS.

1 *Centum ſenatores legatos ad eum ſenatus miſit.*] Herodianus, πρεσβεῖαν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων, καὶ τῶν ἐξοχωτάτων τῆς βουλῆς.

3 *Cujus edicta & literas ad populum vel ſenatum intercepit.*] Regius, *interceſſit.* quod ſequentia admittunt, at non præcedentia: niſi ſcribas, *& literæ.*

4 *Eodem tempore etiam de Clodio Albino ſibi ſubſtituendo cogitavit.*] Capitolinus in Albino: *Cos. à Severo declaratus eſt, eo tempore quo Albinum ſibi cum Peſcennio paraverat ſubrogare.* vide iterum Spartianum in Peſcennio.

5 *Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium.*] Locus depravatiſſimus. in regio lacuna hic eſt: mentem ex aliis locis tenemus. verba ut aliquam ſententiam efficiant ita concinnamus. *cui Cæſarianum decretum & à Commodo delatum videbatur imperium.* Albini ipſius verba ſunt in ea concione quam habuit, cum imperium iniit: *Invitum me, commilitones, ductum ad imperium, etiam illud probat, quod Commodum donantem me Cæſariano nomine contempſi.*

GRUTERUS.

2 *Tertium præfectum prætorii.*] Vox ultima non eſt in Palat. & poterat eo carere textus.

5 *Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum.*] Nihil heic variat Pal & fruſtra quis iſthæc conſtituat ab ingenio; certe ego, meique ſimilis.

SALMASIUS.

5 *Cui Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium.*] Nihil heic

Cæſarianum decretum aut Commodianum videbatur imperium. Sed eos ipſos pertimeſcens de quibus rectè judicabat, [1] Heraclitum ad obtinendas Britannias, [2] Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit. [3] Quum Romam Severus veniſſet, [4] prætorianos cum ſubar-

heic habent varietatis veteres libri, nec video quid in hac ſcriptura inſit, quod vitii merito videatur inſimulandum. Commodus Albinum Cæſarem adoptavit, eique per epiſtolam permiſit, ut Cæſarianum nomen aſſumeret. qui Cæſares autem adoptabantur, id eſt quibus Cæſarianum imperium decernebatur, hi certiſſimam imperii præſumptionem habebant, ut & hic Albinus, cui ex illius adoptionis merito debebatur imperium extincto Commodo. Hinc Spartianus decretum dicit Cæſarianum, aut Commodianum fuiſſe imperium Albino. addit, *aut Commodianum*, ut oſtendat à quo illud Cæſaris imperium nomenque emeruerit Albinus, cui poſt mortem ſcilicet Commodi jus eſſet in imperium Commodianum ſuccedendi. ut Commodo mortuo Commodi imperium ſpectarit Albinum, cui Cæſarianum ab ipſo Commodo vivente decretum fuerat. ſi cum alio mihi auctore res eſſet, valde de hujus lectionis ſinceritate dubitarem: ſed errant qui ab hujuſcemodi ſcriptoribus notam atque exactam quamdam ſcribendi loquendique rationem putant exigendam. jam primum Cæſarianum imperium quam improprie dicitur? Cæſarianum nomen potius dixiſſet. ut Commodus in epiſtola ad Albinum: *do tibi facultatem ut ſi neceſſitas fuerit, ad milites prodeas, & Cæſareanum nomen aſſumas.* quibus nihil aliud imperialis majeſtatis accedebat, quam jus coccinei pallii utendi, & purpuram habendi, ſed ſine auro, ut illa eadem epiſtola declaratur. dixit igitur imperium & Commodianum quidem, quod per Commodum Cæſar deſignatus ad imperium certa ſpe eſſet perventurus morte Commodi. atque hæc ſunt quæ dicenda fuere ad tuendam hujus loci ſcripturam.

CASAUBONUS.

1 *Heraclitum ad obtinendas Britannias.*] In vita Peſcennii ſcriptum *Bithyniam.* nec facile dictu uter locus ex altero ſit emendandus.

2 *Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit.*] Infra aliter, *Fulvium ad occupandos adultos Nigri filios.* de re vide Herodianum.

3 *Quum Romam Severus veniſſet.*] Cum ad Urbem acceſſiſſet, prius quam ingrederetur.

4 *Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.*] Plenius explicat Herodianus: juſſit prætorianos, inquit obviam ſibi prodire in habitu pacis, & triumphali: id eſt, quo uterentur feſtis diebus, & cum imperatores proſequerentur triumphantes. κελεύει τὰ μὲν ὅπλα αὐτοὺς καταλιπεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πάντας δὲ ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντος ἢ ἑορτάζοντος τοῦ βασιλέως προπομπεύειν. & ſtatim πομπικὰς ἐσθῆτας appellat. Erat vero prætorianorum veſtis εἰρηνικὴ, ſive habitus pacem denotans, ut loquitur Tertullianus, ἐφεστρὶς & trabeæ ſimilis chlamys, vel ſagum. Herodianus lib. VII. ἦλθον μέχρι τῆς εἰσόδου τῆς συγκλήτου, ἐν λιταῖς ἐσθῆσι καὶ ἐφεστρίσι. ſed ſaga illa quorum ibi meminit Herodianus, quotidianæ veſtes erant. at iſtæ de quibus hic mentio, erant πομπικαὶ, ut modo diximus, & feſtivitatum propriæ. Ex iſtis facile eſt colligere, quænam hic ſubarmalia ab auctore nuncupentur. ſunt autem hæc ſaga ſive militares togæ ſic appellatæ, quod ſub

ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere, eoſdem ſic
7 ad tribunal vocavit, armatis undique circundatis. Ingreſſus deinde Romam, [1] armatus cum armatis militibus Capitolium aſcendit. Inde in Palatium eodem habi-

ſub armis fibula annecterentur, vel ſub armos rejicerentur. nam etſi *εἰρηνικοὶ* erant, ex parte tamen militarem habitum referebant. Favet huic ſententiæ, quod illos inermes milites compellans Severus, κελεύων ait, ἀποζῶσαί τε ὑμᾶς, καὶ ἀποδύσαντας ἃς περιέκεισθε ἐσθῆτας στρατιωτικὰς γυμνοὺς ἀποπέμπειν. Doctiſſimus Turnebus ſubarmalia putabat dicta non ab armis, id eſt, ἀπὸ τῶν ὠμοπλατῶν: ſed ab armis quibus pugnamus, & περὶ τῶν ὅπλων: id eſt, quod thoraci & cæteris armis ſubjicerentur ſed obſtat ſummi viri ſententiæ, quod pacis & pomparum hæc veſtis erat, ut probavimus. quare alibi leges etiam purpura fuiſſe ornata ducum ſubarmalia. quid enim purpura opus, ſi eo tantum ſumerentur, ut ſub armis laterent? Meminit hujus veſtis Trebellius in Clodio. apud eundem in Aureliano, *ſubarmale profundum*, interpretor ποδήρης & infra genua demiſſum.

SALMASIUS.

4 *Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.*] Hanc rem ita narrat Joannes Antiochenſis περὶ ἀρχαιολογίας Σεβῆρος ἔστειλε γράμματα οἷς Ῥώμην ὑπαντῆσαι αὐτῷ τοὺς στρατιώτας, συνελθόντας δὲ ὠνείδισεν εἰπὼν ὅτι καὶ εἰ μὴ αὐτοὶ ἐγένοντο αὐτόχειρες Περτίνακος τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ δεῖν αὐτοὺς ἀνελεῖν τοὺς ἀποκτείναντας ἐκεῖνον. τοῦτο μὴ ποιήσαντες ὑπ' αἰτίαν εἰσὶ φόνου, ἐπὶ φυλακῇ τῇ βασιλικῇ ταχθέντες, ἔφη. οὐκ ἐν τῷ ἀριστερῷ μέρει τὰ ξίφη διεζώννυσθε, ἀλλ' ἐν τῷ δεξιῷ. καὶ ἀπολαβὼν τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους ἀπεδίωξεν αὐτούς. εἷς δὲ στρατιώτης οὐκ ἀνεχόμενος τοῦ ἵππου ἀπολιπεῖν αὐτόν, ἀλλ' ἀνθελκυσθέντος καὶ χρεμετίζοντος ὑπερπαθὴς γενόμενος τὸν ἵππον ἀπέσφαξε καὶ ἑαυτόν. quæ omnia & iiſdem fere verbis in epitoma Dionis habentur, exceptis illis, ἐπὶ φυλακῇ τῇ βασιλικῇ ταχθέντες. οὐκ ἐν τῷ ἀριστερῷ μέρει, ἀλλ' ἐν τῷ δεξιῷ τὰ ξίφη διεζώννυσθε. quæ notanda ſunt ob id ſolum quod indicant prætorianos milites non ceterorum militum more lævo latere accinctos enſes habuiſſe. ſed dextro. quod neſcio an alibi legatur: ut memoria nunc mea ſe habet, non recordor legiſſe. Polybius militem Romanum ſua ætate, dextro latere cinctum enſem geſtaſſe ſcribit: ἅμα δὲ τῷ θυρεῷ καὶ μάχαιραν, ταύτην δὲ παρὰ τὸ δεξιὸν φέρει μηρόν. poſtea ut videtur & ſub imperatoribus ſoli prætoriani milites ita cincti, reliqui vero ſiniſtros enſes habuere. hinc eſt quod in columna Trajani & Antonini milites viſuntur ad dextrum femur gladio cincti. prætorianos eos eſſe liquet, quibus enſes ad dextram alligati. quod niſi nos docuiſſet hic Joannis Antiochenſis locus, æternum fortaſſe ignoraremus. ſed de his alibi fuſe.

CASAUBONUS.

1 *Armatus cum armatis militibus Capitolium aſcendit.*] Videtur legiſſe apud Herodianum, σὺν παντὶ τῷ λοιπῷ στρατῷ ὡπλισμένῳ ὡπλισμένος. hodierni libri vocem ὡπλισμένος non agnoſcunt & recte: nam Dio qui ſpeciem ejus diei pulcherrimam omnium quas unquam viderat, ſcribit fuiſſe, Severum ait ad portam urbis trabeam toga mutaſſe.

1 *Supi-*

habitu perrexit, prælatis ſignis quæ prætorianis ademerat, [1] ſupinis, non erectis. Tota deinde urbe milites [2] in templis, in porticibus, in ædibus palatinis, quaſi in ſtabulis manſerunt: [3] fuitque ingreſſus Severi odioſus atque terribilis, quum milites inempta diriperent, vaſtationem urbi minantes. Alia die armatis ſtipatus non ſolum militibus, ſed etiam amicis, in ſenatum venit. In Curia reddidit rationem ſuſcepti imperii: cauſatuſque eſt quòd ad ſe occidendum Julianus notos ducum cædibus miſiſſet. [4] Fieri etiam ſenatuſconſultum coëgit, ne liceret imperatori inconſulto ſenatu occidere ſenatorem. Sed quum in ſenatu eſſet, [5] milites per ſeditionem

1 *Supinis, non erectis.*] Signa ſupina, vel verſa, luctus aut alius calamitatis indicium faciebant.

2 *In templis, in porticibus.*] Ita erat moris quoties ſtabula ſive hoſpitia deficerent, ut obſervamus ad Tranquillum libro primo, cap. XXXIX.

3 *Fuitque ingreſſus Severi odioſus atque terribilis.*] Magis illud odioſum quod Dio obſervat: nam cum more veteri cuſtodes principis eſſent omnes vel Itali vel Hiſpani, vel Macedones aut Norici, primus Severus urbem implevit militibus moribus feris, aſpectu audituque terribilibus. καθεστηκότος ἔκ τε τῆς Ἰταλίας, καὶ τῆς Ἰβηρίας, τῆς τε Μακεδονίας καὶ τοῦ Νωρικοῦ μόνον τοὺς σωματοφύλακας εἶναι, καὶ τούτου καὶ τοῖς εἴδεσιν αὐτῶν ἐπιεικεστέρων, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἁπλουστέρων ὄντων, τοῦτο μὲν κατέλυσε, τὸ δὲ ἄστυ ὄχλου στρατιωτῶν συμμίκτων καὶ ἰδεῖν ἀγριωτάτων, καὶ ἀκοῦσαι φοβερωτάτων ὁμιλῆσαί τε ἀγροικοτάτων ἐπλήρωσεν. hæc ille. atqui conſtat inter prætorianos militaſſe cohortes etiam Gallorum: puta, Batavorum, Tungrorum, Friſorum, & aliorum quà Gallorum, quà Germanorum: qui Noricorum appellatione comprehendi niſi abſurde non queunt. ſed lego apud Dionem, ἔκ τε τῆς Ἰταλίας, καὶ Γαλατίας, (vel Γαλλίας) καὶ τῆς Ἰβ.

4 *Fieri etiam ſenatuſconſultum coëgit, ne liceret, &c.*] Illudebat Severus ſenatui, cum eum juberet hoc facere ſenatuſconſultum: quod mox illius cæde primum eſt violatum, qui ipſum Senatuſconſultum juſſu illius ſcripſerat. fuſe hæc Dio: qui eleganter factum hoc Severi vocat νεανίευμα. ſciunt Græce periti ita appellari quæ jactabunde dicantur vel temere, ſupra quam alicujus ferant vires, aut contra animi ſententiam familiare verbum Demoſtheni, Plutarcho, & omnibus Græcis Non igitur ferendi ſunt qui optimi ſcriptoris verba hæc ſollicitant: εἰσελθὼν δὲ οὕτως ἐνεανιεύσατο μὲν οἷα καὶ οἱ πρόσθεν ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς. nam verbum ἐνεανιεύσατο, pro quo illi pugnant, neque admittit Helleniſmus, & confutat Zonaras ſic autem ſæpe eo verbo utitur Dio: ut in eadem vita: τοῦ Σεβήρου νεανιευσαμένου πρὸς ἡμᾶς τοὺς συνδικάζοντας αὐτῷ, καὶ φήσαντος ὅτι ἀδύνατόν ἐστι κακόν τι ὑπ' ἐμοῦ Πλαυτιανῷ γενέσθαι, οὐδ' ἀπεθαυμάζεσαν αὐτοὺς οὗτος ὁ Πλαυτιανός. plane geminus locus ſuperiori.

5 *Milites per ſedit.*] Illi milites qui Severo imperium detulerant, eumque in urbem deduxerant. non enim milites prætoriani, aut urbaniciani.

nem dena millia popoſcerunt à ſenatu, [1] exemplo eorum qui Auguſtum Octavium Romam deduxerant, tantumque acceperant. Et quum eos voluiſſet comprimere Severus, nec potuiſſet, tamen [2] mitigatos addita liberalitate dimiſit. Funus deinde cenſorium Pertinacis imagini duxit, [3] eumque inter divos ſacravit, addito flamine & ſodalibus Helvianis, qui Marciani fuerant. [4] ſe quoque *Pertinacem* vocari juſſit: quamvis [5] poſtea id nomen aboleri voluerit, querimonia ami-

1 *Exemplo eorum qui Auguſtum Octavium Romam deduxerant.*] Libro XLVI. in rebus Auguſti hiſtoriam hanc ſic exponit Dio: τότε μὲν οὕτω τε καὶ ἐκ τοιαύτης αἰτίας οἱ στρατιῶται τὸ δισχίλιον ἔλαβον· παρεφρύησαν ἐς δὲ λοιπὸν τοῦτο, ἔδοξαν ἀεί ποτε ἁπλῶς τοῖς πολιτικοῖς στρατοπέδοις, ὅσα ἂν εἰς τὴν Ῥώμην μεθ' ὅπλων ἀφίκηται, τὰς δισχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς ἀναγκαῖον εἶναι δίδοσθαι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μετὰ τοῦ Σεβήρου, ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰουλιανοῦ καθαιρέσει ἐς τὸ ἄστυ ἐλθόντες, φοβερώτατοι αὐτῷ τε ἐκείνῳ καὶ ἡμῖν (id eſt, ſenatui: nam hoc Spartiani illa volunt, *popoſcerunt à ſenatu*:) ἐγένοντο ἀπαιτοῦντες αὐτάς.

2 *Mitigatos addita liberalitate dimiſit.*] Dena millia HS poſcebant: abſtulerunt denarios ducentos quinquaginta, hoc eſt, decimam partem ejus quod poſtulabant.

4 *Se quoque Pertinacem vocari juſſit.*] Aurelius Victor: *Horum infinita cæde crudelior habitus, ac cognomento Pertinax. Quanquam ob vitæ parſimoniam ſimilem, ipſum magis adſciviſſe plures putent: nobis mens ad credendum prona, acerbitati impoſitum.* plura inferius iterum Spartianus legitur hoc cognomen in pleriſque nummis & lapidibus.

SALMASIUS.

3 *Eumque inter divos ſacravit.*] Recte, *inter divos ſacravit.* nec enim bene dixiſſet, *eumque ſacravit*: nam *ſacrati* imperatores & *ſacratiſſimi* etiam vivi dicebantur: at qui divi jam facti, ii *conſecrati* vel *inter divos ſacrati*, ut hoc loco. ſupra deſacratos eoſdem appellavit Capitolinus in Marco: *dati ſacerdotes Antoniniani, & ſodales & flamines & omnia quæ deſacratis decrevit antiquitas.* Græci ἀπαθανατίζειν, ut Dio aliquando, & ἀποθεοῦν. *ſacrare* tamen & *conſecrare* idem.

5 *Poſtea id nomen aboleri voluerit, querimonia amicorum.*] Querebantur ſcilicet amici Severi de nomine Pertinacis ab ipſo aſſumpto, quibus tantum detulit Severus & eorum querimoniæ, ut amatum illud nomen deponeret. nugæ. cui enim fit veriſimile amicis Severi odioſum illud nomen fuiſſe ut & de eo palam quererentur & cogerent Severum ad id abolendum? longe aliam repræſentat lectionem Palatinus, in quo ſcriptum eſt: *quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit, quæ omen amicorum. Dehinc æs alienum diſſolvit.* quis non videt ex illo, *quæ omen*, *querimonia* ut facerent valde veriſimiliter inductos eſſe correctores? ego quoque corrector accedam, ſed propius veſtigia ſcriptæ lectionis: *ſe quoque Pertinacem vocari juſſit, quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit. atque omne amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* vel etiam: *quamvis poſtea id nomen aboleri voluerit, atque omen. Amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* atque hoc verius ac certius eſſe arbitror. & recte Pertinacis nomen aboleri voluit tanquam mali ominis, non enim diu imperavit

amicorum. Dehinc æs alienum diſſolvit. Filias ſuas dotatas, maritis Probo & Aëtio dedit. Et quum Probo genero ſuo præfecturam urbis obtuliſſet, ille recuſavit, dixitque, minus ſibi videri præfectum eſſe quam principis generum. Utrumque autem generum ſuum [1] ſtatim conſulem fecit, utrumque ditavit. Alia die ad ſenatum venit, & amicos Juliani incuſatos proſcriptioni ac neci dedit. Cauſas plurimas audivit. [2] Accuſatos à provincialibus judices, probatis rebus graviter punivit. Rei frumentariæ quam minimam repererat, ita conſuluit, [3] ut excedens vita, [4] ſeptem annorum canonem P. R. relinqueret. Ad orientis ſtatum confirmandum profectus eſt, [5] nihil adhuc de Nigro palam dicens. Ad Africam tamen legiones miſit, ne per Libyam & Ægyptum Niger Africam occuparet, ac P. R. penuria rei frumentariæ perurgeret. Domitium Dextrum [6] in locum Baſſi præfecti urbi reliquit, atque intra triginta dies quam Romam venerat, eſt profectus. Egreſſus ab urbe ad Saxa rubra, ſeditionem ingentem ob locum caſtrorum metandorum ab exercitu paſſus eſt. Occurrit ei & ſtatim Geta frater ſuus, quem provin- 8

vit Pertinax. ſequens vero membrum nihil dubii quin à nobis recte ſit conſtitutum atque diſtinctum: *amicorum dehinc æs alienum diſſolvit.* nihil enim mirum, liberaliſſimum in omnes principem, ita ut & militibus tantum dederit & populo quantum nemo principum, amicorum æs alienum diſſolviſſe. de ſuo vero qui poteſt intelligi?

CASAUBONUS.

1 *Statim conſulem fecit.*] Fecit ſuffectos Coſſ. ex Kal Juliis, ut videtur.

2 *Accuſatos à provincialibus judices.*] Proconſules, præſides, legatos, procuratores. late enim patet judicum appellatio apud recentiores Latinos.

4 *Septem annorum canonem.*] Puteani codex, *ſ. an. annonam.* nihil mutandum. vide in extremo libro.

5 *Nihil adhuc de Nigro palam dicens.*] Lege vitam Peſcennii.

6 *In locum Baſſi.*] Regius, *Ruſſi.*

SALMASIUS.

3 *Ut excedens ipſe vita ſeptem annorum canonem relinqueret.*] *Ipſe* παρέλκει. lege igitur ex Pal. & excerptis Spartiani: *Rei frumentariæ quam minimam repererat, ita conſuluit, ut excedens vita ſeptem annorum canonem P. R. relinqueret.* pro notis illis, *P. R.* habet vetus editio *Pater.*

GRUTERUS.

5 *Nihil adhuc de Nigro palam dicens.*] Caute: & ad præceptum illud Publii Syri: *De inimico ne loquaris male ſed cogites.*

1 *Aliud*

vinciam ſibi creditam regere præcepit [1] aliud ſperantem. Nigri liberos ad ſe adductos in eo habuit honore quo ſuos. Miſerat ſane legionem [2] quæ Græciam Thraciamque præriperet, ne eas Peſcennius occuparet: ſed jam [3] Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam Niger volens occupare, plurimos de exercitu interfecit, atque ideo hoſtis [4] cum Æmiliano eſt appellatus. Quumque [5] Severum ad participatum vocaret, contemptus eſt. Promiſit ſane Nigro tutum exilium, ſi vellet: Æmiliano autem non ignovit. Æmilianus dehinc victus in Helleſponto à Severi ducibus, Cyzicum primum confugit, atque inde in aliam civitatem: in qua eorum juſſu occiſus eſt. Fuſæ ſunt item copiæ
9 ab iiſdem ducibus etiam Nigri. His auditis ad ſenatum Severus Pertinax, quaſi confectis rebus, literas miſit. deinde conflixit cum Nigro, [6] eumque apud Cyzicum interemit, caputque ejus pilo circumtulit. Filios Nigri poſt hoc, [7] quos ſuorum liberorum cultu habuerat, in exilium cum matre miſit. Literas ad ſenatum de victoria dedit. Neque quenquam ſenatorum qui Nigri partium fuerant, [8] præter unum, ſupplicio affe-

CASAUBONUS.

1 *Aliud ſperantem.*] Imperii participatum aut Cæſaris nomen ſperabat.

4 *Cum Æmiliano.*] Hic erat tum Aſiæ proconſul, cum in Syriæ adminiſtratione Peſcennius ei ſucceſſiſſet. ſuperius ad Peſcennium.

5 *Severum ad participatum vocaret.*] Emendavimus ex regio: nam inepte alii libri, *ad principatum.* eadem verba in Nigri vita.

6 *Eumque apud Cyzicum interemit.*] Sic iterum in Peſcennio: tamen de loco aliter Herodianus & Dio.

8 *Præter unum.*] Et illos qui ducum vel tribunorum nomine Nigro militaverant: nam hi omnes occiſi, ut ſubjicitur. nihil enim iſta pugnant.

GRUTERUS.

2 *Quæ Græciam Thraciamque præriperet.*] Haud temere rejecerim quod inveni in Pal. *præciperet.*

3 *Byzantium.*] Pal. *Byzantiam.*

7 *Quos ſuorum liberorum cultu habuerat, in exſilium cum matre miſit.*] Quo ipſo indicat ſcriptor honorem eis priorem non exhibuiſſe niſi ob cauſſam. Sic & de Arſacide Juſtinus lib. XXXVIII. cap. 18. *Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam, non miſericordia gentis faciebat, nec reſpectus cognationis, ſed quod Syriæ regnum adfectabant; uſuri Demetrio adverſus Antiochum fratrem, pro ut res, vel tempus vel fortuna belli exegiſſet.* ſed de his plura ad illud Flavii ad Arminium: *Neque conjugem & filium ejus hoſtiliter haberi;* cujus meminit Tacitus lib. II. Annal. cap. 10. p.

1 Ne-

affecit. Antiochenſibus iratior fuit, quod & adminiſtrantem ſe in Oriente riſerant, & Nigrum etiam victu juverant. denique multa his ademit. [1] Neapolitanis etiam Palæſtinenſibus jus civitatis tulit, quod pro Nigro diu in armis fuerant. [2] In multos animadvertit, præter ordinem ſenatorium, qui Nigrum fuerant ſequuti. Multas etiam civitatis ejuſdem partes injuriis affecit & damnis. Eos ſenatores occidit qui cum Nigro militaverant ducum vel tribunorum nomine. [3] deinde circa Arabiam plura geſſit, Parthis etiam in ditionem redactis, [4] necnon etiam Adiabenis: qui quidem omnes cum Peſcennio ſenſerant. Atque ob hoc reverſus triumpho delato, appellatus eſt *Arabicus*, *Adiabenicus*, *Parthicus*. Sed triumphum reſpuit, [5] ne videretur de civili triumphare victoria. [6] recuſavit & Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret. Redeunti ſane Romam poſt bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nuntiatum eſt, qui rebellavit in Gallia: quare poſtea occiſi ſunt filii Nigri cum matre. Albi-

CASAUBONUS.

1 *Neapolitanis etiam Palæſtinenſibus jus civitatis tulit.*] Junge iſtis quæ habes inferius: *Palæſtinis pœnam remiſit, quam ob cauſſam Nigri meruerant.* iterum, *Palæſtinis plurima jura fundavit.* vide in Nigro.

3 *Deinde circa Arabiam plura geſſit.*] Aurelius Victor, *Neque minus Arabas, ſimul adortus ut eſt, in ditionem redegit provinciæ modo.* eadem Eutropius & Euſebius.

4 *Necnon etiam Adiabenis.*] De his & eorum appellatione adi Marcellinum libro XXIII.

5 *Ne videretur de civili triumphare victoria.*] Quod fuiſſe, ſi quid aliud, Julio Cæſari invidioſum veteres narrant.

6 *Recuſavit & Parthicum nomen.*] Atqui id paſſim adſcriptum in omnibus nummis & ſaxis.

SALMASIUS.

2 *In multos animadvertit.*] *In multos ſe animadvertit.* Palatinus. an, *in multos ſævere animadvertit*?

6 *Recuſavit & Parthicum nomen.*] Idem Palatinus: *excuſavit & Parthicum nomen.* quod rectum eſt, pro reſpuit & recuſavit. nam *excuſare* idem eſt quod recuſare & παραιτεῖσθαι. Pontius Diaconus in Cypriani vita: *non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus & honorem totus populus aſpirante Domino proſiliret, humiliter ille ſe geſſit,* (ita ſcribendum pro *ſeceſſit*) *antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans, ut dignus magis fieret. magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, excuſat.* ubi *excuſare honorem*, ut heic, *nomen Parthicum excuſare.* Tertullianus ita multis locis uſurpat. & plura notavimus ſuperiore anno ad ejuſdem auctoris Pallium quæ heic non repetam. Gloſſæ: παραιτοῦμαι, *excuſo, recuſo, evito.*

Albinum igitur ſtatim hoſtem judicavit, & eos qui ad illum mollius vel [1] ſcripſerunt vel reſcripſerunt. [2] Et quum iret contra Albinum, in itinere apud Viminatium filium ſuum majorem *Baſſianum*, appoſito *Aurelii Antonini* nomine, Cæſarem appellavit, ut fratrem ſuum Getam ab ſpe imperii quam ille conceperat, ſubmoveret. Et nomen quidem Antonini idcirco filio appoſuit, quod ſomniaverat, Antoninum ſibi ſucceſſurum. [3] Unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum, ut & ipſe ſuccederet in imperio. Aliqui putant idcirco illum Antoninum appellatum, [4] quod Severus ipſe in Marci familiam tranſire voluerit. [5] Et primo quidem ab Albinianis Severi duces victi ſunt. Tunc ſolicitus quum [6] conſuleret [7] à Pannoniacis auguribus comperit ſe victorem futurum, adverſarium vero nec in poteſtatem venturum, nec evaſurum, ſed juxta aquam eſſe periturum. Multi ſtatim amici Albinum deſerentes venere, multi duces capti ſunt, in quos Severus animadvertit. Multis interim varie geſtis in
11 Gallia, primo [8] apud Tiburtium contra Albinum feliciſſi-

CASAVBONVS.

1 *Scripſerunt aut reſcripſerunt.*] Lege, *ſcripſerant aut reſcripſerant.*

2 *Et cum iret contra Albinum in itinere apud Viminatium.*] Regius, *Viminatium.* Ptolemæus, Οὐϊμινάκιον, Ἀξίων. Erat Severus in Thracia prope Byzantium, quando iter contra Albinum ſuſcepit, tranſiit igitur per Pannoniam ſuperiorem, ubi Viminacium ponit Ptolemæus. Fallunt qui Lugduno propinquum fuiſſe, ſervateque hodie veſtigium nominis, adnotant.

3 *Unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum.*] Hic dubitat Spartianus: idem infra ἀνενδοιάστως affirmat.

4 *Quod Severus ipſe in Marci familiam tranſire voluerit.*] Hoc verum: nam & Marci filius voluit dici, & Commodi frater. Lapis Anagnienſis.

IMP. CÆSAR. DIVI. MARCI
ANTONINI. PII. GERM. SARMATICI
FILIVS. DIVI. COMMODI. FRATER
ſic & in aliis. notat & Dio.

5 *Et primo quidem ab Albinianis Severi duces victi ſunt.*] Priore pugna victus eſt Lupus dux Severi.

7 *A Pannoniacis auguribus comperit.*] Lampridius in Severo: ὀρνεοσκόπος *magnus, ut & Vaſcones & Hiſpanorum & Pannoniorum augures vicerit.*

SALMASIUS.

6 *Conſuleret à Pannoniacis.*] *A Pannoniciacis* Pal. forte, *Pannonicianis.* ut *Daciciani Germaniciani.* ſed nihil mutandum.

CASAUBONUS.

8 *Apud Trinurtium.*] Locus non procul Lugduno, ut apparet ex Dione. ideo & Herodianus & Capitolinus in Albino victum eum ſcribunt ad Lugdu-

liciſſimè pugnavit Severus. Quum quidem [1] ingens periculum equi caſu adiit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita [2] ut alius jam penè imperator ab exercitu deligeretur. Eo tempore lectis actis quæ de Clodio Celſino laudando qui Adrumetinus & affinis Albini erat, facta ſunt, iratus ſenatui Severus quaſi hoc Albino ſenatus præſtitiſſet, Commodum inter divos referendum eſſe cenſuit, quaſi hoc genere ſe de ſenatu poſſet ulciſci: primuſque inter milites divum Commodum pronuntiavit, [3] idque ad ſenatum ſcripſit addita oratione victoriæ. Senatorum deinde qui in bello erant interempti, cadavera diſſipari juſſit. Deinde Albini corpore allato, penè ſeminecis caput abſcindi juſſit, Romamque deferri, [4] idque literis proſequutus eſt. [5] Victus eſt Albinus die XI. Calendas Martii. [6] Reliquum autem cadaver ejus [7] ante domum propriam

Lugdunum. Reperio in territorio Cabillonenſi, caſtrum Trenurtium apud Reginonem chronologum in anno domini CCXV. fitque in Martyrologio ejuſdem loci mentio. nominatur & in Peutingerorum tabula itineraria, quam viro præſtantiſſimo Marco Velſero Reſp. literaria debet. atque ex ea tabula cognoſcimus, non ita longè à Lugduno ad Ararim ſitum fuiſſe Trenurtium. quanquam ex ſequenti narratione videbatur poſſe colligi à Rhodano quam Arari propius afuiſſe id oppidum.

1 *Ingens periculum equi caſu adiit.*] Quod nec Dio prætermittit, nec Herodianus: qui etiam addit Severum paludamento imperatorio abjecto aliquandiu latuiſſe. tunc nempe creditus eſt ictu plumbeæ mortuus, quod ait Spartianus.

2 *Ut alius jam pene imperator ab exercitu deligeretur.*] Lætum innuit, qui ſuſpicionem affectati tum imperii capitis ſupplicio mox expiavit.

3 *Idque ad ſenatum ſcripſit addita oratione victoriæ.*] Sic omnes libri. orationem victoriæ appellat, quam ſuper victoria ſua compoſitam, miſit Romam, in ſenatu recitandam. eadem omnia Dio.

4 *Idque literis proſecutus eſt.*] Quarum argumentum paucis referunt Herodianus & Capitolinus.

5 *Victus eſt Albinus die XI. Kal. Martii.*] Exeunte anno tertio imperii Severi. ita enim puto verius, quam ut alii.

7 *Ante domum propriam exponi ac dividi juſſit.*] Ante prætorium ſuum jacere juſſit dies plurimos uſque ad fœtorem.

SALMASIUS.

6 *Reliquum autem cadaver ejus ante domum propriam exponi ac dividi juſſit.*] Quomodo *dividi*? an diſſipari? ut ſupra paulo de ſenatorum cadaveribus qui bello interempti erant, quæ diſſipari juſſit Severus? alio nos ducunt membranæ & vetus editio in quibus habetur ſcriptum: *ac devidere juſſit.* lego: *ac diu videri juſſit. reliquum autem cadaver ejus ante domum pro-*

priam exponi ac dividi juſſit. Equum præterea ipſe reſidens ſupra cadaver Albini egit, [1] expaveſcentemque admonuit ut effrenatus audacter protereret. Addunt alii quod idem cadaver in Rhodanum abjici præcepit, ſimul etiam uxoris liberorumque ejus. Interfectis innumeris Albini partium viris, inter quos multi principes civitatis, multæ fœminæ illuſtres fuerunt, omnium bona publicata ſunt, [2] ærariumque auxerunt: [3] tum Hiſpanorum & Gallorum proceres multi occiſi ſunt. Denique militibus tantum ſtipendiorum quantum nemo principum, dedit. Filiis etiam ſuis ex hac proſcriptione tantum reliquit quantum nullus imperatorum, [4] quum [5] magnam partem auri per Gallias, per

propriam exponi, ac diu videri juſſit. expoſuit nempe ante domum ſuam, Albini cadaver Severus, & diu ibi eſſe paſſus eſt, ut ab omnibus videri poſſet. & hanc ſcripturam non conjecturæ ſed certæ lectionis loco eſſe duco.

CASAUBONUS.

1 *Expaveſcentemque admonuit.*] Ut apud Virgilium, *Admonuit bijuges*, & apud Columellam, *admonere flagello*.

SALMASIUS.

1 *Expaveſcentemque admonuit ut effrenatus audacter protereret.*] Nonnihil temeratum eſſe hunc locum admonet vetus ſcriptura Palatini & veteris editionis quæ eſt: *admonuit ut & effrenatum audacter protereret.* ſcribendum ait: *equum præterea ipſe reſidens ſupra cadaver Albini egit, expaveſcentemque admonuit & effrenatum, ut audacter protereret.* expaveſcentem & effrenatum equum admonuit, hoc eſt πτυρόμενον καὶ ἀφηνιαστήν. effrenantur enim equi dum expaveſcunt, nec ſeſſorem aut frena audiunt. ſic expaveſcentem & effrenatum equum admonuit & incitavit calcaribus admotis Severus ut audacter protereret cadaver expoſitum.

2 *Ærariumque auxerunt.*] Ærarium augere bona publicata damnatorum dicuntur. ſic *refercire ærarium*, Caſſius Avidius in epiſtola: *ſint ſane divites, ſint ſane locupletes: ærarium publicum refercient, tantum Dii faveant bonis partibus.*

3 *Tum Hiſpanorum & Gallorum proceres multi occiſi ſunt.*] *Cum & Hiſpanorum & Gallorum proceres multi occiſi ſunt:* Palatinus. at vet. ed. *cum eis & Hiſpanorum & Gallorum.* ſed melior Palatini.

4 *Quum magnam partem auri per Gallias.*] Narrat Dio quomodo Severus magnam partem auri per Gallias fecerit. Numerianus enim quidam Ludimagiſter, qua ratione ductus incertum, relicta Roma in Galliam profectus, Severi nomine ad colligendum exercitum ſe miſſum & ſenatorem urbis eſſe ſimulans, parvas primum copias comparavit, quibus aliquot Albini partium equites profligavit. quod cum Severo nuntiatum eſſet & revera Senatorem eſſe crederet, miſſis ad illum litteris, quibus gratias ageret laudaretque inſtitutum, mandavit porro ut majores copias congregaret, quibus facile collectis multa præclara & fortia facinora fecit, redegitque χώρας καὶ ἐπαρχίας

per Hiſpanias, per Italiam imperator jam feciſſet, tuncque primum privatarum rerum procuratio conſtituta

κοπίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν, quas Severo miſit. cumque ab his ingentibus factis ad ſummos honores & divitias poſſet pervenire, modico contentus, in agello quodam in Galliis conſenuit, quem ipſi donavit Severus, cujus reditu vitam toleraret

5 *Magnam partem auri feciſſe.*] *Aurum facere.* ſic *facere pecuniam*, Salluſtio: *quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. fieri enim pecunia dicebatur*, inquit Donatus.

CASAUBONUS.

1 *Tuncque primum privatarum rerum procuratio conſtituta eſt.*] Erat jam à temporibus Auguſti, imperatoris procurator, & qui Græcis dicitur ἴδιος λόγος τοῦ ἄρχοντος. erat & procurator patrimonii, cujus meminit in Commodo Lampridius, & antiqui lapides ſæpius. ſed diverſum ab illorum munere fuit officium procuratoris rerum privatarum, ſive *privatæ rei*, ut Capitolinus in Macrino. leges ibidem, *privatas curare*, pro, rerum privatarum eſſe procuratorem. Quid autem interſit inter patrimonii & rerum privatarum procuratores ſive comites, (ſic enim ætas poſterior appellavit) cupidum agnoſcere docebit primus liber Codicis Juſtinianei, & in Paratitlis Jacobus Cujacius, non juris ſolum civilis, ſed omnis eruditionis aſylum.

SALMASIUS.

1 *Tuncque primum procuratio rei privatæ conſtituta eſt.*] Ain tu Spartiane, Severi temporibus procurationem rerum privatarum fuiſſe conſtitutam? nulli igitur ante Severum rei privatæ procuratores? immo jam ab Auguſti temporibus, & res & nomen ipſum fuit cognitum. ſed eodem errore rerum privatarum procurationem ſub Severo primum fuiſſe conſtitutam ſcribit, quæ longe ante Severum extitit, quo curſus publici inſtitutionem Hadriano tribuit, quam certum eſt ad Auguſtum ipſum referri debere. de nomine primum videamus, poſtea de re ipſa vel officio. ἴδιος λόγος dicebatur, ad verbum eſt privata ratio, vel rationis privatæ procurator, vel rei privatæ rationalis. ἴδιος λόγος autem eleganter dicitur, id eſt privata ratio, pro rationali rei privatæ. ſic *ratio patrimonii* in veteri ſaxo pro patrimonii rationali: SVPERPOSITO. MEDICORVM. EX RATIONE. PATRIMONII. id eſt, qui ratio fuit patrimonii. ut ex conſule qui conſul fuit. ſic curam prætorii dicebant, & curam palatii, pro curatore prætorii palatiique. in vita Claudii: *curam prætorii unum*. Ovidius:

Tertius immundæ cura fidelis haræ.

ſic *ratio* pro rationalis. hinc ἴδιος λόγος Straboni pro λογιστής. rationis privatæ diſpenſator dicitur in veteri inſcriptione: LVPERCVS. DISP. RATIONIS. PRIVATÆ. nomen ipſum tenemus. nam verum eſt jam ſub Auguſto rei vel rationis privatæ procuratorem fuiſſe cognitum. de officio videamus. Strabo lib. XVII. munus ἰδίου λόγου hoc fuiſſe narrat, ἐξετάζειν τὰ ἀδέσποτα καὶ τὰ εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφείλοντα. bona caduca & vacantia, ut fiſco Cæſaris adnecterentur curabat. quod aliud, rogo te, fuit officium ejus qui procurator rei privatæ dictus eſt etiam poſteriorum imperatorum ævo? Caſſiodorus in formula Comitis rerum privatarum: *canonicarios dirigis poſſeſſores, admones, & cum aliis judicibus non modica jura partiris. caduca bona non ſinis eſſe vacantia: ita quod uſurpatio potuit invadere, tu fiſcum noſtrum facis juſtis compendiis obtinere.* vide tit. cod. Theod. de bonis vacantibus & de incorporatione.

 procu-

ſtituta eſt. Multi ſanè poſt Albinum, fidem ei ſervantes, bello à Severo ſuperati ſunt. Eodem tempore etiam legio Arabica defeciſſe ad Albinum nuntiata eſt. Ultus igitur graviter Albinianam defectionem [1] interfectis plurimis, genere quoque ejus extincto, iratus populo & ſenatoribus Romam venit. [2] Commodum in ſenatu & concione laudavit, deum appellavit, [3] infamibus diſplicuiſſe dixit: ut appareret eum apertiſſimè furere. Poſt hæc de ſua clementia diſſeruit, quum crudeliſſimus fuerit, & ſenatores infra ſcriptos occi-
13 derit. Occidit autem ſine cauſæ dictione hos nobiles, Mummium Secundinum, Aſellium Claudianum, Claudium Rufum, [4] Vitalium Victorem, Papium Fauſtum, Ælium Celſum, [5] Julium Rufum, Lollium Profeſſum, [6] Arunculeium Cornelianum, Antoninum Balbum, Poſthumium Severum, Sergium Luſtralem, Fabium Paulinum, Nonium Gracchum, [7] Muſtium Fabianum,

procurator ille rei privatæ vel comes, ut poſteriorum principum ævo dictus eſt, ſub ſe habuit rationales & magiſtros rei privatæ, qui in ſingulis provinciis rem principis privatam curabant. hinc rationalis Ægypti, rationals Africæ, & reliqui provinciarum rationales quos *ἰδίους λόγους* vocat Strabo. ſuberant comiti & magiſtro rerum privatarum: iſque etiam privati principis ærarii adminiſtrationem gerebat. ſed hæc nos alibi pluribus in libro de officiis domus Auguſtæ.

CASAUBONUS.

1 *Interfectis plurimis.*] Novem & viginti extremo ſupplicio ſunt affecti: ita Dio: ſed in laterculo quod mox ſubjicit Spartianus multo plures.

3 *Infamibus diſplicuiſſe dixit.*] Cum plerique è ſenatu, qui ejus memoriam damnaverant, turpius Commodo viverent. Lege hic Dionem.

4 *Vitalium Victorem.*] Vitalius hic gentis nomen eſt: at non Vitalis: quod cognomen ſæpe legas apud Latinos ſcriptores. forſan ſcribendum *Vitellius.*

5 *Iulium Rufum.*] Non ſemel in Pandectarum libris Rufus nominatur, ad quem etiam reſcripſiſſe dicitur Antoninus Severi filius: eſt autem ille, opinor, iſtius filius.

7 *Muſtium Fabianum.*] Muſtia gens rarius occurrit in libris veterum. Legitur tamen in veteri lapide, T. MUSTIO. C. F. FAB. ſed iſte Nerva principe vivebat.

SALMASIUS.

2 *Commodum in ſenatu & concione laudavit.*] *In concionem & ſenatum laudavit*: Palatinus.

6 *Arunculeium Cornelianum.*] Lege ex Palatino: *Aurunculeium. Aurunculei* enim noti Romæ, qui ſic ſcribuntur, non *Arunculei.*

7 *Muſtium Fabianum.*] De Muſtiorum gente docuerunt ex veteri lapide viri docti. Palatinus tamen heic legit:

num, Caſperium Agrippinum, Cejonium Albinum,
[1] Claudium Sulpicianum, Memmium Rufinum, Ca-
ſperium Æmilianum, Cocceium Verum, [2] Erucium
Clarum, L. Stilonem, [3] Clodium Rufum, Egnatu-
leium Honoratum, Petronium Juniorem: [4] Peſcen-
nios, Feſtum & Neratianum & Aurelianum, & Mate-
rianum & Julianum, & Albinum: Cerellios, Macri-
num & Fauſtinianum & Julianum: Herennium Ne-
potem, [5] Sulpitium Canum, Valerium Catulinum,
Novium Rufum, Claudium Arabianum, Marcum
Aſellionem. Horum igitur tantorum ac tam illu-
ſtrium virorum (nam multi in his conſulares, multi
prætorii, omnes certè ſummi viri fuere) interfector,
ab Afris ut deus habetur. [6] Cincium Severum ca-
lumniatus eſt quod ſe veneno appetiſſet, atque ita in-
terfecit. [7] Narciſſum deinde Commodi ſtrangulato- 14
rem leonibus objecit. Multos præterea obſcuri loci
homines interemit,[8] præter eos quos jus prælii abſum-
pſit. Poſt hæc quum ſe vellet commendare homini-
bus,

git: *Maſticinum Fabianum.* Vetus etiam editio: *Maſtinum.* an *Maſcium* vel *Maſium*? nam & hæc nomina Romana ſunt.

CASAUBONUS.

1 *Claudium Sulpitianum.*] Pertinacis ſocerum: hunc ex iſtis omnibus ſolum nominatim indicat Dio.

6 *Cincium Severum.*] Puto illum eſſe de quo in extrema vita Commodi.

7 *Narciſſum deinde Commodi ſtrangulatorem leonibus objecit.*] Objectus eſt leonibus ſub hoc præconis elogio: HIC EST QVI COMMODVM STRANGVLAVIT.

SALMASIUS.

2 *Erutium Clarum.*] Scribe *Erucium Clarum.* filius is erat ſcilicet illius Erucii Clari, cujus ſecundo conſulatu natus ipſe Severus. qui Erucius & in lapidibus & authorum ſcriptis nominatur.

3 *Clodium Rufum.*] *Clodium Rufinum.* Pal.

4 *Peſcennios Feſtum & Neratianum.*] *Veratianum*, Pal. & vet. ed.

5 *Sulpitium Canum.*] *Sulpium Canum* in Palatino. ſic ſupra, *Sulpium Apollinarem* ſcriptum in illo libro obſervavimus. *Sulfios* in lapidibus reperio.

8 *Præter eos quos jus prælii abſumpſit.*] *Prælium* pro *bellum*, quod illa ætate & illis ſcriptoribus frequentabatur. nam melioris ſeculi autor dixiſſet, *jure belli abſumptos.* ut autem *prælium* pro *bellum*, ſic viciſſim, *bellum* pro prælio ſumebant. unde *bellum committere* pro μάχην συμβάλλειν frequens apud infimæ Latinitatis authores,

bus, [1] vehicularium munus à privatis ad fiſcum traduxit. Cæſarem deinde Baſſianum filium ſuum Antoninum à ſenatu appellari juſſit, [2] decretis imperatoriis inſignibus. Rumore deinde belli Parthici extincto, patri, matri, avo, & uxori priori [3] per ſe ſtatuas collocavit. Plautianum ex amiciſſimo, [4] cognita ejus vita, ita odio habuit ut & hoſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis ejus per orbem terræ gravi eum inſigniret injuria, iratus præcipuè quod [5] inter propinquorum & affinium Severi ſimulachra ſuam ſtatuam ille poſuiſſet. Palæſtinis pœnam remiſit, quam ob cauſam Nigri meruerant. Poſtea iterum cum Plautiano in gratiam rediit, & veluti ovans urbem ingreſſus Capitolium petiit: quamvis & ipſum procedenti tempore

CASAUBONUS.

1 *Vehicularium munus à privatis ad fiſcum traduxit.*] Expoſuimus jam ad Hadriani vitam.

3 *Per ſe ſtatuas collocavit.*] Jus publice ponendi ſtatuas, penes ſenatum fuit. at Severus ponit ſuis iſtas, per ſe: hoc eſt, ſine decreto vel auctoritate patrum.

4 *Cognita eius vita.*] Erat enim ἀσωτότατος τῶν ἀνθρώπων, & hoc amplius, calumniator, & omnium vitiorum homo. ſed in hac narratione multa Dio aliter; & idem aliter Herodianus. nam hic vero crimine appetitum Plautianum ſcribit periiſſe; ille ficto, & immani ſcelere generi Antonini. Ammianus Marcellinus libro XXIV. vere tentatam à Plautino Severi cædem refert, Herodianum potius quàm Dionem ſecutus: quod ſæpe in illius libris obſervavimus.

SALMASIUS.

2 *Decretis imperatoriis inſignibus.*] Cæſares, qui & imperatores deſtinati dicebantur, imperatoriis inſignibus utebantur, ut pallio coccineo, & purpura, ſed ſine auro, ut de Albino ſupra notavimus. Commodus ad Albinum quem Cæſarem appellari voluerat: *ſane ut tibi inſigne aliquod imperialis majeſtatis accedat, habebis utendi coccinei pallii facultatem me præſente & ad me & cum mecum fueris, habiturus & purpuram ſed ſine auro, quia ita & proavus meus Verus, qui puer vita functus eſt, ab Adriano qui eum adoptavit accepit.* ſimul igitur cum nomine Cæſaris & imperialia inſignia decernebantur. & utrumque ſecundum formam ab Adriano uſurpatam in deſignando Cæſare Vero.

5 *Inter propinquorum & affinium Severi ſimulacra ſuam ſtatuam ille poſuiſſet.*] Hoc parum, quod ſtatuæ Plautiani inter ſtatuas affinium Severi poſitæ. nam & multo plures illi ſtatuæ quam Severo: ſed & majores καὶ κολοσσιαιοτέρας, nec tantum in aliis urbibus, ſed Romæ, atque id authoritate ſenatus decretæ ſunt. Dio: πάντα γὰρ ἄλλας καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ εἰκόνες οὐ μόνον πολλῷ πλείους, ἀλλὰ καὶ μείζους τῶν ἐκείνων, οὐδ᾽ ἐν ταῖς πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, οὐδ᾽ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἤδη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς γερουσίας ἀνετίθεντο.

[illegible]

pore occiderit. Getæ minori filio togam virilem dedit, majori Plautiani filiam uxorem junxit. [1] Hi qui hoſtem publicum Plautianum dixerant, deportati ſunt. [2] ITA omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt. Filios deinde conſules deſignavit. [3] Getam fratrem extulit. [4] Profectus deinde ad bellum Parthicum eſt, edito gladiatorio munere, & congiario populo dato. Multos inter hæc cauſis vel veris vel ſimulatis occidit. Damnabantur autem plerique [5] cur jocati eſſent, alii cur tacuiſſent, [6] alii [7] cur pleraque figurata

CASAUBONUS.

1 *Hi qui hoſtem publicum Plautianum dixerant, deportati ſunt.*] Confundit hiſtoriam, ut ſæpe. nam hoc referendum ad illud tempus quo friguſculo interruptus Severi in Plautianum amor. tunc ſtatuas ejus juſſit dejici. at mox reconciliata gratia, pœnæ de his exactæ, qui medio tempore adverſus Plautianum aliquid dixiſſent, feciſſentve.

2 *Ita omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt.*] Terentiana γνώμη notiſſima. ſed nimis vereor ne è libri ora in verba auctoris periodus hæc tota irrepſerit.

3 *Getam fratrem extulit.*] Etiam hic pervertit temporum rationem: nam Geta frater Severi ante Plautianum mortuus.

3 *Profectus deinde ad bellum Parthicum eſt, edito gladiatorio munere.*] Solebant enim imperatores ad bellum proficiſcentes gladiatorium munus edere: qui mos unde ſit tractus, quærit Capitolinus in Maximo & Balbino.

5 *Cur jocati eſſent.*] Regius, *aut quia joc.*

7 *Cur pleraque figurata dix.*] Malim *τὸ pleraque* abeſſe: neque eſt in regio.

GRUTERUS.

7 *Cur pleraque figuratè dixiſſent, ut eſſet Imperator verè nominis ſui.*] Pal. *eſſe.* forte, *ut ecce: Imperator* &c. tamquam ſpecimen promat figurate dictorum.

SALMASIUS.

6 *Alii cur pleraque figurata dixiſſent.*] *Pleraque* libri retinent omnes. figurata autem dicta quæ Græci ἐσχηματισμένα vel σχήματα vocant, de quibus ad Suetonium videnda ſunt quæ vir incomparabilis olim obſervavit, & nos alibi plura obſervavimus. Vetus editio heic habet, *alii cur pleraque figura dixiſſent.* quod non improbandum. *figura* enim *dicere*, eſt ἐσχηματισμένως λαλεῖν. Vetus interpres Juvenalis ad illud:

Debetur magnus Patinæ ſubituſque Prometheus.

figuram, inquit, *hic dicitur poſuiſſe propter magnum Pompeium, quoniam Patina dictus eſt, qui ſuſtulit caput ipſius.* unde oratio figurata quæ rectæ contraria eſt, & oblique jacit dicta. Nam τῷ ἐσχηματισμένῳ λόγῳ τὸν γυμνὸν & exercitum opponit Philoſtratus in Herode: παρελθὼν γὰρ εἰς διαβολὰς καθίστατο τοῦ αὐτοκράτορος, οὐδὲ σχηματίσας τὸν λόγον ὡς εἰκὸς ἦν ἄνδρα γεγυμνασμένον τὸ τοιᾶσδε ἰδέας μεταχειρίσασθαι τὴν ἑαυτοῦ χολήν, ἀλλ' ἀπησχυνισμένῃ τῇ γλώττῃ καὶ γυμνῇ διῄει, λέγων, ταῦτά μοι ἡ Λουκίου ξενία ὃν σύ μοι ἔπεμψας, ὅθεν δικάζεις γυναικί με καὶ τριετεῖ παιδίῳ καταχαριζόμενος. ſed de his figuris & figu-

gurata dixiſſent, [1] *ut eſſet imperator verè nominis ſui, verè Pertinax, verè Severus?* [2] Erat ſanè in ſermone vulgari, Parthicum bellum affectare Septimium Severum, gloriæ cupiditate, non aliqua neceſſitate deductum. Trajecto denique exercitu à Brunduſio continuato itinere [3] venit in Syriam, Parthoſque ſubmovit. [4] Sed poſtea in Syriam rediit, ita ut ſe pararet ac bellum

& figuratis dictis & controverſiis plura alibi dicenda.

CASAUBONUS.

1 *Ut eſſet imperator v.*] Scribi mallim, *ut, quod eſſet imper.* eſt enim hoc unum tantum exemplum dictorum ἐσχηματισμένων.

2 *Erat ſane in ſermone vulgari.*] Dixiſſet alius, in ſermone vulgi. ſed non vulgus ſolum ita judicavit: nam & Dio palam pronunciat, totidem fere verbis: Σεβῆρος ἐν δὲ ταῦτα ἐπολιορκεῖτο, κατὰ τὴν βαρβάρων ἐπιθυμίᾳ δόξης ἐστράτευσε. inde conſtat nobis de tempore hujus expeditionis quæ in mediam tempus incidit bellorum civilium contra Peſcennium, & Albinum. ſed fuere Severi contra Parthos expeditiones plures: nam cum extincto Albino Romam reverſus, nobilium cædibus imperium ſuum firmavit, non multo poſt in Orientem ad bellum Parthicum eſt reverſus. quinto anno imperii hanc profectionem eſſe ab illo ſuſceptam, auctor Euſebius in Chronico.

SALMASIUS.

3 *Venit in Syriam Parthoſque ſubmovit.*] Cur heic iterum reponit de Parthis, cum ſupra poſuerit Severum de Parthis redactis in poteſtatem triumphaſſe, qui quidem cum Peſcennio ſenſerant, unde Parthicum nomen meruit, quod infra etiam repetit? ad hunc de Parthis triumphum refert vir illuſtris & genere & litteris verſus illos Dionyſii Alexandrini,

Ἀλλ' ἤμης κατὰ δῆριν ἀμαιμακέτους περὶ ἵππους
Αὐσονίου βασιλῆος ὑποπτήξαντες ἀκωκῆ.

quos cenſet eſſe pronuntiatos de victoria Parthica Severi, cujus ætate vixiſſe Dionyſium ſcribit: nec enim audiendus Euſtathius qui τὸν περιηγητὴν ſub Auguſto fuiſſe tradit. ſed ignoſcant mihi manes ſummi viri, retulerim potius ad Verum Marci fratrem qui de Parthis triumphavit, unde & Parthicus dictus eſt. temporibus enim Marci vixiſſe illum poëtam multis & validis argumentis alibi adſtruemus. quod & oſtendit hic verſus quo ſe teſtatur vixiſſe ſub duobus imperatoribus:

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

ubi ἄνακτες ſunt duo Auguſti, Marcus & Verus. & vir ille quem dixi, ἡμῶν ἀνάκτων exponit, Severi patris, Caracallæ & Getæ filiorum. ſed ad ipſum poëtam hæc pluribus diſcutiemus, quem politiorem emendatioremque aliquando, ſi Deus faverit, dabimus comparatis duabus antiquis interpretationibus Avieni & Priſciani, ubi quid uterque interpres peccarit, & quoties, aperiemus.

4 *Sed poſtea in Syriam rediit, ita ut ſe pararet, ac bellum Parthis inferret.*] Qui bellum parat, non infert, nec niſi paratum poteſt inferri. cur igitur hæc duo ſimul jungit, ſe parare ad bellum Parthis inferre? ſi enim ut ſe pararet in Syriam rediit, nondum inferebat bellum Parthis qui non fuere quærendi in Syria. ſed quid arguamur? ſcribendum: *ſed poſtea in Syriam*

lum Parthis inferret.[1] Inter hæc Peſcennianas reliquias Plautiano autore perſequebatur, ita ut nonnullos etiam amicis ſuis quaſi vitæ ſuæ inſidiatores appeteret. [2] Multos etiam quaſi Chaldæos aut vates de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit[3]: præcipuè [4] ſuſpectos unumquemque idoneum imperio quum ipſe parvulos adhuc filios haberet, [5] idque dici ab his vel crederet vel audiret qui ſibi augurabantur imperium. Denique quum occiſi eſſent nonnulli, Severus ſe excuſabat: & [6] poſt eorum mortem [7] negabat fieri ſe juſſiſſe quod factum

tiam rediit, ita ut ſe pararet ad bellum Parthis inferre. inſolens ut videtur loquutio mutando vel corrumpendo huic loco occaſionem dedit: *ad bellum Parthis inferre*, pro, *ad bellum Parthis inferendum.* more Græce loquentium, quibus ſic uſus eſt ſcribere, πρὸς τὸ πολεμεῖν, *ad bellandum*, & ſimilia.

CASAUBONUS.

1 *Inter hæc Peſcennianas reliquias Plautino auctore perſequebatur.*] Tertullianus in Apologetico: *Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocii aut plauſores quotidie revelantur, poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes, quam recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant: quam elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant: quam cultiſſimis & ſuperbiſſimis toris forum ſibi dividebant: non ut gaudia publica celebrarent; ſed ut vota propria jam ediſcerent, & in aliena ſolennitate exemplum atque imaginem ſpei ſuæ inaugurarent, nomen principis in corde mutantes.* ſimilia his & in libro adverſus Scapulam.

2 *Multos etiam quaſi Chaldæos aut vates de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit.*] Ad horum ſupplicia alludens Tertullianus ſubjicit ibidem: *Eadem officia dependunt & qui aſtrologos & aruſpices, & augures, & magos de Cæſarum capite conſultant.*

4 *Suſpectos unumquemque.*] Lego, *ſuſpectans un.*

5 *Idque dici ab his vel crederet vel audiret q.*] Dicebant iſti, vel fingebat Severus eos dicere, utendum eſſe occaſione temporis, & mature dejiciendum Severum, dum eſſent filii ejus adhuc parvuli.

SALMASIUS.

3 *Præcipue ſuſpectos unumquemque idoneum.*] Ita libri abſque varietate. ſed parva unius elementi mutatione ſcribendum: *præcipue ſuſpectus unumquemque idoneum. Suſpectus*, id eſt cum ſuſpectum haberet. quod genus loquendi non poterit eſſe mirum aut novum illis qui ſubactum habent ingenium veterum lectione. *ſuſpectus* enim utramque habet ſignificationem, & pro eo accipitur qui ſuſpectus eſt, & qui ſuſpicioni habet. itaque *ſuſpectus unumquemque* ſic dixit, ut ſupra Capitolinus, *pollutus ſtupris*, pro, *polluit*, & *ſubvectæ* pro *quæ ſubvexerunt.* vide quæ ibi notavimus.

GRUTERUS.

6 *Poſt eorum mortem negabat fieri ſe juſſiſſe quod factum eſt.*] Tres voces poſtremæ nihil faciunt complendæ ſententiæ. videntur ortæ à gloſſatore aliquo. Ceterum de iſtis qui invidiæ declinandæ cauſa, poſt cædem juſſam, negant factum ſuum, abunde dixi ad illud Taciti lib. 1. Ann. cap. 6. *Nuntianti Centurioni, factum eſſe quod imperaſſet, neque imperaſſe ſeſe, & rationem facti reddendam apud Senatum reſpondit.*

ctum eſt: [1] quod de Læto præcipuè Marius Maximus dicit. Quum ſoror ſua Lepitana ad eum veniſſet vix Latine loquens, [2] ac de illa multum imperator erubeſceret, dato filio ejus lato clavo, atque ipſi multis muneribus, redire mulierem in patriam præcepit. [2] & qui-
16 dem cum filio, qui brevi vita defunctus eſt. Æſtate igitur jam exeunte, Parthiam ingreſſus, Cteſiphontem pulſo rege pervenit & cœpit hyemali propè tempore, (quod in illis regionibus melius per hyemem bella tractantur) [3] quum herbarum radicibus milites viverent, atque inde [4] morbos ægretudineſque contraherent: quare quum obſiſtentibus Parthis, fluente quoquè per inſuetudinem cibi alvo militum, longius ire non poſſet, tamen perſtitit, & oppidum cœpit, & regem fugavit, ac plurimos interemit, & Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum deci-

CASAUBONUS.

7 *Negabat fieri ſe juſſiſſe quod factum eſt.*] Et, puto, verè negabat de multis. exemplo ſit Bæbius Marcellinus: cujus triſtiſſimum caſum, & necem commiſeratione digniſſimam cum expoſuiſſet Dio, hoc adjicit: prius illi caput fuiſſe amputatum, quam de ejus condemnatione quicquam Severus reſciſſet.

2 *Quod de Læto præcipue Marius Maximus dicit.*] Sane & Herodianus cædem hujus excuſat.

4 *Morbos ægretudineſque contraherent.*] Herodianus, νόσοις περιπίπτοντες διεφθείροντο.

SALMASIUS.

2 *Et quidem cum filio qui brevi vita defunctus eſt.*] Nihil in ſe habet hæc lectio, quod reprehendi mereatur, niſi diſſentirent veteres tam editi quam manu exarati qui habent: *quibus brevi vita defunctus eſt.* & ſane jam nunc incipio ſuſpectam habere de vitio vulgatam lectionem. quomodo enim illa accipiemus, *qui brevi vita defunctus eſt*? an brevi poſt reditum in patriam? nec tamen habeo qui recte emendem vitium quod hæret manifeſtarium in ſcripta lectione. an reponendum, *qui brevis ævi defunctus eſt*? ut ὀλιγοχρόνιον illum periiſſe oſtendat & fuiſſe ævi brevem. Hæc mihi adlubeſcebat conjectura. quærant quibus otii plus eſt quam mihi an aliquid invenient quod aptius merito debeat cenſeri. nos obtuſiores ſumus & properamus.

3 *Cum herbarum radicibus milites viverent.*] Mira novaque facies lectionis occurrit in Palatinis membranis & veteri editione: *quum culparum radicibus milites viverent.* genus herbæ omnino voluit deſignare in illis locis frequens, cujus radicibus vitam ſuſtinuerunt milites. quærendum relinquo otioſis quod genus herbæ ita vocarint veteres; aut certe emendandam hanc vocem, ſi tali auxilio indigere videbitur hic locus.

1 Patio

decimumtertium agentem, [1] participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæſarem dixerunt: eundem Antoninum, ut plerique in literas tradunt, appellantes. Harum appellationum cauſa donativum militibus largiſſimum dedit,[2] conceſſa omni præda oppidi Parthici, quod milites quærebant. Inde in Syriam rediit victor, & Parthicum deferentibus ſibi patribus triumphum, idcirco recuſavit, quod conſiſtere in curru affectus articulari morbo non poſſet: [3] filio ſane conceſſit ut triumpharet. [4] cui ſenatus Judaicum triumphum decreverat, idcirco quod & in Syria res bene geſtæ fuerant à Severo. Deinde quum Antiochiam tranſiſſet, data virili toga filio majori, [5] ſecum eum conſulem deſignavit, & ſtatim

CASAUBONUS.

1 *Participem imperii dixerunt milites.*] Quinto, vel, ut alii, ſexto Imperii Severi anno: ab eo tempore duo numerari ceperunt Auguſti, Severus pater, & Antoninus filius. deinde acceſſit tertius filius minor Geta: quem multo ante Cæſarem appellatum, Auguſtum nuncupavit Severus, octavum annum imperans, vel ad ſummum nonum. Atque hæc illa eſt *imperii triplex virtus*, hi illi *tot Auguſti* quos laudat Tertullianus in florida De pallio. nimis enim errant qui aliter illum locum interpretantur: Nobis nullum unquam fuit dubium, quin ille liber à Tertulliano fuerit ſcriptus multo poſt confecta civilia bella, Severo & duobus filiis imperantibus. Puto etiam Galenum de his tribus Auguſtis ſenſiſſe, cum ſcriberet in libello De theriaca ad Piſonem: ἐπὶ μὲν Μάρκου τοῦ βασιλέως μόνου αὐτῆς (theriacæ) τὸ ἔργον εἰς τὴν γνῶσιν τῶν εἰδότων κοινὸν ἦν· ἐπὶ δὲ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων, ἡ χρῆσις εἰς τὸ κοινὸν ἔφθασε· πᾶσι γὰρ ἡμῖν ἔξεστι τοῖς παρ' αὐτῶν κεχρῆσθαι καλῶς, καὶ θεραπεύεσθαι ἀφθόνως, ἄλλου παρ' ἄλλου λαμβάνοντος τὸ φάρμακον. ex poſtremis verbis colligas, recte de tribus imperatoribus eum loqui, potius quàm de duobus. illi vero alii non ſunt: quàm iſti.

2 *Conceſſa omni præda oppidi Parthici.*] Cteſiphontis. Dio, μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Κτησιφῶντα ἑλὼν, ἐκείνην πᾶσαν διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐφῆκε.

3 *Filio ſane conceſſit ut triumpharet.*] Regius, *filiis ſ. conc. ut triumpharent.* ipſum triumphaſſe ait Herodianus.

4 *Cui ſenatus Judaicum triumphum decreverat.*] Triumphum Judaicum hic invenio; bellum Judaicum à Severo geſtum, unde illi partus triumphus, nuſquam invenio.

5 *Secum eum conſulem deſignavit.*] Conſules ſimul fuere anno Severi decimo.

SALMASIUS.

4 *Cui ſenatus Iudaicum triumphum decreverat.*] Scribit Euſebius ſub Severo Judaicum bellum & Samariticum motum, quod ad hunc triumphum refero: nam ſi propter res in Syria bene geſtas Judaicus triumphus decretus eſt, Judaicum etiam bellum inde dictum videtur.

tim in Syria conſulatum inierunt. Poſt hoc datò ſtipendio cumulatiore militibus, Alexandriam petiit.
17 In itinere Palæſtinis plurima jura fundavit. [1] Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit. [2] Idem etiam de Chriſtianis ſanxit. [3] Deinde Alexandrinis jus buleutarum dedit, [4] qui ſine publico conſilio, ita ut ſub regibus, antè vivebant uno judice contenti quem Cæſar dediſſet. Multa præterea his jura mutavit. Jucundam ſibi peregrinationem hanc [5] propter religionem dei Serapidis, [6] & [7] propter novitatem animalium vel locorum fuiſſe,

1 *Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit. idem etiam de Chriſtianis ſanxit.*] Aliter de Severo ſentire & pronuntiare videtur Tertullianus ad Scapulam: *Sed & clariſſimas feminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti in os palam reſtitit.*

5 *Propter religionem dei Serapidis.*] *Sarapidis.*

6 *Et propter novitatem animalium.*] Adde ex Palatino: *&, propter rerum antiquarum cognitionem & novitatem animalium vel locorum fuiſſe.* ita ſupra Athenas dicitur petiiſſe idem Severus, *ſtudiorum ſacrorumque cauſa, operum ac vetuſtatum.*

CASAUBONUS.

2 *Idem etiam de Chriſtianis ſanxit.*] Decimo Severi anno inſtituta perſecutio Chriſtianorum, ut ſcribit Euſebius, aliique.

3 *Deinde Alexandrinis jus buleutarum dedit.*] Dio libro quinquageſimo primo, ubi ordinationem Ægypti commemorat, per Auguſtum factam: *τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν*, ait, *ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε· τοσαύτην που νεωτεροποιίαν αὐτῶν κατέγνω.* ita datum Alexandrinis jus curiæ à Severo. hoc amplius, cum lege Auguſti legi in ſenatum P. R. civis Alexandrinus non poſſet; id quoque mutatum poſtea lege Antonini Severi F. auctor ibidem Dio. De curia Alexandrina mentio in Codice De decurionibus.

4 *Qui ſine publico conſilio.*] Videtur Auguſtus cum hoc ita cavit, ob oculos habuiſſe vetus exemplum in Campanos editum cum receptæ Capuæ victor P. R. leges impoſuit: *Cum quidem*, inquit Livius, *habitari tantum, tanquam urbem, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe: ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis mitti.* ſic Alexandriam mittebant Cæſares ad jura reddenda, eum qui Juridicus Alexandriæ dicebatur.

5 *Propter religionem dei Serapidis.*] Hic erat Deus Alexandriæ tutelaris, & præcipuum illorum numen, ut certum eſt ex hiſtoria & patribus. de hoc accipe verba Herodiani, libro quarto, cum ait Caracallam ſuæ Alexandriam profectionis prætexuiſſe hanc cauſſam, quod vellet *τὸν θεὸν [illegible], ὃν ἐκεῖνοι σέβουσιν ἐξαιρέτως.*

7 *Propter novitatem animalium.*] Nam & in Nilo piſces multi, qui alibi non reperiuntur, & in terra Ægypto, multa *ἰδιάζοντα* animalia. præter Strabonem, Plinium, & alios *φυσικῆς ἱστορίας* ſcriptores, conſule Marcellinum libro XXII. unde diſcimus,

fuiſſe, Severus ipſe poſtea ſemper oſtendit. Nam & Memphin & Memnonem, & pyramides, & labyrinthum, [1] diligenter inſpexit. Et quoniam longum eſt minora perſequi, hujus magnifica illa, quod victo & occiſo Juliano, prætorianas cohortes exautoravit: Pertinacem contra militum voluntatem in deos retulit: Salvii Juliani decreta juſſit aboleri: [2] quod non obti-

mus, diligenter ab illo fuiſſe deſcriptam, libris qui perierunt, totam hanc Severi peregrinationem Ægyptiacam. Similis apud Tacitum digreſſiuncula, Annalium libro ſecundo.

SALMASIUS.

7 *Et novitatem animalium vel locorum.*] Pro *animalium & locorum*; ita ſupra: *concinentibus provinciis lyra vel tibia.* pro *lyra, voce, & tibia.* aliam tamen oſtentat lectionem Palatinus, in quo ſcriptum eſt: *& propter novitatem animalium bellorum.* nec ſecus reperit in ſuis libris qui Mediolanenſem editionem nobis adornavit, poſuit enim: *& propter novitatem animalium bellorum.* forte: *animalium Nileorum*: vel, *Nilæorum.* nam etiam alibi *Nilæum* pro *Niliacum* legimus ex veteri ſcriptura: & Stephanus ἐθνικογράφος, Νειλαῖος à Nilo fluvio κτητικὸν deducit. ſed vulgatam non moveo ſede ſua, magiſque cenſeo corruptam eſſe quæ ſcripta eſt. loca enim intelligit quæ magno ſtudio inviſit Severus, *Memphim*, *Memnonem*, Pyramides & labyrinthum, & cætera in Ægypto viſenda. Sed ſatis mirari non poſſum, Suidam hanc peregrinationem Ægyptiacam non Severo imperatori, ſed Romano cuidam Sophiſtæ tribuere, cui & alia pleraque tribuit, ex vita Severi apud Dionem deſumpta. Σέβηρος, inquit, σοφιστὴς Ῥωμαῖος ἐκ τῆς Συρίας εἰς τὴν Παλαιστίνην ἦλθε καὶ εἰς τὴν ἄνω διὰ τοῦ Νείλου ἀνέπλευσε, καὶ εἶδε πᾶσαν αὐτὴν πλὴν βραχέων. deinde ipſiſſima verba ponit, quæ apud Dionem de Severo dicuntur, & quod magis mirabile eſt, Sophiſtam illum ſub Anthemio vixiſſe ſcribit: ὁ Σέβηρος οὗτος, inquit, ἐπὶ Ἀνθεμίου βασιλέως ἦν, ἐν Ἀλεξανδρείαν δὲ ἀφικόμενος, τὸν ἀπράγμονα βίον ἔζησε φιλοσοφῶν, ἐν βιβλίοις ἀφθόνοις οὖσιν αὐτῷ καὶ παντοδαποῖς. vide totum locum, miraberis, ſat ſcio, ſtuporem aut ſtupendam negligentiam hominis.

CASAUBONUS.

1 *Diligenter inſpexit.*] Dio, Αἴγυπτόν τε πᾶσαν εἶδε, καὶ ἐπολυπραγμόνησε πάντα καὶ πάνυ κεκρυμμένα.

2 *Quod non obtinuit.*] Aurelius Victor: *Salvii nomen atque ejus ſcripta factaque aboleri jubet: quod unum effici nequivit. Tantum gratia doctarum artium valet, ut ſcriptoribus ne ſævi mores quidem ad memoriam officiant.* Subjicit his mox Victor de ſe nonnulla; quæ obiter hic emendavimus: ſunt enim corruptiſſima. *Quo bonis omnibus ac mihi fidendum magis, qui rure ortus, tenuique indocto patre, in hæc tempora vitam præſtiti, ſtudiis tantis honeſtiorem. Quod equidem gentis noſtræ reor, * quo fato quodam bonorum parte fecunda, quos eduxit tamen, quemque ad celſa ſuos habet.* Lege, *tenui atque ind. p.* &, *ſtudiis tantum hon.* deinde ſublato aſteriſco ſcribe, *quæ fato quodam bonorum, parum fæcunda, quos eduxit tamen cunque, ad celſa ſuos habet.* non abutar otio meo ut probem ita hæc reſtituenda: de quo putamus dubitaturum neminem.

3 *Deni-*

obtinuit. [1] Denique cognomentum Pertinacis [2] non tam ex ſua voluntate quam [3] ex morum parſimonia videtur habuiſſe. Nam & infinita multorum cæde crudelior habitus, [4] & [5] quum quidam ex hoſtibus eidem ſe

SALMASIUS.

1 *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex ſua voluntate quam ex morum parſimonia videtur habuiſſe.*] Ab uno eodemque authore ſumpſerunt Spartianus & Victor, & diverſi tamen abeunt in eadem re exponenda, quamvis verbis non diſſimilibus uterque utantur. Senſus qui apud Victorem habetur, hic eſt: Severum cum multos occidiſſet, crudeliorem habitum, atque inde cognomentum Pertinacis meruiſſe. *quamquam*, inquit, *plures putent ipſum ſic appellari voluiſſe propter ſimilem morum parſimoniam quæ in Pertinace viſebatur. ipſe tamen magis crediderim hoc cognomen illi impoſitum, quod acerbus eſſet & crudelis.* Hæc Aurelius Victor. At Spartianus quid? *Severus non tam ex ſua voluntate quam ex morum parſimonia cognomentum Pertinacis videtur habuiſſe.* duo facit & diverſa, quod unum eſt Aurelio Victori. atqui verum eſt ſic ex ſua voluntate appellatum Severum quod eadem vitæ parſimonia gauderet qua Pertinax. gaudebat igitur & eodem cognomine. nam qui rem & mores amabat, amare debuit & nomen quod moribus datum fuit. ſed videamus & rationem Spartiani, quamobrem magis ex morum parſimonia quam ex ſua voluntate videatur id habuiſſe cognomen Severus: *nam*, inquit, *& infinita multorum cæde crudelior habitus.* hoc quomodo reſpondere & convenire poſſit non video, ut hæc reddatur cauſa cognomenti ex morum parſimonia inditi, quod crudelis habitus fuerit, multis occiſis. quomodo, inquam, poterunt hæc conſtare? nam & exemplum quod ſubditur eodem ſpectat, ad crudelitatem nempe Severi deſignandam, quæ magis cauſam illi cognomento dederit quam morum parſimoniam, cujus famam adeo non fugiebat Severus, ut etiam affectaret & ex ea nomen non habere gauderet, & propter eam Pertinacem etiam mortuum diligeret. quibus omnibus permotus in conſenſum adducere tentabam diſſentientes authores ad hunc modum legendo apud Spartianum: *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex ſua voluntate ac morum parſimonia videtur habuiſſe, nam & infinita multorum cæde crudelior habitus.* quod per ἔλλειψιν dictum ſit: non enim reddidit, *quam*, ad illud *tam*, ſed ſubintelligendum dedit dicendo: *nam & infinita multorum cæde crudelior habitus*, cum dicere debuiſſet, *non tam ex ſua voluntate ac morum parſimonia, videtur habuiſſe, quam ex crudelitate poſt infinitam multorum cædem.* quæ mens eſt verborum Aurelii Victoris. ut cuivis ea perpendenti attentius, liquere poterit.

CASAUBONUS.

2 *Nam tam ex ſua voluntate.*] Corrigit quod ante dixit: *ſe quoque Pertinacem vocari juſſit.*

3 *Ex morum parſimonia.*] Non aſſentior doctiſſimo viro qui cenſet mutandum. Aurelius Victor, ex hoc loco, ut facile apparet, dixit, *ob vitæ parſimoniam ſimilem.* ei nempe parſimoniæ quam irriſerunt in Pertinace multi: alii etiam durius acceperunt. *pertinax* dicitur ſordide parcus: *tenax* cum modo; nam in laude ponitur. lapis vetus in Anglia: PATRI. PIENTISSIMO. ET. SOCERÆ. TENACISSIMÆ. MEMORIÆ. POSVIT.

SALMASIUS.

4 *Et quum quidem ex hoſtibus eidem ſe ſuppliciter obtuliſſet dixiſſetque ille, quid tu facturus es?*] Et in hac re narranda aliquan-

ſe ſuppliciter obtuliſſet, [1] dixiſſetque ille, [2] *Quid tu facturus es?* non mollitus tam prudente dicto interfici

aliquantum diſſentit Victor à Spartiano. ſed & heic diſſentiunt ſcripta ab editis. nam Palatinus totum hunc locum ſic habet ſcriptum : *& quum quidam ex hoſtibus eidem ſe ſuppliciter obtuliſſetque dixiſſet ille, quod facturus eſt, non eſt mollitus tam prudente dicto.* quam ex parte ſequitur, ut in aliis, vetus editio quæ habet, *quod facturus eſſet*, atque id magis placet. ſic igitur hæc legenda cenſeo : *& quum quidam ex hoſtibus eidem ſe ſuppliciter obtuliſſet atque dixiſſet, illi quod facturus eſſet.* dixit nempe ad Severum ſupplex ille Albini partium vir & interrogavit quod facturus eſſet ipſe. ſi eodem loco eſſet. Aurelius Victor reſponſum Severi ſubjicit : *ea perferrem quæ tu.* ſed alios ſecutus eſt Spartianus. non aliam vero aut diverſam puto eſſe hiſtoriam quæ apud Dionem refertur de Caſſio Clemente ſenatore, ſed eundem illum heic intelligi à Spartiano & Victore. nec refert quod exitum diſſimilem narrent : quam ſæpe enim iſti ſcriptores diſſident invicem in notioribus & clarioribus etiam hiſtoriæ rebus? verba mihi videat aliquis illa Victoris, *Nam cum quidam hoſtium, quem tamen, uti bellis civilibus ſolet, conditio loci ad Albinum detuliſſet, cauſa expoſita, noviſſime concluſiſſet* & comparet cum illis ex oratione Clementis ad Severum, ἐγὼ οὔτε σε, οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην, καταληφθεὶς δὲ ἐν ἐκείνου μερίδι τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα. ſed & tota oratio ibi legenda eſt, ut inde mirari liceat diverſum authorum genium in concipiendis rebus & narrandis, ut pro diverſa referendi ratione, rem ſæpe non eamdem eſſe agnoſcas.

CASAUBONUS.

5 *Cum quidam hoſtium.*] *Quem, uti bellis civilibus ſolet, conditio loci ad Albinum detulerat*, addit utiliter Aurelius Victor, ex eodem auctore locum deſcribens cum noſtro.

1 *Dixiſſetque ille.*] Melius *illi*. nempe captivus Severo.

2 *Quid tu facturus es.*] Ita reſtituimus ex regio & Puteani : ſed erat ſcribendum, *eſſes.* alias enim jacet ſententia, imo interfecta eſt. melius iſta Victor, & uberius : *cum*, inquit, *noviſſime concluſiſſet. Quid, quæſo, faceres, ſi tu eſſes? ille reſpondit, Ea perferrem quæ tu. quo dicto, factoque durius nihil : cum boni ſanctique hujuſcemodi diſſenſiones, quamvis ſtudioſius ceptas, fortunæ increpent.* ſic legendus hic locus. eleganter verò Victor, *fortunæ increpare*, dixit pro, imputare fortunæ, & omnem indignationem in illam vertere. Porro illa verba, *Quid tu facturus eſſes?* ſubjecerat hic captivus longiori orationi, ut dicit Victor, quam ad Severum habuerat, ut graves cauſſas ſe habuiſſe doceret, cur Albini partes ſequeretur. ſperabat ille, Severum etiam in hoſte fidem & officii conſtantiam amaturum. ita olim Auguſtus cum Herodi ignovit, & optimi quique principum ſæpiſſime. ſic etiam ipſe Severus cum Caſſio Clementi ſenatori, in ſimili cauſſa veniam indulſit, gravi ejus & libera oratione permotus. hiſtoriam huic ſimilem, ſed contrario eventu, narrat Dio.

GRUTERUS.

2 *Quid tu facturus es?*] Melius, *eras?* ſed aliud quid forte latet. nam exſtat in Pal. *O: tuliſſetque dixiſſet ille quod facturus eſt. non* &c. Interim notandum excuſari ſæpe qui arma contra nos fuerunt, ſi deprehendatur id feciſſe magis voluntate aliena quam ſua ; quemadmodum oſtendimus non parva diatriba, ad illud Taciti : *Segeſtes quamquam conſenſu gentis in bellum tractus* &c. lib. 1. Annal. cap. 55.

1 *Fuiſ*

ſici eum juſſit. [1] Fuit præterea delendarum cupidus factionum : [2] prope à nullo congreſſu niſi victor.
18 [3] Perſarum regem Abgarum ſubegit. [4] Arabas in deditionem accepit. [5] Adiabenos in tributarios coëgit. [6] Britanniam (quod maximum ejus imperii decus eſt) [7] muro

CASAUBONUS.

1 *Fuit præterea delendarum cupidus factionum.*] Separat hæc verba à ſuperiore narratione, aliter quam auctor ille (Marius, opinor, Maximus) unde ſumit. colligimus ex Aurelio Victore : cujus verba ſunt : *At iſte delendarum cupidus factionum, quo deinceps mitius ageret, neceſſitudinem facti ulciſci maluit : ne pallatium ſpe veniæ in labem publicam per conjurationes procederetur : ad quas vitio temporum animos * intelligebat.* non ſuo loco aſteriſcus eſt collocatus : nam poſt vocem *temporum* poni debuerat. legendum enim, *vitio temporum pronos intelligebat.*

2 *Prope à nullo congreſſu niſi victor.*] Locus corruptus & voce una mutilus, etiam in membranis. Scribendum, *propè à nullo congreſſu digreſſus niſi victor.* Aurelius Victor, *Felix ac prudens armis præcipue : adeo ut à nullo congreſſu, niſi victor diſceſſerit.* Capitolinus in Maximinis : *Fuerunt & alia ſub eo bella plurima, ex quibus ſemper Maximinus victor revertit.* ſic enim ibi ſcribendum.

3 *Perſarum regem Abgarum ſubegit.*] Aurelius Victor, *ſubacto Perſarum rege, nomine Abgaro.* inepte editum *Agarro.* ſed nec Marius Maximus excuſandus, qui regulum Oſroenorum Abgarum, appellavit regem Perſarum. melius Herodianus, προσέφυγε δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Αὔγαρος. Sic & Dio in Caracallo. idem ſcriptor in Abito, obiter ſcribit, Abgarum hunc non diſſimili pompa in Urbem veniſſe, ac Neronis temporibus Teridatem.

4 *Britanniam, quod maximum imperii ejus decus.*] Aurelius Victor, *His majora aggreſſus, Britanniam, quod ei utilis erat, pulſis hoſtibus muro munivit.* ita ſcribendum.

SALMASIUS.

1 *Arabas in deditionem accepit.*] Vetus editio : *in dictionem.* lege : *in ditionem.* & confirmat Aurelius Victor : *Neque minus Arabas, ſimul adortus ut eſt, in dicionem redegit provinciæ modo.*

2 *Adiabenos in tributarios coëgit.*] *Adiabenas.* Palatinus & vet. ed. *Adiavenas. Adiabenas* pro *Adiabenam:* ut *Syrias, Babylonias.* Aurelius Victor : *Adiabena quoque, ni terrarum macies deſpectaretur, in tributarios conceſſiſſet.* & ita etiam fortaſſe ſcripſerat Spartianus : *Adiabenam in tributarios coëgit.* loquendi genus cum aliquis minime concoqueret, repoſuit *Adiabenos.*

3 *Britanniam quod maximum ejus imperii decus eſt, muro per tranſverſam inſulam ducto.*] Aurelius Victor : *His majora aggreſſus, Britanniam quod ea utilis erat, pulſis hoſtibus muro munivit, per tranſverſam inſulam ducto utrimque ad finem Oceani.* ita legendum apud Victorem : *quod ea utilis erat.* reſpexit enim ad id quod dixerat de Adiabena, quam deſpexit terrarum maciem Severus, nec propterea tributarium fecit. at Britanniam quod ea utilis eſſet, muro tranſverſo munivit. notum eſt quinam utiles agri vocentur Latinis. *muro* autem intellige *ceſpititio*, ut & fecerat ante Severum Antoninus Pius, & ante Pium Hadrianus. de Antonino Capitolinus : *Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro ceſpititio ſubmotis barbaris ducto.* atque iſti muri ceſpititii, Valli proprie dicuntur Latinis. itaque plerique authores vallum vocarunt murum illum Severi, qui tranſverſo Britanniā

munita

[1] muro per tranſverſam inſulam ducto, utrimque ad finem Oceani munivit: unde etiam *Britannici* nomen accepit. [2] Tripolim, unde oriundus erat, contuſis bellico-

munita eſt. Spartianus infra, quaſi dubitans utrum vallum appellaret, an murum, utrumque poſuit: *poſt murum*, inquit, *aut vallum miſſum in Britannia.* perperam vulgo legitur: *poſt murum apud vallum miſſum.* Vallos autem iſtos aut ceſpititios muros Græci recentiores βωλερούς appellarunt. nam βωληρὸς ad verbum eſt ceſpititius, & βολερὸν corruptius apud Nicetam l. 11. μέχρι Μοσυνοπόλεως καὶ Βολεροῦ ἔφθασεν. Βαλερὸν manifeſto pro βωληρὸν: ut ξηρὸν, ξερὸν, νεωτερὸν νεωτερόνηρὸν, νερὸν, & ſimilia. & inde noſtrum, *Bolevert.* βῶλος autem, ut notum eſt, ceſpes. non omittam docere, Æthicum cujus Coſmographiam habemus, inter Oceani occidentalis famoſos montes ponere & iſtum vallum à Severo ductum. Nam ubi vulgo ſcribitur: *Trinum, Alpes plurimas, Appenninum, Balearem*: pro illo *Balearum* quod vitioſum eſt, optimus liber manuſcriptus qui penes me eſt, quique Æthicum longe habet diſſimilem à vulgato Æthico, præfert: *Ballum Britanniæ*, quod de hoc vallo manifeſto accipiendum eſt, ut pluribus ad ipſum Æthicum docebimus.

CASAVBONVS.

1 *Muro per tranſverſam inſulam ducto.*] Victor, *muro munivit, per tranſverſam inſulam ducto, utrinque ad finem Oceani.* ut certum ſit eundem auctorem transſcriptum ab utroque. de muro refellit acriter Beda Hiſtoriæ libro primo: *Severus*, inquit, *receptam partem inſulæ, à cæteris indomitis gentibus, non muro, ut quidam exiſtimant, ſed vallo diſtinguendam putavit. murus enim de lapidibus; vallum verò, quo ad repellendam vim hoſtium caſtra muniuntur, fit de ceſpitibus: quibus circumciſis è terra, velut murus extruitur altus ſuper terram, ita ut in ante ſit foſſa, de qua levati ſunt ceſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſſimis præfiguntur. Itaque Severus magnam foſſam, firmiſſimumque vallum, crebris inſuper turribus communitum, à mari ad mare duxit.* hæc Beda. Eutropius quoque non murum, ſed vallum vocat: *vallum per* CXXXII. *paſſuum millia à mari ad mare deduxit.*

SALMASIUS.

2 *Tripolim unde oriundus erat contuſis bellicoſiſſimis gentibus ſecuriſſimam reddidit.*] Aurelius Victor: *quinetiam Tripoli, cujus oppido Lepti oriebatur, bellicoſæ gentes ſubmotæ procul.*

GRUTERUS.

2 *Tripolin ſecuriſſimam reddidit: ac populo Romano diurnum oleum gratuitum, & fœcundiſſimum agrum donavit.*] Lectio iſthæc proxime accedit ad Palatinum codicem, in quo; *reddidit*; *ac P. R. diuturnam, oleum gratuitum & fæcundiſſimum in æternum donavit.* retro cuſi, *reddidit, ac pacem diuturnam, oleum gratuitum, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Tripolim unde oriundus erat.*] Natus Lepti, oriundus Tripoli. In ora ejus provinciæ in Africa quæ commune nomen ut proprium ſibi vindicat, collocatur à Ptolemæo urbs Νεάπολις ἡ καὶ Τρίπολις, inquit, prope oſtia fluminis Cinyphis. meminit & Plinius hujus Neapoleos: ſed non addit Tripolim quoque id oppidum fuiſſe dictum. Solino Tripolis non urbis nomen eſt, ſed regionis: quam ſic dictam ſcribit, de trium urbium numero Oeæ, Sabratæ, Leptis magnæ. notiſſima urbs eſt Oea quæ in codicibus Ptolemæi dicitur Ἑῶα, niſi mendum eſt. Sabrata eidem eſt Σαβάθρα. Familiare fuit antiquis provincias minores de numero urbium εἰς ποσότι συντελουσῶν, appellare. ut anti-

licoſiſſimis gentibus, ſecuriſſimam reddidit, [1] ac pacem diuturnam, [2] oleum gratuitum, & fœcundiſſimum

antiquiſſimus Dores Tetrapolim ſuam: alibi leges, Decapolim, Hexapolim, Pentapolim, & ſic alia. Tripolis tamen quæ erat in Syria nominis rationem aliam habuit: ſic enim dicta fuit, quod eſſet inquit Strabo, trium urbium κτίσμα, condita à convenis Tyriis, Sidoniis, Aradiis. fortaſſe & Africana Tripolis aliam ob cauſſam ita dicta, quam à ſocietate trium urbium. nam Solino quantum ſit tribuendum norunt eruditi. ſunt ſane ſcriptores rerum Africanarum, qui Tripolim in Africa à Phœnicibus conditam, & de nomine Syriacæ Tripoleos, ſic dictam autument. Manet hodieque vetus id nomen cum urbi, tum regioni: nam regni Tunetani pars eſt regio Tripolitana: in qua urbs antiqua eſt cum antiquo nomine: niſi quod Arabes more ſuo *b* pro *p* ſcribunt, طرابلس vel اطرابلس Tarabilis ſive Attrebelis. Leptis eiſdem eſt Lebida.

SALMASIUS.

1 *Ac pacem diuturnam, oleum gratuitum.*] Palatinus, *ac pop. R. diuturnum oleum gratuitum & fœcundiſſimum agrum donavit.* ſcribe: *ac pop. R. diurnum oleum gratuitum & fœcundiſſimum agrum donavit.* & vide ad hunc locum omnino incomparabilem virum Iſacium Caſaubonum: nihil enim ad ea quæ dixit, addi poteſt.

CASAUBONUS.

2 *Oleum gratuitum & fœcundiſſimum agrum donavit.*] Agrum Tripolitanum veteris urbis fuiſſe olim fœcundiſſimum, atque olei frumentique feraciſſimum etiam ſcriptores Africani memoriæ prodiderunt; etſi hodie uber ſolum non eſt: cujus mutationis cauſſam illi afferunt, quod magnam partem ejus agri quem antiqua Tripolis arabat, mare occupavit. reliquo etiam quod non obtexit corrupto. Oleum ad uſum gymnaſiorum civitatibus olim & gratuitum concedi à principibus. & legari etiam à privatis ſolitum. ſed de hac largitate in Tripolitanos nihil Aurelius Victor, quo loco de Severi in illos beneficiis meminit. imo vero contrarium plane ſcribit idem alibi: cujus verba neceſſario ſubjecimus, è vita Conſtantini: *Remotæ*, inquit, *olei frumentique adventitiæ præbitiones, quibus Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur: quæ res ſuperiores Severi imperio gratantes civi obtulerant: vertebatque gratiam muneribus in perniciem poſteriorum diſſimulatio.* ita vulgo editur hic locus, corruptiſſimè. emendandum, niſi fallimur, hoc modo: *quas res* (aut, ſi mavis, *quorum*) *ſuperiores Severi imperio gratantes* (vel *gratanter*, id eſt gratuito) *civi obtulerant: vertebatque gratiam muneris hujus in perniciem poſt. diſſ.* Vides pugnare ἀντιφανδὸν cum Spartiano Victorem: neque enim Severum Tripolitanis, verum contra Severo Tripolitanos oleum frumentumque annuum ultra legitimum canonem præbuiſſe. Atqui, ut diximus ſæpe, iiſdem uſi auctoribus & Spartianus & Victor: ut plane mirum ſit adeo pugnantia ſcribere. Sed non dubitamus nos Spartianum, ſi iſta ſic ſcripſit, aliud agentem auctoris ſui (Marii Maximi, ut arbitror) mentem pervertiſſe. nam quare Tripolitanis oleum largiretur Severus, ceu rem cujus inopia laborarent, cum certum ſit, adeo ea merce illos abundaſſe, ut aliis etiam populis ſuppeditarent? nam olei Tripolitani meminerunt veteres ſcriptores; ut etiam Romæ cogniti atque uſitati: quod & vetus Juvenalis interpres docet. Severo autem qui tanto ſtudio P. R. annonam curabat, nullum munus hac præbitione poterat gratius accidere. quo igitur Spartiano mens cum hæc ſcriberet? ſed optimum ſcriptorem manifeſtiſ-

mum agrum donavit. Idem cum implacabilis delictis fuit, [1] tum ad eligendos induſtrios quoſque judicii ſingularis. [2] Philoſophiæ ac dicendi ſtudiis ſatis deditus, doctri-

niſeſtiſſima culpa liberant regius & Puteani codices: nam illi præterunt, *ac populo Ro. diurnum letum gratuitum & fœcundiſſimum in æternum donavit.* Scribe, *diurnum oleum gr. & f. in æ. agrum don.* veriſſima & optima ſententia: nam oleum populo Romano fuiſſe delatum à Severo, & Spartianus infra alio loco indicat, & affirmat Lampridius in Alexandro. En vero tibi, erudite lector, quanta ſæpe bonis ſcriptoribus fiat injuria, cum debitas perfidiæ librariorum pœnas ab innoxiis auctoribus exigimus: nam equidem fateor, cum neſcio quomodo membranas non conſuluiſſem, diu Spartianum hic, non exſcriptores, accuſaſſe, & gravius cum eo expoſtulaſſe. Quare multum regio codici & Puteani debemus, qui de menda hujus loci nos admonuerunt. Victoris quoque codices non ſolum in iis quæ adduximus ſunt depravati; verum etiam, ut puto, in iis quæ ibidem ſubjiciuntur de Nicæa: *Alteros*, ait, *Marcus Boeonius afflixerat mulcta, quod Hipparchum præſtanti ingenio indigenam fuiſſe ignoraviſſent.* quis credat ſævum adeo fuiſſe ſapientiſſimum principum, ne dicam virorum, ut rei tam levis ignorantiam, tam gravi pœna caſtigaret? An M. Tullium quiſquam laudaſſet, ſi reperto Syracuſis monumento Archimedis, quod indigenæ pridem ignorabant, publice in eos propterea poſtulaſſet animadverti? id vero non minus dictu ineptum, quam factu futurum fuiſſet iniquum. Cenſeo ſcribendum, *fuſt.bus necàviſſent.* vel, *fuſtigatum.* ut veſtigia literarum propius ſequamur.

SALMASIUS.

1 *Tum ad eligendos induſtrios quoſque judicii prope ſingularis.*] Palatinus cum veteri editione: *tum ad erigendos induſtrios quoſque.* quod abſque dubio verum eſt, & confirmat Aurelius Victor: *quæ factu ardua, facilius eo perpetrantur, quo implacabilis delictis ſtrenuum quemque præmiis extollebat.* extollere enim *ſtrenuum quemque* dixit, quod heic Spartianus, *erigere induſtrios quoſque.*

2 *Philoſophiæ ac dicendi ſtudiis ſatis deditus.*] *Satis deditus*, hoc eſt valde deditus; ut *ſatis mane* pro *bene mane* apud Marcellum: *aut nocte injiciendus eſt, aut ſatis mane.* Philoſophus autem dici viderique affectabat Severus. Hinc de ejus ſtudiis in philoſophia paſſim auctores. Aurelius Victor: *Philoſophiæ, declamandi, cunctis poſtremo liberalium deditus ſtudiis.* Suidas: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δ' ἀφικόμενος, τ' ἀπράγμονα βίον ἔζησεν ἐν βιβλίοις ἀφθόνοις ὢν αὐτῷ καὶ παντοδαποῖς. ἄλλως δέ τις ἐπιεικῶς ἱκανὸς ἦν ἐπαγγεῖλαι τὰς ἐπὶ παιδείᾳ διατριβὰς [illegible] αὐτὸν εἶναι. quæ de Romano quidem Sophiſta Severo dicuntur apud Suidam, de Severo autem imperatore ſunt accipienda. atque hæc de Severi philoſophia. ſed nec minus ipſius uxor Julia Auguſta philoſopha quoque audiebat, quæ & totos dies philoſophando diſputandoque terebat cum Sophiſtis & Philoſophis. unde eam φιλόσοφον Ἰουλίαν appellat Philoſtratus in vitis Sophiſtarum. in Philiſco: ὄντος νέου τὰς δίκας γενομένης ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος. Ἀντωνῖνος δ' ἦν ὁ τῆς φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. ita enim lege apud Philoſtratum, pro ὁ τοῦ φιλοσόφου, niſi quis malit, ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς καὶ Ἰουλίας. Nam quod vir eruditiſſimus ſuis in Euſebium animadverſionibus, de qua Julia aut de quo Antonino loquatur Philoſtratus, ignorare ſe fatetur, nos non temere affirmamus & illam Juliam eſſe Auguſtam, Severi uxorem, & Antoninum

doctrinæ quoque nimis cupidus, latronum ubique hoſtis, [1] vitam ſuam privatam publicamque ipſe compoſuit ad fidem, ſolum tamen vitium crudelitatis excuſans. De hoc ſenatus ita judicavit, [2] illum aut naſci non debuiſſe, aut non mori; quod & nimis crudelis & nimis utilis reip. videretur. Domi tamen minus cautus, [3] qui uxo-

Caracallam Juliæ filium. de cujus Juliæ in philoſophia ſtudiis etiam Dio memorat: καὶ ἡ μὲν αὐτή τε φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτ' ἤρξατο καὶ σοφισταῖς συνημέρευσε. vides φιλοσοφοῦσαν Juliam. atque inde φιλόσοφον eam appellat Philoſtratus. idem de Philiſco ſophiſta: καὶ προσρυεὶς τοῖς περὶ τὴν Ἰουλίαν γεωμέτραις καὶ φιλοσόφοις, εὕρετο παρ' αὐτῆς διὰ τοῦ βασιλέως τὸν Ἀθήνῃσι θρόνον. ita ſcribimus in Philoſtrato, παρ' αὐτῆς, ubi vulgo, παρ' αὐτοῖς. hoc eſt ipſius Juliæ favore ab imperatore Antonino Caracalla obtinuit τὸν Ἀθήνῃσι θρόνον.

GRUTERUS.

1 *Vitam ſuam privatam publicamque ipſe compoſuit ad fidem.*] De ea ratione ſcribendi nos multa ad illud Taciti cap. 1. Agricolæ: *Ac plerique ſuam ipſi vitam narrare, fiduciam potius morum quam arrogantiam arbitrati ſunt.*

SALMASIUS.

1 *Vitam ſuam privatam publicamque ipſe compoſuit ad fidem.*] Libros vitæ privatæ & publicæ ſcriptos reliquerat Severus, quos illum ad fidem compoſuiſſe ſcribit heic Spartianus aſſentiente Aurelio Victore: *idemque ab ſe texta ornatu atque fide paribus compoſuit.* & liceat quidem Afro ſcriptori bene de imperatore cive ſuo ſentire. aliter enim de illis Severi commentariis ſentit Dio, qui fidei Severum non uſquequaque litaſſe in illa ſcriptione oſtendit his verbis: λέγω γὰρ, inquit, οὐχ' ὅσα ὁ Σεουῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. ſic, ut hæc verba tinniunt, alia loquebatur veritas, alia ſcripſerat Severus.

2 *Illum aut naſci non debuiſſe aut non mori.*] Palatinus: *illum aut naſci debuiſſe aut mori.* quæ ſecunda negatione dempta, cave cenſeas alium hujus dicti ſenſum exiſtere. prima enim negatio abunde utrique ſufficit. proinde enim eſt ac ſi ſic extuliſſet: *illum aut naſci aut mori non debuiſſe.* atque ita Victor Schotti: *qui quamquam exacta ætate mortuum, juſtitio elogioque lugendum ſanxere: aſtruentes illum aut naſci aut emori minime convenire.* perperam hodie apud Victorem lectum eſt, *illum juſtum naſci.* quod repetitum eſt ex voce *juſtitio* quæ præceſſit.

CASAUBONUS.

2 *Illum aut naſci non debuiſſe, aut non mori.*] Dictum tranſlatitium, de multis principibus uſurpatum: nam Victor dictum de Auguſto ſcribit, *Utinam aut non naſceretur, aut non moreretur.* alii de Julio Cæſare idem.

3 *Qui uxorem Juliam famoſam adulteriis tenuit.*] Aurelius Victor: *Huic tanto domi foriſque, uxoris probra ſummam gloriæ demſere: quam adeo famoſe amplexus eſt, uti cognita libidine ac ream conjurationis retentarit. Quod cum infimo turpe, tum potentibus; & illi magis, cui non privati neque ſinguli, aut flagitioſi, verum imperia, & exercitus, atque ipſa vitia conceſſere.* nimium tribuit ſuo populari Victor, cum ait, *ipſa vitia illi conceſſiſſe.* Ego putabam aliquando ſcribendum eſſe, *ipſa vita*, ὅλος ὁ βίος: omnes mortales. nam ita βίος & vita accipiuntur, ut dicebamus ad ſcriptorem cœnarum. ſed præſtat nihil mutare. nam palam eſt favere Afrum Afri gloriæ: & magnus re vera princeps Severus; quique ſeveritate ſua reformavit

[1] uxorem Juliam famoſam adulteriis tenuit, etiam conjurationis conſciam. [2] Idem quum pedibus æger bellum moraretur, idque milites anxiè ferrent, [3] ejuſque filium

mavit multa in melius, teſte imprimis Tertulliano in libello De Pallio. quare etiam FVNDATOR IMPERII, in quadam inſcriptione nominatur.

SALMASIUS.

1 *Uxorem Juliam famoſam adulteriis tenuit, etiam conjurationis conſciam.*] Palatinus & vet. ed. interſerunt *eam: tenuit eam etiam.* legendum puto: *uxorem Juliam famoſam adulteriis tenuit, ream etiam conjurationis & conſciam.* Aurelius Victor: *huic tanto domi foriſque uxoris probra ſummam gloriæ dempſere: quam adeo famoſe amplexus eſt, uti cognita libidine ac ream conjurationis retentarit.*

CASAUBONUS.

2 *Idem cum pedibus æger bellum moraretur.*] Victor, *Nam* (forte, *jam*, vel, *idem*) *cum pedibus æger bellum moraretur, &c.* Dio, τοὺς ταρσοὺς ἀποτετμημένος. *articulis pedum præciſis.* non autem *plantis.*

SALMASIUS.

3 *Ejuſque filium Baßianum qui una erat Auguſtum feciſſent.*] *Qui una erant Auguſtum feciſſent.* ita Palatinus & editio Mediol. quæ lectio etiam commode poteſt explicari. ſed mirum mihi videtur quod heic ſcribit Spartianus, milites Auguſtum appellaſſe & feciſſe Severi filium Antoninum, invito ipſo & inſciente Severo. atqui jam ante poſt bellum Parthicum conſentiente patre appellatus eſt imperii particeps, Antoninus Caracalla, qui jam Cæſar appellatus fuerat. *ob hoc,* inquit ſupra Spartianus, *etiam filium ejus Baßianum Antoninum qui Cæſar jam fuerat, annum decimum tertium agentem participem imperii appellarunt milites.* qui vero particeps imperii, is omnino & Auguſtus cenſebatur. nihil enim medium inter Auguſti appellationem & Cæſaris. cur igitur heic tantopere excandeſcit Severus, propter filium Auguſtum à militibus appellatum? ſic Marcus pater Veri, cum illum participem imperii feciſſet, & Cæſarem & Auguſtum appellavit. nullum igitur dubium eſt Auguſtum fuiſſe appellatum Antoninum Caracallam illo quo dixi tempore, cum & frater ejus Geta Cæſar eſt appellatus: quod & veteris inſcriptionis teſtimonio docemur, quæ ſic habet:

IMP. CÆSAR. LVCIVS. SEPTIMIVS SEVERVS. PIVS. PERTINAX. AVG. ARABIC. ADIABENICVS. PARTHICVS MAXIMVS. PONT. MAX. TRIB. POTEST. VIIII. IMP. XI. COS. II. P. P. PROCOSS. ET. IMP. CÆSAR MARCVS. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. ET. IMP. P. SEPTIMIVS GETA. ANTONIN. VIAS. ET. PONTES REST. AB. AVG. MIL.
PAS. XXXI.

Inter res igitur quæ mirandæ ſunt, hoc maxime miror, quamobrem reum illo tempore filium egerit Severus quod Auguſti nomen accepiſſet, quem multo ante, poſt victoriam nempe Parthicam, à militibus vocatum Auguſtum & quidem patris conſenſu videmus. quod nomen deinceps uſurpavit, ut patet ex veteribus inſcriptionibus paſſim, quæ nec ſolum Antoninum Auguſtum appellatum, ſed fratrem quoque ipſius Getam hoc nomen accepiſſe nos docent. Videant ergo peritiores, quam ego ſum, rerum antiquarum, quo pacto ſolvendus hic nodus: quod ad me attinet, puto hoc commentum eſſe auctoris à quo hanc fabulam hauſerunt Spartianus & Victor, non minus atque illam commentitiam relationem de Julia noverca Antonini Caracalli, quæ mater ipſius fuerit,

filium Baſſianum, qui una erat, Auguſtum feciſſent, tolli ſe atque in tribunal ferri juſſit: adeſſe deinde omnes tribunos, centuriones, duces, & cohortes, quibus auctoribus id acciderat: ſiſti deinde filium qui Auguſti nomen acceperat. Quumque animadverti in omnes auctores facti, [1] præter filium, juberet, [2] rogareturque omnibus ante tribunal proſtratis, caput manu contingens, ait, [3] *Tandem ſentitis caput imperare, non pedes.* Hujus dictum eſt, quum eum ex humili per literarum & militiæ officia ad imperium plurimis gradibus

rit, quamque volunt iſti auctores uxorem duxiſſe Caracallum. nam ejus rei nec vola nec veſtigium apud ſcriptores Græcos, qui omnes ὁμοθυμαδὸν aſſerunt Juliam Antonini fuiſſe matrem non novercam, ut paulo poſt notabimus. ſed nec hujus hiſtoriæ quæ heic apud Spartianum tangitur de Antonino Auguſto appellato à militibus, mentio penes Dionem ulla comparet: qui mihi videtur factum adeo memoratu dignum non prætermiſſurus eſſe: qui tamen narrat, quomodo illo ipſo tempore, cum in Britannia nempe ageret Severus, in patrem conſpiraverit Antoninus, eumque occidere voluerit. quo loci omnino adeundus eſt Dio: habet enim illic multa quæ huic Spartiani narrationi pæne paria ſunt, uno excepto, quod Spartianus reum Antonium Auguſtæ appellationis facit: Dio vero patris occidendi conſpirationis, cui magis credi par eſt, atque adeo ut veriſſimum mihi eſſe perſuadeam quod ſcripſit Dio, falſiſſimum autem quod Spartianus. atque hæc de hoc loco noſtra eſt ſententia.

CASAUBONUS.

1 *Præter filium.*] Etiam de hujus ſupplicio conſilia agitaſſe patrem ſcribit auctor in ejus vita.

3 *Tandem ſentitis caput imperare, non pedes.*] Victor, *Sentitiſne, inquit, pulſans manu, caput potius quam pedes imperare?* ſententia ſcribi poſtulat, *pulſans manu caput, caput pot.* quod noſter, *caput manu contingens.* Lege Vopiſcum in Tacito.

SALMASIUS.

2 *Rogareturque omnibus ante tribunal proſtratis.*] Aurelius Victor diſtinctione juvandus in ejuſdem rei & verborum pæne eorundem narratione: *quo metu ſtratus humi, victor cum tantorum exercitus veniam precaretur.* pro, *cum tantorum victor exercitus ſtratus humi, veniam precaretur.*

3 *Tandem ſentitis caput imperare, non pedes.*] Brevius Victor Schotthi: *ſentitisne, inquit pulſans manu caput, potius imperare quam pedes*, ita enim diſtinguendum, nec iteranda vox, *caput*, quæ ſatis intelligitur. & ſimile vero eſt, cum hoc diceret Severus, & caput manu tangeret, non caput nominaſſe, ſed dixiſſe, *ſentitis hoc imperare non pedes?* brevitas autem illius ſcriptoris propter quam multis etiam locis obſcurus eſt, non patitur hanc vocem repeti quæ commode poteſt ſubintelligi. quod multoties fefellit optimum Schotthum. unum addam, exempli cauſa, cujus nunc in mentem venit, in Aureliano: *quod factum præcipue edocuit, cuncta in orbis modo verti: nihilque accidere quod rurſum naturæ vis ferre nequeat ævi ſpatio.* ubi enim vir alter doctus legendum putat: *cuncta in orbe, orbis modo verti*, & id cenſet elegantiſſimum, fallitur. nec enim quidquam mutandum. cuncta in orbis modum

dibus fortuna duxiſſet, [1] *Omnia* (inquit) *fui, & nihil expedit.* [2] Periit Eboraci in Britannia: ſubactis genti- 19
bus quæ Britanniæ videbantur infeſtæ, anno imperii decimo octavo, [3] morbo graviſſimo extinctus jam ſenex. Reliquit filios duos, [4] Antoninum Baſſianum & Getam, cui & ipſi in honorem Marci, Antonini nomen impoſuit. [5] Illatus ſepulchro Marci Antonini, quem ex omnibus imperatoribus [6] tantum coluit ut & Commodum

modum verti dicuntur quæ ut orbis vel rota vertuntur. *in orbis modum* autem, pro *in orbis modo* ſcribendum.

CASAVBONVS.

1 *Omnia, inquit, fui, & nihil expedit.*] Cave mutare hanc ſcripturam: nam viri docti falluntur, qui mendam hic ſuſpectant. Aurelius Victor: digna enim ſunt illius verba, quæ hic aſcribantur: *Ortus Lepti, humili patre, primo literis, deinde imbutus foro: quo parum commodante, ubi rebus arctis ſolet, dum tentat aut exquirit varia onelioraque, conſcendit imperium. Ibi graviora expertus, laborem, curas, metum, & incerta prorſus omnia: quaſi teſtis vitæ mortalium,* CVNCTA, *inquit*, FVI. CONDVCIT NIHIL. Quatuor verbis complexus eſt Severus integri libelli ejus (finem ſolum excipimus) ſummam, qui à ſapientiſſimo regum Salomone, ſuper humanarum rerum vanitate, divinitus plane & θεοπνεύστως eſt compoſitus. Sic Auguſtus, ſic Marcus, cum morerentur, res humanas riſerunt, & vanas mortalium curas, votaque inania, atque in contrarium ſæpe vertentia.

2 *Periit Eboraci in Br.*] Pridie nonas Februarii, Coss. Gentiano & Baſſo. ætatis anno LXV. menſe VII. die XVIII. cum imperaſſet annos XVII. menſes VIII. & paucos dies.

3 *Morbo graviſſimo.*] Arthritide: ſed genus mortis miſerum. Victor alter: *Is dum membrorum omnium, maxime pedum, dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibum gravis ac plurimæ carnis avidius invaſit: quem cum conficere non poſſet, cruditate preſſus exſpiravit.*

SALMASIUS.

4 *Antoninum Baſſianum & Getam, cui & ipſi in honorem Marci, Antonini nomen impoſuit.*] Aurelius Scotthi: *funus quod liberi Geta Baſſianuſque Romam detulerant, mire celebratum, illatumque Marci ſepulcro, quem adeo percoluerat ut ejus gratia Commodum inter Divos referri ſuaſerit, fratrem appellans, Baſſianoque Antonini vocabulum addiderit: quod ex illo poſt multos dubioſque eventus auſpicio honorum cepiſſet patrocinio fiſci. Deinde laborantibus ſecundarum initia: earumque auctores memoriæ ſunt.* ita enim locus ille totus apud Aurelium ponendus eſt, qui vulgo in poſtremis aſteriſco notatur, ut corruptus, qui ſatis ſanus eſt: ſed minime aſſequuti ſunt viri docti genium illius auctoris, quod notis, quas in illum conſcripſimus, patefaciemus.

5 *Illatus ſepulcro Marci Antonini.*] Optimus Palatinus: *illegatus ſepulcro Antonini. illegare* eſt *inferre.* ut enim *legare* eſt mittere, *allegare* adferre: ſic *inlegare*, immittere & inferre. multas autem & alias voces καινοσυνθέτους, apud iſtos reperias, de quibus ſuo loco dicemus & jam diximus.

6 *Tantum coluit ut & Commodum in divos referret.*] Hoc igitur tribuit honori Marci & cultui Severus, ut ejus filium Commodum quamvis non meritum in deos referret. nec in odium ſenatus id fecit, ut ſupra ſentire videbatur Spartianus.

modum in divos referret, & Antonini nomen omnibus deinceps quaſi Auguſti aſcribendum putaret. [1] Ipſi à ſenatu, à gentilibus liberiſque ejus funus ampliſſimum exhibitum fuit, atque inter divos eſt relatus. [2] Opera publica præcipue ejus extant, [3] Septizonium & [4] thermæ Severianæ. [5] Ejus denique etiam [6] januæ in Tranſtiberina regione [7] ad portam nominis ſui, [8] quarum forma intercidens ſtatim uſum publicum

1 *Ipſi à ſenatu, à gentilibus liberiſque ejus.*] Hic inter contaminatiſſimos ponendus eſt locus. quid enim gentiles nominat? nonne ſatis liberos dicere qui ſoli funus celebraverant, nec alii gentiles Severi Romæ? Aurelius Victor: *Funus quod liberi Geta Baſſianuſque Romam detulerant celebratum.* nihil igitur ille de gentilibus: ſed nec Spartianus ſi veteres Codices ſequimur, in quibus habetur: *ipſe à ſenatu agentibus liberiſque ei funus ampliſſimum exhibuerunt, atque inter deos eſt relatus.* ex quibus legimus certa conjectura, *ipſe à ſenatu, agentibus liberis, qui ei funus ampliſſimum exhibuerunt, atque inter deos eſt relatus.* quis dubitabit hæc eſſe vera?

2 *Opera publica præcipue ejus extant.*] Repone: *opera publica præcipua ejus extant.* nec aliter Palatinus.

5 *Ejus denique etiam januæ.*] Idem optimus liber: *ejus denique etiam janæ in Tranſtiberina regione. Janæ* pro *Jani.* nec dubito ita ſcripſiſſe Spartianum, & *Janas* pro *Janos* dixiſſe: ſequitur enim: *quarum forma intercidens ſtatim uſum publicum invidit.*

GRUTERUS.

5 *Ejus denique etiam Jani in, &c. quorum forma.*] Non accedit huic ſcripturæ Pal. niſi quod præferat, *Janæ in, &c. quarum.* quod examinabunt acutiores. nam & olim vulgati *Januæ, &c.*

CASAUBONUS.

2 *Opera publica præcipue ejus extant.*] Lege ut in regio: *Opera publica ejus, præcipue Romæ extant.* Opera Severi tangit & Dio, ſed alia. nam certum eſt, Severum & in Urbe & in provinciis multa opera reliquiſſe.

3 *Septizonium.*] Erat etiam ante Severum celebris Romæ locus, Septizonium, ut ait Ammianus libro XV. ubi operis ambitioſi nympheum Marcus condiderat, teſte eodem. Fortaſſe à columnationis genere operi nomen impoſitum, & tæniis quibus columnarum diverſi ordines diſtinguebantur. Sed videtur Severus opus vetuſtum ita inſtauraſſe ut plane faceret novum: quare in antiqua Urbis deſcriptione leguntur hæc verba: *Septizonium vetus, aliâs Severi.* plura de hoc Spart. libro extremo, & iterum in vita Getæ. diſcimus ex illo loco ea fine Septizonium Severo extructum, qua Auguſto Mauſoleum. ſed vide inferius.

4 *Thermæ Severianæ.*] Non procul à Capena porta regione Urbis prima.

6 *Januæ in Tranſtiberina regione.*] Scribe cum eruditis viris, *Jani in Tr.* & mox, *quorum f.* Erant Romæ multi jani ſive tranſitiones perviæ, quo homines conveniebant. Marcellinus lib. XXVIII. *per janos & fora clamitant ſæpe.* In deſcriptionibus Urbis Romæ plures janos invenies recenſitos: ſed in his Septimianum unum tantum.

7 *Ad portam nominis ſui.*] Septimianam, tertiam & ultimam trans Tiberim: quam prius Fontinalem fuiſſe appellatam putat Onuphrius.

8 *Quarum forma intercidens.*] Accipit *formam*, pro fornice jani, vel pro tota

cum invidit. [1]Judicium de eo poſt mortem magnum omnium fuit, maxime quod diu nec à filiis ejus boni aliquid reip. venit: & poſtea invadentibus multis remp. res Romana prædonibus direptui fuit. [2]Hic tam exiguis veſtibus uſus eſt [3]ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet, [4]& cum [5]hirta chlamyde humeros velaret: cibi parciſſimus, [6]leguminis patrii avidus,

tota ædificii mole. apud auctores juris civilis, & eos qui de aquæductibus ſcripſerunt, forma interdum eſt tubus quo defertur aqua: interdum arcus ipſi ſic dicuntur, devehendis aquis humilioribus in locis ſoliti extrui. ut cum dicuntur *aquæ formarum conſtructionibus advectæ*. hinc apud Caſſiodorum *aqua formarum*. & apud Joſippum quoque Gorionis filium, כמי פורמת *aquæ formæ*, Hiſtoriarum libro primo, capite ſecundo.

1 *Judicium de eo poſt mortem magnum omnium fuit.*] *Judicium* in bonam partem accipe: nam ſequitur: *poſt mortem multum amatus vel invidia depoſita, vel crudelitatis metu.* Vopiſcus in Aureliano: *Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnum de ſe judicium habitum, quod eidem vicarium Aurelianum dediſſet.*

2 *Hic tam exiguis veſtibus uſus eſt.*] Quid appellat veſtes exiguas? viles equidem ac λιτὰς accipio, & hominis Latinitatem miror.

5 *Hirta chlamyde humeros velaret.*] Lampridius in Alexandro, *Chlamydes hirtas Severi, & tunicas aſemas, vel macrocheras, ex purpura non magna ad uſum revocavit ſuum.*

6 *Leguminis patrii avidus.*] Non certam leguminis ſpeciem, ut cicer Punicum, ſed diverſas intelligo: quæ ſoliti Severo mittere quotannis Leptitani, & alii Tripolitani cum oleo & frumento, de cujus præbitione ante diximus.

SALMASIUS.

2 *Hic tam exiguis veſtibus uſus eſt.*] Exiguas veſtes heic vocat, quas in Hadriano humiles appellavit: *veſtem humillimam frequenter acciperet. baltheum ſine auro ſumeret.* humilis igitur & exigua veſtis pro eadem, qualem ſcilicet humiles & exigui homines geſtarent. nam & *exiguus* pro parvæ & contemptæ ſortis homine. Græci λιτὰς ϗ̀ εὐτελεῖς ἐσθῆτας vocant.

3 *Ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet.*] Palatinus: *ut vixit tunica ejus aliquid purpuræ haberet*: ſcribe, *ut vix & tunica ejus aliquid purpuræ haberet*. tunicas autem ejuſmodi quæ vix aliquid purpuræ haberent, *aſemas* vocat in Alexandro Severo, ubi dicit Alexandrum illum hirtas chlamydes Severi & tunicas aſemas in uſum revocaviſſe. ita autem dicebantur non quæ prorſus clavum nullum haberent purpureum, ſed quæ perparvos haberent, quales quæ dicebantur ψηχόσημοι, quod micas veluti quaſdam haberent purpuræ. Gloſſæ: *anguſticlavia*, ψηχόσημα. unde ἄσημος χιτών, aſema tunica, quæ nihil aut parum habet purpuræ. nam clavare πορφυρᾶσαι. unde πορφυρόσημος ἐσθῆτες in veteri epigrammate.

4 *Et cum hirta chlamyde.*] *Et* particula abeſt veteri editioni: & ſane abſit: nam ſcribendum, *hic tam exiguis veſtibus uſus eſt, ut vix & tunica ejus aliquid purpuræ haberet: cum hirta chlamyde humeros velaret.* niſi ſi more recentiorum loquutum eſſe Spartianum velimus, quorum eſt, *obturare cum operculo.* ut & Græcorum, μετὰ μέλανος γράφειν, *cum atramento ſcribere.* ſic cum hirta chlamyde *humeros velare.* cujus loquendi formæ multa exempla alibi poſuimus.

vidus, vini aliquando cupidus, carnis frequenter ignarus. [1] Ipſe decorus, ipſe ingens, promiſſa barba, cano capite & criſpo, vultu reverendus, canorus voce, ſed Afrum quiddam uſque ad ſenectutem ſonans: ac poſt mortem multum amatus, vel invidia depoſita vel crudelitatis metu. Legiſſe me [2] apud Ælium Maurum Phlegontis Tralliani libertum memini, [3] Septimium Severum [4] immoderatiſſime quum moreretur lætatum, quod duos Antoninos pari imperio reipubl. relinqueret, exemplo Pii, qui Verum & Marcum Antoninos per adoptionem filios reipub. reliquit: hoc melius, quod ille filios per adoptionem, hic per ſe genitos, rectores Romanæ reipub. daret, [5] Antoninum ſcili-

1 *Ipſe decorus, ipſe ingens.*] Alterum *ipſe* παρέλκει: legendum igitur ex Palatino: *ipſe decorus, ingens, promiſſa barba, cano capite & criſpo.*

2 *Apud Ælium Maurum Phlegontis Tralliani libertum.*] In Palatino: *Phlegontis Adriani libertum.* Phlegon hic quidem Adriani imperatoris fuit libertus: qui, ut videtur, Adrianus etiam vocatus eſt ex patroni nomine. vide quæ de illo notamus in vita Hadriani. forte ſcriptum fuit: *apud Ælium Maurum Phlegontis Hadriani liberti libertum.*

3 *Septimium Severum moderatiſſime cum moreretur lætatum.*] Reponenda eſt hoc loco omnium ſcriptorum Codicum & veteris etiam editionis lectio: *immoderatiſſime cum moreretur lætatum.* lætatur enim immoderate, qui non mediocriter lætatur. non parum autem, nec modice lætatus eſt Severus cum moreretur, quod duos Antoninos pari imperio reip. relinqueret: exemplo Pii qui Verum & Marcum Antoninos reliquerat. atque eo quidem majore gaudio afficiebatur, quod illi Antonini per adoptionem Pii erant: hic autem relinquebat Antoninos ex ſe genitos. at quis moderatiſſime lætari dici poteſt, niſi qui parum lætatur, cum modo ſcilicet menſuraque, quam tamen magna lætitia non recipit? atque inde *immoderate gaudere* qui valde gaudet, dicitur.

CASAUBONUS.

4 *Moderatiſſime cum moreretur lætatum.*] Regius & Puteani, *immoderatiſſime.*

GRUTERUS.

4 *Immoderatiſſime cum moreretur lætatum.*] Sic etiam exemplar Pal. non *moderatiſſime*, ut vulgg.

SALMASIUS.

5 *Antoninum ſcilicet Baſſianum quem ex priore matrimonio ſuſceperat & Getam quem de Julia genuerat.*] *Antoninum ſcilicet Baſſianum quidem ex priore matrimonio ſuſceperat & Getam de Julia genuerat.* ita Palatinus & editio vetus. prioris autem hujus matrimonii de quo Severus Baſſianum ſuſcepit, cum ex ſecundo Getam ſuſtulerit, ſoli Spartianus & Aurelius Victor meminere: nam Græci auctores qui illa tempeſtate vivebant, & quibus hæc omnia ad certum nota eſſe potuerunt, omnes Juliam Auguſtam Antonini Caracalli, ſicut Getæ matrem faciunt, non novercam. Dio enim aperte Caracallam filium Juliæ vocat, ubi dicit Anto-

Antoninum, τὸ πατρῷον de matre habuiſſe. πρὸς δὲ τούτοις, inquit, εἶχε καὶ τὸ πανοῦργον τῆς μητρὸς καὶ τῶν Σύρων ὅθεν ἐκείνη ἦν. Syra autem Julia, & eam ex Syria duxit Severus, vel ipſius Spartiani teſtimonio, ſupra: *quum amiſſa uxore aliam vellet ducere, genituras ſponſarum requirebat ipſe quoque matheſeos periſtiſſimus: & quum audiſſet eſſe in Syria quamdam, quæ id genituræ haberet, ut regi jungeretur, eamdem uxorem petiit, Juliam ſcilicet.* Julia igitur ex Syria. ſed & Philoſtratus qui Antonini Caracallæ temporibus vixit, & Juliæ notus fuit cum reliquis Sophiſtis qui circa illam totos dies hærebant, Ἀντωνῖνον vocat παῖδα Ἰουλίας. Tzetzes enim de Philoſtrato hæc ſcribit:

Φιλόστρατος ὁ Φλάβιος Τύριος οἶμαι ῥήτωρ.
Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ Ἀττικός, ὁ Τύριος ὢν οὗτος
Ἦν ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις διαγράφει
Εἷς τοῦ χοροῦ ῥητόρων τε καὶ γραμματευόντων
Τῇ Ἰουλίᾳ τῇ κρατούσῃ πλούσῃ βασιλίδι.
Σύζυγος δ' αὐτῇ οὐ φησὶ τίνος ἦν βασιλέως.

de qua autem Julia hæc intelligantur niſi de Severi uxore? quod ſatis in ſuperioribus probavimus. Philoſtratus igitur ille potuit ſatis ſcire cujus matris filius fuerit Caracalla. ſed & Oppianus opus ſuum Antonino inſcribens:

Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

nam ut Scaliger docuit, Domna dicebatur Julia Severi uxor. Vetus etiam inſcriptio Albæ Juliæ, Juliam Auguſtam Auguſti Antonini matrem appellat. quod tamen ſaxum interpretantur de alia quadam Julia quæ Antoninorum Marci & Pii temporibus fuerit. in quo vehementer erravit vir undequaque doctiſſimus. inſcriptionem ipſam qui volet viſere, inveniet inter Grutterianas inſcriptiones pag. VI. turbat tamen in illa inſcriptione par conſulum Falco & Clarus, qui eo ipſo die quo Pertinax imperator factus eſt conſulatum inierunt. ſed nec Auguſta tunc illa Julia, nec ille Antoninus Auguſtus. luce tamen clarius Juliam intelligi debere Severi uxorem, matrem Antonini Caracallæ. de eadem capiendum & illud ſaxum Romæ ad amphitheatrum:

I. O. M.
ET. IVNONI. REGINÆ
PRO. SALVTE
M. AVRELII. ANTONINI
FEL. AVG.
ET. IVLIÆ. AVG.

Iſtius Juliæ proprium fuit nomen Domna, vel cognomen potius, nam Julia Domna vocabatur. Δόμνος & Δόμνα nomen proprium illa tempeſtate uſitatum non ſolum apud Latinos ſed etiam apud Græcos, Syros & Ægyptios, ut mihi ſæpius inter legendum obſervatum eſt. hinc Domnus ille ad quem ſcripſerat Ephraimus. Photius: ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου γράφει πρὸς Δόμνον καὶ Ἰωάννην. Φιλόκαλος Δόμνος in quadam inſcriptione Græca. *Domnus* autem & *Domna* contractum ex *Dominus* & *Domina*, quæ & ipſa nominum propriorum vicem ſunt uſurpata. ſic & *dommædium* unica voce pro domino ædium dicebant. Gloſſæ: *dommædius*, σταθμοῦχος. in ſaxo Narbone vocatur Julia Domna. IVLIÆ. DOMNÆ. AVGVSTÆ. male vulgo exaratum eſt DONINÆ. ſed hæc paſſim in antiquis epigrammatis Julia mater Antonini Pii Felicis inſcribitur. mater igitur Caracallæ fuit, non noverca. atque hinc fuit commentum illud quo dicitur Caracallus Juliam novercam ſuam uxorem duxiſſe: quod nec agnoſcit Dio, nec Herodianus, qui inter peſſimi perditiſſimique imperatoris probra non omiſiſſent hoc inceſtum facinus referre. quod ut minus facinoroſum videretur, finxerunt auctores iſti, novercam illi Juliam, non matrem fuiſſe, ut ſic daretur locus huic opinioni, quam matris nomen prorſus reſpuebat.

ſcilicet Baſſianum, quem ex priore matrimonio ſuſceperat, & Getam quem de Julia genuerat. Sed illum multum ſpes fefellit. Nam unum parricidium, alterum ſui mores reipub. inviderunt: [1] ſanctumque illud nomen in nullo diu bene manſit. [2] Et reputanti mihi, Diocletiane Auguſte, [3] neminem prope magnorum virorum optimum & utilem filium reliquiſſe ſatis claret. [4] Denique aut ſine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt plerique, ut melius fuerit de rebus hu-
21 manis ſine poſteritate diſcedere. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius quod utile poſſet eſſe reipub. Quid Camillus? num ſui ſimiles liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Jam vero quid de Homero, Demoſthene, Virgilio, Criſpo, & Terentio, Plauto, cæteriſque aliis loquar? Quid de Cæſare? Quid de Tullio, cui ſoli melius fuerat liberos non habere? Quid de Auguſto, [5] qui nec adoptivum bonum filium

CASAUBONUS.

1 *Sanctumque illud nomen in nullo diu baſit.*] *In nullo*, pro, in neutro. de duobus enim tantum loquitur Antoninis, Baſſiano & Geta.

2 *Et reputanti mihi, Diocletiane Aug.*] Παρεκβάσεις eximia, quales in his ſcriptoribus habentur aliquot, ſane luculentæ & lectu digniſſimæ. in eandem ſententiam ſunt iſta apud Aurelium Victorem in Caligula: *Præterea prudentiſſimus quiſque ſimilem fore ſuis credebat: quod longe ſecus quaſi naturali lege, quæ crebro tanquam ex induſtria malos è bonis, agreſtes è doctioribus, & cæteros hujuſmodi ſeu contra gignit. Quo demum exemplo ſapientium plures caruiſſe liberis utilius duxere.* Ex eo natum eſt Hebræorum elegantiſſimum proverbium, חומצ בן-יין *Acetum filius vini.* quod ſimplicius Græci, ἡρώων παῖδες λῶβαι. iidem Græci de bona ſobole mali patris dicunt, ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν.

4 *Denique aut ſine liberis viri interierunt.*] Legendum, *ſine liberis ſuis int.* ſuos opponit adoptatis.

SALMASIUS.

3 *Neminem prope magnorum virorum.*] Pal. *neminem facere prope magnorum virorum.* in promptu erat legere: *neminem fære. fære* pro *fere.* ſed *fere* & *prope*, idem valent. & fortaſſean ſit tollendum illud *prope*, ut *fere* admittamus: *neminem fere magnorum virorum optimum & utilem filium reliquiſſe ſatis claret.*

4 *Denique aut ſine liberis viri interierunt.*] Vir doctiſſimus legit: *ſine liberis ſuis.* fortaſſe melius poſſemus ſcribere: *ſine liberis veris interiere.* veri liberi opponuntur adoptitiis, ut verus pater illi qui adoptione pater eſt.

GRUTERUS.

5 *Qui nec adoptivum bonum filium habuit, cum illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus.*] Galba apud Tacitum: *Et finita Juliorum Claudiorumque domo, optimum quem-*

filium habuit, quum illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus? Falſus eſt etiam ipſe Trajanus in ſuo municipe ac nepote deligendo. Sed ut omittamus adoptivos, ne nobis Antonini Pius & Marcus numina Reipublicæ occurrant, veniamus ad genitos. [1] Quid Marco felicius fuiſſet ſi Commodum non reliquiſſet heredem? Quid Severo Septimio, ſi Baſſianum non genuiſſet? qui ſtatim inſimulatum fratrem inſidiarum contra ſe cogitatarum, parricidiali etiam figmento interemit. [2] qui novercam, matrem quinimo, in cujus ſinu Getam filium ejus occiderat, uxorem duxit: qui Papinianum juris azylum [3] & doctrinæ legalis theſaurum, quod parricidium excuſare noluiſſet, occidit: [4] & præfectum quidem ſuum, ne homini per ſe & per ſcientiam ſuam magno deeſſet & dignitas. Denique ut alia omittam, ex hujus moribus factum puto ut Severus triſtior vir ad omnia, imo etiam crudelior, pius & dignus deorum altaribus duceretur. [5] * Qui quidem divi-

quemque adoptio inveniet. nam generari & naſci à Principibus fortuitum, nec ultra æſtimatur. adoptandi judicium integrum; & ſi velis eligere conſenſu demonſtratur.

SALMASIUS.

1 *Quid Marco felicius fuiſſet ſi Commodum non reliquiſſet hæredem?*] Idem Spartianus in Marcô: *hic ſane vir tantus ac talis & diis vita & morte comparandus, filium Commodum dereliquit: qui ſi felix fuiſſet* [illegible]*um non reliquiſſet.*

2 *Qui novercam, matrem quinimo.*] Immo veram matrem ut ſupra docuimus. eadem tamen verba repetit in Caracallo: *matrem enim, non alio erat dicenda nomine, duxit uxorem.*

3 *Et doctrinæ legalis theſaurum.*] Palatinus & vetus editio: *doctrinæ regalis.* perperam. ſic, *regibus hoſtium addictus*, vitioſe pro *legibus*, ſupra legebatur.

4 *Et præfectum quidem ſuum, ne homini per ſe.*] *Et præfectum quidem, ne homini per ſe & ſcientiam ſuam magno deeſſet & dignitas.* ita melius legas Palatini libri auctoritate. *ſuum* enim quod vulgo habetur, ſupervacaneum eſt.

5 *Qui quidem divinam Salluſtii orationem.*] Nihil heic ſubeſſe ulceris ſuſpicantur viri docti & aſteriſcum delent. mihi non ſinam aliter perſuaderi, quin locus mancus ſit & imperfectus. quod clare etiam oſtendunt libri editi ſcriptique antiquitus, in quibus hæc ita ſcripta exhibentur, *qui quidem diu immo Salluſtii orationem.* ex quibus manifeſtum eſt multa deeſſe. ſimilis paulo poſt labes admiſſa eſt in illis: *idque fruſtra & hominem tantum valetudine.* quæ ſuppleri non poſſunt ſine melioris & integrioris codicis auxilio.

CASAUBONUS.

5 * *Qui quidem divinam Salluſtii orationem.*] Non video cur hic opus ſit aſteriſco: non enim deeſt quicquam. oratio Salluſtii eſt in Jugurthino bello.

1 *Ingra-*

divinam Salluſtii orationem qua Micipſa filios ad pacem hortatur, [1] ingravatus morbo miſiſſe filio dicitur majori. *[2] idque fruſtra & hominem tantum valetudine. Vixit denique in odio populi diu Antoninus, [3] nomenque illud ſanctum ac venerabile diu, minus amatum eſt: quamvis & veſtimenta populo dederit, (unde *Caracallus* eſt dictus) & thermas magnificentiſſimas fecerit. Extat ſane Romæ [4] Severi porticus, geſta ejus exprimens, [5] à filio, quantum plurimi docent,
22 ſtructa. Signa mortis ejus hæc fuerunt: Ipſe ſomniavit quatuor aquilis & gemmato curru [6] prævolante neſcio qua ingenti humana ſpecie [7] ad cœlum ſe raptum, quumque raperetur, [8] octoginta & novem numeros explicuiſſe: ultra quot annos ne unum quidem annum

1 *Ingravatus morbo miſiſſe filio dicitur majori.*] Erat hic mos veterum, ut dicebamus ad Suetonii librum ſecundum, cap. LXXXIX. Lege epiſtolam ſextam Senecæ.

2 * *Idque fruſtra & hominem tantum valetudine. Vixit d.*] Non eo loci collocandus fuerat aſteriſcus, ſed poſt vocabulum *fruſtra.* nam hactenus nihil vitii: ſequentia corruptiſſima ſunt: etſi non variant membranæ; niſi quod aliter interpungunt. ita enim regius & Puteani uterque: *idque fruſtra. & hominem tantum valetudine vixit. Denique in odio populi diu fuit Ant.*

4 *Severi porticus geſta ejus exprimens.*] Herodianus libro tertio de Severo, τάς μάχας τε καὶ τὰς νίκας δημοσίαις ἀνέθηκε γραφαῖς. videtur iis aſſentiri, qui porticum Severi ubi erant geſta ejus depicta, ab ipſo, non filio fuiſſe ſtructam. de hoc more libro ſequenti.

5 *A filio quantum plurimi docent, ſtructa.*] Regius, venuſte: *à filio, quam plurimo decore ſtructa.*

8 *Octoginta & novem numeros explicuiſſe: ultra quos annos, ne unum quidem annum vixit.*] Error in numero. ut fere ſemper in his auctoribus. Scribendum erat, *ſexaginta quinque.* ſed auctoris peccatum eſſe non librarii, evincit alter in Nigri vita locus, neque aliter Robertus Bon.

GRUTERUS.

5 *A filio, quantum plurimi docent, ſtructa*] Haud aliter Pal ut mirer exſtare in Regio codice, *à filio quam plurimo decore ſtructa.* qua ſcriptura cum nil ſit planius, qua de cauſſa degeneravit in illam alteram?

SALMASIUS.

3 *Nomenque illud ſanctu[m ac] venerabile diu.*] *Nomenque illud venerabile diu minus amatum eſt.* nam *ſanctum* non comparet in vetuſtis membranis & editionibus.

6 *Prævolante neſcio qua ingenti humana ſpecie.*] Moris eſt ſcriptoribus iſtas novas & mirandas ſpecies, majores humanis deſcribere & auguſtiores, ut fortaſſe ſcripſerit hoc loco Spartianus: *ingentiori humana ſpecie:* vel, *quam humana ſpecie.*

7 *Ad cœlum ſe raptum.*] *Ad cœlum eſſe raptum.*

1 Cum

annum vixit: nam ad imperium ſenex venit, quumque poſitus eſſet in circulo ingenti æreo, diu ſolus & deſtitutus ſtetit. Quum vereretur autem ne præceps rueret, à Jove ſe vocatum vidit, atque inter Antoninos locatum. Die circenſium [1] quum tres victoriæ more ſolito eſſent locatæ gypſeæ cum palmis, media [2] quæ ipſius nomine aſcriptum orbem palmis tenebat, vento icta, de podio ſtans decidit, & humi conſtitit: eaque quæ Getæ nomine inſcripta erat, corruit, & omnis comminuta eſt: illa vero quæ Baſſiani titulum præferebat, amiſſa palma venti turbine vix conſtitit. [3] Poſt murum aut vallum miſſum in Britannia, quum ad proximam manſionem rediret, non ſolum victor, ſed etiam in æternum pace fundata, volvens animo quid ominis ſibi occurreret, Æthiops quidam è numero militari, claræ inter ſcurras famæ, & celebratorum ſemper

CASAUBONUS.

1 *Cum tres Victoriæ.*] Regius, *Victoriolæ.* Victoriarum ſimulacra, ut & cæterorum deorum in Circum ſolita inferri ad ſpectacula, notum ex Ovidio & Tertulliano. Tria autem tunc poſita, quia totidem imperatores.

SALMASIUS.

1 *Quum tres victoriæ.*] *Tres victoriolæ.*

2 *Quæ ipſius nomine aſcriptum orbem palmis tenebat.*] Quid *palmis tenebat?* an heic palmis pro manibus? at hoc. poëtarum eſt. delenda omnino vox, *palmis*, quæ erepſit ex ſuperiore verſu, & legendum: *Die circenſium quum tres victoriolæ more ſolito eſſent locatæ gypſeæ cum palmis, media quæ ipſius nomine aſcriptum orbem tenebat, de podio ſtans decidit.* Victoriarum igitur illa ſimulacra orbes manibus tenebant vel globos nomine imperatorum inſcriptos. poſtea à victoriarum ſimulacris ad ſtatuas imperatorum ipſorum traducti ſunt illi globi. fingebantur enim ſphæras in manibus tenentes. nam in nummo veteri viſitur Severus orbem manu tenens. Ammianus ſphæram vocat, lib. XXI. *namque & nocturnis imaginibus terrebatur, & nondum penitus merſus in ſomnum umbram viderat patris obtuliſſe pulcrum infantem: eumque ſuſceptum & locatum in gremio ſuo excuſſam ſibi projeciſſe longius ſphæram quam ipſe dextra manu geſtabat.* & lib. XXV. *Maximiani ſtatua Cæſaris locata in veſtibulo regiæ amiſit repente ſphæram æream formatam in ſpeciem poli quam geſtabat.* & merito ſic ficti pictique qui orbem digito temperabant, ut olim de Auguſto dictum acceptumque in Mimo:

Viden ut cinædus orbem digito temperat?

3 *Poſt murum apud vallum miſſum.*] Quid eſt? *murum apud vallum mittere?* parva labes, ſed non parvi momenti. lege ut ſupra correximus: *poſt murum aut vallum miſſum.* alii vallum, alii murum appellabant. ut omnibus ſatisfaceret Spartianus, *vallum aut murum* dixit. utut ſit, murus ille ceſpiticius fuit. nec novum eſt vocari vallum, murum ceſpiticium. vide quæ ſuperius à nobis notata ſunt.

1 *Quem*

ſemper jocorum, cum corona è cupreſſu facta eidem occurrit. [1] Quem quum ille iratus removeri ab oculis præcepiſſet, & coloris ejus tactus omine & coronæ, dixiſſe ille dicitur joci cauſa, [2] *Totum fuiſti, totum viciſti,* [3] *jam deus eſto victor.* Et in civitatem veniens, quum rem divinam vellet facere, primum ad Bellonæ templum ductus eſt errore aruſpicis ruſtici, deinde hoſtiæ furvæ ſunt applicitæ. Quod quum eſſet aſpernatus, atque ad Palatium ſe reciperet, negligentia miniſtrorum [4] nigræ hoſtiæ uſque ad limen domus Palatinæ imperatorem ſequutæ ſunt. Sunt per plurimas ci-
23 vitates opera ejus inſignia. [5] Magnum vero illud in vita ejus,

CASAUBONUS.

1 *Quem cum ille iratus removeri ab oculis præcepiſſet.*] Omini avertendo, ſi forte Æthiopi aliquis occurriſſet, non ſolum removebant illum ab oculis; ſed etiam tollebant de medio, ut in auctoris caput omen malum recideret. exemplum eſt in Bruto Plutarchi. cupreſſum feralem fuiſſe arborem nemo neſcit.

2 *Totum fuiſti, totum viciſti.*] *Totum*, pro omnia. ut paullo ante, *Omnia fui.* ſed amavit poſterior ætas *totum* dicere potius quam *omnia*. Zeno Veronenſis in pſalmum cxxx. *propheta modeſtus, totum poteſt: à toto diſſimulat.* in ſermone De avaritia: *Totum poſſidet; & de inopia queritur ſemper.* idem in graviſſimo ſermone De patientia: *Tu paupertati præſtas, ut habeat totum ſui contenta, cum ſuſtinet totum.* & in eo De pudicitia, *Totum prorſus tentat, ut ſibi vindicet totum.* Ambroſius de obitu Theodoſii imperatoris, *De filiis nihil habebat novum quod conderet, quibus totum dederat.* Paulinus de funere Ambroſii, *Erat exequiarum turba innumerabilis, totius dignitatis, totiusque ſexus, omnium pene ætatum.*

3 *Jam deus eſto Victor.*] Omen malum in voce *deus*. nam imperatores non fiebant divi niſi mortui. Veſpaſiani morientis vox fuit: *ut puto deus fio.*

5 *Magnum vero illud in civitate ejus.*] Reg. *in civ. eſt*, ὁ νῦν, illud ejus magnum eſt in civitate.

SALMASIUS.

2 *Totum fuiſti, totum viciſti, jam Deus eſto victor.*] *Totum* pro *omnia*. ſic *toti* pro *omnes* apud Senecam. Incertus auctor in Aulularia non Plautina: *novi omnia: illos tu mihi narras qui totum occultant. nimium prudentes vel felices ſunt quos requiris.* idem: *Euge lar familiaris, proceſſiſti hodie pulcre, ſed non totum intelligo.* idem: *omnia igitur peregi, totum commerui.* idem: *illic etiam ruſtici perorant & privati judicant: ibi totum licet:* pro *ibi omnia licent.* & ita paſſim in illo auctore.

4 *Nigræ hoſtiæ uſque ad limen domus Palatinæ imperatorem ſequutæ ſunt.*] *Ejuſque ad limen domus.* Pal. lege: *nigræ hoſtiæ & uſque ad limen domus imperatorem ſequutæ ſunt.*

5 *Magnum vero illud in civitate ejus.*] Sine dubio ſcribendum: *magnum vero illud in vita ejus quod ædes publicas, &c.* magnum enim revera illud in vita Severi, quod cum plurima ædificia publica temporis vetuſtate labentia refeciſſet, nuſquam ſuum nomen adſcripſe-

ejus, quod Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, inſtauravit, nuſquam prope ſuo nomine aſcripto, ſervatis tamen ubique titulis conditorum. Moriens ſeptem annorum canonem, [1] ita ut quotidiana ſeptuaginta quinque millia modiorum expendi poſſent, reliquit: olei vero tantum ut per quinquennium non ſolum urbis uſibus, [2] ſed & totius Italiæ quæ oleo egeret, ſufficeret. Ultima verba ejus dicuntur hæc fuiſſe: *Turbatam Rempub. ubique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, ſenex & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquens, ſi boni erunt; imbecillum, ſi mali.* Juſſit deinde ſignum tribuno dari, *Laboremus:* [3] quia Pertinax quando in imperium adſcitus

ſcripſerit, ſed fere ubique veteres auctorum titulos ſervaverit. ſic alicubi apud unum ex iſtis auctoribus: *nihil magnum in vita ejus niſi quod Cæſar appellatus eſt.* & apud Ælium Lampridium in Diadumeno; *Antonini Diadumeni nihil habet vita memorabile niſi quod Antoninus eſt dictus.* mirum tam puſillam mendam latuiſſe doctiſſimos viros. ſic parvæ fere latitant cum magnæ in oculos incurrant.

CASAUBONUS.

1 *Ita ut ſeptuaginta quinque millia modiorum expendi poſſent.*] Scribendum, *ſeptuagena quina millia modiûm.* In numero conſentiunt omnes veteres, etiam Robertus Bonon. Et eſt ſingularis in Romana hiſtoria locus hic: ex quo de multitudine turbæ frumentariæ conjecturam facere poſſumus. Conſtat in modio Romano chœnices fuiſſe octo: quæ legitima menſura eſt homini in diem alendo neceſſaria. quare nemo negaverit eſſe admodum ſimile veri, quod ponit vir maximus Guilielmus Budæus: teſſeras frumentarias quæ ſingulis dividerentur, chœnicarias fuiſſe. neque intereſt quicquam ſive confectus panis donaretur, ſive ad panem farina. Hac igitur ratione colligimus, turbam frumentantem, quæ quotidianum demenſum de publico accipiebat, ad ſexies centena millia acceſſiſſe. Quanta igitur univerſorum civium multitudo? nam frumento publico plebs tantum & milites alebantur; certe civium tenuiſſimi quique ſolum. Quid hodie Sol videt cum hac veteris Romæ amplitudine comparandum? Ipſa Lutetia, quæ hominum frequentia omnes Europæ, Aſiæ, Africæ urbes hodie longo intervallo ſuperat, quindena millia modiûm in dies non expendit. Nam ante annos quindecim, cum eſſet tum urbs frequentiſſima, centeni deni modii Pariſini, aut non multo amplius in rationem præfecti annonæ cottidie veniebant, hoc eſt Romanorum modiorum paullo minus quam ſena dena millia.

GRUTERUS.

1 *Ita ut ſeptuagena quinque millia modiorum, &c.*] Palatinus ſubſcribit vulgatis, habetque *ſeptuaginta.*

SALMASIUS.

2 *Sed & totius Italiæ quæ oleo egeret.*] *Quæ oleo eget*, ex Palatino. nam tota fere Italia eget oleo.

CASAUBONUS.

3 *Quia Pertinax quando in imperium adſcitus eſt, ſignum dederat, Militemus.*] Vide

tus eſt, ſignum dederat, *Militemus*. [1] Fortunam deinde regiam quæ comitari principes & in cubiculis poni ſolebat, geminare ſtatuerat, ut ſacratiſſimum ſimulacrum utriq; relinqueret filiorum. [2] Sed quum videret ſe perurgeri ſub hora mortis, juſſiſſe fertur ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis Fortuna poneretur. Quod Baſſianus prius contempſit quam face-
24 ret parricidium. Corpus ejus à Britannia Romam uſque cum magna provincialium reverentia ſuſceptum eſt: [3] quamvis aliqui urnulam auream tantum fuiſſe dicant, Severi reliquias continentem, [4] eandemque Antoninorum ſepulcro illatam, [5] quum Septimius Perti-

Vide περιεργίαν optimi ſcriptoris. nam quare hujus rei cauſſam petemus ab exemplo Pertinacis, potius quam à natura & ingenio Severi? quem virum conſtat fuiſſe vehementem, rebus agendis intentum, & ſemper ſerium. inde eſt quod & morti propinquus ſignum dat, LABOREMUS. Dio ſic narrat, aliter paullo, & melius: τὸ σύμπαν οὕτως ἐνεργὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀποψύχων ἀναφθέγξασθαι, ΑΓΕΤΕ, ΔΟΤΕ ΕΙ ΤΙ ΠΡΑΞΑΙ ΕΧΟΜΕΝ.

1 *Fortunam deinde regiam.*] De hac Capitolinus in Antonino Pio, & Marco Antonino.

3 *Quamvis aliqui urnulam auream tantum fuiſſe dicant.*] Certum hoc, ſi quid in hiſtoria certum. nam cur Dioni qui vidiſſe potuit, imo utut ſenator, debuit, fidem non habeamus? ille ſic narrat: corpus Severi, inibi fuiſſe incenſum, ubi erat mortuus, filiis pyram accendentibus: poſt oſſilegium reliquias in urnam fuiſſe conjectas, quæ eſſet è marmore porphyrite: ita Romam advectas, & monumento Antoninorum eſſe illatas. in re conſentit Herodianus Dioni: ſed urnam ex alabaſtro, non è porphyrite, neque ut Spartianus auream.

4 *Eandemque Antoninorum ſepulcro illatam.*] Jam diximus ex Dione, εἰς τὸ Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. Herodianus minus aperte: εἰς τὰ βασίλεια ἱερὰ μνημεῖα. Spartianus in Geta: *Illatus eſt majorum ſepulcro, hoc eſt, Severi: quod eſt in Appia via euntibus ad portam dextrum ſpecie Septizonii exſtructum, quod ſibi ille vivus ornaverat.* ut conſtet ſibi Spartianus, neceſſario dicendum, & Antoninorum ſepulcrum & Severi Septizonium ejuſdem mauſolei partes fuiſſe: quod Herodianus communi & generali appellatione Monumenta imperatoria nominavit.

SALMASIUS.

2 *Sed quum videret ſe perurgeri ſub horam mortis.*] Vetus editio cum Palatino: *ſub hora mortis*, quod eſt uſitatius. ſic apud Cyprianum: *ſub ictu mortis*, hoc eſt ſub momento & puncto moriendi. ſic in Hadriano: *ſub mortis tempore.* Marcellus Empiricus; *Lactis humani quartarium, quod lac ſub hora qua æger ungendus eſt mittatur.*

5 *Quum Septimius Pertinax Severus.*] *Cum Septimius illic ubi vita functus eſt, eſſet incenſus.* reliqua nomina abſunt veteri libro. quorſum enim attinuit nomen Pertinacis ponere, quod Severus uſque ad finem non retinuit? ſed ut ſponte aſſumpſerat, ſponte depoſuit, & ſic poſtea appellari noluit, propter omen nominis, ut ſupra oſtendi-

Pertinax Severus illic ubi vita functus eſt, eſſet incenſus. [1] Quum Septizonium faceret, nihil aliud cogitavit quam [2] ut ex Africa venientibus ſuum opus occurreret: [3] & niſi abſente eo [4] per præfectum urbis medium ſimulacrum ejus eſſet locatum, aditum palatinis ædibus, id eſt regium atrium, ab ea parte facere voluiſſe perhibetur: quod etiam poſt Alexander quum vellet facere, ab aruſpicibus dicitur eſſe prohibitus, [5] quum hoc ſciſcitatus non litaſſet.

ſtendimus. ſic in Nigro, *Septimium* tantum vocat, *Severum.*

1 *Quum Septizonium faceret.*] *Septizodium* pro *Septizonium*, heic ſcriptum exhibent veteres. nec aliter fere, ubicumque mentio fit Septizodii. & ita etiam repperit ſcriptum in ſcriptis Euſebii Codicibus illuſtris Scaliger. nec nos aliter in Palatino Euſebio reverendæ vetuſtatis libro. Vide omnino Scaligerum ipſum in animadverſionibus Euſebianis: obſervationi enim ejus de ſeptizoniis ſeu ſeptizodiis nihil addi poſſe cenſeo.

CASAUBONUS.

2 *Ut ex Africa venientibus ſuum opus occurreret.*] Veteres quidam, *u. e. A. venientes ſuum opus cernerent.* ſententia manet eadem; ſed malo quod eſt editum.

4 *Per præfectum Urbis medium ſimulacrum ejus eſſet locatum.*] Semel enim dedicatum ſimulacrum religio erat movere: quare mutari forma hujus ædificii non potuit: cum manente ſimulacro eodem loci, manere & forma ædis eadem neceſſario deberet. *medium* ſervant omnes libri: nec video quare mutent nonnulli in *Modium.*

SALMASIUS.

3 *Et niſi abſente eo.*] Pro, *niſi abſente ſe.* corruptiſſime tamen in Palatino legitur, *& niſi abſente opere præfectum urbis.* qui hoc loco non eſt ſequendus.

5 *Quum hoc ſciſcitatus non litaſſet.*] *Cum hoc ſciſcitans non litaſſet.*

[1] ÆLII SPARTIANI
PESCENNIUS NIGER, AD DIOCLETIANUM AUG.

1 RARUM atque difficile eſt ut [2] quos tyrannos aliorum victoria fecerit, bene mittantur in literas: atque ideo vix omnia de his plenè in monumentis atque annalibus habentur. [3] Primum enim [4] quæ magna ſunt,

CASAUBONUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Non abeſt ſuſpicio, & hanc Nigri, & eam quæ ſequitur Albini vitam, ab eodem auctore ſcriptam, ſicut ibi dicturi ſumus. Illa tamen Capitolino, hæc conſtanter in omnibus libris Spartiano tribuitur. Non eſſe ab alio ſcriptam, quam ab eo qui ſuperiorem Severi compoſuit, colligi inde poteſt, quod ingens ille error de vita Severi ad annum uſque octuageſimum nonum producta, quem in ſuperiore libro notavimus, hic invenitur repetitus.

2 *Quos tyrannos aliorum victoria fecerit.*] Nam ſemper in hujuſmodi bellis ducum Romanorum, is princeps legitimus habitus, qui aliorum victor extitiſſet: & ut eleganter ait Spartianus, non ſua facta iſtos, ſed aliena victoria efficiebat tyrannos. Procopius veriſſimè: *πᾶσα πρᾶξις πέφυκεν ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς καταστροφῆς ὀνομάζεσθαι.*

3 *Primum enim quæ magna ſ.*] Diſtinguendum fuit, *P. en. quæ magna ſunt in eorum honorem, ab ſcriptoribus depravantur.*

SALMASIUS.

3 *Primum enim quæ magna ſunt, in eorum honorem ab ſcriptoribus depravantur.*] In quorum honorem? an eorum qui victoria ſua Tyrannos illos fecerunt. at id longius arceſſitum. an diſtinguendum ut cenſebat vir eruditiſſimus? *quæ magna ſunt in eorum honorem, à ſcriptoribus depravantur.* non placet iſta diſtinctio multis de cauſis, ut nec ipſa loquutio. legamus igitur: *primum enim quæ magna ſunt, in eorum horrorem ab ſcriptoribus depravantur, alia ſupprimuntur.* quod indubitate verum. Nam quæ magna ſunt in vita tyrannorum, in eorum horrorem depravantur, & ſupprimuntur. in horrorem, hoc eſt *σικχασίαν.* *horrere aliquem*, *σικχαίνεσθαι.* *Horridus*, *σικχαντὸς*, odio & faſtidio dignus. unde & in horrore eſſe pro *σικχαντὸν εἶναι*, apud inferioris ævi ſcriptores. in odium igitur Tyrannorum ſupprimuntur eorum præclara facta, & quæ magna ſunt depravantur. atque hic eſt hujus loci ſenſus & lectio, ne aliam quæramus.

GRUTERUS.

4 *Quæ magna ſunt, in eorum honorem ab ſcriptoribus depravantur.*] Quid mirum? idem fieri quoque ſolet ab capite rerum, Senatu. Dio Caſſius libro XLVIII. *Ἐν γὰρ δὴ τοῖς τοιούτοις τό, τε ἀπολωλὸς πάντες ἀεὶ κατατρέχουσι, καὶ τὸ κρατῆσαν τιμῶσι:* *Eſt enim in hujuſmodi rebus receptum uſu, ut ii qui perierunt, in reprehenſionibus o-*

ſunt, in eorum honorem ab ſcriptoribus depravantur, deinde alia ſupprimuntur: [1] poſtremo non magna diligentia in eorum genere ac vita requiritur, quum ſatis ſit audaciam eorum & bellum in quo victi fuerint, ac pœnam, proferre. PESCENNIVS ergo NIGER, ut alii tradunt, modicis parentibus; ut alii, nobilibus fuiſſe dicitur, patre Anno Fuſco, matre Lampridia, avo curatore Aquini, [2] ex qua familia originem ducebat: quod quidem dubium etiam nunc habetur. [3] Hic eruditus mediocribus literis, moribus ferox, [4] divitiis etiam modicus, vita parcus, libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum, ordines diu duxit, multiſque ducatibus pervenit ut exercitus Syriacos juſſu Commodi regeret, ſuffragio maximè [5] athletæ qui Commodum ſtrangulavit, ut omnia tunc fiebant. Is poſtea- 2
quam comperit occiſum Commodum, Julianum imperatorem appellatum, eumdemque juſſu Severi & ſenatus occiſum, [6] Albinum etiam in Gallia ſumpſiſſe nomen imperatoris, ab exercitibus Syriacis, quos regebat, appellatus eſt imperator, ut quidam dicunt, magis

minium ſint: qui vicerunt, honoribus afficiantur.

SALMASIUS.

1 *Poſtremo non magna diligentia in eorum genere ac vita requiritur.*] Peſſime vetus & prima editio: *non magna diligentia eorum generatio ac vita requiritur.* quod reſipit genium alicujus inſubidi correctoris.

2 *Ex qua familia originem ducebat.*] Compendioſe & per notas ſcriptum fuit; *ex eque. familia*, pro ex equeſtri familia. inde factum: *ex qua familia.* quo genere centies corruptos iſtos authores emendavimus, ut ſuis locis apparebit. legi etiam poſſet, *ex eq. or. familia.* hoc eſt, *ex equeſtris ordinis familia.* Notæ Valerii, EQ. OR. *equeſtris ordinis.*

3 *Hic eruditus mediocribus litteris.*] *Hic eruditus mediocriter.* ita legitur in Palat. excerptis Spartiani & veteri editione.

4 *Divitiis etiam modicus, vita parcus.*] Iidem libri: *divitiis immodicus, vita parcus.* utrum verius nec ex Dione, nec ex Herodiano poſſumus adſtruere. inclinat tamen mihi magis animus ad credendum, veriorem eſſe quæ in ſcriptis viſitur lectionem.

6 *Albinum etiam in Gallia ſumpſiſſe nomen imperatoris.*] Interjicit Palatinus vocem *ejus*: *ſumpſiſſe nomen ejus imperatoris.* an, *nomen & jus imperatoris?*

CASAUBONUS.

2 *Ex qua familia originem ducebat.*] Oratio eſt hiulca. Lego, *ex equeſtri fam. o. d.* Dio, πατρὸς ὢν ἐξ ἱππέων.

5 *Athletæ qui Commodum ſtrangulavit.*] Narciſſi.

gis in Juliani odium quàm in æmulationem Severi. Huic ob deteſtationem Juliani primis imperii diebus [1] ita Romæ fautum eſt [2] à ſenatoribus duntaxat, qui & Severum oderant, ut inter lapidationes execrationeſque omnium [3] illi feliciter optarent, [4] illum principem inſuper, & illum Auguſtum populus acclamaret. Julianum autem oderant populares quod Pertinacem milites occidiſſent, & illum imperatorem adverſa populi voluntate appellaſſent. Denique ingentes ob hoc ſeditiones fuerunt. Ad occidendum autem Nigrum, primipilarem Julianus miſerat, ſtultè ad eum qui haberet exercitus, & ſe tueri poſſet: perinde quaſi quilibet imperator [5] à primipilario poſſet occidi. Eadem autem dementia etiam Severo jam principi Julianus ſucceſſorem miſerat. Denique etiam Aquilium centurio-

1 *Ita Romæ fautum eſt.*] Reſpicit illas populi Romani in circo acclamationes, quibus Peſcennium vindicem Pertinacis optare ſe ſignificabant. Lege Dionem in Juliano. *Favere* verbum theatrorum & Circi.

2 *A ſenatoribus duntaxat qui & Severum oderant.*] Qui & Julianum & Severum oderant. nam & Severus habuit qui ſibi faverent.

SALMASIUS.

3 *Illi feliciter optarent.*] *Illi feliciter optaretur.*

4 *Illum principem inſuper & illum Auguſtum populus acclamaret.*] Optimus liber & vetuſtiſſimus Palatinæ Bibliothecæ; ut & vetus editio: *illum principem ſuperi & illum Auguſtum populus adclamaret.* fuit cum legerem; *illum principem ſuper. ſuper* pro *inſuper.* & ita Horatio. Phædrus:

Reges commemoras & matronarum oſcula:
Super etiam jactas tegere quod jubet pudor.

Sammonicus in experimentis:

Non ſolùm miſeros teterrima febris adurit,
Sed ſuper optato pergit viduare ſopore.

nunc omnimodis retinendum, quod eſt in ſcriptis, cenſeo: *illum principem ſuperi, & illum Auguſtum, populus acclamaret.* hoc enim ex acclamationibus populi ſcriptum, quæ ſic videntur pro Nigro fuiſſe conceptæ: *Peſcennio Nigro feliciter: illum principem ſuperi, illum Auguſtum*: ſubaudi, *nobis dent.* in quo licet agnoſcere eamdem formam acclamandi, quam in Commodo propoſitam habuimus: *delatores ad leonem*, & *delatoribus metum*, & *ſtatuas undique.* &, *judices de ſenatu: delatores de ſenatu.* ſubintellige, *moveantur* vel *exeant.* ita hoc loco: *illum principem ſuperi, illum Auguſtum.* de qua lectione neminem dubitaturum eſſe confido. quare ſecurius ad reliqua pergemus.

5 *A primipilario poſſet occidi.*] Primipilarius heic, ut in vita Juliani, tribus tamen abhinc verbis *primipilarem* vocavit. *Primipilaris* & *primipilarius*, ut *ſingularis* & *ſingularius*: *vulgaris* & *vulgarius*.

6 Cum

turionem, notum cædibus ducum miſerat, quaſi imperator tantus à centurione poſſet occidi. Par denique inſania fuit quod [1] cum Severo ex interdicto de imperio egiſſe fertur, [2] ut jure videretur ad principatum perveniſſe. Et de Peſcennio Nigro judicium po- 3
puli ex eo apparuit, [3] quod quum ludos Circenſes Julianus daret Romæ, [4] & indiſcretè ſubſellia Circi maximi repleta eſſent, ingentique injuria populus affectus eſſet, per omnes uno conſenſu [5] Peſcennius Niger ad tutelam urbis eſt expetitus, odio (ut diximus) Juliani, & amore occiſi Pertinacis: [6] cui quidem Julianus dixiſſe fer-

CASAUBONUS.

1 *Cum Severo ex interdicto de imperio egiſſe fertur.*] Ordinarii juris apud Romanos remedia erant duo, Actiones, & Interdicta. Julianus imperii poſſeſſionem voluit tueri ex interdicto Uti poſſidetis. De interdictis doctè Jacobus Cujacius Obſervationum libro quinto, capite XVII.

6 *Cui quidem Julianus dixiſſe fertur.*] Scribe, *cum quidem.* ὅτι καὶ. ſic ſæpe.

SALMASIUS.

2 *Ut jure videretur ad imperium perveniſſe.*] Longe melius, elegantius atque adeo verius in Palatino: *ut jure videretur imperium præveniſſe.* quod elegantiſſime dictum. ex interdicto de imperio agebat Julianus cum Severo, & ſuam meliorem conditionem dicebat, quaſi qui prior occupaſſet. nam *prævenire imperium* dicitur qui prior ad imperium venit. ſimili pæne loquendi ratione dixit Flavius Vopiſcus in Floriano, *convivia prævenire.* hoc eſt ad convivia venire temporius, & ea celebrare non hora omnibus conſueta & vulgari, ſed maturiore & tempeſtiviore, ut ſolebant luxurioſi homines.

3 *Quod cum ludos circenſes Julianus Romæ daret, & indiſcrete ſubſellia Circi maximi repleta eſſent.*] Sic eandem rem narrat in Juliano: *inde ad circenſe ſpectaculum itum eſt, ſed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis, populus geminavit convitia in Julianum: Peſcennium Nigrum qui jam imperare dicebatur ad urbis præſidium vocavit.* ad quem locum ſerra nobis fuit ducenda cum eruditiſſimo viro de illis verbis, *ad circenſe ſpectaculum itum eſt*, quomodo eſſent accipienda. Nam ille quidem omnino contendit *circenſe ſpectaculum* dixiſſe Spartianum pro loco ubi eduntur circenſia ſpectacula, ac pro circo ipſo. ego contra ibi docui non aliter poſſe accipi quam pro ludis circenſibus. nec mihi tunc venit in mentem hunc locum producere, qui ſententiam meam unice firmat. nam ludos circenſes dediſſe Julianum ex hoc loco manifeſto diſcimus: & inde capienda illa Spartiani, *ad circenſe ſpectaculum itum eſt*: pro ad ludos circenſes ſpectandos itum eſt.

4 *Et indiſcrete ſubſellia circi maximi repleta eſſent.*] Idem in Juliano: *ſed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis.*

5 *Peſcennius Niger ad tutelam urbis eſt expetitus.*] In Juliano: *Nigrum Peſcennium qui tunc imperare dicebatur ad urbis præſidium vocavit.*

6 *Cui quidem Julianus dixiſſe fertur.*] Reponendum ex Palatino veterique editione: *cum quidem Julianus dixiſſe fertur:* & jam olim ita reponere memini virum doctiſſimum.

fertur, *Nec ſibi neque Peſcennio longum imperium deberi, ſed Severo qui magis eſſet* [1] *odio habendus à ſenatoribus, militibus, provincialibus, popularibus*: quod probavit rei eventus. Et Peſcennius quidem Severo eo tempore quod Lugdunenſem provinciam regebat, amiciſſimus fuit: nam ipſe miſſus erat ad comprehendendos deſertores qui innumeri Gallias tunc vexabant. In quo officio quod ſe honeſte geſſit, [2] jucundiſſimum fuit Severo, ita ut de eo [3] ad Commodum Septimius referret, aſſerens neceſſarium reip. virum. Et re vera in re militari vehemens fuit. [4] Nunquam ſub eo miles provinciali lignum, oleum, operam extorſit. ipſe à milite nihil accepit: quum tribunatus ageret, nihil accipi paſſus eſt. [5] Nam & imperator [6] tribunos duos quos conſtitit

GRUTERUS.

6 *Cum quidem Julianus dixiſſe fertur, &c.*] Sic etiam Pal. noſter, non ut vulgg. *cui quidem.*

SALMASIUS.

1 *Odio habendus à ſenatoribus, militibus, provincialibus, popularibus.*] Senatores, milites, provinciales, populares, univerſum imperium Romanum comprehendebant. Senatores & populares, hoc eſt ſenatus & populus Romæ duntaxat. unde & Senatores urbis dicebantur: & populares cum legis apud iſtos authores, populum Romanum, hoc eſt Romæ mœnibus incluſum debes intelligere, provinciales omnes extra Romam populos. ſic igitur imperium Romanum dividere liceat, in ſenatores, populares, militares, & provinciales. per ſenatores autem, proceres & nobilitatem intelligebant; per populares vero, infimam & minutam plebem.

2 *Jucundiſſimum fuit Severo.*] Omnino velim ſcribi: *jucundiſſimus fuit Severo.* de Peſcennio enim ſermo, quem ait jucundiſſimum ideo Severo fuiſſe quod honeſte ſe geſſiſſet in officio ſibi demandato: *in quo officio quod ſe honeſte geſſit, jucundiſſimus fuit Severo, ita ut de eo Septimius ad Commodum referret, aſſerens neceſſarium Reip. virum.*

3 *Ad Commodum Septimius referret.*] Sic ſupra in Severo, *Septimium* dixit: *quum Septimius illic ubi vita functus eſt, eſſet incenſus.* ubi perperam de ſuo addiderant correctores, *Septimius Pertinax Severus.* ineptos homines, quaſi locus ille tot nominum coacervatione opus haberet.

5 *Nam & imperator tribunos duos.*] Pal. *nam & imperatcrium.* & inde vetus editio: *imperatorum.* ſcribe: *Nam & imperator jam tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui juſſit.*

CASAUBONUS.

4 *Nunquam ſub eo miles provinciali lignum, ol.*] Malim, *provinciali ſal, lignum, ol.* Vopiſcus in Aureliano: *Oleum, ſal, lignum nemo exigat: annona ſua contentus ſit.*

6 *Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe.*] Non à provincialibus, ſed à militibus exigebant ſtellaturas. Lampridius in Alexandro: *Annonam militum diligenter inſpexit: tribunos qui*

ſtitit [1] ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliari-

qui per ſtellaturas aliquid tuliſſent, capitali pœna affecit. Ex lege triceſima Codicis Theod. De erogatione militaris annonæ, & lege XII. Cod. Juſtin. eodem titulo, conſtat, ſolitos tribunos in exercitus ſui tranſitu emolumenti aliquid facere per occaſionem erogationis annonæ. quod cum adeo improbarint Peſcennius & Alexander Severus, ut ſtellaturas exigentes tribunos capitali pœna affecerint; poſteriores tamen imperatores non tulerunt ſolum, ſed palam etiam probarunt. Id autem lucellum *ſtellaturam* vulgo fuiſſe vocitatum declarant ſuperiores loci. Rationem nominis teneremus, ſi paullo plenius genus hoc exactionis aperuiſſent nobis veteres. nam quod ait Jacobus Cujacius, rem nos tenere, ſed nominis rationem neſcire: mihi videtur aliter; facilem fore nominis interpretationem & originem, ſi rem ſatis cognitam haberemus. omnino vel à ſtellare, verbo Latino, vel à στίλβειν Græcorum deducitur vox *ſtellatura.*

SALMASIUS.

1 *Stellaturas accepiſſe.*] Quæſivere, & fruſtra quidem, viri docti, quid eſſent *ſtellaturæ*, & unde illis nomen. ſupra etiam ſtellaturarum meminit idem Spartianus: ubi *per ſtellaturas aliquid auferre* poſitum eſt. Sciendum igitur ſtellaturam & ſtellionaturam vel ſtellionatum, idem omnino eſſe. quod facile ſit probare. *ſtellionatus* exponitur in veteribus Gloſſis ἐπιθέσεις & πανουργία. ἐπίθεσις ἡ χλεύη, *impoſtura, ſtellionatus.* ἐπιθέτης, *ſtellionator, impoſtor.* impoſturæ igitur *ſtellionaturæ* ſunt. ſed & *ſtellaturæ.* & *ſtellator* & *ſtellionator* idem. quorum vocabulorum eadem eſt origo. improbos etiam & impoſtores verſutoſque homines & verſatiles, quos ποικίλους & ποικιλοτρόπους Græci vocant, ſtelliones Latini vocarunt & ſtellionatores. Nam *ſtellio* eſt πανοῦργος & ἐπιθέτης, ab illis maculis quibus tanquam ſtellis variatus eſt ſtellio. Ovidius:

—— *aptumque colori*
Nomen habet variis ſtellatus corpora guttis.

ab illa inquam varietate & ſtellatura homines impoſtores & verſuti, *ſtellatores* dicti & *ſtellionatores*, quos Homerus τρώκτας vocavit. & nota eſt in piſce qui τρώκτης dicitur, varietas maculoſa qua tergum ejus ſtellatum eſt. ἀπατεῶνες igitur, & veteratores eo nomine cenſebantur propter morum τὸ ποικίλον. unde & *ſtellæ* quoque pro machinis, verſutiis & fraudibus apud Latinos. Aldelmus egregius auceps antiquarum vocum *ſtellas* pro impoſturis poſuit:

Machina detegitur cæcis fruſtrata ſtellis.

Ita ſane diſerte ſcriptum eſt in apographo quodam ex vetuſtiſſimo Codice deſumpto, quem mecum communicavit optimus & doctiſſimus noſter Juretus. *ſtellæ* pro ſtellationibus vel ſtellaturis à ſtellando. ut *ornæ* pro ornaturis ab ornando: *reſonæ* à reſonando: *ſuda* pro ſudatura vel ſudato à ſudando. & ſimilia. id cum minime aſſequeretur Caniſius, *ſutellis* in editione ſua repoſuit pro *ſtellis.* ſed *ſutellis* prima ſyllaba negat ibi ſe durare poſſe, quo poſita eſt ab editore. *ſtellis* igitur ibi retinendum: & ſtellæ ſunt quas diximus. unde verbum *ſtellare*: quod eſt ſtellis variare, & variegare. atque inde *ſtellaturæ.* & *per ſtellaturas accipere*, hoc eſt per fraudes & impoſturas, & πανουργίαν. unde & *fraudare*, eſt σοφίσασθαι. & fortaſſean heic melius legatur, *per ſtellaturas accepiſſe* quam *ſtellaturas*, ut in Alexandro Severo *per ſtellaturas ferre.* ſolebant autem tribuni militibus commeatum dare, aut muneris vacationem, accepta ab iiſdem pecunia de eorum ſtipendiis. *ſtellaturam* hoc dicebant, & *per ſtellaturam*

liaribus juſſit. Extat epiſtola Severi [1] quam ſcribit [2] ad Rogonium Celſum Gallias regentem : *Miſerum eſt ut imitari ejus diſciplinam militarem non poſsimus,* [3] *quem bello vicimus. Milites tui vagantur, tribuni medio die lavant, pro tricliniis popinas habent,* [4] *pro cubiculis, meritoria,* [5] *ſaltant, bibunt, cantant :* [6] *& menſuris con-*

accipere, ut Juſtinianus in eadem re *per fraudem*. Cod. de off. præf. prat. Africæ leg. 11. ubi vetat iſtas tribunorum ducumque ſtellaturas : *ut nullum etiam diſpendium à ducibus vel duciamis prædicti limitanei ſuſtineant, nec aliquas ſibi conſuetudines de eorum ſtipendiis per fraudem ad ſuum lucrum convertant.* & paulo poſt : *& nullum audeant duces aut tribuni commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras provincias relinquant.* & paulo poſt : *magis enim debent duces & tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores ſuos de noſtra largitate remunerationem ſperare, & non de eorum ſtipendiis lucrum ſibi acquirere.* ſic pecunias per fraudem corraſas, *grivelatas* hodie ſolemus appellare, præcipue quas regii Rationales in diſcutiendis ratiociniis & reddendis, conſueverunt per fraudem avertere & in ſinum ſuum convertere. *grivelata* ad verbum eſt ſtellatura. *grivelatum* enim vocamus quidquid variegatum eſt & ſtellatum, à varietate turdi, quam *grivam* dicimus. aliam rationem & explicationem ejus vocabuli ſupra dedimus in Hadriani vita, ſed eam huic non antepoſuerim.

1 *Quam ſcribit ad Rogonium Celſum.*] Vet. ed. *ad Ragonium Celſum.* recte.

3 *Quem bello vicimus.*] Palatinus : *quem bellum vicimus*, & ſupra additum eadem manu, *per.* ut eſſet : *per bellum vicimus.* quod prima editio retinuit.

5 *Saltant, bibunt, cantant.*] Suſpectum aliquantum mihi illud *bibunt.* ſequitur enim de potatione : *& menſuris conviviorum vacant quum ſine menſura potent.* Palatinus legit : *ſaltant, vivent, cantant.* aliquod aliud verbum excogitandum eſt quod pro illo *vivent* ſupponamus. nam *bibunt*, non convenit. nec tamen aliud nunc melius aptiuſque ſuccurrit. divinent acutiores.

GRUTERUS.

2 *Ad Ragonium Celſum.*] Ita expreſſerat Palatinus, & præferendum profecto illi hactenus recepto *Rogonio.* videantur modo inſcriptiones noſtræ pagina CCCCLXII. I.

CASAUBONUS.

4 *Pro cubiculis meritoria.*] Vopiſcus in Tacito, *Meritoria intra urbem ſtare vetuit.* ubi de hac voce nonnihil.

6 *Et menſuris conviviorum vacant.*] Ambroſius ſermone ſexto, de margaritis : *Unum ſcio ; quod ſi quis illa die honoratus aut dives ob natalem filii ſui ad decimum uſque militarium ad prandium rogaviſſet, propter accuratas epulas, & inæquales menſuras abſque dubio vos ituros fuiſſe.* iterum idem in libro de Helia & jejuno cap. XIII. loquens de furore præliari convivantium : *cadunt*, inquit, *qui menſuras ipſas bonas ſuperaffluentes diligenti librant examine ne quid effundant ; non cadunt bibentes.* Neſcio an huc referam Marcellini locum libro XXVIII. *Poſcuntur etiam in conviviis aliquoties trutinæ, ut adpoſiti, piſces & volucres ponderentur & glires.* ſed aliud eſt.

SALMASIUS.

6 *Et menſuris conviviorum vacant cum ſine menſura potent.*] Aliam oſtentat lectionem Palatinus, à quo non variat vetus editio, hoc modo : *& menſuras*

conviviorum vocant quum ſine menſura potent. [1] *Hæc ſi ulla vena paternæ diſciplinæ in nobis viveret, fierent?* [2] *Emenda igitur primum tribunos, deinde militem:* [3] *quem quamdiu*

ſuras conviviorum vocat cum hoc ſine menſura potare. ex quo ſcribimus: *& menſuras conviviorum vocant hoc, ſine menſura potare.* & hoc, inquit, vocant menſuras conviviorum, ſine menſura potare. liceat etiam legere: *& menſuras conviviorum vocant, cum hoc ſit ſine menſura potare.* illud alterum magis placet. menſuræ autem conviviorum ſunt pocula & calices qui ebibuntur, triunces, & ſeptunces & ejuſmodi menſuræ: ut Græcis μέτρα. & hinc exponendus egregius Ambroſii locus quem jam huc attulerunt eruditiſſimi viri, ſed parum explicarunt, Sermone ſexto: *unum ſcio; quod ſi quis illa die honoratus & dives ob natalem filii ſui ad decimum uſque miliarium ad prandium rogaviſſet, propter accuratas epulas, & inæquales menſuras abſque dubio vos ituros fuiſſe.* duabus divis in convivio litatur, *Edeſiæ* & *Bibeſiæ.* in Bibeſiæ tutela ſunt menſuræ: in Edeſiæ vero fide ſunt epulæ. duo igitur commemorat doctiſſimus ſcriptor propter quæ ad convivium libenter itur, accuratas epulas & inæquales menſuras. menſuras inæquales dixit, propter bibendi intemperiem, quaſi diceret immodicas, & ſine menſura menſuras, ut heic feſtive Severus menſuras conviviorum non recte dici autumat, cum ſine menſura potarent. aliter inæquales calices poſuit Horatius:

Siccat inæquales calices conviva ſolutus
Legibus inſanis. ——

Tunc enim inæquales ſiccantur calices, cum qui plus poteſt bibere plus bibit: qui minus poteſt, non cogitur, ſed animo ſuo obſequitur, nec ſupra vires ſuas bibit. at ubi lex eadem omnibus bibendi impoſita eſt, huic parere tenentur ex æquo puſilli, timidique potatores cum valentiſſimis, & promptiſſimis: & tunc æquales omnibus calices hauriuntur. quid ſi inæquales menſuras dixit pius & doctus auctor cum illis inſanis legibus bibendi omnes tenentur? nam tunc inæquales ſunt menſuræ cum exiguarum virium in bibendo eandem ferre menſuram cogitur quam qui maxime ſtrenuus eſt inter potores. injuſtæ enim & iniquæ vel inæquales ſunt illæ menſuræ. ſed prior interpretatio mihi magis arridet. hæ ſunt igitur menſuræ conviviorum.

CASAUBONUS.

1 *Hæc ſi ulla vena paternæ diſciplinæ in nobis viveret, fierent?*] Perſius:

Hæc fierent, ſi teſticuli vena ulla paterni
Viveret in nobis:

3 *Quem quamdiu timebis, tamdiu non timeberis.*] Vulcatius in Caſſio. *meruit quæ timeri quia non timuit.* ex Lucano, ut diximus.

SALMASIUS.

2 *Emenda militem: quem quamdiu timueris, tamdiu non timeberis.*] Hæc verba efficiunt ſententiam mihi ſuſpectam. certum enim eſt ducem qui timeat milites, à militibus timeri non poſſe. ſed & aliter habent membranæ & veteres editiones, in quibus omnibus legitur quaſi facta conſpiratione: *emenda militem quem quamdiu timueris, tamdiu timebis.* quod primo aſpectu videatur ſenſu carere, aut illum habere ſenſum qui plane ſit abſurdus & ineptus. quid enim eſt aliud dicere, quam, *quamdiu timebis, tamdiu timebis*? in quo parum rationis eſt. Optima tamen lectio, quæ & optimum habet ſenſum: *quamdiu*, inquit, *militem timueris, tamdiu timebis*, non militem, ſed omnia. hoc eſt, ſemper in metu eris. non enim ille audeat militibus fidere, aut quicquam iis credere qui eos habet parum emendatos, & qui ducem ſuum

 & di-

quamdiu timueris, tamdiu non timeberis. Sed ſcias id de Nigro, militem timere non poſſe, niſi integri fuerint tribu-
4 *ni & duces militum.* [1] Hæc de Peſcennio Severus Auguſtus, adhuc milite. Marcus etiam Antoninus ad Cornelium Balbum: *Peſcennium mihi laudas, agnoſco: nam & deceſſor tuus eum manu ſtrenuum, vita gravem, & jam tum pluſquam militem dixit. Itaque miſi literas recitandas ad ſigna, quibus eum trecentis Armenicis, & centum Sarmatis, & mille noſtris præeſſe juſſi. Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione (quod noſtris non convenit moribus) ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem avus meus Adrianus, quem Trajanus proavus non niſi exploratiſſimis dabat.* De hoc eodem Commodus, *Peſcennium fortem virum novi, & ei tribunatus jam duos dedi:* [2] *ducatum mox dabo,* [3] *ubi per ſenectutem*

[1] *Ælius*

& diſciplinam non timeant: immo quos ipſe dux timet. nunquam igitur erit ſecurus aut animi fidens adverſus hoſtes qui ſuos timuerit milites. atque hæc eſt horum verborum ſententia. nec dubium eſſe debet quin reponenda ſit vetus ſcriptura quam poſuimus. alias ſi quid placeret mutari, ſic maluiſſem: *emenda militem: quem quamdiu non timeberis tamdiu timebis.* neceſſe eſt enim ut dux qui non timeatur à militibus ipſe milites timeat.

CASAUBONUS.

1 *Hæc de Peſcennio Severus Auguſtus adhuc milite.*] Ridicula lectio: nam Severus poſt mortem Peſcennii hæc ſcripſit: deeſt ſine dubio aliquid. ſcribendum enim eſt: *H. d. P. S. Auguſtus. De eadem adhuc milite Marcus etiam Ant.*

2 *Ducatum mox dabo.*] Ducatus ordinum, via eſt ad tribunatum. Vopiſcus in Probo: *cum ordines honeſtiſſime duxiſſet, tribunatum eſt adeptus.* & paſſim alibi tribunatus eſt infra ducatum, & ſupra tribunum dux: legionis nempe, vel limitis. Sic epiſtola Valeriani Poſthumio patri defertur ducatus limitis Transrhenani; filio, tribunatus Vocontiorum. ita ubique.

SALMASIUS.

1 *Hæc de Peſcennio Severus Auguſtus adhuc milite. Marcus etiam.*] Facile fuit videre lectionem hanc minime cohærere: nec enim Severus jam Auguſtus id potuit ſcribere de Peſcennio adhuc milite. legerim: *hæc de Peſcennio Severus Auguſtus duce; at milite Marcus etiam Antoninus.* ut quæ ſcripſit Severus de Peſcennio duce ſcripſerit, utpote quem ea maxime parte commendet, quod milites diſciplina contineret: at de milite Peſcennio Marcus Antoninus. Sed minima mutatione ſic veram lectionem poſſumus reſtituere: *hæc de Peſcennio Severus Auguſto; adhuc milite Marcus etiam Antoninus ad Cornelium Balbum.* Peſcennium enim jam Auguſtum vicit Severus, & de ejus diſciplina loquitur quem vicit, ut doleat victorem victi imperatoris diſciplinam in regendis militibus imitari non poſſe. qua de lectione qui dubitabit, illum ſenſu communi carere contendam.

3 *Ubi*

[1] *Ælius Corduenus rempubl. recuſaverit.* Hæc de eo judicia omnium fuerunt. Sed & Severus ipſe ſæpe dixit, ignoturum ſe Peſcennio niſi perſeveraret. A Commodo denique Peſcennius coſ: declaratus, Severo præpoſitus eſt: & quidem irato quod primipilaribus commendantibus, conſulatum Niger mereretur. In vita ſua Severus dicit, ſe priuſquam filii ſui id ætatis haberent ut imperare poſſent, ægrotantem id in animo habuiſſe, ut, ſiquid fortè ſibi accidiſſet, [2] Niger Peſcennius eidem & Clodius Albinus ſuccederent, qui ambo Severo graviſſimi hoſtes extiterunt. Unde apparet quod etiam Severi de Peſcennio judicium fuerit. [3] Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger, vita fictus, moribus turpis, ætatis provectæ quum imperium invaſit: ex quo cupiditates ejus incuſat, [4] perinde quaſi Severus minor ad imperium venerit, qui annos ſuos contrahit, [5] quum decem & octo annis imperarit

[1] & octo-

3 *Ubi per ſenectutem Ælius Corduenus rempublicam recuſaverit.*] *Recuſari* non tantum ea dicuntur, quæ cum nobis offeruntur accipere negamus, ſed illa etiam quæ ubi nos eorum tædet pigetque, ſponte amolimur & repellimus. ſic Corduenus rempublicam recuſare heic dicitur, quam propter ſenectutem non poſſet amplius adminiſtrare. ſic eleganter Tertullianus dixit recuſari annos à ſerpente, quæ ſenectutem cum ſuperficie exuit. de pallio: *exuviis ibidem relictis novus explicat, cum ſquamis & anni recuſantur.* ita enim ibi legendum veterum librorum fide in commentario ad illud opuſculum noſtro docuimus, ita *recuſare veſtes*, idem author dixit, & nos ibi plura ejuſdem loquelæ exempla protulimus.

CASAUBONUS.

1 *Ælius Corduenus.*] Scripti, *Ælius Cordianus.* Condianorum ſupra mentio habita: ſed nihil mutandum.

2 *Niger Peſcennius eidem.*] Pro *ſibi.* ita ſæpe orationem concipit.

SALMASIUS.

2 *Niger Peſcennius eidem & Clodius Albinus ſuccederent.*] *Eidem* pro *ſibi.* at Palatinus *eodem. eodem* pro *eidem:* & ita ſæpe in Pandectis Florentinis, *nullo* pro *nulli:* *eo* pro *ei:* & *neutro* pro *neutri.* non longe petenda ſunt exempla, quærat qui volet, & inde petat.

3 *Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger.*] Cenſeo Severo credendum, ſi bene hoſti creditur de hoſte. non dubitat Dio non credere Severo, οὐχ ὡς, inquit, ἔγραψε Σεουῆρος, ſed ut res ſe habet ſcribam. ejus tamen fidem in ſuperioribus commendari à Spartiano memini, & ab Aurelio Victore. ſed Afer Afrum cum laudat, ſubit dicere, εἰς ἀμφιοῦ κινθεῖ ὄντος τ̃ ὄνον.

4 *Perinde quaſi Severus minor ad imperium venerit.*] *Proinde quaſi Severus.* ſic ſupra: *Proinde quaſi quilibet imperator à primipilario poſſet occidi.*

5 *Quum decem & octo annis imperarit.*]

[1] & octogeſimo nono perierit. [2] Sanè Severus Heraclium [3] ad obtinendam Bithyniam miſit: [4] Fulvium autem ad occupandos adultos Nigri filios: nec tamen in ſenatu quicquam de Nigro Severus dixit, quum jam audiſſet de ejus imperio, ipſe autem proficiſceretur ad componendum Orientis ſtatum. Tantum ſanè illud fecit proficiſcens ut legiones ad Africam mitteret, ne eam Peſcennius occuparet, & fame populum Romanum perurgeret. [5] Et videbatur id facere poſſe per Libyam Ægyptumque vicinas Africæ, [6] difficili licet

vit.] *Quum decem & octo annis imperavit & octogeſimo nono periit.* ita Palatinus, cum veteri editione.

CASAUBONUS.

1 *Et octuageſimo nono periit.*] Falſum: vide ad librum ſuperiorem.

3 *Ad obtinendam Bithyniam.*] Vel *Britanniam.* ut libro ſuperiore legitur.

4 *Fulvium autem.*] Fulvium Plautianum.

6 *Difficili licet itinere ac navigatione.*] Hæreo in hac periodo. Videtur ſententia poſtulare ut legatur, *difficilia faciens itinera ac navigationes.* ſed cogitandum amplius.

SALMASIUS.

2 *Sane Severus Heraclium ad obtinendam Bithyniam miſit.*] In vita Severi, Heraclitum pro Heraclio nominat: & Britanniam pro Bithynia. ſed ex hoc loco ille corrigendus eſt. *Bithynia* enim verum eſt, non *Britannia*: *ſed eos ipſos pertimeſcens de quibus recte judicabat, Heraclitum ad obtinendas Bithynias, Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit.* paulo poſt enim in eadem vita ſcribit quem ſucceſſum habuerit utraque legatio. nam Nigri quidem liberos cepit, qui ad illam rem miſſus eſt & adduxit. Bithyniam vero occupare non potuit Heraclius, Byzantium jam tenente Nigro. *Nigri*, inquit, *liberos ad ſe adductos in eo honore habuit quo ſuos. miſerat ſane legionem qua Græciam Thraciamque præriperet, ne eas Peſcennius occuparet: ſed jam Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam volens occupare plurimos de exercitu interfecit.* qui locus mirifice comprobat illam emendationem & adprime docet *Bithynias* ſcripſiſſe Spartianum, non *Britannias.* nec dubium illam legionem quæ miſſa eſt ad Græciam, & Thracias occupandas, hanc eſſe eandem quæ ductu Heraclii miſſa eſt ad Bithyniam occupandam. Quid autem ad Peſcennium Britanniæ, cum illis partibus non incumberet, & bellum totum ferveret in illis quæ dixi locis? non recte igitur hæſitavit vir eruditiſſimus, uter ex altero locus eſſet emendandus.

5 *Et videbatur id facere poſſe per Libyam & Ægyptum.*] Palatinus: *videbatur autem id facere poſſe per Libyam & Ægyptum.* quod ad rem attinet ipſam, idem in Severo: *ad Africam tamen legiones miſit ne per Libyam & Ægyptum Niger Africam occuparet, ac P. R. penuria rei frumentariæ perurgeret.*

6 *Difficili licet itinere & navigatione.*] Hærere ſe fatentur in hac periodo eruditiſſimi viri. ego ut verum fatear non valde hæreo. ſic enim ſenſus eſt; Severum cum metueret ne Africam Peſcennius occuparet, ad eam legiones miſiſſe. id autem poſſe videbatur facere Peſcennius, ut Africam ſcilicet occuparet, per Libyam & Ægyptum, quæ vicinæ ſunt Africæ,

licet itinere ac navigatione. Et Peſcennius quidem veniente ad Orientem Severo, Græciam, Thracias, & Macedoniam, interfectis multis illuſtribus viris, tenebat, ad participatum imperii Severum vocans: à quo, cauſa eorum quos occiderat, cum Æmiliano hoſtis eſt appellatus: deinde à ducibus Severi per Æmilianum pugnans victus eſt. Et quum illi tutum exilium promitteret ſi ab armis recederet, perſiſtens iterum pugnavit, & victus eſt, atque apud Cyzicum circa paludem fugiens ſauciatus, [1] & ſic ad Severum deductus,
atque ſtatim mortuus. [2] Hujus caput circumlatum 6
pilo Romàm miſſum, filii occiſi, necata uxor, patrimonium publicatum, familia omnis extincta. Sed hæc omnia poſteaquam de Albini rebellione cognitum eſt, facta ſunt: nam prius & filios Nigri & matrem in exilium miſerat. [3] Sed exarſit ſecundo civili bello, imo etiam tertio, & factus eſt durior. Tunc enim

cæ, quamvis iter ſit difficile, nec admodum facilis navigatio. id eſt quamvis & mari & terra difficile ſit iter per Ægyptum & Libyam ad occupandam Africam, tamen id facere poſſe videbatur. arduum enim & difficile id erat, non autem impoſſibile prorſus, ideoque ne id faceret metuebat Severus. illa igitur verba, *difficili licet itinere ac navigatione*, nihil prorſus habent difficultatis, quæ ita capienda ſunt ac ſi dixiſſet, *licet ſit iter difficile ac navigatio.* idem genus prope loquendi Plautinum: *Mirum eſt te lolio victitare, tam vili tritico.* id eſt, cum adeo vile ſit triticum. videbatur, inquit, id facere poſſe per Ægyptum & Libyam, licet difficili itinere & navigatione. ſed tædet in re facili tricari. iter & navigationem opponit, cum illud terra, hæc mari fiat. ſic vetus interpres Juvenalis, iter & mare, ad illud:

Carpentis venient & navibus. ——
ad corruptores, & itinere venient & mari. hoc eſt, quod heic dixit Spartianus, *itinere & navigatione.*

1 *Et ſic ad Severum deductus.*] *Et ſic ad Severum adductus.* Palatinus & editio vetus.

CASAUBONUS.

2 *Hujus caput circumlatum pilo Romam miſſum.*] Imo Byzantium, non Romam. Dio, τὴν κεφαλὴν ὁ Σεβῆρος ἐς τὸ Βυζάντιον πέμψας, ἀνεσταύρωσεν, ἵν' ἰδόντες αὐτὴν οἱ Βυζάντιοι προσχωρήσωσι. vel igitur fallit nos librarius: vel ipſe auctor eo hallucinatus eſt, quod meminiſſet caput Albini Romam miſſum.

3 *Sed exarſit ſecundo civili bello, imò etiam tertio.*] Primum bellum contra Julianum, alterum contra Peſcennium, tertium contra Albinum: ſed multi non tria, verum duo ſolum bella civilia à Severo geſta ſcripſerunt: quia bellum primum, nihil habuit bellici; cum ut ſuperius dictum eſt, nutu factus ſit victor Severus.

2 *Capillo*

nim innumeros ſenatores interemit Severus, & ab aliis *Syllæ Punici*, ab aliis *Marii* nomen accepit. Fuit ſtatura Peſcennius prolixa, forma decorus, [1] capillo in verticem ad gratiam reflexo, [2] vocis canoræ, ita ut in campo loquens per mille paſſus audiretur, niſi ventus adverſaretur: [3] oris verecundi & ſemper rubidi: cervice

SALMASIUS.

1 *Capillo in verticem ad gratiam reflexo.*] De capillo flexo reflexoque diximus ſatis in Pertinace. *reflexus* autem *capillus* opponitur prolixo & prolicino. nam utroque modo dicebatur. Gloſſæ: *Prolixus*, τανύθριξ. nam τανύθριξ, & οὐλόθριξ contraria ſunt.

2 *Vocis canoræ.*] Sic de Severo: *Cano capite & criſpo, vultu reverendus, canorus voce.*

CASAUBONUS.

3 *Oris verecundi & ſemper rubidi.*] Suetonius in Domitiano, *vultu modeſto ruboriſque pleno.*

SALMASIUS.

3 *Oris verecundi & ſemper rubidi.*] Quibus os rubebat, pro modeſtis & ingenuis habebantur apud veteres, & *oris probi* dicebantur. ſic Pompejus olim ab oris probitate commendatus. de quo Salluſtius dixit, illum oris probi fuiſſe, animi inverecundi. ita Domitianus, Suetonio teſte, *commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, ut apud ſenatum ſic quondam jactaverit, Uſque adhuc certe animum meum probaſtis & vultum.* illis igitur verecundum os eſſe dicebatur, quibus rubebat: & qui multum ſanguinis in ore habebant, illi modeſti, illi probi audiebant. Plinius epiſt. lib. I. epiſt. XIV. *eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa.* item lib. V. epiſt. XVII. *commendabat hac vox ſuaviſſima; vocem verecundia: multum ſanguinis, multum ſollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis.* ita Horatius verecundum colorem vocavit, τὸ ἔρευθος quod juvenibus multo & integro ſanguine plenis ἐπιτρέχει.

Fugit juventas & verecundus color.

ubi verecundum colorem pro rubido poſuit. pallidos autem & mali coloris homines impudentes fere, & inverecundos ducebant, dicebantque, niſi ſi pallor ille ex ſtudiorum contentione contractus videretur. Martialis.

Eſſet, Maxime, cum mali coloris,
Verſus ſcribere cœpit Oppianus.

atque inde vox ἄχρωμος & ἄχροος, impudentem Græcis deſignat & improbum: quæ non ſolum ad homines ſed etiam ad res extenſa eſt. unde ἄχρωμοι ἐργασίαι Artemidoro: ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐργασία ἄχρωμος. ἄχρωμοι ἐργασίαι, ſunt lenonum & aquariolorum. Gloſſæ: ἄχρωμος, *impudica, impudicus.* ἀχρωμία, *impudicitia.* Heſychius: ἄχροον, πονηρόν. ſic pallidum colorem & luteum Græci πονηρὸν χρῶμα & φαῦλον appellant. Ariſtoteles de Chlorione: Χλωρίων δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, κακοήθης δὲ καὶ χρόαν ἔχει μοχθηράν. χρόαν μοχθηρὰν, malum colorem vocat luteum. nam alibi de eodem Chlorione dicit: ὁ δὲ Χλωρίων, χλωρὸς ὅλος. ſic de Charadrio: ἔστι δὲ ὁ χαραδριὸς καὶ τὴν φωνὴν καὶ τὴν χρόαν φαῦλος. Charadrium luteum eſſe nemo ignorat. nam icterum à colore etiam appellarunt, quod ſi ſpectetur, arquatos ſanare credatur. Latini *galgulum* vocabant, ut ſcribit Plinius. *Galgulum* autem pro galbulo dicebant. ut *galbuli*

vice adeo nigra, ut quemadmodum multi dicunt, ab ea *Nigri* nomen acceperit. Cætera corporis parte candidus & magis pinguis: vini avidus, cibi parcus, [1] rei Venereæ

buli & *galguli*, baccæ. *galbulus* autem & *galbeus* de viridi & luteo. ut ruſſeus & ruſſulus: *flammeus* & *flammulus*, de colore igneo & rubro. unde *flammula* vexilla. malum igitur colorem Græci Latinique de pallido, & luteo dixerunt. aliter *improbus color*, pro purpureo Latinis. hinc improba Tyros Martiali. & nomen improbum de tyriamethyſtino apud Plinium. Seneca: *qui lacernas coloris improbi ſumunt.* id eſt purpureas. ſic improba tegmina pedum Valerio Flacco de calceis purpureis:

Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.

ſed unde tam pulcher & eximius color, improbus dictus, quæſivere docti: ego repperi. quidquid nimium eſt, & modum normamque excedit, *improbum* Latinis dictum eſt. ſic *improbus labor* Virgilio, nimis magnus, & immodicus. Suetonius *improbius natum* hominem dixit, qui proceræ ſtaturæ fuit & juſtam excedentis: *ut de quodam proceræ ſtaturæ improbiuſque nato.* nam *naturam* etiam pro ſtatura dixerunt, ut nobis alibi obſervatum. ſic *improbiora labra*, Velio Grammatico, ſunt enormia & ultra juſtum modum protenſa: *chilones improbioribus labris homines à Græco* παρὰ τὰ χείλη. *improbius labiatum* dixit Soſipater, qui nimis magna labia habebat, quem Latini *labionem* dixere. *chilones*, inquit, *ab improbioribus labiis*, quæ Græci χείλη dicunt. ſic *inteſtinum improbe prominere*, apud Marcellinum, pro immodice. cap. XXXI. *ad eos quibus inteſtinum improbe prominet remedium.* ſic *improbum votum* pro arroganti, & captum ejus modulumque, à quo vovetur, ſupergreſſo. hinc excellentem illum & eminentem, & ſuper ceteros omnes colores vividum & fulgentem, improbum appellarunt, quaſi ſuperbum & ceteros colores infra ſe poſitos prægravantem. nos *altum colorem* vulgo appellamus, intenſiorem illum & vividum ſaturumque. Latini ſuperbum & improbum dicebant. ſic *ſuperbiam candoris*, dixit eleganter Vitruvius de candore valde candicante & refulgente. lib. VII. cap. III. *ſemper enim album opus, propter ſuperbiam candoris, non modo ex propriis, ſed etiam ex alienis ædificiis concipit fumum. ſuperbiam lapillorum*, non minus eleganter Tertullianus de habitu muliebri: *ſed & lapillos illos qui cum auro ſuperbiam jungunt, quid aliud interpreter quam lapillos & calculus ejuſdem terræ minutalia? arrogantes lacernas*, de purpureis dixit Martialis:

Illas purpureas & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

Improbus igitur, & ſuperbus & arrogans colos purpureus, qui pro ſua majeſtate reliquos ſibi colores, tanquam minores, ut majori, digniori potentiorique cogat aſſurgere. at *malus color*, & *nequam*, de pallido luteoque. nam & ſine colore & mali coloris eſſe dicuntur qui tales ſunt. ſic ἄχρωμοι, impudentes & oris inverecundi homines. ut contra εὔχρωμοι, pudentes & modeſti, oriſque probi. Gloſſæ: εὔχρους, *boni coloris.* εὔχρωμος, *pudendus.*

CASAUBONUS.

1 *Rei Venereæ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus.*] Trebellius Pollio de Zenobia: *cujus ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut ne virum quidem ſuum ſciret niſi tentatis conceptionibus.*

SALMASIUS.

1 *Rei Venereæ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus.*] *Niſi ad creandos liberos.* Editio vetus cum Palatino.

1 *Denique*

nereæ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus. [1] Denique etiam ſacra quædam in Gallia quæ caſtiſſimis decernuntur, conſenſu publico celebranda ſuſcepit. [2] Hunc in Commodianis hortis, in porticu curva, [3] pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus

CASAUBONUS.

1 *Denique ſacra quædam in Gallia quæ caſtiſſimis decernuntur.*] Hæc eſt omnium librorum lectio: quod eo teſtatum voluimus, quia ſcimus viros doctiſſimos nodum hic in ſirpo quæſiſſe. initio libri dictum eſt, Peſcennium à Commodo in Galliam aliquando miſſum.

2 *Hunc in Commodianis hortis.*] Neque in antiquis Urbis deſcriptionibus, neque uſquam alibi hos invenio.

SALMASIUS.

2 *Hunc in Commodianis hortis in porticu curva.*] *Porticum curvam* interpretor concameratam & in camera porticus illius pictum de muſivo Commodum cum reliquis amicis Iſidis ſacra ferentem fuiſſe intelligo. apſides enim & cameræ frequenter opere iſto muſivario ornabantur. & legere eſt apud Anaſtaſium Bibliothecarium locis plus mille apſidas & cameras de muſivo ornatas. in Leone quarto: *Beati Petri Apoſtoli oraculum miræ pulchritudinis ſummique decoris conſtruxit, quod pulcris marmoribus circumdans ſplendide compſit, apſidamque ejus ex muſivo aureo ſuperinducto colore glorifice decoravit.* item in Sergio ſecundo, de Eccleſia Martini: *Apſidam quoque ipſius aureis muſivo perfuſo coloribus ingenti amore depinxit.* & in Gregorio quarto: *verum etiam fecit in Patriarchio Lateranenſi triclinium miræ magnitudinis decoratum cum apſida de muſivo.* ibidem: *Apſidamque ipſius prænominatæ baſilicæ muſivo aureis ſuperinducto coloribus cum ſumma gratulatione depinxit.* & paulo ſupra: *apſidamque ejuſdem oratorii ſuperaurato muſivo depinxit.* quibus omnibus locis notandum etiam genus muſivi quod inaurabatur. item in Paſcali: *& ſuper columnas in quadriſicio camerantes muſivo pulcriſque metallis decoravit.* *camerantes* autem *columnæ*, ſunt quas Græci εἰλημματικὰς appellant, de quibus alibi nobis dictum. idem in Leone tertio: *nec non & ſolarium ab imo uſque ad ſummum noviter reſtauravit, & in melius firmiſſimis marmoribus ſtravit, atque cameram ipſius matronæ noviter fecit & diverſis hiſtoriis pictura mirifice decoravit.* idem alibi: *ædificavit Eccleſiam cum apſida ampliſſima & cacumina mirifica de muſivo, atque cameram decoratam.* & ita paſſim apud illum auctorem, nam jam tædet plura congerere, leges apſidas & cameras templorum, porticuum, Baſilicarum, oratoriorum, & tricliniorum muſivo opere decoratas & depictas. ſic curvæ iſtius porticus camera muſivo pictos habebat Commodum Commodique amicos ſacra Iſidis ferentes. *curvaturæ* autem *arcuaturæ*, & *concamerationes* & *volutæ* pro eodem.

CASAUBONUS.

3 *Pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus, ſacra Iſidis ferentem.*] Cum alias Romæ, tum illo potiſſimum ſeculo multus picturæ uſus fuit, ad propagandam rerum memoriam. libro ſuperiore de porticu dictum, in qua res bello geſtæ à Severo fuerant depictæ. Capitolinus de Maximino: *Juſſit tabulas pingi, ita ut erat bellum geſtum, & ante curiam proponi, ut facta ejus pictura loqueretur.* Sic ludorum magnificentiam in porticibus depingebant, ne memoria intercideret, ut ſcribit Vopiſcus in Carino. quinetiam, ut ante dicebamus, ſi ca-

mus ſacra Iſidis ferentem: quibus Commodus adeo deditus fuit ut & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes

ſi cujus principis memoriæ faveret ſenatus. ſæpe decreto patrum juſſi omnes illum habere pictum. Ergo etiam Iſiaci ſacerdotes cum Anubin portarant, ejus diei & pompæ, vel ut ipſi loquebantur, ejus humilitatis memoriam pictura conſervabant. Tertullianus in carmine ad ſenatorem.

Teque domo propria pictum cum faſcibus ante,
Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.
Hæc non humilitas, ſed humilitatis imago.
Ædibus illa tuis ſemper monumenta manebunt.

Quid ſit *pingere de muſivo*, Joſephus Scaliger ad Manilium, nos ad Suetonium fuſe docuimus. Anaſtaſius De vitis pontificum in Leone tertio, *ædificavit eccleſiam cum apſida ampliſſima, & cacumina mirifica de muſivo.* ibidem, *fecit in triclinio majori mira pulchritudinis decoratam apſidam, de muſivo ornatam.* ſic & alibi. Leges etiam apud eundem, *decorare ex muſivo*, ut in Leone quarto: vel, *pictura muſivi decorare*, ut in Benedicto tertio. item *muſivo & pictura ornare*, ut in S. Zacharia & *ornare ex muſivo*, ut in S. Hilario. alibi, *muſivo depingere*. Sic apud Gregorium Turonenſem & Aimoinum, recentiores Græci μουσοῦν, & διὰ μουσίων καλλωπίζειν. apud Codinum ὑποδήματα μουσώτικα, ut apud Trebellium Pollionem in Tetrico juniore, *corona picturata de muſio.*

SALMASIUS.

Pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus.] *De muſio* habet heic ſcriptum Palatinus. & ſane *muſium* & *muſivum* dicebatur: ut dium & divum: *ſub dio* & *ſub divo*. ſic *odium* & *odivum*, quod Græcis ᾠδεῖον. veteres Gloſſæ titulo de ſpectaculis: *Odivum*, ᾠδεῖον. quod vulgatius dicitur *odium*. ſic igitur muſium & muſivum. Trebellius Pollio: *accipiens ab his ſceptrum, coronam civicam picturatum de muſeo.* nam muſeum & muſium idem. ſed muſium melius ſcribitur. ut Lycium, Λύκειον: *Gynæcium*, γυναικεῖον: *Prytanium*, πρυτανεῖον. de quibus in vita Hadriani diximus. ſic muſium μουσεῖον. μουσεῖον enim Græci ſcriptores vocaverunt illud muſivum opus, non μουσαῖον, ut putat vir eruditiſſimus ad Manilium, qui & μουσοῦν dixerunt, muſivo decorare. Codino, μουσεῖον, *muſium*, vel *muſeum*. τόδε μουσεῖον ἐκεῖνο καὶ τὰ μάρμαρα ἀπῆρε Βασίλειος ὁ βασιλεὺς ὅτι ᾠκοδόμησε τὴν νέαν καὶ τὸν φόρον. doctiſſimi hujus ætatis viri pavimentum & muſivum nihil differre arbitrantur. *pavimentum* autem eſt teſſellatum opus vel ipſa teſſellatio, unde *ars pavimenti*, apud Lucillium. ſed pace dixerim eruditiſſimorum hominum, tantum intereſt inter muſium & pavimentum, quantum inter ſolum & cameram triclinii. nuſquam enim invenies dictum apud ullum authorem, ſive recentem placeat ſumere ſeu vetuſtum, pavimenta de muſivo picta aut ſola de muſivo ſtrata. ſemper cameris & apſidibus aſſignatur muſivum ut ſolo pavimentum. idem eſt tamen utrumque opus & teſſellatione utrumque contexitur. ſed ut pavimentum nunquam de camera, ſic nec muſeum de pavimento. etſi ſcripſerit Plinius lib. XXXVI. cap. XXV. *pavimenta de humo pulſa tranſiiſſe in cameras.* hoc verum eſſe nemo ibit inficias. pavimentorum tamen nomen ad cameras quoque tranſlatum, id ego nego & pernego. cameram igitur, trullum, apſidem legis ubique muſivo pictam, ſolum autem aut ἔδαφος nunquam. Plinius libro

eodem

eodem quo ſupra cap. XXI. *non prætermittenda eſt & pumicum natura. appellantur quidem ita & cetera ſaxa eroſa omnis: in ædificiis muſea vocant dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.* vides *muſea* proprie dici in ædificiis non pavimenta, ſed arcuaturam ad ſimilitudinem ſpecus arte factam. Codinus hanc differentiam religioſe obſervat. cum enim eodem opere ſola, parietes & cameræ decorarentur; πάτωσιν vocat, quod in ſolo ponitur; ὀρθομαρμάρωσιν, quod in parietibus; in cameris vero & pendentibus μουσίωσιν. & πάτωσιν quidem διὰ συνθετῆς teſſellatum opus quod ex ſectione fit minutorum lapillorum: ἐπάτωσε, inquit, τὰς αὐτὰς περιπάτους μετὰ συνθετῆς. hoc eſt, ex ſectili pavimento ſtravit. quem locum, ut cetera pæne omnia peſſime acceperunt interpretes. idem alibi: τὸν δὲ πάτον διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων κατέστρωσε. ejuſmodi autem ποικίλα & πολυτελῆ μάρμαρα, *marmora in exemplis*, vocat Anaſtaſius in Leone tertio: *ponens in eo fundamenta firmiſſima & in circuitu laminis marmoreis ornavit atque marmoribus in exemplis ſtravit.* marmora autem *in exemplis* ſunt marmora *exemplata*, hoc eſt figurata & imaginata. Græci enim recentiores, ἐξεμπλατὸν dixerunt, quidquid eſſet pictum ad alicujus rei inſtar exprimendum. *calices ingemmis* idem dixit, gemmatos calices. *marmorea exempla* alibi idem dixit, *& in pavimento marmoreis exemplis ſtratis.* marmorea vero iſta exempla teſſellato opere fiebant. in epiſtolis Pontificum epiſt. LXVII. *Præfulgidos atque nectareos regalis potentiæ veſtræ per Arvinum ducem ſuſcepimus apices, in quibus referebatur quod palatii Ravennatis civitatis muſiva atque marmora ceteraque exempla, tam in ſtrato quamque in parietibus ſita vobis tribueremus.* Hæc ad πάτον atque ad pavimentum. In parietibus ὀρθομαρμαρώσεις appellat Codinus: εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσαν καὶ ὀρθομαρμάρωσαν καὶ αὐτόν, de trullo loquitur. idem paulo poſt: ἐβούλετο δὲ ὁ βασιλεὺς τοὺς ὀρθομαρμαρώσεις καὶ τὸν πάτον ὅλον χρυσοῦν ποιῆσαι. id eſt parietes & pavimentum. ὀρθοστρώσεις elegantiores Græci vocabant. nam de pavimento στρῶσιν dicebant, de parietibus ὀρθοστρώσεις. inde ὀρθόστρωτοι τοῖχοι apud Hieroclem de nuptiis penes Stobæum: quam vocem ibi fruſtra mutare laborant viri docti: τίς γὰρ ἱερὸς τοιοῦτος γένοιτ' ἂν οἰκίας κόσμος, οἷός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κοινωνίαν; οὐ μὲν δὴ πολυτελεῖς οἶκοι καὶ ὀρθόστρωτοι τοῖχοι, καὶ περίστοα τοῖς ὑπὸ τῆς ἀπειροκαλίας θαυμαζομένοις λίθοις διακεκοσμημένα, οὐδὲ ζωγραφία καὶ ἀλσοὶ μυρρινῶνες. ὀρθόστρωτοι igitur τοῖχοι ſunt ὀρθομαρμαρωτοὶ, hoc eſt cruſtis marmoreis & laminis inducti. Atque hæc de parietibus & pavimentis. Reſtat de cameris, quarum muſivum proprium eſt. Codinus μουσίωσιν trullo tribuit. Anaſtaſius ita multis locis muſivi meminit & ad cameras tantum depingendas vel ornandas, ut pæne pigeat aliquid ex illo huic rei confirmandæ referre, cum id ſatis ſuperque ſupra præſtiterimus. pauca tamen ſufficiet producere præter illa quæ jam attulimus. in Hadriano: *fecit autem & in Patriarchio Lateranenſi triclinium majus ſuper omnia triclinia nomini ſuæ magnitudinis decorata, ponens in eo fundamenta firmiſſima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis ſtravit, & diverſis columnis tum porphyreticis quamque albis & ſculptis cum vaſibus & liliis ſimul poſtibus decoravit cameram cum apſida de muſivo.* ubi aperte pavimentum diſtinguit à muſivo quo ſolæ cameræ ornabantur. idem in eodem: *præfatus vero ſanctiſſimus Pontifex juxta Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli fecit in triclinio majori miræ pulcritudinis decoratam apſidam de muſivo ornatam & apſidas duas dextra lævaque ſuper marmore & pictura ſplendentes, & in pavimento marmoreis exemplis*

lis ſtratis. marmorea exempla pavimento aſſignat, muſivum apſidibus. idem ibidem : *ædificavit Eccleſiam cum apſida ampliſſima, & cacumina muſifica de muſivo atque cameram decoratam, ſeu Presbyterium, & pavimentum marmoribus pulcris ornavit.* nuſquam aliter apud eumdem repeṛias niſi apſidas muſivo decoratas, pavimenta autem marmoreis exemplis ſtrata. ſic nunquam muſivum de pavimentis uſurpatur. quamvis pavimentorum opus eadem ratione, & forma componatur quo muſiva, ex parvis variiſque teſſellis aut lapidum ſecturis quibus diverſæ formæ & figuræ exprimuntur, de quibus abunde docuit ad Suetonium doctiſſimus Caſaubonus. λιθόστρωτα autem & ψηφολογητὰ clare diſtinguit Plinius, quæ quidam confundunt. nam ſcribit pavimenta expuliſſe lithoſtrota. at proprie pavimenta τὰ ψηφολογητὰ cenſebantur. Gloſſæ : *pavimentum*, ψηφολόγημα. ψήφωσιν etiam vocabant Græci. ψήφωσις, *pavimentum*. & ψηφωτὴ, *glarea*. ψηφὶς autem & ψηφωτὴ, idem eſt. ψηφὶς glarea. Gloſſæ optimæ : *teſſellatum*, ψηφοθέτημα. *teſſellæ*, ψηφοθετεῖ. eædem Gloſſæ χονδροβολίας ἔδαφος vocant. *pavimentum*, χονδροβολίας ἔδαφος. quod verbum dum explicat vir doctiſſimus, perperam eſſe compoſitum ſcribit à χόνδρος & voce βόλια, quæ teſſerulas ſignificant. ſed inuſitatum eſt ut in compoſitione alicujus verbi duo vocabula idem ſignificantia jungantur. ἀπὸ τοῦ βάλλειν igitur & nomine χόνδρος vox illa compoſita. & χονδροβόλοι dicuntur teſſellatores, ut ψηφοβόλοι. & χονδροβολία, ut ψηφοβολία, *teſſellatio*. unde & χονδροβολεῖν, teſſellatum facere. χόνδρος autem eſt glarea & minutiſſimus calculus. non omittam etiam monere, quandoquidem ſemel de pavimentis agere cœpimus, quantum eſt hominum eruditorum hallucinatos eſſe in exponendo verſu Juvenalis :

Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

etiam illum magnum virum qui illo loco, ubi de pavimentis tractat, hunc verſum exponere conatus eſt, & Lacedæmonium orbem interpretatur pavimentum ſtibadii marmoreum, orbibus vel ornatis figuris diſtinctum. ſed ſane mirum loquendi genus eſſet, ſi orbis diceretur, pavimentum multis orbibus teſſellatum. cur non potius dixiſſet, *Lacedæmonios orbes?* non diu ſuſpenſum lectorem tenebo. Lacedæmonius orbis Juvenali eſt menſa ex Lacedæmonio marmore, vel abacus. Horatius :

——— lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. ——

interpres vetus : *menſa marmorea, quam Delphicam vocant.* orbes autem menſas dici adeo tralatitium eſt apud Latinos poëtas, ut frequentius pæne orbes quam menſas nominent. *Libyci orbes, orbes citrei*, apud Martialem ſunt menſæ citreæ. ſic orbis Lacedæmonius, eſt menſa marmorea vel abacus, qui quod rotundus eſſet, orbis dictus eſt Juvenali. nam & menſæ rotundæ etiam orbis nomine ſunt appellatæ. Delphicæ menſæ Latinis, & ſimpliciter Delphicæ. Græcis Δελφίδες τράπεζαι. Lucianus : ἐπὶ δελφίδος τραπέζης. vulgo δελφινίδος. perperam. Suidas : Δελφὶς, ἡ Δελφικὴ τοῦ Ἀπόλλωνος. at recentiores Græci, τὰς δέλφικας dixerunt, & ὁ Δέλφιξ, τοῦ Δέλφικος declinarunt. Etymologicum magnum : Δέλφικας, τοὺς τρίποδας Ῥωμαῖοι. ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. in Synopſi Baſilic. τραπεζοφόροι οἱ τραπέζας ἔχοντες, δέλφικες, συβσέλλια. legitur δελφῖνες vulgo, & male δελφῖνας etiam dictos illos abacos inde probant. Delphicas autem illas menſas factura rotundas fuiſſe, vel ipſa denominatio poteſt oſtendere, nam tales fuiſſe δελφικοὺς τρίποδας notiſſimum. Pollux : τὸ δ' ἐπίθημα τρίποδος κύκλον καὶ ὅλμον δεῖ καλεῖν, ἐπεὶ καὶ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος

[1]& omnes partes expleret. Fuit ergo Niger miles opti-

ἐπίθημα ὃ ἐσκεύαστ) ἐν περιφερὴς ὅλμος καλεῖται. Hinc orbis Lacedæmonius poëtæ pro Delphica ex Lacedæmonio lapide. proſtabant porro pocula omne genus in illis Delphicis expoſita, & ibi pytiſſabant, abacumque ut & pavimentum effuſionibus rejectionibuſque lubricabant. male autem *Pityſma* in illo verſu legit vir ſummus, & à πιτύζειν Græco verbo deducit. cum πιτύζειν, Græcum verbum non ſit, nec uſpiam apud auctores legatur, ſed πυτίζειν, & πύτισμα. atque adeo omnes libri in illo; Juvenalis verſu recte *pytiſmate* legunt non *pityſmate*. Vitruvii etiam loco qui Juvenalem unus unice explicat, *potiſmatiis* habent ſcripti libri quos olim in Bibliotheca Palatina contulimus, *potiſmatis* pro *putiſmatis*, hoc eſt πυτίσματος. πυτίζειν igitur eſt ejaculari vel ejicere. Etymologicum magnum ſic ἐτυμολογεῖ· πυτίζω παρὰ τὸ πτύω πτυτίζω περιφραγμένον καὶ ἀποβολὴ τοῦ τ. τινὲς δὲ παρὰ τὸ φυσῶ φυσίζω καὶ ἐναλλαγῇ τοῦ φ πυτίζω. ſatin aperte hæc oſtendunt quid ſit πυτίζω, & quomodo ſcribendum. hinc πυτισμὸς αἵματος, Heſychio, ſanguinis cum impetu effuſio & ejaculatio: ἐσκίφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμε, τοῦ πυτισμοῦ τοῦ αἵματος. Ariſtophanes non aliud intellexit iſto verſu in Lyſiſtrata:

> Εὔχερων γέ τ' αἷμα κ' ἀποπυτίζει καλῶς.

πύτιον apud Æoles & antiquos Græcos ſcaturiginem ebullientem & aquas in altum ejaculantem ſignificabat. inde vox Latina *puteus*. Varro: *unde ſumi poteſt puteus, niſi quod Æoles dicebant* τὸ πύτιον. ita enim legendum. idem alibi *puteum* vocem Græcam eſſe antiquam notavit his verbis: *itidem puteus quod ſit Græcum antiquum, non ut nunc* φρέαρ *dictum*. ſed hæc alibi. inde igitur πυτίζειν. à quo Latinum *pytiſſare*. πυτίζω, *pytiſſo*. ut βαδίζω, *badiſſo*: σαλίζω, *ſaliſſo*: unde *ſaliſſatores*. οἶνον πυτίζειν, & ἐκπυτίζειν eſt vinum ore rejicere. Alexis:

> Καὶ τὸν μὲν ὀξίνῃ οἶνον ἐκπυτιζόμενον.

ita enim legendum, non ut cenſet vir incomparabilis ἐκπιτυζόμενον. & ſic apud Archedicum:

> Διαπυτίσασ' οἶνον δὲ τοιοῦτον χαμαί.

idem intellexit Callimachus:

> Τὸ τρίτον ἡ γῆ ἔπινε, τὰ δ' αὖθις
> φυλλοβολοῦντα
> Τἀνδρὸς ἀπὸ στομάτων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.

quo de more in Græcorum epigrammatum editione plura. *pytiſſare*, Eugraphius exponit *expuere*. ſic Græci πυτίζειν, π. ὑδ. *proprie*, inquit, *pytiſſare dicitur quod guſtare, quaſi cum quadam probatione expuere*. notat Faernus in vetere libro Bembi *pytiſare* unico *ſ* ſcriptum eſſe. ſic enim *comiſatum* pro *commiſſatum* ſcribebant. in eodem libro pytiſſare exponebatur, *expreſſis labris ſpuere, dum ſapor vini probatur*. ſolent etiam hodie apud nos qui vinum probant, expreſſis labris illud expuere. hinc igitur exponendus ille verſus Juvenalis de divitibus qui ad abacum marmoreum vinum pytiſſant, & pytiſmatis abacum lubricum reddunt, quem Lacedæmonium orbem vocat poëta. quod alibi pluribus adſtruemus.

GRUTERUS.

1 *Et omnes panſas expleret.*] Admiſi hanc lectionem, ejecta vulgari, *partes*, quod exſtaret diſerte in Palatinis membranis, *paucas*, videatur infra Caracallæ caput IX.

SALMASIUS.

1 *Et omnes partes expleret.*] Longe diverſa lectio in Palatino, qui ſic habet: *& omnes paucas expleret*. ſcribendum utique: *& omnes panſas expleret*. *pan-*

optimus, tribunus ſingularis, dux præcipuus, legatus ſeveriſſimus, [1] conſul inſignis, vir domi foriſque conſpicuus, imperator infelix: uſui denique reipub. ſub Severo homine tetrico eſſe potuiſſet, ſi cum eo eſſe voluiſſet. [2] Sed deceptus eſt conſiliis [3] Severi Aureliani, [4] qui filias ſuas ejus filiis deſpondens, perſiſtere eum 7
fecit in imperio. Hic tantæ fuit autoritatis, ut ad Marcum Antoninum primum, deinde ad Commodum ſcriberet, [5] quum videret [6] provincias facili adminiſtra-

pauſas pro *pauſas*: ut in Heliogabalo, *facelatibus* pro *faſelaribus*. *pauſas* autem *explere* dixit quod in Caracallo in eadem re, *pauſas edere*: *cum Antoninus Commodus ita ea (ſacra Iſidis) celebraverit ut & Anubim portaret & pauſas ederet*. vulgo ibi excuſum eſt, *pauſa ſederet*, ſed male. certæ igitur videntur fuiſſe pauſæ conſtitutæ in quibus pauſabant, qui Anubim portabant, quas pauſas nunc ſtationes dicimus. quas omnes pauſas cogebantur explere qui ſacra Iſidis ferebant, cum certis locis requieſcebant ubi ſtatutæ erant illæ pauſæ, & ſimulacrum deponebant, pauſas edere & explere dicebantur. Gloſſæ: *pauſæ*, *ἀναπαῦλ*. Arnobius: *pauſata circum arboris robur*. hoc eſt *ἀναπαυόμενον*. qui locus vulgo in mendo cubat. ad certas autem arbores ſacras, aut ſacella quædam diſtributas & aſſignatas illas fuiſſe pauſas veriſimile eſt, eaſdemque ſemper repetiſſe, quotieſcunque Anubim portarent. plura infra de his pauſis dicemus.

1 *Conſul inſignis, vir domi foriſque conſpicuus.*] Non tantam illi conſpicuitatem tribuit Dio, qui modice modeſteque de illo loquitur, quem ſcribit non valde nec in bonum nec in malum inſignem fuiſſe, ſed mediocrem in utroque, & eo nomine non eſſe aut magno vituperio dignum, aut magna laude: οὗτος δὲ, inquit, Ἰταλὸς μὲν ἐξ ἱππέων. οὔτε δὲ εἰς τὸ κρεῖττον οὔτε εἰς τὸ χεῖρον ἐπίσημος· ὥστε τινὰ ἢ πάνυ αὐτὸν ἐπαινεῖν ἢ πάνυ ψέγειν.

2 *Sed deceptus eſt conſiliis Severi Aureliani.*] Membranæ & vetus editio: *ſcevi Aureliani*. unde ſcribendum conjicio: *ſed deceptus eſt conſiliis ſcævis Aureliani*. ſcæva & ſiniſtra conſilia Aureliani illius vocat, quibus deceptus Niger in imperio perſeveravit. mala igitur conſilia, *ſcæva* vocat. Gloſſæ: *σκαιὸς, ſcævus, importunus*. apud Adelmum:

—— *ſine crimine ſcævo.*

perperam *ſævo* in Caniſii editione. ſic apud eumdem, *ſcævæ loquelæ*:

Blæſos ac balbos qui ſcævis verba loquelis
Corrumpunt.

idem alibi:

His igitur ſtringuntur ſcæva procordia
Pectora.

GRUTERUS.

3 *Severi Aureliani.*] Palatinus *Scevi Aureliani.*

CASAUBONUS.

4 *Qui filias ſuas ejus filiis deſpondens.*] Regius, *qui filiis ſuis ejus filias deſpondens*. ſed filiorum Peſcennii ſæpius mentio habetur in hac & Severi vita.

SALMASIUS.

5 *Cum videret provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.*] *Adminiſtrationes* heic ſunt *adminiſtratores*. ſic infra *orationes* pro *oratoribus* notabimus. *Regna* pro *regibus*. *pulſis regnis* Floro, hoc eſt *pulſis regibus*. apud Marcellum,

ſtrationum mutatione ſubverti: Primum ut nulli ante quinquennium ſuccederetur provinciæ præſidi, vel legato, vel proconſuli, quod prius deponerent poteſtatem quam ſcirent adminiſtrare: ¹deinde ne novi ad regendam Remp. accederent. Præter militares admini-

cellum, *matrimonium Cæſaris.* pro, *conjux Auguſti.* ſic *Ludus* pro *Ludio.* unde *Laniſtæ*, λυδοτρόφοι dicuntur in optimis Gloſſis. hoc genere etiam recentiſſimi auctores uſi ſunt. nam in vita, niſi fallor, Ottonis Pomeranorum Epiſcopi *equitaturæ* pro *equis*: *ſublatis ergo equis œconomus re agnita ad Epiſcopum venit: de via ſua & negotiis ſuis inſinuat, equitaturas repetit, quas ſi habere non poſſit, ad omnia ſe impeditum dicit.* ibidem leges *captivitates* pro *captivis.* apud Caniſium in antiquæ lectionis libris.

CASAUBONUS.

6 *Provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.*] Ipſos qui provincias adminiſtrarent vocat *adminiſtrationes*, ut conjuges paſſim dicuntur *matrimonia.* Quin autem utile ſit provinciis non facile adminiſtrationem mutare, ambigit nemo. Ideo jure laudatus imperator Pius, qui bonos præſides ſeptenis & novenis annis detineret, ut ſcribit Capitolinus. ſed ut ſunt res humanæ, huic commodo ingens periculum adnexum: multos enim diuturnioris imperii conſuetudo corrupit, & ad rerum novarum conſilia impulit. quam ob cauſſam Julius Cæſar tempus regendarum provinciarum lege arctavit: qua de re plura ad ejus vitam, capite xxx.

SALMASIUS.

1 *Deinde ne novi ad regendam remp. accederent. Præter militares adminiſtrationes intimavit etiam.*] Præter vitioſam diſtinctionem, qua hic locus inquinatus eſt, etiam male acceptus à doctis interpretibus, ut non uno malo laboraret. diſtinctionem primum ſic emenda: *deinde ne novi ad remp. regendam accederent præter militares adminiſtrationes. Intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent.* Novi autem heic non ſunt novi cives Romani ex edicto Antonini, ſed novi homines qui humili loco nati ſibi ad ampliſſimas dignitates & honores per virtutem & meritum viam patefecerunt. Vulcatius in Avidio Caſſio, *novo genitus Avidio Severo: qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates pervenerat.* volebat igitur hic Peſcennius, & de eo ad principem retulerat, ut novi homines ad regendam rempublicam non admitterentur in adminiſtrationibus duntaxat civilibus: nam in militaribus ubi ſola virtus penſitanda eſt, & perpendendum meritum, non putabat ſpectari debere antiquitatem familiæ & nobilitatem; ſed ſolis illis id genus adminiſtrationes dari, qui digni eſſent. novis igitur hominibus non interclusit aditum ad militares adminiſtrationes Peſcennius, ſed ſolas civiles. & ſane hi erant novorum hominum gradus in adipiſcendis honoribus, ut per præfecturas cohortium, vel alarum, ad tribunatus, ducatus, ac maximas deinde reliquas dignitates in militia pervenirent. accipe ergo heic novos, ut ætate Ciceronis accipiebantur. atque ut omnia facias, non aliter liceat diſtinguere & interpretari hunc locum. Exempla autem novorum hominum qui per illos gradus ad imperium aſcenderunt, habes proxime in Severo: habebis paulo poſt in Macrino, in Maximino & ſimilibus.

1 *Inti-*

miniſtrationes, [1] intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent: quod poſtea Severus, & deinceps multi tenuerunt, ut probant [2] Pauli & Ulpiani præfecturæ, [3] qui Papiniano in conſilio fuerunt: ac poſtea quum [4] unus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt. Hujus etiam illud fuit, [5] Ut nemo aſſideret in ſua provincia, ut nemo adminiſtraret Romæ, [6] niſi Romanus, hoc eſt oriundus urbe. [7] Addidit præterea conſiliariis ſalaria, ne eos gravarent quibus aſſidebant, dicens, Judicem nec debere dare nec accipere. Hic erga milites tanta fuit cenſura, ut quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſponderit, [8] *Nilum habetis, & vinum quæritis?* ſi quidem [9] tanta illius

CASAUBONUS.

1 *Intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent.*] *Intimare* eſt γνώμην εἰσφέρειν, auctor eſſe principi vel ſenatui ut aliquid decernatur. Capitolinus in Pertinace, *ut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.* Aſſeſſores & urbanis & provincialibus magiſtratibus erant communes. itaque *provinciæ* hic non ſunt ἐπαρχίαι, ſed ἀρχαί.

2 *Pauli & Ulpiani præfecturæ.*] Prætorianæ.

4 *Unus ad memoriam paruiſſet.*] *Parere ad memoriam*, quod Herodianus, προεστῶναι τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως.

5 *Ut nemo aſſideret in ſua provincia.*] Vide legem tertiam Dig. De officio aſſeſſorum, & titulum Codicis XLI. libri primi.

6 *Niſi Romanus, hoc eſt oriundus Urbe.*] Non natus ſolum in Urbe, ſed cujus pater & majores, cives fuiſſent Romani. Nam illis temporibus cum omnes facti eſſent cives Lege Antonini, diſcrimen ſtatuebatur inter veteres & novos. Quamobrem quod modo dictum eſt, intimaſſe Peſcennium, *ne novi ad regendam remp. accederent*, bifariam accipi poteſt: vel de iis qui lege Antonini cives facti fuerant, ſive ipſi, ſive eorum patres; vel de iis quorum fides & induſtria levioribus adminiſtrationibus non fuiſſet probata. multi enim per ſaltum à malis principibus fuerant promoti.

7 *Addidit præterea conſiliariis ſalaria.*] Nam Auguſtus qui primus præſidibus provinciarum ſalaria inſtituit, de aſſeſſoribus & conſiliariis caverat nihil. Dio libro LIII. Lege titulum Codicis De annonis & capitu adminiſtrantium vel aſſeſſorum.

8 *Nilum habetis & vinum quæritis.*] Simili voce querentem populum de inopia & caritate vini coërcet Auguſtus apud Suet. cap. XLII.

9 *Tanta illius fluminis dulcedo.*] Τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ πολυφορώτατον καὶ γλυκύτατον. Athenæus. idem Strabo, Galenus, alii.

SALMASIUS.

3 *Qui Papiniano in conſilio fuerunt.*] Vetus editio *Papiano*, & ita infra ſcribitur in Caracallo.

9 *Siquidem tanta illius fluminis dulcedo.*] Palatinus & editio, *dulcitudo.*

lius fluminis dulcedo, ut accolæ vina non quærant. Idem tumultuantibus iis qui à Sarracenis victi fuerant, & dicentibus, *Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus. Erubeſcite*, inquit, [1] *illi qui vos vincunt, aquam bibunt.* [2] Idem Palæſtinis rogantibus ut eorum cenſitio levaretur idcirco quod eſſet gravata, reſpondit, *Vos terras veſtras levari cenſitione vultis*, [3] *ego vero* [4] *etiam*
8 *aërem veſtrum cenſere vellem.* Denique Delphici Apollinis vates in motu reip. maximo, quum nuntiaretur tres eſſe imperatores, Severum Septimium, Peſcennium Nigrum, Clodium Albinum, conſultus quem expediret reip. imperare, verſum Græcum hujuſmodi fudiſſe dicitur,

[5] *Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.*

Ex quo intellectum *Fuſcum*, Nigrum appellatum vaticinatione: Severum, *Afrum*: *Album* vero, Albinum dictum. Nec defuit alia curioſitas. Requiſitum eſt qui eſſet obtenturus rempub. Ad quod ille reſpondit alium

CASAUBONUS.

1 *Illi qui vos vincunt, aquam bibunt.*] Et hodie Sarraceni hydropotæ ſunt: etſi non voluntate, ſed præcepto religionis, quod à pſeudopropheta ſuo acceperunt. olim vero inopia faciebat abſtemios, & rei ruſticæ inſcitia pariter ac neglectus. Ammianus Marcellinus, libro XIIII. *Nec Sarracenorum quiſquam aliquando ſtivam apprehendit vel arborem colit, aut arva ſubigendo quæritat: ſed errant ſemper per ſpatia longe lateque diſtenta, ſine lare, ſine ſedibus fixis aut legibus.* poſtea; *Victus univerſis caro ferina eſt, lactiſque abundans copia, qua ſuſtentantur: & herbæ multiplices, & ſi quæ alites capi per aucupium poſſint: & pleroſque nos vidimus frumenti uſum & vini penitus ignorantes.*

2 *Idem Palæſtinis rogantibus.*] Non aſſentior viris magnis, qui interpretantur de Judæis: quos ſcimus Flaviorum legibus & Hadriani à terra ſua juſſos abſtinere, ut & Tertullianus ſcribit: ſed illi intelliguntur, qui iis expulſis Palæſtinam incoluerunt. de his plura Spartianus in Severo.

4 *Etiam aërem veſtrum cenſere vellem.*] Id vero etiam avaritia principum tandem eſt factum: impoſito non Judæis ſolum, ſed in univerſum omnibus, tributi genere, quod ἀερικὸν de aëris cenſitione dictum eſt. Ita exponere memini doctorum doctorem Jacobum Cujacium Obſervationum libro decimo, capite ſeptimo.

5 *Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.*]

Ἄριστος ὁ Φαιὸς, Ἄφρος δ' ἐσθλὸς,
Λευκὸς δὲ χείριστος.

SALMASIUS.

3 *Ego vero etiam aërem veſtrum cenſere vellem.*] Ἀερικὸν vectigal tangit his verbis Tertullianus: *nec tam execrabile eſſet nomen Publicanorum apud Dominum niſi extraneum, vendentium ipſius cœli & terræ & maris tranſitus.*

1 Eun-

alium verſum talem,

[1] *Fundetur ſanguis Albi,* [2] *Nigrique minantis;*
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Item quum quæſitum eſſet quis illi ſucceſſurus eſſet, reſpondiſſe itidem Græco verſu dicitur,

[3] *Cui dederint ſuperi, nomen habere Pii.*

Quod omnino intellectum non eſt niſi quum Baſſianus Antonini, [4] quod verum ſignum Pii fuit, nomen accepit. Item quum quæreretur quamdiu imperaturus eſſet, reſpondiſſe Græce dicitur,

[5] *Bis denis Italûm conſcendet navibus æquor:*
[6] *Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*

Ex

CASAUBONUS.

1 *Fundetur ſanguis Albi, Nigrique minantis. Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.*]

Ῥεύσει δ' αἷμα χύδην Λευκοῦ, Μέλανός τε ἀγαυοῦ·
Ὃς δὲ Λίβυς γένος ἐστὶν ἀνήρ, κεῖνος βασιλεύσει·

vel,

Ὃς Λιβυκῆς πόλεως δ' ἀστὸς πέλει, οὗτος ἀνάξει.

3 *Cui dederint ſuperi nomen habere Pii.*]

Ὧι θεοὶ Εὐσεβίου τοὔνομα δῶσιν ἔχειν.

4 *Quod verum ſignum Pii fuit.*] Nam ille primus Auguſtorum Antonini cognomen habuit: ab eo ceu fonte primario. derivatum eſt in alios omnes. vide ad Marcum.

5 *Bis denis Italûm conſcendet navibus æquor: Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*]

Εἴκοσι νῆας ἔχων Ἰταλὴν ἀναβήσεται αἶαν·
Εἴγε μία πόντον ναῦς ὅλον περάᾳ.

SALMASIUS.

2 *Nigrique minantis.*] Quid eſt Niger minans? an minus minabatur Albinus? optime in Palatino, *animantis*. itaque legendum:

Fundetur ſanguis albi nigrique animantis.

per *album animantem*, *Albinum* deſignabat oraculum: per *nigrum*, *Nigrum*. & probabile eſt in Græco fuiſſe,

λευκοῦ καὶ μέλανος ζώου.

per quæ Nigrum & Albinum ſignificabat. aut *animantem* poſuit pro homine. nam animus facit animantes: anima vero animalia, ſecundum Grammaticos.

5 *Bis denis Italum conſcendet*] In membranis: *conſcendit*. ſcribendum:

Bis denis Italum conſcendit navibus æquor,
Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.

per Italum æquor Romanam intelligebat rempublicam. *conſcendit* autem non *conſcendet*. editum enim oraculum illo tempore quo jam imperator appellatus erat Severus cum aliis duobus Albino & Peſcennio: & illud agitabatur, quis maneret. Secundum verſum oraculi inexplicatum reliquit Spartianus, contentus in priore bis denas illas naves, quid vellent indicaſſe. de imperio igitur Severi edita illa ſors, quem bis denis navibus æquor Italum conſcendiſſe dixit. quæ bis denæ naves ad annos referebantur, quibus imperaturus eſſet.

6 *Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*] His verbis ſignificabatur non unam ratim tranſmiſſuram illud pelagus,

hoc

nim innumeros ſenatores interemit Severus, & ab aliis *Syllæ Punici*, ab aliis *Marii* nomen accepit. Fuit ſtatura Peſcennius prolixa, forma decorus, [1] capillo in verticem ad gratiam reflexo, [2] vocis canoræ, ita ut in campo loquens per mille paſſus audiretur, niſi ventus adverſaretur: [3] oris verecundi & ſemper rubidi: cervice

SALMASIUS.

1 *Capillo in verticem ad gratiam reflexo.*] De capillo flexo reflexoque diximus ſatis in Pertinace. *reflexus* autem *capillus* opponitur prolixo & prolicino. nam utroque modo dicebatur. Gloſſæ: *Prolixus*, πλανόθριξ nam πλανόθριξ, & οὐλόθριξ contraria ſunt.

2 *Vocis canoræ.*] Sic de Severo: *Cano capite & criſpo, vultu reverendus, canorus voce.*

CASAUBONUS.

3 *Oris verecundi & ſemper rubidi.*] Suetonius in Domitiano, *vultu modeſto ruborisque pleno.*

SALMASIUS.

3 *Oris verecundi & ſemper rubidi.*] Quibus os rubebat, pro modeſtis & ingenuis habebantur apud veteres, & *oris probi* dicebantur. ſic Pompejus olim ab oris probitate commendatus. de quo Salluſtius dixit, illum oris probi fuiſſe, animi inverecundi. ita Domitianus, Suetonio teſte, *commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, ut apud ſenatum ſic quondam jactaverit, Uſque adhuc certe animum meum probaſtis & vultum.* illis igitur verecundum os eſſe dicebatur, quibus rubebat: & qui multum ſanguinis in ore habebant, illi modeſti, illi probi audiebant. Plinius epiſt. lib. I. epiſt. XIV. *eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa.* item lib. V. epiſt. XVII. *commendabat hæc voce ſuaviſſima; vocem verecundia: multum ſanguinis, multum ſollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis.* ita Horatius verecundum colorem vocavit, τὸ ἐρυθρὸς quod juvenibus multo & integro ſanguine plenis ἐπιτρέχει.

Fugit juventas & verecundus color.

ubi verecundum colorem pro rubido poſuit. pallidos autem & mali coloris homines impudentes fere, & inverecundos ducebant, dicebantque, niſi ſi pallor ille ex ſtudiorum contentione contractus videretur. Martialis.

Effet, Maxime, cum mali coloris,
Verſus ſcribere cœpit Oppianus.

atque inde vox ἄχρωμος & ἄχροος, impudentem Græcis deſignat & improbum: quæ non ſolum ad homines ſed etiam ad res extenſa eſt. unde ἄχρωμοι ἐργασίαι Artemidoro: ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐργασία ἄχρωμος. ἄχρωμοι ἐργασίαι, ſunt lenonum & aquariolorum. Gloſſæ: ἄχρωμος, *impudica, impudicus.* ἀχρωμία, *impudicitia.* Heſychius: ἄχροον, πονηρόν. ſic pallidum colorem & luteum Græci πονηρὸν χρῶμα & φαῦλον appellant. Ariſtoteles de Chlorione: Χλωρίων δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, κακοπινὴς δὲ καὶ χρόαν ἔχει μοχθηράν. χρόαν μοχθηράν, malum colorem vocat luteum. nam alibi de eodem Chlorione dicit: ὁ δὲ Χλωρίων, χλωρὸς ὅλος. ſic de Charadrio: ἔστι δ' ὁ χαραδριὸς καὶ τὴν φωνὴν καὶ τὴν χρόαν φαῦλος. Charadrium luteum eſſe nemo ignorat. nam icterum à colore etiam appellarunt, quod ſi ſpectetur, arquatos ſanare credatur. Latini *galgulum* vocabant, ut ſcribit Plinius. *Galgulum* autem pro galbulo dicebant. ut *galbuli*

vice adeo nigra, ut quemadmodum multi dicunt, ab ea *Nigri* nomen acceperit. Cætera corporis parte candidus & magis pinguis: vini avidus, cibi parcus, [1] rei Venereæ

buli & *galguli*, baccæ. *galbulus* autem & *galbeus* de viridi & luteo. ut ruſſeus & ruſſulus: *flammeus* & *flammulus*, de colore igneo & rubro. unde *flammula* vexilla. malum igitur colorem Græci Latinique de pallido, & luteo dixerunt. aliter *improbus color*, pro purpureo Latinis. hinc improba Tyros Martiali. & nomen improbum de tyriamethyſtino apud Plinium. Seneca: *qui lacernas coloris improbi ſumunt.* id eſt purpureas. ſic improba tegmina pedum Valerio Flacco de calceis purpureis:

Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.

ſed unde tam pulcher & eximius color, improbus dictus, quæſivere docti: ego repperi. quidquid nimium eſt, & modum normamque excedit, *improbum* Latinis dictum eſt. ſic *improbus labor* Virgilio, nimis magnus, & immodicus. Suetonius *improbius natum* hominem dixit, qui proceræ ſtaturæ fuit & juſtam excedentis: *ut de quodam proceræ ſtaturæ improbiúſque nato.* nam *naturam* etiam pro ſtatura dixerunt, ut nobis alibi obſervatum. ſic *improbiora labra*, Velio Grammatico, ſunt enormia & ultra juſtum modum protenſa: *chilones improbioribus labris homines à Græco* παρὰ τὰ χείλη. *improbius labiatum* dixit Soſipater, qui nimis magna labia habebat, quem Latini *labionem* dixere. *chilones*, inquit, *ab improbioribus labiis*, quæ Græci χείλη dicunt. ſic *inteſtinum improbe prominere*, apud Marcellinum, pro immodice. cap. XXXI. *ad eos quibus inteſtinum improbe prominet remedium.* ſic improbum *votum* pro arroganti, & captum ejus modulumque, à quo vovetur, ſupergreſſo. hinc excellentem illum & eminentem, & ſuper ceteros omnes colores vividum & fulgentem, improbum appellarunt, quaſi ſuperbum & ceteros colores infra ſe poſitos prægravantem. nos *altum colorem* vulgo appellamus, intenſiorem illum & vividum ſaturumque. Latini ſuperbum & improbum dicebant. ſic *ſuperbiam candoris*, dixit eleganter Vitruvius de candore valde candicante & refulgente. lib. VII. cap. III. *ſemper enim album opus, propter ſuperbiam candoris, non modo ex propriis, ſed etiam ex alienis ædificiis concipit fumum. ſuperbiam lapillorum*, non minus eleganter Tertullianus de habitu muliebri: *ſed & lapillos illos qui cum auro ſuperbiam jungunt, quid aliud interpreter quam lapillos & calculos ejuſdem terræ minutalia? arrogantes lacernas*, de purpureis dixit Martialis:

Illas purpureas & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

Improbus igitur, & ſuperbus & arrogans colos purpureus, qui pro ſua majeſtate reliquos ſibi colores, tanquam minores, ut majori, digniori potentiorique cogat aſſurgere. at *malus color*, & *nequam*, de pallido luteoque. nam & ſine colore & mali coloris eſſe dicuntur qui tales ſunt. ſic ἄχρωμοι, impudentes & oris inverecundi homines. ut contra εὔχρωμοι, pudentes & modeſti, oriſque probi. Gloſſæ: εὔχρως, *boni coloris.* εὔχρωμος, *pudendus.*

CASAUBONUS.

1 *Rei Venereæ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus.*] Trebellius Pollio de Zenobia: *cujus ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut ne virum quidem ſuum ſciret niſi tentatis conceptionibus.*

SALMASIUS.

1 *Rei Veneræ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus.*] *Niſi ad creandos liberos.* Editio vetus cum Palatino.

1 *Denique*

nereæ niſi ad procreandos liberos prorſus ignarus. [1] Denique etiam ſacra quædam in Gallia quæ caſtiſſimis decernuntur, conſenſu publico celebranda ſuſcepit. [2] Hunc in Commodianis hortis, in porticu curva, [3] pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus

CASAUBONUS.

1 *Denique ſacra quædam in Gallia quæ caſtiſſimis decernuntur.*] Hæc eſt omnium librorum lectio : quod eo teſtatum voluimus, quia ſcimus viros doctiſſimos nodum hic in ſirpo quæſiiſſe. initio libri dictum eſt, Peſcennium à Commodo in Galliam aliquando miſſum.

2 *Hunc in Commodianis hortis.*] Neque in antiquis Urbis deſcriptionibus, neque uſquam alibi hos invenio.

SALMASIUS.

2 *Hunc in Commodianis hortis in porticu curva.*] *Porticum curvam* interpretor concameratam & in camera porticus illius pictum de muſivo Commodum cum reliquis amicis Iſidis ſacra ferentem fuiſſe intelligo. apſides enim & cameræ frequenter opere iſto muſivario ornabantur. & legere eſt apud Anaſtaſium Bibliothecarium locis plus mille apſidas & cameras de muſivo ornatas. in Leone quarto : *Beati Petri Apoſtoli oraculum miræ pulchritudinis ſummique decoris conſtruxit, quod pulcris marmoribus circumdans ſplendide compſit, apſidamque ejus ex muſivo aureo ſuperinducto colore glorifice decoravit.* item in Sergio ſecundo, de Eccleſia Martini : *Apſidam quoque ipſius aureis muſivo perfuſo coloribus ingenti amore depinxit.* & in Gregorio quarto : *verum etiam fecit in Patriarchio Lateranenſi triclinium miræ magnitudinis decoratum cum apſida de muſivo.* ibidem : *Apſidamque ipſius prænominatæ baſilicæ muſivo aureis ſuperinducto coloribus cum ſumma gratulatione depinxit.* & paulo ſupra : *apſidamque ejuſdem oratorii ſuperaurato muſivo depinxit.* quibus omnibus locis notandum etiam genus muſivi quod inaurabatur. item in Paſcali : *& ſuper columnas in quadrificio camerantes muſivo pulcriſque metallis decoravit.* *camerantes* autem *columnæ*, ſunt quas Græci εἰλημαλικὰς appellant, de quibus alibi nobis dictum. idem in Leone tertio : *nec non & ſolarium ab imo uſque ad ſummum noviter reſtauravit, & in melius firmiſſimis marmoribus ſtravit, atque cameram ipſius matronæ noviter fecit & diverſis hiſtoriis pictura mirifice decoravit.* idem alibi : *ædificavit Eccleſiam cum apſida ampliſſima & cacumina mirifica de muſivo, atque cameram decoratam.* & ita paſſim apud illum auctorem, nam jam tædet plura congerere, leges apſidas & cameras templorum, porticuum, Baſilicarum, oratoriorum, & tricliniorum muſivo opere decoratas & depictas. ſic curvæ iſtius porticus camera muſivo pictos habebat Commodum Commodique amicos ſacra Iſidis ferentes. *curvaturæ* autem *arcuaturæ*, & *concamerationes* & *volutæ* pro eodem.

CASAUBONUS.

3 *Pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus, ſacra Iſidis ferentem.*] Cum alias Romæ, tum illo potiſſimum ſeculo multus picturæ uſus fuit, ad propagandam rerum memoriam. libro ſuperiore de porticu dictum, in qua res bello geſtæ à Severo fuerant depictæ. Capitolinus de Maximino : *Juſſit tabulas pingi, ita ut erat bellum geſtum, & ante curiam proponi, ut facta ejus pictura loqueretur.* Sic ludorum magnificentiam in porticibus depingebant, ne memoria intercideret, ut ſcribit Vopiſcus in Carino. quinetiam, ut ante dicebamus,

ſi ca.

mus ſacra Iſidis ferentem: quibus Commodus adeo deditus fuit ut & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes

ſi cujus principis memoriæ faveret ſenatus. ſæpe decreto patrum juſſi omnes illum habere pictum. Ergo etiam Iſiaci ſacerdotes cum Anubin portarant, ejus diei & pompæ, vel ut ipſi loquebantur, ejus humilitatis memoriam pictura conſervabant. Tertullianus in carmine ad ſenatorem.

Teque domo propria pictum cum faſcibus ante,
Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.
Hæc non humilitas, ſed humilitatis imago.
Ædibus illa tuis ſemper monimenta manebunt.

Quid ſit *pingere de muſivo*, Joſephus Scaliger ad Manilium, nos ad Suetonium fuſe docuimus. Anaſtaſius De vitis pontificum in Leone tertio, *ædificavit eccleſiam cum apſida ampliſſima, & cacumina mirifica de muſivo.* ibidem, *fecit in triclinio majori miræ pulchritudinis decoratam apſidam, de muſivo ornatam.* ſic & alibi. Leges etiam apud eundem, *decorare ex muſivo*, ut in Leone quarto: vel, *pictura muſivi decorare*, ut in Benedicto tertio. item *muſivo & pictura ornare*, ut in S. Zacharia & *ornare ex muſivo*, ut in S. Hilario. alibi, *muſivo depingere*. Sic apud Gregorium Turonenſem & Aimoinum, recentiores Græci μουσῶν, & διὰ μουσίου καλλωπίζειν. apud Codinum ὑποδήματα μουσίακα, ut apud Trebellium Pollionem in Tetrico juniore, *corona picturata de muſio.*

SALMASIUS.

3 *Pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus.*] *De muſio* habet heic ſcriptum Palatinus. & ſane *muſium* & *muſivum* dicebatur: ut dium & divum: *ſub dio* & *ſub divo*. ſic *odium* & *odivum*, quod Græcis ᾠδεῖον. veteres Gloſſæ titulo de ſpectaculis: *Odivum*, ᾠδεῖον. quod vulgatius dicitur *odium*. ſic igitur muſium & muſivum. Trebellius Pollio: *accipiens ab his ſceptrum, coronam civicam picturatam de muſeo.* nam muſeum & muſium idem. ſed muſium melius ſcribitur. ut Lycium, Λύκειον: *Gynæcium*, γυναικεῖον: *Prytanium*, πρυτανεῖον. de quibus in vita Hadriani diximus. ſic muſium μουσεῖον. μουσεῖον enim Græci ſcriptores vocaverunt illud muſivum opus, non μουσαϊκόν, ut putat vir eruditiſſimus ad Manilium, qui & μουσοῦν dixerunt, muſivo decorare. Codino, μουσεῖον, *muſium*, vel *muſeum*. τόδε μουσεῖον ἐκεῖνο καὶ τὰ μαρμαρώματα ἀπῆρε Βασίλειος ὁ βασιλεὺς ὅτε ᾠκοδόμησε τὴν νέαν καὶ τὸν φάρον. doctiſſimi hujus ætatis viri pavimentum & muſivum nihil differre arbitrantur. *pavimentum* autem eſt teſſellatum opus vel ipſa teſſellatio, unde *ars pavimenti*, apud Lucillium. ſed pace dixerim eruditiſſimorum hominum, tantum intereſt inter muſium & pavimentum, quantum inter ſolum & cameram triclinii. nuſquam enim invenies dictum apud ullum authorem, ſive recentem placeat ſumere ſeu vetuſtum, pavimenta de muſivo picta aut ſola de muſivo ſtrata. ſemper cameris & apſidibus aſſignatur muſivum ut ſolo pavimentum. idem eſt tamen utrumque opus & teſſellatione utrumque contexitur. ſed ut pavimentum nunquam de camera, ſic nec muſeum de pavimento. etſi ſcripſerit Plinius lib. XXXVI. cap. XXV. *pavimenta de humo pulſa tranſiiſſe in cameras*. hoc verum eſſe nemo ibit inficias. pavimentorum tamen nomen ad cameras quoque tranſlatum, id ego nego & pernego. cameram igitur, trullum, apſidem legis ubique muſivo pictam, ſolum autem aut ἔδαφος nunquam. Plinius libro

eodem quo ſupra cap. xxi. *non prætermittenda eſt & pumicum natura. appellantur quidem ita & cetera ſaxa eroſa annis: in ædificiis muſea vocant dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.* vides *muſea* proprie dici in ædificiis non pavimenta, ſed arcuaturam ad ſimilitudinem ſpecus arte factam. Codinus hanc differentiam religioſe obſervat. cum enim eodem opere ſola, parietes & cameræ decorarentur; πάτωσιν vocat, quod in ſolo ponitur; ὀρθομαρμάρωσιν, quod in parietibus; in cameris vero & pendentibus μουσίωσιν. & πάτωσιν quidem διὰ συγκοπῆς teſſellatum opus quod ex ſectione fit minutorum lapillorum: ἐπάτωσε, inquit, τὰς αὐτὰς περιπάτους μετὰ συγκοπῆς. hoc eſt, ex ſectili pavimento ſtravit. quem locum, ut cetera pæne omnia peſſime acceperunt interpretes. idem alibi: τὸ δὲ πάτον διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων κατέστρωσεν. ejuſmodi autem ποικίλα & πολυτελῆ μάρμαρα, *marmora in exemplis*, vocat Anaſtaſius in Leone tertio: *ponens in eo fundamenta firmiſſima & in circuitu laminis marmoreis ornavit atque marmoribus in exemplis ſtravit.* marmora autem *in exemplis* ſunt marmora *exemplata*, hoc eſt figurata & imaginata. Græci enim recentiores, ἐξομπλωτὸν dixerunt, quidquid eſſet pictum ad alicujus rei inſtar exprimendum. *calices in gemmis* idem dixit, gemmatos calices. *marmorea exempla* alibi idem dixit, *& in pavimento marmoreis exemplis ſtratis.* marmorea vero iſta exempla teſſellato opere fiebant. in epiſtolis Pontificum epiſt. LXVII. *Præfulgidos atque nectareos regalis potentiæ veſtræ per Arvinum ducem ſuſcepimus apices, in quibus referebatur quod palatii Ravennatis civitatis muſiva atque marmora ceteraque exempla, tam in ſtrato quamque in parietibus ſita vobis tribueremus.* Hæc ad πάτον atque ad pavimentum. In parietibus ὀρθομαρμαρώσεις appellat Codinus: εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσεν καὶ ὀρθομαρμάρωσεν καὶ αὐτόν, de trullo loquitur. idem paulo poſt: ἐβούλετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς ὀρθομαρμαρώσεις καὶ τὸ πάτον ὅλον χρυσοῦν ποιῆσαι. id eſt parietes & pavimentum. ὀρθοστρώσεις elegantiores Græci vocabant. nam de pavimento στρῶσιν dicebant, de parietibus ὀρθοστρώσεις. inde ὀρθόστρωτοι τοῖχοι apud Hieroclem de nuptiis penes Stobæum: quam vocem ibi fruſtra mutare laborant viri docti: τίς γὰρ ἱερὸς τοιοῦτος γένοιτ' ἂν οἰκίας κόσμος, οἷός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κοινωνίαν; οὐ μὰ δία πολυτελεῖς οἶκοι καὶ ὀρθόστρωτοι τοῖχοι, καὶ περίστοα τοῖς ὑπὸ τῆς ἀπειροκαλίας θαυμαζομένοις λίθοις διακεκοσμημένα, οὐδὲ ζωγραφίαι καὶ [illegible]λιστοὶ μυρρινῶνες. ὀρθόστρωτοι igitur τοῖχοι ſunt ὀρθομαρμαρωμένοι, hoc eſt cruſtis marmoreis & laminis inducti Atque hæc de parietibus & pavimentis. Reſtat de cameris, quarum muſivum proprium eſt. Codinus μουσίωσιν trullo tribuit. Anaſtaſius ita multis locis muſivi meminit & ad cameras tantum depingendas vel ornandas, ut pæne pigeat aliquid ex illo huic rei confirmandæ referre, cum id ſatis ſuperque ſupra præſtiterimus. pauca tamen ſufficiet producere præter illa quæ jam attulimus. in Hadriano: *fecit autem & in Patriarchio Lateranenſi triclinium majus ſuper omnia triclinia nomini ſuæ magnitudinis decorata, ponens in eo fundamenta firmiſſima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis ſtravit, & diverſis columnis tam porphyreticis quamque albis & ſculptis cum vaſibus & liliis ſimul poſtibus decoravit cameram cum apſida de muſivo.* ubi aperte pavimentum diſtinguit à muſivo quo ſolæ cameræ ornabantur. idem in eodem: *præfatus vero ſanctiſſimus Pontifex juxta Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli fecit in triclinio majori miræ pulcritudinis decoratum apſidam de muſivo ornatam & apſidas duas dextra lævaque ſuper marmore & pictura ſplendentes, & in pavimento marmoreis exemplis*

plis ſtravit. marmorea exempla pavimento aſſignat, muſivum apſidibus. idem ibidem : *ædificavit Eccleſiam cum apſida ampliſſima, & cacumina magnifica de muſivo atque cameram decoratam, ſeu Presbyterium, & pavimentum marmoribus pulcris ornavit.* nuſquam aliter apud eumdem repeꝛias niſi apſidas muſivo decoratas, pavimenta autem marmoreis exemplis ſtrata. ſic nunquam muſivum de pavimentis uſurpatur. quamvis pavimentorum opus eadem ratione, & forma componatur quo muſiva, ex parvis variiſque teſſellis aut lapidum ſecturis quibus diverſæ formæ & figuræ exprimuntur, de quibus abunde docuit ad Suetonium doctiſſimus Caſaubonus. λιθόστρωτα autem & ψηφολογητὰ clare diſtinguit Plinius, quæ quidam confundunt. nam ſcribit pavimenta expuliſſe lithoſtrota. at proprie pavimenta τὰ ψηφολογητὰ cenſebantur. Gloſſæ : *pavimentum*, ψηφολόγημα. ψήφωσιν etiam vocabant Græci. ψήφωσις, *pavimentum.* & ψηφωτὴ, *glarea.* ψηφὶς autem & ψηφωτὴ, idem eſt. ψηφὶς glarea. Gloſſæ optimæ : *teſſellatum*, ψηφοθέτημα. *teſſellat*, ψηφοθετεῖ. eædem Gloſſæ χονδροβόλιον ἔδαφος vocant. *pavimentum*, χονδροβολίας ἔδαφος. quod verbum dum explicat vir doctiſſimus, perperam eſſe compoſitum ſcribit à χόνδρος & voce βόλια, quæ teſſerulas ſignificant. ſed inuſitatum eſt ut in compoſitione alicujus verbi duo vocabula idem ſignificantia jungantur. ἀπὸ τοῦ βάλλειν igitur & nomine χόνδρος vox illa compoſita. & χονδροβόλοι dicuntur teſſellatores, ut ψηφοβόλοι. & χονδροβολία, ut ψηφοβολία, *teſſellatio.* unde & χονδροβολεῖν, teſſellatum facere. χόνδρος autem eſt glarea & minutiſſimus calculus. non omittam etiam monere, quandoquidem ſemel de pavimentis agere cœpimus, quantum eſt hominum eruditorum hallucinatos eſſe in exponendo verſu Juvenalis :

> *Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.*

etiam illum magnum virum qui illo loco, ubi de pavimentis tractat, hunc verſum exponere conatus eſt, & Lacedæmonium orbem interpretatur pavimentum ſtibadii marmoreum, orbibus vel ornatis figuris diſtinctum. ſed ſane mirum loquendi genus eſſet, ſi orbis diceretur, pavimentum multis orbibus teſſellatum. cur non potius dixiſſet, *Lacedæmonios orbes?* non diu ſuſpenſum lectorem tenebo. Lacedæmonius orbis Juvenali eſt menſa ex Lacedæmonio marmore, vel abacus. Horatius :

> —— *lapis albus*
> *Pocula cum cyatho duo ſuſtinet.* ——

interpres vetus : *menſa marmorea, quam Delphicam vocant.* orbes autem menſas dici adeo tralatitium eſt apud Latinos poëtas, ut frequentius pæne orbes quam menſas nominent. *Libyci orbes, orbes citrei*, apud Martialem ſunt menſæ citreæ. ſic orbis Lacedæmonius, eſt menſa marmorea vel abacus, qui quod rotundus eſſet, orbis dictus eſt Juvenali. nam & menſæ rotundæ etiam orbis nomine ſunt appellatæ. Delphicæ menſæ Latinis, & ſimpliciter Delphicæ. Græcis Δελφίδες τράπεζαι. Lucianus : ἐπὶ δελφίδος τραπέζης. vulgo δελφινίδος. perperam. Suidas : Δελφὶς, ἡ Δελφικὴ τοῦ Ἀπόλλωνος. at recentiores Græci, τὰς δέλφικας dixerunt, & ὁ Δέλφιξ, τοῦ Δέλφικος declinarunt. Etymologicum magnum : Δέλφικα, τὸν τρίποδα Ῥωμαῖοι. ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. in Synopſi Baſilic. τραπεζοφόροι οἱ τραπέζας ἔχοντες, δέλφικες, συνθρόνια. legitur δελφῖνες vulgo, & male δελφῖνας etiam dictos illos abacos inde probant. Delphicas autem illas menſas factura rotundas fuiſſe, vel ipſa denominatio poteſt oſtendere, nam tales fuiſſe δελφικοὺς τρίποδας notiſſimum. Pollux : τὸ δ' ἐπίθημα τρίποδος κύκλον καὶ ὅλμον δεῖ καλεῖν, ἐπεὶ καὶ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος

¹& omnes partes expleret. Fuit ergo Niger miles opti-

ἐπίθημα ὃ ἰσχάδη) ἡ σφαῖρης ὅλμος καλεῖται. Hinc orbis Lacedæmonius poëtæ pro Delphica ex Lacedæmonio lapide. proſtabant porro pocula omne genus in illis Delphicis expoſita, & ibi pytiſſabant, abacumque ut & pavimentum effuſionibus rejectionibuſque lubricabant. male autem *Pityſma* in illo verſu legit vir ſummus, & à πιτύζειν Græco verbo deducit. cum πιτύζειν, Græcum verbum non ſit, nec uſpiam apud auctores legatur, ſed πυτίζειν, & πύτισμα. atque adeo omnes libri in illo; Juvenalis verſu recte *pytiſmate* legunt non *pityſmate*. Vitruvii etiam loco qui Juvenalem unus unice explicat, *potiſmatis* habent ſcripti libri quos olim in Bibliotheca Palatina contulimus. *potiſmatis* pro *putiſmatis*, hoc eſt πυτίσματι. πυτίζειν igitur eſt ejaculari vel ejicere. Etymologicum magnum ſic ἐτυμολογεῖ· πυτίζω παρὰ τὸ πτύω πτυτίζω παράγωγον καὶ ἀποβολῇ τοῦ τ. ὡς δὲ παρὰ τὸ φυσῶ φυσίζω καὶ ἐναλλαγῇ τοῦ φ πυτίζω. ſatin aperte hæc oſtendunt quid ſit πυτίζω, & quomodo ſcribendum. hinc πυτισμὸς αἵματος, Heſychio, ſanguinis cum impetu effuſio & ejaculatio: ἰσχίφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμε, τῷ πυτισμῷ τοῦ αἵματος. Ariſtophanes non aliud intellexit iſto verſu in Lyſiſtrata:

> Εὔχεαι γά θ' αἷμα κ' ἀποπυτίζει
> καλῶς.

πύτιον apud Æoles & antiquos Græcos ſcaturiginem ebullientem & aquas in altum ejaculantem ſignificabat. inde vox Latina *puteus*. Varro: *unde ſ.mi poteſt puteus, niſi quod Æoles dicebant* τὸ πύτιον. ita enim legendum. idem alibi *puteum* vocem Græcam eſſe antiquam notavit his verbis: *itidem puteus quod ſit Græcum antiquum, non ut nunc* φρέαρ *dictum*. ſed hæc alibi. inde igitur πυτίζειν. à quo Latinum *pytiſſare*. πυτίζω, *pytiſſo*. ut βαδίζω, *badiſſo*: σαλίζω, *ſaliſſo*: unde *ſaliſſatores*. οἶνον πυτίζειν, & ἐκπυτίζειν eſt vinum ore rejicere. Alexis:

> Καὶ τὸν μὲ ὄξινον οἶνον ἐκπυτίζομεν.

ita enim legendum, non ut cenſet vir incomparabilis ἐκπιτύζομεν. & ſic apud Archedicum:

> Διαπυτίσας οἶνον δὲ τοιοῦτον χαμαί.

idem intellexit Callimachus:

> Τὸ τρίτον ἡ γῆ ἔπινε, τὰ δ' αὖθις
> φυλλοβολεῖς
> Τῶν δρὸς ἀπὸ στομάτων πάντ' ἐγένετο χαμαί.

quo de more in Græcorum epigrammatum editione plura. *pytiſſare*, Eugraphius exponit *expuere*. ſic Græci πυτίζειν, πτύειν. *proprie*, inquit, *pytiſſare dicitur quod guſtare, quaſi cum quadam probatione expuere*. notat Faernus in vetere libro Bembi *pytiſare* unico ſ ſcriptum eſſe. ſic enim *comiſſum* pro *commiſſum* ſcribebant. in eodem libro pytiſſare exponebatur, *expreſſis labris ſpuere, dum ſapor vini probatur*. ſolent etiam hodie apud nos qui vinum probant, expreſſis labris illud expuere. hinc igitur exponendus ille verſus Juvenalis de divitibus qui ad abacum marmoreum vinum pytiſſant, & pytiſmatis abacum lubricum reddunt, quem Lacedæmonium orbem vocat poëta. quod alibi pluribus adſtruemus.

GRUTERUS.

1 *Et omnes panſas expleret.*] Admiſi hanc lectionem, ejecta vulgari, *partes*, quod exſtaret diſerte in Palatinis membranis, *paucas*, videatur infra Caracallæ caput ix.

SALMASIUS.

1 *Et omnes partes expleret.*] Longe diverſa lectio in Palatino, qui ſic habet: *& omnes paucas expleret*. ſcribendum utique: *& omnes panſas expleret*. pan-

optimus, tribunus ſingularis, dux præcipuus, legatus ſeveriſſimus, [1] conſul inſignis, vir domi foriſque conſpicuus, imperator infelix: uſui denique reipub. ſub Severo homine tetrico eſſe potuiſſet, ſi cum eo eſſe voluiſſet. [2] Sed deceptus eſt conſiliis [3] Severi Aurelia- 7
ni, [4] qui filias ſuas ejus filiis deſpondens, perſiſtere eum fecit in imperio. Hic tantæ fuit autoritatis, ut ad Marcum Antoninum primum, deinde ad Commodum ſcriberet, [5] quum videret [6] provincias facili adminiſtra-

paucas pro *pauſas*: ut in Heliogabalo, *facelaribus* pro *faſelaribus*. *paucas* autem *explere* dixit quod in Caracallo in eadem re, *pauſas edere*: *cum Antoninus Commodus ita ea* (*ſacra Iſidis*) *celebraverit ut & Anubim portaret & pauſas ederet*. vulgo ibi excuſum eſt, *pauſa ſederet*, ſed male. certæ igitur videntur fuiſſe pauſæ conſtitutæ in quibus pauſabant, qui Anubim portabant, quas pauſas nunc ſtationes dicimus. quas omnes pauſas cogebantur explere qui ſacra Iſidis ferebant, cum certis locis requieſcebant ubi ſtatutæ erant illæ pauſæ, & ſimulacrum deponebant, pauſas edere & explere dicebantur. Gloſſæ: *pauſat*, *ἀναπαύει*. Arnobius: *pauſata circum arboris robur*. hoc eſt *ἀναπαυομένη*. qui locus vulgo in mendo cubat. ad certas autem arbores ſacras, aut ſacella quædam diſtributas & aſſignatas illas fuiſſe pauſas veriſimile eſt, eaſdemque ſemper repetiſſe, quotieſcunque Anubim portarent. plura infra de his pauſis dicemus.

1 *Conſul inſignis, vir domi foriſque conſpicuus.*] Non tantam illi conſpicuitatem tribuit Dio, qui modice modeſteque de illo loquitur, quem ſcribit non valde nec in bonum nec in malum inſignem fuiſſe, ſed mediocrem in utroque, & eo nomine non eſſe aut magno vituperio dignum, aut magna laude: ἦν δὲ, inquit, Ἰταλὸς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων. οὔτε δὲ εἰς τὸ κρεῖττον οὔτε εἰς τὸ χεῖρον ἐπίσημος· ὥστε τινὰ ἢ πάνυ αὐτὸν ἐπαινεῖν ἢ πάνυ ψέγειν.

2 *Sed deceptus eſt conſiliis Severi Aureliani.*] Membranæ & vetus editio: *ſcevi Aureliani*. unde ſcribendum conjicio: *ſed deceptus eſt conſiliis ſcævis Aureliani*. ſcæva & ſiniſtra conſilia Aureliani illius vocat, quibus deceptus Niger in imperio perſeveravit. mala igitur conſilia, *ſcæva* vocat. Gloſſæ: *σκαιὸς, ſcævus, importunus*. apud Adelmum:

—— *ſine crimine ſcævo.*

perperam *ſævo* in Caniſii editione. ſic apud eumdem, *ſcæva loquela*:

Blæſos ac balbos qui ſcævis verba loquelis
Corrumpunt.

idem alibi:

His igitur ſtringuntur ſcæva procorum
Pectora.

GRUTERUS.

3 *Severi Aureliani.*] Palatinus *Scevi Aureliani*.

CASAUBONUS.

4 *Qui filias ſuas ejus filiis deſpondens.*] Regius, *qui filiis ſuis ejus filias deſpondens*. ſed filiorum Peſcennii ſæpius mentio habetur in hac & Severi vita.

SALMASIUS.

5 *Cum videret provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.*] *Adminiſtrationes* heic ſunt *adminiſtratores*. ſic infra *orationes* pro *oratoribus* notabimus. *Regna* pro *regibus*. *pulſis regnis* Floro, hoc eſt *pulſis regibus*. apud Mar-

 cellum,

ſtrationum mutatione ſubverti : Primum ut nulli ante quinquennium ſuccederetur provinciæ præſidi, vel legato, vel proconſuli, quod prius deponerent poteſtatem quam ſcirent adminiſtrare : [1] deinde ne novi ad regendam Remp. accederent. Præter militares admini-

cellum, *matrimonium Cæſaris.* pro, *conjux Auguſti.* ſic *Ludus* pro *Ludio.* unde *Laniſtæ*, λυδοτρόφοι dicuntur in optimis Gloſſis. hoc genere etiam recentiſſimi auctores uſi ſunt. nam in vita, niſi fallor, Ottonis Pomeranorum Epiſcopi *equitaturæ* pro *equis : ſublatis ergo equis œconomus re agnita ad Epiſcopum venit : de via ſua & negotiis ſuis inſinuat, equitaturas repetit, quas ſi habere non poſſit, ad omnia ſe impeditum dicit.* ibidem leges *captivitates* pro *captivis.* apud Caniſium in antiquæ lectionis libris.

CASAUBONUS.

6 *Provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.*] Ipſos qui provincias adminiſtrarent vocat *adminiſtrationes*, ut conjuges paſſim dicuntur *matrimonia.* Quin autem utile ſit provinciis non facile adminiſtrationem mutare, ambigit nemo. Ideo jure laudatus imperator Pius, qui bonos præſides ſeptenis & novenis annis detineret, ut ſcribit Capitolinus. ſed ut ſunt res humanæ, huic commodo ingens periculum adnexum : multos enim diuturnioris imperii conſuetudo corrupit, & ad rerum novarum conſilia impulit. quam ob cauſſam Julius Cæſar tempus regendarum provinciarum lege arctavit : qua de re plura ad ejus vitam, capite xxx.

SALMASIUS.

1 *Deinde ne novi ad regendam remp. accederent. Præter militares adminiſtrationes intimavit etiam.*] Præter vitioſam diſtinctionem, qua hic locus inquinatus eſt, etiam male acceptus à doctis interpretibus, ut non uno malo laboraret. diſtinctionem primum ſic emenda : *deinde ne novi ad remp. regendam accederent præter militares adminiſtrationes. Intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent.* Novi autem heic non ſunt novi cives Romani ex edicto Antonini, ſed novi homines qui humili loco nati ſibi ad ampliſſimas dignitates & honores per virtutem & meritum viam patefecerunt. Vulcatius in Avidio Caſſio, *novo genitus Avidio Severo: qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates pervenerat.* volebat igitur hic Peſcennius, & de eo ad principem retulerat, ut novi homines ad regendam rempublicam non admitterentur in adminiſtrationibus duntaxat civilibus: nam in militaribus ubi ſola virtus penſitanda eſt, & perpendendum meritum, non putabat ſpectari debere antiquitatem familiæ & nobilitatem; ſed ſolis illis id genus adminiſtrationes dari, qui digni eſſent. novis igitur hominibus non interclusit aditum ad militares adminiſtrationes Peſcennius, ſed ſolas civiles. & ſane hi erant novorum hominum gradus in adipiſcendis honoribus, ut per præfecturas cohortium, vel alarum, ad tribunatus, ducatus, ac maximas deinde reliquas dignitates in militia pervenirent. accipe ergo heic novos, ut ætate Ciceronis accipiebantur. atque ut omnia facias, non aliter liceat diſtinguere & interpretari hunc locum. Exempla autem novorum hominum qui per illos gradus ad imperium aſcenderunt, habes proxime in Severo : habebis paulo poſt in Macrino, in Maximino & ſimilibus.

2 *Inti-*

miniſtrationes, [1] intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent: quod poſtea Severus, & deinceps multi tenuerunt, ut probant [2] Pauli & Ulpiani præfecturæ, [3] qui Papiniano in conſilio fuerunt: ac poſtea quum [4] unus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt. Hujus etiam illud fuit, [5] Ut nemo aſſideret in ſua provincia, ut nemo adminiſtraret Romæ, [6] niſi Romanus, hoc eſt oriundus urbe. [7] Addidit præterea conſiliariis ſalaria, ne eos gravarent quibus aſſidebant, dicens, Judicem nec debere dare nec accipere. Hic erga milites tanta fuit cenſura, ut quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſponderit, [8] *Nilum habetis, & vinum quæritis?* ſi quidem [9] tanta illius

CASAUBONUS.

1 *Intimavit etiam, ut aſſeſſores in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent.*] *Intimare* eſt γνώμην εἰσφέρειν, auctor eſſe principi vel ſenatui ut aliquid decernatur. Capitolinus in Pertinace, *ut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.* Aſſeſſores & urbanis & provincialibus magiſtratibus erant communes. itaque *provinciæ* hic non ſunt ἐπαρχίαι, ſed ἀρχαί.

2 *Pauli & Ulpiani præfecturæ.*] Prætorianæ.

4 *Unus ad memoriam paruiſſet.*] *Parere ad memoriam*, quod Herodianus, προεστάναι τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως.

5 *Ut nemo aſſideret in ſua provincia.*] Vide legem tertiam Dig. De officio aſſeſſorum, & titulum Codicis XLI. libri primi.

6 *Niſi Romanus, hoc eſt oriundus Urbe.*] Non natus ſolum in Urbe, ſed cujus pater & majores, cives fuiſſent Romani. Nam illis temporibus cum omnes facti eſſent cives Lege Antonini, diſcrimen ſtatuebatur inter veteres & novos. Quamobrem quod modo dictum eſt, intimaſſe Peſcennium, *ne novi ad regendam remp. accederent*, bifariam accipi poteſt: vel de iis qui lege Antonini cives facti fuerant, ſive ipſi, ſive eorum patres; vel de iis quorum fides & induſtria levioribus adminiſtrationibus non fuiſſet probata. multi enim per ſaltum à malis principibus fuerant promoti.

7 *Addidit præterea conſiliariis ſalaria.*] Nam Auguſtus qui primus præſidibus provinciarum ſalaria inſtituit, de aſſeſſoribus & conſiliariis caverat nihil. Dio libro LIII. Lege titulum Codicis De annonis & capitu adminiſtrantium vel aſſeſſorum.

8 *Nilum habetis & vinum quæritis.*] Simili voce querentem populum de inopia & caritate vini coërcet Auguſtus apud Suet. cap. XLII.

9 *Tanta illius fluminis dulcedo.*] Τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ πολυγονώτατον καὶ γλυκύτατον. Athenæus. idem Strabo, Galenus, alii.

SALMASIUS.

3 *Qui Papiniano in conſilio fuerunt.*] Vetus editio *Papiano*, & ita infra ſcribitur in Caracallo.

9 *Si quidem tanta illius fluminis dulcedo.*] Palatinus & editio, *dulcitudo.*

lius fluminis dulcedo, ut accolæ vina non quærant. Idem tumultuantibus iis qui à Sarracenis victi fuerant, & dicentibus, *Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus. Erubeſcite*, inquit, [1] *illi qui vos vincunt, aquam bibunt*. [2] Idem Palæſtinis rogantibus ut eorum cenſitio levaretur idcirco quod eſſet gravata, reſpondit, *Vos terras veſtras levari cenſitione vultis*, [3] *ego vero* [4] *etiam*
8 *aërem veſtrum cenſere vellem.* Denique Delphici Apollinis vates in motu reip. maximo, quum nuntiaretur tres eſſe imperatores, Severum Septimium, Peſcennium Nigrum, Clodium Albinum, conſultus quem expediret reip. imperare, verſum Græcum hujuſmodi fudiſſe dicitur,

[5] *Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.*

Ex quo intellectum *Fuſcum*, Nigrum appellatum vaticinatione: Severum, *Afrum*: *Album* vero, Albinum dictum. Nec defuit alia curioſitas. Requiſitum eſt qui eſſet obtenturus rempub. Ad quod ille reſpondit alium

CASAUBONUS.

1 *Illi qui vos vincunt, aquam bibunt.*] Et hodie Sarraceni hydropotæ ſunt: etſi non voluntate, ſed præcepto religionis, quod à pſeudopropheta ſuo acceperunt. olim vero inopia faciebat abſtemios, & rei ruſticæ inſcitia pariter ac neglectus. Ammianus Marcellinus, libro xiiii. *Nec Sarracenorum quiſquam aliquando ſtivam apprehendit vel arborem colit, aut arva ſubigendo quæritat: ſed errant ſemper per ſpatia longe lateque diſtenta, ſine lare, ſine ſedibus fixis aut legibus.* poſtea; *Victus univerſis ex ferina eſt, lactiſque abundans copia, qua ſuſtentantur: & herbæ multiplices, & ſi quæ alites capi per aucupium poſſint: & pleroſque nos vidimus frumenti uſum & vini penitus ignorantes.*

2 *Idem Palæſtinis rogantibus.*] Non aſſentior viris magnis, qui interpretantur de Judæis: quos ſcimus Flaviorum legibus & Hadriani à terra ſua juſſos abſtinere, ut & Tertullianus ſcribit: ſed illi intelliguntur, qui iis expulſis Palæſtinam incoluerunt, de his plura Spartianus in Severo.

4 *Etiam aërem veſtrum cenſere vellem.*] Id vero etiam avaritia principum tandem eſt factum: impoſito non Judæis ſolum, ſed in univerſum omnibus, tributi genere, quod ἀέρικον de aëris cenſitione dictum eſt. Ita exponere memini doctorum doctorem Jacobum Cujacium Obſervationum libro decimo, capite ſeptimo.

5 *Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.*]

Ἄριστος ὁ Φαιὸς, Ἄφρος δ' ἐσθλὸς,
Λευκὸς δὲ κάκιστος.

SALMASIUS.

3 *Ego vero etiam aërem veſtrum cenſere vellem.*] Ἀέρικον vectigal tangit his verbis Tertullianus: *nec tam exſecrabile eſſet nomen Publicanorum apud Dominum niſi extraneum, vendentium ipſius cæli & terræ & maris tranſitus.*

1 *Fum-*

alium verſum talem,

[1] *Fundetur ſanguis Albi,* [2] *Nigrique minantis;*
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Item quum quæſitum eſſet quis illi ſucceſſurus eſſet, reſpondiſſe itidem Græco verſu dicitur,

[3] *Cui dederint ſuperi, nomen habere Pii.*

Quod omnino intellectum non eſt niſi quum Baſſianus Antonini, [4] quod verum ſignum Pii fuit, nomen accepit. Item quum quæreretur quamdiu imperaturus eſſet, reſpondiſſe Græce dicitur,

[5] *Bis denis Italûm conſcendet navibus æquor:*
[6] *Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*

Ex

CASAUBONUS.

1 *Fundetur ſanguis Albi, Nigrique minantis. Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.*]

Ῥεύσεται αἷμα χυδὴν Λευκοῦ, Μέλανός τε ἀγαυοῦ·
Ὃς δὲ Λίβυς γένος ἐστὶν ἀνήρ, κεῖνος βασιλεύσει·

vel,

Ὃς Λιβυκῆς πόλεως δ' ἀστὸς πέλει, οὗτος ἀνάξει.

3 *Cui dederint ſuperi nomen habere Pii.*]

Ὧι θεοὶ Εὐσεβίου τοὔνομα δοῖεν ἔχειν.

4 *Quod verum ſignum Pii fuit.*] Nam ille primus Auguſtorum Antonini cognomen habuit: ab eo ceu fonte primario, derivatum eſt in alios omnes. vide ad Marcum.

5 *Bis denis Italûm conſcendet navibus æquor: Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*]

Εἴκοσι νῆας ἔχων Ἰταλὴν ἀναβήσεται αἶαν·
Εἴγε μία πόντον ναῦς ὅλεον περάᾳ.

SALMASIUS.

2 *Nigrique minantis.*] Quid eſt Niger minans? an minus minabatur Albinus? optime in Palatino, *animantis*. itaque legendum:

Fundetur ſanguis albi nigrique animantis.

per *album animantem, Albinum* deſignabat oraculum: per *nigrum, Nigrum*. & probabile eſt in Græco fuiſſe,

λευκοῦ καὶ μέλανος ζώου.

per quæ Nigrum & Albinum ſignificabat. aut *animantem* poſuit pro homine. nam animus facit animantes: anima vero animalia, ſecundum Grammaticos.

5 *Bis denis Italum conſcendet.*] In membranis: *conſcendit*. ſcribendum:

Bis denis Italum conſcendit navibus æquor,
Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.

per Italum æquor Romanam intelligebat rempublicam. *conſcendit* autem non *conſcendet*. editum enim oraculum illo tempore quo jam imperator appellatus erat Severus cum aliis duobus Albino & Peſcennio: & illud agitabatur, quis maneret. Secundum verſum oraculi inexplicatum reliquit Spartianus, contentus in priore bis denas illas naves, quid vellent indicaſſe. de imperio igitur Severi edita illa ſors, quem bis denis navibus æquor Italum conſcendiſſe dixit. quæ bis denæ naves ad annos referebantur, quibus imperaturus eſſet.

6 *Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.*] His verbis ſignificabatur non unam ratim tranſmiſſuram illud pelagus;

 hoc

Ex quo intellectum, Severum viginti annos expleturum.

9 [1] Hæc ſunt Diocletiane maxime Auguſtorum, quæ de Peſcennio didicimus ex pluribus libris. Non enim facile (ut in principio libri diximus) quiſquam vitas eorum mittit in libros qui aut principes in Rep. non fuerunt, aut à ſenatu appellati non ſunt imperatores, aut occiſi citius, ad famam venire nequiverunt. [2] Inde, quod latet Vindex, quod Piſo neſcitur, quod omnes illi qui aut tantum adoptati ſunt, aut à militibus imperatores appellati, ut ſub Domitiano Antonius: aut cito interempti, [3] vitam cum imperii uſurpatione

hoc eſt non ſolum Severum imperaturum, ſed una cum illo filios, qui & Auguſti appellati ſunt vivente Severo, & una imperarunt. unde triplex poteſtas à Tertulliano dicitur. atque hæc ut ad vulgatam lectionem veriſimiliter dici poſſunt: ſed aliam ſententiam aliter legendo efficies, hoc modo:

Bis denis Italum conſcendit navibus æquor:
Sic tamen una ratis tranſiliet pelagus.

quæ lectio proculdubio vera eſt. *ſic tamen* pro *ſi tamen*, cujus hic eſt ſenſus: illum qui bis denis navibus æquor conſcendit, unica tantum rate ſalvum perventurum. in quo ambigue ludit oraculum. nam per bis denas naves annos imperii voluit intelligere. per unam ratem Severum ipſum imperatorem, qui illud imperii pelagus tranſiturus vel tranſiliturus erat.

1 *Hæc ſunt Diocletiane Maxime Auguſtorum quæ de Peſcennio didicimus.*] Heic finire velle videbatur Spartianus, & verba ſic ſonant, quaſi non amplius habeat quod dicat de Peſcennio. quæ & in finem libri rejici debebant à viro docto, non ſecus atque illa quæ paulo poſt ſequuntur in libris omnibus: *ſequitur nunc ut de Albino dicam.* non enim hæc magis quam illa ad finem rejici debuerunt, aut heic retineri. nam utriuſque eadem periodi conditio & ſententia. debuerunt igitur heic retineri. cum finem ſpectare videretur Spartianus, repente ad illa regreditur de Peſcennio dicenda quæ omitti non poterant.

CASAUBONUS.

2 *Inde quod latet Vindex, quod Piſo neſcitur.*] Ambo in Neronem conſpirarunt: noti ambo ex Tacito & Suetonio: ſed leviter, nec propriis libris deſcripti. De Antonio, Suetonius libro VIII. capite ſexto.

SALMASIUS.

3 *Vitam cum imperii uſurpatione poſuerunt.*] Poſt hæc verba ſequitur in omnibus libris & antiquitus excuſis & manu exaratis: *Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quaſi ſocius hujus habetur*, & cetera, quæ nunc habentur in fine libri, quo loci ſunt collocata auctoritate doctiſſimi viri, atque hinc ejecta. ſed dimidiatam operam huic cenſuræ navaverunt. cur enim non eadem via, illa quæ ſupra ſunt poſita, *hæc ſunt Diocletiane Maxime Auguſtorum*, ſuo loco pulſa in ultimam quoque ſedem migrare juſſerunt? eodem enim prorſus ſpectant. ſi autem id in illis

tione poſuerunt. [1] Ac nequid ex iis quæ ad Peſcennium pertinent, prætcriiſſe videamur, (licet aliis libris cognoſci poſſint) de hoc Peſcennio vates dixerunt, quod neque vivus neque mortuus in poteſtatem Severi venturus eſſet, ſed juxta aquas illi pereundum eſſet: quod quidam dicunt [2] ipſum Severum de matheſi quam callebat, dixiſſe. Nec abfuit reſponſis veritas, quum ille inventus ſit juxta paludem ſemivivus. Hic tantæ fuit ſeveritatis [3] ut quum milites quoſdam in

illis minime facere licuit, propter verba Spartiani, quibus oſtendit de fine cum cogitaret, atque ad Albinum tranſitum facere pararet, repente quaſi eſſe revocatum à meta, ad illa quæ ſupererant de Peſcennio dicenda ne quid prætermiſiſſe videretur, cur hanc ſolam periodum locum mutare coegerunt, quæ continuatione ſententiæ penitus connexa eſt cum ſuperioribus illis quæ tamen loco non moverunt? revocanda igitur ex fine, in hanc ſtationem quam poſſederant prius: nec id mea duntaxat auctoritate, quæ tanta merito non eſt, ut hoc evincere debeat; ſed librorum, quibus hac in parte aſſenſum præbere cogimur. Non diſſimile fecit Trebellius Pollio in triginta tyrannis: nam cum jam librum abſolviſſet atque his verbis illi finem impoſuiſſet, *Hæc ſunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur*: duabus poſt lineis rogat lectorem ut boni conſulat quod poſt jam expletum librum addiderit volumini ſuo duorum tyrannorum quos omiſerat, vitam. Deſultores ſunt plane iſti auctores & ordinis ita parum obſervantes ut etiam illo nomine mihi videantur commendari maxime voluiſſe, quod ordinem, quem boni ſcriptores ſervant, ipſi ſtrenue contemnerent.

CASAUBONUS.

1 *Ac ne quid ex iis quæ ad P.*] Quæ ante hæc verba leguntur in vulgatis editionibus, ea nos auctore codice regio in ſuum locum, hoc eſt librum extremum rejecimus. Sic etiam alter Putaneorum.

2 *Ipſum Severum de matheſi quam callebat, dixiſſe.*] Lego *didiciſſe*: quod & Jacobo Lectio placitum.

SALMASIUS.

3 *Ut quum milites quoſdam in caveo argenteo.*] Exterminanda ſolo Latino vox *caveus*: & in ejus locum reſtituenda, *caucus*. *caucus* & *cauca* eſt patera unde bibitur. optimæ Gloſſæ: *καῦκα, patera*. infra in Valeriano, *Cauci & Scyphi*. *Caucum* & diminutivum *cauculum*: unde *caucularii* & *cauculatores* pro incantatoribus in capitulariis Caroli Magni. quam vocem qui intelligat hodie nemo eſt. *coclarii* etiam alicubi ſcribuntur. *Caucularii* autem proprie ſunt quos hodie vocamus *joüeurs de gobelets*. nam *cauculum* vocamus *un gobelet*. *caucus ligneus* Marcello Empirico. ubi perperam reponunt *caveus*. præſtigiatores igitur ſic vocabant. *cauculum* enim eſt acetabulum. *cauculator*, ψηφοπαίκτης & præſtigiator. Seneca: *ſic iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & calculi in quibus fallacia ipſa delectat.* dicet aliquis cauculatores à calculis potius videri dictos, quos & cauculos vocabant, ut cauculonem pro calculone. ſed cauculator vel calculator eſt ψηφιστής, vel λογιστής. non ψηφοπαίκτης. cauculator vero pro præſtigiatore, ſine dubio venit à cauculis vel acetabulis. atque hinc quemcunque præſtigiatorem & oculo-

[1] in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet, juſſerit omne argentum ſubmoveri de uſu expeditionali, addito eo ut ligneis vaſis uterentur: quod quidem illi odium militare concitavit. Dicebat enim poſſe fieri ut ſarcinæ militares in poteſtatem hoſtium venirent,[2] ne ſe barbaræ nationes argento noſtro glorioſiores facerent, quum alia minus apta hoſticam viderentur ad gloriam. Idem juſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed [3] aceto univerſos eſſe contentos. Idem

oculorum faſcinatorem & magum *cauculatorem* dixere. & qui in Synodo Chalcedonenſi μάγοι καὶ ἐπαοιδοὶ quodam canone vocantur, Carolus Magnus in capitulis *cauculatores & incantatores* appellat. vox autem *caucus* non Latina ſed Græca eſt, & vetuſtiſſima. quidquid enim cavum & κυμβοειδὴς eſſet, καῦκον & καύκαλον dixere. hinc καυκαλὶς genus oleris quod in ſummo habet umbellam hac figura. καυκὸς Heſychio dicitur. καυκίον, καυλίον, ἄγριον λάχανον. nam καυλίον, καυκαλις Dioſcoridi. hinc & καυκαλίδες piſtaceorum putamina ab hac eadem figura. interpres Nicandri vetus: καυκαλίδας δὲ τὰ λέπη τῶν πιστακίων λέγει. hinc & καύκαλον teſtudinis ſuperficies Nicetæ Choniatæ: χελώνης καύκαλον. Scholiaſtes Nicandri in Theriacis κέρδοπον, καύκιον exponit: κερδόπῳ ἐντρίψαις· ἤγουν κοίλῳ ἀγγείῳ ἢ καυκίῳ. ſed plura de cauco dicemus infra ad vitam Claudii.

CASAUBONUS.

1 *In caveo argenteo.*] Valerianus imperator in epiſtola ad Zoſimionem procuratorem Syriæ: *Claudio dabis argenti in caveos & ſcyphos pondo undecim.* erant & lignei Marcellus Empiricus, capite XXV. *Vermis terrenus exfoditur, & in ligneo caveo ponitur, ſi fieri poteſt, fiſſo & ferro illigato.* ſcribendum *caveo.* ſtatim vocat poculum. Eſt igitur caveus genus poculi. ſed Joſephus Scaliger damnata voce *caveus* legit hic *cauco*, & ita ubique.

GRUTERUS.

1 *In cauco argenteo.*] Ita malebat Scaliger; neque aliter erat in Palat. noſtro. quare fidenter ejeci aliarum editionum, *caveo.*

SALMASIUS.

2 *Ne ſe barbaræ nationes argento noſtro glorioſiores facerent.*] Nihil deeſt ante *ne*, ſed illud in *nec* mutandum auctore vetere ſcriptura, ut ſit ſenſus: dicebat Peſcennius, cum removiſſet ex uſu expeditionali omne argentum, poſſe accidere ut ſarcinæ militares in poteſtatem venirent hoſtium, nec ſe illi glorioſiores facerent argento Romano, quod nullum erit inter impedimenta militaria. quaſi diceret, licet ſarcinæ noſtræ veniant in hoſtium poteſtatem, non tamen illis dabimus de argento noſtro gloriari, cum nihil argenti in ſarcinis habuerimus.

CASAUBONUS.

2 *Ne ſe barbaræ n.*] Ante *ne*, deeſt ex uſu loquendi Græcorum & Romanorum, cavendum eſt, δεῖ φυλάττειν. præſtantiſſimi Puteani codices ſcribunt, *nec ſe*, ipſe corrigebat, *& ſe b.*

3 *Aceto eſſe contentos.*] Acetum enim loco vini apud veteres habebatur, ut docent Juriſconſulti, & alii auctorum loci: ex quibus etiam conſtat aceto aqua diluto milites manipula-

Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites & omnes contentos eſſe. Idem ob unius gallinacei direptionem, decem commanipulones qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti juſſit: & feciſſet, niſi ab omni exercitu [1] prope uſque ad metum ſeditionis eſſet rogatus: & quum peperciſſet, [2] juſſit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem [3] qui ſimul furto convixerant, addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum ſumerent, [4] ſed pane ac frigidis veſcerentur, appoſitis ſpeculatoribus qui id curarent. [5] Idem juſſit ne in zonis mili-

pulares & ordinarios fuiſſe potatos. ſic ſervi, captivi, vincti, & omnes miſeri. Georgius Monachus de Manaſſe rege Judæorum: *καὶ δήσαντες αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς ἀπήγαγον εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἦν δεδεμένος ἐν οἴκῳ φυλακῆς, καὶ ἐδίδοτο ἐκ πιτύρων ἄρτος βραχὺς· καὶ ὕδωρ ὀλίγον σὺν ὄξει ἐν μέτρῳ πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν μόνον.*

1 *Propa uſque ad metum ſeditionis.*] Placet quod habet regius, *uſque ad metum ſ.*

2 *Juſſit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem.*] Ita fiebat ut res furtiva cum centuplo rependeretur.

SALMASIUS.

3 *Qui ſimul furto convixerant.*] Legebam: *qui ſimul furto condixerunt.* ut unus quidem furtum fecerit, reliqui furto condixerint, hoc eſt conſenſerint. nam *condicere* id aliquando ſignificat, *συναινεῖν* & *συμφάναι*. nunc nihil muto. *qui furto convixerant* eſt, qui de furto vel re furtiva ſimul convivati erant. præceſſit enim, decem commanipulones ab uno raptum gallinaceum comediſſe. atque hoc eſt *convivere*, una comedere. Gloſſæ: *convivit, συζῇ, συνεστιᾶται. Convivo, συνδιαιτῶμαι, συνεστιῶμαι. Convictor, & convivator, συμβιωτὴς, συνεστιάτωρ*

4 *Sed pane ac frigidis veſcerentur.*] In Maximino: *quod ſatis conſtat, oleribus ſemper abſtinuit; à frigidis, prope ſemper: niſi quum illi potandi neceſſitas eſſet.* de quibus frigidis ad Gordianos docebimus multa.

5 *Idem juſſit ne in zonis milites ad bellum.*] *Juſſit ne portarent*, pro portare vetuit. ſic *non jubere* eſt *vetare*: de quo ſupra. membranæ Palatinæ ita hunc locum concipiunt: *idem juſſit ne zona milites ad bellum item aureos vel argenteos nummos portarent.* quibus conſpirat editio vetus. forte: *ne zonam milites ad bellum, id eſt aureos vel argenteos nummos portarent.* quod eſt elegantiſſimum. explicat quid ſit zona. cum enim vetaret Peſcennius zonam ad bellum portare milites, nolebat ille quidem ut eſſent diſcincti milites, ſed ne aureos vel argenteos portarent. in zona enim aurei & argentei militibus, ut notum eſt. Horatius:

Ibit eo quo vis qui zonam perdidit ——

& inde milites auro præcincti Petronio:

—— *miles præcingitur auro.*

ideo pannicularia non ſignificabantur bona damnatorum, nec zona, quam circa ſe habuiſſent. at ventralis in qua nummi ad victum quotidianum

num promendi condebantur, panni cularia continebatur. In reſcripto Hadriani D de bonis damnatorum: *nec enim bona damnatorum pannicularia ſignificari quis probe dixerit. nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus ſibi vindicare debebit. ſed veſtem qua is fuerit indutus, aut nummulos in ventrali quos victus ſui cauſa in promptu habuerit, aut leves anulos. venteralem* pro *vateralem* quod eſt in Pandectis Florentinis, repoſuimus. *venteralis* autem pro *ventralis*, ut *arbiterium* & *uberitas*, & *apiaſterum*. *ventralis* vero dicebatur & *funda*, & zonæ ge nus erat quæ fundam referebat. ligamenta enim & habenas quibus circa ventrem cingebatur habebat, & in medio receptaculum quo nummi continebantur, ut ſinum funda quo lapides conlocabantur. quod Latini *ſcutale* dicebant, quod ſcuti formam haberet. latior enim erat in medio funda, qua parte lapis ſedebat. oblonga erant ſcuta, ut omnes ſciunt, non rotunda. ſic illa pars fundæ, cui lapis imponebatur, latitudinem habebat ad formam ſcuti: & quædam quidem ſimplex ſcutale habebant, aliæ vero triplex. Livius lib. XXXVIII. *& eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearica aliarumque gentium funda: ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena volutetur in jactu glans, ſed librata cum ſederit velut miſſa nervo excutiatur.* Scaliger per ſcutale, fundæ medium reticulato opere vel ſcutulato factum interpretatur. Turnebus corium eſſe vult, quali ſcuta operiuntur. neuter verum vidit. *ſcutale* à ſcuto, quod habeat formam ſcuti, ut ramale à ramo, & ſimilia. Chariſius: *Aquale an aquarium potius dici debeat, quærit Plinius ſecundus, & putat ut laterale laterarium, ſcutale ſcutarium, & manuale ſaxum & manuarium vas, proinde aquale & aquarium dici.* ita legendus ille Chariſii locus. ſic ventralis faſcia vel zona, quod in medio haberet ſinum quemdam recipiendis nummis. à ſimilitudine fundæ dicta eſt funda. nam *ventralis* cum dicitur, intelligitur zona aut faſcia: cum vero ventrale, quomodo etiam ſcriptum reperitur, cingulum. Græci ventralem κοιλιόδεσμον interpretantur. genus quoque capitalis vinculi ἀποσφενδόνην comici vocaverunt ab eadem ſimilitudine. Macrobius *fundam* id genus marſuppii appellat: *cumque acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in pauperem fundam manu paucos denarios protulit quos principi daret.* ita enim in optimo codice ſcriptum vidi, non *fundum*. nec fundum pro funda dixere, ut vulgo arbitrantur. Caper grammaticus de Orthographia: *intra fundam nummi & in arcam conduntur.* hodie legas apud Caprum: *in profundum*. quod etiam explicare conati ſunt & defendere doctiſſimi viri. & profundum ibi ventrem ſignificare acceperunt. ſed ipſi viderint quomodo nummi in ventrem condantur. interea non dubitarim veram eſſe conjecturam meam affirmare. agit eo loci de præpoſitionibus Caper, & uſum earum diverſum oſtendit. *ut intus ſumus: vado ad grammaticum. diſcedo ad iſtos. intra fundam nummi*, & *in arcam conduntur.* ex quo, *in profundum* inepti homines fecerant. Gloſſæ: *ventralis*, κοιλιόδεσμος, *funda*. ita ſcribimus in illo Gloſſarii loco: nam φένδα ibidem vitioſe ſcribi cenſeo. ſolet enim illius auctor Gloſſarii, vocabulorum non ſolum Græcas ſed etiam Latinas interpretationes adponere: interdum etiam utraſque ſimul. ut hoc loco κοιλιόδεσμον & *fundam* adpoſuit ad exponendam vocem *ventralis*. verbum enim *funda* notius fuiſſe videtur quam *ventralis*. ſic eædem Gloſſæ alibi: *Ceve*, πάνδα. perperam vox Latina in Græcam degeneravit. nam verum erat: *Ceve*, *panda*. item alibi: *Cellis*, ἀποθήκαις. ſcribendum fuit: *Cellis*, *Apothecis*. & ſexcenta ſimilia, quæ nos alibi obſervamus. ſic *ventralis*, κοιλιόδεσμος eſt, & *funda*. aliæ Gloſſæ, κοιλιόδεσμος, *ventralis*. Marcellus Empiricus: *obſervabis ut quodcumque fuerit ejectum, licio alligatum candelabro ſuſpendas, aut uncta oleo lanula involutum in ventrali geſtes. dolorem non patieris*

milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent, [1] ſed publice commendarent, receptûri poſt prælia quod dederant: [2] addens, liberis eorum & uxoribus [3] & heredibus certe reddendum qui veniſſent, ne ad hoſtes aliquid prædæ perveniret ſiquid forte adverſi fortuna feciſſet. Sed hæc omnia, ut ſe habuerat Commodi temporum diſſolutio, adverſa eidem fuere. Denique etſi nemo fuit qui ſuis temporibus dux ſeverior videretur, [4] ad perniciem illi magis iſta fuere, quo jam

tieris ejus loci de quo fuerit aliquid eductum. hinc *nummum rezonare* apud Nonium, pro de ſacciperione promere: *alterum quem in ſacciperione condidiſſent compito vicinali ſolere rezonare.*

CASAUBONUS.

1 *Sed publice commendarent.*] Notus mos Romanæ militiæ; ut prælium adituri milites recuſas ſuas, & quicquid haberent in zonula, apud ſigna in caſtris deponerent. quod non primus inſtituit, ſed ex veteri militia repetit nunc Peſcennius. *Commendare* eſt deponere, ut explicat Ulpianus, & ſæpe in jure.

3 *Et heredibus certe reddendum qui veniſſent.*] Scribo, *h. cæteris r.* τὸ *veniſſent*, diu mihi fuit ſuſpectum.

4 *Ad perniciem illi magis iſta fuere quem mortuo * ubi & inv.*] Lege & diſtingue: *ad perniciem illi magis iſta fuere: quum mortuo eo ubi & invidia & odium depoſita erant, tal. exempla valuerint*, vel ſcribe, *quo tamen mort.* aut, *quanquam mortuo.*

GRUTERUS.

4 *Ad perniciem illi magis iſta fuere quam mortuo: ubi & invidia, &c.*] Subintelligi poteſt, *vivo.* Palatinus non habet illud *ad*, ut nec *fuere.*

SALMASIUS.

2 *Addens liberis eorum & uxoribus & heredibus certe reddendum qui veniſſent.*] Scio quo pacto hæc emendent viri docti. nihil emendatione egere etiam ſcio. Palatinus & editio habent, *veniſſet* pro *veniſſent*. diſtinctione tantum juvanda ſunt: *addens liberis eorum & uxoribus & heredibus, certe reddendum qui veniſſet*: id eſt, omnino reddendum illi qui veniſſet, recepturus ſcilicet, ſive ille heres, ſive uxor, ſive natus, ſive quilibet eſſet qui jus haberet repetendi depoſitum. poſſet etiam non incommode legi: *certe reddendum, cui veniſſet.* & verum omnino eſſe arbitror. id eſt illi omnino reddendum cui veniſſet, hoc eſt obveniſſet vel contigiſſet. *venire* enim *alicui dicitur hereditas*, & *bona alicui venire*, pro *obvenire* & *contingere*. Martialis:

A ſene ſed patruo poſtquam venere trecenta.

hereditas mihi venit, in jure non ſemel occurrit, & apud Ciceronem in Philippicis.

4 *Ad perniciem illi magis iſta fuere quam mortuo.*] Minima res maximo opere hunc locum depravavit. *qui* pro *quoniam* in membranaceis libris ſæpius compendioſe ſcriptum invenire eſt. quod non intelligentes librarii in *quam* aut *quum* aut *quando* frequenter mutaverunt. ſic igitur lege: *denique etſi nemo fuit qui ſuis temporibus dux ſeverior videretur, ad perniciem illi magis iſta fuere: quoniam mortuo, ubi & invidia & odium depoſita erant, talia exempla valuerant.*

jam mortuo ubi & invidia & odium depoſita erant, ta-
11 lia exempla valuerunt. Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum ſumpſit ante papilionem: nec ſibi unquam vel contra ſolem, vel contra imbres quæſivit tecti ſuffragium. ſimiles non habuit. Tantum denique belli tempore ratione militibus demonſtrata, ſibi & ſervis ſuis vel contubernalibus portavit, quantum à militibus ferebatur: quum ſervos ſuos oneraret annona, [1] ne illi ſecuri ambularent, & onuſti milites, idque ab exercitu cum ſuſpirio videretur. Idem in concione juravit ſe quamdiu in expeditionibus fuiſſet [2] eſſetque adhuc futurus [3] non aliter eſſe acturum ſe quam militem, Marium ante oculos habentem & duces tales. nec alias fabulas unquam habuit niſi de Annibale, cæteriſque talibus. Denique quum imperatori facto quidam panegyricum recitare vellet, dixit ei, *Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit ut eum nos imitemur.* [4] *Nam viventes laudare irriſio eſt, maxime imperatores,*

1 *Ne illi ſecuri ambularent, & onuſti milites.*] *Ne illi ſecuri ambularent, onuſti milites.* vet. ed. quod aſyndeton hoc loco non eſt inconcinnum.

3 *Non aliter eſſe acturum ſe quam militem.*] Non is ſum qui libenter ſollicitem librorum editorum lectiones, nec id facio niſi cum faciendi ſunt auctores optimæ membranæ, quibus plus fidei habere me fateor quam editionibus quas plerumque falſi reas deprehendere eſt. ut heic pergebam quidem ſecurus, ſed ut reſiſterem admonuit veteris libri ſcriptura, quæ ſic habet: *non aliter eſſet, acturumque eſſe quam militem.* cui ſuffragatur Mediolanenſis editio, in qua excuſum eſt: *aliter non eſſe acturumque eſſe.* inde mihi oritur ſuſpicio non vana fortaſſis auctorem ſcriptum reliquiſſe: *idem in concione juravit ſe quamdiu in expeditionibus fuiſſet, eſſetque adhuc futurus, non aliter egiſſe, acturumque eſſe quam militem.* attende paulisper & fateberis eſſe verum. ſic enim hæc ſibi mutuo reſpondent: *ſe quamdiu in expeditionibus fuiſſet, non aliter egiſſe quam militem, nec aliter acturum eſſe, quamdiu eſſet adhuc futurus.*

GRUTERUS.

2 *Eſſetque adhuc futurus.*] Videntur à Gloſſa. nam præcedentia iſtud ſatis ſubindicant, immo exprimunt. exprimerent magis, ſi vice *fuiſſet*, poneretur *eſſet*. certe locum minus ſanum arguit Palat. *in quo expeditionibus fuiſſet eſſe quæ adhuc futurus, non aliter, &c.*

CASAUBONUS.

4 *Nam viventes laudare irriſio eſt.*] Lampridius in Alexandro Severo: *Oratores & poëtas non ſibi panegyricos dicentes, quod exemplo Nigri Peſcennii ſtultum dicebat, ſed aut orationes recitantes, aut facta veterum, quos ante retuli, libenter audivit.*

1 Reli-

tores, à quibus ſperatur, qui timentur, qui præſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcribere: ſe autem vivum placere velle, mortuum etiam laudari. Amavit de 12
principibus Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Trajanum, Pium, Marcum; reliquos [1] fœmineos vel venena-

1 *Reliquos fœmineos vel venenatos vocans.*] Haut dubie locus corruptus. Ingenioſe conjiciebat eruditiſſimus Lectius, *vel peni natos v.* nos tamen hoc modo: *vel venena orbis v.* aut *venena p. Ro.* ſic Auguſtus vomicas ſuas & carcinomata appellabat filias. Marcellinus lib. XXVIII. *Quidam deteſtantes ut venena doctrinas, Juvenalem & Marium curatiore ſtudio legunt.*

GRUTERUS.

1 *Fœneos vel venenatos.*] Auſus ſum admittere ſcripturam exemplaris Palatini, ejecto *femineos.* duobus generibus ceteros Imperatores includit. *fœnei* fuerunt quibus nomen tantum & ſpecies externa Principis, nihil præterea. *venenatos* vocat qui ita imperio abuſi, ut ſerpentes dici mererentur, malo publico proprie nati.

SALMASIUS.

1 *Reliquos fœmineos vel venenatos vocans.*] Locum hunc corruptum propter vocem *venenatos* volunt docti: ego propter *fœmineos.* fœmineum enim dicitur quidquid ad fœminam pertinet, ut *fœminea cathedra, fœminea colus,* & ſimilia. at qui *fœmineum virum* appellaret pro *effœminato*, non magis ferrem, quam qui *muliebrem* diceret. Recte igitur damnat illam vocem optimus Palatinus qui *fœneos* legit, *reliquos fœneos vel venenatos vocans.* fœnei autem homines ſunt nulli rei & pretii homines, nec pluris æſtimandi quam fœneæ illæ imagines vel pilæ quibus proritabantur tauri ad pugnandum. Cicero in Corneliana: *Poſtulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis. proſpectat videlicet cominius quid agatur: videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.* quo alludens Martialis epigrammate quodam in pilæ luſorem qui cum florente ætate primus eſſet in arte pilæ, poſtquam deſiit per ſenectutem ludere, factus eſt prima pila.

Sed qui primus erat luſor dum floruit ætas,
Nunc poſtquam deſit ludere, prima pila eſt.

id eſt contemptui habetur ut illa pila quæ prima objicitur tauris iratis, quam diſcerpunt & lacerant cornibus.

At me quæ paſſa eſt furiati cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima ſuam.

Pilæ taurariæ vocantur in veteribus Gloſſis, & exponuntur Ταυροκαθάπτας. nam ita ſcribendum in illis Gloſſis. inde igitur *fœneos imperatores* heic vocabat Peſcennius τοὺς οὐδένας καὶ ἀνδανούς. *venenatos* vero pernicioſos & peſtiferos & in hominum perniciem natos, ut Nerones, Caligulas, Domitianos & id genus. ſic homines venenatos dixit Lactantius lib. V. cap. V. citans hos Virgilii verſus & explicans:

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Prædarique lupos juſſit. ——

id eſt odium, & invidiam & dolum hominibus inſeruit, ut tam eſſent quam ſerpentes, venenati: tam rapaces quam lupi. Quod quidem vere faciunt ii, qui juſtos ac fideles Deo perſequuntur, dantque judicibus ſæviendi adverſus innoxios poteſtatem. illos igitur peſtes & labes & ἀλίτρους humani generis imperatores, venenatos appellabat Peſcennius. Venenatum ita etiam alibi uſurpavit Lactantius. ſed nunc locus non ſuccurrit. ſic *venenum*

nenatos vocans: maxime tamen in hiſtoriis Marium & Camillum & Q. Martium Coriolanum dilexit. Interrogatus autem quid de Scipionibus ſentiret, dixiſſe fertur, *Felices illos fuiſſe magis quam fortes:* idque probare domeſticam vitam & juventutem, [1] quæ in utroque [2] nimis ſpecioſa domi fuiſſet. Apud omnes conſtat quod ſi rerum potitus fuiſſet, omnia correcturus fuerat quæ Severus vel non potuit emendare, vel noluit: & quidem ſine crudelitate, imo etiam cum lenitate, ſed militari, non remiſſa & inepta atque ridicula. Domus ejus hodie Romæ viſitur [3] in campo Jovis, [4] quæ appella-

nenum generis humani Neronem vocat Plinius. venenatos igitur peſtiferos & in perniciem exitiumque generis humani natos vocabat Peſcennius. Fœneos vero inutiles & nullius pretii, nequam & nugaces. ſic ager fœneus Latinis pro inutili ſterilique. Cod. Theod. de indub. debit. *noverint igitur officia ad ſe omne diſpendium redituum ſi occultatis idoneis in eorum locum fœneos defectoſque ſubjecerint.* ſic fœneum debitorem liceat vocare facultatibus defectum, & qui ſolvendo non eſt. vetus interpres Novellarum *ἄπορον κτῆσιν* fœneam poſſeſſionem vertit, eleganter.

1 *Quæ in utroque nimis ſpecioſa domi fuiſſe apud omnes conſtat.*] Latinius atque uſitatius dixiſſet: *quam in utroque nimis ſpecioſam domi fuiſſe apud omnes conſtat.* ſed in Palatino legitur, *fuiſſet.* quæ lectio me movet ut aliter legenda & diſtinguenda hæc putem, hoc nempe modo: *idque probare domeſticam vitam & juventutem quæ in utroque nimis ſpecioſa domi fuiſſet. Apud omnes conſtat, quod ſi rerum potitus fuiſſet, omnia correcturus fuerat quæ Severus vel non potuit emendare vel noluit.* atque ita edidimus

CASAUBONUS.

1 *Quæ in utroque nimis fuiſſ.*] Φιλοκάλους enim Scipiones fuiſſe, ut etiam Græcanicum habitum aliquando aſſumſerint in provinciis, antiquæ hiſtoriæ produnt. alius eſt Fabius Scipio, de quo in Alagabalo.

3 *In campo Jovis.*] In deſcriptionibus Urbis Romæ prætermittitur hic locus, aut aliter nominatur.

GRUTERUS.

2 *Nimis ſpecioſa.*] Nolui quidem facere huic loco quod ſuperiori, quamvis aliud quid poſceret Palatinus; quod & vulgato ſuus eſſet ſenſus. haud dubium tamen mihi ſit convenientius heic eſſe quod erat in iiſdem membranis, *minus ſpecioſa.* conſtat enim Scipiones ſolutiore vita primos adoleſcentiæ annos egiſſe ex Gellio, Valerio Maximo, Panegyricis, cæteriſque auctoribus. ſic, de Catone cum ſcribat alibi Livius, *dedecorat toga candida;* nihil vult, quam ei minus fuiſſe ſpecioſam. Videantur etiam quæ ad hunc locum faciant, infra in Lampridii Elagabalo, cap. 26.

SALMASIUS.

4 *Quæ appellatur Peſcenniana.*] Excerpta Spartiani, Palatinus liber, vetus editio, hi tres hoc loco legunt: *quæ appellatur Peſcenniani.* ſic apud Euſebium & Hieronymum, *domus Vectiliani* dicitur, quæ aliis auctoribus fere omnibus eſt Vectiliana. Faſti quoque Caſauboniani: οἶκον Οὐεστιανοῦ pro Οὐεκτιλιανοῦ habent. *Domus Peſcenniani* eſt, *domus Peſcennii.* nam Peſcen-

pellatur *Peſcenniana:* [1] in qua ſimulacrum ejus in

cennius & Peſcennianus indifferenter enunciabant. ſic Hermogenes & Hermogenianus idem. Herodiano, *Διαδουμενιανὸς* appellatur, qui vulgo eſt *Diadumenus.* Tzetzæ *Diogenianus* in vitis Philoſophorum citatur, quem vulgo eſſe Diogenem nemo ignorat. ita vulgo Peſcennianus erat Peſcennius. inde *domus Peſcenniani.* idem de domo Vectiliani poteſt dici.

CASAUBONUS.

1 *In qua ſimulacrum ejus in trichoro conſtituit ſtatim poſt annum ex Th.*] Non dicit quis ille fuerit, qui hoc ſimulacrum in Peſcenniana domo conſtituit. nam Peſcennium ipſum non fuiſſe, ſatis docet cum dicit, *ſimulacrum ejus*, non autem, ſuum. illa autem, *ſtatim poſt annum*, nullam interpretationem admittunt. hiſce tot incommodis quo medicinam faciamus, ſcribimus, *ſ. e. in t. conſtituit Statius Poſtumius.* non longe recedimus à vulgata, quam & in membranis offendimus, ſcriptura. ſententia autem planiſſima. Statius hic Poſtumius domus Peſcennianæ, eo extincto cum liberis & univerſo nomine, fuit dominus: qui non in gratiam Peſcennii, ſed ut ædes ſuas ornaret, illius ſimulacrum nactus, in ſua domo illud poſuit. Dici etiam poteſt, vivo Peſcennio poſitam in ejus domo hanc ſtatuam, cum eo abſente negotia illius gereret Statius Poſtumius amicus & fautor ipſius. Scribendum etiam minore litera initiante *trichoro.* dixit autem Spartianus *in trichoro*, pro, in uno è trichoris. Magnatum ædes & palatia tribus diſtinctis partibus conſtare ſolent: quarum una ingredienti adverſa occurrit, duæ ſunt ad l tera. has tripertitas domos architecti vocabant trichora, *τρίχωρα.* Statius Papinius in Tiburtino Manlii Vopiſci:

— quid nunc ingentia mirer,
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris?

Architecti noſtri vocant hodie papiliones: quia harum partium (ædificii corpora vulgo dicimus) diverſa tecta ſic conſurgunt, ut in metatura caſtrorum ſeparata totidem papilionum faſtigia.

SALMASIUS.

1 *In qua ejus in trichoro ſimulacrum conſtituit.*] In trichoro domus, id eſt in faſtigio. nam in faſtigio domorum Auguſtarum ſtatuæ collocari ſolitæ, ut & in faſtigiis templorum. Vopiſcus in vita Floriani: *imago Apollinis quæ ab his colebatur ex ſummo faſtigio in lectulo poſita ſine cujuſpiam manu deprehenſa eſt.* faſtigium autem *trichorum* dictum à forma triangulari. nam *τρίχωρον* & *τρίγωνον* idem. Galenus in lexico Hippocratis: *ἀέτωμα τὸ εἰς ὕψος ἀνατεταμένον τῆς ὀροφῆς ὥσπερ τρίγωνον.* omnia enim ædificiorum tecta apud veteres, aut erant plana aut faſtigata. in Græcia & in Aſia & toto pæne oriente ædium privatarum tecta plana fiebant: ædes vero ſacræ culmen & faſtigium habebant. quod *ἀετὸν* & *ἀέτωμα* Græci dicunt. Gloſſæ: *faſtigium, ἀέτωμα.* Euſtathius Iliad. Ω. *ἱστέον ὅτι ἐκ τοῦ ἀετοῦ τοῦ ζώου καὶ μέρος τι τῶν ναῶν, οὐ μόνον ἀέτωμα ἐλέγετο, ἀλλὰ καὶ ἀετὸς διά τι ἐοικέναι φασὶ πτέρυξιν ἀετοῦ.* atque inde *πτερύγια* & *πτερὰ* etiam appellata. interpres Ariſtophanis ad illud: *ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν. διὰ τὰ ἐν τοῖς ναοῖς ἀετώματα. τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν, ὡς φησὶν Ἴων ἐν Ἀγαμέμνονι.* nam faſtigia ita erant proclinata, quemadmodum cum avis alas demittit & extendit: hinc faſtigiis nomen. veteres Romani *pectinata tecta* appellabant, quæ in duas partes eſſent devexa. hinc hos hodie *pectiniones* vocamus qui ex utraque parte faſtigium ſuſti-

ſuſtinent, & plane ſunt triangulari forma, ut & ipſum faſtigium, quod iis incumbit: & τρίχωρον vel τρίγωνον propterea dictum eſt. fallitur vir erudititiſſimus, qui putat *papiliones* ab architectis noſtris hodie vocari, quæ veteres τρίχωρα dicebant. nam hi noſtri *papiliones* quos vocamus, teſtudinatis veterum tectis ſimiles ſunt, non trichoris. Hujuſcemodi trichora vel faſtigia Galenus in commentario περὶ ἀέρων, appellat τριγωνοειδεῖς τῆς ὀροφῆς ἀνατάσεις, & totam hanc planorum tectorum faſtigiorumque differentiam optime explicat. itaque verba ejus heic ponemus: στέγειν μὲν τὸν πύργον ἀκριβῶς χρή. οἴκου δ' αἴτωμα τὸ ὑψηλότατον μέσον. οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὰς εἰς ὕψος ἀνατάσεις τῆς ὀροφῆς τριγωνοειδεῖς. εἰ μὲν γὰρ ἡλιαστήριον ποιήσαι τις, ἀντὶ κεράμου ποιήσαι τὴν ὀροφὴν ἐπίπεδον οὐκ αἴτωμα ἔχουσαν. κέραμον δὲ ἐπιθεὶς διαπόρρυτον αὐτῇ τὸ ὕδωρ τὸ ὄμβριον εἶναι βούλεται. κατὰ τοῦτ' οὖν ὑψηλὸν ἐργάσεται τὸ μέσον τῆς ὀροφῆς κατὰ τὸ μῆκος ἐκ τῶν ὀπίσω πρὸς τὰ πρόσω τεταμένον. οὕτω γὰρ ἐφ' ἑκατέρων τῶν πλαγίων καταάξει τὴν ὀροφὴν τεταμένην, ὥσπερ ἴσως δὲ πτέρυγας καθειμένας. οὕτω γὰρ εἰώθασιν εἰκάζοντες οἱ παλαιοὶ καλεῖσθαι τοῦτο τῆς οἰκίας τὸ μέρος, αἰετὸν καὶ αἴτωμα, καθάπερ καὶ ὁ Πίνδαρος φησὶν ἐν τοῖς πολεμίζειν, Χρυσέαι δ' ὀξύπτεραι αἰετοῦ κληδόνες. καὶ Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλη, Ἰδοὺ πρὸς αἰετὸν ἐξαμιλλῶσαι κόραι. quæ verba in editionibus Galeni depravatiſſima ſunt. nos ea ſic emendavimus. verba etiam Dioclis Caryſtii apud eumdem ita ſunt legenda: ἀνέλκειν δὲ τὴν κλίμακα πρὸς τὸ ὑψηλὸν πύργον καὶ οἰκίας αἰετόν. tecta igitur apud veteres aut erant plana, & ſolaria, vel mœniana vocabantur; aut inclinata ad deducenda ſtillicidia: quod genus Latini faſtigium aut culmen, Græci ἀετὸν & αἴτωμα dixere. D. Hieronymus ad Suniam & Fretellam: *Δῶμα in orientalibus provinciis ipſum dicitur quod apud Latinos tectum: in Palæſtina enim & Ægypto, vel ubi ſcripti ſunt divini libri vel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ vel ſolaria vel meniana vocant, id eſt plana tecta quæ transverſis trabibus ſuſtentantur.* Meniana illa vel ſolaria quæ in planis tectis ſtruebantur, Græcis ἡλιαστήρια & ἡλιαστικὰ & ἡλιοκαύμενοι dicuntur, ἐξῶσται etiam dicebantur: Latinis *protecta*, & *projecta tecta.* veteres Gloſſæ: *projecta tecta*, ἀνατεταμένα, ἀνάτασιν ἔχουσαι ἐπ' οἰκίας. ita enim ſcribendum, non ἀνάστασιν. nam ἀνατάσεις vocat Galenus. ἀνάτασις tamen, & ἀνατεταμένη οἰκία, videntur de illo tectorum genere accipienda, quæ faſtigata erant & culmen habebant, τὰ εἰς ὕψος ἀνατεταμένα. nam ἀνατάσεις Galeno vocantur, tectorum faſtigia. faſtigata autem tecta & in altum educta, etiam ſuas habuere projecturas ad arcenda ſtillicidia. male in Gloſſis ſcriptum *perfecta tecta* ἀντὶ τοῦ projecta: *perfecta tecta*, ἀνατεταμένη, ἀνάτασιν ἔχουσα ἐπ' οἰκίας. perperam; ἀνατεταμένη, ἀνάστασιν ἔχουσα. idem Gloſſarium: *protectum*, ἐκβέτης, ἐξώστης. Aſconio *provolans* dicitur, Græcis etiam πρόφορον, ut infra dicemus. quod vero meniana Grammatici à quodam Menio denominata exiſtimant, qui primus tigna projecerit, & id genus conſtructionis invenerit, nugas magnas eſſe mihi perſuadeo. *mœnia* ſunt περίβολοι, hinc mœniana: ſic media τὰ μέσα: inde *mediana*: quæ vox τὰ μέσα quoque ſignificat. mœnianum enim proprie περίβολος vel podium in circuitu ſolariorum poſitum, ne facilis in præceps lapſus eſſet. Hieronymus in epiſtola ad Suniam & Fretellam: *& quando præcipitur nobis ut faciamus domati noſtro coronam, hoc præcipitur ut in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminentias, ne facilis in præceps lapſus ſit.* quare περίβολον mœnianum etiam appellavere. qua voce Latini uſi, & *peribolum* pro meniano

niano vel projecto dixere. Gloſſæ manuſcriptæ : *peribulum, deambulatorium.* eædem : *deambulatorium, peribulum.* deambulatorium autem vocat ſolarium vel mœnianum, quod in mœnianis & ſolariis deambularent. hinc illud Auguſti : *quid ? ego ut me populus dicat bene cultum in ſolario ambulaturus ſim ?* Iſidorus : *chalcidicum, foris deambulatorium, quod & peribulum dicitur & iterum.* perperam *petibulum* hodie editum eſt. optimæ Gloſſæ : *peribulum,* πρόφορον. vitioſe vulgo ſcriptum eſt : *patribulum.* origo mendi ex eo quod erat ſcriptum *paeribulum* cum diphthong. pro *peribulum*, hinc *patribulum*, t pro e. πρόφορον autem, ut ipſum vocabulum per ſe indicat, nihil aliud eſt quam projectum vel provolans & menianum. quæ vox apud Pomponium reſtituenda lege penultima de verb. ſignif. loco ab eruditis toties & tot modis ventilato : *idem Labeo ait, prophurum id eſt iterum quod in ædibus fieri ſolet, ædium eſt.* ita ſcripſerat juriſconſultus. Tribonianus cum minime intelligeret, quid eſſet *prophurum* (& fortaſſe etiam *prophyrum* ſcriptum invenerat, ut *centyrio* ſcribebatur pro *centurio*, *gyla* pro *gula*, *ſyarium* pro *ſuarium*, & ſimilia) ad eam faciem locum illum interpolavit, qua nunc legitur, & *prothyrum* pro *prophurum* vel *prophorum* repoſuit. *iterum* autem idem quod πρόφορον, quod nec intellexit Tribonianus. fruſtra vero moneret juriſconſultus *prothyrum* eſſe ædium & in ædibus fieri ſolere. quis enim eſt qui hoc neſciat ? ſed intellexit prophora illa & meniana quæ ædibus adjici ſolebant ex provolantibus & projectis tabulatis compoſita, quæ & eximi facile poterant. illa ædium nihilominus eſſe reſpondit Labeo. foribus etiam adjici ſolita notat Iſidorus. *Mœnius collega Craſſi in foro projecit materias, ut eſſent loca in quibus ſpectantes inſiſterent, quæ ex nomine ejus mœniana appellata. hæc & ſolaria, quia patent ſoli. poſt hæc alii lapide, alii materia ædificavere. porticibus mœniana, & foribus & domibus adjecerunt.* quæ foribus adjiciebantur, & ſuper januas extruebantur, *grundas* Latini dicebant. Gloſſæ : *Grunda,* στέγη, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξέχον. Græci recentiores, στηθαῖα. Codinus: κιονάς τε καὶ συστηματία. στηθαῖά τε καὶ ἀνδραίκια καὶ κογχιλοθύρια. Moſchopulus : τὸ προῦχον τοῦ ὑπερθύρου, ἤγουν τὸ κοινῶς λεγόμενον στηθαῖον. *Balcones* niſi fallor, hodie vocant Itali. ſed de grundis, & ſubgrundis & ſolariis mœnianiſque plura dicam ad Suetonium in vita Neronis. Meniana vero quod etiam *itera* dici Latine monuimus, id probandum eſt, & ratio noſtræ apud Pomponium conjecturæ reddenda. Iſidorus loco ſupra citato: *chalcidicum, foris deambulatorium, quod & peribulum dicitur & iterum. Chalcidicum* τὸ ὑπερῷον ſignificaſſe minime dubium eſt. etiam pro meniano vel projecto vel pergula accepere. Gloſſæ veteres ; ἴκριον, *iterum, iteratum.* ita enim legendum, non ἴτριον. alibi : ἴκριον, *pergula, tabulum.* ita enim meniana dicebantur quod ex tabulis fierent. *pergulam* autem veteres *porgulam* dicebant quod extra ſe porgeret, & projiceretur. hinc *pergulam* ὑπερῷον paſſim exponunt. Cyprianus ὑπερῷον, *tabulam* vertit. nam illa verba ex actibus Apoſtolorum, λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ, ſic vertit : *converſus ad corpus quod in tabula jam lotum jacebat.* ſed de menianis pluribus ad Suetonium. de faſtigiis exequamur quod reſtat & quod maxime ad hunc locum pertinet. *faſtigium* vulgari & communi notione nihil aliud erat quam tectum in utramque partem proclinatum ad ſtillicidia deducenda, quod & trichoron hoc loco dicitur & Statio Papinio illo verſu :

—— *partitis diſtantia tecta trichoris.*

nam pluribus faſtigiis id eſt trichoris, tecta plerumque fiebant, ut in epiſtolis Ciceronis ad Atticum videre eſt ; iſtis verbis : *abſolutum offendi in ædibus tuis tectum : quod ſupra conclavia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum.* hinc *tecta diſtantia partitis trichoris* id eſt faſtigiis, dixit Statius. at illud faſtigium

[1] in trichoro conſtituit, ſtatim poſt annum [2] ex Thebaico

ſtigium quo Cæſaris domus ornata eſt, cum illi, aræ, templa, pulvinaria decernerentur ut deo, faſtigii tantum ornamentum fuit, & faſtigium dictum eſt quod erat quodammodo faſtigii faſtigium. Cicero in Philippicis: *quem is majorem honorem conſecutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem.* nec vero credendum eſt faſtigium illud fuiſſe, tecti quamdam formam, quæ templis deorum propria eſſet, & ἀετὸς diceretur, cum ſuperius multis docuerimus ἀετοὺς etiam vel ἀετώματα in privatarum ædium tectis uſurpari ſolita. ſed quemadmodum faſtigiis templorum, quædam addebantur ornamenta quibus privatorum ædificiorum culmina carebant, ut ſtatuæ, victoriæ & alia deorum ſimulacra: ſic cum multa Cæſari decreta eſſent ut deo, ejus quoque ædium faſtigium eodem modo ornaverunt, quo ſolebant ornari deorum templa. ideo Plutarchus cum de illo Cæſaris domus faſtigio loquitur, non ἀετὸν vocat vel ἀέτωμα ſed ἀκρωτήριον. quod eſſet quaſi faſtigii faſtigium, & faſtigio domus imponeretur. ejus verba hæc ſunt: ἦν γάρ τι τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ἀκρωτήριον, ὡς Λίβιος ἱστορεῖ. τοῦτ᾽ ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταρρηγνύμενον ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν. illa autem ἀκρωτήρια faſtigio adjecta & impoſita erant. Heſychius erudite: ἀκρωτήρια τὰ ἐπάνω τῶν ναῶν ζώδια ἀνατιθέμενα Δωριεῖς. & ſane acroteria ſolere faſtigiis imponi teſtis Vitruvius: *epiſtylium, zophori, coronæ, tympana, faſtigia, acroteria.* retinet Græcam vocem, quam ſi Latine reddere voluiſſet, faſtigium cum vero faſtigio confudiſſet, cum illa *acroteria* ornamenta faſtigiorum potius fuerint quam faſtigia. ſed quod altiora ipſis faſtigiis eſſent, ideo Græci ea ἀκρωτήρια dixere, Latini etiam faſtigia, verum improprie, cum vulgo proprie faſtigium vocarent culmen domus. vocem qua id aliter exprimerent non habuerunt. de illis acroteriis vel faſtigiorum ornamentis idem Vitruvius: *& ipſarum ædium ſpecies ſunt barycæ, barycephalæ, humiles, laxæ, ornantque ſignis fictilibus aut æreis inauratis earum faſtigia.* illa ſigna fictilia & ærea inaurata faſtigiis templorum ornamenti vicem impoſita. ſunt Heſychii ἀκρωτήρια. Plinius libro XXXV. capite XII. *fictiles in faſtigio templi ejus quadrigæ de quibus ſæpe diximus.* & libro XXXVI. capite V. *Agrippæ Pantheum decoravit Diogenes Athenienſis, & Caryatides in columnis templi ejus probantur inter pauca operum: ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci minus celebrata.* Pauſanias Corinthiacis: τὰ δὲ ἐν τοῖς αἰετοῖς Ἡρακλῆς καὶ Νῖκαι πρὸς τοῖς πέρασίν εἰσιν. Livius libro XXVI. *In æde Concordiæ Victoria quæ in columine erat, fulmine icta decuſſaque ad Victorias quæ in antefixis erant hæſit neque inde procidit.* ſic legendus ille Livii locus ex optimi libri auctoritate. Pauſanias Phocicis: τὰ δὲ ἐν τοῖς αἰετοῖς, ἐστὶν Ἄρτεμις καὶ Λητὼ καὶ Ἀπόλλων. faſtigium igitur vocarunt Latini ſcriptores ejuſmodi ſignà & victorias Cæſaris olim domus faſtigio additas ad ornamentum, cum illo genere tantum decorari ſolerent deorum templa.

GRUTERUS.

1 *In trichoro conſtituit, ſtatim poſt annum ex Thebaico.*] Nihil abeunt ab hac lectione Palatinæ membranæ, niſi quod in iis *trichrero.* ego non integro locum tam fractum. videtur tamen & literis & ſono accedere ad iſtam ſcripturam, *conſtituit Statius Poſtumianus ex Thebaico*; quomodo fere etiam conjecit amiciſſimus noſter Caſaubonus.

CASAUBONUS.

2 *Ex Thebaico marmore.*] Fuere diverſi generis & coloris, quod ex Plinii

baico marmore, quod ille ad ſimilitudinem ſui factum [1]à rege Thebæorum acceperat. [2]Extat etiam epigramma Græcum; [3]quod Latine hanc habet ſententiam.

[4]Terror Ægyptiaci Niger aſtat militis ingens,

The-

nii libro XXXVI. apparet. iſtud fuiſſe nigrum demonſtrat poſtremum diſtichum ſequentis epigrammatis.

1 *A rege Thebæorum.*] Habuere Ægyptiæ Thebæ proprium dynaſtam quem regem vocabant, ſed Romano imperio ſubditum: nam provinciæ Ægypti pars Thebais fuit, jam inde à temporibus Auguſti.

2 *Extat etiam epigramma Græcum.*] Quod baſi fuerat adſcriptum ejus ſimulacri de quo dictum eſt modo.

3 *Quod Latine hanc habet ſententiam.*] Inveneritne Spartianus Græcum hoc epigramma in Latinum verſum, an ipſe verterit, ex ejus verbis cognoſci non poteſt. non recte enim ex his colligas, auctorem ipſum eſſe hujus interpretationis. nam & Capitolinus in Macrino, cum facta mentione Græci epigrammatis ſimillime dixiſſet, *quod Latine hac ſententia continetur*, quaſi eſſet ipſe interpretationis auctor, quam ſubjicit; poſtea tamen alii adſcribit, quem merito ineptum pronuntiat. Lampridius quoque in Diadumeno fatetur, verſionem verſuum Græcorum, quam libro ſuo inſerit, à malo poëta profectam. Idem & de hoc epigrammate cenſemus: neque ita male de Spartiano judicamus, ut tam ineptam verſionem velimus illi adſcribere. Illud vix excuſamus, quod Lectorum eruditas aures Latinis hiſce verbis offendere præoptarit, quam Græcis ipſis uti: quos non dubitamus paullo ſaltem meliores & lectu digniores fuiſſe. Nos malos Latinos Græcis mutavimus nihilo deterioribus.

Αἰγυπτίης αἴχης ὁ Μέλας μέγα δεῖμα, πάρεστι,
Θηβαΐδος σύμμαχος, χρύσεα πᾶσι νεῶν·
Τὸν βασιλεῖς κ᾽ ἔθνη φιλέουσιν, καὶ σύγε Ῥώμη·
Τὸν κ᾽ Ἀντωνίνοις πανθεογένετορσι φίλον.
Οὔνομά οἱ Μέλας, ἐστὶ λίθου μέλανος δὲ καὶ εἰκὼν
Ἥδε· συνῳδὸς ὕλη ὄφρα γένοιτο φυῇ.

in primo verſu pro *militis* legimus *limitis*, cum Johanne Savarone.

4 *Terror Ægyptiaci N.*] Scribendum *Egyptiaci*. nam ea ætate neque ſcribebant diphthongos, neque earum rationem in pangendis verſibus habebant. cujus licentiæ exempla ſcimus extare aliquot, non ſolum apud Chriſtianos poëtas, qui metricam non admodum curarunt, ſed etiam apud caſtigatiſſimum poëtam Auſonium, ut in eruditiſſimis illis Lectionibus ſuis obſervat Scaliger. in antiquiſſimis membranis & lapidibus ſæpe Egyptum offendes ſcriptum: ut in Neapolitano quodam: PROCVR. LVDI. FAMIL. GLAD. CÆSARIS. ALEXANDREÆ. AD. EGYPTVM. ADLECTVS. Sic *premium* ſcribebant pro præmio, & in verſu corripiebant. ut in epitaphio Maximi Olibii. NE. PREMIVM. TANTI. DEPEREAT. LATICIS. alibi occurret SEVIENTE prima brevi, & ſimilia his. Hanc igitur uſurpationem hoc modo excuſare, & ſeculo imputare poſſumus: cætera peccata hominum propria ſunt, non ſeculi. ut quod verſu tertio poſteriorem vocis *gentes* facit brevem. Similia peccata iſtorum poëtarum in aliis vitiis.

SALMASIUS.

4 *Terror Ægyptiaci Niger aſtat.*] *Egyptiaci* ſcribendum erat, ut jam monuiſſe

Thebaidos ſocius, aurea ſecla volens.
[1] *Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:*
Hinc Antoninis charus & imperio.
[2] *Nigrum nomen habet,* [3] *Nigrum formavimus ipſi,*
Ut

nuiſſe video clariſſimum Caſaubonum. ita enim illo tempore multis in nominibus diphthongos non admittebant: nec videntur id poëtæ licenter feciſſe verſus gratia, ſed conſuetudinem ſequebantur. ſic *enigma* pro *ænigma* apud Prudentium. nec fere aliter ſcriptum etiam in vetuſtiſſimis illius poëtæ codicibus. ſic *ſphera*. nec Latini tantum, ſed & Græci ſic plerumque ſcribebant. nunquam ſane aliter ſcribit ille auctor Gloſſarii quod vulgo circumfertur, etiam in Græcis nominibus: apud quem leges in vetuſtiſſimo codice Bibliothecæ Puteanorum, σφῖρα pro σφαῖρα· & σφιροπαίκτης & ἐπισφίριον, pro ἐπισφαίριον· ἀχίριον pro ἀχείριον· χίται pro χαῖται· ἀνίχωτος pro ἀναίχωτος· σφύρινα pro σφύραινα· ματία pro ματαία· ἶρα pro αἶρα· αιενα βρομητέρα. diſtingue, βρόμα, ἶρα. ſic χαμιπίτυς, & χαμιλοντῖον, & infinita ejuſmodi quæ piget proferre. ſic Χιρογρύλις pro Χαιρογρύλις in epigrammate Græco. & Κιθέρων pro Κιθαίρων. unde *Cithron* pro Cithæron apud Auſonium. & *Betis* pro *Bætis*. apud Maximianum elegiarum libro, *pedagogus* pro *pædagogus*:

Me pedagogus adit. ———

ita enim ſcriptum eſt in libro Juretii. vulgo eſt, *Pædagogus adit me*. non æque bene. nam & ſimiliter vitio laborat verſus, quod tamen effugere illa bella mutatione ſunt conati.

1 *Hunc reges, hunc gentes amant.*] Peccatum non poëtæ ſed ſeculi, quod ultima correpta enunciatur in voce *gentes*. ſic enim ſolebant illius temporis poëtæ. Sympoſius in enigmate *ſerræ*:

Cætera mando focis ſpernunt quæ dentes acuti.

ita enim ſcriptum vidi in valde magnæ vetuſtatis libro, pro eo quod vulgatum eſt:

Mando tamen fruſtra quia reſpuo præmia dentis.

ſic *fames* ultima correpta apud Prudentium: & ultima in *colluces* apud eumdem:

Colluces inſigni ſtola.

& Sidonio Apollinari:

Et Phœbo melior lyriſtes ipſe.

de quo pluribus agam in commentario de vitiis recentium poëtarum.

CASAUBONUS.

3 *Nigrum formavimus ipſi.*] Scribe, *nigram*, in regio eſt *nigram*: ut ſit figura, πρὸς τὸ σημαινόμενον, & referatur ad vocem *ſtatuam*, ἔξωθεν ſupplendam. quod tamen minus probo.

SALMASIUS.

2 *Nigrum nomen habet. Nigrum formavimus ipſi.*] Videtur prius faciendum, ut totum hoc diſtichon, quomodo ſcribi debere putamus, ex libro veteri ponamus, & ita ad ejus expoſitionem accedamus. ſic igitur ſcribe ex optimi codicis Palatini fide:

Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipſi,
Ut conſentiret forma metalle tibi.

ſic enim ſcriptum exhibet, ne una quidem littera minus liber ille. nec dubium, hanc eſſe veram lectionem, cujus hic eſt ſenſus. diu fuerat in Ægypto Peſcennius, ut dux Ægyptiaci limitis, atque inde cæli illius colorem contraxerat. Thebæorum Rex igitur qui iſtud ſimulacrum ex Thebaico marmore ad ſimilitudinem Peſcennii factum, Peſcennio donavit,

hoc

[1]*Ut conſentirent forma metalla tibi.*

Quos

hoc dicit: Peſcennius Niger vocatur, nos ipſi Ægyptii nigrum ipſum reddidimus, & cæli noſtri colore imbuimus, ut forma, hoc eſt facies & color metallo de quo ſimulacrum factum eſt conveniret & reſponderet. *metallus* autem pro *metallum*, ut Symphoſio *graſius* pro *graſium*, & *tintinabulus* pro *tintinnabulum*, & ſimilia ſexcenta. ſed & Græcorum imitatione *metallus* dixit: & veriſimile eſt in Græco epigrammate fuiſſe μέταλλος. Heſych. μέταλλος ὁ λίθος. *metallum* vero vel *metallus* pro lapide. cum vulgatius ſit locum, unde lapides extrahuntur ita vocari. hinc lapides ex ipſo metallo apud Agrimenſores: *ex ipſo metallo ſaxum à ferro aſſignavimus.* ſed & *metalla* pro lapidibus paſſim, ut & venæ. cum ſaxorum vena proprie dicatur, ut & metallum, locus unde ſaxa deciduntur. inde lapides primæ & ſecundæ venæ, & nobilioris venæ marmor. Ovidius:

Nec ſilicum venæ, nec durum in pectore ferrum.

Virgilius:

Et ſilicum venis abſtruſum excuderet ignem.

idem alibi:

— pars ſemina quæreret flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis. —

ſic venæ lapidum ſilicumque, & metalla lapidum. ſed & metalla pro ipſis lapidibus, & venæ. Sæculus Flaccus de conditionibus agrorum: *ergo agrorum diviſorum, qui inſtitutis limitibus diviſi ſunt, formæ varias appellationes accipiunt. quidam in albo res finales, alii in venis, alii in membris, ſcripſerunt.* ſic enim legendum apud Flaccum. *in venis*, id eſt in lapidibus. *in membris*, in membranis. nam *membra* ſunt membranæ. Solinus, *aurium membra* pro membranis aurium dixit. ita enim libri veteres illo loco: *nec amiculum aliud ſit, quam ut membræ membris aurium contegant.* Iſidorus de veſpertilione ex Ambroſio: *veſpertino crepuſculo circumvolat præcipiti motu acta; & tenuiſſimis bracchiorum membris ſuſpenſa.* *membrum* & *membranum*, idem, ut *medium* & *medianum*. *membrum*, τὸ σωμάτιον. ita enim Græci membranam appellant. ſed hæc non ſunt hujus loci.

GRUTERUS.

1 *Ut conſentiret forma, metalle, tibi.*] Expreſſi ſcripturam Palatinam, in qua nihil difficultatis, niſi quod tranſmutat genus *metalli*, æque bonus auctor Latinitatis quam carminis. vulgabatur prius, *Ut conſentiret forma metalla tibi.*

CASAUBONUS.

1 *Ut conſentirent forma metalla tibi.*] Regius,

Ut conſentiret forma metalla ſibi.

nullo ſenſu. mens haut dubie eſt illa, quam ante expreſſimus. quod de marmore nigro facta eſſet ſtatua Nigri, hanc affert rationem, ut concolor eſſet formæ ipſius. ergo legendum,

Ut conſentirent forma, metalla ſibi.

forma, metalla ἀσυνδέτως, pro, forma & metalla. appellat *metalla* marmor Thebaicum ex quo factum ſimulacrum dixit ante Spartianus. Sic Ulpianus & juris auctores alii metallorum appellatione lapides, cretas, arenas, ſulphura, & cætera hoc genus complexi ſunt. Sic & Græci loquuntur. Euſebius hiſtoriarum lib. VIII. εἶχε τὸ καλέμενον ἐν Θηβαΐδι φερωνύμως ὃ γεννᾶται πορφυρίτε λίθε μέταλλον πλείστων ὅσων πληθὺν τῶν τῆς θεοσεβείας ὁμολογητῶν. Si retinere velis vocem *tibi*, potes ſcribere,

Ut conſentirent furva metalla tibi.

& fortaſſe vera hæc ſcriptura eſt. *furva metalla* interpretor marmor illud, vel ei ſimile aliud, quod Plinius in Ægypto ſcribit reperiri (etſi alibi natum)

ferrei

Quos quidem verſus Severus eradi noluit, quum hoc ei & præfecti ſuggererent, & officiorum magiſtri, addens, *Si talis fuit, ſciant omnes qualem vicerimus ſi talis non fuit, putent omnes nos talem viciſſe: imò ſic ſit, quia fuit talis.* [1] Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quaſi ſocius hujus habetur, quod & pariter contra Severum rebellaverunt, & ab eodem victi atque occiſi ſunt. [2] De quo ipſo neque ſatis clara extant: quia eadem fortuna illius fuit quæ Peſcennii, etiamſi vita ſatis diſpar.

ferrei coloris & duritiæ: baſaltem vocant, inquit ille. eſt autem leviter corruptum nomen, pro *barſalten*, vel *barzalten*. nam ברזל vel ברזלא ferrum ſignificat.

SALMASIUS.

1 *Sequitur nunc de Clodio Albino dicam.*] Hæc in ſuum locum rejecimus: ſaltem in illum, cujus in poſſeſſione diu fuerunt, & fuiſſent adhuc, niſi vir doctus per vim & injuriam inde ejeciſſet. quæ nos interdicto *unde vi* in poſſeſſionem reſtituimus, non ſolum adſtipulantibus omnibus membranis & editionibus, ſed etiam ratione ſuffragante, quam ſuperius attulimus. debent igitur legi non heic, ſed eo loco quo ſupra indicavimus.

CASAUBONUS.

2 *De quo ipſo neque ſatis clara extant.*] Deeſt aliquid explendæ ſententiæ. vel ſcribendum *nec*, pro non.

JULII

[1] JULII CAPITOLINI
CLODIUS ALBINUS,
AD
CONSTANTINUM AUG.

[2] UNo eodemque tempore poſt Pertinacem, qui autore Albino interemptus eſt, Julianus à ſenatu Romæ, Septimius Severus ab exercitu in Illyrico, Peſcennius Niger in Oriente, Clodius Albinus in Gallia imperatores appellati ſunt. [3] Et Clodium quidem Herodianus dicit Severi Cæſarem fuiſſe. ſed quum alter alterum indignaretur imperare, nec Galli ferre poſſent [4] aut Germaniani exercitus (quod & ipſi ſuum ſpecialem principem haberent) [5] undique cuncta turbata

CASAUBONUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Ita & libri ſcripti: quorum niſi auctoritas obſtaret, vix putem ab alio ſcriptam hanc vitam, quàm ab eo qui ſuperiorem Peſcennii.

3 *Et Claudium quidem Herodianus dicit Severi Cæſarem fuiſſe.*] Scrib. *Clodium.* reſpicit illa Herodiani de Severo & Albino: *Καίσαρα δὲ αὐτὸν ἀποδείξαντες, φθάσαντες αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα, τῇ τῆς ἐξουσίας κοινωνίᾳ.* neque Dio aliter.

5 *Undique cuncta turbata ſunt.*] Dio in eadem re, *συγκεκινημένης διὰ τοῦτο τῆς οἰκουμένης.*

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Non mecum ſentit, qui ab alio ſcriptam putat hanc vitam, quam ab Spartiano, qui & author fuit præcedentis Peſcennii vitæ. quod & confirmant excerpta Spartiani Bibliothecæ Palatinæ, & nos in ſequentibus confirmabimus.

2 *Uno eodemque tempore.*] *Uno eodemque pro tempore:* ita Palatinus liber, & excerpta Spartiani. puto ſcribendum: *uno eodemque prope tempore.* & recte, uno eodemque prope tempore: non enim ita uno eodemque, ut non interceſſerit vel aliquantulum intervalli inter horum trium Severi, Nigri, & Albini imperatorias appellationes.

3 *Et Clodium quidem Herodianus dicit.*] Perperam & mendoſe ſcriptum in libro Palatino & veteri editione: *& Clodius quidem Herodianus dicit Severum Cæſarem fuiſſe.* quod inter illius alias optimi codicis nævos numeramus.

4 *Aut Germaniani exercitus.*] Legendum *Germaniciani*, ut *Urbaniciani & Daciciani:* aut *Germani*, ut habet vetus editio Mediolanenſis. ſic *Germani exercitus* ſupra: & *Germanum bellum* pro *Germanicum*, & *Germanus* infra pro *Germanicus*, ex veteri codice notabimus.

GRUTERUS.

2 *Uno eodemque tempore.*] Pall. uterque, *pro tempore*, emendatumque in ſecundo, *prope tempore:* quod placet.

1 *Adru-*

bata ſunt. Fuit autem CLODIUS ALBINUS familia nobili. [1] Adrumetinus tamen ex Africa. Quare ſortem illam qua Severum laudatum in Peſcennii vita diximus, ad ſe trahebat, [2] nolens intelligi, *Peſſimus Albus*, quod eodem verſu continebatur, quo & Severi laus, & approbatio Nigri Peſcennii. Sed priuſquam vel de vita ejus [3] vel de morte diſſeram, etiam
2 hoc dicendum eſt quod eum nobilem fecit. Nam ad hunc eundem quondam Commodus, [4] quum ſucceſſorem Albino daret, literas dederat, [5] quibus juſſerat ut Cæſar eſſet. Exemplum indidi. *Imperator Commodus Clodio Albino.* [6] *Alias ad te publicè* [7] *de ſucceſſore atque*

SALMASIUS.

1 *Adrumetinus tamen ex Africa.*] *Hadrumentinus.* vetus editio.

2 *Nolens intelligi peſſimus Albus.*] Lege: *albus.* vetus editio heic excuſum habuit, *peſſimus Albinus.* perperam: verſum enim illum intelligit, qui in vita Peſcennii productus eſt:

Optimus eſt fuſcus, bonus Afer, peſſimus albus.

4 *Quem ſucceſſorem Albino daret.*] *Quum ſucceſſorem eum Albino daret:* Palatinus.

5 *Quibus juſſerat ut Cæſar eſſet.*] Brevius diceret Aurelius Victor: *quibus juſſerat Cæſarem.* ſic enim ille loqui ſolitus: *Cæſarem jubere*, & *imperatorem jubere.* pro, jubere ut Cæſar ſit aliquis vel imperator. in Hadriano: *quo mire oblectatus adoptatum legibus Cæſarem jubet, ſtatimque ab eo ſenatus cui ludibrio fuerat magnam partem necari.* ſic & alibi apud eumdem, *imperatorem jubere.*

CASAUBONUS.

2 *Nolens intelligi, peſſimus albus.*] Non ſolum ſortis ejuſdem meminit, cujus in Peſcennio fecit mentionem: de qua tamen nihil Dio, neque Herodianus: ſed etiam verſionem eandem Græci verſus affert, quam & libri ſuperioris auctor uſurpavit: nam ibi Græcus verſus ita vertitur:

Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.

GRUTERUS.

3 *Vel de morte diſſeram.*] Pall. ambo, *diſſero.* non malè.

7 *De ſucceſſore atque honore tuo.*] Uterque Pall. *ſucceſſione.* probo.

SALMASIUS.

6 *Alias ad te publice de ſucceſſore atque honore tuo miſi.*] Quando miſit Commodus Albino de ſucceſſore ſuo, & de honore? atqui unis eiſdemque litteris & Albino ſucceſſorem dedit Commodus & de ejus honore tractavit. quæ iſtæ ſunt, quas hic protulit Spartianus? illis enim ipſis litteris, quibus ſucceſſorem illi dabat, & Cæſarem eum deſignabat Commodus. non alias igitur id factum à Commodo aut aliis litteris quam iſtis quæ hoc loco exhibentur. legendum authore codice Palatino: *alias ad te publice de ſucceſſore atque honore tuo miſiſſem, ſed hanc familiarem & domeſticam omnem ut vides manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo.* Excuſat Commodus ad Albinum quod non publicas ſed domeſticas litteras miſerit, quibus & ſucceſſorem illi daret, & de

atque honore tuo miſi, ſed hanc familiarem & domeſticam, omnem (ut vides) [1] *manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo, qua tibi do facultatem,* [2] *ut, ſi neceßitas fuerit,* [3] *ad milites prodeas, & tibi Cæſareum nomen aſſumas. Audio enim & Septimium Severum* [4] *&* [5] *Nonium Murcum male de me apud milites loqui,* [6] *ut ſibi parent ſtationis auguſtæ procurationem. Habebis præterea quum id feceris, dandi ſtipendii uſque ad tres aureos liberam poteſtatem:* [7] *quin & ſuper hoc ad Procuratores meos literas miſi, quas ipſe ſignatas excipies ſigno Amazoniæ: & quum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant quum de ærario*

de ejus honore tractaret. immo non excuſat, ſed magis hoc vel honori ejus vel amori tribuiſſe vult videri, quod & domeſticam familiaremque & quidem totam ipſius manu ſcriptam epiſtolam direxerit, qua illi facultatem daret & ad milites prodeundi, & Cæſareanum nomen aſſumendi. hoc igitur vult, alias in animo habuiſſe publice mittere Albino, de honore ipſius & ſucceſſore, ut mos erat in re ſimili aliorum imperatorum, ſed familiariter & familiari epiſtola cum illo agere maluiſſe. *alias* igitur non epiſtolas intelligendum, ſed *alias*, hoc loco adverbium eſt. atque hæc defendendæ veteris ſcripturæ gratia nobis dicta ſunto. poteſt tamen fieri, ut alias litteras publice miſerit Commodus Albino, de ſucceſſore ipſius agentes. atque id eo magis credere compellor, quod in iſtis ſucceſſoris nulla fit mentio. niſi dicimus partem tantum epiſtolæ à Spartiano prolatam quæ de Cæſareano nomine ageret, & quæ ſolum ad rem faceret, reliqua vero omiſſa. videtur ſane una eademque epiſtola & de ſucceſſore habuiſſe & de honore: quod illa verba manifeſto arguunt, *de ſucceſſore atque honore tuo miſi.* Judicium hac de re unicuique ſuum liberum relinquo. nos quid nobis magis placeret indicavimus.

GRVTERVS.

1 *Manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo.*] Palatinus non agnoſcit duas voces poſtremas, & poſſunt abeſſe.

2 *Ut ſi neceßitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæſareum nomen adſumas.*] Diximus multa de hac arte aulica ad Taciti librum VI. Annalium cap. 23. f.

5 *Nonium Murcum.*] Sic quoque Pal. noſter. inepte prius cuſi, *Marcum.*

6 *Ut ſibi parent ſtationis auguſtæ procurationem.*] Vulgati prius, *tibi*; ſed contradicentibus codd. Regio ac Palatino.

7 *Quin & ſuper hoc.*] Biga Palatinorum; *quia &.* non malè.

CASAUBONUS.

3 *Ad milites prodeas.*] Hoc quam vim habeat diximus ad Verum Auguſtum.

5 *Nonium Marcum.*] Ita regius: alii *Murcum.*

6 *Ut tibi parent ſtationis auguſtæ procurationem.*] Scribendum, *ſibi.* atque ita etiam regius.

SALMASIVS.

4 *Et Nonium Marcum.*] *Et Nonium Murcum.* ita Palatinus & vetus editio. Regius, *Marcum.* ſed ejus fidem ſubleſtam ſuſpectamque habeo.

1 *Facul-*

rario volueris imperare. Sane ut tibi inſigne aliquod imperialis majeſtatis accedat, habebis utendi coccinei pallii [1] facultatem me præſente, & ad me, & quum mecum fueris, habiturus & purpuram, ſed ſine auro: [2] quia ita & [3] proavus meus Verus, qui puer vita functus eſt, ab Adriano

GRUTERUS.

1 *Facultatem me præſente, & ad me, & cum mecum fueris.*] Inhæret iſtis verbis aliquid battologiæ, quod tamen non ſecerno. nihil variat Palatinus integer niſi quod ſcripſerit, *præſentem*. excerpta habent à manu emendatrice: *me præſente, & abſque me.* non inepte quidem, ſed nondum ſatisfacit.

SALMASIUS.

2 *Quia ita & proavus meus Verus.*] Quærunt quis iſte Commodi proavus? quæſtione digna res non erat. Nam certum eſt de eo debere accipi qui Cæſar Hadriani fuit ac tantum Cæſar. quominus enim ad imperatoris faſtigium perveniret, mors qua præventus eſt, ipſum prohibuit. At Verus ille Cæſar quomodo proavus Commodi? Non admodum hæc difficilis quæſtio: nec propterea mutandum *proavus* in *propatruus*. quod faciendum putarunt eruditiſſimi viri. ſic igitur accipiendum, atque ita accepit Commodus, quaſi Verus ille imperaſſet qui tantum Cæſar fuerit. ſed licet in Cæſaris tantum dignitate manſerit, non minus tamen Hadriani filius fuit, per adoptionem ſcilicet. ita erit Hadrianus Commodi atavus, Verus ejuſdem proavus, Antoninus Pius avus & Marcus Antoninus pater. Nam Verus qui adoptatus eſt ab Hadriano ante Antoninum Pium, is quaſi patris Pii vicem ſuſtinebat, non ſecus atque idem Pius pater Marci philoſophi, atque idem Marcus alterius Veri imperatoris pater dictus eſt, qui tamen Verus & ex æquo imperavit cum Marco, & ſimul cum eodem ab Antonino Pio adoptatus. Non mirum igitur debet eſſe ſi Commodus proavum ſuum vocet Hadriani filium, cum Hadrianus ipſi atavus fuerit. Verus ergo proavus. quod quum verum ſit, illud æque verum eſt, hoc loco nihil eſſe mutandum.

CASAUBONUS.

3 *Proavus meus Verus, qui puer vita functus eſt.*] Quis iſte Commodi proavus? Si propriè loqui volumus, non alium Commodus proavum habuit, quam Annium Verum, Marci avum, iterum Cos. & præfectum Urbi, ut auctor eſt Capitolinus. at ſcimus viros doctiſſimos de illo hæc accepiſſe. quod tamen videtur nobis non poſſe. nam certum eſt eum de quo ſentit Commodus, Hadriani Cæſarem fuiſſe. Quare Ælium Verum neceſſario intelligendum non ambigimus. ſed cur hunc Commodus proavum ſuum appellet, difficilis quæſtio. nam ſive naturæ, ſive adoptionis jura ſpectes, falſum hoc. an adeo fuit ille inſanus ſtemmatis ſui incurioſus, ut Pium avum ſuum putaret ab Ælio Vero, non ab Hadriano adoptatum? Scimus quidem non ita factum: ſed potuit hic error in illius furioſi mentem cadere. An id potius dicemus: quod & vix dubitamus eſſe verum? non Commodum hic peccaſſe, ſed librarium; qui *proavus* perperam ſcripſerit, cum inveniſſet *propatruus*. omnino ſic eſt: neque aliter legi poteſt. Illud non poteſt ratione ulla excuſari, quod Verum Cæſarem puerum vita functum ait: nam unde puero liberi? Præterea qui bis Cos. fuerit, provinciam adminiſtrarit, reſque in ea feliciter geſſerit, quomodo puer dici hic poteſt?

driano qui eum adoptavit, *accepit*. [1] His literis acceptis 3
[2] omnino id quod jubebat facere noluit, [3] timens odioſum Commodum propter mores ſuos, quibus Remp. perdiderat & ſe dedecoraverat, quandocunque feriendum, ne ipſe pariter occideretur. Extat denique illius concio, quæ quum accepit imperium, [4] & quidem Severi

poteſt? Viri doctiſſimi cenſebant legendum, *qui nuper v. f. e.* de Annio enim Vero accipiebant: de cujus morte nihil à veteribus memoriæ proditum. ſed cum, ut jam diximus, de Vero Cæſare neceſſario Commodi verba ſint intelligenda, mutandum nihil cenſemus: & *puerum* πυχυμειρᾶς καὶ παρθενικῶς dictum arbitramur eum qui non παῖς, verum βούπαις, & adoleſcens adhuc eſſet.

1 *His literis acceptis, omnino id quod jubebat facere noluit.*] Hæc regia lectio & Puteani utriuſque, nam alii habent, *H. l. a. à Nonio:* præcedit quidem Nonii mentio: ſed de eo accipi verba hæc non poſſunt. ſequor regium: niſi quod *jubebatur* malim, quam *jubebat*. non dubium eſt, cum has literas Albinus accepiſſet, quin fuerint multi qui illum impellerent, ut Cæſaris nomen ſibi delatum arriperet: at ille *omnino noluit*, id eſt, adduci eò nulla ratione potuit.

4 *Et quidem Severi, ut quidam, voluntate firmatum.*] Tollenda ſunt illa, *ut quidam:* quod vidit acutè Jacobus Lectius. cum fuiſſent temere repetitæ voculæ præcedentes, *& quidem*, poſtea emendarunt *ut quidam*. ſed nullum eſſe huic dubitationi locum ex ipſis quæ ſubjiciuntur Juliani verbis conſtat planiſſimè.

SALMASIUS.

1 *His litteris acceptis omnino id quod jubebat facere noluit.*] Mira conſtantia librorum noſtrorum in aſſerenda illa lectione quam pridem authoribus, ut ajunt, ſuis libris exploſerunt eruditiſſimi viri: *his litteris acceptis à Nonio id quod jubebat facere noluit*. ita & vet. editio princeps. nihil tamen nunc ſuccurrit quod melius eſſe putem vulgata lectione. fortaſſe ſcribendum, *his litteris à Commodo acceptis, id quod jubebat facere noluit*. nec comminiſci poſſum aliud mea quidem ſententia verius, aut ſaltem veriſimilius.

3 *Timens odioſum Commodum.*] Genus loquendi valde mirum. *timens odioſum Commodum propter mores ſuos aliquando occidendum ne & ipſe occideretur*. cum debuiſſet dicere; timens ne ſi aliquando occideretur Commodus, qui omnibus odioſus erat propter mores ſuos, & ipſe cum illo occideretur. neſcio quid heic turbat prima editio quæ verbum *timens*, bis heic inculcat hoc modo: *timens odioſum Commodum propter mores ſuos, quibus remp. perdiderat & ſe dedecoraverat. quandoque feriendum eum timens, ne ipſe pariter occideretur*. fortaſſe commode poſſet huic loco conſuli ſic legendo: *videns odioſum Commodum propter mores ſuos quibus rempublicam perdiderat & ſe dedecoraverat, quandoque feriendum, & timens ne ipſe pariter occideretur*. alias ſufficiat verbum *timens* ſemel poſitum.

GRUTERUS.

2 *Omnino id quod jubebat facere noluit.*] Palatinus adſertor venit vulgatis, in quibus, *à Nonio id quod*, &c.

4 *Et quidem Severi, (ut quidam) voluntate firmatum.*] Sic manuſcr. Palatinus. & poteſt ſanè illud *ut quidam*, innuere quoſdam hiſtoricos ita prodidiſſe. placet tamen magis ut tollatur, cum amiciſſimo Lectio.

SALMASIUS.

4 *Et quidem Severi, ut quidam, voluntate*

veri (ut quidam) voluntate firmatum, hujus rei memoriam facit. cujus hoc exemplum eſt. *Invitum me, commilitones, ductum ad imperium* [1] *etiam illud probat quod Commodum donantem me* [2] *Caſariano nomine, contempſi: ſed & veſtræ voluntati & Severi Auguſti parendum eſt: quia credo ſub homine optimo & viro forti poſſe bene Remp. regi.* Nec negari poteſt, quod etiam Marius Maximus dicit, hunc animum Severo primum fuiſſe, ut ſiquid ei contingeret, Peſcennium Nigrum, & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret. [3] Sed poſtea & filiis jam majuſculis ſtudentem [4] & Albini amori invidentem,

luntate firmatum.] Illud, *ut quidam*, delendum cenſent eruditiſſimi viri. ego potius cenſeo legendum, *& quidem Severi, ut quidam volunt, voluntate firmatum.* nec erat enim omnium authorum hæc conſtans opinio, imperio Albini Severum conſenſiſſe: ſed quorundam duntaxat, & inter eos Herodiani, qui Albinum Severi Cæſarem fuiſſe ſcripſit. aliter tamen hunc locum ponit vetus editio: *accepit imperium, & quidem Severi, ut quidam volunt, arte firmatum.* quod ſi ſequimur, ars hæc fuerit Severi qua ſimulaverit imperio Albini ſe conſentire tantiſper dum expediret bella ex aliis partibus ingruentia, ne ad alias difficultates & hanc adderet, hoſtem nempe Albinum, cujus imperium ſimulate non vere firmavit, ut res poſtea oſtendit. ſed *voluntate* ut melius veriuſque probamus & ſequimur.

1 *Etiam illud probat.*] Scribe: *etiam illud probat, quod Commodum donantem me Cæſariano nomine contempſi.*

2 *Cæſariano nomine.*] Vetus editio cum Palatino, *Cæſareano nomine.* ſic alibi, *Cæſareanum imperium.* ſupra, in epiſtola Commodi, *ad milites prodeas, & Cæſareanum nomen aſſumas.* vulgo, *Cæſarium* ibi ſcribitur: ſed libri veteres, ut poſuimus. Græci Καισαρειανὸς ſcribunt, quod eſt Cæſareanus, ut Cyclopeus, Κυκλώπειος, & ſimilia. ita paulo poſt: *Cæſareana familia* in libris, non *Cæſariana.* utrumque tamen dicebatur, *Cæſareanum* & *Cæſarianum.* Servius: *& ſciendum eſt judice Euphonia dici Cerealia vel Cerialia: Typhoea, vel Typhoia. Cæſareanus vel Cæſarianus.* frequentius tamen, immo fere ſemper in his libris Cæſareanum ſcriptum reperi. quod autem Commodus privatis tantum domeſticiſque litteris, non publicis imperium Cæſarianum Albino detulerat, hinc opinor Commodianum imperium à Spartiano dictum ſupra in vita Severi de Albino: *eodem tempore etiam de Clodio Albino ſibi ſubſtituendo cogitavit, cui Cæſarianum decretum, aut Commodianum videbatur imperium.*

3 *Sed poſtea & filiis jam majuſculis ſtudentem.*] Hanc periodon ita concipiunt vetus editio & liber ſcriptus Palatinus: *ſed poſtea filiis jam majuſculis ſtudens & Albini amori invidens ſententiam mutaſſe, atque illorum utrumque bello oppreſſiſſe precibus uxoris adductus,* in qua lectione ſubaudiendum eſt, *fertur* aut *dicitur.* nec inconſuetum aut inuſitatum authoribus ſic loqui.

CASAUBONUS.

4 *Et Albini amori invidentem.*] *Albini amori*, hoc eſt, amori ſenatorum in Albinum: ſive Albino circa quem major

dentem, ſententiam mutaſſe, atque illos utroſque bello oppreſſiſſe, [1] maximè precibus uxoris adductum. Denique Severus eum cos. deſignavit: quod utique niſi de optimo viro non feciſſet, homo in legendis magiſtratibus diligens. Sed ut ad eum redeam, [2] fuit 4
(ut dixi) Albinus Adrumento oriundus, ſed nobilis apud ſuos, & originem à Romanis familiis trahens, Poſthumiorum ſcilicet & Albinorum Cejoniorum. Quæ familia hodie quoque, Conſtantine maxime, nobiliſſima eſt, & per te aucta & augenda, quæ per Galienum & Gordianos plurimum crevit. Hic tamen natus lare modico, patrimonio pertenui, parentibus ſanctis, [3] patre Cejonio Poſthumio, matre Aurelia Meſſalina, primus ſuis parentibus fuit: quum exceptus utero, quod [4] contra conſuetudinem puerorum qui naſcuntur, & ſolent rubere, eſſet candidiſſimus, *Albinus* eſt dictus. Quod verum eſſe, patris epiſtola ad Ælium Baſſianum tunc proconſulem Africæ data deſignat, affinem (quantum videtur) eorum ipſorum. Epiſtola Cejonii Poſthumii ad Ælium Baſſianum. *Filius mihi natus eſt* VII. *Cal. Decemb. ita candidus ſtatim*

major erat ſenatus voluntas, ut ipſe auctor infra ſe explicans loquitur. vide & ſub libri finem.

GRUTERUS.

1 *Maxime precibus uxoris adductum.*] Quantum tribuant blanditiis illis uxorum nocturnis Principes, oſtendimus non parce ad lib. I. Annalium Taciti, cap. 3. in.

SALMASIUS.

2 *Fuit Albinus Adrumento oriundus.*] Princeps editio; *Hadrumetinus oriundus.* ſcribe ex Palatino: *Hadrumetinus oriundo*, hoc eſt, *origine Hadrumetinus.* ita alibi loquitur: *Gallus oriundo*, pro, *origine Gallus*, ut ſuo loco dicemus.

3 *Patre Ceionio Poſthumio.*] *Ceionio Poſthumo*, Palatinus.

CASAUBONUS.

4 *Contra conſuetudinem puerorum qui naſcuntur & ſolent rubere.*] Διὰ τὸ ἀφ' αἵματος τὸ βρέφος ἀποβεβλῆσθαι. inquit Artemidorus, capite XV. libri primi. Juvenalis,

— modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.

ideo orti infantes, inquit Hieronymus lib. IV. in Ezechielem, ad eluendum ſanguinem lavantur aqua. atque hos propterea Juriſconſulti ſanguinolentos nominant: extatque in Codice Titulus De iis qui ſanguinolentos acceperint: quod Conſtantinus imperator dixit, *à ſanguine comparare*, lege prima ejus tituli in Cod. Theod.

toto corpore ut [1] *linteamen quo exceptus eſt, vinceret. Quare ſuſceptum eum Albinorum familiæ, quæ mihi tecum communis eſt, dedi, Albini nomine impoſito. Fac ut remp. & te & nos, ut facis, diligas.* Hic ergo omnem pueritiam in Africa tranſegit, eruditus literis Græcis ac Latinis mediocriter, [2] quod eſſet animi jam militaris & ſuperbi. Fertur in ſcholis ſæpiſſimè cantaſſe inter puerulos,

Arma amens capio, nec ſat rationis in armis,

repetens, *Arma amens capio.*

Huic multa imperii ſigna, quum eſſet natus, facta dicuntur. [3] Nam & bos albus [4] purpureis ad plenum colorem cornibus natus eſt, [5] quod mirandum fuit: quæ tamen

1 *Linteamen quo exceptus eſt.*] Hieronymus in caput XVI. Ezechielis: *Tenera infantium corpora pannis involvuntur, duplicem ob cauſſam: ut & ſale ſiccetur corpus, quod pannis ne defluat ſervatur & ſtringitur: & membra tenerrima ne facile depraventur. unde & corpora Barbarorum Romanis corporibus rectiora ſunt: uſque ad ſecundum enim & tertium annum ſemper pannis involvuntur.*

4 *Purpureis ad plenum colorem cornibus.*] Poterat omitti vox *colorem*. in regio eſt, *colore*. quod & ferri poteſt.

SALMASIUS.

2 *Quod eſſet animi jam militaris ac ſuperbi.*] Idem liber: *jam inte militaris ac ſuperbi.* ſcribendum: *quod eſſet animi jam inde militaris & ſuperbi.* *jam inde*, hoc eſt etiam à pueritia. nec otioſum eſt illud *inde*. ſuperbia autem propria militis. unde militaris animus & ſuperbus pro eodem dicitur. Julius Capitolinus in Opilio Macrino: *fuit igitur ſuperbus & ſanguinarius, & volens militariter imperare.*

3 *Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus eſt.*] Poſſet etiam ſcribi: *nam & bos albus purpureis ad plenum colore cornibus natus eſt.* hoc eſt, bos albus natus eſt cornibus colore ad plenum purpureis. ſed, *ad plenum colorem* retineo. *plenus* enim *color* eſt qui & *ſaturus* dicitur. purpurea igitur cornua ad plenum colorem ſunt, purpuræ acutiſſimæ & veriſſimæ & intenſi luminis. hunc Græci κατακορῆ colorem dicunt, qui & plenus vel ſaturus Latine vocatur.

5 *Quod mirandum fuit.*] Addit vetus editio: *quod mirandum fuit cum cornibus.* quod tamen non agnoſcunt libri calamo exarati. & ſane videtur lectoris alicujus eſſe additamentum, qui ad oram libri ſui ex adverſo verborum iſtorum, *quod mirandum fuit*, adpoſuerat *cum cornibus*: nimirum intelligi volens illud mirandum non tam in colore cornuum quam in ipſis cornibus videri debere. mirandum enim revera eſt, bovem naſci cum cornibus. atqui non ſolum cornua omen imperii fecerunt Albino, ſed purpurea cornua.

GRUTERUS.

2 *Quod eſſet animi jam militaris & ſuperbi.*] Uterque Pall. *animi jam inte militaris & ſuperbiam.* forte, *jam inde militaris & ſuperbi.* excerpta emendata habent, *inter militaris.*

1 *Ut*

tamen cornua in templo Apollinis Cumani ab eodem poſita jam tribuno diu fuiſſe dicuntur: quod, quum ille ſortem de fato ſuo tolleret, his verſibus eidem dicitur eſſe reſponſum.

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques: ſternet Pœnos Gallumque rebellem.

Et in Gallia quidem eum multas gentes domuiſſe conſtat. Ipſe autem ſuſpicabatur de Severo ſibi prædictum, *Sternet Pœnos*, quod Septimius Afer eſſet. Fuit & aliud ſignum futuri imperii. Nam quum Cæſariana familia hoc ſpeciale habuerit [1] ut parvuli domus ejus in teſtudineis alveis lavarentur, nato infantulo teſtudo ingens patri ejus munere piſcatoris allata eſt: quod ille homo literatus omen accipiens, & teſtudinem libenter accepit & eam curari juſſit, atque infantulo ad excaldationes pueriles dicari, nobilitandum etiam hinc ſperans. Quum rarum eſſet aquilas in his locis videri in quibus natus eſt Albinus; [2] ſeptima ejus diei hora

SALMASIUS.

1 *Ut parvuli domus ejus in teſtudineis alveis lavarentur.*] Non pueri ſolum in alveis, ſed olim etiam viri lavabantur, illa veterum duritia & parcitate, cum balnea nondum luxuries inveniſſet aut invexiſſet. ſed & *alvei* in balneis, qui Græcis ἐμβάσεις, & Latinis *deſcenſiones*. ſed & σκάφαι apud recentiores Græcos, unde σκαφολουσίαι & σκαφολουτεῖν. dicebantur & πυέλοι vel πυέλες, ut nos alibi pluribus oſtendemus. ſed ad pueriles alveos redeamus, in quibus infantes excaldabantur. σκάφαι enim & σκαφιστήρια Græcis dicebantur, ſed & *ſcaphiſteria* Latinis. Gloſſæ: σκαφιστήριον, *ſcaphiſterium*. Aldelmo, *capiſterium nutricis*, de laudibus virginum. ubi *capiſterium* eſt pro *ſcapiſterium* vel *ſcaphiſterium*. ſic *caſteria* pro *ſcaſteria*, hoc eſt χαστήρια apud Plautum & Nonium. etſi *ſcaphiſterium* magis ibi poſitum eſſe videtur pro alveo in quo infantilia linteamenta lavabantur, quam in quo ipſi pueri. *Caphiſterium* quoque legitur, apud Columellam in hac ſignificatione, pro *ſcaphoſterium* ſcilicet. ſic μάραγδον pro σμάραγδον notat Euſtathius apud Menandrum:

Μάραγδον εἶναι ζῶντ' ἴδοι καὶ σάρδιον.

ſic φαιρωτὴς pro σφαιρωτής. Heſychius: φαιρωτὴς, σκῦτος. ita legendum non κύτος. alibi apud eumdem: σφαιρωτὴς, ζωνίχιον σανδαλίου, σκῦτος. κόμμα δέρμα. ſic φαρείζειν pro σφαιρίζειν. idem: φαρειδδει, σφαρείζει. ſed hæc alias.

CASAUBONUS.

2 *Septima ejus diei hora convivii quod c.*] Oratio non eſt Latina. ſed dubio procul ſcribendum, *ſeptima ejus die, hora convivii q.* loquitur de ſolennitate diei luſtrici, quo celebrata ſunt infantis nominalia. ſeptimo autem die ſuis liberis nomina pleri-

hora convivio quod celebritati pueri deputabatur, [1] quum ei fierent nomina ſeptem aquilæ parvulæ de nido allatæ ſunt,[2] & [3] quaſi ad jocum circa cunas pueri conſtitutæ : nec hoc omen pater abnuit, qui juſſit aquilas ali, & diligenter curari. Acceſſit omen, quod quum pueri ejus familiæ ruſſulis faſciolis illigarentur, quod fortè lotæ atque udæ eſſent ruſſulæ faſciolæ, quas mater prægnans paraverat, [4] purpurea matris illigatus

que imponebant Græci Latinique. Ariſtoteles Hiſtoriarum libro ſeptimo : *τὰ πλεῖστα βρέφη ἀναιροῦνται πρὸ τῆς ἑβδόμης· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται*. plura de hoc more notavimus alibi.

1 *Quum ei fierent nomina.*] Lego, *nominalia.* neque aliter Latinam fore orationem judico.

3 *Quaſi ad jocum circa cunas pueri conſtitutæ.*] Ita fuit moris. Plautus :

Patriciis pueris aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent.

SALMASIUS.

1 *Quum ei fierent nomina.*] Latinam hanc orationem eſſe negant clariſſimi & eruditiſſimi viri. ego vel maxime Latinam eſſe aio. quid enim in illa non Latinum ? at quod iidem *nominalia* reponunt, non ſequor. *nomina* autem *fieri* pro imponi quis Latinum eſſe dubitet ? nomen enim facere & nomina, eſt idem quod Græcis, ὀνόματα τίθεσθαι. Ovidius :

—— *nos fecimus aurea nomen.*

nomina vero in numero multitudinis, dixit, quod nomen & prænomen & cognomen imponebatur ſimul in ipſis nominalibus, quæ & tria nomina dicebantur :

—— *tanquam habeas tria nomina.* —

licet etiam heic *nomina* pro nominalibus accipere, ut *compita* pro compitalibus apud Gratium. ſed illud verius, quod prius poſuimus.

2 *Et quaſi ad jocum circa cunas pueri conſtitutæ.*] Nota heic *jocum* eo ſignificatu poni quo apud nos *jeu*, pro ludo ſcilicet vel luſu. unde & *jocari* pro ludere dicimus. quod item apud Ovidium poſitum advertimus in arte amandi :

—— *ſpecies ſunt mille jocorum.*

ubi joci ſunt ludi, ludi vel παιδιαί. ibi enim enumerat multas luſus ſpecies : nuces, talos, teſſeras, & ſimilia genera ludicra.

CASAUBONUS.

4 *Purpurea matris illigatus eſt faſcia.*] Color purpureus quoquomodo infanti admotus ſpem faciebat regiæ fortunæ : quia purpura erat ἀρχῆς σύμβολον, & propria imperatorum, ut notum ex hiſtoria & Codice. quinetiam inſtitutum poſtea eſt ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis, ut Auguſtæ liberos non parerent niſi ἐν πορφύρᾳ : quem morem Nicetas Choniates aperit lib. v. & Luitphrandus lib 1. cap. 1. Inde eſt quod inter omina imperii quibus ſcatent hi libri, ſemper ferè invenies purpureum aliquid. vide in Diadumeno. Sic Aureliano, omen imperii faciunt crepundia purpurea. Apud Hieremiam prophetam Lamentationum capite quarto, *οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ κόκκων*, non de regiis infantibus dicitur, ſed de iis qui in ſummis deliciis educantur. vetus tamen interpres vertit, *qui nutriebantur in croceis :* quod poteſt referri ad exquiſitiorem ciborum paratum : nam & à colore cibus commendatur, ut apud Ariſtophanem ἔτνος ἐρυθρόν, in Equitibus. ſed

ligatus eſt faſcia: [1] unde illi joco nutricis etiam *Porphyrii* nomen inditum eſt. Hæc atque alia ſigna imperii futuri fuere. quæ qui volet noſſe, Ælium Cordum legat, [2] qui frivola [3] ſuper hujuſmodi omnibus cuncta perſequitur. Adoleſcens igitur ſtatim ſe ad militiam 6
contulit, atque Antoninis per Lollium Serenum, [4] & Bæbium Metianum & Cejonium Poſthumianum ſuos affines innotuit. Egit tribunus equites Dalmatas: egit & legionem Quartanorum & Primanorum: [5] Bithynicos exercitus eo tempore quo Avidius rebellabat, fideliter tenuit. Deinde per Commodum ad Gallias tranſlatus, [6] in qua fuſis Friſiis Tranſrhenanis, celebre

ſed refellit Hebraica veritas. Sic in epigrammate Antipatri:

> *Ἡ καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Ἀντιοδημίς,*
> *Πορφυρίων Παφίης νεοσσὶς ἐπὶ κροκύδων.*

Fuit etiam moris infantibus appendere *κόκκινον στήμονα*, ut narrat Chryſoſtomus homilia XXII. in priorem ad Corinthios: ſed ejus rei præter ornatum alia cauſſa fuit, quam lege apud ſanctiſſimum illum virum.

SALMASIUS.

1 *Unde illi joco nutricis etiam Porphyrii nomen inditum eſt.*] Non *Porphyrii*, ſed *Porphyri* heic legunt Palatinus liber & excerpta Spartiani.

2 *Qui frivola ſuper ejuſmodi omnibus cuncta perſequitur.*] Lege cum eruditiſſimo viro & libris: *qui frivola ſuper ejuſmodi omnibus cuncta perſequitur.*

GRUTERUS.

2 *Qui fri[illegible]a ſuper hujuſmodi omnib. cuncta perſequitur.*] Pall. integer *hominibus*. murilus, *ominibus*. quomodo & reponendum volebat optimus Caſaubonus. interim deploro fatum bonorum auctorum, quibus per carnifices epitomatores neceſſe eſt perire. quæ enim eis frivola videntur, forſan aliquid habituri fuiſſent ponderis nobis aliis, quibus nulla ſcriptio longa rei non malæ, non inhoneſtæ.

4 *Et Bæbium Macianum.*] Sic ambo Pall. non *Metianum*, ut retro vulgati.

CASAUBONUS.

3 *Super hujuſmodi omnibus.*] Scribendum, *ominibus*.

SALMASIUS.

5 *Bithynicos exercitus eo tempore quo Avidius rebellabat fideliter tenuit.*] Vetus editio, *Bubanicos*. forte *Britannicos*. nam infra Britannicos exercitus egiſſe Albinum juſſu Commodi ſcribitur. utrum tamen verius, ex hiſtoria adfirmare non poſſumus.

6 *In qua fuſis Friſiis transrhenanis.*] Neſcio unde Friſios iſtos expiſcati ſint, qui primi hunc locum ſic conſtituerunt. nuſquam enim Friſiorum mentio in veteribus libris; qui maggno conſenſu omnes hoc loco exhibent: *in qua fuſis fugientibus transrhenanis.* ubi Friſii aut Friſones? nuſquam illi quidem apud hunc Spartianum. nec poſſunt ex illa ſcripta lectione exſculpi, ex qua legendum conjicimus: *in qua fuſis quibuſdam gentibus transrhenanis celebre nomen ſuum & apud Romanos & apud Barbaros fecit.* vel *fuſis fugatis gentibus transrhenanis.* alterutrum enim verum eſt & proxime veſtigia veteris ſcripturæ. multæ autem

lebre nomen ſuum & apud Romanos & apud Barbaros fecit. Quibus rebus accenſus Commodus, Cæſarianum ei nomen obtulit, & dandi ſtipendii facultatem, [1] & pallii coccini utendi. Quibus omnibus ille prudenter abſtinuit, dicens, *Commodum quærere qui aut cum eo perirent, aut quos cum cauſa ipſe poſſet occidere.* Quæſturæ gratia illi facta eſt: qua conceſſa, ædilis non amplius quam decem diebus fuit, quod [2] ad exercitum feſtinanter mitteretur. Deinde præturam egit ſub Commodo famoſiſſimam. Nam ejuſdem ludis Commodus & in foro & in theatro pugnas exhibuiſſe perhibetur. cos. à Severo declaratus eſt eo tempore [3] quo
7 Albinum ſibi cum Peſcennio paraverat ſubrogare. [4] Ad imperium venit natu jam grandior, & major Peſcennio Nigro, ut Severus ipſe in vita ſua teſtatur. Sed victo Peſcennio, quum & filiis ſuis imperium ſervare cuperet, [5] & voluntatem ſenatus majorem circa [6] Clodium Albinum videret, quod eſſet vir antiquæ familiæ, literas ad eum [7] per quoſdam ſummi honoris ac ſummæ affectionis miſit, quibus hortabatur, ut quoniam occiſus eſſet Peſcennius Niger, ipſe cum eo fideliter Remp. regeret. Quarum exemplum hoc eſſe Cordus oſten-

& variæ gentes transrhenanæ. & tacet hoc loco Spartianus, quas fuderit ex illis Albinus, unde ſibi tantum & tam celebre nomen compararit, contentus dixiſſe, transrhenanas aliquot gentes fudiſſe.

GRUTERUS.

1 *Et pallii coccini utendi.*] Excerpta *coccinii*, ab manu vero emendatrice, *coccinei*, quomodo & alii conjecerant.

2 *Ad exercitum feſtinanter mitteretur.*] Pal. *feſtino*, non inepte.

3 *Quo Albinum ſibi cum Peſcennio paraverat ſubrogare.*] Melius Pal. *quo illum ſibi, &c.*

5 *Et voluntatem Senatus maiorem circa Clodium, &c.*] Malim, *& ingentem Senatus amorem circa Clodium, &c.* quomodo Pal.

CASAUBONUS.

1 *Et pallii coccini utendi.*] *Coccinei.*

6 *Claudium Albinum.*] *Clodium.*

7 *Per quoſdam ſummi ordinis ac ſummæ affectionis miſit.*] Herodianus aliter, μεταπεμψάμενος τοὺς πιστοτάτους τῶν εἰωθότων τὰ βασιλικὰ γράμματα διακομίζειν.

SALMASIUS.

4 *Ad imperium venit natu jam grandior.*] Pro iſtis habet princeps editio: *Nam jam grandior & major Peſcennio Nigro erat.* ſed in ejus gratiam nos minime ſollicitandam putamus vulgatam lectionem.

1 *Inſan-*

oſtendit. *Imperator Severus Auguſtus Claudio Albino Cæſari, fratri amantiſſimo, & deſideratiſſimo ſalutem. Victo Peſcennio, literas Romam dedimus, quas ſenatus tui amantiſſimus libenter accepit. Te quæſo, ut eo animo Remp. regas quo dilectus es frater animi mei, frater imperii. Baſſianus & Geta te ſalutant. Julia noſtra & te & ſororem ſalutat.* [1] *Infantulo tuo Peſcennio Prineo munera digna ſuo loco tuoque mittemus. Tu velim exercitus Reip. ac nobis retentes, mi unanime, mi chariſſime, mi amantiſſime.* [2] Et has quidem literas miſſis ſtipatoribus fideliſſimis 8
dedit, [3] quibus præcepit ut epiſtolam publice darent, poſtea vero dicerent ſe velle pleraque occulte ſuggerere quæ ad res bellicas pertinerent, [4] & ad ſecreta caſtrorum [5] atque [6] aulicam fidem: ubi vero in ſecretum veniſſent, quaſi mandata dicturi, quinque validiſſimi eum interimerent [7] gladiolis intra veſtem latentibus. Nec illorum quidem fides defuit. Nam quum ad Albinum veniſſent, & epiſtolam dediſſent, qua lecta, quum

CASAUBONUS.

1 *Infantulo tuo Peſcennio Princo.*] Regius, *Princo.* ego ſatis miror infanti Clodii Albini hæc nomina eſſe impoſita: & cauſſam ejus rei quæro. Prineus autem quid ſit neſcio, neque Princus. Perineus fuerit nomen Græcum, περίνεος.

3 *Quibus præcepit ut epiſtolam publice darent.*] Herodianus, τὰ μὲν γράμματα δημοσίᾳ ἀποδοῦναι.

5 *Atque aulicam fidem.*] Lego *ſedem.* alibi vocat ſtationem imperatoriam.

GRUTERUS.

1 *Infantulo tuo Peſcennio Prineo.*] Exhibet etiam Pal illud *Princo*, quod in codice Regio. haud tamen exputo quid ſibi velit.

2 *Et hic quidem literas.*] Præſtat Pal. *Et has quidem literas, &c.*

6 *Aulicam fidem.*] Capio de eis quæ ſpectant ad interiora Imperatoris conſilia, ſumma fide ſecreto cuſtodienda. neque aliter Pal.

SALMASIUS.

1 *Infantulo tuo Peſcennio Princo.*] Omnes libri: *Peſcennio Princo.* ſed illud *Princus* nomen Romanum nec ne ſit, haud magis ſcimus quam qui maxime neſcit. cum ſcierimus, tum indicare minime gravabimur & explicare quid ſit & unde ſit.

2 *Et hic quidem litteras.*] Lege auctoribus libris: *& has quidem literas miſſis ſtipatoribus fideliſſimis dedit.*

4 *Et ad ſecreta caſtrorum atque aulicam fidem.*] Nolim legi: *aulicam ſedem.* nec ſinam mihi perſuaderi aulicam ſedem recte dici ſtationem imperatoriam. *aulicam* vero *fidem* cur mutemus? intelligit enim fidem quæ aulæ debetur. ſecreta ſunt aulæ non minus quam caſtrorum, & in utriſque merito fides exigitur.

7 *Gladiolis intra veſtem latentibus.*] Palatinus & editio: *infra veſtem.* hoc erit, *ſub veſte.*

quum dicerent quædam ſecretius ſuggerenda, & locum ſemotum ab omnibus arbitris poſtularent, & quum omnino neminem paterentur ad porticum longiſſimam cum Albino progredi, ea ſpecie ne mandata proderentur; Albinus intellexit inſidias. Denique indulgens ſuſpicionibus, eos tormentis dedit. Qui diu primo pernegarunt, ſed poſtea victi neceſſitate, confeſſi ſunt ea quæ Severus iiſdem præceperat. Tunc jam proditis rebus & apertis inſidiis, ea quæ ſuſpicabatur Albinus clara eſſe intelligens, exercitu ingenti col-
9 lecto contra Severum atque ejus duces venit. Et primo quidem conflictu habito contra duces Severi, potior fuit: poſt autem Severus ipſe quum id egiſſet apud ſenatum ut hoſtis judicaretur Albinus contra eum profectus, acerrime fortiſſimeque pugnavit in Gallia non ſine varietate fortunæ. Denique [1] quum ſolicitus augures conſuleret, reſponſum illi eſt (ut dicit Marius Maximus) venturum quidem in poteſtatem ejus Albinum, ſed non vivum nec mortuum: quod & factum eſt. [2] Nam quum ultimum prælium commiſſum eſſet, innumeris ſuorum cæſis, plurimis fugatis, multis etiam deditis Albinus fugit: &, ut multi dicunt, ſe ipſe percuſſit: ut alii, à ſervo ſuo percuſſus, ſemivivus ad Severum deductus eſt. Unde confirmatum eſt augurium quod fuerat ante prædictum. Multi præterea dicunt, à mi-

CASAUBONUS.

1 *Quum ſollicitus augures conſuleret.*] Pannonios. vide in Severo, ubi pleraque omnia eorum quæ in hac vita.

SALMASIUS.

2 *Nam quum ultimum prælium commiſſum eſſet.*] *Ultimo prælio commiſſum eſſet*, iidem libri ſuggerunt. quod Latinum eſt & elegans. committere enim abſolute eſt, prælium committere. Gloſſæ: *committere*, συμβάλλειν μάχην. Curtius in vita Alexandri: *jam admovebat rex, cum vates monere eum cœpit, ne committeret, aut certe differret.* ſic arietes inter ſe capitibus pugnantes & coniſcantes committere Juriſconſulto dicuntur D. ad leg Aquil. *cum arietes vel boves commiſiſſent & alter alterum occidiſſet, Quintus Mucius diſtinxit, ut ſi quidem is periſſet qui adgreſſus erat, ceſſaret actio.* ita committere dicuntur poëtæ, oratores, muſici & id genus artifices, quos Græci ἀγωνιστὰς dicunt. unde *commiſſiones* ſunt ἀγωνίσματα.

1 *Cujus*

à militibus,[1] cujus nece à Severo gratiam requirebant. Fuit Albino unus (ut aliqui dicunt) filius: Maximus dicit duos. quibus primum veniam dedit, poſtea vero eos cum matre percuſſit, & in profluentem abjici juſſit. Caput ejus exciſum pilo circuntulit, Romamque miſit literis ad ſenatum datis, quibus inſultabat quod Albinum tantopere dilexiſſent, ut ejus affines & fratrem præcipue ingenti honore cumularent. Jacuiſſe ante prætorium Severi Albini corpus per dies plurimos dicitur uſque ad fœtorem,[2] laniatumque à canibus in profluentem abjectum eſſe. De moribus ejus varia dicuntur. Et Severus quidem ipſe hæc de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, malitioſum, improbum, inhoneſtum, cupidum, luxurioſum. ſed hæc belli tempore vel poſt bellum,[3] quando ei jam velut de hoſte credi non poterat: quum & ipſe ad eum quaſi ad amiciſſimum frequentes miſerit literas, & multi de Albino bene ſenſerint: & Severus ipſe Cæſarem ſuum eundem appellari voluerit: & quum de ſucceſſore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant præterea Marci epiſtolæ de hoc eodem, quæ teſtimonium & virtutum ejus ferant & morum: quarum unam inſerere ad præfectos datam ſuper ejus nomine [4] abſurdum non fuit. *M. Aurelius Antoninus præfectis ſuis ſalutem. Albino ex familia Cejoniorum, Afro quidem homini, ſed non multa ex Afris habenti, Plautilli genero duas cohortes alares regendas dedi. Eſt homo exercitatus, vita triſtis, gravis moribus. puto eum rebus caſtrenſibus profu-*

CASAUBONUS.

1 *Cujus nece à Severo gratiam requirebant.*] Scribe, *qui ejus nec.*

4 *Abſurdum non fuit.*] Melius *fuerit.*

SALMASIUS.

1 *Cujus nece à Severo gratiam requirebant.*] Omnino ſcribendum: *multi præterea dicunt à militibus, qui ejus nece à Severo gratiam requirebant.*

3 *Quando ei jam velut de hoſte credi non poterat.*] Ut nec ei credere profitetur Dio, qui in hac parte fidem Severi elevat.

GRUTERUS.

2 *Laniatumque à canibus in profluentem abjectum eſſe.*] Pal. *abjectum eſt*, æque bene.

profuturum: certe obſuturum non eſſe ſatis novi. [1] *Huic ſala-*

CASAUBONUS

1 *Huic ſalarium duplex decrevi, veſtem militarem ſimplicem, ſed loci ſui ſtipendium quadruplum.*] Voces annona, ſalarium & ſtipendium, etſi ſeparantur ſæpe à ſcriptoribus, ut quæ proprias ſignificationes habeant, inter ſe diverſas; ſæpe tamen confunduntur. ſic hoc loco *ſalarium* & *ſtipendium* non differunt. nam *ſalarium duplex* intelligit Marcus, quod merebat Albinus prius quam in altiorem gradum promoveretur, & quod promoto debebatur pro ratione muneris quod illi imponebatur. qui mutant militiam, ſalarium quoque mutant, ſive majore ſive minore, pro ſtatione in qua collocantur. Marcus Albino utrumque pendi juſſit: atque hoc duplex eſt ſalarium. At *ſui loci ſtipendium quadruplum* eſt quadruplum illius ſtipendii ſive ſalarii, quod vulgo omnibus exhiberi ſolitum, qui locum illum obtinerent, in quem vocatus erat Albinus. Ordinarium illud fuit, ut cuique militantium ſalaria ſui ordinis decernerentur, ut loquitur Vopiſcus: illud honoris cauſſa fieri ſolitum, ut viris fortibus ſui loci ſtipendium multiplicaretur. Sic alibi leges in his libris tribuno omnia præſtari quaſi duci. Hinc appellati duplares, qui ſtipendium ſive ſalarium duplum acciperent.

SALMASIUS.

1 *Huic ſalarium duplex decrevi, veſtem militarem ſimplicem, ſed loci ſui ſtipendium quadruplum.*] Mirifice hæc exponunt eruditi viri. nam ut probent ſalarium & ſtipendium idem eſſe, nec tanquam diverſa heic à Spartiano poni, ſalarium duplex intelligunt, quod merebat Albinus priuſquam in altiorem gradum promoveretur. at *ſtipendium ſui loci quadruplum* eſſe quadruplum illius ſtipendii ſive ſalarii quod vulgo omnibus exhiberi ſolitum, qui locum illum obtinebant, in quem tunc erat promotus Albinus, hæc prorſus ſunt ἀσύςατα, nec ullo modo cohærent. ut ſalarium duplex, & ſtipendium quadruplum dicatur accepiſſe Albinus, & idem ſit nihilominus ſtipendium & ſalarium. hoc non poſſum concoquere. milites dicebantur accipere loci ſui ſtipendium vel ſalarium, cum nihil plus in ſtipendium ſalariumve acciperent, quam quod talis loci militibus dari ſolitum eſſet. hoc erat ſimplex ſtipendium. at quadruplum vel duplum ſtipendium tunc illis dari dicebatur, cum duplo vel quadruplo plus acciperent, quam milites ejus loci ſolerent accipere. non igitur recta illa loquutio: *ſed loci ſui ſtipendium quadruplum.* ſola interpunctio male poſita totum hunc locum turbavit, & viros eruditos fruſtra vexavit. diſtingue ſic: *huic ſalarium duplex decrevi, veſtem militarem ſimplicem ſed loci ſui, ſtipendium quadruplum.* diſtinguit ſtipendium à ſalario Capitolinus hoc loco. quod item alii fecere. ſcio tamen plerumque non diſcerni. aperte etiam ſeparatur in epiſtola Valeriani ad Mucianum quæ apud Flavium Vopiſcum legitur in vita Probi. nam poſtquam ſtipendium, quod in auro & argento dabatur, memoravit, & veſtem, ſequitur de ſalario: *in ſalario*, inquit, *diurno, bubulæ pondo octo, porcinæ pondo ſex, &c.* ſalario enim continebatur, ut ibi videre eſt, caro bubula & porcina, vinum, oleum, olera, ligna, ſal, quod ſalario nomen dedit. Gloſſæ: *ſalarium*, ἀλατικόν, ὀψώνιον. *cellarium ſalarii* dixit Lampridius in Heliogabalo ex noſtra reſtitutione: *mittebat paraſitis pro cellario ſalarii annua vaſa cum ranis & ſcorpiis, &c. cellarium ſalarii*, vocat cellarienſes illas ſpecies quæ in ſalarium dabantur militibus. quod autem Antoninus in hac epiſtola ſcribit, ſimplicem ſe veſtem Albino decreviſſe, ſed loci ſui: oſtendit veſtem non duplicaſſe, ut ſalarium, nec quadruplicaſſe ut ſtipendium, ſed ſimplicem tantum

ſalarium duplex decrevi, veſtem militarem ſimplicem, ſed loci ſui ſtipendium quadruplum. Hunc vos adhortamini ut ſe reip. oſtentet, habiturus præmium quod merebitur. Eſt & alia epiſtola qua idem M. Avidii Caſſii temporibus de hoc eodem ſcripſit, cujus exemplum hoc eſt. *Laudanda eſt Albini conſtantia,* [1] *qui graviter deficientes exercitus tenuit, quum ad Avidium Caſſium confugerent. & niſi hic fuiſſet, omnes defeciſſent. Habemus igitur virum dignum conſulatu, quem ſufficiam in locum Caſſii Papirii, qui mihi exanimis prope jam nuntiatus eſt. Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat: noſque videamur in locum viventis* cos. *ſubrogaſſe.* Iſtæ igitur epiſtolæ teſtantur, 11
Albinum virum utilem fuiſſe. Indicat & illud præcipue quod ad eas civitates inſtaurandas quas Niger atriverat, pecuniam miſit, quo facilius ſibi earum accolas conciliaret. Guloſum eum Cordus qui talia perſequitur in ſuis voluminibus, fuiſſe dicit: & ita quidem, [2] ut pomorum tantum hauſerit quantum ratio humana non patitur. Nam & [3] quingentas ficus paſſarias, quas Græci calliſtruthias vocant, jejunum comediſſe dicit; & centum

tum decreviſſe, & eam quæ debebatur militibus ejus loci in quo tunc militabat Albinus. cum igitur illi duplicaſſet ſalarium, & ſtipendium quadruplum decreviſſet, veſtem tantum ſimplicem dari juſſit, & qualis debebatur illius ordinis militi quem tunc obtinebat Albinus. contra Valerianus Probo tribuno cum duplex illi ſalarium faceret, triplicem veſtem decrevit. Valeriani epiſtola apud Vopiſcum in Probo: *veſtem tibi triplicem dari juſſi, ſalarium duplex feci, &c.* ad quem locum nos plura.

1 *Qui graviter deficientes exercitus.*] Exercitus Bithynicos. ſupra: *Bithynicos exercitus eo tempore quo Avidius Caſſius rebellabat, fideliter tenuit.* ibi enim *Bithynicos* rectius legas quam *Britannicos.*

2 *Ut pomorum tantum hauſerit.*] Palatinus *auxerit,* pro *auſerit. aurio* enim ſcribebant librarii veteres abſque aſpiratione. *haurire* autem *poma* pro comedere, ut *haurire oſtrea* Auſonio. *haurire ſua bona* pro comedere Martiali:

Hauſiſſetque ſuas luxurioſus opes.

ſic *pepones haurire* apud Plinium lib. XIX. cap. V. *vivunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem, nec perfici queunt, in cibis non inſalubres, tamen plurimum natant.*

CASAUBONUS.

3 *Quingentas ficus paſſarias, quas Græci calliſtruthias vocant.*] Etiam veteres Latini calliſtruthias appellabant, non paſſarias. de his Plinius libro XV. & Athenæus in tertio.

3 *Cen-*

& [1] centum perſica Campana, [2] & melones Hoſtienſes decem, & uvarum Lavicanarum pondo viginti, & ficedulas centum, [3] & oſtrea quadringenta. Vini ſane parcum fuiſſe dicit, quod Severus negat, qui eum aſſerit ebrium etiam in bello fuiſſe. [4] Cum ſuis etiam nunquam cœnavit, vel propter vinolentiam, (ut dicit Severus) vel propter morum acrimoniam. Uxori odioſiſſimus fuit, ſervis injuſtus, atrox circa militem. Nam ſæpe & [5] ordinarios centuriones, ubi cauſæ qualitas non poſtulabat, in crucem ſuſtulit. Verberavit certe virgis ſæpiſſime: neque unquam delictis pepercit. In veſtitu nitidiſſimus fuit, in convivio ſordidiſſimus, & ſoli ſtudens copiæ: mulierarius inter primos amatores, averſæ Veneris ſemper ignarus, & talium perſequutor: agricolandi peritiſſimus, ita ut etiam Georgica ſcripſerit. Mileſias nonnulli ejuſdem eſſe dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter ſcri-
12 ptæ ſint. A ſenatu tantum amatus eſt quantum nemo prin-

1 *Centum Perſica Campana.*] Quæ magnitudine alibi nata ſuperarent.

2 *Et melones Hoſtienſes decem.*] Cucumeris genus ætate Plinii in Campania primo natum, poſtea latius propagatum, & diligenter cultum. melopepones initio dicti, & Græcis quoque *μηλοπέπονες*. poſtea contracta voce *melones*, ut hic & apud Palladium. Nihil melones iſti ad hodiernos: quos omnis vetuſtas ignoravit. Etſi fuiſſe & veterum melones à cupediariis expetitos, ex hoc loco & alio in Gallieni vita poſſis colligere. meminit & Vopiſcus in Carino.

5 *Ordinarios centuriones.*] Feſtus, *Sunt quidem qui manipularium eum qui infimi ordinis ſit, appellatum credant ordinarium.* Vopiſcus in Bonoſo: *Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites.* horum centuriones, dicti centuriones ordinarii. Extraordinariorum equitum meminit Spartianus in Caracalla.

SALMASIUS.

3 *Et oſtrea quadringenta.*] Excerpta Spartiani: *oſtrea quadraginta.* ſed hic numerus nimis parvus ſi conſideretur reliquarum rerum copia quas hic guloſus ſtrenue vorabat.

4 *Cum ſuis etiam nunquam cœnavit.*] Cum quibus igitur cœnabat hic Albinus, ſi cum ſuis non cœnaret? an ſolus ſemper cœnavit? vereor ne convenientior ſit lectio quam repperi in veteri libro: *cum ſuis etiam nunquam convenit.* & hanc magis firmat ratio ſubdita: *vel propter vinolentiam vel propter morum acrimoniam.* indicant enim hæc verba ita moroſum ac difficilem fuiſſe Albinum ut inde ſuis eſſet odioſus, nec illi bene cum ſuis conveniret. idem vitium narrat Spartianus: *avidus cibi, vini etiam appetens, ſuis odioſus, & præter milites prætorianos omnibus caſtris exoſus.*

1 In

principum, [1] in odium ſpeciatim Severi, quem vehementer ob crudelitatem oderant ſenatores. Denique victo eo plurimi ſenatores à Severo interfecti ſunt, qui ejus partium vel vere fuerant vel eſſe videbantur. Denique quum apud Lugdunum eundem interfeciſſet, [2] ſtatim literas inquiri juſſit, ita ut inveniret vel ad quos ipſe ſcripſiſſet, vel qui ad eum reſcripſiſſent, omneſque illos quorum epiſtolas reperit, hoſtes judicari à ſenatu fecit: nec his pepercit, ſed & ipſos interemit, & bona eorum proſcripſit, atque in ærarium publicum retulit. [3] Extat epiſtola Severi, quæ oſtendit animum ſuum, miſſa ad ſenatum, cujus hoc exemplum eſt. [4] *Nihil mihi gratius poteſt evenire* P. C. *quam ut veſtrum judicium Albinus haberet potius quam Severus. Ego frumenta Reipub. detuli, ego multa bella pro Republica geſſi, ego populo Romano tantum olei detuli quantum rerum natura vix habuit. Ego interfecto Peſcennio Nigro vos à malis tyrannicis liberavi. Magnam ſane mihi reddidiſtis vicem, magnam gratiam.* [5] *Unum ex Afris, & quidem Adrumetinis, fingen-*

GRUTERUS.

1 *In odium ſpeciatim Severi.*] Unde ſæpe accidit, ut quemlibet ſibi malint homines imperare, etiam indigniſſimum, quam eum à quo læſi ſunt. Conſulatur Juſtinus lib. XXXV. c. 2. m. libro XXXVIII. cap. 1. f. item Tacitus lib. II. Hiſtor. cap. 76. *Et poſſe ab exercitu principem fieri, ſibi ipſe Vitellius documento eſt; nullis ſtipendiis, nullâ militari famâ, Galbæ odio promotus*; ubi de hac re plura. videatur & Capitolini Opilius capite 2. f.

4 *Nihil mihi gravius poteſt evenire, &c.*] Vulgati, *gratius*: ſed noſtrum tuetur ſe fide Palatini codicis, & Puteani, requiritque ſententia.

SALMASIUS.

2 *Statim literas inquiri juſſit.*] *Requiri juſſit*, liber Palatinus.

CASAUBONUS.

3 *Extat epiſtola Severi, quæ oſtendit animum ſuum.*] Scribendum, *qua*. niſi *ſuum* dixit pro *ipſius*.

4 *Nihil mihi gratius poteſt evenire.*] Εἰρωνικῶς hoc dicit, aut ſcribendum, *N. mihi ingratius p. e.* & *poterat* malim quam *poteſt*. In altero Puteani cod. *gravius* ſcriptum, non *gratius*.

5 *Unum ex Afris, & quidem Adrumetinis.*] Mirum eſt ita contemtim de Afris locutum Severum, hominem Afrum, & ſui nequaquam contemnentem. Fortaſſe non ipſius hæc epiſtola eſt, verum Marii Maximi, aut alius cujuſdam, qui pro eo jure quod ſibi hiſtoriarum conditores uſurpant, ſub nomine Severi iſtam epiſtolam compoſuit. etſi temere hoc non credam: ſpirat enim tota hæc ſcriptio genuinum aliquid & Severo non indignum. Hadrumetum vero oppidum ea tempeſtate nec magnæ nec nimium bonæ famæ fuiſſe hinc colligas. Puto Severum cum hæc ſcriberet,

gentem quod de Cejoniorum ſtemmate ſanguinem duceret, uſque adeo extuliſtis [1] *ut eum principem habere velitis, me principe, ſalvis liberis meis. Defuitne quæſo tanto ſenatui quem amare deberetis, qui vos amaret? Hujus fratrem honoribus extuliſtis; ab hoc conſulatus, ab hoc præturas, ab hoc ſperatis cujuſvis magiſtratus inſignia. Non eam gratiam mihi redditis quam majores veſtri contra Piſonianam factionem, quam item pro Trajano, quam nuper contra Avidium Caſſium præſtiterunt: fictum illum & ad omnia mendaciorum genera paratum, qui nobilitatem quoque mentitus eſt, mihi præpoſuiſtis. Quinetiam* [2] *audiendus in ſenatu fuit* [3] *Statilius Corſulenus, qui honores Albino & ejus fratri decernendos ducebat: cui hoc ſuperfuit* [4] *ut de me decerneret* [5] *homo nobilis & triumphum. Major*

ret, alluſiſſe ad nominis Hadrumeti veriloquium. norat enim, lingua Pœnorum parum honorificum & inſuper infauſtum eſſe id nomen, quaſi dicas ἐπαυλις Πλούτωνος, vel Acherontis oſtium. Lege Joſephi Scaligeri Notas in Beroſi & aliorum veterum fragmenta. Tertullianus De palliô: *Sic & in proximo ſoror civitas veſtiebat, & ſicubi alibi in Africa Tyros.* poſtremis verbis Hadrumetum deſignat, antiquam Tyriorum coloniam, non minus quam Carthaginem, aut Uticam: ſed Tertullianus non fecit tanti, ut expreſſius eam indicaret.

SALMASIUS.

5 *Unum ex Afris & quidem Adrumetinis.*] Mirum videtur doctis viris Severum ita contemptim loqui de Afris hominem Afrum: ac propterea cenſent hanc orationem non eſſe Severi ſed Marii Maximi. quod vix inducor ut cenſeam. Severi enim eſt nec adeo contemnit heic Afros Severus ipſe Afer: ſed dolet hominem Afrum ſibi præferri eo nomine quod de Cejoniorum ſtemmate ortum ſe fingeret. Hoc igitur Severum male habebat quod unum ex Afris & quidem Adrumetinis, illo, ut videtur, tempore inter Afros non multum laudatis adeo extuliſſet ſenatus, ut & imperatorem habere vellet: cum nihil haberet Albinus quare ſibi merito præferretur, niſi forte ejus familiæ imagines, quam ementiebatur. erat enim Afer, & quidem Adrumetinus. Ceteris igitur paribus moleſte graviterque ſe ferre dicit Afrum Albinum ſibi Afro præpoſitum.

1 *Ut eum principem habere velitis.*] *Velletis.*

GRUTERUS.

2 *Audiendus in Senatu fuit Statilius Corſulenus.*] Sic quoque Palatinus, ut vulgati.

CASAVBONVS.

3 *Statilius Corſulenus.*] Membranæ, *Corſulenus.* quomodo & alibi, niſi fallor, hoc cognomen memini ſcriptum.

SALMASIUS.

4 *Ut de me ille decerneret homo nobilis ad triumphum.*] Scio quomodo hæc exponant viri doctiſſimi. ut *homo nobilis ad triumphum*, dicatur, qui ita ſit nobilis, ut merito inter triumphales cenſeri debeat. ſed illi interpretationi non libenter accedo, & locum leviter corruptum exiſtimo. ſic igitur olim

Major fuit dolor quod illum pro literato laudandum plerique duxiſtis, quum ille naniis quibuſdam anilibus occupatus [1] *inter Mileſias Punicas Apuleji ſui, & ludicra literaria conſeneſceret.* Hinc apparet quanta ſeveritate factionem vel Peſcennianam vel Clodianam vindicaverit. Quæ quidem omnia in vita ejus poſita ſunt: quæ qui diligentius ſcire velit, legat Marium Maximum, de Latinis ſcriptoribus; de Græcis, Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt. Fuit ſtatura 13
procerus, capillo renodi & criſpo, fronte lata, & candore mirabili: & ut plerique putant, ex eo nomen accepit: voce muliebri & prope ad eunuchorum ſonum, motu facili, iracundia gravi, furore triſtiſſimo: in luxuria varius; nam ſæpe appetens vini, frequenter abſtinens. [2] Armorum ſtrenuus prorſus, ut non male ſui temporis Catilina diceretur. Non ab re eſſe credimus, cauſas oſtendere quibus amorem ſenatus Clodius Albinus meruit. Quum Britannicos exercitus regeret juſſu Commodi, atque illum interemptum adhuc falſo comperiſſet, quum ſibi ab ipſo Commodo Cæſarianum nomen eſſet delatum, proceſſit ad milites, & hac con-

olim vel puer admodum emendabam: *cui hoc ſuperfuit, ut de me ille decerneret homo nobilis ac triumphum.* hoc, inquit, illi homini nobili (per irriſionem hæc dicit) ſenatui tantopere grato gratioſoque ſuperfuit, ut & de me triumphum decerneret. quod mihi poſtea comprobavit optimus Palatinus, qui nulla littera minus ſic habuit, niſi quod *illo* non haberet. ita igitur ex illo libro legendum: *cui hoc ſuperfuit, ut de me decerneret homo nobilis & triumphum.* Judicio acuti lectoris ita confido ut multis probare veritatem hujus lectionis ſuperſedeam.

CASAUBONUS.

5 *Homo nobilis ad triumphum.*] Εἰρωνικῶς & venuſte. *homo nobilis ad triumphum.* hoc eſt, ea nobilitate ut vel inter triumphales propterea mereatur cenſeri. aut, cui ad ſummum decus nihil deſit, niſi ut brevi triumphus illi decernatur. Sic in Caracallo, *libri ad doctrinam*, παιδείας γέμοντες, vel πρὸς παιδείαν συντείνοντες.

1 *Inter Mileſias Punicas. Apuleji ſui.*] Abeſt à regio vox *Punicas.* non recte. nam ita Apuleji librum vocat Severus per contemtum.

2 *Armorum ſtrenuus, ut n.*] Malim ita diſtinguere: *Armorum ſtrenuus: prorſus ut non m.*

GRUTERUS.

2 *Armorum ſtrenuus prorſus, ut non, &c.*] Uterque Palat. *Armorum ſciens prorſus, &c.*

1 *Niſi*

concione uſus eſt: *Si ſenatus P. R. ſuum illud vetus haberet imperium, nec in unius poteſtate res tanta conſiſteret, non ad Vitellios, neque ad Nerones, neque ad Domitianos publica fata veniſſent: in imperio conſulari noſtræ illæ gentes Cejoniorum, Albinorum, Poſthumiorum: de quibus patres veſtri, qui & ipſi ab avis ſuis audierant, multa dixerunt: & certe Africam Romano imperio ſenatus adjunxit: Galliam ſenatus ſubegit, & Hiſpanias: orientalibus populis ſenatus dedit leges. Parthos tentavit ſenatus: & ſubegiſſet,* [1] *niſi* [2] *tam avarum principem Romano exercitui fortuna Reipublicæ tunc dediſſet. Britannias Cæſar ſubegit, certè ſenator, nondum tamen dictator. Hic ipſe Commodus quanto melior fuiſſet, ſi timuiſſet ſenatum? Et uſque ad Neronem quidem ſenatus auctoritas valuit, qui ſordidum & impurum principem damnare non timuit, quum ſententiæ in eum dictæ ſunt qui vitæ neciſque poteſtatem atque imperium tunc tenebat. Quare, commilitones,* [3] *ego* [4] *Cæſareum nomen quod mihi Commodus detulit, nolo: dii faxint ut ne alii quidem velint. Senatus imperet, provincias dividat: ſenatus nos conſules faciat, & quid dico ſenatus? vos ipſi & patres veſtri: eritis enim ipſi*
14 *ſenatores.* Hæc concio vivo adhuc Commodo, Romam delata eſt: quæ Commodum in Albinum exaſperavit, ſtatimque ſucceſſorem miſit Junium Severum, unum ex contubernalibus ſuis. Senatui autem placuit ut miris acclamationibus abſentem eum ornaret, [5] & vivo Commodo & deinceps interempto: ita ut non-

1 *Niſi tam avarum principem Romano exercitui fortuna Reipublicæ tunc dediſſet.*] Palatini ambo *tunc dixiſſet*, neque diſplicet.

3 *Ego Cæſareum nomen.*] Sic à prima manu Palatinus, *Cæſareanum* à ſecunda.

CASAUBONUS.

2 *Tam avarum principem.*] Dignum obſervatu, quod Craſſum qui in expeditione Parthica periit, principem appellat Albinus: cum he ſenatus quidem princeps fuerit, nedum Reip. qui tempore Craſſi nullus dum fuit. ſed imperatorem, hoc eſt στρατηγὸν voluit dicere Albinus.

4 *Cæſareum nomen.*] Regius, *Cæſareanum.*

5 *Et vivo Commodo, & deinceps interemto.*] Non eſt ſimile veri ſenatum vivo Commodo auſum Albino palam favere, ut & adclamationibus eum

nonnulli etiam Pertinaci auctores fuerint ut eum ſibi ſocium adſciſceret, [1] apud Julianum de occidendo Pertinace ipſius plurimum auctoritas valuerit. Ut autem hoc verum intelligatur, epiſtolam Commodi ad præfectos prætorii ſuos datam inſerui, qua de occidendo Albino ſignificavit ſuam mentem. [2] *Aurelius Commodus Severus præfectis ſalutem. Audiſſe vos credo primum fictum eſſe quod ego meorum conſilio interfectus eſſem: deinde concionem Clodii Albini apud milites meos habitam, qui ſe multum ſenatui commendat, idque, quantum videmus, non fruſtra. Nam qui principem unum in Republica negat eſſe debere, quique aſſerit à ſenatu oportere totam Rempublicam regi, is per ſenatum ſibi petit imperium. Cavete igitur diligentiſſimè: jam enim hominem ſcitis [3] vobis militibus populoque vitandum.* [4] Has literas quum Pertinax inveniſſet, in Albini odium publicavit. Quare Albinus occidendi Pertinacis Juliano auctor fuit.

eum ornaret. Quare auctoris verba in hanc potius ſententiam interpretare, ut dicat, orationem Albini placuiſſe ſenatui, & vivo Commodo: ſed adclamationes, eo demum interemto, factas.

1 *Apud Julianum.*] Scrib. *& apud Jul.*

2 *Aurelius Commodus Severus.*] Unde hoc *Severi* cognomen? nam inter plurima, quæ aſſumſit Commodus, quæque in nummis & lapidibus extant hodieque, iſtud invenies nuſquam. Fortean ſcribendum, *A. C. ſuis præf. præfectis ſalutem.* præcedentia verba ſuadent: *epiſtolam Commodi ad præfectos prætorii ſuos datam inſerui.* Vocem quidem *ſuis* firmat inſcriptio ſimilis poſita non multo ante, quæ hæc eſt: *M. Aurelius Antoninus præfectis ſuis ſalutem.*

3 *Vobis militibus populoque vitandum.*] Regius; *vobis inutilem, populoque vit.*

GRVTERVS.

4 *Has literas cum Pertinax inveniſſet, in Albini odium publicavit.*] Palatinus uterque, *odium publicaſſe tuid.* emendatumque in ſec. *publicare ſtuduit.*

ÆLII SPARTIANI
ANTONINUS CARACALLUS.

1 EX duobus liberis quos Septimius Severus reliquit, Getam & Baſſianum, [2] quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hoſtis eſt judicatus, [3] Baſſianum autem obtinuiſſe imperium conſtat: de cujus majoribus [4] fruſtra putamus iterandum, quum omnia in Severi vita ſatis dicta ſint. Hujus igitur pueritia blanda, ingenioſa, [5] parentibus affabilis, amicis parentum jucunda, populo accepta, grata Senatui, ipſi etiam ad amorem conciliandum ſalutaris fuit. [6] Non ille in literis tardus, non in benevolentiis ſegnis, non tenax in largitate, [7] non lentus in clementia, [8] ſed ſub parentibus, viſus. Denique, [9] ſi quando feris objectos damnatos

CASAUBONUS.

1 ANTONINUS CARACALLUS.] Alii, CARACALLA. utrumque dicunt Latini: Græci ſemper Καράκαλλος. Manſit in uſu apud illos hoc nomen: nam apud Himerium in libello Περὶ θαυμαστῶν invenio Ἀντωνῖνον Καράκαλλον πρασινοσίζον.

2 *Quorum unum exercitus, alterum pater dixit.*] Mira locutio, & cujus exemplum quærere ſit quam invenire facilius: *dixit*, pro dixit Cæſarem, vel Antoninum, vel Auguſtum. nam tot modis exponi poteſt. Idem Spartianus in Severo: *Ob hoc etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæſarem dixerunt: eundem Antoninum, ut plerique in literas tradunt, appellantes.* Ex his apparet multifariam exponi poſſe illud *dixit*. Præterea non ſibi conſtat Spartianus qui alterum à patre, alterum ab exercitu Cæſareum nomen aut imperium dicat acceπiſſe. nam in Severi vita milites ſunt, qui utrumque Cæſarem dicunt, ac mox Auguſtum: in libro vero ſequenti pater: hic alterum pater, alterum filius. Fortaſſe ante verbum *dixit*, deeſt vox *Cæſarem*, vel *Auguſtum*. judicent periti lectores.

4 *Fruſtra putamus iterandum.*] Hoc eſt, iteratum iri. alioqui *fruſtra*, poſitum erit, pro non.

5 *Parentibus affabilis.*] Robertus Bon. p. *delectabilis.*

6 *Non ille in literis tardus.*] Et Græcas literas didiciſſe, & valuiſſe etiam memoria indicat, quod Dio narrat de recitatis ab illo quinque verſiculis Euripidis, cum illum ipſe poſtremum vidit.

7 *Non lentus in clementia.*]. Regius corrupte, *in elemoſina.* idem mendum apud Robertum.

8 *Sed ſub parentibus.*] Sic ſtatim, *Sed hæc puer.*

GRUTERUS.

3 *Baſſianum autem obtinuiſſe imperium conſtat.*] Mendoſa forte lectio. nam illud *conſtat* non viſitur in Pal. habetque *obtinuit ſe.*

9 *Si quando objectos feris damnatos vidit, flevit aut oculos avertit.*] Sic & Veſpaſiano

tos vidit, flevit aut oculos avertit: [1] quod populo pluſquam amabile fuit. [2] Septennis puer, quum colluſorem ſuum puerum, [3] ob Judaïcam religionem gravius verberatum audiſſet, neque patrem ſuum neque patrem pueri [4] vel auctores verberum diu reſpexit. Antiochenſibus & Byzantiis interventu ſuo jura vetuſta reſtituit: quibus iratus fuit Severus quod Nigrum juverant. Plautiani odium [5] crudelitatis cauſa concepit. [6] Quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat, ea vel clientibus vel magiſtris ſponte donavit. Sed hæc puer. Egreſſus vero pueritiam, ſeu patris monitis, ſeu calliditate ingenii, ſive quod ſe Alexandro Magno Macedoni æquandum putabat, reſtrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus eſt, [7] prorſus [8] ut eum quem pue- 2

ſpaſiano Suetonius cap. 15. f. *ceterum neque cujuſquam cæde umquam lætatus eſt. juſtis ſuppliciis illacrimavit etiam & ingemuit.* quæ loca excutimus ad librum I. Annal. Taciti. cap. 76. f.

SALMASIUS.

1 *Quod populo pluſquam amabile fuit.*] *Pluſquam amabile* pro valde amabile. ſic Aurelio Victori: *pluſquam ſevere: neque ego abnuo ea delictorum quæ graſſari immodice cœperint, plus pæne quam ſevere excidenda eſſe.* apud eumdem, *pluſquam pius* pro valde pius. in Alexandro Severo: *matriſque cultu, quæ nomine Mamæa erat, pluſquam pius.*

CASAUBONUS.

2 *Septennis puer.*] Capitolinus de Gordiano puero: *bonitatis inſignis: adeo ut ſemper in ſcholis ſi quis puerorum verberaretur, ille lacrymaret.*

3 *Ob Judaicam religionem.*] Quam poſtea edicto prohibuit pater Severus, & Chriſtianam ſimul, ut in ejus vita dictum. Judaicæ autem appellatione & Chriſtianam intelligi, notum omnibus. Ipſum Antoninum lacte Chriſtiano fuiſſe educatum ſcribit diſerte Tertullianus ad Scapulam.

4 *Vel auctores verberum.*] Scribe, *velut auctores verb.* οἷά τε αἰτίους ὄντας τῶν πληγῶν.

5 *Crudelitatis cauſſa.*] Quam in omnes exercuiſſe Plautianum affatim docet Dio. tangit & Spartianus in Severo ac Geta.

6 *Quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat.*] Viri docti, *ſigillaritiorum.* ut dicimus, dare nomine xeniorum. tamen & *Sigillariorum* ferri poteſt: quomodo apud Suetonium, *quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria ſe miſiſſe ei.*

8 *Ut eum quem puerum ſcirent.*] Id eſt, quem, qualis puer fuiſſet, ſcirent. Regius, *ſcierant.* ſcire pro cognoſcere. ſic alibi, *qui Remp. ſciret*, id eſt, probe cognitam haberet. in Gordianis: &, *niſi quem ipſe bene ſciſſet.* in Hadriano.

GRUTERUS.

7 *Prorſus ut eum quem puerum ſcierant multi eſſe non crederent.*] Ita requirit curſus orationis, non *ſcirent*, quod in cetero vulgatis. & noſtrum iſtud diſerte exſtat in codice Regio Palatinoque.

SALMASIUS.

7 *Prorſus ut eum quem puerum ſcirent multi eſſe non crederent.*] Diu mihi ſuſpecta

puerum ſcirent, multi eſſe non crederent. [1] Alexandrum Magnum ejuſque geſta in ore ſemper habuit. Tiberium & Syllam in conventu plerumque laudavit. [2] Patre ſuperbior fuit: [3] fratrem magna ejus humilitate deſpexit. [4] Poſt patris mortem in caſtra prætoria pergens, apud milites conqueſtus eſt, circumveniri ſe fratris inſidiis: atque ita fratrem in Palatio fecit occidi. [5] ejus corpus ſtatim cremari præcepit. Dixit præterea in ca-

ſpecta viſa eſt hæc lectio. qui enim poterat fieri, ut puerum eum ſcirent, qui puer amplius non eſſet? itaque legebam, *prorſus ut eum quem puerum ſcierant, multi eſſe non crederent*. hoc eſt, ut eumdem eſſe non cognoſcerent, quem puerum meminerant vidiſſe. ſed Palatinus habet, *fecerant: ut eum quem puerum fecerant*. libenter facio, ut ejus codicis cujus mihi bonitas cognita eſt omnes quatenus poſſum ſcripturas defendam. neque iſta caret ratione. ut enim *ſolem condere* dicimus, cum ſolem condentem ſe videmus, ſic *pueros facere* dici poſſumus quos pueros factos vidimus. non multum abſimile loquendi genus apud Vopiſcum, quo aliquis dicitur oratorem magnum facere, qui ipſe in magnum oratorem evadit. verum ſi hæc lectio minus probari poteſt propter novitatem ſuam, poterit hæc fortaſſe blandiri: *quem puerum ſciverant*. quæ minus longe abit à vetere ſcriptura, quam quæ excuſa eſt. *quem puerum ſciverant*, id eſt, quem puerum cognoverant. ſic enim *ſcire* paſſim pro cognoſcere apud hos auctores. Vopiſcus in Saturnino: *huic autem inter ceteros duces, quos vere ſcire videretur, Orientis ducatum dedit.*

CASAUBONUS.

1 *Alexandrum Magnum ejuſque geſta in ore ſemper habuit.*] Dio, Περὶ τ̃ Ἀλέξανδρον ἐκθύμησ. lege cætera.

2 *Patre ſuperbior fuit.*] Infra, *patre duro crudelior.*

3 *Fratrem magna ejus humilitate deſpexit.*] Id eſt, cum frater magna humilitate adverſus ipſum uteretur.

4 *Poſt patris mortem in caſtra prætoria pergens.*] Omittit reditum è Britannia in Italiam, & Urbem. ſed & hiſtoriam narrat perturbate: nam Antoninus non ante cædem, verum ea admiſſa ſtatim in caſtra prætoria perrexit.

5 *Ejus corpus ſtatim cremari præcepit.*] Sic Nero Britannicum à ſe occiſum *raptim inter maximos imbres tranſlatitio extulit funere.*

SALMASIUS.

2 *Patre ſuperbior fuit.*] Idem liber: *patris ſuperbior fuit.* & ſic optimos auctores loqui memini. Tertullianus in Apologetico: *orbis partem Africæ & Aſiæ majorem.* Apulejus: *nec ſui molliorem provocaverat.* vetus interpres Juvenalis qui eodem prope tempore vixit quo Spartianus, ad illud:

—— *varicoſus fiet aruſpex.*

aut certe tantum patientiæ ſumit inſpiciendis extis ut varicoſi aruſpicis doctior videatur.

3 *Fratrem magna ejus humilitate deſpexit.*] Id eſt, *propter magnam ejus humilitatem.* nec mirum ſi homo ſuperbus fratrem humilem & civilem deſpiceret & præ ſe contemneret. Aurelius Victor Scotthi: *ita Geta cui nomen paterno ab avo erat, cum ejus modeſtiore ingenio frater angeretur, obſeſſus interiit.* modeſtum ingenium vocat Victor, quam hic humilitatem appellat.

1 *Matri*

in caſtris fratrem ſibi venenum paraſſe, [1] matri eum irreverentem fuiſſe: egitque publice iis gratias qui eum occiderunt. [2] Addidit denique iis qui fideliores erga ſe fuerant, ſtipendium. [3] Pars militum apud Albam, Getam occiſum ægerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus ſe fidem promiſiſſe liberis Severi, duobus ſervare debere. clauſiſque portis diu imperator non admiſſus, niſi delinitis animis, non ſolum querelis de Geta & criminationibus editis, ſed [4] enormitate ſtipendii militibus (ut ſolet) placatis: [5] atque inde Romam rediit.[6] Tunc ſub veſte ſenatoria loricam habens, cum armatis militibus curiam ingreſſus eſt. Hos in medio inter ſubſellia duplici ordine collocavit, & ſic verba fecit. Queſtus eſt de fratris inſidiis involute & incondite, ad illius accuſationem, ſui vero excuſationem: quod quidem nec ſenatus libenter accepit, quum ille

1 *Matri eum irreverentem fuiſſe.*] Palatinus: *matri eum virentem fuiſſe*. quid ſit non divino. vulgatam utique retineo.

2 *Addidit denique iis qui fideliores erga ſe ſtipendium.*] Paulo aliter in Palatino, *addidit denique hos quos fidelioribus erga ſe ſtipendium.* quem ex parte ſequitur vetus editio, quæ habet, *addidit denique is qui fidelioribus erga erant ſtipendium.* in promptu eſt legere, *addidit denique fidelioribus erga ſe ſtipendium*, omiſſis illis *hos quos*. quibus duabus vocibus quamvis corruptis contineri puto ſummam ſtipendii quod fidelibus erga ſe addidit Antoninus. quam tamen nunc non expedio.

GRUTERUS.

2 *Addidit denique iis qui fideliores erga ſe fuerant ſtipendium.*] An fuit? *quo fideliores erga ſe forent ſtipendium.* ſed aliud quid forte latet. nam eſt tantum in Pal. *his quos fidelioribus erga ſe ſtipendium.*

CASAUBONUS.

3 *Pars militum apud Albam.*] Præter caſtra quæ in Urbe, erant alia ad Albani montis radices. Capitolinus in Maximinis: *Quare timentes milites quorum affectus in Albano monte erant.* hoc ita Herodianus hiſtoria octava: ἔδοξε τοῖς στρατιώταις, οἳ περὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει στρατόπεδον εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἀλβανὸν, ἔνθα παῖδας καὶ γυναῖκας καταλελοίπεσαν, φονεῦσαι τὸν Μαξιμῖνον. horum caſtrorum meminit ſæpius Dio in Theodoſii excerptis.

4 *Enormitate ſtipendii militibus ut ſolet placatis.*] Herodianus promiſſos ſcribit militibus viritim denarios bis millenos quingenos: diurnum etiam frumenti modium dimidio auctum ejus quod prius accipiebant.

5 *Atque inde Romam rediit.*] Regius, *atque inde Romam contendens rediit.*

6 *Tunc ſub veſte ſenatoria loricam habens, cum arm.*] In Geta, *Ipſe Baſſianus tantum timuit, ut loricam ſub lato habens clavo, etiam Curiam ſit ingreſſus, atque ita rationem facti ſui & necis Geticæ reddiderit.*

ille dixiſſet, [1] fratri ſe omnia permiſiſſe, fratrem ab inſidiis liberaſſe, & illum tamen ſibi graviſſimas inſi-
3 dias feciſſe, nec vicem amori reddidiſſe fraterno. [2] Poſt hoc relegatis deportatiſque reditum in patriam reſtituit: inde ad prætorianos proceſſit, & in caſtris manſit. Altera die Capitolium petiit: & [3] eos quos occidere parabat, affabiliter eſt alloquutus, [4] innitenſque Papiniano, [5] & Chiloni, ad Palatium rediit. Quum flentem matrem Getæ vidiſſet, [6] aliaſque mulieres, poſt necem fratris, [7] mulieres occidere conatus eſt: [8] ſed ob hoc retentus [9] ne augeretur fratris occiſi crudeli-

1 *Fratri ſe omnia permiſiſſe, fratrem ab inſidiis liberaſſe.*] Horum nihil eſt in ea oratione Commodi quam refert Herodianus, ut ab illo tum in ſenatu habitam.

2 *Poſt hoc relegatis deportatiſque reditum in patriam reſtituit.*] *Poſt hoc*, id eſt, ſtatim poſt habitam ſuperiorem orationem, cum inibi eſſet, ut Curia egrederetur, & jam ad fores acceſſiſſet. impetu enim factum, non conſilio.

3 *Eos quos occidere parabat affabiliter eſt alloquutus.*] In Geta: *Fuit ejus immanitatis Antoninus, ut iis præcipue blandiretur, quos ad necem deſtinabat.*

5 *Et Chiloni.*] Dio *Cilonem* nominat. τὸν Κίλωνα τὸν τροφέα, τὸν εὐεργέτην, τὸν ἐπὶ τοῦ πατρὸς πεπολιαρχηκότα. Ulpianus lege prima, De officio Præfecti urbi. *epiſtula Divi Severi ad Favium Cilonem Præfectum Urbi miſſa declaratur.*

7 *Mulieres occidere conatus eſt.*] Reg. *multas occ.*

8 *Sed ob hoc retentus ne augeretur fratris occiſi crudelitas.*] Regius, *ne videretur ac augeretur fratris crud.* qua retenta lectione, deeſt aliquid explendæ ſententiæ, hoc modo: *ne videretur furere ac aug.* placet magis vulgata. *crudelitas* dixit, pro invidia ex crudelitate. Sed quod ait retentum à cæde mulierum, de nonnullis verum eſt, non de omnibus: nam & harum multæ occiſæ: ſed à matris cæde quam cogitaverat eſt retentus, ut narrat Spartianus in extrema vita Getæ.

GRVTERVS.

3 *Et eos quos occidere parabat, affabiliter eſt alloquutus.*] Callidæ hujus & inopinatæ ſævitiæ exempla aliquammulta collegi in Diatribis meis ad Tacitum. interim adeatur Curtius lib. VI. cap. 39. f. Suetonii Domitiano cap. 11. p.

4 *Innitenſque Papiniano & Ciloni.*] Sic quoque Palatinus, non ut antea vulgati, *Chiloni.*

SALMASIVS.

4 *Innitenſque Papiniano & Chiloni.*] Vetus liber: *Papiano.* & ita ſemper. & ſic in vetuſtiſſimo libro legum Romanarum cum Moſaicis comparatarum ſcriptum reperiſſe vir eruditiſſimus Petrus Pithœus teſtatus eſt. ſcribendum etiam *Ciloni* pro *Chiloni* ex eodem vetere libro. & ita Dioni vocatur & Aurelio Victori.

6 *Aliaſque mulieres, poſt necem fratris, mulieres occidere conatus eſt.*] Ita diſtingue: *quum flentem matrem Getæ vidiſſet, aliaſque mulieres poſt necem fratris, mulieres occidere conatus eſt.*

9 *Ne augeretur fratris occiſi crudelitas.*] Optimus & doctiſſimus Juretus legebat, *credulitas.* noluiſſe enim videri auctorem eſſe necis fraternæ Antoninum Caracallam. ſed *crudelitas* non moveo. qui enim poterat notam occiſi

delitas. Lætum ad mortem coëgit, miſſo à ſe veneno: [1] ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus eſt. [2] Ipſe mortem ejus ſæpiſſime flevit. Multos qui cædis ejus conſcii fuerant, interemit, [3] eumque & imaginem ejus honoravit. Poſt hoc [4] fratrem patruelem Afrum, cui pridie partes de cœna miſerat, juſſit occidi. Qui quum ſe præcipitaſſet percuſſorum timore, & [5] ad uxorem crure fracto erepſiſſet, tamen [6] per ludibrium à percuſſoribus deprehenſus eſt, & occiſus. Occidit etiam Pompejanum Marci nepotem ex filia natum & ex Pompejano cui nupta fuerat Lucilla poſt mortem Veri imperatoris: quem & conſulem bis fecerat, & omnibus bellis præpoſuerat, quæ graviſſima tunc fuerunt: [7] & ita quidem

occiſi fratris effugere Caracalla, aut crimen illud à ſe amoliri, qui fratrem in ſinu matris propria manu occiderat?

GRUTERUS.

1 *Ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus eſt.*] Ita eſt; ſua fere exempla in conſultores recidunt; ſicuti pluribus oſtendi ad Taciti librum VI. Annal. cap. 10. m.

CASAUBONUS.

2 *Ipſe mortem ejus ſæpiſſime flevit.*] In Geta: *Mirum ſane omnibus videbatur, quod mortem Getæ toties ipſe etiam fleret, quoties nominis ejus mentio fieret, quoties imago videretur aut ſtatua.*

4 *Fratrem patruelem Afrum.*] Explica ex Dione, τόν τε ἀνεψιὸν αὐτοῦ, Σεβῆρον τε ὁμώνυμον.

SALMASIUS.

3 *Eumque & imaginem ejus honoravit.*] Diverſam lectionem & longe diverſo ſenſu exhibet nobis Palatinus: *eum qui imaginem ejus honoravit.* eamque præferimus vulgatæ. & hæc fuerit varietas morum in Antonino, ut modo conſcios fraternæ necis occideret, modo fautores ejus. nunc mortem ejus fleret, nunc qui flebant interficeret. ita igitur diſtinguendum, & legendum: *multos qui cædis ejus conſcii fuerant interemit, & eum qui imaginem ejus honoravit. poſt hoc fratrem patruelem cui pridie partes de cœna miſerat, juſſit occidi.* vel etiam ita ut minimum aut nihil diſcedamus à veteri ſcriptura, *multos qui cædis ejus conſcii fuerant, interemit. eum qui imaginem ejus honoravit, &c.* Honorabantur autem imagines floribus injectis & coronis impoſitis.

5 *Ad uxorem fracto crure erepſiſſet.*] *Erepiſſet*, Palatinus.

CASAUBONUS.

6 *Per ludibrium à percuſſoribus deprehenſus eſt & occiſus.*] Diſtingue, *per ludibrium, à p. deprehenſus, eſt occiſus.* inepta eſt, quam vulgata continet, ſententia.

7 *Et ita quidem ut videretur à latronibus interemtus.*] Lampridius in Commodo: *Occiſus eſt eo tempore etiam Claudius quaſi à latronibus.* loquitur Lampridius de Claudio Pompejano patre Pompejani, cujus hic cædes narratur. Sed erroris manifeſtiſſimi arguit Lampridium, omni exceptione major teſtis Dio, cui

 viſus

4 dem ut videretur à latronibus interemptus. Deinde in conſpectu ejus Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus: [1] quo facto percuſſori dixit, *Gladio te exequi oportuit meum juſſum.* [2] Occiſus eſt etiam ejus juſſu Petronius ante templum divi Pii, tractaque ſunt eorum per plateam cadavera, ſine aliqua humanitatis reverentia. Filium autem Papiniani, qui ante triduum quæſtor opulentum munus ediderat, interemit. [3] Iiſdem diebus occiſi ſunt innumeri, qui fratris ejus partibus faverant. Occiſi etiam liberti qui Getæ adminiſtraverant. Cædes deinde in omnibus locis & in balneis factæ. Occiſique nonnulli etiam cœnantes, inter quos etiam [4] Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam extant. [5] In ſummum diſcrimen etiam Chilo iterum præfectus & conſul venit, ob hoc

quod

viſus poſt necem Commodi Pompejanus ille quem Lampridius à Commodo ſcribit occiſum. ipſe adeo Lampridius refellit ſe in Juliani vita ſcribens, Claudium Pompejanum à ſeceſſu Tarracinenſi à Juliano ad participatum imperii fuiſſe evocatum, quod gener imperatoris fuiſſet. quid igitur cogitabat, cum illa in Commodi vita ſcriberet? Ego non dubito Lampridium cum Marium Maximum legeret, ſive alium quemcunque, unde hæc verba tranſcripſit Spartianus, incogitantia & *ἀπροσεξίᾳ* male cepiſſe auctoris mentem, male expreſſiſſe. Suadet imprimis modus ipſe cædis: quem utrobique vides eſſe eundem. hic ait, *ut videretur à latronibus interemtus:* ille, *quaſi à latronibus.*

1 *Quo facto, percuſſori dixit, Gladio te exequi oportuit meum juſſum.*] Dio, *τῷ τὸν Παπινιανὸν φονεύσαντι ἐπετίμησεν, ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν, καὶ οὐ ξίφει διεχρήσατο.* Ulpianus lege octava Dig. De pœnis: *Vita adimitur, ut putà ſi damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur. ſed animadverti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſti, vel laqueo, vel quo alio modo.* plura ad Suetonium libro ſecundo, capite xv.

3 *Iiſdem diebus occiſi ſunt innumeri, qui fratris ejus partibus faverant.*] Non ſine ſtupore lego apud Dionem, ex amicis, fautoribus aut miniſtris Getæ cæſa tum fuiſſe, nullo ſexus diſcrimine, qua in Palatio, qua in Urbe, millia hominum viginti.

4 *Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam extant.*] Regius, *Samonicus.* unico *m.* in Geta: *Sereni Samonici libros familiariſſimos habuit, quos ille ad Antoninum ſcripſit.* Vide etiam Lampridium in Alexandro. Fuit & Serenus alter Samonicus hujus filius, Gordiani junioris præceptor, ut ſcribit Capitolinus in ejus vita: qui moriens acceptam à patre bibliothecam, in qua erant ad LX. duo millia librorum, chariſſimo diſcipulo reliquit.

SALMASIUS.

2 *Occiſus eſt etiam ejus juſſu Petronius.*] Idem: *Patronus.*

5 *In ſummum diſcrimen etiam Chilo iterum præfectus & Conſul venit.*] Lege *Cilo*, ut ſupra. atque ita quoque in ſubditis legendum.

1 Et

quod concordiam inter fratres ſuaſerat. [1] Et quum idem Chilo ſublata veſte ſenatoria, [2] nudis pedibus ab urbanicis raptus eſſet, Antoninus ſeditionem compreſſit. Multas præterea poſtea cædes in urbe fecit, paſſim raptis à militibus nonnullis hominibus & occiſis, quaſi ſeditionem vindicans. [3] Helvium Pertinacem ſuffectum

1 *Et quum idem Chilo ſublata veſte ſenatoria nudis pedibus ab urbanicianis raptus eſſet.*] Diſſentit in hac narratione Spartianus in Dione. Spartiano hæc mens eſt; cum raperetur à militibus Cilo, ſublatam illi veſtem ſenatoriam & patricios calceos. at Dio illo loci deprehenſum à militibus ubi nec veſtem ſenatoriam nec calceos habere poterat, nempe in balneis. ſed videamus partem verborum Dionis ut explicemus, κλάπας ὑποδεδεμένον. κλάπα eſt ſolea, vel gallica, ligneum nempe ſandalium quod in balneis geſtabant. κλάπα ex Latino *clava*. unde grallæ κλάπαι, quæ notiori vocabulo colobathra dicuntur ab authoribus Græcis atque etiam ab Latinis. Nam colobathrarii inde dicti ſunt Nonio Grallatores. Nonius: *Grallatores ſunt colobathrarii. grallæ enim fuſtes quibus innituntur.* perperam etiam in novitia editione legitur *calobathrarii* ex conjectura olim eruditiſſimi viri, cum anteriores editiones haberent *collobatrarii* pro *colobathrarii*. κωλοβάθρων mentio apud Artemidorum, & in notis Senecæ colobatra dicuntur. Suidas, κωλοβάθρα τὰ λεγόμενα κλάπας παρὰ τοῖς πολλοῖς. κωλόβαθρα igitur & κῶλα ξύλινα, vocabant Græci quibus innitebantur qui γύπωνες dicebantur. Pollux lib. 4. cap. 14. οἱ δὲ ὑπογύπωνες γερόντων ὑπὸ βακτηρίαις τὴν μίμησιν εἶχον. οἱ δὲ γύπωνες κώλων ξυλίνων ἐπιβαίνοντες ὠρχοῦντο διαφανῆ ταραντινίδια ἀμπεχόμενοι. illa κῶλα ξύλινα nihil aliud ſunt quam colobatra, quæ clavas etiam Latini dixere. nam clava eſt κῶλον ξύλινον. unde & clavatores pro grallatoribus. apud Plautum in antiquiſſimis omnibus libris ſic reperitur in illo verſu:

Cervum curſu vinceres & clavatorem
gradu.

pro eo quod omnes Grammatici veteres citant:

— *& grallatorem gradu.*

ſed minime dubium eſt quin antiqui alicujus Grammatici interpretamentum in textum irrepſerit pro vero verbo Plautino. nam qui *grallatorem*, clavatorem eſſe erat interpretatus, anſam dedit huic mutationi faciendæ. *clava* igitur eſt colobathrum vel gralla. & *clavator*, grallator. poſtea *clava*, vel κλάπα, ut recentiores Græci dixere, pro quovis ligneo calceo dici cœpta eſt. κλάπα autem clava Græcis recentioribus, ut κλάπος clavus, & κλαπωτὸς, clavatus.

CASAUBONUS.

2 *Nudis pedibus ab urbanicianis raptus eſſet.*] De ſoleato dixit, *nudis pedibus.* nam Dio ait, βλαύτας ὑποδεδεμένον. & rationem adjicit, quia erat in balneis. plura de his alibi.

GRUTERUS.

3 *Helvium Pertinacem ſuffectum Conſulem, ob hoc ſolum, quod filius eſſet Imperatoris, occidit.*] Cauſſa tamen non levis, ſed quantivis ponderis, ut probavimus ad illud Taciti: *plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani. is fuit filius Caji Piſonis, nihil auſus; ſed nomen inſigne, & decora ipſi juventa, rumore vulgi celebrabantur: erantque in civitate adhuc turbida, & novis ſermonibus læta, qui principatus inanem ei famam circumdarent.* lib. 11. cap. 11.

ctum cos. ob hoc ſolum quod filius eſſet imperatoris, occidit. Neque ceſſavit unquam ſub diverſis occaſionibus eos interficere qui fratris amici fuiſſent. Sæpe in ſenatum, ſæpe in populum ſuperbe invectus eſt, aut edictis propoſitis aut orationibus editis, [1] Syllam ſe etiam oſtendens futurum. [2] His geſtis Galliam petiit: atque ut primum in eam venit; Narbonenſem proconſulem occidit. Cunctis deinde turbatis [3] qui in Gallia res regebant, odium tyrannicum meruit, [4] quamvis aliquando fingeret ſe benignum, quum eſſet natura truculentus. Et quum multa contra homines & contra jura civitatum feciſſet, [5] morbo implicitus graviter laboravit. Circa eos qui eum curabant, crudeliſſimus fuit. Deinde ad Orientem profectionem parans, omiſſo itinere in Dacia reſedit. Circa Rhetiam non paucos Barbaros interemit, militeſque ſuos quaſi Syllæ milites & cohortatus eſt & donavit. Deorum ſane ſe nominibus appellari vetuit, quod Commodus fecerat, quum illi eum, quod leonem aliaſque feras occidiſſet, Herculem dicerent. [6] Et quum Germanos ſubegiſſet, [7] *Ger-*

SALMASIUS.

1 *Syllam ſe etiam oſtendens futurum.*] Incertus auctor apud Suidam de Antonino Caracalla: Ἀντωνῖνος δὲ τὸ τοῦ Σύλλα μνημεῖον ἐπιζητήσας ἐπεσκεύασε. τῷ τε Μεσομήδει τῷ τοὺς νόμους κιθαρῳδικοὺς συγγράψαντι κενοτάφιον ἔχωσε, τῷ μὲν ὅτι κιθαρῳδεῖν ἐμάνθανε, ἐκείνῳ δὲ ὅτι τὴν ὠμότητα ἐζήλου.

4 *Quamvis aliquando fingeret ſe benignum.*] Bene & eleganter in Pall. *quamvis aliquando fingeret & benignum.*

6 *Et quum Germanos ſubegiſſet, Germanicum ſe appellavit.*] Palatinus & excerpta Spartiani: *Germanum ſe appellavit.* ſic ſupra: *Germani exercitus* pro *Germanici*, & *Germanum bellum.* de iſta autem Germanorum ſubactione ex qua nomen Germanici meruit Antoninus, ſic Aurelius Victor: *Alamannos gentem populoſam, ex equo mirifice pugnantem prope Mœnum amnem devicit.*

CASAUBONUS.

2 *His geſtis Galliam petiit.*] Herodianus, ἀπάρας τῆς Ἰταλίας ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου γενόμενος, διῴκει δὲ τὰ ἀρκτῷα τῆς ἀρχῆς μέρη. omittit profectionem in Galliam, & de adventu in Daciam loquitur: de quo mox auctor.

3 *Qui in Gallia res regebant.*] Scribe, *gerebant.*

5 *Morbo implicitus.*] Recte: & *implicari morbo*, & *implicari in morbum* ſæpe apud Livium, & Cornelium Nepotem atque alios.

GRUTERUS.

3 *Qui in Gallia res gerebant.*] Eſt à Palatino noſtro. antea legebatur, *regebant.*

1 *Germa-*

[1] *Germanicum* ſe appellavit: vel joco vel ſerio, ut erat ſtultus & demens, [2] aſſerens ſi Lucanos viciſſet, *Lucanicum* ſe appellandum. [3] Damnati ſunt eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt in quo ſtatuæ aut imagines erant principis & qui coronas imaginibus ejus detraxerant, ut alias ponerent. [4] Damnati ſunt & qui remedia

CASAUBONUS.

1 *Germanicum ſe appellavit.*] Vel potius cognomen vivo patre delatum uſurpavit: aut nova de Germanis parta victoria, iterum meruit. ita exponendum: quia ſtatim ſequitur, *Germanici nomen patre vivo fuerat conſecutus.* Sed videtur cum in Dacia res gereret, aliquam de Germanis victoriam reportaſſe: cujus gratia denuo GERMANICUS ſit ſalutatus. geminabant enim hujuſmodi cognomina, ut & appellationem IMPERATORIS. Erat vero res ridicula, Germanicum dici velle eum qui fratrem ſuum occidiſſet. debuit enim homo ſceleratus cogitare, multos ſic cognomen interpretaturos, quaſi de ſublato fratre germano gloriaretur, non de victis Germaniæ populis. Infra dicitur partam Caracallæ de Alemannis victoriam: quo poſſumus & hanc hiſtoriam referre, ut ibi dicturi ſumus. Ne aſſentiamur ergo viris doctiſſimis, qui mendum hic ſubeſſe diſputant.

2 *Aſſerens, ſi Lucanos viciſſet, Lucanicum ſe appellandum.*] Cum conarentur amici Antonini, illi perſuadere, ut à cognomine GERMANICI abſtineret, propter eam rationem, quam modo diximus, & τὸ ἀμφίβολον duarum vocum *Germanus* ac *germanus*: ille contra pertendere, ac dicere, nullum adeo βλάσφημον aut ridiculum populi nomen poſſe inveniri, ut cognomen ab eo ductum velit refugere, ſi eum populum viciſſet. deinde afferebat exempla, cujuſmodi hoc eſt: ajebat enim ſi victi à ſe eſſent Lucani, cognomen LUCANICI non aſpernaturum. quid inſit ridiculi in hoc cognomine obſcurum non eſt: nam inter edulia, genus quoddam fuit inteſtini farti, quod *lucanicam* vocabant. ideo Romani, homines ventri atque abdomini natos, Lucanicos ſoliti vocitare, ut auctor eſt Ammianus Marcellinus libro XXVIII. quaſi Græcè dicas ἀλλαντοφάγος, vel ἀλλαντοπώλης: cujus nominis vilitatem & dedecus norunt qui comici Attici Equites legerunt. Quanto ſapientior Aurelianus, qui victa Carporum gente, CARPICI cognomen à ſenatu ſibi delatum rejecit, ob vicinatum vocabuli *carpiſculus*, quo calceorum genus quoddam illa ætas nominabat? auctor Vopiſcus.

3 *Damnati ſunt eo tempore.*] Reg. *deſignati*: nempe ad cædem. ſed malo *damnati*: videlicet legibus majeſtatis. Similium calumniarum exempla apud Tacitum & Suetonium: de non facienda urina in locis ſacris, habes apud Ariſtophanem, Perſium, atque alios. quæ inde petant ſtudioſi. Nos enim alio pergimus.

GRUTERUS.

3 *Damnati ſunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo ſtatuæ aut imagines erant Principis.*] Exemplo nimirum Tiberiano, de quo Tranquillus cap. 58. *Paullatim hoc genus calumniæ eo proceſſit, ut hæc quoque capitalia eſſent: circa Auguſti ſimulacrum ſervum cecidiſſe, veſtem mutaſſe; nummo vel anulo effigiem impreſſam latrinæ aut lupanari intuliſſe*, &c. qua de re non pauca bonorum auctorum loca accumulavimus: ad librum 1. Annal. Taciti cap. 72.

SALMASIUS.

4 *Damnati ſunt & qui remedia quartanis.*]

remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtarent. Per Thracias cum præfecto prætorii iter fecit, inde quum in Aſiam trajiceret, naufragii periculum adiit, antemna fracta, ita ut in ſcapham [1] cum protectoribus deſcenderet. Unde in triremem à præfecto claſſis receptus, evaſit. [2] Excepit apros frequenter, contra leonem etiam ſtetit: quo etiam miſſis ad amicos literis gloriatus eſt, ſeque ad Herculis virtutem acceſſiſſe

tanis.] *Damnatis & qui remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtarent:* Palatinus.

CASAUBONUS.

4 *Damnati ſunt & qui remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtarent.*] Plena ſunt monumenta Græcorum & Latinorum hujuſmodi remediis. Græci *περίαπτα* & *περιάμματα*, interdum & *ἐξαρτήματα* nominant. fere autem cum magicorum verborum ſuſurro iſta amuleta adhibebantur: quam vanitatem omnium ſeculorum ſapientes damnarunt. Mirum vero adeo ſevere in eos qui talia remedia geſtarent, ab eo principe, omnium, niſi fallor, primo, fuiſſe animadverſum: quem curioſis artibus fuiſſe deditiſſimum, teſtibus Dione & Herodiano conſtat nobis. ita nempe videas libidinoſiſſimum quemque principum legem Juliam de adulteriis plurimum ſæpe urſiſſe. Hæſit diu in animis veterum Chriſtianorum approbatio & ſtudium horum remediorum. Quare Johannes Chryſoſtomus & alii pii ſanctique viri, multis locis ſcriptorum ſuorum graviſſime in eos ſunt invecti qui more paganico *περίαπτα* annecterent: extantque de horum pœnis canones multi in antiquis patrum Conciliis. in octava autem homilia ſuper ea ad Coloſſenſes, non dubitat Chryſoſtomus, comparare aliquatenus martyrio contemtum hujus vanitatis. *ἀπέθανε τὸ παιδίον;* inquit, *οὐκ ἐπέθηκεν περίαπτα· μαρτύριον αὐτῇ λογίζεται.* adeo tum erat in plebis Chriſtianæ animis *ἐπιδήμιος* hic morbus. Eandem ſententiam pluribus tractat idem Chryſoſtomus in ſexta earum quas ſcripſit adverſus Judæos. Et tamen vigebant principum Chriſtianorum leges quibus cum hoc genus, tum aliæ omnes ſpecies vetitarum artium coërcebantur: qua de re multa Ammianus Marcellinus libro XXIX. in rebus Valentiniani & Valentis. libro autem XIX. ſcribit idem de Conſtantii temporibus; *ſi qui remedia quartanæ vel doloris alterius collo geſtaret, ſive per monumentum tranſiſſe veſpere malevolorum argueretur indiciis, ut veneficus pronuntiatus reus capitis interibat.* Sed ne errent tirones, & in animum inducant, quæcunque appenſa legent, hujus generis debere cenſeri. Nam apud ſcriptores etiam valde pios, ut Piſidem & recentiores medicos Græcos, reperiuntur periapta è lapidibus multa, ſimiliaque alia *ἐξαρτήματα*, quæ naturalia potius quàm magica remedia ſint cenſenda. Multa talia habes in Pſelli libello De lapidibus.

1 *Cum protectoribus.*] Mox *inter protectores ſuos.* *τοὺς σωματοφύλακας*: quos alia ætas aliter vocitavit. frequens vox Ammiano.

2 *Excepit apros frequenter, contra leonem etiam ſtetit.*] Herodianus, *γυμνάσια τοῦ σώματος ποιούμενος, ἡνιοχείας, καὶ θηρίων παντοδαπῶν συστάδην ἀναιρέσεις.*

1 *Exem-*

ceſſiſſe jactavit. Poſt hoc ad bellum Armeniacum 6
Parthicumque converſus, ducem bellicum qui ſuis competebat moribus fecit. Inde Alexandriam petiit: in gymnaſium populum convocavit, [1] eumque objurgavit: legi etiam validos ad militiam præcepit. [2] Eos autem quos legerat occidit exemplo Ptolemæi Euergetis, qui octavus hoc nomine appellatus eſt. Dato præterea ſigno militibus ut hoſpites ſuos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Dehinc [3] per Caduſios fines & Babylonios ingreſſus, tumultuarie [4] cum Parthorum ſatrapis manum contulit, feris etiam beſtiis in hoſtes immiſſis. Datis ad ſenatum, quaſi poſt victoriam literis, *Parthicus* appellatus eſt: nam Germanici nomen patre vivo fuerat conſequutus. Deinde quum iterum vellet Parthis bellum inferre, [5] atque [6] hybernaret Edeſſæ, [7] atque inde Carras Luni dei gratia ve-

1 *Eumque objurgavit.*] Offenſus eorum jocis & dicteriis. Fuſe narrant triſtiſſimum urbis illiùs caſum & Dio & Herodianus. & ait hic: tantum ea laniena ſanguinis effuſum, ut Nili oſtia, qua patent latiſſime, colorem mutarent; totumque illud littus cruore inficeretur.

2 *Eos autem quos legerat, occidit, exemplo Ptolemæi Euergetis, q.*] Ptolemæus hic uſitatiore cognomine Phyſcon eſt appellatus: cujus appellationis cauſſam explicat Juſtinus lib. XXXVIII. ſed & Euergetes alter homo maleficentiſſimus eſt dictus, ut obſervat Strabo libro ultimo. prudenter verò Spartianus ut eum nobis certius deſignaret adjicit, *qui octavus hoc nomine appellatus eſt*: nam in laterculo Ptolemæorum Ægypti, multi Phyſcorum octavo loco recenſent. de hujus tyranni immanitate multa paſſim veteres: hiſtoriam vero quæ hic tangitur, pluribus explicat Valerius Maximus libro IX. capite II. *Ptolemæus Phyſcon cum animadverteret quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petivit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens juventute gymnaſium armis & igni circumdedit, omneſque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma, necavit.*

4 *Cum Parthorum Satrapis manum contulit.*] Ipſum regem Artabanum fraude inſignita prope cepit vivum.

GRUTERUS.

3 *Per Caduſios & Babylonios ingreſſus.*] Auſcultare libuit Palatino. nam vocem adhuc aliam immiſerant librarii, *per Caduſios fines &* &c. non neceſſario. quippe ſubauditur.

SALMASIUS.

5 *Atque hybernare Edeſſæ.*] Lege: *atque hybernaret Edeſſæ.*

CASAUBONUS.

6 *Hibernare Edeſſæ.*] In Oſroena, quam paullo ante in provinciæ formam redegerat, amico rege Abgaro non victo, ſed vincto perfidiſſime.

7 *Atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet.*] Herodianus: σωιῶν ἐς Ἀντω-

tia veniſſet, die natalis ſui, [1] VIII. Idus Aprilis [2] ipſis Megalenſibus quum ad requiſita naturæ diſceſſiſſet, inſidiis à Macrino præfecto prætorii poſitis, qui poſt eum invaſit imperium, interemptus eſt. Conſcii cædis fuerunt Nemeſianus & frater ejus [3] Apollinaris Retianuſque [4] qui præfectus [5] legionis ſecundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinariis præerat, non ignorantibus Martio Agrippa qui claſſi præerat, & præterea pleriſque officialium [6] impulſu Martialis.
7 Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam quum levandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet, atque inter protectores ſuos, conjuratos cædis, ageret. [7] Denique quum illum in equum ſtrator

Ἀντωνῖνον διατρίβοντα ἐν Κάῤῥαις τῆς Μεσοποταμίας, ἐπελθεῖν τῆς βασιλείας, ἀπελθεῖν τι εἰς τὸν νεὼν τῆς Σελλήνης ἣν μάλιστα οἱ ἐπιχώριοι σέβουσιν. ἀφέστηκε δὲ τῆς πόλεως, ὁ νεὼς πολὺ, ὡς ὁδοιπορίας χρῄζειν. paullo aliter Dio; qui occiſum ſcribit, cum Edeſſa profectus Carras peteret.

1 *VIII. Idus Aprilis.*] Dio ait, octavo die Aprilis: hoc eſt, ſexto Idus.

2 *Ipſis Megalenſibus.*] Diem nullum certum deſignat hæc nota. Megalenſia enim plurium dierum erant. in veteri Kalendario continui dies ſeptem ludis attribuuntur, quorum primus eſt pridie Nonas.

5 *Legionis ſecundæ Parthicæ.*] Hanc Severus inſtituerat, cum aliis duabus Parthicis, prima & tertia. Dio libro LV. Lapis antiquus ubi legiones deſcriptæ, II. PARTH.

6 *Impulſu Martialis.*] Centurionis: de quo multa Dio & Herodianus.

SALMASIUS.

3 *Apollinaris Retianuſque.*] *Recianuſque*, Pal. at vet. ed. *Reanuſque.*

4 *Qui præfectus legionis ſecundæ Parthicæ militabat.*] Nota, *qui præfectus militabat.* ſic centurionem militare veteri & optimo Juvenalis interpreti, ad illud poëtæ.

Sed caput intactum [illegible]*, nareſque piloſas.*

ſenſus hic eſt: ſic age ut te ſordiàum pueri mirentur & virtutem tuam imitentur, ſi vis centurio militare. ſic *gladiator pugnare*, ſupra apud Spartianum: *inter cubicularios lucentibus aliquando mucronibus gladiator pugnabat.*

7 *Denique cum illum in equum ſtrator ejus levaret.*] *Stratores*, ut notum eſt, qui Græcis ἀναβολεῖς & στρατωί. cum enim non haberent illa ferrea inſtrumenta & ſcanſoria ex utraque ſellæ parte dependentia, quibus hodie innitentes in equum levamur, homines ad hanc rem veteribus fuere qui equum inſcenſuros manu erigerent, & levarent. atque hi ἀναβολεῖς dicti Græcis, quod dominos ſuos equis imponerent, Latinis *ſtratores* ab ſternendis equis. non hodie tamen atque heri illa ſcanſoria inſcendendis equis facta, & pedibus ſuſtinendis, reperta ſunt. ſed veteribus etiam videntur fuiſſe cognita, non tamen vetuſtiſſimis. D. Hieronymi temporibus in uſu fuerunt, qui *ſtapedes* vocat, quod in his pedes ſtarent.

tor ejus levaret, pugione latus ejus confodit: conclamatumque ab omnibus eſt id Martialem feciſſe. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, ſciendum doctiſſimis quibuſque id memoriæ traditum, [1] atque ita nunc quoque à Carrenis præcipue haberi, [2] ut qui Lunam

rent. Græci ἀναβολεῖς etiam dixerunt eadem qua ſtratores appellatione, quod eumdem uſum præſtarent. apud Suidam ſcriptor vetus: ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν ἀναβολέα προσκαλεσάμενος ταχέως ἐπὶ τὸν ἵππον, ἥττον· πιεῖν. ubi Suidas ἀναβολέα exponit, τὸν ἀναβιβάζοντα ἐπὶ τὸν ἵππον. ſed addit: ἀναβολεὺς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα manifeſto indicat Romanos ſcalam vocaſſe illud inſtrumentum cui pedem imponebant ad inſcendendum equum. Euſtathius Odyſſ. καὶ ἡ αὐτῆς εἰς τὸ ὕψος ἀναβολὴ καὶ τὸ εἰς ἵππον ἀνάγειν καὶ ἔποχον ποιεῖν. ὅθεν καὶ ἀναβολεὺς οὐ μόνον τὸ σιδήρεον ᾧ τοὺς πόδας ἐντιθέντες ἔφιπποι γίνονταί τινες, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὃς εἰς τοιοῦτον ἔργον καθυπουργεῖ. aperte verba illa Euſtathii oſtendunt, ἀναβολέα Græcis infimi ævi fuiſſe illud inſtrumentum ferreum de quo diximus. ſcalas etiam vocat Mauricius lib. 1. στρατηγικῶν. ἔχειν δὲ καὶ εἰς τὰς σέλλας σκάλας σιδηρᾶς δύο, λωρόσοκκον, πέδικλον, σελοπούγγιον. ſcalæ illæ ferreæ è ſella pendentes, ſunt ἀναβολεῖς de quibus Euſtathius, qui & ferrea fuiſſe docet, cum τὸ σιδήρεον exponit. obiter dicam viros doctiſſimos illo Mauricii loco perperam σελοπούγγια confundere cum σεληναίοις. Leo Conſt. v. λωρόσοκκα, πέδικλα, σεληναῖα σιδηρᾶ. quomodo ſellopungium, vel ſellæ bulga quam ex corio par eſt fuiſſe, eadem fuerit cum inſtrumento ferreo quale fuit σεληναῖον. σεληναῖα vel σεληνιαῖα potius, dicebantur equorum ferrei calcei, à lunulæ forma, quam referebant. Euſtathius Homeri interpres ad illud:

— ἐρίγδουποι πόδες ἵππων,
Χαλκῷ δηιόωντες —

χαλκὸν δὲ νῦν λέγει, inquit, τὰ σεληναῖα τὰ ὑπὸ τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων οἷς διακόπτονται εἰς πλέον τὰ πτώματα. ſed ad ſtratores redeamus. tabellas illas vel ſcalas ferreas ſcandendis equis, *aſtrabas* etiam dixere. Iſidori Gloſſæ: *aſtraba, tabella in qua pedes requieſcunt.* ſine dubio ſcalas illas intellexit. Gloſſæ Græcolatinæ: *aſtraba,* σανίς, ὑποπόδιον perperam *aſtrama* vulgo legitur. Suidas paulo aliter: ἀστράβη τὸ ἐπὶ τῶν ἐφιππίων ξύλον ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. lignum, quod eſt in ephippiis, quod ſeſſores tenent. ita enim legendum in Suida. intelligit, opinor, *arcionem ſellæ*, ut vulgo vocamus. hinc ἐκ τῆς ἀστράβης ἀποσφαιρίζειν apud Nicetam, ex equo deturbare, quod nos dicimus *déſarçonner. arciones* autem vocamus ab arcu, quod in modum arcus ſint incurvi. Græci recentiores κούρβια vocaverunt. Gloſſæ Græcorum: κοῦρβον τὸ καμπύλον καὶ σκαμβόν. κἀντεῦθεν τὰ ξυλίκια τῆς σέλλας κούρβια λέγονται ὡς καμπύλα. ad verbum κούρβια ſunt noſtri arciones. ſed de his alibi. aſtrabas tamen appellaverunt etiam ſcanſorias illas ſtapedas. nam & *aſtrabarium* pro eodem. unde noſtrum *eſtriviere.* ſtratores autem etiam *ſcanſores* dictos reperio. Gloſſæ: *ſcanſor,* καβασπωτής.

CASAUBONUS.

1 *Atque ita tunc quoque.*] Nunc.

2 *Ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam.*] Omiſſis frivolis, putamus nos cur hoc numen alii pro deo, alii pro dea habuerint. ejuſque nomen quidam maſculino, quidam

nam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam

quidam fœminino genere extulerint, cauſſam ejus varietatis eſſe, quod Lunæ nomina & virilis & fœminei generis in linguis Orientis habeantur. nam in antiquiſſima omnium lingua Judaica, לבנה θηλυκόν; at ירח eſt ἀρσενικόν. Chaldæorum כהרא fœmineum. Arabibus Luna vulgo dicitur قمر quod nomen formam præ ſe fert maſculinam: ſed iidem aliter quoque nominant: Nam in pervetuſto Gloſſario Latino Arabico quod laudat Joſephus Scaliger, habentur hæc verba: هلالة *Lunula*: & هلال *Noctiluca*. quæ duæ voces Latinis reſpondent *Luna* & *Lunus*. Strabo vero homo Cappadox maſculum hunc deum aliter Græce extulit: non enim dixit CEΛHNON, verum MHNA: commemorans libro duodecimo varia loca, ubi eſſent MENIS hujus templa. ſciebat Strabo vocem quam vertebat utrumque ſignificare; & *σελήνην* & *μῆνα*. ſic Hæbræis ירח & luna eſt & menſis. Menem alium non eſſe à Luna, declarat Strabo cum ait, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς Σελήνης τὸ ἱερόν. Eandem generis varietatem obſervabamus & in Cœleſti Carthaginenſium aliorumque Afrorum: nam cum pro dea plerique omnes Cœleſtem haberent; ut ex Herodoto, Tertulliano, Euſebio, aliiſque multis conſtat; quidam tamen deum fecerunt, non deam: quos & Salvianus ſequitur in Octavo libro De providentia Dei. Cœleſtis autem eadem cum Luna dea: etſi alii Venerem ſunt interpretati.

SALMASIUS.

2 *Ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandum.*] Carreni Lunam marem non fœminam eſſe cenſebant, & fœmineo genere minime enuntiandam, ſed maſculino. Lunum Deum igitur, non Lunam Deam colebant & dicebant. Nomen non habent Græci quo Lunum appellent. *σελήνην* enim minime dicunt etſi alias diſertiſſimi. itaque Herodianus templum Luni apud Carras *σελήνης* vocat. & doctiſſimum virum falli puto qui *Μῆνα* maſculum hunc Deum extuliſſe autumat Strabonem authorem eruditiſſimum. tribus locis quantum memini apud Strabonem *Μηνὸς* mentio & templorum ejuſdem Dei; ſed illis omnibus tribus locis *Μῆνα* & Lunam ſive *σελήνην* eſſe diverſos ita verum eſt, ut verius nihil eſſe cenſeam. Primum nunquam *Μηνὸς ἱερὸν* ſine adjecto ponit, ſed ſemper aut *Μηνὸς Φαρνάκου*, *Μηνὸς Κάρου*, aut *Μηνὸς Ἀρκαίου*. quibus locis quis Lunam ſub iſtis cognominibus dictam putet? Menem autem alium eſſe à Luna manifeſto oſtendit idem Strabo, cum ſcribit: ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς *σελήνης ἱερόν*. ibi enim, niſi fallor, mentionem facit Menis Pharnacæ vocati, & ejus templi quod *ἱερὸν* non ſolum *Μηνὸς*, ſed etiam *σελήνης* eſſe ait. quibus verbis non potuit apertius declarare aliam eſſe ac diverſam, *τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ Μηνός*. Totus igitur ille orbis & κύκλος quem Luna modulationibus menſtruis, ut loquitur Tertullianus, variat, *Μὴν*, ut notum eſt, vocatur à Græcis, Latinis vero menſis: & videtur apud ſtultam gentilitatem Dei nomen emeruiſſe. inde Diogenes in Pythagora, Gallum gallinaceum τοῦ *Μηνὸς ἱερὸν* fuiſſe ſcribit, ex ſcito ejuſdem Pythagoræ. Plinius vertit, *Menſi ſacrum*. cujus etiam rei meminit Jamblichus in vita Pythagoræ lib. I. cap. XVIII. *Μηδὲ ἀλεκτρυόνα λευκὸν, ἱκέτης γὰρ καὶ ἱερὸς τοῦ Μηνός. διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥραν.* ſic enim legendum. ſed hæc alibi pluribus.

dam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat: at verò qui marem deum eſſe crediderit, is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur inſidias. Unde quamvis Græci vel Ægyptii [1] eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam deam dicant, myſtice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos ita in literas S retuliſſe [2] ut cædis non ſciverint cauſam, aliis alia referentibus: [3] ſed [4] ego malui veritatem opinionum edere quam de tanti viri cæde reticere. Papinianum amiciſſimum fuiſſe imperatori Severo, &, ut aliqui loquuntur, affinem etiam per ſecundam uxorem, memoriæ traditur: & huic præcipue utrumque filium à Severo

1 *Eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam Deam dicant.*] Hæc me fateor non intelligere, ut vulgo ſunt concepta. quid enim ſibi vult, Græcos & Ægyptios eodem genere Lunam Deam vocare quo fœminam hominem? quis hæc capit? omnino ſcribendum: *unde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere quo fœminam hominem, Lunam Deum dicant, myſtice tamen Deum dicunt.* dicit, Græcos, etſi eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam quoque Deum dicant, nempe fœminino, myſtice tamen Deum intelligere. Nam Græcis fœmina ἄνθρωπος dicitur, & Luna θεός. ſed fœminino utrumque genere, licet enunciatione maſculina: τὴν ἄνθρωπον enim fœminam appellant, ut τὴν θεὸν, Lunam. Atque hic eſt hujus loci ſenſus.

2 *Ut necis non ſciverint cauſam.*] Ait multos ita necem Papiniani litteris mandaſſe, ut necis non ſciverint cauſam. potuerunt multi ſcire cauſam necis Papiniani, qui tamen eam non retulerunt. & potuit etiam fieri, ut aliis alia referentibus de ejuſdem necis cauſa, quidam vera retulerint, atq; illi ſint qui cauſam cædis ſciverint. Ideoque *ſciverint* hoc loco mihi ſemper ſuſpectum. Palatinus & vet. ed. præferunt: *adſciverint.* forte legendum, *adſeruerint.* quod proxime accedit veſtigia ſcriptæ lectionis, & propius quidem quam *addiderint*: quod olim verum putavi. Senſus eſt igitur, multos de cæde Papiniani ſcriptores retuliſſe in litteras, neminem tamen cauſam cædis adſeruiſſe, cum nimis incerta jactata fuerit inter authores, aliis alias referentibus. ſe vero varietatem opinionum edere cum minime poſſit, hanc vel illam ut veriorem certioremque præferre. poſſet etiam legi: *ut necis non adſcripſerint cauſam.*

CASAUBONUS.

2 *Ut cædis non ſciverint cauſſam.*] Ita regius & Puteani: non *aſciverint*, ut vulgo.

4 *Ego malui veritatem opinionum edere.*] Auctor ſcripſerat *varietatem*, ſine dubio.

GRUTERUS.

2 *Ut cædis non ſciverint cauſſam.*] Stat pro vulgatis olim Palat. habetque, *non adſciverint.*

3 *Sed ego malui veritatem opinionum edere, &c.*] Legendum erat vel contra omnes ſcriptos, *varietatem.* ſed detur ſane ea reverentia antiquitati, ut nihil ejus temere damnemus, contenti eidem moviſſe controverſiam.

Severo commendatum,[1] eumque cum Severo profeſſum ſub Scævola, & Severo in advocatione fiſci ſucceſſiſſe,[2] atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum foviſſe: egiſſe quinetiam ne occideretur, quum jam de inſidiis ejus Baſſianus quereretur: atque ideo una cum iis qui fautores fuerant Getæ à militibus, non ſolum permittente, verum etiam ſuadente Antonino, occiſum. Multi dicunt Baſſianum occiſo fratre illi mandaſſe,[3] ut & in ſenatu per ſe & apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe,[4] *Non tam facile parricidium excuſari poſſe quam fieri.* Eſt etiam hæc fabella, quod dictare noluerit orationem qua invehendum erat in fratrem, ut cauſa ejus melior fieret qui occiderat: illum autem negantem reſpondiſſe,[5] *Aliud eſt parricidium, accuſare innocentem occiſum.* Sed hoc omnino non convenit: *[6] nam neque præfectus poterat dictare

CASAUBONUS.

1 *Eumque cum Severo profeſſum, ſub Scævola & Severo in advocatione fiſci ſucceſſiſſe.*] Diſtingue cum antiquioribus editis, *profeſſum ſub Scævola: & Severo in adv. f. ſ.* Severum juvenem fiſci advocatum fuiſſe, docet Spartianus in Geta, nec prætermittit Victor. Scævola ſub quo profeſſos ait Severum & Papinianum, eſt Q. Cervidius Scævola: ex cujus ſcriptis de jure civili multa fragmenta habentur in Pandectis.

SALMASIUS.

2 *Atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum foviſſe.*] Palatinus, *atque ob hoc concordiæ.* lege: *atque ob hoc concordiæ fratrum Antoninorum faviſſe.* ſic enim locutus in vita Getæ.

3 *Ut & in ſenatu per ſe & apud populum facinus dilueret.*] Scribe: *ut & in ſenatu pro ſe & apud populum facinus dilueret.*

4 *Non tam facile parricidium excuſari poſſe quam fieri.*] Aurelius Victor: *dolore Getæ dixiſſe, haud quaquam pari facilitate velari parricidium qua fieret.*

5 *Aliud eſt parricidium accuſare innocentem occiſum.*] Palatinus & Mediol. editio: *aliud eſſe parricidium, aliud accuſare innocentem occiſum.* ſcribendum videtur: *illum autem negantem reſpondiſſe, eſſe parricidium aliud accuſare innocentem occiſum.* vel, *aliud eſſe parricidium.* poſſit etiam legi: *illud eſſe parricidium aliud, accuſare innocentem occiſum.*

CASAUBONUS.

6 *Nam neque præfectus poterat dictare orationem.*] Verum eſt non ſolitos imperatores præfectorum prætorii ingenio formare aut epiſtolas aut orationes: nam vel quæſtores ipſorum & qui ſcrinia curabant, eas componebant, vel qui erant ab epiſtolis, vel interdum dicendi magiſtri. ſæpe etiam ipſi ſuopte ingenio ſcribebant: ut de Alexandro ſcribit Lampridius. Hæc ita vulgo: ſed cur non potuerit extra ordinem mandari Papiniano ut orationem hanc dictaret, nullam cauſſam affert Spartianus. Victor ita narrat: adſcribam enim ejus verba, ut nobis videntur legenda: nam in vulgatis

dictare orationem. & conſtat eum quaſi fautorem Getæ occiſum. Et fertur quidem, Papinianum, quum raptus à militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædivinaſſe, dicentem, Stultiſſimum fore qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret. Quod factum eſt: nam Macrinus Antoninum occidit, ut ſupra expoſuimus: qui cum filio factus in caſtris imperator, filium ſuum qui DIADUMENUS vocabatur, ANTONINUM vocavit, idcirco quod à prætorianis multum Antoninus deſideratus eſt. [1] Vixit autem Baſſianus annis XLIII. Im- 9
peravit

vulgatis editionibus ſunt depravatiſſima. *Ferunt* Papinianum *illo tempore Baſſiani ſcrinia curaviſſe: monitumque, uti mos eſt, deſtinanda Romam quam celerrime componeret, dolore Getæ dixiſſe: Haudquaquam pari facilitate velari parricidium, qua fieret: iccirco morte affectum. Sed hæc improbe abſurda ſunt: cum conſtet ſatis, præfecturam prætorio geſſiſſe: neque non incondite illum virum tantam contumeliam imponere potuiſſe ei, qui amori ac magiſterio Getæ erat.* Videtur exiſtimaſſe Victor; patratam cædem Getæ, prius quam ex Britannia Romam ambo fratres reverterentur. hoc illa indicant, *deſtinanda Romam*: non enim ſcribendum aliter cenſemus: quia & paulo ante dixit, eos à patris obitu confeſtim receſſiſſe. certum tamen occiſum Getam Romæ in palatio; ne confeſtim, ſed cum multos menſes imperium cum fratre obtinuiſſet. Sed fuere qui aliter traderent hiſtoriam ejus cædis: quos etiam ſequitur auctor libelli de vita Getæ. Vocem *incondite* Spartianus quoque libri hujus initio uſurpavit: & iterum mox, *furor inconditus* dicit idem. unde colligimus, Marium Maximum quem ambo plurimum ſequuntur, eam vocem ſæpius uſurpaſſe.

1 *Vixit autem Baſſianus annis* XLIII.] Dio Caſſius ait annos novem & viginti. & conſentit alter Victor: *Vixit annis ferme triginta.* ut merito videatur vel hallucinatus hic Spartianus; vel ejus ſcriptura à librariis eſſe depravata. Sed mendæ ſuſpicionem depellit membranarum conſenſus: à quibus ſtant & Robertus Bonon. & alii minorum gentium χρονοῤῥάφοι qui à Spartiano ſunt mutuati. Accedit Eutropii auctoritas in eodem numero conſentientis: & Euſebii, cujus verba ſunt in Chronico: *Antoninus interficitur inter Ædeſſam & Carras anno ætatis* XLIII. vulgata editio annum malè adjicit: nam in codice vetuſtiſſimo clariſſimi Petavii, XLIII. ſcriptum eſt, non XLIV. Conſtat ex his non poſſe librariorum fidem hic eſſe ſuſpectam. An igitur ipſe erravit Spartianus, qui idem cum Dione non dixerit? Scimus ita pronuntiaſſe magnos viros: qui non viderunt Spartianum, ſi eum numerum quem ait Dio poſuiſſet, magnæ inconſtantiæ ſe obligaturum: quod paucis hoc loco nobis eſt aperiendum. Sciant igitur ſtudioſi, diverſas veterum ſententias ſuper Baſſiani matre extitiſſe: alios enim ex priore Severi uxore Martia natum illum exiſtimaſſe, atque ita in literas retuliſſe: alios Juliæ, quæ poſterior uxor, non privignum, ſed verè filium crediediſſe: hoc Dio Caſſius atque Herodianus ſentiunt; illud prius probatum Spartiano, Aurelio Victori, & Eu-

peravit annis VI. Publico funere elatus eſt. Filium reliquit qui poſtea & ipſe M. ANTONINUS HELIOGABALUS eſt dictus: ita enim nomen Antoninorum inoleverat ut velli ex animis hominum non poſſet: quod omnium pectora velut Auguſti nomen obſederat. [1] Fuit malè moratus, & patre duro crudelior. Avidus cibi, vini etiam appetens, ſuis odioſus, & præter milites prætorianos omnibus caſtris exoſus: prorſus nihil inter fratres ſimile. [2] Opera Romæ reliquit, [3] thermas nominis ſui eximias: [4] quarum cellam ſolearem architecti [5] negant poſſe ulla imitatione qua facta eſt, fieri.

tropio. Ex hac autem varietate ſententiarum ſuper matre, & hæc de annis vitæ tanta diverſitas manavit. Qui Juliæ filium credebant, iidem vitæ tempora contrahebant; quod faciunt Dio, & qui cum illo conſentiunt: qui prioris conjugis, vitam Baſſiani neceſſario producebant. Viderimus utra ſententia ſit verior: illud nunc dico, his qui annos XLIII. aſſignant, rationem conſtare probe. nam totidem ferme annos invenias à morte prioris Severi uxoris, ad Caracalli necem. Scribit enim Dio, Fauſtinam Marci cum Severus Juliam in uxorem duceret, thalamum illi in Palatina æde Veneris adornaſſe. ab exceſſu autem Fauſtinæ ad Baſſiani necem ſunt anni circiter quadraginta. Adjice nunc illud tempus quod amiſſa uxore impendit Severus in genituris ſponſarum requirendis, ſicut ſcribit Spartianus. Adjice etiam Baſſiani ætatem, qua ille tum fuit, cum mater moreretur: non enim dicitur obiiſſe ex partu. Hæ rationes ſunt eorum qui annos Baſſiano tribuunt XLIII. Baſis vero cui innititur hæc demonſtratio eſt illa: Baſſianum non Julia, ſed Martia genitum. quam fuiſſe ſententiam ſuam cum tot locis ſignificet Spartianus, faciunt illi inſignitam injuriam, qui cum illo expoſtulant, quod de XXIX. annis vitæ Caracalli non dicat idem cum Dione. ἀσύστατα enim loqueretur. Porro unde ortæ ſint adeo diſcrepantes παραδόξους ſuper matre tam inluſtris capitis, & utra verior ſit ſententia, omitto nunc pluribus explicare. Equidem vix adducor, ut Dioni, qui ſæpe Baſſianum vidit, & propius ac familiarius cum eo locutus eſt, ejus ætatem fuiſſe credam ignotam. Juvat quod fatetur Spartianus, cum Severus ad imperium acceſſit, & Baſſianum & Getam teneræ ætatis fuiſſe: nam puerulos vocat in vita Severi.

GRUTERUS.

1 *Fuit male moratus, & patre duro crudelior.*] Palatinus, *ex patre duro*, &c. cui & ſui gratia.

SALMASIUS.

2 *Opera Romæ reliquit, thermas nominis ſui eximias.*] Aurelius Victor: *Ægypti ſacra per eum deportata Romam, atque aucta urbs magno acceſſu viæ novæ, & ad lavandum abſoluta opera pulcri cultus.*

4 *Quarum cellam ſolearem.*] Scribe, *quarum cellam ſoliarem.* nam à *ſolium*, *ſoliaris*: ut à *dolium*, *doliaris*.

CASAUBONUS.

3 *Thermas nominis ſui.*] Antoninianas. de quibus in Alexandro Lampridius.

5 *Negant poſſe ulla imitatione qua facta eſt fieri.*] Reg. voces ſolum tranſponit:

fieri. [1] Nam & [2] ex ære vel cupro [3] cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, quibus cameratio tota concredita eſt: & tantum eſt ſpatium [4] ut idipſum fieri negent potuiſſe docti mechanici. Reliquit & porticum patris nomine,

ponit: *fieri qua facta eſt.* melius, *qua.* ἢ ἐποιήθη. pro, qua arte aut ratione.

SALMASIUS.

1 *Nam & ex ære vel cupro.*] Idem Palatinus, *vel cypro.* cyprum vel cuprum, nam utroque modo dixerunt, quod nobis vulgo *cuivre.* unde *acus cyprea*, in vita Aureliani, acus ex cypro. Marcellino *acus cuprea* dicitur. ita vocabant æs rubrum.

3 *Cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur quibus cameratio tota concredita eſt.*] Non hoc novum illo tempore aut mirum viſum eſt in illius cellæ ſoliaris fabrica, quod tota ejus cameratio ſubterpoſitis cancellis eſſet impoſita, ſed tantum erat ſpatium ut vix fieri potuiſſe videretur. Cancellorum autem ejuſmodi æreorum aut ferreorum quibus apſidæ & concamerationes confirmarentur, meminit non uno loco Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Pontificum. in Hadriano: *Nam apſidam ejuſdem Eccleſiæ cernens iſdem beatiſſimus Pontifex jam ruinæ vicinam exiſtentem, cancellis ferreis eandem apſidam confirmari fecit, atque ita eam renovavit.* idem in Hilaro: *in medio cancellis æreis & columnis cum faſtigiis & epiſtyliis, undique ornatum ex muſivo & columnis Aquitanicis & Tripolitis & Porphyreticis.* in Hadriano: *ubi & deambulatorium ſcilicet ſolariam ſuum cum cancellis æreis nimis pulcherrime conſtrui fecit.* in Zacharia: *& per aſcendentes ſcalas in ſuperioribus ſuper eandem turrem triclinium & cancellos æreos conſtruxit.* ſed ibi cancelli ærei videntur alii ab illis cancellis qui concamerationem ſuſtinebant, ut ii fere qui ad januas aut feneſtras adponebantur. ut idem in eodem Zacharia: *fecit autem à fundamentis Lateranenſem porticum atque turrem ubi & portas æreas atque cancellos inſtituit & per figuram Salvatoris ante fores ornavit.* Cancellorum etiam argenteorum meminit in Sixto tertio: *fecit altare penſantem libras quinquaginta, cancellos argenteos ſupra platonias penſan. libras trecentas, abſidam ſuper cancellos cum ſtatua Beati Laurentii martyris argentea penſan. libras ducentas:* ubi vides apſidam ſuper cancellos. ut heic omnino ſit legendum: *Nam & ex ære vel cupro cancelli ſubterpoſiti eſſe dicuntur, quibus tota cameratio concredita eſt.*

4 *Ut idipſum fieri negent potuiſſe docti mechanici.*] Elegantior, & fortaſſe verior in optimo libro Palatino lectio: *ut idipſum fieri potuiſſe negent docti mechanis. docti mechanis*, ſunt mechanici. ſic *mechanarum inſtitutor* apud Solinum, ut nos apud illum autorem dicturi ſumus. ſed & vetus editio lectionem illam retinet.

GRUTERUS.

1 *Nam vel ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur.*] Sic etiam Pal.

CASAUBONUS.

2 *Ex ære vel cupro.*] Id eſt, ex ære Cyprio, vel ex alio ære.

3 *Cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur.*] Poſſet intelligi aliquid ſimile loricis illis, quibus tecta ſua munire jubebantur lege divina Judæi. ſed regius & Puteani ſcribunt, *ſuppoſiti.* probo. niſi malis, *ſubterpoſiti.* nam error ex affinitate illarum vocum.

4 *Ut id ipſum fieri negent potuiſſe d.*] Hoc eſt, negant ſe videre qua ratione id fieri potuerit, alioquin ineptum eſt negare fieri potuiſſe, quod videas factum.

nomine, quæ [1] geſta illius contineret, & triumphos & bella. Ipſe CARACALLI nomen accepit [2] à veſtimento quod populo dederat demiſſo uſque ad talos: (quod ante non fuerat) [3] unde hodieque *Antoniniana* dicuntur

1 *Geſta illius contineret.*] Picta in parietibus. vide ſuperius ad Severum.

2 *A veſtimento quod populo dederat.*] Erat igitur hæc veſtis urbanæ multitudini communis cum militibus. nam juſſos milites ea uti ſcribit Dio: qui pænulæ ſimilem fuiſſe verbo indicat, cum *μανδύην* nominat. ſic enim pænulam vertit, ut dicebamus ad Hadrianum. Lampridius quoque in Diadumeno pænulam appellat genus hoc indumenti. Alibi docemus pleraſque omnes veterum veſtes textura ſolum confici ſolitas ſine opera ſutoris ulla, & ut loquuntur Euangeliſtæ: *ὑφαντὸς δι' ὅλου.* at pænulæ iſtæ diverſi generis fuerunt: conficiebantur enim more hodiernarum veſtium à pluribus pannis ſciſſis primo, deinde conſutis. propterea Dio, *χιτῶνά τινα ἴδιον ἔνδυσιν βαρβαρικῶς πως κατακόπτων καὶ συῤῥάπτων ἐς μανδύης τρόπον προσεξεῦρε.*

3 *Unde hodieque Antoniniana dicuntur caracallæ hujuſmodi.*] Aurelius Victor: *Antoninus incognita munerum ſpecie urbem Romanam alliciens, quod indumenta in talos dimiſſa largiretur, Caracalla dictus: cum pari modo veſti Antoniniana nomen è ſuo daret.* ſic ſcribendus hic locus. eadem fere in Euſebii Chronico. *caracallæ* nomen ſimul cum veſte excogitavit Baſſianus: vel ex ea provincia venit unde miſſæ veſtes iſtæ Romam. Victor alter: *cum è Gallia veſtem plurimam devexiſſet, talareſque caracallas feciſſet, coëgiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine hujus veſtis* CARACALLA *cognominatus eſt.* Gallica igitur hæc veſtis: putabam tamen verbis Dionis inductus, ex Oriente, non è Gallia Romam à Baſſiano miſſas.

SALMASIUS.

3 *Unde hodieque Antoniniana dicuntur Caracallæ.*] Volunt harum veſtium & genus & nomen inveniſſe Antoninum. quod non puto. nam ex Gallia genus id veſtis in Romanum ſolum invexit, eaſque primus talares fecit ad populi Rom. uſum qui non niſi longis veſtibus utebatur, cum in Gallia tales non eſſent. idque confirmat Victor. *cum Gallia veſtem plurimam devexiſſet, talareſque caracallas feciſſet, coëgiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine hujus veſtis Caracalla dictus eſt.* neutrum igitur excogitavit Antoninus, nec nomen nec veſtem. ſed talares inſtituit, quæ antea talares non fuerant: nam unde id nomen veſtis commentus eſſet Antoninus, quod neque Latinum, neque Græcum eſt, ſed plane barbaricum? veſtis igitur cum ſuo nomine jam in uſu erat apud Gallos, ex quibus veſtis formam ſumpſit Antoninus, non illam ipſam ſicut erat inter Gallos, ſed in ea aliquid mutavit, nomen ipſum tamen retinuit. ſic igitur interpretor verba Spartiani. *Ipſe Caracalli nomen accepit à veſtimento quod populo dederat demiſſo uſque ad talos, quod antea non fuerat, unde hodieque Antoniniana dicuntur Caracallæ ejuſmodi, in uſu maxime Romanæ plebis frequentatæ.* in quibus verbis valde velim obſervare illa, *quod antea non fuerat*, non enim heic ſignificant, genus illud veſtimenti non antea fuiſſe, ſed non ſic demiſſum uſque ad talos, quemadmodum primus inſtituit Antoninus. quod convenit cum verbis Victoris, cum ait, veſtem illam ex Gallia devexiſſe Antoninum talareſque caracallas inſtituiſſe. nec vero licet hæc aliter accipere, & confirmat quod

tur caracallæ hujuſmodi, [1]in uſu maxime Romanæ plebis frequentatæ. Idem viam novam munivit, quæ eſt [2] ſub ejus thermis, Antoninianis ſcilicet, qua pulchrius

quod ſequitur: *unde hodieque Antoninianæ dicuntur caracallæ ejuſmodi. Caracallæ ejuſmodi*, id eſt talares vel ad talos demiſſæ, quas inſtituerat Caracalla, eæque Antoninianæ proprie dicebantur, quod novum earum modum excogitaſſet Antoninus demittendo uſque ad talos, quod antea non fuerat. *Caracallæ* poſtea clericis ſunt aſſignatæ. Nam in paſſione Sancti Albani Caracalla clerici veſtis appellatur: *unde ſtatim juſſit milites eum inquirere: qui cum ad tugurium martyris perveniſſent, mox ſe Sanctus Albanus pro hoſpite ac magiſtro ſuo ipſius habitu, id eſt caracalla qua veſtiebatur indutus militibus exhibuit.* Καρακάλλιον Gloſſæ exponunt *cucullam.* Καρακάλλιον, *cuculla.* Caracalla non erat proprie cuculla, ſed palliolum cucullatum. nunquam enim Caracalla ſine cuculla. D. Hieronymus de veſte ſacerdotali: *& efficitur palliolum miræ pulchritudinis, præſtringens fulgore oculos, in modum Caracallarum, ſed abſque cucullis.* mirum ſibi videri ſcribit Joſ. Scaliger animadverſionibus in Euſebium, palliolum ab Hieronymo vocari quod ad talos demiſſum fuiſſe dicit Spartianus. quaſi Caracallas illas intelligat Hieronymus, quas talares inſtituit Antoninus, unde & Antoninianas eas ſua ætate appellatas ſcribit idem Spartianus, & in uſu maxime plebis Romanæ frequentatas. Caracallæ ante Antoninum nullæ talares. poſt Antoninum Caracallæ ejuſmodi ad talos demiſſæ plebi tantum Romanæ uſurpatæ, non jam ſub Caracallarum nomine, ſed Antoniniarum. at Caracallæ de quibus Beatus Hieronymus, erant palliola cum cucullis, qualia monachi & ἀσκηταὶ gerebant. ipſe pallia vocat in vita Hilarion. *omnes divitias ſuas ei reliqueris, Evangelium ſcilicet, & tunicam ſacceam, cucullam & palliolum.* ibi palliolum intelligas licebit caracallam. ita forte vocat Caſſianus de monachis Ægypt. & pallium anguſtum eſſe dicit, quo colla atque humeri τῶν ἀσκητῶν tegebantur. non mirum igitur Caracallam ab Hieronymo comparari palliolo. Caracallæ autem cum cucullis, ut lacernæ cum pileis. Martialis:

Si poſſem, totas cuperem miſiſſe lacernas.
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Lacernæ quoque cum cucullis. idem in epigrammate cujus lemma: *Cuculli Liburnici:*

Jungere neſciſti nobis ô ſtulte lacernas,
Indueras albas, exue Callainas.

Caracallas vero lacernis fuiſſe ſimiles narrat Dio. *Caraca* pro caracallis putabam dici apud Anaſtaſium de vitis Pontificum in Benedicto tertio: *caraca de holovero cum chryſoclavo, camiſias albas ſigillatas holoſericas.* & nos hodie *caſacam*, pro caraca ſcilicet, appellamus. ſed *ſaraca* vulgo legitur apud Anaſtaſium, nec temere mutandum. *ſaraca* enim & *ſarica* genus tunicæ, cujus mentio in veteri inſtrumento plenariæ ſecuritatis, quod extat manuſcriptum in ligni cortice in Bibliotheca regis: *camiſia tramoſirica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis, ſarica praſina ornata valente ſolido uno.* & paulo poſt: *ſarica miſticia cum manicas curtas, valente ſiliquas aureas duas.* ſarica ibi vocatur, quæ Anaſtaſio *ſaraca.* verum hæc non ſunt hujus loci.

CASAUBONUS.

1 *In uſu maximè Romanæ plebis frequentatæ.*] Regius, *in uſum.* Non damno: fortaſſe tamen ſcribendum, *in uſu maximo Romanæ plebi frequentatæ.* putem ita verius.

2 *Sed ejus thermis, Antoninianis ſcilicet.*] Dele voces duas poſteriores: ſunt enim è gloſſa certiſſime.

chrius inter Romanas plateas non facile quicquam invenias. Sacra Iſidis Romam deportavit, [1] & templa ubique magnifica eidem deæ fecit. Sacra etiam majore reverentia celebravit quam ante celebrabantur. [2] In quo quidem mihi mirum videtur, quem ad modum ſacra Iſidis primum per hunc Romam veniſſe dicantur, quum Antoninus Commodus ita ea celebraverit [3] ut & Anubin portaret, [4] & pauſas ederet: [5] niſi fortè iſte

SALMASIUS.

1 *Et templa ubi magnifica eidem deæ fecit.*] Nihil muto. vetus tamen habet editio cum Palatino: *& templa ubique magnifice eidem Deæ fecit.*

CASAUBONUS.

2 *In quo mirum mihi videtur quemadmodum ſacra Iſidis primum, per hunc Romam veniſſe dicantur.*] Cum bona fide recitaſſet Spartianus, quod apud Marium Maximum, vel alium hiſtoricum legerat, de ſacris Iſidis per Baſſianum illatis: venit illi in mentem ejus quod in vita Commodi ſuper iiſdem ſacris legerat, &, ut videtur, ſcripſerat etiam ipſe, cum res illius in literas mandaret. Non extant hodie neque Marii Maximi, neq; Spartiani ſcripta de Commodo: ſed in ea quæ ſupereſt ejus principis vita, cujus auctor Lampridius, leguntur hæc verba, ex eodem, ut conjicio non temere Mario Maximo. *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.* refellit hæc quod modo dicebatur de Caracall. *Sacra Iſidis Romam deportavit.* hanc igitur ſententiarum contrarietatem ſibi quoque animadverſam his verbis teſtatum voluit Spartianus: ſed hanc objectionem diluere ipſe mox conatur cum ait, *niſi forte iſte addidit celebritati, non eam primus invexit.* neque video quicquam melius poſſe afferri: niſi fateri volumus aut Marium Maximum, (vel quicumque is fuerit, qui hoc primus ſcripſit) eſſe hallucinatum: aut Spartianum, cum ex illo ſuperiora verba deſcriberet, mendoſo uſum codice: ubi perperam ſcripſiſſet librarius, *Sacra Iſidis Romam deportavit*: pro, *Sacra Iſidis Romæ portavit.* qua lectione admiſſa nullus ſupereſt ſcurupulus. Non dubitamus ita hæc eſſe accipienda: neque aſſentimur ampliſſimo viro Petro Fabro, qui in tertio Semeſtrium de toto hoc loco aliter pronuntiat. Atqui retinent omnes membranæ verba illa, vel potius periodos, quas putat ipſe induci debere, ut alienas. Sed manifeſto refellunt ejus ſententiam Aurelii Victoris verba iſta: *Ægypti ſacra per eum deportata Romam.* Vides tranſcribere Victorem eundem auctorem cum Spartiano. quare de fide codicum hoc loco ne dubitari quidem poteſt.

3 *Ut & Anubin portaret, & pauſa ſederet.*] De ritu portandi Anubin ſatis ad Commodum. Pro *pauſa ſederet*, placet viris eruditis ſcribi, *pauſas ederet.* Sive hoc, ſive illo modo legas, ab antecedenti conſequens intelligi debet. nam hoc vult auctor: Baſſianum etſi imperatorem, omnia tamen egiſſe quoties Anubin portaret, quaſi unum ex Iſiacis. Erat moris cum ſimulacra deorum portarent, certis locis interjungere. Philoſtratus in Apollonio Athenienſi ſophiſta: ἐτάφη ἐν τῷ προαστείῳ τῷ ἐν Ἐλευσῖνι λεωφόρῳ· ὄνομα τῷ προαστείῳ Ἱερὰ συκῆ. τὰ δὲ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ, ἐπειδὰν ἐς ἄστυ ἄγωσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν, videntur Iſiaci cum portandi ſimulacrum pauſam facerent, deæ hymnos ceciniſſe, aut neſcio quid aliud egiſſe. hoc

iſte addidit celebritati, non eam primus invexit. [1] Corpus

ſe. hoc totum voluit ſignificare Spartianus cum ſcriberet, Caracallum ſolitum *pauſa ſedere*, vel, *pauſas edere*.

SALMASIUS.

3 *Ut & Anubim portaret, & pauſa ſederet.*] Nemini dubium eſſe poteſt quin ſit legendum: *pauſas ederet.* ſic ſupra in eadem re, *pauſas explere* dixit, ut ibi à nobis emendatum eſt ex veteri libro. hinc *pauſarii* dicebantur qui pauſas illas explerent in ſacris Iſidis, & Anubim portarent. vetus inſcriptio:

PRO. SALVTE. DOMVS. AVGVSTÆ
CORPORA. PAVSARIORVM. ET
ARGENTARIORVM. ISIDI
ET. OSIRI. MANSIONEM
ÆDIFICAVIMVS.

Quæ inſcriptio duas res nos docet, & corpus ſive collegium pauſariorum Romæ fuiſſe, & manſiones Iſidi extrui ſolitas, in quibus, vel ad quas illæ pauſæ fiebant. ſed & *manſio* & *pauſa* idem eſt. ne vero quis putet *pauſarios* artifices, aut opifices fuiſſe quoſdam, propter argentariorum nomen cum quibus junguntur in illa inſcriptione. nam ſic & dendrophori in aliis quamplurimis inſcriptionibus cum tignariis, & fabris & centonariis junctim ponuntur. at ſi quis putet dendrophoros ita fuiſſe appellatos qui materiam ad bellicas machinas adveherent, in qua ſententia video eſſe doctiſſimos hujus ætatis viros, næ ille multum fallitur. *Dendrophori* nomen religionis vel ſuperſtitionis. Cod. Theod. tit. *de paganis & templis* leg. xx. *omniaque loca quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ ſingula quæque nomina & profeſſiones gentilitiæ tenuerunt epulis vel ſumptibus deputata, fas eſt hoc errore ſubmoto compendia domus noſtræ ſublevare.* dicti autem *dendrophori*, qui in honorem alicujus Dei, ut Bacchi vel matris Deum, vel Sylvani, arbores ſtirpitus exciſas per urbem humeris ferrent. Artemidorus lib. II. cap. XLII. de Baccho: χορεύειν δὲ τῷ θεῷ ἢ θυρσοφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, ἢ ἄλλό τι τῶν κεχαρισμένων τῷ θεῷ πράττειν πᾶσι πονηρὸν πλὴν δούλων. hanc δενδροφορίαν ſic expreſſit vetus auctor poëmatis nondum editi:

Egregios proceres currum ſervare Cybellæ,
Quem traheret conducta manus Megalenſibus actis,
Arboris exciſæ truncum portare per urbem.
Attin caſtratum ſubito prædicere ſolem.

in choro Bacchico Bacchæ ſolebant θυρσοφορεῖν, Sylvanus δενδροφορεῖν. Hinc *Dendrophorus Sylvanus*, in veteri ſaxo.

SYLVANO. DENDROPHORO. SACRVM
M. POBLICIVS. HILARVS. MARGAR.
Q. Q. P. P. CVM LIBERIS. MAGNO.
ET. HERMONIANO. DENDROPHORIS.

Virgilius:

Et teneram ab radice ferens Sylvane cupreſſum.

ſed hæc alias. *pauſarii* igitur erant qui in portando Anubi omnes pauſas edi conſuetas in Iſidis ſacris explebant.

GRUTERUS.

4 *Et pauſas ederet.*] Ita rurſus ſcribere libuit, ſuggerente Palatino, quamvis ipſe unita dictione, *pauſa ſederet*.

5 *Niſi ſi forte iſte addidit celebritati, non eam primus.*] Repræſentavi quod erat in Pal. & præferendum profecto aliarum membranarum ſcripturæ: utique cum non diſcedat à lectione olim vulgatorum, quam additione ſyllabæ *ſi*.

CASAUBONUS.

5 *Niſi forte iſte addidit celebritati, non eam primus invexit.*] Regius & Puteani pluribus verbis idem dicunt: *niſi quod iſte addidit ſolennitati ſeu celebritati: non quod eam pr. in.*

1 *Corpus ejus Antoninorum ſepulcro illatum eſt.*] Aurelius Victor: *Corporis reliqua luctu publico relata Romam: atque*

pus ejus Antoninorum ſepulchro illatum eſt, ut ea ſedes reliquias ejus acciperet quæ nomen addiderat. Intereſt ſcire quemadmodum novercam ſuam Juliam uxorem duxiſſe dicatur. Quæ quum eſſet pulcherrima, [1] & quaſi per negligentiam ſe maxima corporis parte nudaſſet, dixiſſetque Antoninus, *Vellem, ſi liceret*: [2] reſpondiſſe fertur, *Si libet, licet. An neſcis te imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere?* Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus eſt: nuptiaſque eas celebravit [3] quas ſi sciret ſe leges dare, vere ſolus prohibere debuiſſet. Matrem enim ([4] non alio dicenda erat nomine) [5] duxit uxorem, ad parricidium junxit inceſtum: ſiquidem eam matrimonio ſociavit cujus filium nuper occiderat. Non ab re eſt etiam diaſyrticum quiddam in eum dictum addere. [6] Nam quum

inter Antoninos funerata ſunt. vide ad Severum.

1 *Et quaſi per negligentiom ſe maxima corporis parte nudaſſet.*] Victor: *cum illa factioſior, aſpectus adoleſcentis, præſentia quaſi ignara, ſemet dediſſet, intecto corpore.*

3 *Quas ſi ſciret ſe leges dare, vere ſolus prohibere debuiſſet.*] Mutanda diſtinctio, ſic: *q. ſ. ſc. ſe leges dare verè, ſ. p. d.* nam τὸ *verè* jungendum cum verbo *ſciret*. ita erit optima ſententia.

4 *Non alio dicenda erat nomine.*] Hoc ideo adjicit, quia re vera non mater, ſed noverca fuit.

SALMASIUS.

2 *Reſpondiſſe dicitur, ſi libet licet.*] Aurel. Vict. Schotti hac parte qua rem eandem narrat, corruptiſſimum, ſic emendamus, & interpunctione vitioſum, & lectione: *namque Juliam novercam, cujus facinora ſupra memoravi, forma captus conjugem affectavit; cum illa factioſior, aſpectui adoleſcentis præſentia quaſi ignara ſemet dediſſet intecto corpore, aſſerentique, vellem ſi liceret, uti petulantius multo, quippe quæ pudorem velamento exuerat, reſpondit, ſi libet, plane licet.* compares licet inter ſe contextum vulgati Victoris & hanc emendationem, & quid præſtiterim deprehendes.

5 *Duxit uxorem, ad parricidium junxit inceſtum.*] *Duxit uxorem & ad parricidium junxit inceſtum.*

6 *Nam quum Germanici & Parthici & Arabici & Alamannici.*] Non quæro quam antiqua mentio Alamannorum in hiſtoria Romana, aut quo tempore cœperit. ſed manifeſto heic Alamannos à Germanis diverſos facit. nam Antoninus Germanicus & Alamannicus dictus, non συνωνύμως, vel ex eadem gente, utpote qui patre adhuc vivente Germanicus vocaretur. at poſt mortem patris devictis Alamannis Alamannici nomen aſſumpſit quod antea non habuerat. Germaniæ igitur populus, Alamanni & vetuſtior, quam quidam putant, qui poſtea toti Germaniæ nomen dedit. & ſic pro Germanis Alamanni dicti. quando id primum factum, obſcurum eſt. Flavii Vopiſci tempore jam tunc Alamanni dicebantur Germani. cujus hæc ſunt verba in Proculo: *nam Alamannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contrivit.* non putavit Vopiſcus,

quum [1] *Germanici* & *Parthici* & *Arabici* & *Alemannici*
nomen aſcriberet ([2] nam Alemannorum gentem devi-
cerat) Helvius Pertinax filius Pertinacis dicitur joco
dixiſſe, *Adde ſi placet etiam* GETICUS MAXIMUS, quod
Getam occiderat fratrem, & Gotti *Getæ* dicerentur:
quos ille dum ad Orientem tranſiit, tumultuariis præ-
liis devicerat. Occidendi Getæ multa prodigia exti- 11
terunt, ut in vita ejus exponemus. Nam quamvis
prior ille è vita exceſſerit, nos tamen ordinem ſequuti
ſumus, ut qui & prior natus eſt & prior imperare cœ-
perat, prior ſcriberetur. [3] Eo ſane tempore quo ab
exer-

ſcus, ut perperam cenſet vir doctiſſimus, Alamannorum gentem ſive nomen non fuiſſe notam ante Probi tempora. nec memoria lapſus eſt, ſed hoc vult, Probi temporibus nondum Germanos in Alamannorum nomen conceſſiſſe. nam jam antea noti Alamanni, ut hæc Antonini declarat hiſtoria. ſed non tam lata eorum appellatio, ut qui non pro totis Germanis ſed pro quadam Germanorum gente acciperentur. latior alio in tempore erit de his dicendi locus.

1 *Germanici & Parthici & Arabici.*] Et heic conſentiunt veteres libri in conſervanda illa ſcriptura, cujus non ſemel alibi mentionem fecimus in ſuperioribus: *Germani & Parthici & Arabici.*

2 *Nam Alamannorum gentem devicerat.*] Victor Schotthi: *Alamannos gentem populoſam ex equo mirifice pugnantem prope Mœnum amnem devicit.* populoſa illa gens omni poſtea Germaniæ nomen dedit, atque etiam nunc ex equo mirifice pugnat.

CASAUBONUS.

2 *Nam Alemnanorum gentem devicerat.*] Hæc eſt antiquiſſima Alemannorum in hiſtoria Rom. mentio: nam id nomen ante hæc tempora obſcurum, aut penitus ignotum, ne tum quidem in magna celebritate verſabatur: quare ſcribit Flavius Vopiſcus in Proculo tyranno: *Nonnihil tamen Gallis profuit: nam Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contrivit.* Putavit Vopiſcus non innotuiſſe Alemannorum gentem, ſive potius nomen, ante Probi tempora: in quo etſi lapſus eſt memoria Vopiſcus, ut hæc hiſtoria demonſtrat; ex eo tamen colligas recte quod modo dicebamus, ipſius Vopiſci ævo notiſſimi erant Alemanni: de quibus multa Ammianus Marcellinus in Conſtantii rebus, & ſequentium Auguſtorum. De victoria Caracalli ſic Aurelius Victor: *Alamannos gentem populoſam, ex eo mirifice pugnantem prope Mœnum amnem devicit.*

SALMASIUS.

3 *Eo ſane tempore quo ab exercitu Auguſtus appellatus eſt.*] Hanc fabellam ſupra confutavimus, & oſtendimus Antoninum vivente & conſentiente patre jam multo ante à militibus Auguſtum fuiſſe appellatum, & hoc nomen cum patre & minore fratre uſurpaſſe. quod autem heic dicitur Severum animo volutaſſe ut & filium Antoninum occideret: id quidem verum eſt & à Dione ſcriptum, ſed minime propter Auguſti appellationem invito patre receptam & à militibus ei delatam. longe magis ſceleſtum ſcelus Antonini. nam paucam

exercitu appellatus eſt Auguſtus vivo patre, quod ille pedibus æger gubernare non poſſe videretur imperium, confuſis animis militum & tribunorum, Severus dicitur animo volutaſſe, ut & hunc occideret, [1] niſi repugnaſſent præfecti ejus graves viri. Aliqui contra dicunt, præfectos voluiſſe id fieri, ſed Septimium noluiſſe, ne & ſeveritas illius crudelitatis nomine inquinaretur: & quum autores criminis milites fuerint, adoleſcens ſtultæ temeritatis pœnas lueret tam gravis ſupplicii titulo ut à patre videretur occiſus. Hic tamen omnium duriſſimus, & ut uno complectamur verbo, [2] parricida & inceſtus, patris & matris & fratris inimicus, à Macrino qui eum occiderat, timore militum, ac maxime prætorianorum, inter deos relatus eſt. Habet templum, habet ſalios, habet ſodales Antoninianos, qui Fauſtinæ templum & divale nomen eripuit: certe [3] templum quod ei ſub Tauri radicibus fundaverat olim maritus Antoninus, in quo poſtea filius hujus Baſſiani Heliogabalus Antoninus ſibi vel [4] Jovi Syrio, vel Soli (incertum enim id eſt) templum fecit.

trem occidere voluit. quo tempore dicitur agitaſſe Severus an illum interficiendum curaret, ſed pugnantibus præfectis gravibus viris impunitatem crudeliſſimi facinoris eidem indulſiſſe: hoc ſcribit Dio, & nos ſupra tetigimus. Fallaces igitur hoc loco Latini Hiſtorici, falſique.

1 *Niſi repugnaſſent præfecti.*] Palatinus: *niſi pugnaſſent.*

2 *Parricida & inceſtus, patris, & matris, & fratris inimicus.*] Idem liber: *Parricida & inceſtus, patris, matris, fratris inimicus.* quod aſyndeton neſcio quo modo magis placet, & vibrantius videtur.

CASAUBONUS.

3 *Templum quod ei ſub Tauri radicibus fundaverat olim maritus.*] Narrat hiſtoriam Capitolinus in Marco.

4 *Jovi Syrio vel Soli.*] Vide ad Heliogabalum.

ÆLII

[1]ÆLII SPARTIANI
ANTONINUS GETA.
AD
CONSTANTINUM AUG.

SCio, Conſtantine Auguſte, & multos, & clementiam tuam [2]quæſtionem movere poſſe cur etiam 1
GETA

CASAUBONUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Non aliter & membranæ. Nos tamen dubitamus, nec ſine cauſſa. Nam etſi auctor libelli hujus, quòd in rebus Caracalli necem Getæ expoſuiſſet pluribus, ita breviter eam hiſtoriam ſtringit, ut pæne prætermiſiſſe poſſit videri: duos tamen hic locos obſervamus, ex quibus conjicimus, de tota illa hiſtoria diverſa eum ſcripſiſſe alibi, ab iis quæ libro ſuperiore continentur. Neque enim defuerunt, qui tempus & locum cædis Getæ aliter longe narrarent, quam Dio & Herodianus: quorum conſentiens & certiſſima narratio impedire non potuit, quominus παράκουσμα iſtud ἱστορικὸν velut ἕρμαιον à nonnullis arriperetur. Scribit igitur hic auctor ſtatim initio: *Neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus eſt, quam cum fratre teneret imperium.* falſum eſt, ut ex Dione conſtat & Herodiano, prius periiſſe Getam, quam cum fratre imperaret: nam multos menſes amiſſo patre ambo vixerunt, & nomine tenus ſaltem imperarunt ambo. ſed auctor eos ſequitur, qui confeſtim poſt obitum patris ante reditum in Urbem è Britannia occiſum Getam à Caracallo memoriæ prodiderunt. quare ſcribit idem inferius: *Denique niſi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam ſtipendiis datis, Romam Baßianus redire non potuit.* Certum eſt Romæ in ipſo palatio necatum Getam, cum in eodem palatio, imo etiam cubiculo eodem, præſens Caſſianus adeſſet. quomodo igitur Romam rediret? verum hic ſcriptor de reditu è Britannia loquitur. Similia his apud Aurelium Victorem, ut ad ſuperiorem librum admonebamus. Quare non poteſt iſtius libelli auctor idem eſſe, qui vitam Caracalli compoſuit: nam illi cum Dione & Herodiano convenit.

SALMASIUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Ita omnes membranæ, quarum conſenſum hoc loco magni faciendum judico. nec accedo partibus eruditiſſimi viri dubitantis hæſitantiſque an hic Spartiani ſit liber. habuit ille rationes quibus crederet non eſſe: habeo item ego quibus eſſe credam. idem ſane auctor qui ſuperiorem Caracalli vitam ſcripſit & hanc quoque ſcripſit. ſub finem illius vitæ omnia prodigia quæ necem Getæ ſignificaverunt expoſiturum ſe in ejus vita pollicetur: *occidendi*, inquit, *Getæ multa prodigia extiterunt, ut in vita ejus exponemus.* quæ omnia clare in hac vita habentur expoſita non ſecus atque ille promiſerat. ſed hoc fortaſſe parum faciat, niſi & alia accederent, ut eſt illud quod in eadem illa vita rationem reddit, quare priorem ſcripſerit Caracallum, cum prior exceſſiſſet è vita frater ejus Geta. ſe enim vitæ ordinem ſequutum eſſe oſtendit. ſecundum quem ordinem prior ſcribi debuit, qui prior natus eſt & imperavit. atque

GETA ANTONINUS à me tradatur. de cujus priuſquam vel vita vel nece dicam, diſſeram cur & ipſi *Antonini* à Severo patre ſit nomen appoſitum. Neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus

atque hunc ſcribendi ordinem videmus ab auctore vitæ Getæ obſervatum, ut hæc verba demonſtrant. *Scio, Conſtantine Auguſte, & multos & clementiam tuam quæſtionem movere poſſe, cur etiam Geta Antoninus à me tradatur.* nimirum tradiderat jam ante, ut apparet, Antoninum Caracallum. Unica autem & præcipua ratio viro clariſſimo dubitandi an Ælius Spartianus exiſtimari debeat hujus auctor vitæ, hæc fuit, quod nonnulla in hac vita tradi videatur diverſa atque in illa ſuperiore Antonini. ſed hoc neminem debet movere. ſollemne enim eſſe ſcimus huic auctori, non unum perpetuo ejuſdem rei auctorem ſequi, ſed plerumque etiam diverſos, ex horum vel illorum ſententia, modo hoc, modo illud ponere. verba autem illa perpendamus, quæ fundamentum ſententiæ ſuæ voluit eſſe vir doctiſſimus. Spartianus heic ſcribit: *neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus eſt, quam cum fratre teneret imperium.* hæc verba enim, inquit ille, indicant auctorem hujus vitæ ſenſiſſe occiſum prius Getam, quam Romam rediiſſet. quod factum in Britannia, ſtatim poſt mortem patris qui ibi deceſſit. atquin verum eſt Romæ in palatio, ac pæne in ſinu matris interfectum Getam, fratris Caracalli manu: quod aſſerunt Herodianus, & Dio Græci ſcriptores, quoſque adeo ſecutus videtur Spartianus in vita Antonini. atque hæc eſt diverſitas quæ facit videri diverſos eſſe utriuſque vitæ auctores. ſed nos facile conciliabimus auctorem Caracalli cum auctore Getæ. ille enim initio ſtatim vitæ Caracalli hæc ſcribit: *ex duobus liberis quos Septimius Severus reliquit Getam & Baſſianum, quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hoſtis eſt judicatus: Baſſianum autem obtinuiſſe imperium conſtat.* vides Spartianum heic tradere, Baſſianum ſolum obtinuiſſe, imperium poſt mortem patris, Getam autem hoſtem judicatum? quod omnino convenit cum his verbis, quibus heic dicitur, prius rebus humanis exemptum Getam, quam cum fratre teneret imperium. non dubitamus igitur Spartianum aſſerere vitæ hujus auctorem, quem & auctorem agnoſcunt Spartiani vetuſtiſſima excerpta, quæ nos olim ex Bibliotheca Palatina habuimus, beneficio clariſſimi, eruditiſſimi atque amiciſſimi Jani Gruteri.

CASAUBONUS.

2 *Quæſtionem movere poſſe, cur et.*] Expectabam ut ad quæſtionem hanc, quam ait auctor moveri poſſe, reſponſio ſubjiceretur. fruſtra fui: nam proxima periodus ad rem nihil facit. Sed non eſt dubium mihi, quin corrupti hic ſint libri noſtri: nam ad id quod diximus illud etiam accedit, quod ſequentes periodi duæ nullo modo cohærent ſibi invicem. Poteſt fieri ut deſiderentur hodie nonnulla, quorum jactura orationem hiulcam reddit, &, ut videtur, mutilam. Quia tamen manifeſtiſſimum, tertiam periodum alieno loco eſſe poſitam, ea reſtituta in ſedem ſuam, totum hoc principium ita concipimus.

SCIO, *Conſtantine Auguſte, & multos & clementiam tuam quæſtionem movere poſſe, cur etiam* GETA ANTONINUS *à me tradatur. Neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemtus eſt, quam cum fratre teneret imperium. De cujus priuſquam vel vita, vel nece dicam, diſſeram cur & ipſi* ANTONINI *à Severo patre ſit nomen appoſitum. Septim.*

emptus eſt quam cum fratre teneret imperium. Septimius Severus quodam tempore quum conſuluiſſet ac petiiſſet ut ſibi indicaretur quo eſſet ſucceſſore moriturus, in ſomnis vidit Antoninum ſibi ſucceſſurum. Quare ſtatim ad milites proceſſit, & Baſſianum filium majorem natu, *M. Aurelium Antoninum* appellavit. [1] Quod quum feciſſet, paterna cogitatione, vel (ut quidam dicunt) à Julia uxore commonitus, quæ gnara erat ſomnii, quod minori filio hoc facto ipſe intercluſiſſet aditum imperandi, etiam Getam minorem filium, *Antoninum* vocari juſſit. Itaque ſemper ab eo in epiſtolis familiaribus dictus eſt Antoninus, quum, ſi forte abeſſet, ſcriberet, *Salutate Antoninos filios & ſucceſſores meos.* [2] Sed nihil valuit patris matriſve cautio: nam ſolus ille ſucceſſit qui primus Antonini nomen accepit.
Et hæc de Antonini nomine. *Geta* autem dictus eſt, 2
[3] vel à patrui nomine, vel avi paterni: de cujus vita & moribus in vita Severi Marius Maximus primo ſeptenario ſatis copioſe retulit. Fuit autem Antoninus Geta etiam ob hoc ita dictus, quod in animo habuit Severus ut omnes deinceps principes quemadmodum *Auguſti*, ita etiam *Antonini* dicerentur: [4] atque [5] amore Marci quem

SALMASIUS.

1 *Quod quum feciſſet paterna cogitatione.*] Palatinus codex & vetus editio: *quod feciſſet & paterna cogitatione.* aliquid fortaſſe latet, quod conjectura non poſſum aſſequi.

2 *Sed nihil valuit patris matriſve cautio*] Deeſt *matriſve* in omnibus libris. & ſane ſolus pater cavit ut & Geta Antoninus appellaretur.

CASAUBONUS.

2 *Sed nihil valuit patris matriſve cautio*] Capitolinus in Gordiano tertio: *Sed publicum votum nihil valuit.*

3 *Vel à patrui nomine, vel avi paterni.*] De utroque habetur mentio in vita Severi. ab avo autem potius quam à patruo Getam nomen habuiſſe, Victori aſſentior. nam ita erat moris.

5 *Amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] hoc eſt, in cujus familiam tranſire volebat Severus, & videri Marci frater. ſed falſum eſt de fratre: nam Severus, ait Dio, Μάρκου υἱὸν, καὶ τοῦ Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε. ſcribendum igitur, *vel patrem, vel fratrem ſuum d.*

GRUTERUS.

4 *Atque amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Oratio hiulca, ſi non & fracta. certe Pal. tantum habet, *atque amore Marci vel fratrem ſuum dicebat*, ſuperſcriptumque poſtea *et*, ut fieret *ſemet*, quæ ſcriptura ſuam quoque habet rationem.

SALMASIUS.

4 *Atque amore Marci quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Manifeſta vitii tene-

quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat, & cujus philoſophiam literarumque inſtitutionem ſemper imitatus eſt. Dicunt aliqui, non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, [1] quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit, ſed in ejus qui Pius cognominatus eſt Adriani ſcilicet ſucceſſoris: & quidem ob hoc quod Severum ille [2] ad fiſci advocationem [3] delegerat ex formulario forenſi, quum ad tantos proceſſus ei patuiſſet dati ab Antonino [4] primi gradus vel honoris

tenetur hæc lectio, quod non ſolum hiſtoria, ſed etiam vetus ſcriptura prodit, quæ ſic concipitur: *atque amore Marci vel fratrem ſuum ſeni dicebat.* ita enim Palatinus, quem & κατ' πόδα ſequitur vetus editio. quæ habet: *atque amore Marci vel fratrem ſuum ſemet dicebat.* quæ & lectio non minus mendoſa eſt quam vulgata. fortaſſean ſic emendandum, quod in animo habuit Severus, ut omnes deinceps principes quemadmodum Auguſti ita etiam Antonini dicerentur: *atque amore Marci cujus filium ſemet dicebat, & cujus philoſophiam litterarumque inſtitutionem ſemper imitatus eſt.* quod ad ſenſum attinet, non potuit melius: quantum ad verba, etſi paulo longius recedunt à vetere ſcriptura, non aliter conſtitui poſſe exiſtimo. compendioſe & ſingulari littera ſcriptum fuit F, quæ filium ſignificat & fratrem. ſciolus aliquis ut illam exponeret, ad oram codicis ſui adpoſuerat, *vel fratrem*, quo indicabat litteram ſingularem, *filium* denotare vel *fratrem*. quæ poſtea verba in contextum temere irrepſerunt.

1 *Quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit.*] Illud, *hoc nomen*, ex Gloſſa eſt. dele & lege: *dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, quum id Marcus adoptivum habuerit.* perperam legit Palatinus codex: *cum id Marcum adoptivus habuerit.* at vet. ed. *cum id Marcus adoptivus habuerit.*

GRUTERUS.

1 *Cum id Marcus adoptivum habuerit.*] Sequutus ſum veſtigia exemplaris Palatini, in quo, *cum id Marcum adoptivus habuerit.* Vulgati amplius, *cum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit*, nimium verboſe.

CASAVBONVS.

2 *Ad fiſci advocationem delegerat ex formulario forenſi.*] Ex corpore advocatorum qui in diverſis foris poſtulabant, elegebatur advocatus fiſci. ſed Severo cauſſidicinam exercenti, parum commodavit forum, ut ait Victor. ideo auctor hic vocat formularium forenſem.

4 *Primi gradus vel honoris auſpicium.*] Aurelius Victor: *quod ex illo poſt multos dubioſque eventus, auſpicia honorum cepiſſet, patrocinio fiſci.* ſed de Marco ille, non de Pio, loquitur.

SALMASIUS.

3 *Delegerat ex formulario forenſi.*] *Ex formularia forenſi*: Palat. at vet. ed. *ex formula forenſi.* utrumque mendoſe. mira tamen mihi videtur hæc locutio, *deligere aliquem ex formularia forenſi ad fiſci advocationem*, pro ex numero formulariorum deligere. quis enim ſic loquitur? an formulariam pro turba formulariorum dixit? puto magis formulariam heic appellari actum & officium formularii, ut vicaria dicitur, officium & dignitas vicarii, & comitiva, comitis. delegit igitur Severum Marcus ex formularia forenſi, quam

ris auſpicium; ſimul quod nemo ei videretur felicior imperator ad commodandum nomen, eo principe cujus proprium nomen jam per quatuor principes cucurriſſet. De hoc eodem Severus gnarus genituræ illius, cujus, ut plerique Afrorum, peritiſſimus fuit, dixiſſe fertur, *Mirum mihi videtur, Juvenalis amantiſſime, Geta noſter divus futurus, cujus nihil imperiale in genitura video.* Erat enim Juvenalis præfectus ejus prætorio. Nec eum fefellit. Nam Baſſianus quum eum occidiſſet, ac vereretur tyrannicam ex parricidio notam, audiretque poſſe mitigari facinus ſi divum fratrem appellaret, dixiſſe fertur, *Sit divus, dum non ſit vivus.* Denique eum inter divos retulit, atque ideo utcunque rediit cum fama in gratiam parricida.
[1] Natus eſt Geta Severo & Vitellio coſs. Mediolani, 3
etſi aliter alii prodiderunt, VI. Calend. Junias, ex Julia quam idcirco Severus uxorem duxerat quod eam in genitura habere compererat ut regis uxor eſſet iſque privatus, ſed jam optimi in Repub. loci. Statim ut natus eſt, [2] nuntiatum eſt ovum gallinam in aula peperiſſe purpureum. Quod quum allatum Baſſianus frater ejus accepiſſet, & quaſi parvulus aploſum ad terram fregiſſet, Julia dixiſſe fertur joco, [3] *Maledicte parri-*

quam agebat, eique fiſci advocationem commiſit. omnino hanc veram lectionem mihi eſſe perſuadeo, ut vulgatam falſam & mendoſam.

CASAUBONUS.

1 *Natus eſt Geta Severo & Vitellio Coſſ.*] Suffectis, nempe. ut quærendum ſit quibus conſulibus iſti fuerint Coss.

2 *Nuntiatum eſt ovum gallinam in aula peperiſſe purpureum.*] Lampridius in Alexandro: *Omen fuit, quod ovum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus eſt. palumbinum* ἀρχαϊσμὸς eſt. *in aula*, pro in olla. ut apud Plautum. nam ſic omnes codices.

3 *Maledicte parricida, fratrem tuum occidiſti.*] *Maledictus* pro ἐπικατάρατος quomodo hic accipitur, proprium eſt ſcriptorum Chriſtianorum verbum. Sed gliſcente Chriſtianiſmo, ceperant pridem & locutiones illorum ab aliis quoque uſurpari: qua de re plura alibi, ſi Deus voluerit.

SALMASIUS.

3 *Maledicte parricida fratrem tuum occidiſti.*] *Maledictus*, κατάρατος. Ariſtophanes: ὡς σκαιὸς ὁ κατάρατος. in veteri poëmate nondum edito *maledictus* ſic accipitur:

Pauperis omne nefas, facile ſcelus aptus ad omne:

parricida, fratrem tuum occidiſti. Idque joco dictum, Severus altius quam quiſquam præſentium accepit: à circunſtantibus autem poſtea velut divinitus effuſum approbatum eſt. Fuit etiam aliud omen. Nam quum in villa cujuſdam Antonini plebeji hominis agnus natus eſſet qui vellus in fronte purpureum haberet, eadem die atque hora qua Geta natus eſt, audiſſetque ille ab aruſpice, poſt Severum Antoninum imperaturum, ac de ſe ille auguraretur, ſed tamen [1] tale fati timeret indicium, ferro eum adegit: quod & ipſum ſigno fuit, Getam ab Antonino interimendum, ut poſtea ſatis claruit. Fuit etiam aliud omen ingens poſtea, ut exitus docuit hujus facinoris quod evenit. Nam quum infantis Getæ [2] natalem Severus commendare vellet, hoſtiam popa nomine Antoninus percuſſit: quod tunc nec quæſitum nec animadverſum, poſt vero
4 intellectum eſt. [3] Fuit adoleſcens moribus aſperis, ſed non

In pretium pronus, deſpector numinis, audax,
Vilis, inops, ſcævus, turpis, temerarius, ardens,
Perditus, abjectus, maledictus, ſordidus, amens.
An non ſunt iſti, quorum de nomine multi
Ducere conceſſis dum nolunt artibus ævum,
Cædibus infamant ſilvas, & crimine cauto
Inſidias tendunt domibus, gregibuſque rapinas?

CASAUBONUS.

1 *Tale fati timeret indicium.*] Scribo *talis fati.*

2 *Natalem Severus commendare vellet.*] Vide ad vitam Hadriani.

GRUTERUS.

3 *Fuit adoleſcens moribus aſperis, ſed non impiis, à natura decorus, tractator, &c.*] Locus minus ſanus, modo ſi non mentitur Palatinus, in quo exſtat: *Fuit adoleſcens decorus, morib. aſperis, ſed non impius. anarboretractor.* quæ vox ultima omnino monſtroſa. quærendum tantum venit, an ita omnia poſſint inverti: *Fuit adoleſcens decorus, moribus aſper, ſed non impius, à natura tractator.* de quo judicabunt otioſi, atque aliquid boni fingent ex illo *anarbore.*

SALMASIUS.

3 *Fuit adoleſcens moribus aſperis, ſed non impiis, à natura decorus.*] Hæc longiſſime recedunt à veſtigiis veteris ſcripturæ omnium librorum tam antiquitus excuſorum quam manu exaratorum, qui ſic habent: *fuit adoleſcens decorus, moribus aſperis ſed non impiis. à narbo retractator, guloſus, &c.* quæ partim recte habent, partim adhuc in vitio ſunt. nihil autem illis corruptius: *à narbo retractator.* quod vitium ut tollerent, ima ſummis miſcuerunt. primum enim *à natura* pro *à narbo* legerunt. deinde ut correctio poſſet ſubſiſtere revocaverunt illud *decorus*, ex initio periodi, ut conveni-re poſ-

non impiis, à natura decorus, [1] tractator, guloſus, cupidus ciborum & vini varie conditi. Hujus illud pueri fertur inſigne, quod quum vellet partium diverſarum viros Severus occidere, & inter ſuos diceret, *Hoſtes vobis eripio*: conſentiretque adeo uſque Baſſianus ut eorum etiam liberos ſi ſibi conſuleret, diceret occidendos, Geta interrogaſſe fertur, quantus eſſet interficiendorum numerus: quumque dixiſſet pater, ille interrogavit, *Iſti habent parentes, habent propinquos?* [2] quum reſpon-

re poſſet cum illo *à natura*. nobis non licet eſſe tam licenter audaculis. vitioſum autem illud *narbo* fortaſſe mutandum in *nario*. *nariones* enim dixerunt ſubſannatores, quique naribus uncis omnia ſuſpenderent. Gloſſæ Iſidori: *nario ſubſannans*. in Gloſſis veteribus: *Nario, ſubſannator*. Græci ῥινᾷν id vocarunt, nempe naſo ſuſpendere, & deridere. Ælianus de paraſito: καὶ ὁ μὲν Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχεν. quod verbum perperam ἀπὸ τοῦ ῥινὸς factum vult vir eruditiſſimus ſuis in Varronem conjectaneis, & limare interpretatur, cum ſit ἀπὸ τῶν ῥινῶν, à naribus. verba autem paraſiti illius Menandrici, apud veterem Grammaticum repperi ex Menandro:

—— ἔγωγ' ἐπίσταμαι
Ῥινᾷν ——

& explicat ῥινᾷν, ἐξαπατᾷν. Suidas: ῥινᾷ ῥινήσω, μυκτηρίζω. ῥινώμενος, μυκτηριζόμενος. inde *nario* vox Latina pro deriſore, & omnia naribus uncis ſuſpendente: quod verbum locum heic poteſt habere. ſubeunt mihi & aliæ conjecturæ, quarum nullam huic merito poſſum anteferre. divinent melius acutiores ſagacioreſque & illorum ſit πυρρμῶς.

1 *Tractator guloſus.*] Tractare dicebantur philoſophi diſputantes, ſophiſtæ, Rhetores, Juriſconſulti, & id genus. *tractatorem* tamen pro locutuleio heic accipere nolim, & prætulerim merito ſcriptam lectionem, *retractator*. quod verbi magis convenit moribus aſperis illius juvenis quam *tractator*. nam poteſt accipi pro illo qui nunquam libens in alicujus ſententiam deſcendat, ſed ſemper retractet, & ſui quodammodo moris ſit. *retractare* enim eſt recuſare & reniti contra alicujus voluntatem. poſſet etiam *retractator* ille intelligi qui ſæpius de eadem re tractare amet. utravis ſignificatione heic poſitum accipias, omnino *retractator* hoc loco melius quam *tractator*. in priore tamen ſignificatu accipi malim.

CASAUBONUS.

1 *Tractator.*] Locutuleius & ἀδόλεσχος. nam tractare dicebantur philoſophi cum ſcholam haberent ac docerent. Servius, *Xenocrates primus philoſophiæ ſcholam aperuit; cum antea in porticibus philoſophi tractarent*. inde apud veteres patres *tractatores* paſſim dicuntur, qui Dei verbum vel voce vel ſcriptis exponerent.

GRVTERVS.

2 *Cum reſponſum eſſet, habere complures. Ergo in civitate, ait, plures erunt triſtes.*] Aliter & iſthæc Palat. nempe: *eſſet, haberet. complures ergo in civitate triſtes erunt*. forte, *eſſet, habere, ait, Complures ergo in civitate triſtes erunt quam læti, &c.*

reſponſum eſſet, [1] habere complures: *Ergo in civitate*, ait, *plures erunt triſtes quam læti quod vicimus.* Et obtinuiſſet ejus ſententia, niſi Plautianus præfectus vel Juvenalis inſtitiſſent ſpe proſcriptionum, ex quibus ditati ſunt. His accedebat Baſſiani fratris nimia crudelitas: qui quum contenderet [2] & diceret quaſi joco, quaſi ſerio, omnes cum liberis occidendos partium diverſarum, Geta ei dixiſſe dicitur, *Tu qui nulli parcis,* [3] *potes etiam fratrem occidere.* [4] Quod dictum ejus tunc nihil, poſt vero præſagio fuit. Fuit in literis aſſequendis & tenax veterum ſcriptorum, & paternarum etiam ſententiarum memor, fratri ſemper inviſus, [5] matri ama-

SALMASIUS.

1 *Habere complures, ergo in civitate, ait, plures erunt triſtes quod vicimus.*] Palatinus: *habere complures ergo in civitate erunt triſtes quam læti quod vicimus.* nec ſecus editio Mediolanenſis, quæ minime agnoſcit illud alterum *plures.* totum igitur locum ſic legendum & diſtinguendum judico. *Geta interrogaſſe fertur, quantus eſſet interficiendorum numerus. quumque dixiſſet pater, ille interrogavit, iſti habent parentes, habent propinquos? quum reſponſum eſſet habere: plures ergo in civitate, ait, erunt triſtes quam læti quod vicimus.*

3 *Potes etiam fratrem occidere.*] *Potes & fratrem occidere.*

5 *Matri amabilior quam frater.*] Mater ergo Antonini Caracalli Julia, ut & Antonini Getæ: non enim mirum, ſi filius matri ſuæ amabilior quam novercæ. videantur quæ ſupra notavimus.

CASAUBONUS.

2 *Et diceret quaſi joco, quaſi ſerio.*] Fortean, *qua joco, qua ſerio*, ſed poteſt vulgata ferri.

4 *Quod dictum ejus, tunc nihil.*] Nempe ominis viſum habere. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Id eo tempore nihil viſum eſt ominis habere; ſed non ſine cauſſa factum probavit imperium.* ſic ſcribit Dio Caſſius viſum ſibi Caracallum πρόσχημα μὲν ἄλλως ἀπολελημμένας verſiculos Euripidis quos recitat: ſed mox, καὶ πάνυ κεχαρισμενθηκέναι τρόπον τινὰ τὰ συμβεβηκότα. idem accidit in pleriſque ominibus quæ narrantur ab hiſtoricis.

5 *Matri amabilior.*] An *patri?* nam de matre nihil mirum: cum illa huic vere mater, Baſſiano noverca eſſet. niſi tamen hic auctor aliter ſenſit, diverſus etiam in hoc à Spartiano.

GRUTERUS.

5 *Matri amabilior quam frater.*] Ita Pal. & videtur ſane hic auctor Juliam quoque facere matrem Caracalli: unde ſupra habuimus cap. 3. *& quaſi parvulus.* ſed idem tamen *novercam* nominat infra capite 7. adeo ut nihil dicere habeam, quam compilaſſe hanc ſuam hiſtoriam ex auctoribus diverſis, quorum hi Baſſianum privignum conſtituerant, iſti filium; de quibus conſulatur ille noſter Caſaubonus, in electis vere notis ad Caracalli caput novum. eidem quoque Caſaubono adſentior, alium videri auctorem hujus Getæ, alium vitæ Caracalli.

1 *Sub-*

amabilior quam frater, [1] ſubbalbè tamen canorus. [2] Veſtitus nitidi cupidiſſimus, ita ut patri doleret: ſiquid acciperet à præſentibus, id ad ſuum contulit cultum, neque quicquam cuipiam dedit. Poſt Parthicum bellum pater quum ingenti gloria floreret, Baſſiano participe imperii appellato, Geta quoque Cæſaris & Antonini, ut quidam dicunt, nomen accepit. Familiare illi fuit has quæſtiones grammaticis proponere, ut dicerent, [3] ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut, *Agni balant, porcelli grunniunt*, [4] *palumbes minurriunt*, [5] *urſi ſæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt*, [6] *aſini rudunt, tauri mugiunt*, eaſque de veteribus approbare. Serenni Sammonici libros familiariſſimos habuit, quos ille ad Antoninum ſcripſit. Habebat etiam iſtam conſuetu-

CASAUBONUS.

1 *Subalbè can.*] *Subbalbe.*

3 *Singula animalia quomodo vocem emitterent.*] Illuſtravimus hunc locum in diatriba, quam ſcripſimus de vocibus animalium. ubi etiam caput totum Ariſtotelis ejuſdem argumenti quod libro quarto Hiſtoriarum habetur, diligenter excuſſimus. opes Græciæ in hujus generis vocibus cum paupertate ſermonis Latini ea lucubratiuncula non ſegniter comparavimus.

SALMASIUS.

2 *Veſtitus nitidi cupidiſſimus ita ut patri doleret.*] Mirum patri doluiſſe quod filius eſſet veſtitus nitidi cupidiſſimus. vitium manifeſtum arguit vetus ſcriptura quæ habet, *ita ut patri deret.* quod & prima editio retinuit. vitium video, emendationem non item, quam fortaſſe alii odorabuntur, ſagacioris naſi qui erunt. nunc properamus, & ad alia pergimus.

4 *Palumbes minarriunt.*] Minurire quidem, vel minurrire avicularum proprium, quarum *minuritiones* dicuntur teſte Pompejo & auctore veteris vocabularii. At palumbes non minuriunt ſed *minarriunt.* & ita hoc loco vetere adſtipulante ſcriptura legendum. poſt, *palumbes minarriunt*, ſequitur in Palatino, *porci grunniunt.* ſed jam præceſſit, *porcelli grunniunt.* nihil igitur opus hac repetitione.

5 *Urſi ſæviunt.*] Habeo penes me paginam manuſcriptam veteris fragmentum vocabularii, in qua diverſorum voces animalium exponuntur, quam hoc loco propoſuiſſem & explicaſſem ſi per otium mihi licuiſſet. in eo igitur inter alia legebatur, *urſi, uncare vel ſervire.* ſed mendoſum, ut opinor, pro *ſævire.* ex principe autem poëtarum id ſumptum cujus hæc ſunt:

— atque in præſepibus urſi
Sævire, & formæ magnorum ululare luporum.

6 *Aſini rudunt.*] Optimus Palatinus: *ragiunt.* quod alibi memini legere dictum de aſinis.

GRUTERUS.

6 *Aſini rudunt.*] Pal. *ragiunt.*

ſuetudinem, ut convivia & maxime [1] prandia per ſingulas literas juberet, [2] ſcientibus ſervis, velut in quo erat anſer, aprugna, anas: item pullus, perdix, pavus, porcellus, piſcis, perna, & quæ in eam literam genera edulium caderent: & item [3] faſianus, farta, ficus & talia. [4] Quare comis etiam habebatur in adoleſcentia.

6 [5] Occiſo eo pars militum quæ incorrupta erat, parricidium ægerrime accepit, [6] dicentibus cunctis, duobus ſe liberis fidem promiſiſſe, duobus ſervare debere: clauſiſque portis diu non eſt imperator admiſſus. Denique niſi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam ſtipendiis datis, [7] Romam Baſſia-

CASAUBONUS.

1 *Prandia per ſingulas literas juberet.*] *Jubere prandia* pro imperare, & parari jubere, recentioris eſt Latinitatis.

2 *Scientibus ſervis,*] Id eſt, literas ſaltem leviter doctis. Erant enim de re culinaria multi libri editi: quos oportuit iſtos ſervos probe callere, ut ex omni copia edulium quæcunque ab eadem litera inchoarent, poſſent eligere. Veteres, cocos habuiſſe eruditos ex Athenæo notiſſimum eſt.

7 *Romam Baſſianus redire non potuit.*] Jam diximus loqui auctorem de reditu ex Britannia. Ego aliquando accipiebam hæc de reditu Caracalli ab exercitu qui erat in caſtris Albanis, de quibus dictum in ejus vita. Sed non puto id rectum, & refellunt Dio atque Herodianus.

SALMASIUS.

3 *Faſianus, farta, ficus.*] *Fartam* aut *farſam* pro farcimine, quomodo heic videtur debere accipi, nondum legi. Palatinus *farrata* ſcriptum habet pro *farta.* & confirmat editio Mediolanenſis quæ habet *farata.* farrata autem quin genus ſit edulii nemini debet eſſe dubium. Juvenalis quodam loco ſi bene memini:

Ponebant igitur Tuſco farrata catino
Omnia tunc, quibus invideas ſi lividulus ſis.

ubi vetus interpres *farrata* cibum ex farre interpretatur, qui cibus primus antiquorum fuit. heic autem *farrata,* *farratæ*, placentæ genus ex farre, vel farre conſperſæ. ſic & *farreum* libi genus ex farre apud Feſtum. erit tamen fortaſſe qui putabit *farratam* genus fuiſſe pultis ex farre. & ſane videor *pultis farratæ* alicubi mentionem legiſſe.

4 *Quare comis etiam habebatur in adoleſcentia.*] Herodianus: καὶ τό γε πλεῖστον μέρος εἰς Γέταν ἔῤῥεπε, φαντασίαν γάρ τινα ἐπιεικείας ἐπεδείκνυτο, μέτριόν τε καὶ πρᾶον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχε.

6 *Dicentibus cunctis duobus ſe liberis fidem promiſiſſe.*] Addendum: *duobus ſe liberis Severi fidem promiſiſſe.* hæc eadem verba leguntur in Caracallo: *pars militum apud Albam, Getam occiſum ægerrime accepit, dicentibus cunctis duobus ſe fidem promiſiſſe liberis Severi, duobus ſervare debere,* & quæ ſequuntur, ipſiſſima pæne verba.

GRUTERUS.

3 *Faſianus, farta, ficus.*] Palat. uterque, *farrata.*

5 *Occiſo eo, pars militum, &c.*] Hæc & ſequentia quatuor fere immo ſex linearum, verbotenus tranſlata ſunt ex Spartiani Caracallæ capite ſecundo.

2 Ita

Baſſianus redire non potuit. Poſt hæc denique & Papinianus, & multi alii interempti ſunt, qui vel concordiæ faverant, vel qui partium Getæ fuerant: [1] ita ut utriuſque ordinis viri [2] & in balneo cœnantes, & in publico percuterentur: Papinianus ipſe ſecuri percuſſus ſit, improbante Baſſiano quod non gladio res peracta ſit. Ventum denique eſt uſque ad ſeditionem urbanicianorum militum: quos quidem [3] non levi autoritate Baſſianus compreſſit, [4] tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto: ut alii, relegato. Ipſe autem tantum timuit ut loricam ſub lato habens clavo, etiam Curiam ſit ingreſſus, atque ita rationem facti ſui & necis Geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Helvius Pertinax, filius Pertinacis, qui poſtea eſt ab eodem Baſſiano interemptus, recitanti Fauſtino prætori & dicenti, *Sarmaticus maximus & Parthicus maximus*, dixiſſe dicitur, *Adde &* GETICUS MAXIMUS, [5] quaſi Gotticus: [6] quod dictum altius in pectus Baſſiani deſcendit, ut poſtea nece Pertinacis eſt approbatum: nec ſolum Pertinacis, ſed & aliorum, ut ſupra dictum eſt, paſſim & inique. Helvium autem etiam ſuſpectum habuit

SALMASIUS.

1 *Ita ut utriuſque ordinis viri & in balneo cœnantes.*] Diſtinctione tantum hic locus corrigendus: *ita ut utriuſque ordinis viri & in balneo, cœnantes, & in publico percuterentur.*

CASAUBONUS.

2 *Et in balneo cœnantes.*] Emendabamus ſupra, *& in balneo & cœnantes.* confirmant verba Spartiani in Caracallo: *Cædes deinde in omnibus locis, & in balneis factæ: occiſique etiam nonnulli cœnantes.* ibidem exemplum eſt occiſi inter epulas, Severus Sammonicus; in balneis vero appetiti, Cilo, ut ex Dione obſervamus. atque eam hiſtoriam videtur alludere mox auctor, cum de motu urbanicianorum loquitur.

3 *Non levi auctoritate.*] Quam alibi vocat cenſuram, hic *auctoritatem*: nam pro ſeveritate ponitur iſto loco.

4 *Tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto.*] Ita Dio: ὁ δὲ δὴ χιλίαρχος ὁ κελευσθεὶς αὐτὸν φονεῦσαι, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ συμπεμφθέντες αὐτῷ ἀνῃρέθησαν.

5 *Quaſi Gotticus.*] Nam Getæ dicebantur tum, qui poſtea Gothi vel Gotti. ut eſt in Caracallo.

GRUTERUS.

6 *Quod dictum altius in pectus Baſſiani deſcendit.*] Neque injuria: erat enim nimis ambigue dictum & in interpretationem ſequiorem pronius. huiuſmodi dicacitates per jugulum fere redire, pluribus docui ad Taciti librum v. Annalium cap. 2. *Fuſius dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis irridere ſolitus, quarum apud præpotentes in longum memoria eſt.*

habuit affectatæ tyrannidis [1] quod eſſet in amore omnium, & filius Pertinacis imperatoris: quæ res nulli
7 facile privato ſatis tuta eſt. [2] Funus Getæ accuratius fuiſſe dicitur quam ejus qui à fratre videretur occiſus. [3] Illatuſque eſt majorum ſepulchro, hoc eſt Severi, quod eſt in Appia via euntibus ad portam dextrum, [4] ſpecie Septizonii extructum, quod ſibi ille vivus ornaverat. Occidere voluit & matrem Getæ, novercam ſuam, quod fratrem lugeret, & mulieres [5] quas poſt reditum de Curia flentes reperit. Fuit præterea ejus immanitatis Antoninus, [6] ut iis præcipue blandiretur quos ad necem deſtinabat, ut ejus magis blandimentum timeretur quam iracundia. Mirum ſane omnibus videbatur quod mortem Getæ toties ipſe etiam fleret

1 *Quod eſſet in amore omnium, & filius Pertinacis Imperatoris; quæ res nulli facile privato ſatis tuta eſt.*] Vere. unde legimus apud Tacitum libro 4. Hiſt. cap. 80. *Iiſdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici jubet; manſuram diſcordiam obtendens, ni ſemina belli reſtinxiſſet*; ubi nos ſuper hac re plura.

2 *Funus Getæ accuratius fuiſſe dicitur, quam ejus qui à fratre videretur occiſus.*] Satis ſtulte: immo ita fieri oportebat, ut palam faceret, non occidiſſe fratrem, niſi ſalutis ſuæ tuendæ; non ſimultatis, non odii cauſſa. de qua ſimulatione, non protrita adduximus ad illud Taciti lib. XIV. Annal. c. 3. *Additurum Principem defunctæ templum, & aras, & cetera oſtentandæ pietatis.* Acute nimis Lucius Piſo: *& periiſſe Germanicum multi jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.* ad quem locum nos quoque non inepta; noſtro quidem judicio.

SALMASIUS.

4 *Specie ſeptizonii extructum.*] Palatinus: *ſeptizodii.* de quo ſupra diximus.

CASAUBONUS.

3 *Illatuſque eſt majorum ſepulcro, hoc eſt Severi.*] Non eſt adſcititia gloſſa; ſed neceſſaria explicatio. Majorum appellatione ſolent venire pater, avus & qui ſupra hunc aſcendunt. hic ſolus pater Getæ poteſt intelligi: ideo interpretatio eſt adjecta. *majorum* autem *ſepulcrum* dixit, ex communi adulantium uſu loquendi, qui ad majorem honorificentiam ſic potius dicebant, quam patris ſepulcrum. Adde quod Severus in Antoninorum familiam, quorum ibi monumenta erant, ſe inſerebat: qua ratione potuit dici recte de Geta eum illatum eſſe ſepulcro majorum. de hoc monumento ad Severum diximus.

5 *Quas poſt reditum de Curia.*] Cum ſub veſperam occiſus fuiſſet Geta, (περὶ δείλην ait Herodianus) confeſtim delatus parricida in prætoriana caſtra, ibi pernoctavit: mane diei ſequentis venit in Curiam: inde redit in Palatium. de hoc reditu nunc auctor loquitur. oblitus nempe prioris ſententiæ iis conſentit, qui parricidium in Urbe tradunt admiſſum.

6 *Ut iis præcipue blandiretur, quos ad necem deſtinabat.*] In vita: *eos quos occidere parabat, affabiliter eſt locutus:* ibidem & de luctu ob necem Getæ.

fleret quoties nominis ejus mentio fieret, & quoties imago videretur aut ſtatua. Varietas autem tanta fuit Antonini Baſſiani, imo tanta ſitis cædis, ut modo fautores Getæ, modo inimicos occideret, quos fors obtuliſſet. quo facto magis Geta deſiderabatur.

[1]JULII CAPITOLINI
OPILIUS MACRINUS,
AD
DIOCLETIANUM AUG.

[2]VITÆ illorum principum, ſeu tyrannorum, ſive 1
Cæſarum, qui non diu imperaverunt, in ob-
ſcuro latent, idcirco quod neque de privata eorum vi-
ta digna ſunt quæ dicantur, quum omnino ne ſciren-
tur quidem, niſi aſpiraſſent ad imperium: & de impe-
rio quod non diu tenuerunt, non multa dici poſſunt:
[3]nos tamen [4]ex diverſis hiſtoricis eruta in lucem pro-
feremus, & ea quidem quæ memoratu digna erunt.

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Vetera excerpta Spartiani non Julio Capitolino, ſed Spartiano aſcribunt hanc vitam ut & ſequentem Diadumeni. & ſane qui Diadumeni vitæ auctor fuit, idem & vitam hanc Opilii ſcripſiſſe exiſtimandus eſt, ut pluribus oſtendemus in Diadumeno, cujus auctor aperte profitetur ſe non junxiſſe vitam filii patris geſtis, ſed ſpecialem ejus expoſitionem edidiſſe, propter Antoninorum nomen. cum igitur Diadumenus Antoninus vocaretur, neceſſario reliquis Antoninis jungendus fuit & ante patrem Macrinum ſcribendus. itaque hoc ordine poſitæ reperiuntur hæ vitæ in optimis & vetuſtiſſimis quibuſque exemplaribus: *Antoninus Caracalla*, *Antoninus Geta*, *Diadumenus*, *Opilius Macrinus*: cujus ordinis rationem pluribus in Diadumeni vita exponemus.

3 *Nos tamen ex diverſis hiſtoriis eruta in lucem proferemus.*] Melius: *ex diverſis hiſtoricis eruta.*

CASAUBONUS.

2 *Vitæ illorum principum ſeu tyrannorum ſ.*] Confer cum principio vitæ Peſcennii. Similia & in Avidio Caſſio, & in Albino, & aliis locis horum librorum.

4 *Ex diverſis hiſtoriis eruta in lucem proferemus.*] Erat in omnibus, *erutam lucem prof.* inepte. emendavimus & hæc & alia multa è libro regio, & altero Puteanorum. Similia his in fine vitæ.

[1] Non enim eſt quiſquam in vita qui non ad diem quodcunque fecerit: ſed ejus [2] qui vitas aliorum ſcribere orditur, officium eſt digna cognitione perſcribere. [3] Et Junio quidem Cordo ſtudium fuit eorum imperatorum vitas edere quos obſcuriores videbat: qui non multum profecit. Nam & pauca reperit & indigna memoratu, aſſerens ſe minima quæque perſequuturum: quaſi vel de Trajano, aut Pio, aut Marco ſciendum ſit, quoties proceſſerit, [4] quando cibos variaverit; & quando veſtem mutaverit, & quos quando promoverit: [5] quæ ille omnia exequendo libros mythiſtoriis replevit talia ſcribendo, quum omnino rerum vilium aut nulla ſcribenda ſint, [6] aut nimis pauca, [7] ſi tamen ex his mores poſſint animadverti, qui revera ſciendi ſunt: [8] ſed ex parte, ut ex ea cætera colligan-

1 *Non enim eſt quiſquam in vita qui non ad diem quodcunque fecerit.*] Nihil cenſeo mutandum. *ad diem*, eſt cottidie. *quodcunque facere*, ſaltem aliquid, qualecunque illud ſit. Nemo eſt mortalium, ait, qui tantiſpes dum vivit, non quotidie aliquid agat: ſed non quicquid agitur eſt ἀξιαπήγητον & hiſtoria dignum.

2 *Qui vitas aliorum ſcribere orditur.*] *Aliorum* dixit, pro *aliquorum*: niſi ita ſcribendum.

3 *Et Junio quidem Cordo ſtudium fuit.*] Paſſim in his libris reprehenditur Ælius Junius Cordus, tanquam λεπτολόγος, & ſcriptor minutiarum. ut in Clodio Albino à Julio Capitolino: & in Gordianis, itemque Maximo & Balbino; quæ vitæ ab eodem Capitolino ſunt ſcriptæ.

4 *Quando cibos variaverit.*] Scribe, *quomodo*. error ex compendio ſcripturæ *quando*.

5 *Quæ ille omnia exequendo libros mythiſtoriis replevit talia ſcribendo.*] Poterant iſta abeſſe, *talia ſcribendo*. nam affine βαττολογίᾳ eſt, *quæ ille omnia exequendo*, & *talia ſcribendo*. Hiſtoriam veram, ſed fabulis falſis mixtam, & in qua multa frivola, vocat μυθιστορίαν. aliud eſt apud Suetonium in Tiberio *hiſtoria fabularis*, παλαιῶν καὶ ποιητικῶν μύθων ἱστορία. Vopiſcus in Firmo tyranno: *Marius Maximus homo omnium verboſiſſimus, qui & mythiſtoricis ſe voluminibus implicavit.*

SALMASIUS.

6 *Aut nimis pauca, ſi tamen ex his mores poſſunt animadverti.*] Ex minimis enim rebus & vilibus melius aliquando poſſe magnorum virorum mores perſpici, quam ex magnis & glorioſis geſtis teſtatur alicubi Plutarchus.

CASAUBONUS.

7 *Si tamen ex his mores poſſint animadverti.*] Quaſi dicat: & illa quoque tum demum digna ſcriptione ſunt judicanda, cum ex his mores poſſunt animadverti. eandem ſententiam in Plutarchi vitis non ſemel legas.

8 *Sed ex parte, ut ex ea cætera colligantur.*] Malim, *ſed ex parte, ut ex eo cætera coll.*

1 OPI-

ligantur. Occiſo ergo Antonino Baſſiano, [1] OPILIUS MACRINUS præfectus prætorio ejus, [2] qui antea privatas curabat, imperium arripuit, [3] humili natus loco, & animi atque oris inverecundi: ſeque [4] nunc *Severum* nunc 2

1 OPILIUS MACRINUS.] Conſtanter in libris OPILIUS, non OPPILIUS, ut in antiquo lapide apud Onuphrium: cui conſentiunt nummi omnes, in quibus eſt OPEL. & Græce, ΟΠΕΛ. Fuit autem Macrinus natione Maurus, domo ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας. ita Dio apud Xiphilinum in vulgatis codicibus. ſed nulla ejus nominis urbs in Mauritania fuiſſe proditur. ideo ſcribebat vir optim. Fridericus Sylburgius noſter, ἀπὸ τῆς ἐκ Σιτιφείας Καισαρείας. ego non memini legere apud Ptolemæum aut alium veterum Græcorum Σιτιφείαν pro nomine provinciæ. ſemper enim Cæſarenſem eam partem Mauritaniæ cognominant, non Sitifenſem, ut quidam Latinorum. Malim igitur apud Dionem, ἀπὸ Ἰωλίας Καισαρείας. nota urbs quæ in Ptolemæi libris, modo Ἰωλία Καισαρεία dicitur, modo Ἰὼλ Καισαρεία, ut in antiquo nummo, COL. IOL. CÆSAREA. IUBÆ. REG. de hac puto accipiendos Macrini eos nummos in quibus hæc ſunt ſculpta: ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΚΑΙΣΑΡΙΑΣ. Locus Dionis ante multa ſecula varie cepit corrumpi: nam in Excerptis è Dione quæ in vetuſto quodam codice regiæ bibliothecæ invenimus, non aliter ſcriptum erat, quam ut apud Zonaram, τὸ γένος Μαῦρος ἀπὸ Σικελίας: omiſſa voce Καισαρείας. Cedrenus, aut is à quo ſumit Cedrenus, aliter videtur legiſſe, qui dicat fuiſſe Macrinum Μαῦρον Καππαδόκην. nimirum quia & in Cappadocia oppidum fuit Cæſarea. ſed hoc ridiculum.

2 *Qui anteà privatas curabat.*] Melius, *curarat*. De privatarum rerum procuratore dictum ad Severum. Peritiam legum & rerum forenſium uſum tribuunt Macrino veteres.

SALMASIUS.

2 *Qui antea privatas curabat, imperium arripuit.*] Nemo eſt qui hanc lectionem culpare poſſit vel audeat, præſertim cum res nota ſit, Macrinum privatas curaſſe. ſed nec culpandus ille qui diverſam lectionem ex manuſcriptis codicibus & veteribus excuſis erutam non diſſimulaverit, eamque defendere conatus fuerit, ea igitur hæc eſt: *Opilius Macrinus, præfectus prætorio ejus, qui antea privatus cubabat, imperium arripuit. privatus cubabat*, eleganti locutione pro qui privatus erat. Nam omnes ſub imperio præter imperatorem privati cenſentur, etſi in magnis, immo maximis & ſummis dignitatibus poſiti. Vopiſcus in vita Probi: *tam privatus quam imperator nobiliſſimis virtutibus claruit*. Opilium igitur Macrinum qui antea privatus eſſet, atque humili quidem natus loco imperium arripuiſſe. cui tamen vulgatam placebit retinere, retineat, non me invito id facturus.

GRUTERUS.

2 *Qui antea privatas curarat.*] Ita auſus ſum ſcribere, non *curabat*, quod reperiſſem in utroque Palatino *cubabat*.

CASAUBONUS.

3 *Humili natus loco.*] Fatetur ipſe in epiſtola quam ſcribit ad ſenatum, apud Herodianum, ſe ex equeſtri ordine ad imperium aſcendiſſe. ſed origo illi ne equeſtris quidem: nam ſero tandem jure aureorum anulorum donatus eſt, ut paulo mox ex Aurelio Victore narratur.

4 *Nunc Severum, nunc Antoninum.*] Nondum invenimus ullum monumentum ubi vocaretur Antoninus. nam in nummis quos aut ipſi vidimus, aut viri docti deſcripſerunt, SEVERUS,

nunc *Antoninum*, quum in odio eſſet omnium & hominum, & militum, nuncupavit. [1] Statimque ad bellum Parthicum profectus, [2] & vindicandi ſe de militibus, [3] & rumoribus quibus premebatur adoleſcendi poteſtatem dempſit: [4] quamvis ſenatus eum imperatorem odio Antonini Baſſiani libenter acceperit, quum in ſenatu omnibus una vox eſſet, [5] *quemvis magis quam parricidam, quemvis magis quam inceſtum, quemvis magis quam impurum, quemvis magis quam interfectorem & ſenatus & populi*. Et mirum omnibus fortaſſe videatur cur

VERUS, ſemper nuncupatur, nunquam ANTONINUS. in antiquo lapide nominatur AURELIUS. quod mirum eſt ſilere hiſtoricos.

1 *Statimque ab bellum Parthicum profectus.*] Adverſus Artabanum qui jam imminebat, ſine moʀa ductus eſt exercitus. Nugatur Zoſimus inſigniter qui Macrinum à prætorianis Romæ imperium ſcribit accepiſſe.

2 *Et vindicandi ſe de militibus.*] Dele τὸ *de*, quæ vocula in hanc editionem è ſcriptis neſcio quomodo irrepſit. Herodianus aliis verbis idem dixit: *οἱ στρατιῶται τὴν ἀνάζευξιν τοῦ πράγματος ὁρῶντες περιττεύοντα*. verſuto prorſus conſilio Macrinus ſtatim poſt occupatum imperium militem contra hoſtem duxit: ut ante novo imperio aſſueſcerent, quam otium haberent inquirendi in originem ſuam aut mores, & capita conferendi, quo ſe ab illegitimo principe vindicarent: de quo ſiniſtri jam rumores totis caſtris inſuſurrabantur. ſed hos rumuſculos Macrinus hoc facto extinxit, adhuc naſcentes necdum confirmatos. In regio offendimus, *& judicandi de ſe militibus*.

SALMASIUS.

2 *Et vindicandi ſe de militibus.*] Vet. ed. *indicandi*. ex qua lectione libenter fecerim: *& judicandi de ſe militibus, & rumoribus quibus premebatur poteſtatem dempſit*. cavit enim hoc conſilio Macrinus, ne milites in ſe & ſuam vitam inquirere, ac de ſe judicare poſſent. filum orationis oſtendit ita omnino legendum eſſe.

3 *Et rumoribus quibus premebatur poteſtatem dempſit.*] *Seu rumoribus quibus premebatur*, in edit. Mediolan. *ſeu* pro *&* apud recentiores paſſim.

GRUTERUS.

2 *Et judicandi de ſe militibus.*] Exhibui ſcripturam membranarum Palatinarum tanto ſecurius, quod etiam exſtaret in codice Regio. prius editi, *& vindicandi ſe de militibus*. aut, *& vindicandi ſe militibus*. quorum neutrum ſatisfacit.

CASAUBONUS.

4 *Quamvis ſenatus eum imperatorem odio Antonini Baſſiani libenter acceperit.*] Herodian. οὐχ οὕτω δὲ εὔφραινε τοὺς, (loquitur de ſenatu) ἡ Μακρίνου διαδοχὴ, ὡς ὑπερήδοντό τε καὶ πανδημεὶ ἑώρταζον ἐπὶ τῇ Ἀντωνίνου ἀπαλλαγῇ.

5 *Quemvis magis quam parricidam.*] Hæc deſumpta ſunt ex acclamationibus ſenatus, cum in curia recitatæ ſunt literæ Macrini. Herodianus poſt deſcriptam Macrini epiſtolam ſive orationem, ut paullo poſt vocatur à Capitolino, ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς εὐφημεῖ αὐτὸν ἡ σύγκλητος. id eſt, ſenatus Macrinum fauſtis acclamationibus eſt proſecutus.

[1] cur *Diadumenus* filius Macrini, *Antoninus* voluerit nuncupari, quum autor necis Antoninianæ fuiſſe dicatur. De ipſo quæ in annales relata ſunt, proferam. Vates Cæleſtis apud Carthaginem [2] quæ deo repleta 3
ſolebat vera canere, ſub Antonino Pio, [3] quum ſciſcitante proconſule de ſtatu, ut ſolebat, publico, & de ſuo imperio, futura prædiceret, ubi ad principes ventum eſt, clara voce numerari juſſit, quoties diceret *Antoninum*. Tuncque attentis omnibus, *Antonini* nomen *Auguſti* octavo edidit. Sed credentibus cunctis quod VIII. annis Antoninus Pius imperaturus eſſet, [4] & ille tranſcendit hunc annorum numerum: & [5] conſtitit

1 *Cur Diadumenus filius Macrini Antoninus voluerit nuncupari.*] Quid? ut Diadumenus filius Macrini ipſe nomen Antonini non patris voluntate, ſed ſua ſponte aſſumſerit? hoc abſurdum eſt; cum puer eſſet novem annorum: & certum ſit nihil aliud illum in hoc toto negotio, niſi patris voluntati eſſe obſecutum. ſed longe abſurdiſſimum quod ſubjicitur: *quum auctor necis Antoninianæ fuiſſe dicatur.* nemo dubitabit hæc de filio Macrini tam falſo dici, quam dicuntur vere de patre. Lego igitur, *cur Diadumenum filium Macrinus Antoninum voluerit nuncup.* ſic ſtatim, & infra ſæpius.

2 *Quæ deo repleta ſolebat vera canere.*] Regius, *ſolet.* neque dubitamus Julium Capitolinum, etſi temporibus Conſtantini vixit, fuiſſe gentium erroribus implicitum. de his vaticinationibus iterum idem in Pertinace. Dio quoque in Macrino meminit vaticinii in Africa editi: ſed locum non addit.

GRUTERUS.

1 *Cur Diadumenus filius Macrini, Antoninus voluerit nuncupari, &c.*] Sic quoque uterque Palatinus. ſed nihil certius emendatione Caſauboniana, *cur Diadumenum filium Macrinus Antoninum voluerit, &c.*

2 *Quæ Deo repleta ſolet vera canere, &c.*] Concordat in hanc lectionem etiam Palatinus integer, item à calamo primo ſecundus qui excerpta complectitur. vulgati, *ſolebat.*

SALMASIUS.

2 *Quæ Deo repleta ſolebat vera canere.*] Inde *veratores* dicti qui vera canerent, vates nimirum, & harioli, ceterique divini. hinc *veratura*, in antiquis Burgundionum legibus pro divinatione quam edunt harioli & ſortilegi de rebus quas quiſque perdidit, quo loco & penes quem inveniendæ ſint. tit. XVI. *ſi vero regius extiterit, & veraturas acceperit, & is qui judicat invenire non potuerit, furtum quod ſe perdere mentiebatur diſſolvat in ſimplum.* ubi tamen *veratura* pretium potius eſt, & merces quæ pro divinatione datur hariolo, quam ipſa divinatio.

3 *Quum ſciſcitante proconſule.*] Melius: *cum ſciſcitanti proconſuli de ſtatu, ut ſolebat, publico & de ſuo imperio futura prædiceret.*

CASAUBONUS.

4 *Et ille tranſcendit hunc an.*] Planior ſententia, ſi legas: *ubi ille tranſcendit hunc annorum numerum, conſtitit a.*

5 *Conſtitit apud credentes.*] Id eſt apud eos qui oraculis fidem habere ſolent; non enim omnes habebant.

Sed

ſtitit apud credentes [1] vel tunc vel poſtea per vatem aliud deſignatum. Denique adnumeratis omnibus qui Antonini appellati ſunt, is Antoninorum numerus invenitur. Enimvero Pius primus, Marcus ſecundus, Verus tertius; Commodus quartus, quintus Caracallus, ſextus Geta, ſeptimus Diadumenus, octavus Heliogabalus, Antonini fuere. Nec inter Antoninos referendi ſunt duo Gordiani: qui [2] aut prænomen tantum Antoninorum habuerunt, aut etiam [3] Antonii dicti ſunt, non Antonini. Inde eſt quod ſe & Severus Antoninum vocavit, & plurimi fuerunt, & Pertinax & Julianus, & idem Macrinus. Et ab ipſis Antoninis qui veri ſucceſſores Antonini fuerunt, hoc nomen magis quam proprium retentum eſt. Hæc alii. Sed alii idcirco Antoninum Diadumenum à Macrino patre appellatum ferunt, ut ſuſpicio à Macrino interfecti Antonini Baſſiani militibus tolleretur. Alii vero tantum deſiderium nominis hujus fuiſſe dicunt, [4] ut niſi populus & milites Antonini nomen audirent, [5] imperatorium non putarent.
4 Et de Macrino quidem in ſenatu à multis quando nuntiatum eſt Varium Heliogabalum imperatorem, [6] quum jam Cæſarem Alexandrum ſenatus

Sed fuit aliquando nobis ſuſpicio, è nota quam aliquis lector Chriſtianus appoſuerat, orta illa, *apud credentes.* Dicuntur *conſtare* quæ evidentem probationem habent, & quorum certa fides. pius lector quem offendebat id verbum falſis vaticiniis attributum, ad vocem *conſtitit* notam appoſuerat, *apud credentes.*

1 *Vel tunc vel poſtea.*] Ita loquitur, quia ut ſupra dicebamus de ominibus, ſic & oracula fidem ex eventu capiebant. nemo igitur, aut admodum pauci, fidem illis habebat, cum ederentur: ſed poſtquam res evenerant.

2 *Aut prænomen tantum.*] Non autem verum nomen. expoſuimus ad Marcum Antoninum. vide infra in Diadumeno.

3 *Antonii dicti ſunt, non Antonini.*] De hoc ad librum ejuſdem Capitolini de Gordianis.

5 *Imperatorium non putarent.*] Lege, ut in regio, *imperium n. p.*

6 *Quum jam Cæſarem Alexandrum ſenatus dixiſſet.*] Dictus eſt enim à ſenatu Cæſar mortuo Macrino.

GRUTERUS.

4 *Ut niſi populus & milites Antonini nomen audirent, imperium non putarent.*] Sic codex Regius: nam Palatinus cavet vulgatæ, *imperatorium*; quod cur minus feramus, facit locus Diadumeni capite principe, *ingens mœror obſedit omnium pectora, quod Antoninum in Republica non haberent, exiſtimantium quod cum eo Romanum eſſet imperium periturum.*

1 *Aure-*

natus dixiſſet, ea dicta ſunt, ut appareat ignobilem, ſordidum, ſpurcum fuiſſe. Verba denique [1] Aurelii Victoris, [2] qui Primo cognomen erat, hæc fuerunt: [3] *Macrinum libertinum hominem proſtibulum, ſervilibus officiis occupatum in domo imperatoria, venali fide, vita ſordida ſub Commodo, à Severo remotum etiam à miſerrimis officiis, relegatumque in Africam: ubi ut infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dediſſe, [4] egiſſe cauſulas, declamaſſe, jus poſtremo dixiſſe.* [5] *Donatum autem anulis*

CASAUBONUS.

1 *Aurelii Victoris cui Primo cognomen erat.*] Liber regius, *cui Pinio.* quæ ſcriptio fortean ex uſitato ſcripturæ compendio nata. alius hic ab Aurelio Victore cujus opuſculum de vitis Auguſtorum elegantiſſimum publicavit vir eruditiſſimus Andreas Schottus. Fuiſſe Aurelios Victores multos, antiquæ inſcriptiones fidem faciunt: in quibus minimum quatuor nomine & cognomine eodem eſt invenire. iccirco huic etiam agnomen eſt adjectum.

GRUTERUS.

1 *Aurelii Victoris cui Pinio cognomen erat.*] Vulgati prius, *cui Primo:* ſed alterum conſpicitur & in Pal. & Regio codice. nimirum in Inſcriptionibus noſtris decem amplius occurrunt *Aurelii Victores:* itaque ipſimet aliquando aliud adhuc ſibi adſumebant agnomen: quemadmodum in iiſdem Epigrammatis orbis Romani, occurrit *Aurelius Victor Augentius,* item *Aurelius Victor Frontinus.*

SALMASIUS.

2 *Cui Primo cognomen erat.*] *Cui Pinio cognomen erat.* ita Pal *Pinius* & *Pinnius*, nomen Romanum. in vetuſtis inſcriptionibus habetur, *L. Pinnius Celer* & *L. Pinnius Celſus.* ſed ibi nomen, heic cognomen eſt.

3 *Macrinum libertinum hominem, proſtibulum.*] Diſtingue: *Macrinum libertinum, hominem proſtibulum.* homo proſtibulus, ut ſupra in vita Commodi, *mancipia proſtibula.*

4 *Egiſſe cauſulas.*] Pal. cum Med. editione: *egiſſe clauſulas.* mendoſe.

5 *Donatum autem annulis aureis.*] Libertini, qualis hic Macrinus, qui aureis annulis donabantur, equites Romani fiebant, ut notum eſt. de jure hoc vel honore aureorum annulorum elegantes ſunt verſus Statii in lacrimis Etruſci, qui & peſſime leguntur, & pejus etiam intelliguntur.

Mutavitque genus, lævaque ignobile ferrum
Exuit, & celſo natorum æquavit honore.

Is de quo loquitur ibi poëta, libertinus fuit, cui genus mutavit imperator & pro libertino equitem fecit, & pro ferreis annulis, quales libertini generis homines gerebant, aureos dedit qui equitum proprii. Viri verò docti locum illum Papinii de jure trium liberorum accipiunt. ſed libenter conſcientiam eorum interrogarem, an celſum honorem jus trium liberorum recte ſatis & convenienter dici poſſe exiſtiment? aut quæ celſitudo in illo jure vel honore? deinde mihi dicant, quam bene ac Latine dici putent, aliquem æquari celſo natorum honore, pro jure trium liberorum donari? tam abſurdam ſententiam viris adeo doctis & ingenioſis miror excidiſſe. ſed illis impoſuit parva menda qua poſtremus verſiculus eſt inquinatus, & quæ ſic eluenda eſt:

— lævaque ignobile ferrum
Exuit

anulis aureis, [1] *patrocinante ſibi liberto ſuo Feſto*, [2] *advocatum fiſci factum ſub Vero Antonino.* Sed & hæc dubia ponuntur, & alia dicuntur ab aliis quæ ipſa quoque non tacebimus. Nam plerique gladiatoriam pugnam eum exhibuiſſe dixerunt: Et accepta rudi, ad Africam iſſe venatorem primo, poſt etiam tabellionem fuiſſe, deinceps advocatum fuiſſe fiſci: ex quo officio ad ampliſſima quæque pervenit. Deinde [3] quum eſſet præfectus prætorio collega ablegato, Antoninum Caracallum imperatorem ſuum interemit [4] tanta fictione ut

Exuit, & celſe natorum æquavit honori. ſpecta quantum momentum attulerit, & quantam ſententiæ & lectionis diverſitatem fecerit minima duarum litterarum mutatio? celſe nati ſunt equites, quorum honori is æquatur, qui exutis annulis ferreis, aureos induit, ſibi à principe conceſſos. celſi equites paſſim dicuntur quaſi perpetuo proprioque epitheto:

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.

Ovidio *celſus eques.* hinc celſe nati, ſunt equeſtri genere nati. verbum non addam in re nota.

1 *Patrocinante ſibi liberto ſuo Feſto.*] Pal. *patrocinante non liberto ſuo.* at vetus editio: *patrocinante ſibi vero liberto ſuo.* aliquid heic vitii latere ſuſpicor. nec puto veriſimile Macrino tam potentem fuiſſe libertum, ut ejus patrocinio advocationem fiſci potuerit emeruiſſe. diſtinguendum forte & legendum ſic: *donatum autem aureis annulis, patrocinante mox liberto Severi Feſto advocatum fiſci factum à Severo vel Antonino.* cum ſcriptum eſſet *Sev.* pro *Severi*, factum eſt *ſuo*. Narrat Dio in fragmentis, amici cujuſdam patrocinio Macrinum Plautiano innotuiſſe, & procuratorem ejus extitiſſe, & cum eodem pæne periiſſe niſi Cilo ſervaſſet. poſtea Severo præfectum vehiculorum factum per Flaminiam diſcurrentium. περὶ δὲ Ἀντωνῖνον, inquit, ὀνόματά τινα ἐπιτροπείας ὀλιγοχρονίους λαβὼν ἔπαρχος ἀπεδείχθη. hæc omnia quam diverſe ab his quæ heic ſcribit Aurelius Victor de promotionibus Macrini, & dignitatum incrementis!

GRUTERUS.

4 *Tanta fictione, ut ab eo, &c.*] Etiam habet Palatinus noſter illud aliorum *factione*, quod tamen heic minus convenit, ut & ab aliis jam dictum.

CASAUBONUS.

2 *Advocatum fiſci factum, ſub Vero Antonino.*] Fortaſſe, *ſub Severo, vel Antonino.* malim tamen, *ſub Ant.* inducta voce *Vero*: quam conſtat eſſe mendoſam.

3 *Cum eſſet præf. præt. collega ablegato.*] Collega hic eſt Ecdecianus Adventus, cujus mentio in lege prima Cod. De ſententiam paſſis. Herodiani codices Αὔδεντον male nominant. Hunc autem quomodo ablegarit Macrinus, non dicunt veteres: ſed ipſe auctor ſe explicat mox de miſſo Romam corpore Caracallæ loquens. auctor eſt Herodianus delatum huic imperium prius quam Macrino, verum illum propter ætatem recuſaſſe. quod videtur aſtu Macrini factum: hæc certe cauſſa cur dicatur ſibi ab eo timuiſſe. cæterum Dio hic aliter.

4 *Tanta fictione, ut ab eo non videretur occiſus.*] Omnes membranæ *factione.* ego non poſſum damnare alteram

ut ab eo non videretur occiſus. Nam ſtratore ejus redempto, & ſpe ingenti propoſita, id egit ut quaſi militaribus inſidiis, [1] quod vel ob parricidium vel inceſtum diſpliceret, interemptus diceretur. [2] Statim denique arripuit imperium, filio Diadumeno in participatum aſcito, quem continuo (ut diximus) Antoninum appellari à militibus juſſit. [3] Deinde corpus Antonini Romam remiſit ſepulchris majorum inferendum. Mandavit collegæ dudum ſuo præfecto prætorii, ut munus ſuum curaret, ac præcipue Antoninum honorabiliter ſepeliret ducto funere regio: quod ſciebat ob veſtimenta populo & congiaria data, multum Antoninum à plebe dilectum. Accedebat etiam illud quod militarem motum timebat, ne eo interveniente, ſuum impediretur imperium quod raptum ierat, ſed quaſi invitus acceperat, *ut ſunt homines qui ad ea ſe cogi dicunt, quæ vel ſceleribus comparant*. Timuit autem etiam collegam ne & ipſe imperare cuperet, ſperantibus cunctis [4] quod ſi unius numeri conſenſus accederet, neque

teram lectionem: quæ auctoris menti videtur hic convenientior. nam quod mox ſequitur in oratione Macrini ad ſenatum, *cui & ipſe utique vindicandam factionem mandaſſet*, aliam habet ſententiam. Capitolinus enim de diſſimulatione loquitur, qua uſus Macrinus in hoc negotio. optime rem indicat Herodianus, ut cum ait: καὶ πρῶτος ὁ Μακρῖνος ἐπιστὰς τῷ πτώματι, ὀλοφύρεσθαί τε καὶ θρηνεῖν προσεποιεῖτο. nec moveor verbis Lampridii initio Heliogabali, *occiſo Macrini factione Antonino*. nam, ut dixi, alia ſententia hujus loci.

2 *Statim denique arripuit imperium.*] Non plane ſtatim; ſed quarto demum die, ut Dio; vel ſecundo, ut Herodianus. ἔμειναν ἡμέρας δύο ἀβασίλευτοι.

3 *Deinde corpus Antonini Romam remiſit.*] Herod. nec corpus miſſum, ſed reliquias in urna: nec Romam, ſed ad Juliam matrem quæ erat Antiochiæ.

GRUTERUS.

1 *Quod vel ob parricidium, vel inceſtum diſpliceret.*] Nimirum ea erat bonitate morum miles populuſque Romanus, ut arbitrarentur Principem omnibus modis vitioſum vivere exitio ſuo, ſuorumque omnium: veluti pluribus probatum mihi ad Taciti lib. XII. cap. 5. *Quin & inceſtum; ac ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet*. iterumque lib. XIX. cap. 2. *pervulgatum eſſe inceſtum gloriante matre; nec toleraturos milites profani Principis imperium.*

SALMASIUS.

4 *Quod ſi unius numeri conſenſus accederet.*] Palatinus & editio princeps: *conceſſus*. quod non temere rejiciendum: *concedere* enim pro conſentire, & *conceſſio* pro conſenſu apud optimos quoſque auctores pervulgatum eſt.

[1] neque ille recuſaret, & omnes cupidiſſime id facerent odio Macrini, vel propter vitam improbam, vel propter ignobilitatem, [2] quum omnes ſuperiores, nobiles fuiſſent imperatores. [3] Inſulſit præterea nomen Severi, quum illius nulla cognatione tangeretur: unde jocus extitit, *Sic Macrinus eſt Severus quomodo Diadumenus Antoninus*. Statim tamen ad delendum militum motum, ſtipendium & legionariis & prætorianis dedit ſolito uberius, utpote qui extenuare cuperet imperatoris occiſi crimen: *Profuitque pecunia, ut ſolet, cui innocentia prodeſſe non poterat*. Retentus eſt enim aliquanto

eſt. D. ad leg. Jul. de adult. *quod & in concubina dici poteſt, quam uxorem quis poſtea habuit, vel in filiasfamilias cujus conjunctioni pater poſtea conceſſit.* plura nos alibi obſervabimus. etiam infimi auctores ita uſurparunt. in formulis Marculfi: *conceſſio civium pro Epiſcopatu.* ubi *conceſſiu* eſt *conſenſio.* nam in fine illius formulæ legitur: *manu noſtra hunc conſenſum decrevimus roborare.*

CASAUBONUS.

1 *Neque ille recuſaret.*] Nam, ut modo diximus ex Herodiano, recuſabat Adventus, prætextu ætatis uſus. ſed mirum in tota hac narratione, imo toto hoc libro ejus viri nomen ne ſemel quidem eſſe poſitum.

2 *Cum omnes ſuperiores nobiles fuiſſent imperatores.*] Poteſt objici de Pertinace & Severo: ſed & hi, & ſi qui alii ante Macrinum ex humili loco orti ad imperium venerant, magnis rebus geſtis domi & militiæ majoribus ſuis præluxerant quod de Macrino dici minus poteſt.

3 *Inſulſit præterea nomen Severi.*] Reg. *in nomen.* ſed ſive *nomen* ſcribatur, ſive *in nomen*, verbum *inſulſit* parum conveniet. an igitur mutandum & ſcribendum *invaſit*? Græci dicunt ἐπιβατεύειν.

GRUTERUS.

3 *Inſulſit præterea nomen Severi.*] Sic & Pal. niſi quod idem quoque, *in nomen Severis*, ut hæream an non ſcribi poſſit, *Inſulſit in nomen Severi*; ut idem ſit cum eo quod habemus infra in Elagabalo cap. 7. *irreperet in nomen.* & cap. 9. *invaſerat in nomen.*

SALMASIUS.

3 *Inſulſit præterea nomen Severi cum illius nulla cognatione tangeretur.*] Locus haud dubie corruptus. quod minime tamen advertiſſe videntur viri docti. quid enim eſt, quæſo te, inſulcire nomen Severi? præivit nobis viam ad emendationem optimus liber toties à nobis memoratus, qui ſic habet: *inſulſit præterea in nomen Severis.* addita littera, & diſtinctione adhibita, veram habes lectionem: *inſulſit præterea in nomen Severi ſe, quum illius nulla cognatione tangeretur.* Dicit Macrinum ſe in nomen Severi inſulſiſſe, cum tamen ad illam familiam nulla adfinitate aut cognatione pertineret. *inſulcire ſe aliquo*, aut *aliquam rem inſulcire* oratio Latiniſſima. Frontinus περὶ στρατηγημάτων: *aliqui & jumento in averſam partem inſulſerunt, dum ſtationes tranſeunt.* quem locum perperam mutarunt homines eruditi. Seneca lib. III. de beneficiis cap. XVIII. *non eſt quod te iſti decipiant, qui cum majores ſuos recenſent, ubicumque nomen illuſtre defecit, illo Deum inſulciunt.* ita enim ex ſcriptura veteri locum illum reſtitui.

2 Homo

quanto tempore in imperio [1] homo vitiorum omnium. Ad ſenatum deinde literas miſit de morte Antonini, divum illum appellans, excuſanſque ſe, & jurans quod de cæde illius neſcierit. [2] Ita ſceleri ſuo, more hominum perditorum, junxit perjurium, [3] à quo incipere decuit hominem improbum, quum ad ſenatum ſcriberet. Intereſt ſcire cujuſmodi oratio fuerit qua ſe ex- 6
cuſavit, ut & impudentia hominis noſcatur & ſacrilegium à quo initium ſumpſit improbus imperator. Capita ex oratione Macrini & Diadumeni imperatorum. *Vellemus P. C. & incolumi Antonino noſtro, [4] & revecto cum triumpho veſtram clementiam videre. Tunc demum enim florente Rep. & omnes felices eſſemus, & ſub eo principe viveremus, quem nobis Antoninorum loco dii dederant. Verum quia id evenire per tumultum militarem non potuit, nuntiamus primum quid de nobis exercitus fecerit: deinde honores divinos (quod primum faciendum eſt) decernimus ei viro in cujus verba juravimus, [5] quum exercitus ultorem cædis Baſſiani neminem digniorem præfecto.*

CASAUBONUS.

1 *Homo vitiorum omnium.*] Græca locutio. ut apud Joh. Chryſoſtomum, τῆς πλεονεξίας ἐσμὲν καὶ τῆς ὑπονοίας. & ſimilia paſſim. Sic apud Tertullianum, *homo nullius boni.* initio libelli de patientia. apud Servium de Stoicis: *homines nimiæ virtutis.*

2 *A quo incipere decuit hominem improbum, cum ad ſenatum ſcriberet. Int.*] Muta diſtinctionem, & ſcribe, *à q. i. d. h. improbum. Cum ad ſenatum ſcriberet, intereſt ſcire c.*

5 *Cum exercitus ultorem cædis Baſſiani neminem digniorem præfecto ejus putavit.*] Refert & Herodianus capita quædam hujus orationis: ſed alia quam quæ hic ſunt deſcripta. quare nemo miretur hanc diverſitatem. ſunt enim, ut diximus, ejuſdem orationis diverſa capita. hanc ſane ſententiam totam de dignitate præf. præt. & quod ejus ſit vindicare factionem adverſus imperatorem, non prætermittit Herodianus, ſed aliis verbis effert: Nam ait ibi Macrinus, notam eſſe omnibus morum ſuorum probitatem, & τὸ πρᾶον τῆς διοικηθείσης ὑπ' ἐμοῦ πράξεως, οὐ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδεούσης. ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχοις τῶν στρατοπέδων πεπίστευται.

GRVTERVS.

3 *Ita ſceleri ſuo, more hominum perditorum, junxit perjurium, &c.*] Scilicet ita hominibus natura comparatum eſt, quaſi admiſſum facinus majore ſcelere tegere poſſent: quod ipſum plurimis oſtendimus exemplis, in Diſſertatiunculis noſtris.

SALMASIUS.

4 *Et revecto cum triumpho veſtram incolumentiam videre.*] *Et revecti cum triumpho.*

fecto ejus putavit, cui & ipſe utique vindicandam factionem mandaſſet ſi vivus deprendere potuiſſet. Et infra: *Detulerunt ad me imperium, cujus ego P. C. interim tutelam recepi: tenebo regimen, ſi & vobis placuerit quod militibus placuit: quibus & ſtipendium dedi, & omnia imperatorio more juſſi.* Item infra: *Diadumenum filium meum vobis notum, & imperio miles donavit, & nomine Antoninum videlicet appellans, ut cohoneſtaretur prius nomine, ſic etiam regni honore: quod vos P. C. bono fauſtoque omine approbetis petimus, ne vobis deſit Antoninorum nomen quod maxime diligitis.* Item infra: [1] *Antonino autem divinos honores & miles decrevit, & nos decrevimus: & vos P. C. ut decernatis,* [2] *quum poſſimus imperatorio jure præcipere, tamen rogamus, dicantes & duas ſtatuas equeſtres, pedeſtres duas habitu militari, ſedentes civili habitu duas: item divo Severo duas triumphales. Quæ omnia P. C. vos impleri jubebitis nobis religioſe pro*
7 *prioribus ambientibus.* Lectis igitur in ſenatu literis, contra opinionem omnium & [3] mortem Antonini ſenatus gratanter accepit, & Opilium Macrinum libertatem publicam curaturum ſperans, primum in patritios allegit, novum hominem, & [4] qui paulo ante procurator privatæ rei fuiſſet. Eundem, [5] quum ſcriba ponti-

CASAUBONUS.

1 *Antonino divinos honores miles decrevit.*] Vide initium vitæ ſequentis.

3 *Mortem Antonini ſenatus gratanter accepit.*] Regius, *graviter.* mendoſe: nam, ut ante dixit, odio Baſſiani, ſenatus imperatorem Macrinum libenter accepit. ſic autem accipitur ſæpe τὸ *gratanter*, pro κεχαρισμένως. Pollio in Gallienis, *quod & ſenatus, & urbs & omnis ætas gratanter accepit.* in Poſthumio tyranno, *ab omnibus Galliis Poſthumius gratanter acceptus.*

GRUTERUS.

2 *Cum poſſimus imperatorio jure præcipere, tamen rogamus.*] Videlicet *Roganti melius quam imperanti pareas*, ut loquitur Publius Syrus.

SALMASIUS.

4 *Qui paulo ante procurator privatæ rei fuiſſet.*] *Procurator privatæ fuiſſet*, in Palatino. & ſic ſæpe auctores loquuntur, ἐπίτροπος πριουάτης, in veteri ſaxo.

CASAUBONUS.

5 *Cum ſcriba Pontificum eſſet.*] Hoc eo ſpectat, ut doceat quam ex humili loco Macrinus ad imperium pervenerit. Scribarum Romæ ingens numerus, in certas decurias tributus: qui cum operam ſuam diverſis magiſtratibus locarent, cognominibus ex eo diver-

pontificum eſſet ([1]quos hodie *pontifices minores* vocant) Pontificem Max. appellavit, [2]Pii nomine decreto. [3]Diu tamen Lectis literis quum omnino nemo crederet de Antonini morte, ſilentium fuit. Sed poſteaquam conſtitit occiſum, ſenatus in eum velut in tyrannum invectus eſt. Denique ſtatim Macrino & proconſulare imperium, & poteſtatem tribunitiam detulerunt. Filium ſane ſuum quum ipſe Felicis nomen recepiſſet, ut ſuſpicionem occiſi à ſe Antonini Baſſiani removeret, *Antoninum* vocavit, *Diadumenum* antea dictum. Quod quidem etiam Varius Heliogabalus qui ſe Baſſiani filium diceret, homo ſordidiſſimus, & ex meretrice conceptus, idem poſtea nomen accepit. Denique verſus extant cujuſdam poëtæ, quibus oſtenditur, Antonini nomen cœpiſſe à Pio, & paullatim per Antoninos uſque ad ſordes ultimas perveniſſe: ſiquidem ſolus Marcus nomen illud ſanctum vitæ genere auxiſſe videtur, [4]Verus autem degeniaſſe, Commodus vero etiam

diverſis diſtinguebantur: ut quæſtorii, ædilitii, prætorii, alii. in his & pontificum ſcribæ: vetus lapis Romæ: LIVIVS. THEONA. AB. EPISTVLIS. GRÆCIS. SCRIBA. A. LIBRIS. PONTIFICALIBVS. Olim non nimis honeſtus ille ordo Romæ habitus: in quo plerique libertini qui pecunia locum illum emebant, ut in Verrinis auctor eſt Cicero. Cornelius Nepos in Eumene: *apud Romanos re vera ſicut ſunt mercenarii ſcribæ exiſtimantur: & apud Græcos è contrario, nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita: quod neceſſe omnium conſiliorum eum eſſe participem.*

1 *Quos hodie pontifices minores vocant.*] In antiquis inſcriptionibus, & majorum & minorum pontificum non ſemel fit mentio.

2 *Pii nomine decreto.*] Sed non recepit; ut poſtea ſubjicietur: ideo in nummis hoc nomen non invenitur. ut nec *Felicis*, quod tamen mox auctor dicit illum recepiſſe.

GRUTERUS.

3 *Diu tamen lectis litteris, cum omnino nemo crederet de Antonini morte, &c.*] Veritus quiſque ne tentaretur. videatur Suetonii Caligula ipſo capite ultimo.

SALMASIUS.

4 *Verus autem degeneraſſe.*] De nomine Antonini loquitur, cujus nominis ſanctitatem auxiſſe Marcus dicitur, degeneraſſe Verus, polluiſſe etiam Commodus. ſed *degeneraſſe*, illa ſignificatione poſitum nondum animadverti, & merito mihi ſuſpectum. nec dubito quin ejus loco legendum ſit, *degeniaſſe*. cujus verbi notio huic loco aptiſſima eſt. noſque in ſuperioribus illud verbum Latinitati vindicavimus, quod peregrinitatis damnaverant inſciti & inſiceti homines. *geniare* igitur & *degeniare* Latina ſunt verba. quorum compluria exempla ſuperius adduximus, neque heic videntur repetenda. Ergo ſacrati illius

etiam polluiſſe ſacrati nominis reverentiam. Jam quid de Caracallo Antonino, quidve de hoc poteſt dici? Poſtremo etiam quid de Heliogabalo, qui Antoninorum ultimus in ſumma impuritate vixiſſe memoratur?
8 Appellatus igitur imperator ſuſcepto bello contra Parthos, profectus eſt magno apparatu, ſtudens ſordes generis & prioris vitæ infamiam victoriæ magnitudine abolere. Sed conflictu habito contra Parthos, [1] defectu legionum quæ ad Varium Heliogabalum confugerant, interemptus eſt. [2] Sed anno amplius imperavit. Sane quum eſſet inferior in eo bello quod Antoninus geſſerat, [3] Artabane graviter necem ſuorum civium vindicante, primo Macrinus repugnavit: poſtea vero miſſis legatis petiit pacem, quam libenti animo interfecto Antonino Parthus conceſſit. Inde quum ſe Antiochiam recepiſſet, ac luxuriæ operam daret, juſtam cauſam interficiendi ſui præbuit exercitui, ac Baſſiani (ut putabatur) filium ſequendi, id eſt *Heliogabalum Baſſianum Varium*, qui poſtea & *Baſſianus* &
9 *Antoninus* appellatus eſt. [4] Fuit quædam mulier Mœſa, ſive

lius nominis reverentiam genere vitæ auxit Marcus, degeniavit Verus, & polluit Commodus. & ita ad extremas ſordes pervenit Antonini nomen, quod à Pio cœperat.

CASAUBONUS.

1 *Defectu legionum.*] *Defectu*, pro defectione. vide ad Heliogabalum.

2 *Sed anno amplius imperavit.*] Annum integrum & menſes duos, tribus diebus minus.

3 *Artabane graviter necem ſuorum vindicante.*] Ita & ſcripti. alii Artabanum dicunt, & Græci Ἀρτάβανος. hiſtoria quæ hic tangitur eſt apud Dionem & Herodianum in Caracallo.

4 *Fuit quædam mulier Mæſa, ſive Varia.*] Scribe ſemper *Mæſa* per *æ* non *œ*. Ad verbum transfert Herodianum, niſi quod illa adjicit, *ſive Varia*. Μαισὰ ἦν τις ὄνομα, τὸ γένος Φοίνισσα, ἀπὸ Ἐμέσου καλουμένης οὕτω πόλεως ἐν Φοινίκῃ. ἀδελφὴ δὲ ἐγεγόνει Ἰουλίας τῆς Σεβήρου γυναικὸς, Ἀντωνίνου δὲ μητρός. omittit poſtrema verba: quia & Capitolinus & Spartianus & alii Latini Juliam crediderunt, non matrem Antonini, ſed novercam; ut diximus ad ſuperiores libros. De VARIÆ nomine infra ad Heliogabalum. in nummis ſemper JULIA MÆSA. & quidem cum titulo AUG. Emiſſenæ urbis nomen Græcos varie extuliſſe, obſervat etiam Stephanus in Urbibus. Ptolem. Ἔμισσα.

GRUTERUS.

3 *Artabane graviter necem ſuorum civium vindicante.*] Sic quoque Palat.

SALMASIUS.

4 *Fuit quædam mulier Mæſa.*] *Fuit aliqua mulier Mæſa.* Palatinus.

ſive Varia, ex Emiſſena urbe, ſoror Juliæ uxoris Severi Pertinacis Afri, [1] quæ poſt mortem Antonini Baſſiani ex aulica domo fuerat expulſa per Macrini ſuperbiam: cui quidem omnia conceſſit Macrinus [2] quæ diu illa collegerat. [3] Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa, quarum majori filius erat Heliogabalus, qui & Baſſiani & Antonini nomen accepit. [4] Nam Heliogabalum Phœnices vocant ſolem. [5] Sed Heliogabalus

CASAUBONUS.

1 *Quæ poſt mortem Antonini Baſſiani ex Aulica domo fuerat expulſa per Macrini ſuperbiam.*] Herodianus, τὴν δὴ Μαισὰν ταύτην ὁ Μακρῖνος μετὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς τελευτὴν Ἀντωνίνου δὲ ἀναίρεσιν, προσέταξεν εἰς τὴν πατρίδα ἐπανελθοῦσαν, ἐν τοῖς οἰκείοις καταβιῶναι, πάντα ἔχουσαν τὰ ἑαυτῆς.

2 *Quæ diu illa collegerat.*] Herodian. πλείστων δὲ ἦν χρημάτων ἀνάπλεως, ἅτε μακρῷ χρόνῳ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ἐντεθραμμένη. & paullo ante dixerat, ἐν τῇ βασιλείῳ διέτριψεν αὐλῇ χρόνου πολυετοῦς, παρ' ὃν Σεβῆρός τε καὶ Ἀντωνῖνος ἐβασίλευσαν. explicant iſta illud Capitolini *diu.* & quod ſequitur, erat præterea Mæſa ipſa ditiſſima.

3 *Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa.*] Ἦσαν δὲ αὐτῇ θυγατέρες δύο. Σοαιμὶς μὲν ἡ πρεσβυτέρα ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ ἑτέρα Μαμμαία. filiarum Mæſæ majori duplex fuit nomen, *Soæmis* & *Semiamira.* alterum Herodianus uſurpat, alterum Capitolinus. In nummis IVLIA. SOAEMIAS. AVG. ſed Semiamira appellatur etiam Lampridio in vita Alagabali.

4 *Nam Heliogabalum Phœnices vocant ſolem.*] Herodianus, ἱερῶντο δὲ αὐτοὶ θεῷ Ἡλίῳ. τοῦτον γὰρ οἱ ἐπιχώριοι σέβουσι τῇ Φοινίκων φωνῇ Ἐλαιαγάβαλον καλοῦντες. aliter flectit vocem barbaram quam Herodianus: ſed de his, & de ſcriptione hujus nominis, vide ad Heliogabali vitam.

5 *Sed Heliogabalus pulchritudine ac ſtatura & ſacerdotio conſpicuus erat.*] Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν ἀκμαῖος, καὶ τὴν ὄψιν τῶν καθ' αὐτὸν ὡραιότατος μειρακίων πάντων.

SALMASIUS.

3 *Huic erant duæ filiæ, Semiamira & Mammæa.*] Duplex nomen huic Semiamiræ fuiſſe ſcripſit ad hunc locum vir incomparabilis doctrinæ, *Semiamiram* nempe & *Soæmidem*, quorum alterum uſurparit Capitolinus, alterum Herodianus & reliqui Græci ſcriptores. *Symiam Syram* vocat Eutropius. videnda autem ſunt quæ de hoc nomine diſputavit ſummus vir Joſephus Scaliger animadverſionibus in Euſebium. mihi vero attentius conſideranti videtur illud nomen *Symiæ* ex voce *Soæmis* vel *Soæmias* detortum. Σοαιμὶς enim Græcis & Σοαιμιάς, & Σοαισμία dicitur. Latini qui illis temporibus raras diphthongos ponebant, ſcripſere *Soëmia*. inde contractio ſequuta eſt, *Sœmia*: ut *Phaethon*, *Phæton*. poſtea vero diphthongus illa degeneravit in *y* Græcum, & *Symia* dici cœptum eſt, pro *Sœmia*. ut *meyckis* pro *metœcis*, apud agrimenſores: & *cynæ*, *ennyæ* pro *cœnæ*, *ennœæ*, apud eoſdem ſcriptum reperitur in antiquis membranis. ſic & Græci ipſi ἀδιαφόρως ſcribunt μυραὶ & μοιραί. ῥοικὸς & ῥυκὸς, & ſimilia ſexcenta, de quibus alio loco fuſius. nunquam autem aliter ſcriptum hoc nomen reperi in Palatinis codicibus quam *Symiamira*. nunquam vero *Semiamira*, ut vulgo excudi paſſim video. de capite nominis diximus quæ nobis vera

lus pulchritudine ac ſtatura & ſacerdotio conſpicuus erat, [1] ac notus omnibus hominibus qui ad templum veniebant, militibus præcipue. His Mœſa, ſive Varia, dixit, Baſſianum filium eſſe Antonini, [2] quod paulatim omnibus militibus innotuit. Erat præterea Mœſa ipſa ditiſſima, ex quo etiam Heliogabalus luxurioſiſſimus: qua promittente militibus, legiones abductæ ſunt à Macrino. [3] Suſcepta enim illa noctu in oppidum cum ſuis, nepos ejus *Antoninus* eſt appellatus, [4] imperii delatis inſignibus. [5] Hæc ubi ſunt Macrino apud Antiochiam poſito nuntiata, [6] miratus audaciam muliebrem, ſimul etiam contemnens, Julianum præfectum ad obſidendos eos cum legionibus miſit. Quibus quum Antoninus oſtenderetur, miro amore in eum omnibus inclinatis, occiſo Juliano præfecto ad eum omnes tranſierunt. Deinde parte exercitus conjuncta, venit contra Macrinum Antoninus contra ſe feſtinantem: [7] commiſſoque prælio, Macrinus eſt victus proditione militum ejus & amore Antonini. fugiens ſane Macrinus

viſa ſunt: de cauda vero ipſa *myra* vel *ſyra* videndus idem ille quem ſupra diximus Scaliger loco nobis indicato.

CASAUBONUS.

1 *Ac notus omnibus hominibus, qui ad templum veniebant, militibus præcipue.*] Et hæc de Græco ad verbum expreſſa, omiſſis quibuſdam: ἱερουργοῦντα δὴ τοῦτον περιεργότερον ἐπέβλεπον οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται.

2 *Quod paullatim omnibus militibus innotuit.*] Τοῖς στρατιώταις κατ' ὀλίγον ἀπαγγέλλοντες.

3 *Suſcepta enim illa noctu in oppidum cum ſuis, nepos ejus Antoninus eſt app.*] Συνέθεντο, νύκτωρ εἰ κατέλθοιεν, λαθόντες ἀνοίξειν τὰς πύλας, καὶ δέξασθαι πᾶν τὸ γένος εἴσω, βασιλέα τε καὶ ἡγεμόνα ἀποδείξειν Ἀντωνῖνον.

4 *Imperii delatis inſignibus.*] Τὴν πορφύραν χλαμύδα περιβαλόντες.

5 *Hæc ubi ſunt Macrino apud Antiochiam poſito nunciata.*] Non poterant magis ad verbum verti Græca verba: ὡς δὴ ταῦτα ἀπηγγέλθη τῷ Μακρίνῳ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντι. conferant reliqua quibus utriuſque linguæ amor & ſtudium.

7 *Commiſſoque prælio.*] In finibus Phœnices & Syriæ pugnatum, ait Herod. Dio explicat, ἐν κώμῃ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα τῆς πόλεως σταδίους ἀπεχούσῃ.

GRUTERUS.

6 *Miratus audaciam muliebrem, ſimul etiam contemnens.*] Tanto pejus. melius de Tiberio Tacitus lib. 11. Annal. cap. 40. *modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris & metus reputabat.* ad quem locum nos plura.

3 In

crinus cum paucis & filio, [1] in vico quodam Bithyniæ occiſus eſt cum Diadumeno: ablatumque ejus caput eſt, & ad Antoninum perlatum. [2] Sciendum præterea quod Cæſar fuiſſe dicatur, non Auguſtus Diadumenus puer, quem plerique pari fuiſſe cum patre imperio tradiderunt. Occiſus eſt etiam filius, cui hoc ſolum attulit imperium ut interficeretur à milite. Non enim aliquid dignum in ejus vita erat quod dicatur, præter hoc [3] quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus. Fuit Macrinus tamen in vita imperatoria II paulo rigidior & auſterior, ſperans ſe anteacta omnia poſſe oblivioni dare, quum ipſa ſeveritas illius occaſionem reprehendendi & lacerandi ejus aperiret. Nam & *Severum* ſe & *Pertinacem* voluerat nuncupari: quæ duo

CASAUBONUS.

1 *In vico quodam Bithyniæ occiſus eſt cum Diadumeno.*] Captus eſt Calchedone, quod erat Bithyniæ non ignobile oppidum. Dio ibi cæſum negat, & de Diadumeno longe aliter idem Dio: ſed Capitolinus iſta Herodiani ante oculos habebat: *συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ἦν ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμενιανὸν καλούμενον.* Vicus Bithyniæ quem hic intelligit Capit. quemque infra ſuburbanum vocat, Archelais Euſebio & Georgio Monacho nominatur. Dioni in Excerptis eſt Eribolus.

2 *Sciendum præterea quod Cæſar fuiſſe dicatur, non Aug.*] Hoc addit, propter Herodiani verba, quæ modo attulimus, ubi Diadumenianus vocatur non Auguſtus, ſed Cæſar. vide ſequentem librum.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus.*] Regius, *notus*. Lego, *velut nota.* eleganti tranſlatione ſignificat Diadumenum nomen Antoninorum maculaſſe, cum nihil eſſet in eo Antoninis dignum. tranſlatio eſt à criticis, qui malis verſibus culpæ notam apponunt, vel à cenſorum potius notis, de quibus multa apud M. Tullium, & Titum Livium. Suetonius de Claudio cenſorem agente: *cum orantibus familiaribus demſiſſet cuidam appoſitam notam; Litura tamen, inquit, extet.* ſic in Alagabalo: *nomen Antonini polluit in quod invaſerat.*

SALMASIUS.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus.*] Non mutant heic noſtri libri: placet tamen mutari viris doctis, & legi: *Antoninorum nomini eſt velut nota appoſitus.* quaſi hoc velit Capitolinus, Diadumenum veluti notam & maculam appoſitum fuiſſe nomini Antoninorum. mihi nihil videtur movendum. verba enim hæc ſonant, nihil fuiſſe in Diadumeni vita memorabile, niſi quod *παρέγγραπτος* fuerit Antoninus, & huic nomini veluti nothus adpoſitus, cum ad eum hoc nomen nihil pertineret, quippe qui nulla cognatione Antoninos tangeret.

GRUTERUS.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt veluti nothus appoſitus.*] Palat. *notus.*

duo illi aſperitatis nomina videbantur. Et quum illum ſenatus *Pium* ac *Felicem* nuncupaſſet, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. [1] Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ videtur extare, [2] quod Latine hac ſententia continetur.

Hiſtrio

1 *Unde in eum epigramma illatum.*] Palatini ambo, *epigramma non inlatum*; ut ſine dubio reſcribi debeat, *non illautum*, quomodo emendatum etiam in excerptis.

SALMASIVS.

1 *Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ.*] Non immerito viris doctis hæc viſa ſunt ſuſpecta. quod & locutionis genus oſtendit. miræ Latinitatis enim eſt, *inferre in aliquem epigramma.* ſed & vitium manifeſto aperit lectionum diſcrepantia quæ in libris reperitur. Editio Mediolanenſis habet: *unde in eum epigramma non Latinum.* ſed jam tum in pejus mutari moris erat ſinceras librorum ſcripturas. non enim dubium eſt auctorem illius lectionis in ſcriptis exemplaribus quibus uſus eſt, inveniſſe, *Epigramma non inlatum.* quam nos ſcripturam in omnibus noſtris offendimus. quam quidem non veram dicimus, ſed ex ea veram eruimus hoc modo: *unde in eum Epigramma non inlautum Græci cujuſdam poëtæ videtur extare.* non inlautum autem epigramma dicitur, non inſulſum nec inficetum, nec inſipidum, ſed lautum & argutum. ſic apud Terentium: *ſaiſe, lepide, laute. nihil ſupra.*

CASAVBONVS.

1 *Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ videtur extare q.*] *Inferre epigramma in aliquem*, pro facere vel componere, ridicula eſt Latinitas: etſi dicimus jacere in aliquem convitia, & Græci βάλλειν ὀνείδη εἰς τινά, vel ὀνειδίζει βάλλειν τινά. unde poëtis ἀποβολαί. Quare voce *illatum* quid hic faciam neſcio. putabam inducendam, niſi retinerent omnia exemplaria. Fortaſſe ſignificat illatum epigramma in forum, atque ibi propoſitum, ut ſtatim ſubjicitur. *videtur extare* dixit, pro extat. vide ad Maximinos.

2 *Quod Latine hac ſententia continetur.*] Sciremus melius an Græcorum verſuum ſententia recte Latinis ſit expreſſa, ſi illos haberemus. ego vero puto ineptum illum hominem qui hoc epigramma Latinum fecit, ne aſſecutum quidem eſſe Græci poëtæ mentem: nam poſtremum certe verſum, in quo videtur acumen aliquod fuiſſe, ſic vertit, ut Oedipo ſit opus. Qui igitur non aſſequeremur ex verbis Latinis quid iſte ſibi vellet; ex re ipſa Græci poëtæ ſententiam conjectavimus, & ita luſimus.

Ἐν θυμέλῃσι βιοὺς ὁ γέρων, ὀλοώτατος ἀνδρῶν,
Δυσσεβίῃ συζῶν ᾤετο δ' εὐτυχέειν.
Καί ῥ' ὄνομ' EYCEBEOC μὲν ἀνήνατο, EYTYXEOC δ' οὔ·
Συγχωρεῖ δ' αὐτῷ οὐ φύσις, οὐδὲ λόγος.
Τὴν δ' ἦν ἐπ' εὐσεβίῃ εὐδαιμονίην σὺ ἀπώσας,
Καὐτὸς ἐλεῖ, ἄρχων δ' ἀρχομένων ὀλοῶν.

Totius epigrammatis argumentum continent, ut & Capitolinus innuit, illa verba: *cum illum ſenatus* PIVM *ac* FELICEM *nuncupaſſet*, FELICIS *nomen recepit*, PII *habere noluit.* Hiſtrionem cur Macrinum vocet ex iis quæ de eo ſunt prodita, non poſſumus cauſſam reddere; niſi eo alluſit, quod fuere qui gladiatoriam pugnam eum exhibuiſſe dicerent: qua de re ſupra Capitolinus.

1 *Ut*

Hiſtrio jam ſenior turpis, gravis, aſper, iniquus,
Impius, & felix ſic ſimul eſſe cupit,
[1] *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus:*
[2] *Quod natura negat, nec recipit ratio.*
[3] *Nam pius & felix poterat dici atque videri,*
[4] *Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.*

[5] Hos verſus neſcio quis de Latinis, juxta eos qui Græci

1 *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus.*] Scribe majuſcula litera, *Pius*, & *Beatus*. clarum ex argumento.

4 *Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.*] Regius, *Imperium infelix eſt, erit ille tibi.* divinavimus hanc eſſe mentem: non poſſe tandem infortunium evadere principem, qui multos ſubditorum reddit infortunatos. atque ut illius imperium ſubditis infauſtum, ſic futurum & ipſi quandoque. hoc videtur ſibi velle auctor epigrammatis: ſed verſum eſt ineptiſſime. Accipiebamus aliquando aliter & vertebamus:

Ἀλλ' ὅγ' ἐπ' ἀσεβίῃ μὲν ἐνόσφισε, νήπιος, ὄλβον·
Ἐς δὲ θεοὺς ἀσεβῶν δυστυχεῖ θεόθεν.

SALMASIUS.

1 *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus.*] In Palatino: *ut noluit pius eſſe.* reſpicit autem ad illud: *Felicis nomen recepit, Pii habere noluit.*

2 *Quod natura negat, nec recipit ratio.*] Sic Græce conceptus hic videtur fuiſſe verſiculus:

Καὶ φύσις ἀρνεῖται, καὶ λόγος οὐ δέχεται.

3 *Nam pius & felix poterat dici atque videri.*] Aliter & ſenſus eſt & ſcriptura hujus diſtichi in veteribus ſcriptis: ſic enim ibi ſcriptum eſt:

Nam pius & felix poterat dicique viderique.
Imperium infelix eſt, erit ille ſibi.

& hanc ſcripturam minime dubito veram eſſe. quæ & acuto ſenſu Epigramma concludit: Macrinum cum Felicis nomen recepiſſet, Pii habere noluiſſet, duas quodammodo res quas ſeparari nequeunt disjungi voluiſſe, cum nemo felix eſſe poſſit, niſi & idem pius. at ille Pius dici noluit, & Felicis nomen recepit: quod carebat ratione. nam poterat quidem pius ſimul & felix dici & videri, concluſio ergo, eſſe imperium infelix ſub homine qui felix dici & videri cupiat, non autem pius. ipſum vero ſibi & infelicem futurum, hoc eſt non diu felicitate illa fruiturum, quam ſibi promitteret, & cujus nomine appellari gauderet. & hic quidem totius epigrammatis ſenſus eſt. quod vero ad ſcripturam ipſam attinet, ſyllaba illa redundans in fine verſus, facile abſorbetur à ſequentis verſus prima ſyllaba quæ à vocali incipit. quod fieri ſolere notum eſt poëtas terentibus. pro *imperium infelix*, etiam legere poſſemus *imperio infelix*, hoc modo:

Imperio infelix eſt, erit ille ſibi.

hoc ſenſu: qui dici voluit felix, & tamen imperio infelix eſt, ſibi quoque infelix erit. ſic loquutus Cicero ſecunda Philippica: *Cæſar Alexandriam ſe recepit, felix ut ſibi quidem videbatur: mea autem ſententia ſi quis reip. ſit infelix, felix eſſe non poteſt.*

5 *Hos verſus neſcio quis de Latinis juxta eos qui Græci erant propoſiti in foro poſuit.*] Et hæc mihi lectio de vitio ſuſpecta eſt. quorſum enim attinuit dicere Latinos hos verſus neſcio quem de Latinis propoſuiſſe? adde quod libri variant. nam excerpta Spartiani *delatum* pro de *Latinis* præferunt. & ſupra ſcriptum habent: *delatus*. quod & alius codex

Græci erant propoſiti, in foro poſuit: quibus acceptis Macrinus his verſibus reſpondiſſe fertur:

[1] *Si talem Grajum retuliſſent fata poëtam,*
[2] *Qualis Latinus Gabalus iſte fuit,*
[3] *Nil populus noſſet, nil noſſet curia, magno*

Nul-

codex exhibet. quam lectionem poterit aliquis fortaſſe veram putare: *hos verſus neſcio quis delatos juxta eos qui Græci erant propoſiti, in foro poſuit.* Ego vero aliter huic loco mederi conſtitui. ſic enim prius ſcriptum fuiſſe arbitror: *hos verſus neſcio quis delatus eos qui Græci erant propoſiti, in foro poſuit. delatus* idem eſt quod juxta. aliquis igitur interpretamenti vicem ad oram adpoſuerat *juxta.* quod poſtea in contextum receptum eſt. *delatus eos* pro juxta eos. ſic loquebantur ætate Spartiani. Innocentius qui illis temporibus vixit, & agrimenſor fuit in libello de caſis litterarum: *Caſa ſi in monte fuerit delatus ſe fontem proximum geret.* idem: *Caſa per F nomen habens fines ante ſe habet grandes. caſa in monte eſt poſita habens ſub ſe vallem, ſuper ſe montem, delatus ſe alveum ſignificat.* & alibi paſſim apud eundem. *delatus* autem unica voce ſcribebant pro juxta, & eſt poſitum pro de latere. ſic *atergus* unica voce ſcribebant & dicebant pro κατόπισθεν. Gloſſæ: *atergus*, ὀπισθόμενος βοτάνη, ἢ κατόπιν ἀπὸ νώτου. ſed & *latus* adverbialiter videntur poſuiſſe pro juxta, ut *latus ſe* pro juxta ſe apud eundem Innocentium: *ſub ſe autem vallem, latus ſe per ſingula, ſingulas habet lineas.* idem: *caſa ſi in monte fuerit, latus ſe fontem proximum geret.* idem: *& deſub rivo, latus rivum limitem tranſit.* id eſt ſecundum rivum vel juxta rivum. idem: *ſub ſe autem finem gracilem habet, latus ſe proximum fontem, ſub ſe vero pratum.* ſic *latus* & *delatus*, pro eodem. ut *contra* & *decontra*: in alio libro de caſis litterarum: *decontra ſextaria parte aquam vivam invenies.* & *foris, deforis: intus, deintus.* in veteri Tragœdia Medea: *vox deintus, chorus.* Fulgentius: *promos & condos appellari voluerunt cellaritas eo quod deintus promant.* ſic *ſecus* quod ſecundum ſignificat, & *deſecus.* Innocentius agrimenſor: *ſub ſe fontem proximum & deſecus aquam ſignificans.* ſic *ſuper* & *deſuper. ſub* & *deſub*, unica voce. perperam enim *de ſub* vulgo ſcribunt. idem Innocentius: *delatus ſe alveum, & in valle duas aquas vivas habet, deſub ſe campum extenſum.* Florus noſter: *ſic deſub Alpibus, id eſt deſub ipſis Italiæ faucibus gentes.* ita enim legendum auctoribus libris. ſic *deſubito, derepente*, pro ſubito & repente. *delatus* igitur hoc loco poſitum pro juxta: *delatus eos qui Græci erant propoſiti, in foro poſuit.* de hac emendatione minime dubitandum, quin ſit veriſſima.

1 *Si talem Grajum retuliſſent fata poëtam.*] Scribendum ex Palatino: *tetuliſſent.*

GRUTERUS.

1 *Si talem Grajum tetuliſſent fata poëtam, &c.*] Ita conjecerat elegantiſſimus Caſaubonus: ſed id admiſimus, quod exſtaret aperte in utroque Palatino. antea edebatur, *retuliſſent.*

CASAUBONUS.

1 *Si talem Graji retuliſſent fata poëtam.*] Et hi verſus ridiculi ſunt, & vix digni qui legantur. Puto autem uſurpaſſe Macrinum ἀρχαϊσμὸν, & *tetuliſſent* ſcripſiſſe, non *tuliſſent.*

2 *Qualis Latinus Gabalus ille fuit.*] Crucem vocabant gabalum, ut eſt apud Nonium. hic *gabalus*, homo cruce dignus: ſicut apud Lucilium *carcer*, qui propter ſcelera habitat in carcere.

3 *Nil populus noſſet, nil noſſet curia, magno N.*] Sic habent omnes membranæ. *magno mihi* hoc eſt, imperatori. dignus verſus tortore Macrino.

1 *Fuit*

Nullus ſcripſiſſet carmina tetra mihi.

His verſibus Macrinus longe pejoribus quam illi Lati-
ni ſunt, reſpondiſſe ſe credidit: ſed non minus eſt ri-
ſui habitus quam poëta ille qui de Græco Latine coa-
ctus eſt ſcribere. [1] Fuit igitur ſuperbus & ſanguinarius, 12
& volens militariter imperare, incuſans quinetiam ſu-
periorum temporum diſciplinam, ac ſolum Severum
præ cæteris laudans. Nam & in crucem milites tulit,
& ſervilibus ſuppliciis ſemper affecit: & quum ſedi-
tiones militares pateretur, milites ſæpius decumavit,
aliquando etiam centeſimavit: quod verbum proprium
ipſius eſt, quum ſe clementem diceret, quando eos
centeſimaret qui digni eſſent decumatione atque vice-
ſimatione. Longum eſt ejus crudelitates omnes ape-
rire: attamen unam oſtendam non magnam, ut ipſe
credebat, ſed omnibus tyrannicis immanitatibus tri-
ſtiorem. [2] Quum quidam milites ancillæ hoſpitis pu-
dorem

SALMASIUS.

1 *Fuit igitur ſuperbus & ſanguinarius & volens militariter imperare.*] Superbiam ſemper quaſi rem ſuam militibus & militaribus animis adjudicat. & recte, dos enim eſt propria militum ſuperbia. ſupra de Albino, *animi jam inde militaris & ſuperbi.*

2 *Quum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem depravaſſe ſuſpecti eſſent.*] Immanitatis & crudelitatis tyrannicæ triſtiſſimum exemplum in Macrino qui milites quod ancillam hoſpitis vitiaſſe ſuſpecti eſſent diris noviſque ſuppliciis affecerit. & hæc quidem crudelitas eſt, non pœna, cum ſupplicia non ex merito facinorum irrogantur, ſed ex libidine ejus qui irrogat, quique ſuis triſtiſſimis moribus indulget: ut hoc factum Macrini indicat, quod etiam exaggerat ſcriptura Codicis membranacei, quæ hæc eſt: *quum quidam milites ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudore ſuffectaſſent.* verba quidem ipſa corrupta, ſed ex quibus facile perſpici poteſt legendum eſſe: *quum quidam milites ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudoris affectaſſent.* hinc magis elucet immanis diri principis crudelitas. non enim vitium obtulerant puellæ milites, ſed ſcortillum nec illud quidem devium, ſed omnibus obvium uſurpaverant. quod minime pœnam merebatur, nedum talem, qualis neque apud majores adulteris erat conſtituta.

GRVTERVS.

2 *Cum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem depravaſſe ſuſpecti eſſent, &c.*] Lectio falſa. ſcribendum enim, *ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudoris affectaſſent: idque per, &c.* ita, inquam legendum, ſi ſequi libet veſtigia Palatinorum codicum. primus enim: *ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudore ſuffectuſſent.* neque aliter ſecundus, quam quod is *pudore ſuffectuſſentitque*; qui tamen à recentiore manu emendatus eſt, ad iſtam formam; *cum quidam milites in hoſpitis jamdiu pravi pudoris ſuſpecti eſſent, idque per, &c.* quæ lectio quoque non mala; niſi quod pluſculum abit

dorem depravaſſe ſuſpecti eſſent, atque per quendam frumentarium ille didiciſſet, adduci eos juſſit, interrogavitque utrum eſſet factum: quod quum conſtitiſſet, [1] duos boves miræ magnitudinis vivos ſubito aperiri juſſit, atque his ſingulos milites inſeri, capitibus, ut ſecum colloqui poſſent, exertis. [2] Itaque pœna hos affecit, [3] quum ne adulteris quidem talia apud majores vel ſui temporis eſſent conſtituta ſupplicia. Pugnavit tamen & contra Parthos & contra Armenios, [4] & contra Arabas quos Eudæmonas vocant, non minus fortiter quam feliciter. Tribunum qui excubias deſeri paſſus eſt, [5] carpento rotali ſubter adnexum per totum iter vivum atque exanimem traxit. Reddidit etiam Mezentii ſupplicium, quod ille vivos mortuis illigabat, & ad mortem cogebat longa tabe confectos. Unde etiam in Circo, [6] quum favor publicus

cus

abit à litteris ſyllabiſque. voluit nimirum dicere, eandem ancillam jampridem male audiiſſe; adeo ut nemo in talem jam peccare poſſe videretur. quod verum eſt. ſed Macrinus heic non tam attendit perſonæ mulieris, quam militum vi, qui attrectaſſent repugnantem.

CASAUBONUS.

1 *Duos boves miræ magnitudinis vivos ſubito aperiri juſſit, atque his ſingulos milites inſeri.*] In Maximinis: *Audiebat alios in crucem ſublatos, alios animalibus nuper occiſis incluſos.* deſcribitur Valerio Maximo, libro nono, capite ſecundo. & hoc ſupplicium eſt affine huic quod σκαφισμὸς dicitur Eunapio, σκάφευσις Plutarcho, Perſarum ſunt inventa. mentio horum in hiſtoriis martyrum & aliis.

SALMASIUS.

2 *Itaque pœna hos affecit.*] Lege, *iſtaque pœna eos affecit.*

3 *Quum ne adulteris quidem talia apud majores ſui temporis eſſent conſtituta ſupplicia.*] Scribe ex Palatino & excerptis Spartiani: *quum ne adulteris quidem talia apud majores vel ſui temporis eſſent conſtituta ſupplicia.*

4 *Et contra Arabas quos Eudæmonas vocant.*] Scriptum in Codice Palatino: *quos Entemones vocant.* ſcribe, *Eudemones.* raras enim tunc diphthongos uſurpabant. ſic *Egyptus, Betis, Sphera,* & ſimilia ſexcenta. vide quæ ſupra notavimus.

5 *Carpento rotali ſubter adnexum.*] Vetus editio cum Palatino: *ſuperadnexum.* ſed vulgatam magis probo, eaque ſola vera eſt, quam & confirmant excerpta Spartiani.

GRUTERUS.

6 *Cum favor publicus in Diadumenum ſe profuſiſſet.*] Lectio hæc manavit à bonitate codicis Palatini integri. nam vulgo inepte, *in Diadumenum ſemper fuiſſet.*

SALMASIUS.

6 *Quum favor publicus in Diadumenum ſemper fuiſſet, acclamatum.*] Qui vitioſum hunc locum eſſe non videt, nihil videt. nec enim Latina oratio, favorem

rem

cus in Diadumenum ſemper fuiſſet, acclamatum,

[1] *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius eſſet.*

[2] Vivos etiam homines parietibus incluſit, & ſtruxit. Adulterii reos ſemper vivos ſimul incendit, junctis corporibus. Servos, qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat. [3] Delatores, ſi non probarent, capite affecit: ſi probarent, delato pecuniæ præmio, infames dimiſit. Fuit in jure non incallidus, adeo 13 ut ſtatuiſſet omnia reſcripta veterum principum tollere, [4] ut jure non reſcriptis ageretur, nefas eſſe dicens leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, quum Trajanus nunquam libellis reſpon-

rem eſſe in aliquem. deinde quid illud eſt, ſemper fuiſſe favorem publicum in Diadumenum? vult Capitolinus, cum aliquando in circo favor publicus accenſus eſſet erga Diadumenum, acclamatum fuiſſe quod ſequitur Bene ergo legitur in Palatino Codice: *quum favor publicus in Diadumenum ſe proferuiſſe*. *proferre* autem eſt exerere, & in apertum ponere. ſic Avieno mons jugum proferere dicitur, cujus vertex eminet, & in altum tollitur:

Lydia procedens longum latus explicat euro,
In qua vitiferæ Tmolus juga proferit arcis.

abſque igitur illius exemplaris auxilio æternum jacuiſſet in mendo hic locus.

2 *Vivos etiam homines parietibus incluſit & ſtruxit.*] Unico id verbo exprimunt Græci, quod eſt ἐνοικοδομεῖν. Latini, *parietibus ſtruere* dixerunt, ut hoc loco Capitolinus. vetus interpres Juvenalis ad illum verſum de Veſtali viva defoſſa:

Sanguine adhuc vivo terram ſubitura ſacerdos.

hæc virginibus Veſtæ pœna fuit decreta, ſi vitiatæ fuiſſent, vivæ parietibus ſtruebantur. Græci, ut jam dixi ἐνοικοδομεῖν. Suidas: Ἀνάγυρος ἥρως. τούτου δέ τις ἐξέκοψε τὸ ἄλσος. ὁ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐπέμηνε παλλακήν, ἥτις μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί. ὁ δὲ ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν hoc eſt, parietibus ſtruxit. Plutarchus etiam hac voce uſus, niſi fallor, in vita Numæ, ſed locus nunc ad manum non eſt, nec liber unde ſumam.

CASAUBONUS.

1 *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius eſſet.*] Non eſt verſus, ſed diverſa fruſta verſuum in unam ſententiam, at non in metrum unum conflata. Ante *cui pater*, deeſt vox *dignus*. quam ex poëta neceſſario infulciri poſtulat ſententia. videntur ſuſtuliſſe qui centonem hunc in metri legem cogere laborarunt.

3 *Delatores ſi non probarunt, capite affecit.*] Vel in inſulam deportavit: ut illum coryphæum Corycæorum Lucium Priſcillianum, de quo Dio.

4 *Ut jure, non reſcriptis ageretur.*] Ut vim legum haberent antiquæ leges, & prudentium reſponſa: at non principum reſcripta, neque ſubſcriptiones.

reſponderit, [1] ne ad alias cauſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita viderentur. In annonis tribuendis largiſſimus fuit, in auro parciſſimus. [2] In vernaculis vel aulicis tam impius, tam pertinax, tam aſper, ut ſervi illum ſui non Macrinum dicerent, ſed *Macellinum*, [3] quod macelli ſpecie domus ejus cruentaretur ſanguine vernularum. Vini cibique avidiſſimus, nonnunquam uſque ad ebrietatem; ſed veſpertinis horis. Nam ſi prandiſſet vel privatim parciſſimus, in cœna effuſiſſimus. Adhibuit convivio literatos,

ut lo-

1 *Ne ad alias cauſſas facta præferrentur.*] Melius *proferrentur*.

2 *In vernaculis.*] Scribe cum Scaligero, *In vernulis*. manifeſtum ex ſequentibus.

GRUTERUS.

1 *Ne ad alias cauſſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita viderentur.*] Poterant abjici aliquot voces, reſcribique, *præferrentur ad gratiam compoſita*.

2 *In vernaculis vel aulicis.*] Pall. ambo *in verandis vel aul.* emendatumque in excerptis, *in veredariis*. ſed verior Scaligeri conjectura, *in vernulis*.

SALMASIUS.

2 *In vernaculis vel aulicis tam impius.*] Scripti codices diverſum non habent ab hac ſcriptura vocabulum, niſi quod optimus Palatinus *vernaclis*, præfert, ſed manifeſto pro *vernaclis*. placebat tamen viris eruditiſſimis ſcribi, *in vernulis*, qua tamen emendatione nihil opus hoc quidem loco. nam *vernaculi* ſunt vernulæ. optimæ Gloſſæ: οἰκογενὴς, *verna*, *vernaculus*, *dominatus*. hinc in vetuſtis legibus Ripuariorum, Burgundionum & ſimilium, *vernaculi* id eſt *originarii* opponuntur inquilinis. inde & *vernaculi* ſicut & *verna*, pro præſtigiatoribus & fidiculariis hominibus quos vulgo *charlatans* indigetamus. unde apud Suetonium Domitianus *vernaculos*, & *mathematicos urbe prohibuit*. ubi *vernaculi* ſunt γόητες. quam ſcripturam ibi perperam ſollicitant doctiſſimi viri. Martialis *vernaclos*, ἀστεατίλους appellavit, dicaces & ſcurriles nempe homines & mimicos.

Vernaculorum dicta ſordidum dentem.

hinc *vernacula urbanitas*, Tacito lib. Hiſt. II. *incurioſos milites vernacula, ut rebantur, urbanitate ſpoliaverunt*. *verna* & *vernaculus* plane idem. ſed hæc alibi.

3 *Quod macelli ſpecie domus ejus cruentaretur ſanguine vernularum.*] Macellum antiquis Latinis erat forum, in quo omnia quæ ad victum pertinerent, venum ibant. poſtea ſic proprie appellari voluerunt, ubi caro venalis exponebatur. hinc Gloſſis, *macellum*, κρεοπωλεῖον. & *macellarii*, laniones. Gloſſæ: κρεοκοπῶ, *lanio*. κρεοπώλης, *lanio*. κρεοπωλεῖον, *laniatorium*, *macellus*. eædem Gloſſæ: μακελλάριος, *laniator*, *lanio*. μακελλεῖον, *laniatorium*. Donatus *macellum*, à mactandis pecoribus vult dictum in commentario in Eunuchum: *Lanii*, inquit, *qui laniant pecora, unde & laniſtæ dicti qui laniandis præſunt gladiatoribus. ſic & macellum à mactandis pecoribus dictum*. Gloſſæ: μακελλίτης, *corporicida*. hinc patet quare *Macellinus*, dictus Macrinus, quod ſpecie macelli cruentabatur ejus aula vernaculorum vel aulicorum ſanguine. & *macellum* locus, ubi non ſolum pecora vendebantur, ſed etiam laniabantur, & mactabantur.

1 Ut.

[1] ut loquens de ſtudiis liberalibus neceſſario abſtineret. Sed quum ejus vilitatem homines antiquam cogitarent, [2] crudelitatem nimiam viderent, hominem putidulum in imperio ferre non poſſent, & maxime milites, qui multa ejus meminerant funeſtiſſima, & aliquando turpiſſima, inita factione illum occiderunt cum puero ſuo Diadumeno, ſcilicet Antonino cognomine, de quo dictum eſt [3] quod in ſomnis Antoninus fuiſſet. Unde etiam verſus extant hujuſmodi, 14

Vidimus in ſomnis cives (niſi fallor) & iſtud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui patre venali genitus, [4] ſed matre pudica:
Centum nam mœchos paſſa eſt centumque rogavit.
[5] Ipſe etiam [6] calvus mœchus fuit, inde maritus:
[7] En Pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.

Et

1 *Ut loquens de ſtudiis liberalibus neceſſario abſtineret.*] In Palatino, *abſtemius*, exaratum eſt pro *abſtineret.* quod verbum quomodo heic cohæreat, non video. forte legendum: *neceſſario abſtemius eſſet. ſed quum, &c.*

2 *Crudelitatem nimiam viderent.*] Idem Palatinus: *crudelitatem mirum viderent.* quivis videat legendum: *crudelitatem merum.*

4 *Sed matre pudica.*] An emendandum, *nec matre pudica?* an hoc per irriſionem dictum eſt? quomodo enim pudica, quæ centum mœchos paſſa eſt, & centum rogavit?

6 *Calvus fuit inde maritus.*] Palatinus & excerpta Spartiani, legunt, *inte maritus.* in excerptis ſupra correctum, *ante.* ſed *inde* non moveo ſua ſede.

CASAUBONUS.

3 *Quod in ſomnis Antoninus fuiſſet.*] Ὅτι Ἀντωνῖνος οὐχ ὕπαρ ἐγένετο, ἀλλ' ὄναρ. Sic venuſte ſcribit Dio de Caſſio, ὁ μὲν οὕτω μῆνάς τε τρεῖς καὶ ἡμέρας ἓξ ὀνειρώξας, ἐσφάγη.

5 *Ipſe etiam calvus mœchus fuit, inde maritus.*] Quaſi Nonia Celſa mater Diadumeni ſtupro prius cognita Macrino fuerit, quam in uxorem duceretur. Etiam in vita Diadumeni aliquid legitur unde colligas ſuſpicione adulterii hanc non caruiſſe. Calvum fuiſſe Opellium Macrinum, etiam ex antiquis aliquot nummis poteſt colligi.

7 *En pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.*] Arguta concluſio: ludit enim in voce *Verus.* Age, inquit, Antoninus eſto, vel Pius, ſi lubet, vel Marcus: certe Antoninus Verus nunquam. hoc eſt, nunquam eris Antoninus vere & ὕπαρ, ſed ὄναρ tantum. Imperatorem Verum non aliter fere appellant Græci quam Οὐῆρον, ſive Βῆρον: qui tamen Pium non Πῖον, ſed Εὐσεβῆ nominant. in hoc quoque verſu quin Ἀληθὴς non Βῆρος poſuerit Græcus poëta, non poteſt eſſe dubium. nos quoque ita fecimus, vel potius muginati ſumus.

Εἰ ἴπόν γε, πολῖται, ὄναρ καὶ τοῦτο
φαάνθη.
Οὔνομα παῖς φορέεσκεν ἀγάκλυτον
ΑΝΤΩΝΙΝΩΝ.
Πατρὸς ἀλωνήτου γεγονὼς, μητρὸς
δ' ἄρα σεμνῆς.

Et iſti verſus ex Græco tranſlati ſunt in Latinum. Nam Græce ſunt diſertiſſimi. videntur autem mihi ab aliquo poëta vulgari tranſlati eſſe. Quod quum Macrinus audiſſet, fecit jambos qui non extant: jucundiſſimi autem fuiſſe dicuntur. qui quidem perierunt in eo tumultu in quo ipſe occiſus eſt, [1] quando & omnia ejus à militibus pervaſa ſunt. Genus mortis (ut diximus) tale fuit. Quum in Antoninum Heliogabalum exercitus inclinaſſet, ille fugit, belloque victus eſt & occiſus in ſuburbano Bithyniæ, ſuis partim deditis, partim occiſis, partim fugatis. Ita Heliogabalus clarus redditus eſt quod videretur patris vindicaſſe mortem: atque inde in imperium venit, quod dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione, ſuperbia, immanitate: qui & ipſe ſimilem exitum vitæ ſuæ ſortitus eſt. Hæc de Macrino nobis ſunt cognita, multis aliqua variantibus, ut ſe habet omnis hiſtoria: quæ de plurimis collecta, ſerenitati tuæ, Diocletiane Auguſte, detulimus, quia te cupidum veterum imperatorum eſſe perſpeximus.

Ἦς γ' ἱκατὸν μοιχοὶ, μοιχὸς δίζησι
δὲ κ' ἄλλους.
Χ' ὁ φαλακρὸς ἦ καὶ νοῦν ἔπ' ἀνὴρ,
ἐσσὶ πάροιθε δὲ μοιχός.
ΜΑΡΚΟΝ ἰδὼ, ἢ δ' ΕΥCΕΒΕ'. οὐ
γὰρ ἔην ὅγ' ΑΛΗΘΗC.

Exiſtimamus poëtam horum verſuum ſtimulatum ut iſta luderet, cum orationem Diadumeni legeret, quam habuit apud milites, cum illis pro nomine ANTONINI gratias ageret. nam ibi ſunt hæc verba: *Ego elaborabo ne deſim nomini Antoninorum: ſcio enim me Pii, me Marci, me Veri ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt.*

SALMASIUS.

1 *Quando & omnia ejus à militibus pervaſtata ſunt.*] Non improbo. ſed magis probo quod repperi in ſcriptis: *pervaſa ſunt*, ex quo veteris editionis auctor fecerat, *perverſa ſunt.* quod ſequentes admiſerunt. nos antiquam repoſuimus.

GRUTERUS.

1 *Quando & omnia ejus à militibus pervaſtata ſunt.*] Malim cum biga Palatinorum, *pervaſa ſunt.*

ÆLII

ÆLII LAMPRIDII
ANTONINUS DIADUMENUS.

ANTONINI DIADUMENI pueri, quem cum 1
patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus, occiſo Baſſiano factione Macriniana, nihil habet vita memorabile, niſi quod Antoninus eſt dictus, & quod ei ſtupenda omina ſunt facta imperii non diuturni: ut evenit. Nam quum primum innotuit per legiones, occiſum eſſe Baſſianum, [2] ingens mœror obſedit omnium

CASAUBONUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Et membranæ omnes auctorem hujus vitæ faciunt Lampridium; cum tamen Macrini patris vitam ex hiſtoria Capitolini deſumpſiſſent corporis hujus contextores. Sed dubitari poteſt, an peculiari libro res Diadumeniani Capitolinus fuiſſet perſecutus: nam in ſuperiore libro de filio quoque multa inſperſa; mors quoque relata, & quidem non ſemel. ubi etiam ſcribit diſerte, nihil eſſe in iſtius vita dignum quod dicatur. quare non putamus aliud quidquam de Diadumeno fuiſſe à Capitolino ſcriptum.

2 *Ingens mœror obſidit omnium pectora, quod Antoninum in Rep. non haberent.*] Aurelius Victor, *eo quod ingens legionibus amiſſi principis deſiderium erat, adoleſcentem Antoninum vocavere.*

SALMASIUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Membranas omnes auctorem hujus vitæ facere Lampridium ſcriptum reliquit ad hunc locum vir eruditiſſimus, quibus placet & hoc verum eſſe. non enim veriſimile eſſe Capitolinum peculiari libro vitam Diadumeni perſecutum, qui tam multa ad eum pertinentia in vita patris digeſſerit. quod ad membranas vero attinet, noſtræ non ex illarum ſunt numero, quæ vitam hanc auctori tribuunt Lampridio: nam excerpta Spartiani Spartiano vindicant, ut & ſuperiorem Macrini vitam, quam & poſtponunt filii Diadumeni vitæ, ut & antiquæ omnes editiones. & ſane unus & idem auctor utramque vitam perſcripſit, ſive ille ſit Capitolinus, ſive Spartianus, ſive alius quis. videantur hæc verba in hac ipſa Diadumeni vita poſita ab illius auctore, quiſquis eſt. *Hæc ſunt*, inquit, *quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno eſſe videantur: cujus vitam junxiſſem patris geſtis, niſi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis ſpecialem expoſitionem vitæ coëgiſſet.* quid tibi videtur? nonne ſatis his verbis manifeſtum fit, editam hanc Diadumeni vitam ab illo ipſo ſcriptore, qui patris geſta perſcripſerit? palam auctor profitetur, qui & cauſam hanc habuiſſe refert quare ſpecialem expoſitionem Diadumeni vitæ ediderit, nec patris geſtis eam junxerit quod filius Antonini nomen habuerit. jungendus igitur erat Antoninis. & recte hoc ordine digeſtæ habentur hæ vitæ in antiquis qua ſcriptis qua excuſis exemplaribus, ut poſt Baſſiani & Getæ Antoninorum vitas, ſtatim ſubdatur Diadumeni Antonini vita: deinde patris Macrini ſequatur. poſt quem Heliogabalus & Alexander & ceteri deinceps. Duo igitur hæc evincimus hoc loco. & utramque vitam patris ab eodem auctore in litteras

omnium pectora quod Antoninum in Rep. non haberent, exiſtimantium quod cum eo Romanum eſſet imperium periturum. Id ubi Macrino jam imperatori nuntiatum eſt, veritus ne in aliquem Antoninorum, qui multi [1] ex affinibus Antonini Pii erant inter duces, exercitus inclinaret, ſtatim concionem parari juſſit, filiumque ſuum hunc puerum Antoninum appellavit. [2] Concionis verba ejuſdem: *Videtis, commilitones, & [3] me ætatis jam provectæ, & Diadumenum puerum: quem diu principem, ſi dii faveant, habebitis. Intelligo præterea [4] deſiderium ingens Antonini nominis apud vos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ non multum ſupereſſe videtur ad vitam, hunc puerum Antoninum vobis autoribus nuncupo, diu vobis Antoninum repræſentaturum.* Acclamatum, *Macrine imperator, dii te ſervent. Antonine Diadumene, dii te ſervent.* [5] *Antoninum divum omnes rogamus. Jupiter optime maxime, Macrino & Antonino vitam. Tu ſcis Jupiter, Macrinus vinci non poteſt: tu ſcis Jupiter, Macrinus vinci non poteſt.* [6] *Antoninum habemus, omnia habe-*

fuiſſe relatam, & patrem filio eſſe poſtponendum ſecundum ordinem ab ipſo auctore primum conſtitutum. de quo ordine nos initio harum emendationum ſatis multa diſputavimus. nunc pergamus ad reliqua.

CASAUBONUS.

1 *Ex affinibus Antonini Pii.*] *Adfines* vocabant omnes qui aliqua cognatione ſe invicem contingerent: quem vocis hujus abuſum ante notavimus.

5 *Antoninum divum omnes rogamus.*] Quod fieri ſolitum in ſenatu, ut in dicenda ſententia ſenatores aliud quoque proponerent: ſic milites hoc loco. in medias enim adclamationes, quibus Diadumeno cognomen ANTONINI deferunt, hæc inſerunt, ut deſiderium ſuum conſecrandi Caracallæ oſtendant. quod & auctoribus illis ſtatim factum. ideo ſcribit Macrinus in oratione ad ſenatum: *Antonino divinos honores & miles decrevit, & nos decrevimus.*

6 *Antoninum habemus, omnia habemus.*] In fragmentis ex Dione leguntur hæc verba ſententiæ ejuſdem: Τοῦτον ἔχοντες πάντα ἔχομεν. ſed locus ille mutilus.

SALMASIUS.

2 *Concionis verba ejuſdem.*] Pro his verbis & Palatinus & vetus editio habent tantum: *concio.* nec pluribus opus eſſe videtur.

3 *Et me ætatis provectæ.*] *Et me ætatis jam provectæ.*

4 *Deſiderium ingens Antonini nominis.*] *Antoniniani nominis.*

1 *An-*

habemus. [1] *Antoninum nobis dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.* Macrinus imperator dixit: *Habete igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas: dii faciant ut hæc ſæpius fiant. Dabimus autem* [3] *per cuncta quinquennia* [4] *id quod hodie deputavimus.* Poſt hoc ipſe puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit, *Gratias ago vobis, commilitones, quod me imperio donaſtis & nomine, ſiquidem dignos & me & patrem meum duxiſtis quos imperatores Romanos diceretis, & quibus committeretis* Rempub. *Et pater quidem meus curabit ne deſit imperio: ego autem elaborabo ne deſim nomini Antoninorum. Scio enim me Pii, me Marci, me Veri ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt. Interim tamen cauſa imperii, cauſa nominis id omne quod pater & tantundem promitto,* [5] *honoribus ut venerandus Macrinus pater præſens promiſit, duplicatis.* Herodianus 2

GRVTERVS.

1 *Antoninum nobis Dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.*] Palatinus primus *patre.* ſecund. *pater Antoninus.* an forte fuit, *Antonino nobis Dii dederunt parem*, vel *Antoninum nobis Dii dederunt. per te Antoninus, &c.*

CASAUBONUS.

1 *Antoninum nobis dii dederunt patrem.*] Vocem ultimam de menda ſuſpectam habeo.

2 *Et ſolitas promotiones, ſed geminatas.*] Mox, *honoribus, ut venerandus Macrinus pater præſens promiſit, duplicatis.*

3 *Per cuncta quinquennia.*] Nam ita moris erat, ut quinquennia imperii ſui celebrarent imperatores, & decennia ac vicennia.

SALMASIUS.

1 *Antoninum nobis dii dederunt patrem.*] Quomodo conſtare poteſt hæc lectio? Nec enim pater Antoninus, ſed filius ejus Diadumenus dictus eſt. diſſentiunt etiam Codices. Palatinus habet, *patris:* excerpta Spartiani, *pater.* fortaſſean ſcribendum ſit; *Antoninum nobis dii dederunt. Pater Antonini dignus imperio.* vel etiam diſtinguendum: *pater, Antoninus dignus imperio.* ut & patrem & filium ejus Antoninum dignos imperio eſſe dicant. legebam etiam aliquando: *Antoninum nobis dii dederunt, per te Antoninus dignus imperio.* ſed priores malo, & illam maxime: *Pater, Antoninus, &c.*

4 *Id quod hodie deputavimus.*] In Pal. & edit. Mediol. *putavimus. putare* eſt, ὁρίσασθαι, quod pro deputare poſitum non heic tantum, ſed & alibi legi. Lampridius in Alexandro Severo: *Nanos & nanas & moriones & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donavit: qui autem uſui non erant ſingulis civitatibus, putavit alendos ſingulos ne gravarentur ſpecie mendicorum.*

5 *Honoribus, ut venerandus pater præſens promiſit, duplicatis.*] Honores vocat, quas pater promotiones vocaverat: *& ſolitas promotiones ſed geminatas.*

lus pulchritudine ac ſtatura & ſacerdotio conſpicuus erat, [1] ac notus omnibus hominibus qui ad templum veniebant, militibus præcipue. His Mœſa, ſive Varia, dixit, Baſſianum filium eſſe Antonini, [2] quod paulatim omnibus militibus innotuit. Erat præterea Mœſa ipſa ditiſſima, ex quo etiam Heliogabalus luxurioſiſſimus: qua promittente militibus, legiones abductæ ſunt à Macrino. [3] Suſcepta enim illa noctu in oppidum cum ſuis, nepos ejus *Antoninus* eſt appellatus, [4] imperii delatis inſignibus. [5] Hæc ubi ſunt Macrino apud Antiochiam poſito nuntiata, [6] miratus audaciam muliebrem, ſimul etiam contemnens, Julianum præfectum ad obſidendos eos cum legionibus miſit. Quibus quum Antoninus oſtenderetur, miro amore in eum omnibus inclinatis, occiſo Juliano præfecto ad eum omnes tranſierunt. Deinde parte exercitus conjuncta, venit contra Macrinum Antoninus contra ſe feſtinantem: [7] commiſſoque prælio, Macrinus eſt victus proditione militum ejus & amore Antonini. fugiens ſane Macrinus

viſa ſunt: de cauda vero ipſa *myra* vel *ſyra* videndus idem ille quem ſupra diximus Scaliger loco nobis indicato.

CASAUBONUS.

1 *Ac notus omnibus hominibus, qui ad templum veniebant, militibus præcipue.*] Et hæc de Græco ad verbum expreſſa, omiſſis quibuſdam: ἱερουργοῦντα δὴ τοῦτον περιεργότερον ἐπέβλεπον οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται.

2 *Quod paullatim omnibus militibus innotuit.*] Τοῖς στρατιώταις κατ' ὀλίγον ἀπαγγέλλοντες.

3 *Suſcepta enim illa noctu in oppidum cum ſuis, nepos ejus Antoninus eſt app.*] Συνέθεντο, νύκτωρ εἰ κατέλθοιεν, λαβόντας ἀνοίξειν τὰς πύλας, καὶ δέξασθαι πᾶν τὸ γένος ἔνδον, βασιλέα τε καὶ υἱὸν ἀποδείξειν Ἀντωνίνου.

4 *Imperii delatis inſignibus.*] Τὴν πορφύραν χλαμύδα περιβαλόντες.

5 *Hæc ubi ſunt Macrino apud Antiochiam poſito nunciata.*] Non poterant magis ad verbum verti Græca verba: ὡς δὴ ταῦτα ἀπηγγέλη τῷ Μακρίνῳ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντι. conferant reliqua quibus utriuſque linguæ amor & ſtudium.

7 *Commiſſoque prœlio.*] In finibus Phœnices & Syriæ pugnatum, ait Herod. Dio explicat, ἐν κώμῃ τινὶ τῆς Ἀντιοχίδος, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα τῆς πόλεως σταδίους ἀπεχούσῃ.

GRUTERUS.

6 *Miratus audaciam muliebrem, ſimul etiam contemnens.*] Tanto pejus. melius de Tiberio Tacitus lib. 11. Annal. cap. 40. *modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris & metus reputabat.* ad quem locum nos plura.

1 In

erinus cum paucis & filio, [1] in vico quodam Bithyniæ occiſus eſt cum Diadumeno: ablatumque ejus caput eſt, & ad Antoninum perlatum. [2] Sciendum præterea quod Cæſar fuiſſe dicatur, non Auguſtus Diadumenus puer, quem pleriquę pari fuiſſe cum patre imperio tradiderunt. Occiſus eſt etiam filius, cui hoc ſolum attulit imperium ut interficeretur à milite. Non enim aliquid dignum in ejus vita erat quod dicatur, præter hoc [3] quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus. Fuit Macrinus tamen in vita imperatoria 11
paulo rigidior & auſterior, ſperans ſe anteacta omnia poſſe oblivioni dare, quum ipſa ſeveritas illius occaſionem reprehendendi & lacerandi ejus aperiret. Nam & *Severum* ſe & *Pertinacem* voluerat nuncupari: quæ

duo

CASAUBONUS.

1 *In vico quodam Bithyniæ occiſus eſt cum Diadumeno.*] Captus eſt Calchedone, quod erat Bithyniæ non ignobile oppidum. Dio ibi cæſum negat, & de Diadumeno longe aliter idem Dio: ſed Capitolinus iſta Herodiani ante oculos habebat: *συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδός, ὃν ἦν ποιήσας Καίσαρος, Διαδουμενιανὸν καλούμενον.* Vicus Bithyniæ quem hic intelligit Capit. quemque infra ſuburbanum vocat, Archelais Euſebio & Georgio Monacho nominatur. Dioni in Excerptis eſt Eribolus.

2 *Sciendum præterea quod Cæſar fuiſſe dicatur, non Aug.*] Hoc addit, propter Herodiani verba, quæ modo attulimus, ubi Diadumenianus vocatur non Auguſtus, ſed Cæſar. vide ſequentem librum.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus.*] Regius, *notus*. Lego, *velut nota.* eleganti tranſlatione ſignificat Diadumenum nomen Antoninorum maculaſſe, cum nihil eſſet in eo Antoninis dignum. tranſlatio eſt à criticis, qui malis verſibus culpæ notam apponunt, vel à cenſorum potius notis, de quibus multa apud M. Tullium, & Titum Livium. Suetonius de Claudio cenſorem agente: *cum orantibus familiaribus demſiſſet cuidam appoſitam notam; Litura tamen, inquit, extet.* ſic in Alagabalo: *nomen Antonini polluit in quod invaſerat.*

SALMASIUS.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt velut nothus appoſitus.*] Non mutant heic noſtri libri: placet tamen mutari viris doctis, & legi: *Antoninorum nomini eſt velut nota appoſitus.* quaſi hoc velit Capitolinus, Diadumenum veluti notam & maculam appoſitum fuiſſe nomini Antoninorum. mihi nihil videtur movendum. verba enim hæc ſonant, nihil fuiſſe in Diadumeni vita memorabile, niſi quod *παρέγγραπτος* fuerit Antoninus, & huic nomini veluti nothus adpoſitus, cum ad eum hoc nomen nihil pertineret, quippe qui nulla cognatione Antoninos taugeret.

GRUTERUS.

3 *Quod Antoninorum nomini eſt veluti nothus appoſitus.*] Palat. *notus.*

duo illi aſperitatis nomina videbantur. Et quum illum ſenatus *Pium* ac *Felicem* nuncupaſſet, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. [1] Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ videtur extare, [2] quod Latine hac ſententia continetur.

Hiſtrio

1 *Unde in eum epigramma illatum.*] Palatini ambo, *epigramma non inlatum*; ut ſine dubio reſcribi debeat, *non illautum*, quomodo emendatum etiam in excerptis.

SALMASIVS.

1 *Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ.*] Non immerito viris doctis hæc viſa ſunt ſuſpecta. quod & locutionis genus oſtendit. miræ Latinitatis enim eſt, *inferre in aliquem epigramma.* ſed & vitium manifeſto aperit lectionum diſcrepantia quæ in libris reperitur. Editio Mediolanenſis habet: *unde in eum epigramma non Latinum.* ſed jam tum in pejus mutari moris erat ſinceras librorum ſcripturas. non enim dubium eſt auctorem illius lectionis in ſcriptis exemplaribus quibus uſus eſt, inveniſſe, *Epigramma non inlatum.* quam nos ſcripturam in omnibus noſtris offendimus. quam quidem non veram dicimus, ſed ex ea veram eruimus hoc modo: *unde in eum Epigramma non inlautum Græci cujuſdam poetæ videtur extare.* non inlautum autem epigramma dicitur, non inſulſum nec inficetum, nec inſipidum, ſed lautum & argutum. ſic apud Terentium: *ſalſe, lepide, laute. nihil ſupra.*

CASAVBONVS.

1 *Unde in eum epigramma illatum Græci cujuſdam poëtæ videtur extare q.*] *Inferre epigramma in aliquem*, pro facere vel componere, ridicula eſt Latinitas: etſi dicimus jacere in aliquem convitia, & Græci βάλλειν ὀνείδη εἰς τινά, vel ὀνείδεσι βάλλειν τινά. unde poëtis ἰαμβοβολεῖν. Quare voce *illatum* quid hic faciam neſcio. putabam inducendam, niſi retinerent omnia exemplaria. Fortaſſe ſignificat illatum epigramma in forum, atque ibi propoſitum, ut ſtatim ſubjicitur. *videtur extare* dixit, pro extat. vide ad Maximinos.

2 *Quod Latine hac ſententia continetur.*] Sciremus melius an Græcorum verſuum ſententia recte Latinis ſit expreſſa, ſi illos haberemus. ego vero puto ineptum illum hominem qui hoc epigramma Latinum fecit, ne aſſecutum quidem eſſe Græci poëtæ mentem: nam poſtremum certe verſum, in quo videtur acumen aliquod fuiſſe, ſic vertit, ſit Oedipo ſit opus. Qui igitur non aſſequeremur ex verbis Latinis quid iſte ſibi vellet; ex re ipſa Græci poëtæ ſententiam conjectavimus, & ita luſimus.

Ἐν θυμέλῃσι βιοὺς ὁ γέρων, ὀλοοίτατος ἀνδρῶν,
Δυστήνῃ συζῶν ὥστε δ' ἀτυχέειν.
Καί ῥ' ὄνομ' ΕΥΣΕΒΕΟΣ μὲν ἀνήνατο, ΕΥΤΥΧΕΟΣ δ' οὔ·
Συγχωρεῖ δ' αὐτῷ οὐ φύσις, οὐδὲ λόγος.
Τὴν δὴ ἐπ' ἀσεβίῃ ἀδαμαντίνην οὐ ἀπιώσας,
Καὐτὸς ὀλεῖ, ἄρχων ὀρχηθμῶν ὀλοῶς.

Totius epigrammatis argumentum continent, ut & Capitolinus innuit, illa verba: *cum illum ſenatus* PIVM *ac* FELICEM *nuncupaſſet*, FELICIS *nomen recepit*, PII *habere noluit.* Hiſtrionem cur Macrinum vocet ex iis quæ de eo ſunt prodita, non poſſumus cauſſam reddere; niſi eo alluſit, quod fuere qui gladiatoriam pugnam eum exhibuiſſe dicerent: qua de re ſupra Capitolinus.

1 *Ut*

Hiſtrio jam ſenior turpis, gravis, aſper, iniquus,
Impius, & felix ſic ſimul eſſe cupit,
[1] *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus:*
[2] *Quod natura negat, nec recipit ratio.*
[3] *Nam pius & felix poterat dici atque videri,*
[4] *Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.*

[5] Hos verſus neſcio quis de Latinis, juxta eos qui Græci

1 *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus.*] Scribe majuſcula litera, *Pius*, & *Beatus*. clarum ex argumento.

4 *Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.*] Regius, *Imperium infelix eſt, erit ille tibi.* divinavimus hanc eſſe mentem: non poſſe tandem infortunium evadere principem, qui multos ſubditorum reddit infortunatos. atque ut illius imperium ſubditis infauſtum, ſic futurum & ipſi quandoque. hoc videtur ſibi velle auctor epigrammatis: ſed verſum eſt ineptiſſime. Accipiebamus aliquando aliter & vertebamus:

Ἀλλ' ὅγ' ἐπ' εὐσεβίῃ μὲν ἀνήνατο, νήπιος, ὄλβον
Ἐς δὲ θεοὺς ἀσεβῶν δυστυχὲς ἤθελεν.

SALMASIUS.

1 *Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus.*] In Palatino: *ut noluit pius eſſe.* reſpicit autem ad illud: *Felicis nomen recepit, Pii habere noluit.*

2 *Quod natura negat, nec recipit ratio.*] Sic Græce conceptus hic videtur fuiſſe verſiculus:

Καὶ φύσις ἀρνεῖται, καὶ λόγος οὐ δέχεται.

3 *Nam pius & felix poterat dici atque videri.*] Aliter & ſenſus eſt & ſcriptura hujus diſtichi in veteribus ſcriptis: ſic enim ibi ſcriptum eſt:

Nam pius & felix poterat dicique viderique.
Imperium infelix eſt, erit illi ſibi.

& hanc ſcripturam minime dubito veram eſſe, quæ & acuto ſenſu Epigramma concludit: Macrinum cum Felicis nomen recepiſſet, Pii habere noluiſſet, duas quodammodo res quæ ſeparari nequeunt disjungi voluiſſe, cum nemo felix eſſe poſſit, niſi & idem pius. at ille Pius dici noluit, & Felicis nomen recepit: quod carebat ratione. nam poterat quidem pius ſimul & felix dici & videri. concluſio ergo, eſſe imperium infelix ſub homine qui felix dici & videri cupiat, non autem pius. ipſum vero ſibi & infelicem futurum, hoc eſt non diu felicitate illa fruiturum, quam ſibi promitteret, & cujus nomine appellari gauderet. & hic quidem totius epigrammatis ſenſus eſt. quod vero ad ſcripturam ipſam attinet, ſyllaba illa redundans in fine verſus, facile abſorbetur à ſequentis verſus prima ſyllaba quæ à vocali incipit. quod fieri ſolere notum eſt poetas tenentibus. pro *imperium infelix*, etiam legere poſſemus *imperio infelix*, hoc modo:

Imperio infelix eſt, erit ille ſibi.

hoc ſenſu: qui dici voluit felix, & tamen imperio infelix eſt, ſibi quoque infelix erit. ſic loquutus Cicero ſecunda Philippica: *Cæſar Alexandriam ſe recepit, felix ut ſibi quidem videbatur: mea autem ſententia ſi quis reip. ſit infelix, felix eſſe non poteſt.*

5 *Hos verſus neſcio quis de Latinis juxta eos qui Græci erant propoſiti in foro poſuit.*] Et hæc mihi lectio de vitio ſuſpecta eſt. quorſum enim attinuit dicere Latinos hos verſus neſcio quem de Latinis propoſuiſſe? adde quod libri variant. nam excerpta Spartiani *delatus* pro de *Latinis* præferunt. & ſupra ſcriptum habent: *delatique.* quod & alius codex

Nullus ſcripſiſſet carmina tetra mihi.

His verſibus Macrinus longe pejoribus quam illi Lati-
ni ſunt, reſpondiſſe ſe credidit: ſed non minus eſt ri-
ſui habitus quam poëta ille qui de Græco Latine coa-
ctus eſt ſcribere. [1] Fuit igitur ſuperbus & ſanguinarius, 12
& volens militariter imperare, incuſans quinetiam ſu-
periorum temporum diſciplinam, ac ſolum Severum
præ cæteris laudans. Nam & in crucem milites tulit,
& ſervilibus ſuppliciis ſemper affecit: & quum ſedi-
tiones militares pateretur, milites ſæpius decumavit,
aliquando etiam centeſimavit: quod verbum proprium
ipſius eſt, quum ſe clementem diceret, quando eos
centeſimaret qui digni eſſent decumatione atque vice-
ſimatione. Longum eſt ejus crudelitates omnes ape-
rire: attamen unam oſtendam non magnam, ut ipſe
credebat, ſed omnibus tyrannicis immanitatibus tri-
ſtiorem. [2] Quum quidam milites ancillæ hoſpitis pu-
dorem

SALMASIUS.

1 *Fuit igitur ſuperbus & ſanguinarius & volens militariter imperare.*] Superbiam ſemper quaſi rem ſuam militibus & militaribus animis adjudicat. & recte, dos enim eſt propria militum ſuperbia. ſupra de Albino, *animi jam inde militaris & ſuperbi.*

2 *Quum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem depravaſſe ſuſpecti eſſent.*] Immanitatis & crudelitatis tyrannicæ triſtiſſimum exemplum in Macrino qui milites quod ancillam hoſpitis vitiaſſe ſuſpecti eſſent diris noviſque ſuppliciis affecerit. & hæc quidem crudelitas eſt, non pœna, cum ſupplicia non ex merito facinorum irrogantur, ſed ex libidine ejus qui irrogat, quique ſuis triſtiſſimis moribus indulget: ut hoc factum Macrini indicat, quod etiam exaggerat ſcriptura Codicis membranacei, quæ hæc eſt: *quum quidam milites ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudore ſuffectaſſent.* verba quidem ipſa corrupta, ſed ex quibus facile perſpici poteſt legendum eſſe: *quum quidam milites ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudoris affectaſſent.* hinc magis elucet immanis diri principis crudelitas. non enim vitium obtulerant puellæ milites, ſed ſcortillum nec illud quidem devium, ſed omnibus obvium uſurpaverant. quod minime pœnam merebatur, nedum talem, qualis neque apud majores adulteris erat conſtituta.

GRVTERVS.

2 *Cum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem depravaſſe ſuſpecti eſſent, &c.*] Lectio falſa. ſcribendum enim, *ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudoris affectaſſent: idque per, &c.* ita, inquam legendum, ſi ſequi libet veſtigia Palatinorum codicum. primus enim: *ancillam hoſpitis jamdiu pravi pudore ſuffectuſſent.* neque aliter ſecundus, quam quod is *pudore ſuffectuſſentitque*; qui tamen à recentiore manu emendatus eſt, ad iſtam formam; *cum quidam milites in hoſpitis jamdiu pravi pudoris ſuſpecti eſſent, idque per, &c.* quæ lectio quoque non mala; niſi quod pluſculum abit

cus in Diadumenum ſemper fuiſſet, acclamatum,

[1] *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius eſſet.*

[2] Vivos etiam homines parietibus incluſit, & ſtruxit. Adulterii reos ſemper vivos ſimul incendit, junctis corporibus. Servos, qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat. [3] Delatores, ſi non probarent, capite affecit: ſi probarent, delato pecuniæ præmio, infames dimiſit. Fuit in jure non incallidus, adeo 13
ut ſtatuiſſet omnia reſcripta veterum principum tollere, [4] ut jure non reſcriptis ageretur, nefas eſſe dicens leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, quum Trajanus nunquam libellis

reſpon-

rem eſſe in aliquem. deinde quid illud eſt, ſemper fuiſſe favorem publicum in Diadumenum? vult Capitolinus, cum aliquando in circo favor publicus accenſus eſſet erga Diadumenum, acclamatum fuiſſe quod ſequitur. Bene ergo legitur in Palatino Codice: *quum favor publicus in Diadumenum ſe proſeruiſſe*. *proſerere* autem eſt exerere, & in apertum ponere. ſic Avieno mons jugum proſerere dicitur, cujus vertex eminet, & in altum tollitur:

Lydia procedens longum latus explicat euro,
In qua vitiferæ Tmolus juga proſerit arcis.

abſque igitur illius exemplaris auxilio æternum jacuiſſet in mendo hic locus.

2 *Vivos etiam homines parietibus incluſit & ſtruxit.*] Unico id verbo exprimunt Græci, quod eſt ἐνοικοδομεῖν. Latini, *parietibus ſtruere* dixerunt, ut hoc loco Capitolinus. vetus interpres Juvenalis ad illum verſum de Veſtali viva defoſſa:

Sanguine adhuc vivo terram ſubitura ſacerdos.

hæc virginibus Veſtæ pœna fuit decreta, ſi vitiatæ fuiſſent, vivæ parietibus ſtruebantur. Græci, ut jam dixi ἐνοικοδομεῖν. Suidas: Ἀνάγυρος ἥρως. τούτου δέ τις ἐξέκοψε τὸ ἄλσος. ὁ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐπέμηνε παλλακήν, ἥτις μὴ δυνηθεῖσα συμπεῖσαι τὸν παῖδα διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί. ὁ δὲ ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐνῳκοδόμησεν hoc eſt, parietibus ſtruxit. Plutarchus etiam hac voce uſus, niſi fallor, in vita Numæ, ſed locus nunc ad manum non eſt, nec liber unde ſumam.

CASAUBONUS.

1 *Egregius forma juvenis, cui pater haud Mezentius eſſet.*] Non eſt verſus, ſed diverſa fruſta verſuum in unam ſententiam, at non in metrum unum conflata. Ante *cui pater*, deeſt vox *dignus*. quam ex poëta neceſſario infulciri poſtulat ſententia. videntur ſuſtuliſſe qui centonem hunc in metri legem cogere laborarunt.

3 *Delatores ſi non probarunt, capite affecit.*] Vel in inſulam deportavit: ut illum coryphæum Corycæorum Lucium Priſcillianum, de quo Dio.

4 *Ut jure, non reſcriptis ageretur.*] Ut vim legum haberent antiquæ leges, & prudentium reſponſa: at non principum reſcripta, neque ſubſcriptiones.

1 Ne

reſponderit, [1] ne ad alias cauſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita viderentur. In annonis tribuendis largiſſimus fuit, in auro parciſſimus. [2] In vernaculis vel aulicis tam impius, tam pertinax, tam aſper, ut ſervi illum ſui non Macrinum dicerent, ſed *Macellinum*, [3] quod macelli ſpecie domus ejus cruentaretur ſanguine vernularum. Vini cibique avidiſſimus, nonnunquam uſque ad ebrietatem; ſed veſpertinis horis. Nam ſi prandiſſet vel privatim parciſſimus, in cœna effuſiſſimus. Adhibuit convivio literatos,

-ut lo-

1 *Ne ad alias cauſſas facta præferrentur.*] Melius *proferrentur.*

2 *In vernaculis.*] Scribe cum Scaligero, *In vernulis.* manifeſtum ex ſequentibus.

GRUTERUS.

1 *Ne ad alias cauſſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita viderentur.*] Poterant abjici aliquot voces, reſcribique, *præferrentur ad gratiam compoſita.*

2 *In vernaculis vel aulicis.*] Pall. ambo *in verandis vel aul.* emendatumque in excerptis, *in veredariis.* ſed verior Scaligeri conjectura, *in vernulis.*

SALMASIUS.

2 *In vernaculis vel aulicis tam impius.*] Scripti codices diverſum non habent ab hac ſcriptura vocabulum, niſi quod optimus Palatinus *veranclis*, præfert, ſed manifeſto pro *vernaclis.* placebat tamen viris eruditiſſimis ſcribi, *in vernulis*, qua tamen emendatione nihil opus hoc quidem loco. nam *vernaculi* ſunt vernulæ. optimæ Gloſſæ: οἰκογενής, *verna*, *vernaculus*, *dominatus.* hinc in vetuſtis legibus Ripuariorum, Burgundionum & ſimilium, *vernaculi* id eſt *originarii* opponuntur inquilinis. inde & *vernaculi* ſicut & *vernæ*, pro præſtigiatoribus & ridiculariis hominibus quos vulgo *charlatans* indigetamus. unde apud Suetonium Domitianus *vernaculos*, & *mathematicos urbe prohibuit.* ubi *vernaculi* ſunt γόητες. quam ſcripturam ibi perperam ſollicitant doctiſſimi viri. Martialis *vernaclos*, ἀγοραίους appellavit, dicaces & ſcurriles nempe homines & mimicos.

Vernaculorum dicta ſordidum dentem.

hinc *vernacula urbanitas*, Tacito lib. Hiſt. II. *incurioſos milites vernacula, ut rebantur, urbanitate ſpoliaverunt. verna* & *vernaculus* plane idem. ſed hæc alibi.

3 *Quod macelli ſpecie domus ejus cruentaretur ſanguine vernularum.*] Macellum antiquis Latinis erat forum, in quo omnia quæ ad victum pertinerent, venum ibant. poſtea ſic proprie appellari voluerunt, ubi caro venalis exponebatur. hinc Gloſſis, *macellum*, κρεοπωλεῖον. & *macellarii*, laniones. Gloſſæ: κρεουργός, *lanio.* κρεοπώλης, *lanio.* κρεοπωλεῖον, *laniatorium*, *macellus.* eædem Gloſſæ: μακελλάριος, *laniator*, *lanio.* μακελλεῖον, *laniatorium.* Donatus *macellum*, à mactandis pecoribus vult dictum in commentario in Eunuchum: *Lanii*, inquit, *qui laniant pecora, unde & laniſtæ dicti qui laniandis præſunt gladiatoribus. ſic & macellum à mactandis pecoribus dictum.* Gloſſæ: μακελλίτης, *corporicida.* hinc patet quare *Macellinus*, dictus Macrinus, quod ſpecie macelli cruentabatur ejus aula vernaculorum vel aulicorum ſanguine. & *macellum* locus, ubi non ſolum pecora vendebantur, ſed etiam laniabantur, & mactabantur.

1. Ut.

[1] ut loquens de ſtudiis liberalibus neceſſario abſtineret. Sed quum ejus vilitatem homines antiquam cogitarent, [2] crudelitatem nimiam viderent, hominem putidulum in imperio ferre non poſſent, & maxime milites, qui multa ejus meminerant funeſtiſſima, & aliquando turpiſſima, inita factione illum occiderunt cum puero ſuo Diadumeno, ſcilicet Antonino cognomine, de quo dictum eſt [3] quod in ſomnis Antoninus fuiſſet. Unde etiam verſus extant hujuſmodi, 14

Vidimus in ſomnis cives (niſi fallor) & iſtud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui patre venali genitus, [4] ſed matre pudica:
Centum nam mœchos paſſa eſt centumque rogavit.
[5] Ipſe etiam [6] calvus mœchus fuit, inde maritus:
[7] En Pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.

1 *Ut loquens de ſtudiis liberalibus neceſſario abſtineret.*] In Palatino, *abſtemins*, exaratum eſt pro *abſtineret*. quod verbum quomodo heic cohæreat, non video. forte legendum: *neceſſario abſtemius eſſet. ſed quum, &c.*

2 *Crudelitatem nimiam viderent.*] Idem Palatinus: *crudelitatem mirum viderent*. quivis videat legendum: *crudelitatem merum*.

4 *Sed matre pudica.*] An emendandum, *nec matre pudica*? an hoc per irriſionem dictum eſt? quomodo enim pudica, quæ centum mœchos paſſa eſt, & centum rogavit?

6 *Calvus fuit inde maritus.*] Palatinus & excerpta Spartiani, legunt, *inte maritus*. in excerptis ſupra correctum, *ante*. ſed *inde* non moveo ſua ſede.

CASAUBONUS.

3 *Quod in ſomnis Antoninus fuiſſet.*] Ὅτι Ἀντωνῖνος οὐχ ὕπαρ ἐγένετο, ἀλλ' ὄναρ. Sic venuſte ſcribit Dio de Caſſio, ὁ μὲν οὕτω μῆνάς τε τρεῖς καὶ ἡμέρας ἓξ ὀνειρώξας, ἐσφάγη.

5 *Ipſe etiam calvus mœchus fuit, inde maritus.*] Quaſi Nonia Celſa mater Diadumeni ſtupro prius cognita Macrino fuerit, quam in uxorem duceretur. Etiam in vita Diadumeni aliquid legitur unde colligas ſuſpicione adulterii hanc non caruiſſe. Calvum fuiſſe Opellium Macrinum, etiam ex antiquis aliquot nummis poteſt colligi.

7 *En pius, en Marcus: Verus nam non fuit ille.*] Arguta concluſio: ludit enim in voce *Verus*. Age, inquit, Antoninus eſto, vel Pius, ſi lubet, vel Marcus: certe Antoninus Verus nunquam. hoc eſt, nunquam eris Antoninus vere & ὕπαρ, ſed ὄναρ tantum. Imperatorem Verum non aliter fere appellant Græci quam Οὐῆρον, ſive Βῆρον: qui tamen Pium non Πίον, ſed Εὐσεβῆ nominant. in hoc quoque verſu quin Ἀληθὴς non Βῆρος poſuerit Græcus poëta, non poteſt eſſe dubium. nos quoque ita fecimus, vel potius muginati ſumus.

Εἰ ἴδον γε, πολῖται, ὄναρ καὶ τοῦτο
φαάνθη.
Οὔνομα παῖς φορέεσκεν ἀγάκλυτον
ΑΝΤΩΝΙΝΩΝ.
Πατρὸς ἀλωνήτου γεγονὼς, μητρὸς
δ' ἄρα σεμνῆς.

Et iſti verſus ex Græco tranſlati ſunt in Latinum. Nam Græce ſunt diſertiſſimi. videntur autem mihi ab aliquo poëta vulgari tranſlati eſſe. Quod quum Macrinus audiſſet, fecit jambos qui non extant: jucundiſſimi autem fuiſſe dicuntur. qui quidem perierunt in eo tumultu in quo ipſe occiſus eſt, [1] quando & omnia ejus à militibus pervaſa ſunt. Genus mortis (ut diximus) tale fuit. Quum in Antoninum Heliogabalum exercitus inclinaſſet, ille fugit, belloque victus eſt & occiſus in ſuburbano Bithyniæ, ſuis partim deditis, partim occiſis, partim fugatis. Ita Heliogabalus clarus redditus eſt quod videretur patris vindicaſſe mortem: atque inde in imperium venit, quod dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione, ſuperbia, immanitate: qui & ipſe ſimilem exitum vitæ ſuæ ſortitus eſt. Hæc de Macrino nobis ſunt cognita, multis aliqua variantibus, ut ſe habet omnis hiſtoria: quæ de plurimis collecta, ſerenitati tuæ, Diocletiane Auguſte, detulimus, quia te cupidum veterum imperatorum eſſe perſpeximus.

Ἦς γ' ἱκετὸν μοιχοὶ, μοιχοὺς δ' ἐζήτει
δὲ κ' ἄλλους.
Χ' ὁ φαλακρὸς ἦ τὰ νεῶν ὢν ἀνὴρ,
συμπόριζε δὲ μοιχός.
ΜΑΡΚΟΝ *ἰδὲ, ἠδ'* ΕΥCΕΒΕ'. *ὦ*
γδ' ἴλω ἔγ' ΑΛΗΘΗC.

Exiſtimamus poëtam horum verſuum ſtimulatum ut iſta luderet, cum orationem Diadumeni legeret, quam habuit apud milites, cum illis pro nomine ANTONINI gratias ageret. nam ibi ſunt hæc verba: *Ego elaborabo ne deſim nomini Antoninorum: ſcio enim me Pii, me Marci, me Veri ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt.*

SALMASIUS.

1 *Quando & omnia ejus à militibus pervaſtata ſunt.*] Non improbo. ſed magis probo quod repperi in ſcriptis: *pervaſa ſunt*, ex quo veteris editionis auctor fecerat, *perverſa ſunt.* quod ſequentes admiſerunt. nos antiquam repoſuimus.

GRUTERUS.

1 *Quando & omnia ejus à militibus pervaſtata ſunt.*] Malim cum biga Palatinorum, *pervaſa ſunt.*

ÆLII

[1]ÆLII LAMPRIDII ANTONINUS DIADUMENUS.

ANTONINI DIADUMENI pueri, quem cum 1
patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus, occiſo Baſſiano factione Macriniana, nihil habet vita memorabile, niſi quod Antoninus eſt dictus, & quod ei ſtupenda omina ſunt facta imperii non diuturni: ut evenit. Nam quum primum innotuit per legiones, occiſum eſſe Baſſianum, [2] ingens mœror obſedit omnium

CASAUBONUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Et membranæ omnes auctorem hujus vitæ faciunt Lampridium; cum tamen Macrini patris vitam ex hiſtoria Capitolini deſumpſiſſent corporis hujus contextores. Sed dubitari poteſt, an peculiari libro res Diadumeniani Capitolinus fuiſſet perſecutus: nam in ſuperiore libro de filio quoque multa inſperſa; mors quoque relata, & quidem non ſemel. ubi etiam ſcribit diſerte, nihil eſſe in iſtius vita dignum quod dicatur. quare non putamus aliud quidquam de Diadumeno fuiſſe à Capitolino ſcriptum.

2 *Ingens mœror obſedit omnium pectora, quod Antoninum in Rep. non haberent.*] Aurelius Victor, *eo quod ingens legionibus amiſſi principis deſiderium erat, adoleſcentem Antoninum vocavere.*

SALMASIUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Membranas omnes auctorem hujus vitæ facere Lampridium ſcriptum reliquit ad hunc locum vir eruditiſſimus, quibus placet & hoc verum eſſe. non enim veriſimile eſſe Capitolinum peculiari libro vitam Diadumeni perſecutum, qui tam multa ad eum pertinentia in vita patris digeſſerit. quod ad membranas vero attinet, noſtræ non ex illarum ſunt numero, quæ vitam hanc auctori tribuunt Lampridio: nam excerpta Spartiani Spartiano vindicant, ut & ſuperiorem Macrini vitam, quam & poſtponunt filii Diadumeni vitæ, ut & antiquæ omnes editiones. & ſane unus & idem auctor utramque vitam perſcripſit, ſive ille ſit Capitolinus, ſive Spartianus, ſive alius quis. videantur hæc verba in hac ipſa Diadumeni vita poſita ab illius auctore, quiſquis eſt. *Hæc ſunt*, inquit, *quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno eſſe videantur: cujus vitam junxiſſem patris geſtis, niſi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis ſpecialem expoſitionem vitæ coëgiſſet.* quid tibi videtur? nonne ſatis his verbis manifeſtum fit, editam hanc Diadumeni vitam ab illo ipſo ſcriptore, qui patris geſta perſcripſerit? palam auctor profitetur, qui & cauſam hanc habuiſſe refert quare ſpecialem expoſitionem Diadumeni vitæ ediderit, nec patris geſtis eam junxerit quod filius Antonini nomen habuerit. jungendus igitur erat Antoninis. & recte hoc ordine digeſtæ habentur hæ vitæ in antiquis qua ſcriptis qua excuſis exemplaribus, ut poſt Baſſiani & Getæ Antoninorum vitas, ſtatim ſubdatur Diadumeni Antonini vita: deinde patris Macrini ſequatur. poſt quem Heliogabalus & Alexander & ceteri deinceps. Duo igitur hæc evincimus hoc loco. & utramque vitam patris ab eodem auctore in litteras fuiſſe

omnium pectora quod Antoninum in Rep. non haberent, exiſtimantium quod cum eo Romanum eſſet imperium periturum. Id ubi Macrino jam imperatori nuntiatum eſt, veritus ne in aliquem Antoninorum, qui multi [1] ex affinibus Antonini Pii erant inter duces, exercitus inclinaret, ſtatim concionem parari juſſit, filiumque ſuum hunc puerum Antoninum appellavit. [2] Concionis verba ejuſdem: *Videtis, commilitones, [3] & me ætatis jam provectæ, & Diadumenum puerum: quem diu principem, ſi dii faveant, habebitis. Intelligo præterea [4] deſiderium ingens Antonini nominis apud vos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ non multum ſupereſſe videtur ad vitam, hunc puerum Antoninum vobis autoribus nuncupo, diu vobis Antoninum repræſentaturum.* Acclamatum, *Macrine imperator, dii te ſervent. Antonine Diadumene, dii te ſervent.* [5] *Antoninum divum omnes rogamus. Jupiter optime maxime, Macrino & Antonino vitam. Tu ſcis Jupiter, Macrinus vinci non poteſt: tu ſcis Jupiter, Macrinus vinci non poteſt.* [6] *Antoninum habemus, omnia habe-*

fuiſſe relatam, & patrem filio eſſe poſtponendum ſecundum ordinem ab ipſo auctore primum conſtitutum. de quo ordine nos initio harum emendationum ſatis multa diſputavimus. nunc pergamus ad reliqua.

CASAUBONUS.

1 *Ex affinibus Antonini Pii.*] *Adfines* vocabant omnes qui aliqua cognatione ſe invicem contingerent: quem vocis hujus abuſum ante notavimus.

5 *Antoninum divum omnes rogamus.*] Quod fieri ſolitum in ſenatu, ut in dicenda ſententia ſenatores aliud quoque proponerent: ſic milites hoc loco. in medias enim adclamationes, quibus Diadumeno cognomen ANTONINI deferunt, hæc inſerunt, ut deſiderium ſuum conſecrandi Caracallæ oſtendant. quod & auctoribus illis ſtatim factum. ideo ſcribit Macrinus in oratione ad ſenatum: *Antonino divinos honores & miles decrevit, & nos decrevimus.*

6 *Antoninum habemus, omnia habemus.*] In fragmentis ex Dione leguntur hæc verba ſententiæ ejuſdem: Τοῦτον ἔχοντες πάντα ἔχομεν. ſed locus ille mutilus.

SALMASIUS.

2 *Concionis verba ejuſdem.*] Pro his verbis & Palatinus & vetus editio habent tantum: *concio.* nec pluribus opus eſſe videtur.

3 *Et me ætatis provectæ.*] *Et me ætatis jam provectæ.*

4 *Deſiderium ingens Antonini nominis.*] *Antoninianum nominis.*

1 *An-*

habemus. [1] *Antoninum nobis dii dederunt patrem. Anto-*
ninus dignus imperio. Macrinus imperator dixit: *Ha-* 2
bete igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, pro
Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed
geminatas: dii faciant ut hæc ſæpius fiant. Dabimus au-
tem [3] *per cuncta quinquennia* [4] *id quod hodie deputavi-*
mus. Poſt hoc ipſe puerulus Diadumenus Antoninus
imperator dixit, *Gratias ago vobis, commilitones, quod*
me imperio donaſtis & nomine, ſiquidem dignos & me &
patrem meum duxiſtis quos imperatores Romanos dicere-
tis, & quibus committeretis Rempub. Et pater quidem meus
curabit ne deſit imperio: ego autem elaborabo ne deſim no-
mini Antoninorum. Scio enim me Pii, me Marci, me Veri
ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt. Inte-
rim tamen cauſa imperii, cauſa nominis id omne quod
pater & tantundem promitto, [5] *honoribus ut venerandus*
Macrinus pater præſens promiſit, duplicatis. Herodia-
nus

GRVTERVS.

1 *Antoninum nobis Dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio.*] Palatinus primus *patre.* ſecund. *pater Antoninus.* an forte fuit, *Antonino nobis Dii dederunt parem*, vel *Antoninum nobis Dii dederunt. per te Antoninus, &c.*

CASAUBONUS.

1 *Antoninum nobis dii dederunt patrem.*] Vocem ultimam de menda ſuſpectam habeo.

2 *Et ſolitas promotiones, ſed geminatas.*] Mox, *honoribus, ut venerandus Macrinus pater præſens promiſit, duplicatis.*

3 *Per cuncta quinquennia.*] Nam ita moris erat, ut quinquennia imperii ſui celebrarent imperatores, & decennia ac vicennia.

SALMASIUS.

1 *Antoninum nobis dii dederunt patrem.*] Quomodo conſtare poteſt hæc lectio? Nec enim pater Antoninus, ſed filius ejus Diadumenus dictus eſt. diſſentiunt etiam Codices. Palatinus habet, *patris:* excerpta Spartiani, *pater.* fortaſſean ſcribendum ſit; *Antoninum nobis dii dederunt. Pater Antonini dignus imperio.* vel etiam diſtinguendum: *pater, Antoninus dignus imperio.* ut & patrem & filium ejus Antoninum dignos imperio eſſe dicant. legebam etiam aliquando: *Antoninum nobis dii dederunt, per te Antoninus dignus imperio.* ſed priores malo, & illam maxime: *Pater, Antoninus, &c.*

4 *Id quod hodie deputavimus.*] In Pal. & edit. Mediol. *putavimus. putare* eſt, ὁρίζω, quod pro deputare poſitum non heic tantum, ſed & alibi legi. Lampridius in Alexandro Severo: *Nanos & nanas & moriones & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donavit: qui autem uſui non erant ſingulis civitatibus, putavit alendos ſingules ne gravarentur ſpecie mendicorum.*

5 *Honoribus, ut venerandus pater præſens promiſit, duplicatis.*] Honores vocat, quas pater promotiones vocaverat: *& ſolitas promotiones ſed geminatas.*

nus Græcus ſcriptor hæc præteriens, [1] Diadumenum tantum Cæſarem dicit puerum à militibus nuncupatum, & cum patre occiſum. Hac habita concione ſtatim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percuſſa eſt: Macrini, uſque ad juſſum ſenatus dilata eſt. Miſſæ etiam ad ſenatum literæ quibus nomen Antonini indicatum eſt. Quare etiam ſenatus imperium id libenter dicitur recepiſſe, quamvis alii Antonini Caracalli odio id factum putent. [2] Paraverat ſane

CASAUBONUS.

1 *Diadumenum tantum Cæſarem dicit puerum à militibus nuncupatum & cum patre occiſum.*] Herodianus, τέλος μὲν δὴ τοιούτῳ ὁ Μακρῖνος ἐχρήσατο, συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ὑπὸ ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμενιανὸν καλούμενον. at Lampridius ita vertit, quaſi legiſſet, ὃν ἦσαν οἱ στρατιῶται ποιήσαντες Καίσαρα, Διαδούμενον καλούμενον. ſed de nomine intereſt nihil, ſive Diadumenum dicas, ſive Diadumenianum. nam illud uſurpavit prius quam in Aureliam Antoninorum gentem eſſet tranſcriptus: poſtea non Diadumenus dici cepit, ſed Diadumenianus. verum utrumque ſcriptores uſurparunt: ſicut & Octavius dicunt iidem, & Octavianus.

SALMASIUS.

2 *Paraverat ſane pænulas populo coloris roſei.*] Pænulæ iſtæ, quas populo paraviſſe Diadumenum ſcribit heic Spartianus, ſunt lacernæ. lacernas autem & pænulas indiſcretim uſurpant auctores iſti. de quo jam ſupra ſatis multa diximus. *Lacerna* autem plebis Romanæ veſtis, eaque nigra. hinc pullata turba, pullati circuli apud auctores de infima plebe. at Macrinus pro pullis lacernis vel pænulis, quales antea in uſu plebis fuerant, ruſſas parabat populo dare in honorem Diadumeni, quas & ejus nomine ſignare volebat, ut Antoninianæ dicerentur. nihil igitur novi iſtæ pænulæ, quas populo dare parabat Macrinus, habuere præter colorem. nam illa Baſſiani Caracallæ non colore ſed forma novæ. Romana plebs igitur fuſcis pænulis vel lacernis ibat induta vulgo, milites vero & famuli lautiores ruſſis. Martialis de Canuſinis lacernis vel pænulis:

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia ruſſis,
Et placet hic pueris militibuſque color.

ſervi enim eodem habitu quo milites, ſaltem honeſtiorum. Seneca: *quo te pænulati iſti in militum quidem non vulgarem cultum ſubornati, quo inquam te iſti efferunt?* ceterum pænulæ illæ militares & ſerviles, & plebejæ omnes cinctæ. hinc apud Agellium: *pigNis ſaltem vos pænulatos cinctoſque eſſe.* Petronius Arbiter: *ultimo cinædus ſupervenit myrtea ſubornatus gauſapina, cinguloque ſuccinctus.* nam gauſapinam pænulam intelligit. ideoque pænulæ illæ tunicarum etiam nomine veniunt. tunicatum populum cum dicit Horatius, utique lacernatum vel pænulatum intelligit. nam ejus ætate minuta plebs poſitis togis, lacernas indutui habebat, de quo ſupra diximus ex Suetonio. pænulæ quoque militares, tunicæ dictæ. in vita Claudii, *tunicas ruſſulas militares*, de pænulis capiendum docuimus. ſervi etiam pænulati, iidem & tunicati, & tota re falluntur, qui antea tunicas quidem, at imperatorum temporibus, non tunicas amplius meras, ſed penulas in uſu

ſane penulas populo [1] coloris roſei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii ſui, quæ vocarentur Antoninianæ,ut Caracallæ Baſſiani dictæ ſunt, aſſe-

uſu ſervorum fuiſſe volunt. Seneca de brevitate vitæ : *cum videam quam ſolliciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum ſuorum tunicas ſuccingant.* tunica igitur pænula. ſcorteas pænulas quæ ad pluviam habebantur, tunicas ſcorteas interpretatur vetus Grammaticus in Gloſſis : *ſcortea*, δερματοχίτων. μανδύλην Græci λωρίκιον exponunt. iidem lacernam aut pænulam μανδύην reddunt. at lorica eſt tunica. ſic Græcis θώραξ & χιτὼν indifferenter. Gloſſæ : *Thoracomachus, pænula militaris*, ita igitur veſtiti milites. *linea* primum, quam camiſiam recentiores dixerunt, & ſuper eam pænula, quaſi tunica ſuperior, quam ſuperariam Latini, Græci ἐπενδύτην dicunt. ita etiam & populus ſubuculam, & ſubuculæ tunicam ſive pænulam ſuperinduebat. tunicam quoque pro pænula dixit Hieronymus ad Julianum : *jam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur, & nobilem juvenem punicea indutum tunica balthens ambiebat.* Hæc breviter heic ſignavimus, quæ latius alibi pandemus & perpendemus.

1 *Coloris roſei.*] Roſeus heic color non eſt à roſa, ſed *roſeus* pro *roſſeus*, vel *ruſſeus* ſcriptum eſt. & hoc peccatum, ſi ſcripturæ peccatum eſt, & non potius ſcribendi vitioſa conſuetudo, non infrequens occurrit in veteribus libris. nam *roſeus* vel *ruſeus* paſſim ſcriptum repperitur pro *roſſeum* vel *ruſſeum*. quod imperiti à roſa deductum arbitrantur, ut facile patebit hoc exemplo Corippi lib. 1. de quattuor coloribus factionum circenſium :

Aurigas totidem, totidem poſuere colores,
Et fecere duas ſtudia in contraria partes,
Ut ſunt æſtivis contraria frigora flammis.
Nam viridis vernis campus ceu concolor herbis,
Pinguis oliva comis, luxu nemus omne vireſcit :
Roſeus æſtatis rubra ſic veſte refulgens,
Ut nonnulla rubent ardenti poma colore.

En tibi *roſeus* prima producta. Qui nobis illam Corippi editionem adornavit, dum putat roſeum eſſe à roſa, perperam ſtructuram verſus mutavit, & poſuit:

Æſtatis roſeus. ——

Iſidorus de equis : *color hic præcipue ſpectandus, badius, aureus, roſeus, mirteus, cervinus, gilvus, glaucus*, &c. ubi *roſeus* eſt *ruſſeus*. idem de coloribus circi : *circa cauſas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum junxerunt, roſeos ſoli, id eſt igni, albos aeri, praſinos terræ, venetos mari.* quis non videt *roſeos*, eſſe roſſeos vel ruſſeos? Græci cum ſcriptum paſſim invenirent *ruſeum*, ipſi quoque ῥούσιον dixerunt non ῥούσσιον. Gloſſæ : ῥούσιον φάρος, *vexillum*. vexilla enim coloris erant ruſſei vel flammei. unde & *flammula* dicebantur vulgo. nam *flammeum* & *flammulum*, ut *ruſſeum* & *ruſſulum*. *flammeum vexillum* Ammiano Marcellino. eædem Gloſſæ : πυῤῥὸς, *ruſeus, rubricus, rufus*. Poëtæ Græci infimi ævi ruſſatam factionem, ῥούσιον appellant. lib. v. epigrammatum εἰς Ἰουλιανὸν ἡνίοχον ῥουσίων :

Ἕλκων, μεθέλκων ῥουσίου τὰς ἡνίας.
Ἰουλιανὸς οὗτος ἅρμα ῥουσίου
Ἔχων ὁλκὰ τοὺς ἐναντίους δρόμους.

ſic *roſeus* vel *ruſeus*, ut tunc ſcribebant, eſt ῥούσιος. veteribus *ruſſeus*.

CASAUBONUS.

2 *Ut Caracallæ Baſſiani.*] Hoc eſt, ut ſicut caracallæ quas Baſſianus dederat, dictæ ſunt Antoninianæ. hoc

aſſerens melius filium ſuum *Penuleum* vel *Penularium* dicendum, quam *Caracallus* eſſet dictus Baſſianus. [1] Congiarium etiam per edictum Antoninianum promiſit, ut ipſum edictum poterit indicare. Verba edicti: *Vellem Quirites jam præſentes eſſemus. Antoninus veſter vobis congiarium ſui nominis daret.* [2] *Daret præterea* [3] *& pueros Antoninianos & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent*, & reliqua.
3 His ita geſtis, ſigna in caſtris & vexilla fieri Antoniniana juſſit. Fecitque Baſſiani ſimulacra ex auro atque argento, atque dies ſeptem ſupplicatio pro Antonini nomine celebrata eſt. [4] Puer fuit omnium ſpecioſiſ-

verum eſſe conſtat ex vita Baſſiani. Minus probo doctiſſimorum virorum emendationem ſcribentium *Baſſiana*.

1 *Congiarium etiam per edictum Antoninianum promiſit.*] Non ex ingenio, ſed ex conſentientibus membranis ita emendavimus veriſſime.

3 *Et pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.*] Exempla imitatur Pii & Marci: quaſi vellet per omnia eos principes referre.

4 *Puer fuit om.*] Erat decem annorum cum occiſus eſt. Dio.

SALMASIUS.

2 *Daret præterea & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.*] Attende locutionem & vide an tibi ſatis recta ſanaque videri poſſit. *daret* pro *inſtitueret*. nam alibi paſſim ſic loquuntur. in Alexandro Severo: *pueros & puellas quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mammæas & Mammæos inſtituit.* & in Marco ſupra: *Novas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuæ.* non reſtitiſſem tamen niſi quaſi manum injeciſſet, & moram objeciſſet vetus liber, iſta ſua lectione: *incidaret præterea & pueros*, &c. ſterquilinium lectionis, quis negat? ſed ex quo plane gemmeam eruo conjecturam: *incideret præterea, & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas.* id eſt reciperet, & aſcriberet in numerum eorum puerorum puellarumque quibus ex publico dabantur alimenta. Capitolinus in Marco: *ob hanc conjunctionem pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni aſcribi juſſerunt.* ita enim recte ibi emendavimus, *novorum nominum* pro *novorum hominum*. nomina enim eorum puerorum puellarumque incidebantur in æs, qui ad illam frumentariam perceptionem participandam recipiebantur. Plinius de his ipſis pueris à Trajano primum inſtitutis, in Panegyrico: *tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti, & quamquam lætiſſimum oculis tuis eſſet conſpectu Romanæ pubis impleri, omnes antequam te viderent, recipi, incidi juſſiſti, ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur.* Sen. lib. IV. de beneficiis, c. XXVIII. de his qui frumentum è publico percipiebant: *frumentum publicum tam fur quam perjurus, & adulter accipiunt, & ſine delectu morum quiſquis inciſus eſt.* & hanc meam mihi poſtea conjecturam poſtea pleniſſime confirmavit editio Mediol. quam per Juretum noſtrum ſum nactus, in qua plane excuſum vidi: *incideret præterea & pueros.* quæ veriſſima & elegantiſſima lectio eſt.

I Naſo

cioſiſſimus, ſtatura longiuſcula, crine flavo, nigris oculis, [1] naſo deducto, ad omnem decorem mento compoſito, [2] ore ad oſcula parato, fortis naturaliter, exercitio delicatior. Hic ubi primum indumenta coccea & purpurea cæteraque caſtrenſia imperii inſignia accepit, quaſi ſidereus & cæleſtis emicuit, ut amaretur ab omnibus gratia venuſtatis. [3] Hæc ſunt quæ de imperio pueri dicenda putavi. Nunc veniamus ad omina imperii, quæ cum in aliis, tum in hoc præcipue ſunt ſtupenda. Die qua natus eſt, [4] pater ejus purpuras 4

[4] tum

1 *Naſo deducto ad omnem decorem, mento compoſito.*] Diſtingue, *crine flavo, nigris oculis, naſo deducto, ad omnem decorem mento compoſito. deducto naſo,* eſt εὐθύῤῥιν. quos vulgo *tractiles* aut *tractitios* naſos appellamus.

CASAUBONUS.

2 *Ore ad oſculum parato.*] Hoc eſt, prominulo. Græcis, πρόστομος.

4 *Pater ejus purpuras tum forte procurator jam ærarii majoris inſpexit.*] Scimus quid ſit ærarium ſanctius: at majus ærarium alibi legere non memini. ſed puto legendum hic eſſe aliter: nam certiſſimum eſt, probationem purpurarum, non pertinuiſſe ad procuratores ærarii, ſed ad alios quibus cura peculiaris veſtium principalium.. quis autem ille, niſi veſtiarii procurator, aut gynæcii vel baphii? Noli dubitare ſcripſiſſe autorem, vel *pr. jam veſtiarii majoris.* vel, *procurator gynacei majoris.* Ex variis locis Codicis, maxime autem ex lege ſecunda Cod. De murilegulis & gynæciariis, &c. ſatis probatur hæc conjectura: cujus & Joſepho Scaligero ſcimus veniſſe dudum in mentem.

SALMASIUS..

2 *Ore ad oſcula parato.*] Mira ſane, neſcio an bona veterum omnium exemplarium ſcriptura, *ore oſcyla parato,* ut in Palatino legitur: vel ut in excerptis Spartiani, *oreo ſcyla parato.* ſub qua tamen nihil aliud latere arbitror, quam quod veteri malaque ſcribendi conſuetudine *oſcyla* ſcriptum eſt pro *oſcula.* ſic *gylam* pro *gula* ſcribebant. nam Grammatici qui admonent, *gula* non *gyla* ſcribendum eſſe, ſatis oſtendunt conſuetudinis fuiſſe, ut *gyla* ſcriberetur apud imperitos. ſic *centyria* pro *centuria.* unde Græci κεντυρίων ſcribunt, hoc eſt *centyrio.* ita enim in antiquis inſcriptionibus exaratum invenitur, ut *inlyſtria* pro inluſtria, ſyarium pro ſuarium: jyxta pro juxta: Tyſcia pro Tuſcia: Eubylides pro Eubulides. *os* autem *oſcula paratum* elegantiſſime dicitur de ore prominulo, & quaſi ad oſculum dandum & accipiendum parato. nam ut dicitur, mentem paratus, ingenium, linguam: ſic *os oſcula paratum.*

3 *Hac ſunt quæ de imperio pueri dicenda putavi.*] *Hac quæ de puero ſint dicenda. nunc veniamus ad omina imperii* ita edit. Mediol.

GRVTERVS.

4 *Pater ejus purpuras tum forte procurator jam ærarii majoris.*] Palatinus non agnoſcit ſyllabam *jam.* majori huic ærario merito controverſiam movent viri doctiſſimi nihil veniebat mihi in mentem quod propius accederet ad litterarum & pronuntiationis formam, quam, *procurator choragii majoris.* ſane *procurator ſummi choragii,* bis occurrit ſin Inſcriptioni-

[1] tum forte procurator jam ærarii majoris inſpexit, & quas

bus noſtris antiquis, ſemel pagina XIII.5. iterum CCCXXXI.3. & cur iſtud Opilio noſtro attribueremus faciebat locus Capitolini in vita ejus c. 11. *Hiſtrio jam ſenior turpis*, &c. hiſtrionis enim nomine belle utcunque venit, qui eis inſervit.

SALMASIUS.

1 *Tum forte procurator jam ærarii majoris.*] Mirifice ſe torquent homines eruditi in hac lectione invertenda pervertendaque. profecto contra auctoritatem librorum faciunt quod legunt, *procurator jam veſtiarii majoris*: vel, *procurator gynæcii majoris.* ſed eamdem manere adhuc difficultatem non vident in hac lectione quæ hærebat in illa, *ærarii majoris.* quis enim veſtiarii, aut gynæcii majoris meminit? hoc plane eſt verſura ſolvere. majus ærarium heic vocatur, ærarium ſacrum, cujus præfectus aurum, argentum quod ex provinciarum tributis cogebatur, veſtes omnes, ſpecies publicas, quidquid denique ſanctiori principis ærario inferretur curabat. ſub eo præfecti baphiorum, textrinorum, magiſtri lineæ veſtis, magiſtri privatæ, murileguli, gynæciarii. non mirum igitur ſi Macrinus cum hanc ærarii ſacri procurationem ageret, inſpectionem purpurarum probationemque curæ habuit, quæ proprie ad ejus curam pertinebat. Statius Papinius procuratorem vel præfectum ærarii majoris deſcribit his verſibus:

— *jam creditur uni*
Sanctarum digeſtus opum, partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi,
Quidquid ab auriferis ejectat Iberia foſſis,
Dalmatico quod monte nitet, quod meſſibus Afris
Verritur, æſtiferi quidquid terit aurea Nili.
Quidque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi,
Et Lacedæmonii pecuaria culta Galeſi,
Perſpicuæque nives, Maſſyliaque robora & Indi
Dentis honos, uni parent commiſſa miniſtro.

per ſanctas illas opes quid aliud poſſumus intelligere quam ſanctius, ut dicebatur, vel ſacrum ærarium? cui diſpoſitio digeſtioque ſacrarum opum creditur, quis alius quam ærarii ſacri procurator? errant longe qui diſpenſatorem illis verſibus deſignari putant. Servi diſpenſatores non ſolum in domo Auguſta, ſed in privatorum etiam domibus, quod munus & quod officium geſſerint, jam doctis notum. Diſpenſatorum Cæſarum & Auguſtorum frequens in veteribus ſaxis mentio. legitur & *diſpenſator rationis privatæ*, & *diſpenſator ſummarum*, qui in Cod. Theod. rationalis ſummarum dicitur. Diſpenſatores iſtos οἰκονόμους vocat Strabo, lib. XVII. poſtquam enim juridicum Alexandriæ nominavit, & rationalem rei privatæ, ſic infert: τούτοις δὲ παρεῖναι) ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. οἰκονόμοι ſunt diſpenſatores, & non unius generis fuere in domo Auguſta. de quibus omnibus abunde tractamus in noſtro de officiis Domus Auguſtæ commentario, quem jam plus dimidia ſui parte confectum habemus. præfectum igitur ærarii ſacri intelligit Statius, ſub cujus adminiſtratione fuere omnia illa quæ ibidem recenſet, & monetarii præterea Statius ibidem:

Auſoniæ quidquid crepat igne monetæ.

idem omnino ejuſdem officium fuit poſteriorum imperatorum ævo, ſed nomen mutatum nam pro ærario ſacro, largitiones ſacras dixerunt, & præfectum ærarii ſacri, comitem ſacrarum largitionum. magnifico plane vocabulo quaſi ad nullam aliam rem ærarium

ærarium princeps haberet quam ad largiendum. ſic res etiam privatæ principis, largitiones dicebantur. atque hæ non tantum in auro argentoque, gemmis & veſtibus ac reliquis mobilibus conſiſtebant: ſed etiam in domibus palatiiſque, prædiis ac poſſeſſionibus, rebuſque ſoli erant poſitæ. ut olim igitur duo æraria, publicum & privatum principis, ſic ſub poſterioribus imperatoribus duæ largitiones, ſacræ & privatæ. nam ſacræ largitiones, & ſacrum ærarium, idem: ut privatæ largitiones, & privatum ærarium. publicum ærarium, quod erat olim populi, etiam principis factum eſt. itaque tam publicum, quam privatum, vocabatur principis ærarium. Gloſſæ apud Suidæ etymologicum: πρίβατα τὰ τῇ βασιλείᾳ διαφέροντα διαφόρως· ἄλλα δὲ ἐστὶ τὰ δημόσια, ὅσα τελεῖ ὑπὸ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῖς δημοσίοις ὑπουργοῦντος χρείαις. λαργιτιῶνες δέ εἰσι δύο. τὰ σάκρα καὶ τὰ πρίβατα. δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ οἱ διαφέροντες τῆς βασιλείας. οἷον ὁ τῶν λαργιτιόνων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τοῦ φίσκου. largitionum ſacrarum & privatarum mentio leg. XLVIII. Cod. Th. de curſu pub. & leg. I. de quæſtoribus magiſt. off duo largitionum comites vocantur, hoc eſt comes largitionum ſacrarum, & privatarum. leg. II. eod. tit. comitiva utriuſque ærarii appellatur, ſacri & privati ærarii præfectura, vel quod idem eſt ſacrarum & privatarum largitionum. Caſſiodorus in formula comitivæ privatarum: *depoſitivæ quoque pecuniæ, quæ longa vetuſtate dominos competentes amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicantur ærariis.* id eſt ſacro, & privato ærario. leg. ult. Cod. de judiciis: *decem libras auri privatis noſtris largitionibus inferre per Palatinam ſcholam compelletur.* idem ergo plane munus & officium ſacrarum largitionum præfecti, & ſacri ærarii præpoſiti: immo res omnino eadem, nomen tantum diverſum. Claudianus de comite ſacrarum largitionum.

Huic ſacræ mandantur opes, orbiſque tributa,
Poſſeßi quidquid fluviis evolvitur auri, &c.

idem plane dicit quod Statius. ſacras opes, quas ille ſanctas opes, hoc eſt ærarium ſacrum. ſed Statii tempore, ærarii ſacri præpoſitus dicebatur: Claudiani vero ætate, præpoſitus ſacrarum largitionum vel comes. hinc ſacris largitionibus inferre pro ærario inferre, & largitionales tituli in Cod. Theod. ſpecies omnes publicæ, quæ ærario, hoc eſt, ut tunc vocabant, largitionibus inferebantur. ſub ejus diſpoſitione veſtium omne genus textores, murileguli, tinctores, & de quibus ſupra diximus leg. XIV. Cod. de muril. & gynæciariis, baphiorum & textrinorum procuratores rem ſacri ærarii procurare dicuntur. ubi ſacrum ærarium, ſacras largitiones vocat. alibi erogationes dicuntur. Cod. Theod. tit. eod. leg. VI. *opifices veſti linteæ contexendæ in uſum erogationum noſtrarum operam dantes.* ſacrum ornamentum dixit pro ſacro ærario vel largitionibus ſacris lex IV. Cod. de diſcuſſ. *ἐὰν οὖν ὀφείλων παρά τινος χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνύσῃ αὐτὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον* ornamentum *εἰσκομίσῃ.* id eſt in ſacrum ærarium vel in ſacras largitiones. veſtiarium Græcis dici notat Cujacius. deſinant ergo mirari viri docti, Macrinum hunc quo tempore majoris ærarii procurator fuit, purpuras inſpexiſſe & probaſſe, cum hoc proprie ad ipſius officium ſpectaret: & ceſſent hunc locum emendare velle qui nulla opus habet emendatione.

Ibid. *Tum forte procurator jam ærarii majoris.*) Delo *jam* auctoribus membranis, & lege: *tum forte procurator ærarii majoris.* mirum nuſquam meminiſſe niſi hoc loco Lampridium procurationis iſtius ærarii quam geſſit Macrinus. rei privatæ procuratorem fuiſſe duobus locis dixit. nihil de hac procuratione etiam memoravit Dio, cum diligenter promotiones omnes Macrini, & honorum gradus referret.

[1] quas claras probavit, in id conclave redigi præcepit, in quo poſt duas horas Diadumenus natus eſt. [2] Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali [3] quod obſtetrices rapiunt,

ret. dicit tantum, ὀνόματι ἵνα ἐπιτροπίας ὀλιγοχρονίου λαβὼν ἔπαρχος ἀπεδείχθη. ὀλιγοχρόνιον ἐπαρχίαν, ut puto, vocat procurationem rerum privatarum, aut advocationem fiſci. nam procuratores rei privatæ, advocati fiſci, rationales rei privatæ non diu in officio durabant, ſed cito mutabantur. Spartianus in Alexandro Severo: *rationales cito mutabat, ita ut nemo niſi annum compleret.* ſed cum ſuperiori animadverſione docuerimus, & verum ſit, procuratorem & magiſtrum privatarum, qui comes largitionum privatarum vel rei privatæ dictus eſt poſteriorum imperatorum ævo, præfectum fuiſſe ærarii privati principis, conſtet autem Macrinum privatas procuraſſe: dici fortean poſſit, ærarii majoris procuratorem heic vocari, qui privatarum rerum, & privati ærarii principis fuerit procurator. quod ſi admittimus, dicendum etiam fuerit, privatam imperatoris veſtem ad eius curam pertinuiſſe qui res principis privatas, & privatum ærarium adminiſtraret. ſacram tamen privatamque veſtem, & rem omnem veſtiariam diſpoſitioni comitis ſacrarum largitionum adſignant variæ imperatorum conſtitutiones, & Statius illis verſibus, quos paulo ante adduximus, & nihil prohibet Macrinum etiam fuiſſe ærarii majoris procuratorem. omnino igitur ærarium majus heic accipimus pro ſacro ærario, quod ſacrarum quoque largitionum nomine ſub poſterioribus imperatoribus notum fuit.

CASAUBONUS.

1 *Quas claras probavit.*] Probe nitentes, & veri luminis, ut alibi dicitur. Græci λαμπρὰς, & magis proprie ὀξεῖς. plura infra ad Claudium.

2 *Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali.*] Præter diverſas χορίου membranas quibus in utero involvitur embryo, reperitur quorundam infantium cum naſcuntur obrectum caput alia pellicula, quam hic Lampridius vocat *pileum.* ſic carnem illam quæ in pullorum equinorum capite naſcitur, Ariſtoteles in Hiſtoriis χορίον, Latini *pileum* nominarunt. vetus Juvenalis interpres ad hunc locum.

Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli,
Infundit: ita ſcribit: *mox ſcilicet nati pulli equini: Cui in fronte pileum, ut pellicula, ereptum præſtat amorem.* noſtrates quoque obſtetrices *coeffe* nuncupant, quaſi pileum dicas, vel calanticam. eadem ratione Belgicum vulgus, ut audio, vocat *galeas.* Balſamo voce generaliſſima, ἔνδυμα κοιλίας παιδός.

3 *Quod obſtetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt.*] Erat hoc unum è plurimis amuletorum ac phylacteriorum generibus, quæ olim à curioſarum artium peritis ſolita uſurpari legimus. Obſervavit Fridericus Lindembruchius, fieri mentionem hujus ſuperſtitionis apud Balſamonem in commentariis ſuper Canones: quod verum eſt: nanctus enim nuper Græcum ejus auctoris codicem, inveni narratam ab eo hiſtoriam de Proto quodam è clero, qui accuſatus quod his artibus eſſet deditus, poſtea deprehenſus eſt habere in ſinu pileum hujuſmodi, à muliere quadam acceptum, quæ hanc illi vim ineſſe affirmaverat, ut omnium ora, qui adverſus geſtantem dicere parati eſſent, obturaret. Verba illius ſunt hæc ad canonem LXI. concilii in Trullo: Εἴπερ εἶχον καιρὸν ἀφηγήσασθαι ὅσα εἶδον τοιαῦτα συνοδικῶς ἐκδικηθέντα, μεγάλην τὴν περὶ τούτων ἐποιησάμην ἀφήγησιν. εἰρήσεται δὲ ὀλίγα· Αὐτίκα,

rapiunt, & advocatis credulis vendunt, ſiquidem cauſidici hoc juvari dicuntur: at iſte puer [1] pileum non habuit, ſed diadema tenue, ſed ita forte ut rumpi non potuerit, [2] venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii: [3] Ferunt denique *Diadematum* puerum appellatum.

Αὐτίκα, Πρῶτός τις τῶν Ὁσίων περὶ τοιούτων τινῶν κατηγορηθεὶς, εὑρέθη ἐπ' αὐτοφόρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογνοῦς παιδός. καὶ εἶπε τοῦτο δέξασθαι παρά τινος γυναικὸς εἰς ἀποτροπὴν καὶ ἐπιστομισμὸν τῶν ἐπιχειρούντων κατ' αὐτοῦ λέγειν· διὸ καὶ καθοσιώσεως ἐξέπεσεν. non dubito quin mulier illa quæ hoc Proto perſuaſerat, obſtetrix eſſet: nam & Johannes Chryſoſtomus non ſemel in ſermonibus ſuis, obſtetrices objurgat propter hoc genus præſtigias & magicas impoſturas. Noſtrorum quoque majorum animos eadem ſuperſtitio tanquam ſidus peſtilens afflaverat. nam hodieque reperiuntur obſtetrices, quæ pilea hæc præripiant & ad maleficia ſervent ac vendant. Eſt etiam illa vulgi opinio, raræ cujuſdam felicitatis indicium facere hoc pileum: quod & vetus Gallicum proverbium teſtatur: dicimus enim de eo quem appellavit ſatyricus, gallinæ albæ filium, Natus eſt pileatus.

1 *Pileum non habuit, ſed diadema tenue.*] Licinius imperator ſive tyrannus, Theodorum ducem, inter Chriſti milites clarum, venientem ad ſe his verbis excepit. Δεῦρο ἡλιόμορφε, θεομορφοκαλλίστε, στρατηγὲ, αὐτοφυὲς σοι τὸ διάδημα. δεῖ γάρ σε βασιλέα μεθ' ἐμοῦ καθιδρυθῆναι. videtur alluſum ad eos qui naſcuntur diademate naturali inſigniti. nam inter legendum veteres multos meminimus obſervare qui Diadumeni nominarentur: cujus appellationis hæc videtur eſſe cauſſa. in volumine antiquarum inſcriptionum quatuor aut quinque invenies.

2 *Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.*] Improprie *venas* nominat quæ ſunt potius ἶνες, fibræ aut villi. Sed aliter præit regius, ubi ſic; *viris ..... interſedentibus.* potes ſcribere, *fibris plurimis intercedentibus.*

SALMASIUS.

2 *Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.*] Ridicula lectio, quamque valde miror inoffenſo pede tranſiſſe viros doctos. qui enim potuerunt in pileo vel tenui diademate venæ intercedentes ſpeciem referre nervi ſagittarii? magnas miraſque venas fuiſſe oportet. atqui venulas fuiſſe putabam. vetus lectio habet: *viris interſedentibus ſpecie nervi ſagittarii.* quam cum agnoviſſet ex ſuis libris vir doctus, nihil ex ea boni potuit elicere. non magni tamen erat negotii videre legendum: *at iſte puer pileum non habuit, ſed diadema tenue, ſed ita forte ut rumpi non potuerit viris inter ſe tendentibus, ſpecie nervi ſagittarii.* ſignificat pileum ſeu diadema tenue quidem fuiſſe, ut illi ſolent naturaliter pilei, ſed ita forte, ut viri inter ſe tendentes rumpere illud non potuerint ſpecie nervi ſagittarii, qui tenditur quidem, non tamen rumpitur. ſic videmur veram hujus loci lectionem conſtituiſſe & verum ſenſum eruiſſe. poſſet etiam legi: *viris intendentibus.* ſed illud melius eſſe opinor.

GRUTERUS.

2 *Venis intercedentibus ſpecie nervi ſagittarii.*] Etiam Palat. noſter habet *viris interſedentibus*, &c. ſed ſine ullo ſpatio medio: adeo ut videatur reponendum, *fibris intercedentibus.*

CASAUBONUS.

3 *Ferunt denique Diadematum puerum appellatum.*] Ait filium Macrini puerum

tum. Sed ubi adolevit, avi ſui nomine materni *Diadumenum* vocatum, [1] quamvis non multum abhorruerit ab illo ſigno diadematis nomen Diadumeni. In agro patris ejus oves purpureas XII. ferunt natas, quarum una tantum varia fuerit. Eadem die qua hic natus eſt, aquilam ei conſtat ſenſim [2] palumbum regium parvulum attuliſſe, & poſuiſſe in cunis dormienti, ac receſſiſſe ſine noxa. Pantagathi in domo patris ejus nidum poſue-

puerum quidem appellatum eſſe DIADEMATUM: poſtea vero ubi adolevit, DIADUMENUM. & tanquam magna eſſet inter hæc nomina differentia, ſubjungit hæc: *quamvis non multum abhorruerit ab illo ſigno diadematis nomen Diadumeni.* hæc ita in vulgatis codicibus, à quibus nihil variant ſcripti. Atqui negari non poteſt ineptiſſima iſta eſſe. ſeparat enim duo nomina inter quæ diſcrimen nullum in ſignificatione. formatio ſolum diverſa, Græca altera, altera Latina. quid enim eſt *diadematus*, niſi Διαδούμενος? prorſus literarum Græcarum fuit rudis qui iſta ſcripſit: quod tamen de Ælio Lampridio ne credamus, Alexandri Severi vita ſcripta eidem impedit. Itaque hæreo hoc loco, nec qui excuſem tantas ineptias, invenio.

SALMASIUS.

1 *Quamvis non multum abhorruerit ab illo ſigno diadematis nomen Diadumeni.*] Parva mutatione, hoc eſt unius litteræ detractione, commodiorem lectionem efficies, hoc modo: *quamvis non multum abhorruerit ab illo ſigno Diadematí, nomen Diadumeni.* fefellit eos qui mutaverunt ambigua notio vocis *ſignum* quod hoc loco non pro inſigni ſed pro cognomine accipi debet. dicit ergo Spartianus puerum fuiſſe appellatum Diadematum ab illo inſigni naturali diadematis: adoleſcentem vero avi materni nomine appellari cœpiſſe Diadumenum, quamvis, inquit Spartianus, ab illo cognomine non multum abhorreat nomen Diadumeni, immo ne tantillum quidem abhorret. nam Diadumenus, Διαδούμενος eſt Græcum, *Diadematus* Latinum. ſignum autem pro cognomine tritum eſt iſtis auctoribus. Lampridius in Commodo: *pro Decembri Amazonium ex ſigno ipſius adulatores vocabant. Amazonius autem vocatus eſt ex amore concubinæ ſuæ Marciæ quam pictam in Amazone diligebat.* Julius Capitolinus in Gordianis: *Jam illud ſatis conſtat, quod filium Gordianum nomine, Antonini ſigno illuſtravit.* quem nos locum diſtinctione, & emendatione ut rectus eſſet, fecimus. Spartianus in Peſcennio Nigro: *quod omnino intellectum non eſt, niſi quum Baſſianus Antonini, quod verum ſignum Pii fuit, nomen accepit.* de quo nos in ſequentibus plura. heic ſufficiat iſta notaviſſe.

CASAUBONUS.

2 *Palumbum regium parvulum attuliſſe.*] Neque palumbi regii, neque pantagathorum, de quibus auctor, mentionem ullam faciunt Ariſtoteles, Plinius, aut quicunque alii è veteribus hiſtoriam animalium deſcripſerunt. Nos ex Heſychio, & aliis antiquis grammaticis didicimus, in augurali diſciplina, & omnibus ἱερατικοῖς libris, rebus quamplurimis alia fuiſſe nomina, quam quibus vulgo dicerentur. Fortaſſe inde ſunt & hæc vocabula; ex ipſa re impoſita: nam regius palumbus illis dictus, qui omen faceret regiæ fortunæ: pantagathi quod amplas divitias, aut perfectam felicitatem ſpondereht.

1 *Hinc*

poſuerunt. His diebus quibus ille natus eſt, mathematici accepta genitura ejus exclamaverunt & ipſum filium imperatoris eſſe & ipſum imperatorem: quaſi mater ejus adulterata eſſet, quod fama retinebat. [1] Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit. Et quum comitum infantis clamor eſſet factus, in monumento regio quod juxta villam eſſet, in qua tunc pater agebat, [2] ſupra ſtatuam regis poſuit, ita ut capiti ejus aptaret: quod multi ominoſum putarunt [3] & morti accomodum. Clarum autem eventus oſtendit. [4] Natus eſt præterea natali Antonini, [5] & ea hora & [6] ſignis prope concinentibus quibus & Antoninus Pius: quare dixerunt mathematici, & imperatoris illum filium futurum, & imperatorem, ſed non diu. Die qua natus eſt (quod Antonini eſſet natalis) mulier quædam propinqua dicitur exclamaſſe, Antoninus vocetur, ſed Macrinum timuiſſe quod nullus ex ejus genere hoc nomine cenſeretur, abſtinuiſſeque nomine imperatorio, ſimul quod jam rumor de vi dgenituræ illius emanaſſet. Hæc atque alia omina fuiſſe multi in literas retulerunt: ſed illud præcipue quod quum in cunis eſſet Diadumenus, [7] & leo ruptis vinculis, & quidem 5

1 *Hinc eidem aquila pil.*] Scrib. *Huic eidem.* de aquila pileum tollente ſimillima hiſtoria in vita Tarquinii Priſci.

3 *Et morti accommodum.*] Θανατῶδες, vel εἰς θάνατον φέρον. cauſſa in promtu: propter periculum ex ſuſpicione affectatæ tyrannidis.

4 *Natus eſt præterea natali Antonini.*] XIII Kal. Octobreis.

6 *Signis prope continentibus.*] Scribe, *concinentibus.*

SALMASIUS.

1 *Hinc eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.*] Lege: *huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.*

2 *Supra ſtatuam regis poſuit.*] V. ed. *poſuiſſe.*

5 *Et ea hora ſignis prope continentibus.*] Nihil niſi mendum continent iſta continentia ſigna. non longe quærendum quod ſubſtituamus. ſcribe: *natus eſt præterea natali Antonini & ea hora & ſignis prope concinentibus.* ratio ſatis apparet, nec id pluribus probare debeo.

GRUTERUS.

1 *Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit.*] Sic etiam Palatinus, non *Hinc eidem.*

5 *Et ea hora & ſignis prope concinentibus*, &c.] Eſt & iſtud à Palatino. vulgo *continentibus*; quod & damnaverat Caſaubonus noſter.

SALMASIUS.

7 *Et leo ruptis vinculis & quidem ferus.*] Palatinus: *ut quidam ferus.* diverſa

dem ferus, effugiſſet atque ad incunabula ejus veniſſet, puerum delinxit, & inviolatum reliquit, quum nutrix ſe in leonem miſiſſet, atque ejus morſu affecta periiſſet, quæ ſola forte in areola inventa erat, in qua
6 infans jacebat. [1] Hæc ſunt quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno [2] eſſe videantur: [3] cujus vitam junxiſſem patris geſtis, niſi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis ſpecialem expoſitionem vitæ coëgiſſet. Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperium. Unde etiam quidam & Severum, & Pertinacem, & Julianum, [4] Antoninorum prænominibus honorandos putant: unde poſtea duos Gordianos, patrem & filium, Antoninos cognominatos putent. Sed aliud eſt quum prænomen adſciſcitur, aliud quum ipſum nomen imponitur. Nam Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pii: Marcus verum nomen Veriſſimi habuit, ſed

verſa auctorum opinio eſt, quibuſdam tradentibus leonem illum ferum fuiſſe, aliis vero manſuetum.

1 *Hæc ſunt quæ digna memoratu.*] In Palatino corrupte: *quæ digna emerati vi.* & ad oram, *memoratui.* ſed *memoratu* rectum eſt.

CASAUBONUS.

2 *Eſſe videantur.*] Regius, *videntur.*

3 *Cujus vitam junxiſſem patris geſtis.*] Falluntur qui negationem autumant inſerendam. hoc enim vult: quod ſpeciali hoc libello dixerit, neque obiter & velut ὁδοῦ πάρεργον, rebus patris eum inſeruerit, habuiſſe hunc honorem appellatione Antonini qua fuit decoratus: quo vel ſolo nomine dignum cenſuit ſpeciali expoſitione. claret mens ex ſequentibus.

SALMASIUS.

3 *Cujus vitam junxiſſem patris geſtis niſi me Antoninorum nomen.*] Ex iſtis verbis facile liquere arbitror eidem authori recte tribui & hanc vitam Diadumeni, & illam ſuperiorem Macrini, ſed non eo ſcriptam ordine quem nobis exhibent excuſa exemplaria. fidem enim maxime faciunt hæc verba, una ſerie trium horum Antoninorum vitas ab auctore digeſtas eſſe, Baſſiani, Getæ, & Diadumeni. qui & hanc rationem pro omnibus unam ſibi fuiſſe ſcribit, quamobrem ſpecialem Diadumeni vitæ expoſitionem ederet, nec eam geſtis patris jungeret, quod filius Antonini nomen habuerit, non item pater. jungendus igitur fuit Antoninus propter hoc ipſum & ante patrem ſcribendus. vide quæ hujus vitæ initio ad hanc rem ſpectantia perſecuti ſumus.

4 *Antoninorum prænominibus honorandos putant.*] *Pronominibus* ſcriptum in libris, ut & paulo poſt: *cum pronomen adſcitur*: &, *non pronomen Antonini.*

1 *Atque*

ſed hoc ſublato atque abolito, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit. Verus autem Commodi nomen habuit, quo abolito, non Antonini prænomen, ſed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellavit, [1] atque ita in publicum edidit [2] diem natalis ſui. Jam Caracallum Baſſianum ſatis conſtat vel ſomnii cauſa, quod Severus viderat quum ſibi Antoninum ſucceſſorem prædictum ſenſiſſet, anno demum XIII. Antoninum dixiſſe, quando ei etiam imperatoriam addidiſſe dicitur poteſtatem. Getam verò, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione qua Baſſianum appellatum ſatis conſtat, ut patri Severo ſuccederet: quod minime factum eſt. Poſt hoc ipſe Diadumenus, ut commendaretur exercitui, ſenatui populoque Romano, quum eſſet ingens deſiderium [3] Baſſiani Caracallæ, Antoninum appellatum ſatis conſtat. Extat epiſtola Opilii Macrini patris 7
Diadu-

CASAUBONUS.

1 *Atque ita in publicum edidit diem natalis ſui.*] Lego, *in publicum edidit die natalis ejus.* neque enim Commodus ipſe nomen ſuum profeſſus eſt recens natus; ſed pater Marcus, more cæterorum patrum: qua de re ſuperius.

SALMASIUS.

1 *Atque in ita publicum edidit diem natalis ſui.*] *In publicas*, Palatinus. at vetus edit. *in publica.* *publicas* malim, ut ſubaudiatur, litteras vel chartas, vel tabulas. quamvis *in publicum* non improbem. nam nominum notitiam publica conteſtatione devulgabant, ut loquitur vetus interpres Juvenalis ad illud:

— libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri.

propter profeſſionem ſcilicet qua apud ærarium patres nomina natorum deferebant filiorum, vel nominum notitiam devulgare conteſtatione publica. Capitolinus in Gordiano: *jam illud ſatis conſtat quod filium Gordianum nomine, Antonini ſigno illuſtravit, cum apud præfectum ærarii more Rom. profeſſus filium publicis actis ejus nomen inſereret.* ſed hæc ſatis. notiora enim jam ſunt doctis quam ut pluribus doceri debeant.

3 *Baßiani Caracallæ.*] *Caracalli*, libri. ſed Caracallus & Caracalla dicebatur abſque differentia.

GRUTERUS.

1 *Atque ita in publicas edidit.*] Expreſſi quod erat in Pal. ſubintelligitur autem *tabulas*: quemadmodum ſupra in Opilio cap. 2. poſuit, *privatas curare.* pro, *res Principis privatas.* nonnulla & nos ſupra, cap. 8. Antonini Pii; & ſæpius infra.

2 *Diem natalis ſui.*] Nihil abit ab hac ſcriptura Pal. ſed tamen, quam magis rei attendo, tam magis mihi hæc verborum triga ſuſpecta eſt, ceu nata à librariis. nam ſane filii non profitebantur nomen: & quamvis patres profiterentur, non id tamen præciſe fiebat ipſo die liberorum ſuorum natali.

Diadumeni, qua gloriatur non tam ſe ad imperium perveniſſe, [1] qui eſſet ſecundus imperii, quam quod Antoniniani nominis eſſet pater factus, [2] quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum. [3] Quam epiſtolam priuſquam intexam, libet verſus inſerere in Commodum dictos, qui ſe Herculem appellaverat, ut intelligant omnes tam clarum fuiſſe Antoninorum nomen, ut illi nec deorum nomen commode videretur adjungi. Verſus in Commodum Antoninum dicti,

[4] *Commodus Herculeum nomen habere cupit,*
Antoninorum non putat eſſe bonum:
Expers humani juris & imperii:
Sperans quinetiam clarius eſſe deum,
Quam ſi ſit princeps nominis egregii.
Non erit iſte deus, nec tamen ullus homo.

Hi verſus à Græco neſcio quo compoſiti, à malo poëta in Latinum tranſlati ſunt: quos ego idcirco inſerendos putavi, ut ſcirent omnes, Antoninos pluris fuiſſe quam deos: [5] ac trium principum amorem, quo

CASAUBONUS.

1 *Qui eſſet ſecundus imperii.*] Præfectus nempe prætorio. quam dignitatem potentia parum cedere imperatoriæ majeſtati ait ipſe Macrinus in oratione ad ſenatum miſſa, quam refert Herodianus hiſtoria quinta. Eunapius, imperium ſine purpura nominat in Proæreſio: ἡ δ' ἀρχὴ, ait, βασιλεία ἐστὶν ἀπόρφυρος. Zoſimo, ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα. Evagrio, ἡ κορυφαία τῶν ἀρχῶν. libro III.

2 *Quo clarius illis temporibus non fuerat vel deorum.*] *Fuerat* pro erat. imo ita ſcribendum videtur: aliter tamen libri. notamus alio loco, *fuiſſet, dixiſſet, ſcripſiſſet*, frequentaſſe id ſeculum, pro eſſet, diceret, ſcriberet.

4 *Commodus Herculeum nomen habere cupit.*]

Κληθῆναι γλίχεται Κόμμοδος Ἡρακλῆς·
Οὐδ' Ἀντωνίνων στέργει ἔχειν ὄνομα.
Μήτε βροτῶν εἰδὼς θέμιν, μήτ' ἀνάκτων.
Μᾶλλον δ' αἱρεῖται κλῆσιν ἔχειν θεϊκήν,
Ἢ κρατερός τε κλυτὸς παμβασιλεύς τ' ἀγαθός.
Ἔσται δ' οὐδέτερον γ', οὐ θεὸς, οὐδ' ἀνήρ.

SALMASIUS.

3 *Quam epiſtolam priuſquam interſeram.*] Pal. *priuſquam intextam.* lege, *priuſquam intexam.*

5 *Ac trium principum amore quo ſapientia, bonitas, pietas conſecrata ſit.*] Vitioſa lectio. cujus hic eſt vitioſus ſenſus;

[1] quo ſapientia, bonitas, pietas, conſecrata ſit: in Antonino pietas, in Vero bonitas, in Marco ſapientia. Redeo nunc ad epiſtolam Opilii Macrini. *Opilius Macrinus Noniæ Celſæ conjugi: Quid boni adepti ſumus, mea uxor, caret æſtimatione, & fortaſſis de imperio me putes dicere. Non magnum iſtud quod etiam indignis fortuna conceſſit. Antonini pater factus ſum. Antonini mater es facta. O nos beatos, ô fortunatam domum, præclaram laudem nunc demum felicis imperii:* [2] *Dii faxint & bona Juno quam colis, ut & ille Antonini meritum effingat:* [3] *& ego qui ſum pater Antonini, dignus omnibus videar.* Hæc 8
epiſtola indicat, quantum gloriæ adeptus ſibi videretur quod vocatus eſt filius Antoninus. Hic tamen [4] XIV. menſe imperii [5] ob incivilem patris atque aſperum

ſenſus; per amorem illorum principum ſapientiam, bonitatem, pietatem conſecratam eſſe. quod quid velit non ſatis intelligo. nam potius videtur tres illos principes propter ſapientiam, bonitatem, pietatem fuiſſe conſecratos. ſcripti codices hoc tantum nos adjuvant quod litteram addunt. legunt enim *quos* pro *quo*. nec alia opus eſt ope. ſcribe igitur: *quos ego idcirco inſerendos putavi ut ſcirent omnes, Antoninos pluris fuiſſe quam deos ob trium principum amorem, quos ſapientia, bonitas, pietas conſecrata ſit. conſecrata ſit*, pro *conſecraverit*. pluris igitur habitos illo ſeculo Antoninos quam deos ipſos refert, trium illorum principum amore, quos ſapientia, bonitas & pietas conſecravit. Antoninus enim Pius propter pietatem conſecratus, Marcus propter ſapientiam, propter vero bonitatem Verus. *conſecratus eſt* pro *conſecravit*. ſic pulſus eſt pro pepulit apud noſtros auctores. Dig. de interdictis: *hac actio non tantum eum tenet qui prohibuit quem venire in poſſeſſionem, ſed etiam qui ex poſſeſſione pulſus eſt, cum veniſſet in poſſeſſionem*. ſic palpatus eſt pro palpavit. D. ad leg. Aquil. *cum equum permulſiſſet & palpatus eſſet, cum calce percuſſerit*. plura ejuſdem exempli nos olim pueri admodum ad Florum congeſſimus, quæ inde petat qui volet.

GRUTERUS.

1 *Quo ſapientia, bonitas, pietas, conſecrata ſit.*] Pal. *quos*, cui voci & ſuus foret locus, ſi *conſecrata* accipi poſſet active.

CASAUBONUS.

3 *Dii faxint & bona Juno.*] Lege Servium in illum verſum;

Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.

3 *Et ego qui ſum pater Antonini, dignus videar.*] Legebam, *& ego, qui ſum pater, patre Antonini dig. vid.* ſed malo, *& ego, qui ſim pater Ant. d. v.* Trajecta ſunt verba: pro, & ego dignus videar, qui ſim pater Ant.

4 *XIV. menſe imperii.*] Recte: imperarunt enim annum unum, menſes duos, demtis (alii dicunt additis, neſcio quo auctore,) diebus tribus.

5 *Ob incivilem atque aſperum principatum.*] Aurelius Victor, *Horum nihil præter ſævos atque inciviles animos interim reperio.*

rum principatum [1] interfectus eſt cum patre, non ſuo nomine. Quamvis etiam iſtum ultra ætatem ſæviſſe in pleroſque reperiam, ut docent literæ ab hoc eodem ad patrem miſſæ. Nam quum quidam defectionis ſuſpicionem incurriſſent, & eos Macrinus ſæviſſime puniſſet, filio forte abſente, atque hic audiſſet autores quidem defectionis occiſos, [2] quorum tamen unus, dux Armeniæ erat, & item [3] legatos Aſiæ atque Arabiæ ob antiquam familiaritatem dimiſſos, his literis conveniſſe patrem dicitur, [4] paribus miſſis etiam ad matrem: quarum exemplum hiſtoriæ cauſa inferendum putavi. *Patri Auguſto filius Auguſtus. Non ſatis mi pater videris in amore noſtro tenuiſſe tuos mores, qui tyrannidis affectatæ conſcios reſervaſti, ſperans eos vel amiciores tibi futuros ſi iis parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos:* [5] *quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primum omnium jam te exulcerati ſuſpicionibus amare non poſſunt.*

GRUTERUS.

5 *Ob incivilem patris atque aſperum principatum interfectus eſt cum patre, non ſuo nomine.*] Nimirum ſemper *patrem ſequitur ſua proles*; & tam abripiuntur parentum adverſis filii, quam eorum gaudent ſecundis; cujus rei aliquot deprompſi exempla ad Taciti lib. IV. Annal. cap. 13. fine ipſo.

CASAUBONUS.

1 *Interfectus eſt cum patre non ſuo nomine.*] Apertius Pollio de Salonino Gallieno: *occiſus eſt, non ſua, ſed patris cauſſa.*

3 *Legatos Aſiæ atque Arabiæ.*] Regius & Puteani, *atque Achaiæ.*

4 *Paribus miſsis etiam ad matrem.*] Nihil refert, ſive pares literas accipias, ſive paria literarum. ſic Græci ἴσα, id eſt, *paria* appellant diverſa e juſdem ſcripti exempla.

5 *Quod nec debuit fieri, nec potuit.*] Dictum ἐκ παραλλήλου. nam ſane potuit fieri quod conſtat factum. ſed ita vulgo negamus fieri poſſe, quæ volumus intelligi nullo modo debuiſſe fieri.

SALMASIUS.

2 *Quorum tamen unus dux Armeniæ erat & item legatos Aſiæ.*] Aliter hæc habet Palatinus, hoc nempe modo: *tamen quorum dux Armeniæ erat & item legatus Aſiæ ob antiquam familiam tamen dimiſſos.* omnino legendum: *atque hic audiſſet auctores quidem defectionis occiſos, tamen qui eorum dux Armeniæ erat, & item legatus Aſiæ ob antiquam familiam dimiſſos.* hoc vult nimirum: cum ceteros defectionis auctores occidi juſſiſſet Macrinus, inter eos tamen ducem Armeniæ & item Aſiæ legatum ob antiquam familiam dimiſſos. in epiſtola tamen Diadumeni, *antiquam familiaritatem* habetur, non *familiam.*

5 *Quod nec debuit fieri nec potuit.*] Palatinus & editio: *nec poterit.*

poſſunt. denique crudeliores inimici ſunt, qui obliti veteris familiaritatis ſe inimiciſſimis tuis junxerunt. Adde quod exercitus adhuc habent.

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Aſcanium ſurgentem, & ſpes heredis Iuli
Reſpice, cui regnum Italiæ Romanaque tellus
Debetur.

Feriendi ſunt iſti, ſi vis eſſe ſecurus. Nam vitio generis humani alii non ſunt defuturi quum iſti ſervantur. Hanc
epiſtolam quidam ipſius, quidam [1] magiſtri ejus Ce-
liani ferunt, Afri quondam rhetoris, ex qua apparet,
quam aſper futurus juvenis, ſi vixiſſet. Extat alia epi- 9
ſtola ad matrem ab eodem deſtinata talis: *Dominus noſter & Auguſtus nec te amat, nec ipſum ſe, qui inimicos ſuos ſervat. Age igitur* [2] *ut Arabianus, & Thuſcus, & Gellius, ad palum deligentur:* [3] *ne, ſi occaſio fuerit, non prætermittant.* Et, quantum Lollius Urbicus in hiſtoria ſui temporis dicit, iſtæ literæ per notarium proditæ, illi puero multum apud milites obfuiſſe dicuntur. Nam, quum patrem occidiſſent, quidam hunc ſervare voluerunt: ſed extitit cubicularius qui has epiſtolas concioni militum legit. Interfectis igitur ambobus, & capitibus pilo circumlatis, in Marcum Aurelium Antoninum, charitate nominis, inclinavit

CASAUBONUS.

1 *Magiſtri ejus Cæliani.*] Et regius liber & quantum eſt veterum membranarum magiſtrum hunc Diadumeni Cælianum nominant: non, ut diſputat vir eruditiſſimus, Cæcilium. Quare eſſe hunc illum rhetorem qui apud Minutium Felicem gentium errores propugnat, per antiquos libros aſſentiri illi non poſſumus. ſed nec rationes aliæ deſunt, quæ eam ſententiam reddant minus probabilem.

GRUTERUS.

2 *Ut Arabianus & Tuſcus & Gellius, ad palum deligentur.*] Sic Palatinus, interſerta copula priore, quæ perperam abeſt retro vulgatis.

3 *Ne ſi occaſio fuerit, nos interimant.*]. Mitius paullo Palatinus, *non prætermittant.*

SALMASIUS.

3 *Ne ſi occaſio fuerit, nos interimant.*] *Ne ſi occaſio fuerit non prætermittant.* ita libri omnes.

navit exercitus. [1] Is filius [2] Baſſiani Caracallæ ferebatur. Erat autem templi Heliogabali ſacerdos, homo omnium impuriſſimus, & qui fato quodam Romanum deformaverit imperium. [3] De quo quidem, quia multa ſunt dicenda, loco ſuo diſſeram.

1 *Is filius fuit Baſſiani Caracallæ.*] *Caracalli.*

GRUTERUS.

2 *Baſsiani Caracallæ.*] Palatinus & heic & ſupra ſemper *Caracalli.*

3 *De quo quidem quia multa ſunt dicenda, loco ſuo diſſeram.*] Vox *dicenda* non agnoſcitur a Palatino, neque admodum requiritur.

[1] ÆLII LAMPRIDII [2] ANTONINUS HELIOGABALUS, AD DIOCLETIANUM AUG.

I [3] VITAM HELIOGABALI ANTONINI impuriſſimam, qui Varius etiam dictus eſt, nunquam

SALMASIUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Non Lampridio ſed Spartiano aſcribunt hanc vitam vetuſtiſſima Spartiani excerpta.

GRUTERUS.

3 VITAM HELIOGABALI ANTONINI, *qui Varius etiam dictus eſt.*] Eſt quidem interjecta vox in vulgatis, *impuriſſimam*; ſed ea non comparet in membranis Palatinis: neque adeo deſideratur. toties enim de eo ſupra loquutus fuit, ut ſupervacuum fuerit heic id iterum inculcare.

CASAUBONUS.

2 ANTONINUS HELIOGABALUS.] Syrus homo de Syriaci idoli nomine ita dictus. ei deo fictitio nomen אלהגבל. *Alah Gabal.* quaſi dicas *Deus montis.* אלה Syris, ut & Arabibus الله generale dei vocabulum eſt. ideo dubitatum à Capitolino & Lampridio de hoc Syrorum idolo, Sólne eſſet an Jupiter. ſed tollunt omnem dubitationem lapides, in quibus conjunctim SOL, ALAGABALUS nominatur. extant & nummi quorum hæc inſcriptio: SACERD. SOLIS. DEI. ELAGAB. præterea Dio & Herodianus Ἥλιος ſine dubitatione ulla interpretantur. Pleraſque gentes Orientis præcipuo cultu Solem veneratas eſſe, cum alia multa teſtantur, tum etiam ex hoc nomine poteſt colligi: ut enim Athenienſes τὴν θεὸν ſimpliciter cum dicerent, Minervam intelligebant; ſic iſti Solem communi nomine אלה DEUM dixerunt. nam quod videntur Dio & Herodianus exiſtimaſſe, lingua Syrorum vel Phœnicum hac appellatione communiter ſolem dici, hoc niſi commode accipiatur, ſcimus eſſe falſum: aliter enim Hebræi, Syri, & Arabes ſolem nominant. hoc tantum eſt verum, locum fuiſſe quendam in Syria ubi ſub eo nomine deus Sol coleretur. Porro in monte poſitum fuiſſe iſtud

iſtud ſimulacrum, altera pars nominis hujus declarat: nam Syris גבל, & Arabibus quoque جبل montem ſignificat. Ex hiſtoria ſacra & prophetarum vaticiniis notum eſt, ſolitos veteres populos Orientis ſuorum deorum ſimulacra in locis excelſis dedicare. Sic fere DEVS CARMELVS dicebatur illud idolum, quod in monte Carmelo ædem ſuam habebat. meminit illius Suetonius in Veſpaſiano. Fueritne HALAGABAL peculiaris eorum Gabalitarum deus, quorum in ſacris literis habetur mentio, quærit explicatque illuſtriſſimus Scaliger in opere divino obſervationum ſuarum ad Euſebii Chronicon. & Herodianus quidem & Dio, quorum uterque Syriaci hujus dei mentionem facit multam, (Herodianus præſertim; qui etiam lapidem illum cum cura deſcribit, quem pro ſimulacro ait fuiſſe in hoc templo:) de loco aliud nihil nos docent; niſi quod afuiſſe non multum ab Emiſſena urbe, ex Herodiani verbis videtur poſſe intelligi. Ammianus libro XXVI. *Antiochiæ imperatore Macrino agente ab Emeſa Heliogabalus exivit Antoninus.* Ex Spartiano in extremo Caracalla aliud pronunties: ſcribit enim dei hujus templum in eo vico radicibus Tauri ſubjecto, fuiſſe, ubi Marcus olim Fauſtinæ ſuæ in Aſia defunctæ ædem poſuerat. Halalen Capitolinus eum vicum nominat. videtur ergo is locus eſſe qui Ἄλαλις in Ptolemæi libris dicitur, ad Euphratem in Palmyrena ſitus. Et fortaſſe ſicut idolum in montis verticé conſecratum *Halagabal* è re dictum fuit, ita vicus ad radices ejuſdem montis ſitus ALALA eſt appellatus, quaſi dicas *vicus Dei* dialecto Arabum, quibus erant finitimi Palmyreni. Cæterum in efferendo peregrino hoc nomine, magna apud Græcos & Latinos ſcriptores eſt varietas. In Epitoma Dionis Ἐλιογάβαλος locis diverſis ſcribitur: regia ex eodem Dione Excerpta præferunt Ἐλιαγάβαλος, quomodo & Zonaras apud Photium ex Dione, Ἐλαιαγάβαλος, apud Herodianum eſt Ἐλαιαγάβαλος. cæteri, opinor, & Græci omnes Ἡλιογάβαλος, & Latini HELIOGABALVS. quam tamen ſcripturam viri doctiſſimi non ferunt in his libris, & jubent ubique mutari. Scimus quidem aliter in literatis ſaxis, & nummis antiquis reperiri hoc nomen expreſſum: nam in illis eſt ALAGABALVS, in his ſemper, ELAGABALVS, & cum dei nomen eſt, & cum imperatoris hujus. Sed opponimus his conſenſum, non dico membranarum, quæ apud hoſce auctores nunquam aliter ſcribunt; verum etiam tot auctorum, Græcæ Latinæque linguæ, qui ita conſtanter barbarum hoc nomen efferunt. Opponimus etiam conſuetudinem ſcriptorum utriuſque linguæ, qui peregrina hujuſmodi nomina ita amant enuntiare, ut ſuæ linguæ quam maxime fieri poteſt illa accommodent: putabant enim corrumpi orationis ſuæ puritatem ſi nomina barbara non emollirent, prius quam ſuis ſcriptis illa infererent. ridet hanc ſuperſtitionem Lucianus in quodam inepto hiſtorico; quem ait, deſcribentem bella Romanorum cum Parthis, Saturninum Græce appellaſſe Κρόνιον, Frontonem Φρόντιν, Titianum Τιτάνιον, & ſimili modo cætera nomina depravaſſe. jure quidem hoc nomine Lucianus illum ineptulum exagitat: ſed rectiſſimo ejus conſilio non uſos conſtat neque Græcos neque Latinos hiſtoricos: qui, ut notum eſt eruditis, aliena nomina deflectentes, quam fieri poteſt proxime ad ſonum ſuæ linguæ, magnas ſæpe hiſtoriæ tenebras offundunt. Noli dubitare idem & in iſto nomine eſſe factum: vocatumque jam olim à Græcis, quos & Latini ſunt ſecuti ΗΛΙΟΓΑΒΑΛΟΝ, qui in Epitomā Dionis eſt ΕΛΙΟΓΑΒΑΛΟϹ. Falluntur igitur, neque indicant recte qui nummorum aut ſaxorum ſcripturam in his libris cenſent reſti-

quam in literas miſiſſem, ne quis fuiſſe Romanorum principem ſciret, niſi ante Caligulas, & Nerones, & Vitel-

tuendam. nam certum eſt Spartianum, Capitolinum, Lampridium, Victorem utrumque, Eutropium, Ammianum Marcellinum, alioſque è Latinis, cum univerſa Græcorum cohorte, aliter hanc dictionem ſcripſiſſe. Docet hoc & Servius, cum ad ſeptimam Æneidem ſcribit; *Gabalus Romanus imperator ſolem ſe dici voluit: nam Heliogabalus eſt dictus.* hæc nota Servii plana eſt, ſi retineas ſcripturam omnium librorum, Heliogabalus: anceps & obſcura Latine diſcentibus, quibus ille ſcribit, ſi, ut quibuſdam placet, ibi quoque aliter ſcribas. Sed obſerva obiter eruditiſſimi grammatici *ἀνιστορησίαν*. nam falſum eſt quod ait de Gabali appellatione.

SALMASIUS.

2 ANTONINVS HELIOGABALVS.] De Syriaci Dei nomine dictum eſſe hunc Heliogabalum viri eruditione præſtantes Scaliger & Caſaubonus jam docuerunt: Alaligabal enim lingua Syrorum deum montis ſonare. ſed cujus montis ille deus fuerit, aut à quo monte ita ſit appellatus, parum explicant. quod enim Caſaubonus ſic fere Carmelum Deum fuiſſe dictum illud Idolum quod in monte Carmelo collocatum erat, opinatur. ſed ubi mons Gabal aut Gabalus à quo nomen acceperit hic Alagabalus Deus? Scaliger itaque volebat Alagabalum iſtum peculiarem Gabalitarum deum fuiſſe. & hanc ſententiam pro veriſſima amplectitur animadverſionibus in Euſebium. apud me veriſimilis quidem habetur. ratione etiam plane caret Deum quem Emiſſeni colerent, Gabalitarum deum appellatum eſſe: & tutelare numen Gabalitarum dici, quod in Emiſſena urbe templum haberet. Heliogabalus autem Emiſſenus fuit, & in Emiſſa urbe ſacerdos Dei Alagabali, qui Deus peculiaris fuit illius urbis, ut pluribus infra docebimus. qui potuit igitur fieri, ut Emiſſenorum Deus vocaretur Deus Gabalitarum? video quid in errorem induxerit viros excellentes. neſciverunt Alagabalum proprium ac peculiare fuiſſe numen Emeſenorum, & templum eidem in ea urbe Phœnices maximum magnificentiſſimumque extructum. Mæſa enim Emiſena fuit. Herodianus: *Μαισὰ ἦν τις ὄνομα τὸ γένος Φοίνισσα ἀπὸ Ἐμέσης καλουμένης πόλεως.* huic duæ filiæ, Soæmis vel Symiamira & Mammæa. Mammææ filius Alexander. Symiamiræ Baſſianus Heliogabalus dictus. *ἱερῶντο δὲ*, inquit Herodianus, *αὐτοὶ θεῷ ἡλίῳ· τοῦτον γὰρ ἐπιχώριοι σέβουσι τῇ Φοινίκων φωνῇ Ἐλαιογάβαλον καλοῦντες.* apud Emeſam igitur illi Deo ſacrati, & in eadem urbe templum Alagabali. unde vero Alagabalus ſic dictus? Emiſeni ſolem colebant in montis effigie, quem montem cælo delapſum credebant. hinc Alagabal dictus ſol apud illos quaſi Deus mons. ejus enim ſimulacrum, erat ingens ſaxum rude & impolitum, in modum plane montis vel rupis. Herodianus: *λίθος ἐστὶ μέγιστος κάτωθεν περιφερής, λήγων εἰς ὀξύτητα. κωνοειδὲς δὲ αὐτῷ τὸ σχῆμα. διοπετῆ δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦσιν. ἐξοχάς δὲ τινας βραχείας καὶ τύπους δεικνύουσι.* hæc plane montis vel monticelli effigies. ſequitur: *εἰκόνα δὲ Ἡλίου ἀνέργαστον εἶναι θέλουσιν οὕτω βλέποντες.* ergo ſol Alagabalus hinc nuncupatus, quaſi Deus mons vel Deus in montis figuram effigiatus. hac enim forma ſimulacrum ejus, ut liquide liquet ex illis Herodiani verbis. non quærendum aliud etymon vocis Elagabali vel Halagabali. quæ de Halale vico heic diſputant viri eruditiſſimi, prorſus abſurda ſunt & falſa, ut ad Aurelianum dicturi ſumus.

3 Et

Vitellios, hoc idem habuiſſet imperium. Sed quum eadem terra [1] & venena ferat & frumentum, atque alia ſalutaria, alia contraria, eadem ſerpentes & ciconias, compenſationem ſibi lector diligens faciet, quum legerit Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum, contra hos prodigioſos tyrannos. [2] ſimul intelliget Romanorum judicia: quod illi & diu imperarunt, & exitu naturali functi ſunt; hi vero interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere. Igitur occiſo Macrino, ejuſque filio Diadumeno qui pari poteſtate imperii Antonini etiam nomen acceperat, in Varium Heliogabalum imperium collatum eſt, idcirco quod Baſſiani filius diceretur. Fuit autem Heliogabalus, vel Jovis, vel Solis ſacerdos, atque Antonini ſibi nomen aſciverat, vel in argumentum generis, vel quod [3] id nomen uſque

1 *Et venena ferat & frumentum & alia ſalutaria, alia contraria.*] Locus hic mala manu ſe interpolatum clamat, & gloſſamentis inquinatum, quæ ſcioli homines nihil ad rem pertinentia de ſuo infulſere, quæ omnia exploſimus jubentibus optimis membranis in quibus integer hic locus ita ſcriptus habetur: *ſed quum eadem terra & venena ferat & frumentum & alia ſalutaria, eadem ſerpentes & cicures, compenſationem ſibi lector diligens faciet quum legerit Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum contra hos prodigioſos Tyrannos.* eamdem igitur terram ferre ait venena & frumentum, cum aliis ſalutaribus, ſerpentes & cicures: compenſari igitur debere frumenta & alia ſalutaria cum venenis, ſicut cicures & alia animalia ad uſum & victum hominis nata, manſuetaque cum aliis feris quæ ad nocendum tantum videntur creata. at illi boni homines neſcio quæ contraria nobis huc de ſuo inferſerunt: & cum ſerpentes legiſſent, ſuum illis contrarium ſtatim adjungi debere exiſtimarunt, nempe ciconias, quæ ſerpentibus & ipſæ victitant, & pullos ſuos alunt. arguti homines: quaſi id ageretur hoc loco. non diu eſt cum huic lectioni contaminandæ malam manum admovit imperitus corrector. vetus enim editio Mediolanenſis habet ſicut poſuimus, & conſentit cum ſcriptis codicibus.

CASAUBONUS.

2 *Simul intelliget Romanorum judicia.*] Victor alter in Caligula: *De quo neſcio an decuerit memoriæ prodi: niſi forte, quia juvat de principibus noſſe omnia, ut improbi ſaltem famæ metu talia declinent.*

GRUTERUS.

3 *Id nomen uſque adeo carum eſſe cognoverat gentibus, ut etiam parricida Baſſianus, cauſſa nominis amaretur.*] Magnum hac in re populum tenent intemperiæ: quemadmodum contra, quem idem odit, odit uſque ad nomen; uti duplici exemplorum ſerie prodidimus ad Livii lib. 11. cap. 11. m.

uſque adeo charum eſſe cognoverat gentibus, ut etiam parricida Baſſianus cauſa nominis amaretur. [1] Et hic quidem prius dictus eſt *Varius*, [2] poſt *Heliogabalus* à ſacerdotio dei Heliogabali, cui templum Romæ in eo loco conſtituit in quo prius ædes Horci fuit, [3] quem è Syria ſecum advexit. Poſtremo quum accepit imperium, *Antoninus* appellatus eſt: [4] atque ipſe in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit. [5] Hic tantum
2 Semiamiræ matri deditus fuit, ut ſine illius voluntate nihil in Rep. faceret, quum ipſa meretricio more vivens, in aula omnia turpia exerceret: [6] Antonino autem Caracallo ſtupro cognita, ita ut hinc vel Varius vel Heliogabalus vulgo conceptus putaretur. Et ajunt quidam, *Varii* etiam nomen idcirco eidem inditum à condiſcipulis, [7] quod vario ſemine, de meretrice utpote, conceptus videretur. Hic fertur occiſo Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino, in templum dei Heliogabali confugiſſe velut in azylum, ne interficeretur à Macrino, qui ſæviſſime cum filio luxurioſo & crudeli exercuit imperium. Sed de nomine hactenus, quamvis ſanctum illud Antoninorum nomen pol-

CASAUBONUS.

1 *Et hic quidem prius dictus eſt Varius.*] Cauſſam prætermittit; quam ex Dione accipe: quia Soæmis mater ejus nupſerat Οὐάρῳ Μαρκέλλῳ Σύρῳ ἀνδρί. melius Οὐαρίῳ. obſcurior cauſſa eſt, cur ejus avia Julia Mæſa à Lampridio Varia appelletur. ab hoc Varianæ thermæ Romæ nomen invenerunt. earum & in inſcriptionibus mentio.

2 *Poſt Heliogabalus, à ſacerdotio dei Heliogabali.*] Novo exemplo hic fanaticus de nomine ejus dei cujus ſacerdos fuit, ſe quoque dici voluit. quod non minus inſolens quam ſi Jovis ſacerdos aut dialis flamen ipſam Jovis appellationem ſibi vindicaſſet.

4 *Atque ipſe in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit.*] Hoc eſt, octavus. vide Capitolinum in Opellio Macrino.

6 *Antonino autem Caracallo ſtupro cognita.*] Jactatum hoc pro tempore: ſed falſum eſſe creditum à pleriſque. Dio πλάσμα vocat. Herodianus in medio relinquit ſitne πλάσμα, an ἀλήθεια.

7 *Quod vario ſemine.*] Ex iis quæ modo diximus ex Dione falſum hoc patet. & notum eſt hujus aviam fuiſſe Variam dictam. vide infeſtus.

SALMASIUS.

3 *Quem è Syria ſecum advexit.*] *Quem è Suria ſecum advexit.*

5 *Hic tantum Semiamiræ matri deditus fuit.*] Scriptum heic & ubique *Symiamiræ.* cujus ſcripturæ nos rationem libro ſuperiori reddidimus.

1 *Quod*

polluerit: [1] quod tu, Conſtantine ſacratiſſime ita veneraris, ut Marcum & Pium inter Conſtantios Claudioſque velut majores tuos aureos formaveris, [2] adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, &
tibi amicas charaſque. Sed ut ad Antoninum Varium 3
revertamur, [3] nactus imperium Romam nuntios miſit; excitatiſque omnibus ordinibus, omni etiam populo ad nomen Antoninum, quod non ſolum titulo, ut in Diadumeno fuerat, [4] ſed etiam in ſanguine redditum videbatur, quum ſe Antoninum Baſſiani filium ſcripſiſſet, ingens ejus deſiderium factum eſt. Erat præterea etiam [5] rumor [6] qui novis poſt tyrannos ſolet donari principibus: qui niſi ex ſummis virtutibus non permanet, & quem multi mediocres principes amiſerunt. Denique ubi in ſenatu lectæ ſunt literæ Heliogabali, ſtatim fauſta in Antoninum, & dira in Macrinum

CASAUBONUS.

1 *Quod tu, Conſtantine ſacratiſſime, ita veneraris.*] Similis Capitolini adulatio in Marco: *deus uſque etiam nunc habetur, ut vobis ipſis, ſacratiſſime imperator Diocletiane, & ſemper viſum eſt, & videtur.* Reg. *q. t. ſacrat. Conſt.* vocibus tranſpoſitis.

2 *Adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas charaſque.*] Regius, *eorum*, pro *veterum*. non diſpliceat *majoribus* pro *moribus*. quod non damno tamen. venuſte autem verbum *adoptare* uſurpatum, cum de majoribus in cognationem adſcitis à Conſtantino loquatur: cum non ſoleant adoptari, niſi liberi aut nepotes.

3 *Nactus imperium Romam nuntios miſit.*] Miſit & imaginem ſuam, eo habitu quo ut ſacerdos Alagabali utebatur: ipſamque in ſanctiſſimo Curiæ loco juſſit poni. lege Herodianum.

4 *Sed etiam in ſanguine.*] Dele *in.* ut probat præcedens periodi membrum.

5 *Rumor qui novis poſt tyrannos ſolet denari principibus.*] Appellat *rumorem* nove, favorem ac ſtudium quo ferri vulgo ſolent homines in eos principes, qui tyrannis ſuccedunt. fere enim ſolet de iis ſpes quædam ingens concipi: cui tamen ſpei, ut recte ait Lampridius, pauci reſponderunt.

SALMASIUS.

2 *Adoptans virtutes veterum tuis moribus congenentes & tibi amicas charaſq.*] Palatinus & vetus editio: *& tibi amicas charas.* quod abſque dubio rectum eſt. *amicus charus*, pro valde amico & valde charo, quod vulgo dicimus *cher ami.* Scholiaſtes Juvenalis qui iiſdem fere temporibus vixit quibus iſti auctores: *Seianus fuit Tiberio uſque adeo charus amicus, ut nihil eſſet quod ei à Tiberio petenti negaretur.* Catonis diſticha:

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus.
Sic bonus eſto bonis ne te mala damna ſequantur.

6 *Qui novis poſt tyrannos ſolet donari principibus.*] In Palatino & vet. edit. *damnari.*

num ejuſque filium dicta ſunt, appellatuſque Antoninus princeps, volentibus cunctis, & ſtudioſe credentibus, ut ſeſe habent vota hominum ad credulitatem feſtinantium, [1] quum quod optant, verum eſſe deſiderant. Sed ubi primum ingreſſus eſt urbem, omiſſis iis quæ in provincia gerebantur, Heliogabalum in Palatino monte juxta ædes imperatorias conſecravit, eique templum fecit, ſtudens [2] & Matris typum, & Veſtæ ignem, & Palladium, & ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum, & id agens ne quis Romæ deus niſi Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea, [3] Judæorum & Samaritanorum religio-

1 *Quum quod optant, verum eſſe deſiderant.*] Bis idem dicit: & mera tautologia eſt. quid enim mirum ſi quod optamus, id verum eſſe optamus? itaque legendum putem: *quum quod putant, id verum eſſe ediſſerant*, id eſt, id verum eſſe dicunt, quod optant.

CASAUBONUS.

1 *Cum quod optant verum eſſe deſiderant.*] Error manifeſtus: nam ut docuit pridem Petrus Faber, pro *deſiderant*, aliud quid ſententia deſiderat; putà, *exiſtimant*, vel *credunt*, aut, ut arbitrabatur Joſephus Scaliger, *aſſeverant*. eadem ſententia apud Galenum pene iiſdem verbis: ὃ γὰρ ἕκαστος βούλεται, δηλονότι τοῦτο καὶ εἶναι νομίζει. in libro Περὶ τοῦ προγινώσκειν. Pluribus idem dicit Procopius poſtremo libro poſterioris tetradis. οἱ ἄνθρωποι τὴν διάνοιαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον πρὸς τὴν τοῦ βουλομένου ἁρμόζονται χρείαν, καὶ λόγῳ τῷ ἀρέσκοντι αὐτοὺς ἀεὶ προσχωροῦσι, καὶ προσοίονται τὰ ἐξ αὐτοῦ πάντα, εἰ διασκοπεύοντοι μὴ ψευδῆς εἴη.

2 *Et matris typum.*] Διοπετὲς illud ἄγαλμα, quod deſcribit Herodianus libro primo prolixe. meminerunt & alii multi.

3 *Judæorum & Samaritanorum religiones, & Chriſtianam devotionem.*] Reg. *Chriſtianorum.* Sic alibi hæc tria nomina junguntur. ut in epiſtola Hadriani de Ægypto & Alexandria: *nemo illic archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum presbyter.* Græca formatio, *Samarites*, Σαμαρείτης. qua veteres potius utuntur. & fortaſſe hic quoque *Samaritarum* auctor ſcripſerat. Quid & quantum inter Judæos ac Samaritas ſit diſcriminis, explicatum eſt à Scaligero in ſeptimo De emendatione. etiam ab imperatoribus in diverſis conſtitutionibus ſeparantur à Judæis Samaritæ. Photius in Nomocanone titulo ſexto, capite VII. Samaritas agricolas à reliqua illa gente diſtinguit, & fuiſſe hos meliore conditione quam cæteros oſtendit. Σαμαρείτας γεωργοὺς ipſe nominat. in decimo autem titulo, τοὺς τὰ γήδια γεωργοῦντες Σαμαρείτας. At Judæi terram poſſidere ſimul & colere à multis ſeculis deſierunt: etſi in Benjamini Judæi itinerario leges aliquot locis Judæos γεωργούς. ſed ut plurimum tam Judæi quam Samaritæ negotiatoribus operas locabant. unde factum, ut Conſtantinopoli *Samaritæ* vocarentur miniſtri menſariorum qui rationes conficientibus aderant, & iis ſubſcribebant. Juſtinianus in edicto, Περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων. εἰ γράμματα φέροι αὐτῷ

τῷ

giones, & Chriſtianam devotionem illuc transferen-
dam, ut omnium culturarum ſecretum Heliogabali
ſacerdotium teneret. Deinde ubi primum diem ſena- 4
tus habuit, matrem ſuam in ſenatum rogari juſſit. Quæ
quum veniſſet vocata ad conſulum ſubſellia, [1] ſcriben-
do affuit, id eſt, ſenatuſconſulti conficiendi teſtis:
[2] ſoluſque omnium imperatorum fuit, [3] ſub quo mu-
lier quaſi clariſſima, loco viri ſenatum ingreſſa eſt.
[4] Fecit & in colle Quirinali ſenaculum, id eſt mulie-
rum

τῇ τὸ πρανίζης ἀφεστηκότος, τῇ γε ὑποχειρίως αὐτῷ, ὡς Σαμαρείτας κα...ζι. & forſaſſe alluſum à primis auctoribus ejus nominis, ad vocis notionem. eſt enim *σαμαρείτης*, ut ſi dicas *φυλακιστὴς* à verbo quod cuſtodire & obſervare ſignificat.

1 *Scribendo affuit, id eſt, ſenatuſconſulti conficiendi teſtis.*] Quid ſit, *ſcribendo adeſſe*, notiſſimum ex epiſtolis Marci Tullii, & antiquis ſenatuſconſultis. non arbitror auctoris eſſe quod hic aſſutum eſt interpretamentum: & inducenda illa cenſeo, *id eſt, ſenatuſconſulti conficiendi teſtis*. Eadem formula in Græco Senatuſconſulto, quod publicatum nuper ab eruditiſſimo & clariſſimo viro Jano Grutero, ΓΡΑΦΟΜΕΝΩ ΠΑΡΗΣΑΝ ΠΕΤΡΩΝΙΟΣ ΣΚΑΠΛΑΣΜΑΝΝΕΙΟΣ.

2 *Soluſque omnium imp. &c.*] Hoc verum eſt: nam Livia, quæ una inter omnes Auguſtas plurimum in Rep potuit, à Curia tamen abſtinuit, eo audaciæ progredi nunquam auſa. Dio libro LVII. obſervat, quem lege.

3 *Sub quo mulier quaſi clariſſima loco viri ſenatum ingreſſa eſt.*] Quia nolebat fœminino genere vocem *ſenator* uſurpare, neque *ſenatrix* dicere, coactus eſt circumlocutione uti. Sunt autem *fœminæ clariſſimæ*, ſenatorum conjuges, ut apud Tertullianum ad Scapulam, & Auguſtinum de civitate Dei lib. XXII. cap. VIII. & in multis legibus Codicis. Jam olim ſenatus appellabatur *ordo clariſſimus*: ſed poſtea *clariſſimus* poni cepit ἁπλῶς pro ſenator, & ita paſſim apud Ammianum Marcell. alioſque hiſtoricos, & in utroque Codice. ſic etiam *clariſſimas* nominarunt. Paulinus in vita Ambroſii: *Per idem tempus trans Tiberim apud quandam clariſſimam invitatur, ut ſacrificium in domo offerret.*

SALMASIUS.

4 *Fecit & in colle Quirinali ſenatulum*] Bis aut ter corrupta legitur hæc vox, *ſenatulum*, apud iſtos auctores. nam *ſenaculum* ſcribendum erat, à *ſenatu* enim, *ſenaculum*, parvus ſenatus: ut à *potus*, *poculum*, & ſimilia, quod ſemel dixiſſe ſufficiat.

GRUTERUS.

4 *Fecit & in colle Quirinali Senaculum.*] Ita quoque Palat. non ut editi, *Senatulum*.

CASAUBONUS.

4 *Fecit & in colle Quirinali ſenatulum, id eſt, mulierum ſenatum.*] Scribe, *ſenaculum mulierum*. & dele illa, *id eſt, ſenatum*. eſt enim gloſſema ineptum. neque enim ſenaculum eſt ſenatus: ſed locus quo conveniebatur ad ſenatum velut in curiam. erant jam olim ſenacula tria Romæ, quo patres conveniebant, ut ſcribit Feſtus. ſed iſtud & erat & dicebatur Senaculum mulierum. meminit illius & Victor in Urbis deſcriptione, regione ſexta. extincto Alagabalo, ademtum jus hoc matro-

rum ſenatum, in quo ante fuerat conventus matronalis, ſolennibus duntaxat diebus, & [1] ſi unquam aliqua matrona conſularis, conjugii ornamentis eſſet donata: quod veteres imperatores affinibus detulerunt, & his maxime quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent. [2] Sed Semiamirica facta ſunt ſenatuſconſulta ridicula de legibus matronalibus: [3] quæ quo veſtitu incederent, quæ cui cederet, quæ ad cujus oſculum veniret: [4] quæ pilento, [5] quæ equo ſagmario,

matronis: quod tamen Aurelianus voluit ipſis reſtituere. de eo Vopiſcus: *Senatum ſive ſenaculum matronis reddi voluerat: ita ut primæ illic quæ ſacerdotia ſenatu auctore meruiſſent.*

1 *Si unquam aliqua matrona conſularis conjugii ornamentis eſſet donata.*] Locus ſingularis & quantum nunc memini, in Romana hiſtoria unicus. Equidem exemplum matronæ cui ornamenta conſularis conjugii fuerint donata, ſuccurrit impræſentiarum mihi nullum. Sed non diſſimile jus eſt, quod in honorem matronarum quæ conſularibus aliquando nuptæ fuerant, aliquando fuiſſe uſurpatum diſcimus ex Ulpiani verbis, in lege XII. Dig. De ſenatoribus. *Nuptæ prius*, inquit, *conſulari viro impetrare ſolent à principe, quamvis perraro, ut nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilo minus in conſulari maneant dignitate: ut ſcio Antoninum Auguſtum Juliæ Mammææ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe.* Eſt quidem ſimile, non tamen idem jus cum eo cujus hic obiter meminit Lampridius. & cujus exemplum, ut dixi, adhuc quæro. de iis autem honoribus quos matronis, affinibus & ſuis & cognatis ſoliti imperatores deferre, multa leges apud Herodianum & Dionem.

SALMASIUS.

1 *Et ſi unquam aliqua matrona conſularis, conjugii ornamentis eſſet donata.*] Diſtinguendum: *& ſi unquam aliqua matrona conſularis conjugii ornamentis eſſet donata.*

2 *Sed Semiamirica facta ſunt ſenatuſconſulta.*] *Sed ſ.miamira*, Pal. & v. ed. *Symiamirus* pro *Symiamiricus*. ut *electrus* pro *electrinus* infra notamus: ubi videnda ſunt quæ ex eodem genere poſuimus exempla.

CASAUBONUS.

3 *Quæ quo veſtitu incederent.*] Scribas rectius, *incederet*.

4 *Quæ pilento.*] Separat pilentum à carpento: nam illud fuit honoratius. Livius in anno Urbis CCCLIX. *honorem ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad ſacra ludoſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur.* Trebellius Pollio de Zenobia: *Uſa vehiculo carpentario, rarò pilento, equo ſæpius.* Sed & vocabula hæc, & eorum uſus, varie mutarunt in Rep. ſæpeque ab auctoribus confunduntur. Alibi genera vehiculorum omnia recenſemus diligenter, & totam illam rem ſedulo exponimus.

5 *Quæ equo ſagmario.*] Græcæ vocis formatio Latina, ut in multis. recens Hellenismus retinuit, & dixit σαγμάριος. at *ſagma* eſt σάγμα, vel σαγή. quod jumento imponitur ut mollius vehat, & ſine noxa ſua. Differt ſagma à ſella: nam ſagma proprie eſt quod jumentis onera bajulantibus imponitur: ſella equorum eſt, vel aliorum animalium quibus homo vehitur. Vegetius rei veterinariæ libro ſecundo, capite LIX. *Exceptis his qui deputati ſunt circo, reliquum mulorum, equorum, aſinorumque genus, ſubſellis aut ſagmis ſolo ter-*

mario, [1] quæ aſino veheretur, [2] quæ carpento mulari, quæ

lo tergo præſtat officium. deinde: *tunc ſagmarum vel ſellarum menſura conveniens, & apta qualitas debet adhiberi.* inde *equi ſellares* & *ſagmarii.* ſellaris Græcis eſt ἵππος φορεὺς Plut. vel κέλης: nam Euſtath. κέλης explicat ἵππος σελλάριος. ſagmarius eſt κανθήλιος. & propterea ſeparatur à ſellari, qui ἁπλοῦς equus nominatur: ut in vita B. Hilarii: *quod ubi vir comperit, protinus & ipſe pedibus iter ingreſſus, urbem Romam ſine equo, ſine ſagmario intravit.* ſed hæc diſtinctio non ſervatur hoc loco: neque inferius in epiſtola Aureliani ad vicarium ſuum: *equum ſagmarium ſuum deficere.* Sagma poſtea appellata eſt ſalma. Iſidorus lib. xx. *Sagma, quæ corrupte vulgo dicitur ſalma, à ſtratu ſagarum vocatur: unde & caballus ſagmarius, mula ſagmaria.* inepte quidem Iſidorus *ſagmam* deducit à ſago; cum vox Græca ſit, neque de eo poſſit eſſe ullum dubium: ſed recte uſurpat vocem ſagum. nam omne opertorium, ut voce Hieronymi utar, jumenti, ſagum vocabant, ut ante probavimus. *à ſalma* manavit appellatio aſinarum, qua utuntur Narbonenſes & Provinciales: *ſaumas* enim vocant, propter ejus pecoris τὸ βαλλάσεσον. ſed illi τὸ *l* vertunt in *u*: ſicut & *ſaumarius* pro *ſagmarius* legas apud Latinos recentiores, ut in libello de miraculis S. Udalrici, nec ineleganti & ſatis antiquo: *obtulerunt de cera quantum unus fortis ſaumarius portare potuit.*

1 *Quæ aſino veheretur.*] Apud veteres aſino vehebantur tantum humiliores. ideo temporibus Chryſoſtomi, patriarcha Conſtantinopolitanus aſino vehi ſolitus: tanta erat illorum temporum moderatio: & tamen id quoque multis invidioſum fuiſſe, teſtatur idem homilia prima, in eam ad Titum: ubi voces inconditi vulgi profert iſtas: ἀλλὰ καὶ οἰκέτας ἔχει, φησί, τοὺς διακονουμένους αὐτῷ, καὶ ἐπὶ ὄνου ὀχεῖται. τίνος ἕνεκεν ἡμῶν προΐσταται; ipſe vero Chryſoſtomus nona ad Philippenſes homilia, inter conditiones in epiſcopo non ferendas, ponit iſtas quoque: ἐπεὶ πλῆθος ἀκολούθων ἔχων σοβεῖ κατὰ τὴν ἀγοράν. & ἐπὶ ἵππου φέρεται. Erat etiam moris, ut aſino imponerent, quos vellent ignominiæ cauſſa traducere: cujus rei exemplum apud Procopium in tertio Perſicorum, & alibi.

2 *Quæ carpento mulari, quæ boum.*] Secundùm pilentum erat honeſtiſſimum vehiculi genus carpentum. ſed poſteriores è Latinis laxe hanc vocem uſurparunt. interdum enim vehiculum eſt honorificum, ut cum loquuntur de magiſtratuum carpentis, de quibus & in Codice fit mentio: Vopiſcus initio Aureliani *judiciale carpentum* appellat. interdum pro quovis curru accipiunt. ut Ammianus libro xxxi. *carpenta hoſtium*, id eſt currus vel carri. Paulinus in vita Ambroſii: *domum pararat, atque in eadem carrum conſtituerat, quo facilius raptum ad exilium perduceret.* mox: *eidem carpento impoſitus de eadem domo ipſe ad exilium deſtinatus eſt.* carpentis autem matronarum videntur ſucceſſiſſe baſternæ; quarum frequens apud ſcriptores mentio. Ad hujuſmodi vehicula non ſolum equi aut mulæ jungebantur, ſed & boves. Auguſtinus libro xxii. De civitate Dei, cap. viii. *Puerum quendam parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves qui vehiculum trahebant, rota obtriverunt.* non enim ἅλωνα hic *aream* interpretor: ſed ſubdival domus, ut in vita Diadumeni. Eginhartus in vita Caroli magni: *Quocunque eundum erat, carpento ibat: quod bubus junctis, & bubulco ruſtico more agente trahebatur: ſic ad palatium, ſic ad publicum populi ſui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, ſic domum redire ſolebat.* Erunt qui cum ad noſtros mores oculos referent, hoc mirentur: at ego illud potius, quod inter animalia curſui publico deſtinata,

quæ boum: [1] quæ ſella veheretur, & utrum pellicea, an oſſea, an eborata, an argentata: & [2] quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent. [3] Ergo quum hybernaſſet Nicomediæ, atque omnia ſordide ageret, inireturque à viris & ſubaret, ſtatim milites facti ſui pœnituit quod in Macrinum conſpiraverant ut hunc principem facerent: atque in conſobrinum ejuſdem Heliogabali Alexandrum, quem Cæſarem ſenatus Macrino interempto appellaverat, inclinavere animos. Quis enim ferre poſſet principem [4] per cuncta cava corporis libidinem recipientem, quum ne belluam quidem talem quiſquam ferat? Romæ denique nihil egit aliud, niſi [5] ut emiſſarios haberet qui ei bene vaſatos perquirerent, eoſque ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui poſſet. Agebat præterea domi fabulam Paridis, ipſe Veneris perſonam ſubiens, ita ut ſubito veſtes ad pedes defluerent: nuduſque una manu ad mammam, [6] altera pudendis adhibita ingenicularet, poſte-

nata, & boves olim fuerunt: teſtes ſunt lex prima, & LIII. Cod. Theod. De curſu publico. ſed Julianus hac neceſſitate boves, aſinos, mulos exemit. Socrates libro tertio cap. primo: ἀφεῖλε δὲ καὶ τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον. οἷον, ἡμιόνων, βοῶν καὶ ὄνων. μόνον δὲ τὸν ἵππον ταῖς δημοσίαις χρείαις συνεχώρησεν ὑπουργεῖν.

1 *Quæ ſella veheretur.*] Aut lectica: quod membrum auctorne prætermiſerit an librarius, nondum conſtitui.

2 *Quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent.*] Nam & χρυσᾶ καττύματα, & χρυσᾶ, & λιθοκόλλητα habuerant: quæ omnia nobis alibi curioſe pertractata. Vetantur hujuſmodi calcei lege Alexandri, de qua Lampridius.

3 *Ergo cum hibernaſſet Nicomediæ.*] Herodianus, ὁ Ἀντωνῖνος ἀπάρας τῆς Συρίας, ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Νικομήδειαν ἐκεῖ ἐχείμαζε, τῆς ὥρας τοῦ ἔτους οὕτω ἀπαιτούσης.

4 *Per cuncta cava corporis libidinem recipientem.*] Idem auctor in Commodo: *omni parte corporis atque ore, in ſexum utrumque pollutus.*

5 *Ut emiſſarios haberet, qui ei bene vaſatos perquirerent.*] Dio, διερευνητὰς συχνοὺς εἶχε, δι' ὧν ἐπολυπραγμόνει τοὺς μάλιστα αὐτῷ ἀρέσαι τῇ ἀσελγείᾳ δυναμένους. *bene vaſatos* & majoris peculii viros dialectus Chaldaica unica voce exprimit, & vocat משועבין. Egnatii ridiculus error pridem viris eruditiſſimis exagitatus. ſic Græci ſuum σκεῦος uſurpant, Plautus *vaſa.*

SALMASIUS.

6 *Altera pudendis adhibita ingenicularet.*] Ingeniculare verbum ἐκ δώχημα in turpiculis rebus. vetus epigramma ἀνέκδοτον:

Εὐκαίρως ποτὲ παιδοτρίβης λεῖον προδιδάσκων
Εἰς τὸ γόνυ κάμψας μέσον ἐπαιδοτρίβει.

erat

poſterioribus eminentibus in ſubactorem rejectis & oppoſitis. Vultum præterea eodem, quo Venus pingitur, ſchemate figurabat, corpore toto expolitus: [1]eum fructum vitæ præcipuum exiſtimans ſi dignus atque aptus libidini plurimorum videretur. Vendidit 6
& honores & dignitates & poteſtatem, tam per ſe quam per omnes ſervos ac libidinum miniſtros. In ſenatum legit ſine diſcrimine ætatis, cenſus, generis, pecuniæ merito, [2]militaribus etiam præpoſituris & tribunatibus, & legationibus & ducatibus venditis, etiam procurationibus & Palatinis officiis. Aurigas [3]Protogenem [4]& Gordium, primo in certamine curuli ſocios, poſt in omni vita & actu participes habuit. Multos

erat enim modus palæſtricus, εἰς τὸ γονάτιον. Lucianus in Lucio: δείξεις εἴπερ νέος εἶ καὶ δύνατος παλαιστὴς καὶ εἰ ἐπίστασαι παλαίειν καὶ ποιεῖν τὰ ἀπὸ γονάτων, ὃ πεσοῦσα ἐπὶ λέχους εἰς γόνυ, &c. quod autem heic *ingeniculare* in eadem re εἰς γόνυ συγκεκάμφθαι dixit idem Lucianus in Pſeudologiſte: πολλὰ ἄλλα ἴσασί γε καὶ μέμνηνται οἱ τότε ὑμῶν ἐπιστάντες, καί σε μὴ εἰς γόνυ συγκεκαμμένον ἰδόντες, ἐκεῖνον δὲ οἶσθα ὅτι καὶ ποιοῦντας οἱ μὴ παραβάντες ἐπιλήσμων. ſed horum pudet pigetque. jam ad reliqua progrediamur.

CASAUBONUS.

1 *Eum fructum vitæ præcipuum exiſtimans.*] Opponamus furori hujus prodigii veram viri ſapientis ſententiam. Marcus Antoninus libro ſexto: Αἰδοῦ θεούς, σῶζε ἀνθρώπους, βραχὺς ὁ βίος. ΕΙΣ ΚΑΡΠΟΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΕΙΟΥ ΖΩΗΣ ΔΙΑΘΕΣΙΣ ΟΣΙΑ ΚΑΙ ΠΡΑΞΕΙΣ ΚΟΙΝΩΝΙΚΑΙ. *Deum reverere, mortalium ſalutem cura, vita brevis: unus fructus eſt vitæ quam in terris agimus, animus ſanctus, actiones ſocietati hominum conducibiles.* appellat autem Lampridius *fructum vitæ*, quas Juvenalis *cauſſas vitæ* illo verſu:

Et propter vitam vivendi perdere cauſſas.

Sic Plinius epiſtola quinta libri quinti *vivendi cauſſas* appellat, qui hic dicitur *fructus vitæ*. ait ibi: *qui voluptatibus dediti quaſi in diem vivunt, vivendi cauſſas quotidie finiunt.* at libro primo epiſtola XII. vivendi cauſſas ſtatuit idem, bonam conſcientiam & bonam famam, cum auctoritate. philoſophi vocant finem: ut & Diodorus in ſimili ſententia iſti Lampridii, libro I. ὑπολαμβάνων βασιλείας εὐδαίμονος εἶναι τέλος τὸ πάσαις χρῆσθαι ταῖς ἡδοναῖς ἀνεπικωλύτως. Sic eleganter Tertullianus voluptatem appellat *fructum ſeculi*. De ſpectaculis capite ſecundo: *Quam ſapiens, ait, argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana, præſertim cum aliquid ejuſmodi de gaudiis, & de fructibus ſeculi metuit amittere?*

2 *Militaribus etiam præpoſituris.*] Idem auctor in Severo: *dabat præpoſituras locorum civilium, non militum.*

4 *Et Gordium.*] Paullo poſt *Gordius* dicitur. vulgo Romani *Gurdos* vocabant ſtultos, voce Hiſpanica, ut ait Quintilianus. fere autem hiſtrionibus & aurigis ridiculum aliquod nomen impoſitum.

SALMASIUS.

3 *Protogenem & Gordium.*] *Et Cordium*: Palat. & edit. Med. ita lege.

tos [1] quorum corpora placuerant, de ſcena & circo & harena in aulam traduxit. [2] Hieroclem vero ſic amavit ut eidem inguina oſcularetur, quod dictu etiam verecundum eſt, Floralia ſacra ſe aſſerens celebrare. In virginem Veſtalem inceſtum admiſit. Sacra P. R. [3] ſublatis penetralibus profanavit. Ignem perpetuum extinguere voluit. Nec Romanas tantum extinguere voluit religiones, ſed per orbem terræ unum ſtudens ut Heliogabalus deus unus ubique coleretur: & in penum Veſtæ, quod ſolæ virgines ſolique pontifices adeunt, irrupit pollutus ipſe omni contagione morum, cum iis qui ſe polluerant. [4] Et penetrale ſacrum eſt auferre conatus: quumque ſeriam quaſi veram rapuiſſet, [5] quamvis virgo maxima falſam monſtraverat, atque in ea nihil reperiſſet, aploſam fregit: nec tamen quicquam religioni dempſit, quia plures ſimiles factæ dicuntur eſſe, nequis veram unquam poſſit auferre. Hæc quum ita eſſent, ſignum tamen quod Palladium eſſe credebat, abſtulit: [6] & auro fi-

CASAUBONUS.

1 *Quorum corpora placuerant.*] Herod. ἐπ' αἰσχρῷ τινι εὐδοκιμήσαντες.

2 *Herodem vero ſic amavit.*] Reg. *Hierodem*. Scribe & hic & paullo poſt, *Hieroclem*, ex Dione.

3 *Sublatis penetralibus.*] Simulacris, vel cæteris rebus quæ pro ſimulacris colebantur. hæc penetralia & inſpexit, & tractavit, & loco etiam movit, in dei Heliogabali templum omnia conferens.

4 *Et penetrale ſacrum.*] Palladium, quod fatale pignus imperii Rom. vocat Livius lib. XXVI. plura de eo Herodianus.

5 *Quamvis virgo maxima falſam monſtraverat.*] Scribe, *quam ei virgo m.* de virgine maxima, Suetonius, Aulus Gellius, & alii.

GRVTERVS.

6 *Et auro fictum in ſui Dei templo collocavit.*] Sententia loci aperta. eſt tamen in Palat. *vinctum*. quod ſi verum eſt; fecit hoc exemplo eorum, qui ſimulacra Deorum ſuorum catenis aureis devinciebant, ne transfugerent, quemadmodum & Apollini factum à Tyriis prodit Curtius libro IV. capite 24.

SALMASIUS.

2 *Herodem vero ſic amavit.*] Idem liber *Heroclem*. proxime ad veritatem. nam *Hieroclem* ex Dione jam pridem aſſeruerunt viri docti.

5 *Quamvis virgo maxima falſam monſtraverat.*] Hanc lectionem effinxerunt correctores ex ſcripta quæ habuit; *quam quisgo maxima falſam monſtraverat.* ſed minore cura defungi poterant, & manum abſtinere potius quam κακῷ κακὸν ἰᾶσθαι. legendum: *quumque ſeriam quaſi veram rapuiſſet, quoniam ei virgo maxima, vel, quia ei virgo maxima falſam monſtraverat, atque in ea nihil reperiſſet, aploſam fregit.*

6 Et

ro fictum, in ſui dei templo locavit. Matris etiam deûm ſacra accepit, [1] & tauroboliatus eſt ut typum eriperet 7 & alia

6 *Et auro fictum in ſui dei templo locavit.*] Palladia illa, ut notum eſt, ex ligno erant. quomodo igitur auro fictum unum ex illis Palladiis in dei ſui templo locare potuit Heliogabalus? aut quid eſt *auro fictum* hoc loco? Palatinus optimus liber exhibet, *victum*: facilis conjectura *vinctum*, reponere. *auro vinctum* eſt deauratum, quod Græci dicunt χρυσένδετον, unde vaſa chryſendeta, ad verbum *auro vincta.* idem genus mendi pueri olim tollebamus ex Pomponio Mela, quem nos politiſſimum quondam ſcriptorem, nunc multis mendis deformatum, aliquot centum urbium & locorum nominibus ſaniorem integrioremque aliquando, ſi Deus fecerit, dabimus. apud illum igitur ſic hodie excuſum legitur, lib. 11. cap. 1. *corpora ipſa laniata & caſis pecorum viſceribus inmixta epulando conſumunt, capita ubi fabre expolivere auro cincta pro poculis gerunt.* vel cæco pateat reponendum, *auro vincta.* atque ita ne mentiamur, ſcriptum in membranis Palatinæ Bibliothecæ repperimus. auro vincta igitur ſunt χρυσένδετα. recentiores autem Græci χρυσόνδυτα dixerunt, quod exprimere dum conantur poſteriores Latini, *auro veſtita* vaſa, pocula vocavere, ut multis locis occurrit apud Anaſtaſium Bibliothecarium & alios coævos ſcriptores. ſed & *auro perfuſas* patenas, calices & ſimilia ejuſdem generis apud eumdem ſæpius leges. Græci id χρυσέμβαφον appellant. ſed de his tribus verbis & inaurandi variis apud veteres generibus nobis alibi pluribus diſputandi locus.

GRUTERUS.

1 *Et adeo tauroboliatus eſt, ut typum eriperet.*] Vera hæc hujus loci lectio, debetur exemplari Palatino. nihil enim ineptius hactenus recepta, *& adeo debacchatus eſt.* vult enim auctor, Heliogabalum myſteriis taurobolitarum faſtidioſiſſimis operoſiſſimiſque operam dediſſe; ut ea occaſione auferre poſſet typum matris Deûm. illa ipſa qualia fuerint, ex nullo ſcriptore haurias melius quam ex Inſcriptionibus noſtris: immo nihil præter nudum nomen offendas apud auctores claſſicos: adeo horum ſacrorum tota lux accepta ferenda noſtro illi theſauro.

SALMASIUS.

1 *Et adeo debacchatus eſt ut typum eriperet.*] Nemo non pro ſana hanc lectionem habuiſſet, niſi ejus vitium prodidiſſet optimus liber in quo ſcriptum eſt: *matris etiam deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut typum eriperet.* debacchati ſane ſunt in hunc locum correctores, & cum minime intelligerent quid eſt *tauroboliari*, id mutarunt. *Tauroboliari* eſt, *taurobolium accipere.* ita enim ſæpe in vetuſtis inſcriptionibus, *taurobolio accepto*, *taurobolio percepto.* Taurobolium autem dicebatur ſacrificium taurorum, qui in ſacris matris Deum immolabantur. & *taurobolium* dictum à mactandis tauris. ſic *criobolium* arietum immolatio quæ Attini fiebat. hinc taurobolium facere & criobolium dicebantur qui ſacra matris deum & Attidis accipiebant. vetus inſcriptio Narbone: MATRI. DEVM. TAVROBOLIVM. QVOD. FECIT. item in alia: MATRI. DEVM. POMPONIA. PHILVMENE. PRIMA. LECTOR. TAVROBOLIVM. FECIT. *Taurobolium facere* igitur eſt quod hoc loco uno verbo dixit Spartianus, *tauroboliari.* hinc *tauroboliati* dicti qui taurobolium fecerant, & ſacra matris deum acceperant. vetus inſcriptio Romæ:

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C.
PONTIFICI. VESTÆ.
PONTIFICI. SOLIS
QVINDECIMVIRO
AVGVRI
TAVROBOLIATO

CVRIALI
NEOCORO
HIEROPHANTÆ
PATRI SACRORVM.

ut enim *Hierophanta* proprie dicebatur in ſacris Hecates, & *pater ſacrorum* in ſacris Mithriacis: ſic *tauroboliatus* in ſacris matris deum. & *tauroboliata* mulier quæ taurobolium fecerat, & ſacra illa acceperat. vetus inſcriptio Romæ: FABIÆ. AGONIÆ. PAVLINÆ. &c. SACRATÆ. APVD. ELEVSINAM. DEO. IACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. ÆGINAM. DEABVS. TAVROBOLIATÆ. ISIACÆ. HIEROPHANTRIÆ. DEÆ. HECATÆ. &c. perperam in libro inſcriptionum deſcriptum eſt, TAVROBOLITÆ. & male vir maximus qui in indice operoſiſſimo illarum inſcriptionum *Tauroboliatam* & *Iſiacam* nomina dearum putavit, quæ apud Æginam colerentur. quis neſcit *Iſiacos* & *Iſiacas* dici qui Iſim colebant, vel Iſidis ſacerdotes? *Taurobolita* à Taurobolio nulla lege aut ratione poteſt dici. *Tauroboliata* igitur ſcribendum. & ſic mulier quæ Taurobolium fecit, appellatur, ut vir *tauroboliatus*. hæc autem Fabia Agonia Paulina quæ Tauroboliata & Iſiaca, & Hierophantria Hecates vocatur in hac inſcriptione, uxor fuit illius Vettii Agorii prætextati, cujus & alia mentionem facit inſcriptio, quam ſupra produximus, ubi & *tauroboliatus* & *hierophanta Hecates* pariter dictus eſt. *Taurobolinus* etiam dicebatur. alia inſcriptio: PATER. SACRORVM. INVICTI. MITHRÆ. TAVROBOLINVS. M. D. M. I. id eſt *Taurobolinus matris deum magnæ Idææ*. & *dux tauroboli ſacri* in eodem ſaxo:

Taurobolique ſimul magni dux myſtice ſacri.

Taurobolus in antiquo poëmate vocitur nondum vulgato:

Quis tibi taurobolus veſtem mutare ſuaſit
Inflatus dives ſubito mendicus ut eſſes:
Obſitus & pannis modicis tepefactus. . . .
Sub terra miſſus pollutus ſanguine tauri,
Sordidus, infectus, veſtes ſervare cruentas,
Vivere cum ſperas viginti mundus in annos.

qui verſus totum illius tauroboli ſacri ritum dilucide nobis aperiunt. qui taurobolium accipiebat & conſecrandus erat, in ſcrobem profundam terra egeſta ad hoc ipſum factam demittebatur. deinde ſcrobs illa, plancis vel tabulis, quæ multis locis erant foraminatæ, conſternebatur. ſuper quem pontilem ſtratum multis pertuſum locis, taurus mactabatur auratis cornibus, ut ſanguis per foramina in ſcrobem deflueret, quem capite, naribus, oculis, auribus, & toto denique corpore excipiebat ſacerdos in ea caverna defoſſus, & tauri ſanguine ſe abluebat. quem ſacri morem luculentis verſibus deſcribit Prudentius in Romano: cujus hæc ſunt poſt multa:

Hunc inquinatum talibus contagiis
Tabo recentis ſordidum piaculi
Omnes ſalutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum ſanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem ſub cavernis laverint.

non dicit tamen cui deo, cuive deæ ſacrum illud fieret, ſed minime dubium quin de taurobolio matris deum intelligi debeat. quod genus conſecrationis & luſtrationis tanti meriti putabatur eſſe, ac tantæ efficaciæ, ut per eam ſe renaſci crederent. hinc illa in veteri ſaxo: TAVROBOLIOQVE. IN. ÆTERNVM. RENATVS. ideoque non iterabatur niſi poſt viginti annos. nam iſto ſacro piati in annum viceſimum puri mundique permanere exiſtimabantur. poſt quod temporis ſpatium ſacra Taurobolii repetebant. inſcriptio Romana: ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX. PERCEPTIS. TAVROBOLIIS. ARAM. CONSTITVIT. hoc eſt quod dicit auctor antiqui poëmatis paulo ante à nobis citati:

Vivere quod ſperas viginti mundus in annos.

alia inſcriptio:

Vota Faventinus bis deni ſuſcipit orbis,
Ut mactet repetens aurata fronte bicornes.

vota bis deni orbis, vocat illa ſacra, quod poſt vigeſimum quemque annum repete-

& alia ſacra quæ penitus habentur condita. [1] Jactavit autem

peterentur. Taurobolio facto cornua tauri, quo fecerant, conſecrabant, & dedicabant. hinc intelligendæ illæ inſcriptiones: SEVERVS. IVLII. F. L. VIRES. TAVRI. QVO. PROPR. PER. TAVROBOL. PVB. FAC. FECERAT. CONSECRAVIT. id eſt, *vires tauri quo proprie per taurobolium publice factum, fecerat, conſecravit. vires tauri*, cornua tauri appellat. nam tauri vires in cornibus. *φύσις κέρατα ταύροις*. Anacreon. quod autem aliquoties *Tauropolium* reperitur inciſum in veteribus ſaxis, nemo debet *ταυροπόλον* Dianam, aut *ταυροπόλον*, cujus templum *ταυροπόλιον* dictum: ſed tauropolium perperam ſculptum pro taurobolium. *ταυροβόλιον τελετὴν* Græci vocant. ut in hac inſcriptione Romæ nuper eruta cujus mihi copiam fecit eruditiſſimus Rigaltius:

Ἐκ δέκα πέντ᾽ ἀνδρῶν Φοῖβός τε
Φανηφόρος ἱρὸς
Κρήσκης, ἠγάθεός τε Λεόντιος ἰσόσοφοι ἄνδρες,
Ὃς μὲν ἀπ᾽ ἀντολίης, ὃς δ᾽ ἄρ᾽ ἀφ᾽ ἑσπερίης.
Ὄργια συμμίξαντι θεᾷ παμμήτορι Ῥείῃ
Κριοβόλου τελετῆς καὶ ταυροβόλοιο φερίστης
Ἤμασι μυστιπόλοις βωμὸν ὑπερτίθεσαν.

ſic & in aliis vetuſtis monumentis taurobolium, crioboliumque junctim poſita reperiuntur. & taurobolium quidem, ut diximus, matri deum fiebat: criobolium Atti, quem eumdem cum ſole eſſe credebant. hinc Attis Menotyrannus in inſcriptionibus nuncupatur, hoc eſt *μηνοτύραννος*, sex menſium & anni moderator. inſcriptiones nuper in urbe effoſſæ nec dum vulgatæ:

M. D. M. I.
ET ATTIDI SANCTO
MENOTYRANNO
Q. CLODIVS. FLAVIANVS
V. CL. PONT. MAIOR
XV. VIR. S. F. SEPTEM
VIR. EPVLONVM.
TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQVE PERCEPTO.

MATRI DEVM MAGNÆ
IDAEAE. SVMMAE. PARENTI. HERMAE. ET ATTIDI
MENOTYRANNO. INVICTO
CLODIVS. HERMOGENIANVS
CAESARIVS V. C. &c.

perperam deſcripta eſt vetus inſcriptio, quæ inter Grutterianas vulgata eſt. in qua ſic habetur: M. D. M. IDÆÆ ET ATTIDI MINOTAVRO NOBILISS. pro ATTIDI MENOTYRANNO. vel MINOTYRANNO. & paulo poſt in eadem vitioſe deſcriptum eſt. TAVROBOLINVS M.D.M. ID.ET.ATTIDIS. MINOTVRANI. ſcribendum erat: MENOTYRANNI. Macrobius lib. I. *ſolem vero ſub nomine Attinis ornant fiſtula & virga* (de Phrygibus loquitur) *fiſtula ordinem ſpiritus inæqualis oſtendit: quia venti in quibus nulla æqualitas eſt, propriam ſumunt de ſole ſubſtantiam. virga poteſtatem ſolis aſſerit, qui cuncta moderatur*. hinc liquet quare *menotyrannus invictus* dicatur Attis. vetus inſcriptio Græca:

Ἄττιδ᾽ θ᾽ ὑψίστῳ καὶ συνέχοντι τὸ πᾶν
Τῷ πᾶσιν καιρεῖς θεμερώτερα πάντα
φύοντι.

proprium enim ſolis, *πᾶσιν καιρεῖς θεμερώτερα πάντα φύειν*. auctor antiqui poëmatis, cujus jam ſupra teſtimonio uſi ſumus:

Egregios proceres currum ſervare Cybelæ,
Quem traheret conducta manus megalenſibus actis,
Arboris exciſæ truncum portare per urbem,
Attin caſtratum ſubito prædicere ſolem.

atque hæc de taurobolio criobolioque dicta ſint, quorum nonnulla fortaſſe adhuc ignorabantur.

CASAUBONUS.

I *Jactavit autem caput inter præciſos fanaticos.*] Ulpianus lege prima De ædili-

autem caput inter præciſos phanaticos, [1] & genitalia ſibi devinxit, [2] & [3] omnia fecit quæ Galli facere ſolent: abla-

ædilitio edicto: *Si ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua profatus eſſet.* Iſidorus lib. VIII. de ceremoniis ſacrorum Matris deûm: *Quod ſe apud eam jactant, præcipitur, inquiunt, ut qui terram colunt ne ſedeant: ſemper enim eſſe quod agant.* hoc Lucianus dicit σείειν τὴν κόμην ἄνωθεν. erant enim capillati. vetus lapis, CAPILLATVS A MATRE MAGNA. Varro: *Tibi nunc ſemiviri teretem coronam volantem Jactant tibi galli.* Sic etiam leones quibus vehebatur jubam jactare aſſueſiebant, ut in epigrammate Alcæi:

ἐκ δὲ πινόντων
Εὔθυς ῥομοῦντα τὴν ἐστροφάλιξε φό-
βην.

præciſi ſunt ἐκτομίαι, galli.

GRUTERUS.

1 *Et genitalia ſibi devinxit.*] Cum ſervet Palatinus *devixit*, videſis an non legi poſſit *defixit.*

CASAUBONUS.

2 *Et omnia fecit, quæ Galli facere ſolent.*] Perperam vulgo per majuſculam literam nomen Gallorum ſcribitur, cum Matris deûm ſacerdotes ſignificat. Aſiatica enim vox eſt, quæ τὸν ἀπόκοπον denotat, neque à Galliæ populis ea notio manavit. Gallis iſtis præerat, qui dicebatur archigallus: cujus ſæpe apud veteres mentio. Tertullianus De reſurrectione carnis cap. XVI. *Et tamen calicem non dico venenarium, in quem mors aliqua ructarit, ſed frictricis, vel archigalli, vel gladiatoris aut carnificis ſpiritu infectum, quæro an minus damnes, quam oſcula ipſorum?* non poſſum ſatis mirari nuperam ejus loci interpretationem ab eruditiſſimis viris profectam: nam quid eſt aliud nodum in ſirpo, ſi hoc non eſt? atqui nulla hic plane difficultas: aperta enim mens Tertulliani, quam illi ſubtilitatibus ſuis obſcurant. Ait ille, ita natura comparatum eſſe, ut impuriſſimos quoſque adeo abominemur, ut non ſolum eos contingere horreamus, aut oſculo applicare: ſed etiam omnia à nobis rejiciamus quibus illi plurimum fuerint uſi, ut calices è quibus ſoliti bibere. inter exempla perſonarum obſcœniſſimæ impuritatis ponit *archigallos* & *frictrices*: id eſt τριβάδας; vel ut alii libri habent *fictrices*, hoc eſt aniculas piatrices & μαγδωτρίας.

3 *Omnia fecit quæ Galli facere ſolent.*] Victor alter, *abſciſſis genitalibus, Matri ſe magnæ ſacravit.*

SALMASIUS.

1 *Et genitalia ſibi devinxit.*] Quæro quid ſit, *devincire ſibi genitalia.* demetebant quidem & abſcindebant ſibi res illas Galli. quod feciſſe Heliogabalum innuit heic auctor, & diſerte ſcribit Aurelius Victor: *abſciſſis genitalibus Matri ſe magnæ ſacravit.* nihil heic nobis adjumenti contulit liber Palatinus, niſi quod *devixit* pro *devinxit* habebat. ita puto ſcriptum fuiſſe pro *defixit.* v & f in veteribus libris ſæpius commutantur. ſic *mavorte* & *maforte* de pallio muliebri indiſcriminatim reperitur ſcriptum. *vaſculum* & *faſculum* in Gloſſis veteribus. ſic etiam plane ſcriptum *devigebat* in loco Varronis apud Nonium pro *defigebat. Phrygio qui pulvinar poterat pingere, ſoliar deo gebat.* ita libri veteres pro *defigebat.* proprium phrygionis *defigere. defigere pulvinar* & *ſoliar* eſt διακεντεῖν. qui ſciunt quid Græci appellent τὸ πολυκέντητον & πολύκεστον norunt quid ego velim. at defigere hoc loco aliud ſignificat: idem nimirum quod *refigere.* nam ut detrectare & retractare pro eodem: ſic defigere & refigere. defigere autem aliquando idem vult quod figere, aliquando vero contrarium. ſic deformare interdum pro formare accipitur, interdum in contrarium ſenſum ſumitur. & ita de aliis infinitis numero. defigere igitur hoc loco capitus

[1] ablatumque ſanctum nomen in penetrale dei ſui tranſtulit. [2] Salambonem etiam omni planctu & jactatione

pitur pro avellere & refigere quod fixum eſt. eleganter genitalia ſibi defixiſſe heic dicitur Baſſianus, qui penſilia ſua ſibi avulſit & abſcidit.

CASAUBONUS.

1 *Ablatumque ſanctum nomen.*]Scribe *numen.* ſic vocat typum Matris deûm. & illud διοπετὲς ἄγαλμα. Sed Regius, ut & Puteani, vocem *nomen* non agnoſcunt. & poteſt omitti.

2 *Salambonem etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit.*] Heſychius, Σαλαμβὼ ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Ἀσσυρίοις. ſed non omnino quadrat huic loco Heſychii interpretatio: nam dubium nullum eſt, quin appellatione Salambonis hoc loco vel Adonis, vel Venus Adonim plangens intelligatur. Notum vel ex ſacra pagina, & Hieronymi Commentariis in octavum Ezechielis caput, Adonia, menſe Junio ſolita in Syria celebrari. latiſſime enim propagata eſt ea ſuperſtitio, quam neſcias ſtudio majore ſint amplexi Græci an Syri & Alexandrini, aliique Orientis populi. multa de his apud patres, & Lucianum, Macrobium, Marcellinum, poëtarum interpretes, atque alios, quæ omittimus. hæc igitur Adonia ſacra & ſolennes planctus Venerearum cultricum intelligit Lampridius.

GRUTERUS.

1 *Ablatumque ſanctum in penetrale dei ſui tranſtulit.*] Obſequutus ſum mſſ. Gallicanis ac Pall. nam vulgati verbo auctiores, *ſanctum numen in, &c.* quod natum à gloſſatore, qui indicare amabat, illud *ſanctum*, proprium eſſe nomen.

SALMASIUS.

1 *Ablatumque ſanctum nomen in penetrale dei ſui tranſtulit.*] Nec *nomen*, nec *numen* heic placent. neque enim moris eſt pedeſtribus auctoribus numina vocare ſimulacra deorum. Palatinus vocem, *nomen* non agnoſcit. *ſanctum* igitur ſimpliciter & ſubſtantive dixerit, typum matris deum: quod fortaſſe non exemplis caret, etſi nunc non ſuccurrant. Arnobius ſanctum poſuit pro templo vel ſanctuario. heic *ſanctum* eſt, ſimulacrum.

2 *Salambonem etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit.*] Salambonem Venerem heic aut Adonim ſignificare notatum viris doctis, qui de illa voce amplius quod dicerent nihil habuerunt. *Salambo* Veneris eſt epitheton Adonidem plangentis. & purum putum Græcum eſt vocabulum, ut ejus etymon non quærant in Syriacis aut Arabicis originibus homines otioſi. *Salambonem exhibere* eſt Venerem imitari dum Adonidem luget ac plangit. cujus memoria luctus magna ſolennitate quotannis renovabatur per Adonia, non ſolum in Græcia ſed etiam Ægypto & Syria, aliiſque regionibus Orientis. Ἡ Σαλαμβώ, τῆς Σαλαμβοῦς. non igitur Adonidem vox ea poteſt deſignare: ſed Græcam eſſe diximus. id doceamus. Σάλα, curam & mentis agitationem fluctuationemque & æſtum ſignificat. Heſychius: σάλα, φροντὶς, βλάβη. σάλος quoque motum & æſtum maris mentiſque notat. à σάλα, σαλάγειν quod eſt turbare, miſcere, movere. ab eodem σάλα, σαλαΐζειν, lugere & in luctu pectus tundere & plangere. Heſychius: Σαλαΐζειν, κόπτεσθαι. Σαλαϊσμὸς, κωκυτός. etymologicum magnum: Σαλαΐζειν Ἀττικοὶ ἐπὶ τοῦ θρηνεῖν. σαλάβη quoque & σαλάμβη ab eodem σάλα deductum eamdem habet ſignificationem. idem Heſychius: σαλάβη, θύρας ὀπὴ, φροντίς. idem dicit in voce Σαλάμβη, πύλη, ὀπὴ θύρας, θυρίς. Σαλάμβας autem inde dictas forſ-

ctatione Syriaci cultus exhibuit, [1]omen ſibi faciens imminentis exitii. Omnes ſanè deos ſui dei miniſtros eſſe ajebat, quum alios ejus cubicularios appellaret, [2]alios ſervos, alios diverſarum rerum miniſtros. [3]Lapides qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ. Laodi-

ſores cenſent Grammatici, quod in perpetuo motu atque agitatione verſentur. nam σαλάμβη & σαλάβη mentis inquietudinem jactationemque ſignificat. quem animi æſtum, ac σάλον ita eleganter exprimit Poëta:

—— & ingenti curarum fluctuat æſtu.

dixerat ante Catullus:

—— & magnis curarum fluctuat undis.

hoc σάλαν & σάλον & σαλάμβην Græci vocaverunt. hinc Σαλαμβὼ Venus dicta. Vetus auctor apud etymologicum magnum: Σαλάμβας τὰς θυρίδας τὰς ἀεὶ ἐν σάλῳ οὔσας. ἢ παρὰ τὸ δι' αὐτῶν βαίνειν τὸ φῶς, τὸ σέλας. καὶ Σαλαμβὼ ἡ δαίμων παρὰ τὸ ἀεὶ περιφέρεσθαι καὶ ἐν σάλῳ εἶναι καὶ ὅτι περιέρχεται θρηνοῦσα τὸν Ἄδωνιν. καὶ σαλαΐζειν Ἀνακρέων ἐπὶ τοῦ θρηνεῖν. σαλάζει γὰρ καὶ ταράττει τὴν διάνοιαν ἡ τοιαύτη ὀδύνη τοῦ θρήνου. Heſychius: Σαλαμβὼ ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις. Adonia celebraſſe Babylonios, & Syros & Ægyptios verum eſt. non tamen Babylonicum nomen Σαλαμβὼ, nec ita vocabatur Venus à Babyloniis, cum pura ſit vox & pura Græca. Μύλιτταν Veneris nomen fuiſſe apud Babylonios ſcriptum reliquit Herodotus. feſtivum eſt quod in veteri Gloſſario manuſcripto reperi hujus vocis *Salambo* interpretamentum. *Salambo, genus monſtri eſt.*

CASAUBONUS.

1 *Omen ſibi faciens imminentis exitii.*] Ammianus Marcellinus libro XXII. de Juliani adventu Antiochiam: *Evenerat iiſdem diebus annuo curſu completo, Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto, quod in adulto flore ſectarum eſt indicium frugum. Et viſum eſt triſte, quod amplam urbem principum domicilium introeunte imperatore tum primum, ululabiles undique planctus, & lugubres ſonitus audiebantur.*

2 *Alios ſervos.*] Suſpicabar de mendo, & ſcribebam, *alios ſervos atrienſes*: ſed non favent membranæ. acutus lector cogitet, & ſtatuat ex præcedentibus ſequentibuſque verbis.

3 *Lapides qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ.*] *Lapides divos* appellat famoſiſſimum illud ſimulacrum, ab Oreſte & Iphigenia è Taurica ablatum, quod apud ſe conditum eſſe tot civitates Aſiæ Europæque olim contendebant. harum urbium è numero fuit Laodicea: quæ ξόανον iſtud à Medis Suſa tranſlatum è pago Athenienſium Braurone Seleuci munere in urbem ſuam receperat, ut narrat Pauſanias in Laconicis. à quo tamen diſſentit Lampridius, cum ſubjicit, *ex adyto ſuo in quo id Oreſtes poſuerat.* Cum autem plures eodem nomine urbes olim fuerint, de qua Laodicea Pauſaniæ & Lampridii verba accipi debeant, quæri poteſt. ſed videtur cum ſine adjectione Laodicea nominatur, illam intelligi, quam ex illuſtribus Aſiæ urbibus fuiſſe ſua ætate ſcribit Tacitus XIV. Annalium.

SALMASIUS.

3 *Lapides qui divi dicuntur.*] Haud ſcio quinam iſti divi lapides, nec enim alibi de illis legi. turbat porro neſcio quid liber Palatinus, nec hanc ſcripturam expreſſam habet. nam *diviti* ac *viviti* videtur prius habuiſſe. Interpolata enim illo loco vetus lectio

Laodiceæ, ex adyto ſuo in quo id Oreſtes poſuerat, [1] afferre voluit. Et Oreſtem quidem ferunt non unum ſimulachrum Dianæ, nec uno in loco poſuiſſe, ſed multa in multis. Poſteaquam [2] ſe apud tria flumina circa Hebrum ex reſponſo purificavit, [3] etiam Oreſtam condidit civitatem, quam ſæpe cruentari hominum ſanguine neceſſe eſt. [4] Et Oreſtam quidem urbem Adrianus

ctio. puto, dum nihil aliud ſuccurrit, interim ſcribendum: *vivi lapides*, vivorum lapidum non rara apud veteres mentio, & præcipue ſcriptores Græcos, qui ἐμψύχους λίθους eos vocant. hi ſunt etiam qui βαιτύλοι dicebantur, de quibus multa mira fabuloſaque narrant Græculi nugatores. Philo Byblienſis: ἔτι δὲ ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. in vita Iſidori à Damaſcio ſcripta apud Photium: ἐγὼ μὲν ᾤμην θειότερον εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ βαιτύλου, ὁ δὲ Ἰσίδωρος δαιμόνιον μᾶλλον ἔλεγεν· εἶναι γάρ τινα δαίμονα τὸν κινοῦντα αὐτόν, οὔτε τῶν βλαβερῶν, οὔτε τῶν ἄγαν ἐνύλων, οὐ μέντοι τῶν ἀνηγμένων εἰς τὸ ἄυλον εἶδος, οὔτε τῶν καθαρῶν παντάπασιν. τῶν δὲ βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι θεῷ, Κρόνῳ, Διΐ, ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. vide plura de his bætylis & vivis & moventibus ſe lapidibus in eadem vita. de hoc genere bætylorum fuere dubio procul iſti vivi lapides qui in adyto templi Dianæ Laodicenæ. nam alii aliis Diis videntur fuiſſe conſecrati, ut Jovi, Saturno, Soli, ut ille ſcribit apud Photium. ſic etiam Diana ſuos habuit ſibi dedicatos. lapidem quoque quem Saturno devorandum tradidit Rhea per Jove, nomine iſto Græci nuncupant. Latinis Abadir. Grammatici: *Abadir deus eſt. dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devoraſſe pro Jove, quem Græci* Βαίτυλον *vocant.*

CASAUBONUS.

1 *Afferre voluit.*] Scribe, *efferre*, vel *auferre*.

2 *Se apud tria flumina circa Hebrum ex reſponſo purificavit.*] Scribe *Tria fl.* loci nomen eſt Τρεῖς ποταμοί. ut *Tres tabernæ*, & alia multa. ſic dictus, quod ad ripam Hebri eſſet ſitus, eo loci ubi duos fluvios alios Hebrus ſuſcipiebat. Alter horum fortaſſe Ariſbus fuit, de quo Strabo libro XIII. Ibi autem Oreſtem λυθέντα ποταμοῖς ἰαθῆναι τῆς μανίας, Græci quoque grammatici ſcribunt.

3 *Etiam Oreſtam condidit civitatem.*] Græcis vocatur Ὀρέστη, & Ὀρεστιάς.

4 *Et Oreſtam quidem urbem Hadrianus ſuo nomine vindicari juſſit.*] Scribe, *ſuo nomini.* hoc eſt, Hadrianopolim vocari juſſit. Invenio in Thracia Hadrianopoles diverſas. nam apud Ptolemæum ita ſcriptum in deſcriptione Thraciæ: Φιλιππούπολις, ἡ καὶ Τριμόντιον, ἡ καὶ Ἀδριανούπολις. Ammianus vero libro XXVII. in Thraciæ deſcriptione ita refert: *Poſt hanc Hæmimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur Uſcudama.* videtur alia eſſe hæc urbs à Philippopoli: quod ſi verum eſt, diverſæ urbes fuerunt Hadrianopolis de qua Ptolemæus, & illa de qua Ammianus. apud alios lego antiquam Thracum urbem Odryſum ad flumen Hebrum, poſtea Hadrianopolim eſſe dictam. Extat in regia bibliotheca breve fragmentum libelli cujuſdam, cum hac inſcriptione, Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν ὕστερον: ibi inveni hæc verba: Ὀδρυσός, ἡ καὶ Ὀρεστιάς, ἡ νῦν Ἀδριανούπολις. quod non uno loco confirmat Metaphraſtes in Martyro-

 logio

nus [1] ſuo nomine vindicari juſſit, eo tempore quo fu-
rore cœperat laborare, ut ex reſponſo quum ei dictum
eſſet ut in furioſi alicujus domum vel nomen irrepe-
ret. [2] Nam ex eo emollitam inſaniam ferunt, per quam
multos ſenatores occidi juſſerat: quibus ſervatis,
Antoninus Pii nomen meruit, quòd eos poſt ad ſena-
tum adduxit, quos omnes juſſu principis interfectos
8 credebant. [3] Cædit & humanas hoſtias lectis ad hoc
pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patri-
mis & matrimis, [4] credo ut major eſſet utrique parenti
dolor. Omne denique magorum genus aderat illi o-
perabaturque quotidie, hortante illo & gratias diis a-
gente [5] quod amicos eorum inveniſſet, [6] quum inſpice-
ret exta puerilia [7] & excuteret hoſtias ad ritum genti-
lem ſuum. [8] Quum conſulatum iniſſet, in populum
non

logio ſuo. verum hæc accuratiore judicio ſunt expendenda.

SALMASIUS.

1 *Suo nomine vindicare juſſit.*] Lege: *ſuo nomini vindicari juſſit.* ſed & ſequentia, vel potius totum locum ſic lege, & diſtingue: *& Oreſtam quidem urbem Adrianus ſuo nomini vindicari juſſit eo tempore quo furore cœperat laborare, & reſponſo, quum ei dictum eſſet ut in furioſi alicujus domum vel nomen reperet.*

6 *Cum inſpiceret exta puerilia & excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.*] Neſcio quare diſplicuit nuperis editionibus: *& excruciaret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.* quod antiquæ omnes editiones ſervant, & habetur in omnibus ſcriptis codicibus.

8 *Quum collatum miſiſſet in populum.*] Scribat quiſque quod voluerit & commentetur. nihil verius Turnebi conjectura: *cum conſulatum iniſſet.* à qua non longe abit Palatinus noſter legendo: *cum conlatum iniſſet.* nam *collatum* heic accipere pro collatione non ſatis aptum videtur; immo, ut verum dicam, prorſus ineptum eſt. nec addam plura. ſeſe tuetur enim ipſa per ſe illa ſcriptura.

CASAUBONUS.

2 *Nam ex eo emolitam inſaniam.*] Scribe, *emollitam.* & ita ſcripti.

3 *Cædit & humanas hoſtias.*] Scrib. *cecîdit.*

4 *Credo ut major eſſet utrique parenti dolor.*] Hæc poſſent abeſſe, niſi extarent in omnibus codicibus. malim autem, *utrinſque parentis.* ut occiſorum puerorum dolor eſſet major; ſive perveniret ad plures: nam ſi alter parens obiiſſet, minore luctu periiſſent.

5 *Quod amicos eorum inveniſſet.*] Nam veram magiam Perſarum, Plato pronuntiat θεῶν θεραπείαν.

GRUTERUS.

7 *Et excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.* Si accederent & aliæ membranæ, non abhorruerim à ſcriptura codicis Palatini; *& excruciaret.*

8 *Cum collatum miſiſſet in populum.*] Palatinus noſter juvat aliorum *iniſſet.*

CASAUBONUS.

8 *Cum collatum miſiſſet in populum.*]
Regius.

non nummos vel argenteos vel aureos, [1] vel bellaria, vel minuta animalia, [2] ſed [3] boves opimos & camelos, & aſinos, & ſervos populo diripiendos objecit, imperatorium id eſſe dictitans. [3] Inſectatus eſt famam Macrini crudeliter, ſed multo magis Diadumeni quod Antoni-

Regius, *iviſſet.* quod firmat priorum editionum χειρόγραφα, *imiſſet.* unde emendabat Hadrianus Turnebus, *cum conſulatum iniſſet.* ſanè quam probabili conjectura. nam largitates hujuſmodi tum maxime exhibitæ, cum iniretur conſulatus: qua de re præter hiſtoricos, lege Juſtiniani Novellam CV. quæ eſt de conſulibus, meminit & Imperator Leo conſtitutione XCIV. ubi obſervabamus mirum verbum καθυπατεύειν: imo locutionem miram: ait enim; ὅσοι εἰς τὸ ὑπατεύειν καθίσταντο, ὡς ἐκ τοῦ ἀξιώματος αὐτοῖς προσῆκον φιλοτιμίαν, ἀντιδωρεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες, φιλοτίμους δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπάτευον. id eſt, munera magnifica populo pro conſulatu ſuo rependebant. καθυπατεύειν idem ac δοῦναι ὑπατείαν: quod loquendi genus apud Cedrenum & alios recentiores notavit & Cujacius. ſportulas & miſſilia, aliaſque omnes largitiones quas conſulatum adepti populo donabant, dixerunt ὑπατείαν. non multo aliter *conſulatum edere in Circo* Vopiſcus in Aureliano: hoc eſt, pro conſulatu ludos ſolennes. Sed tibicine opus habet hæc lectio: claudicat enim oratio. Legendum igitur, *cum conſulatum iniſſet, miſit*, vel *jecit in populum non nummos v.* ſic apud Juſtinianum ἐπιῤῥίπτειν τὰς δόσεις τοῖς πλήθεσι. quod Græci recentiores dixerunt ῥίπτειν τὰς συνήθεις ἀποδιδομένους, vel ἐπιῤῥίπτειν ἐπικόμβια, ut apud Pachymerium, Codinum & alios. Atque hæc de lectione quæ Turnebo placita: quæ tamen an vera ſit addubito: nam omnes libri retinent vocem *collatus*, nec diſplicet, pro collatio. Cenſorinus De die natali: *cùm tuo collatu ſcirem me plura didiciſſe.* ſic *ſancitus* pro ſanctio apud Tertullianum: *feſtinatus* apud Zenonem Veronenſem, *intentus & deceptus*, pro intentio & deceptio apud Anaſtaſium De vitis pontificum: & ſimilia multa. Erit ergo *collatus*, ſparſio facta in populum, διάδοσις, vel πάσκαρπος: qua de voce plura alibi dicenda. Firmat hanc lectionem non mediocriter Herodianus, qui genus hoc totum largitionum Heliogabali fusè deſcribens, non occaſione initi conſulatus hæc donata ſcribit; ſed in honorem dei Alagabali, cum illum quotannis ſtato die ex urbe in ſuburbanam ædem ingenti pompa duceret.

1 *Vel bellaria.*] Ut nuces & frictum cicer, aliaque id genus ſpargi antiquo more ſolita.

2 *Sed boves opimos, &c.*] Omne genus animantium qua ferorum, qua cicurum, porcis exceptis. Herodianus. vide in vita Gordiani & Probi.

3 *Inſectatus eſt famam Macrini crudeliter.*] Dio in Excerptis, ἐς τὴν Ῥώμην ἐπέστελλε πολλὰ τοῦ Μακρίνου διαβάλλων.

SALMASIUS.

2 *Boves opimos & camelos & aſinos & ſervos.*] Scribe: *& cervos.* & ita Pal.

3 *Inſectatus eſt famam Macrini crudeliter.*] Idem liber: *inſecutus eſt.* quo modo loqui amat Spartianus. ſic in Hadriano: *in adoptionis ſponſionem venit Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis, & quos poſtea inſecutus eſt.* & multis aliis in locis.

1 *Pſeudo-*

Antoninus dictus eſt,[1] Pſeudoantoninum & Pſeudophilippum eum appellans,[2] ſimul quod quum luxurioſiſſimus extitiſſet, vir fortiſſimus, optimus, graviſſimus, ſeveriſſimus diceretur.[3] Coëgit denique ſcriptores nonnullos[4] nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de

1 *Pſeudoantoninum & Pſeudophilippum eum appellans.*] Video quidem quare Diadumenus Pſeudoantoninus dictus, ſed quare idem Pſeudophilippus? rationem nullam excogito. Vetus editio habet: *ut Pſeuphiloſophum.* omnia mendoſe. legendum: *ſed multo magis Diadumeni quod Antoninus dictus eſt. Pſeudoantoninum, ut Pſeudophilippum, eum appellans.* hoc eſt, Pſeudoantoninum eum appellans, ſicut olim quidam Pſeudophilippus appellatus eſt. niſi quis hæc verba, *ut Pſeudophilippum*, non authoris eſſe, ſed in margine ab aliquo lectore addita & ſic in contextum irrepſiſſe exiſtimet. quod valde mihi ſit veriſimile.

2 *Simul quod quum luxurioſiſſimus extitiſſet, vir fortiſſimus diceretur.*] Felicis famæ fuit hic Diademenus: ſiquidem fortiſſimus & ſeveriſſimus dictus eſt, quum luxurioſiſſimus extiterit. ſed longe diverſo ſenſu, eoque magis, niſi fallor, vero, Palatinus liber: *ſimul quod ex luxurioſiſſimo, vir fortiſſimus, optimus, graviſſimus diceretur.* id eſt, quod vulgo diceretur Diadumenus ex luxurioſiſſimo, ut erat prius, in virum graviſſimum & fortiſſimum evaſiſſe. tales autem oderat hoc monſtrum qui mores in melius mutabant. ſic etiam locutus eſt Capitolinus in Gordianis: *tantum autem valuit ejus gravitas, ut ex obſcuriſſimo præter nobilitatem, geſtis etiam Gordianum clarum principem fecerit.*

3 *Coëgit denique ſcriptores nonnullos nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria diſputare, in vita ejus.*] Et hæc nefanda & non ferenda dicta, omnino hoc loco non ſunt ferenda. quis enim non facile agnoſcit facinus correctorum? qui cum extricare ſe non poſſent, ex veſtigiis veteris ſcripturæ, hanc lectionem ingenio ſuo commenti ſunt. quæ autem iſta eſſe poſſint nefanda & non ferenda dicta Diadumeni de luxuria? nihil poterat ineptius aut abſurdius excogitari. Palatini hæc eſt ſcriptura: *mipace de ejuſdem dictum luxuria diſputare ut in vita ejus.* quæ verborum monſtra ſunt, ſed facile profliganda, ſi ſciamus *p* pro *r* in libris ſcriptis ſæpius exaratum occurrere: quod multis locis vidimus pervolutando iſtos auctores, ut *petunſus* pro *retunſus*: *pecognoſcere* pro *recognoſcere*, & ſimilia. ſic hoc loco, *mipa* pro *mira* perperam fuit ſcriptum. legendum igitur; *coëgit denique ſcriptores nonnullos nefanda, immo potius mira dictu de ejuſdem luxuria diſputarent in vita ejus.* aut nihil tranſponendo: *nefanda immo potius mira de ejuſdem dicta luxuria diſputarent in vita ejus.* Nam *impia* quod hoc loco reponebat vir eruditiſſimus, minus placet quam *mira*, ut modeſte dicam.

GRUTERUS.

3 *Coëgit denique ſcriptores nonnullos nefanda, immo potius non ferenda ejus dicta de luxuria diſputare, in vita ejus.*] Aliter Palat. nempe: *Immo potius mipace de ejuſdem dictum luxuria diſputare, ut in vita ejus.*

CASAUBONUS.

4 *Nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria diſputare, in vita ejus.*] Veteres editi, *de nefanda.* ſcribebam: *de nefanda, i. p. n. f. ejus luxuria d.* ſed regius & Puteani codices eam lectionem præferunt, quam affert Urſinus.

Quare

ċta de luxuria diſputare, in vita ejus. Lavacrum publicum in ædibus aulicis fecit,[1] ſimul & palam populo exhibuit, ut ex eo conditiones bene vaſatorum hominum colligeret. Idque diligenter curatum eſt ut [2] ex tota penitus urbe atque [3] ex nauticis monobelos quærerent: ſic eos appellabant qui viriliores videbantur. Quum Marcomannis [4] bellum inferre vel- 9
let,[5] quos Antoninus pulcherrime profligaverat, dictum eſt à quibuſdam,[6] per Chaldæos & magos Antoninum

Quare ſcribendum: *nefanda, imo potius impia dictu de ejuſdem luxuria diſputare in vita ejus.*

GRUTERUS.

1 *Simul & Plautini populo exhibuit.*] Inepte prius legebatur, *ſimul & palam populo exhibuit.* alteram lectionem dictavit nobis codex Palatinus.

3 *Ex nauticis monobelos.*] Palat. *monobiles.* videntur *monobeli* dicti, quod ea parte potiſſimum cenſerentur: unde & Mamurra inſignitus Catullo nomine *Mentulæ.* Lipſio clarius videbatur *onobelos*, quaſi aſinino telo inſignes. qui adeatur Epiſtola XVIII. Centuriæ Miſcellæ.

4 *Bellum inferre vellet, quod Antoninus.*] Eſt à Palatino. nam minus belle impreſſi prius, *quos.*

SALMASIUS.

2 *Ex tota penitus urbe atque ex nauticis monobelos quærerent.*] Sic, inquit, qui viriliores videbantur, appellabant. ſed vocem ipſam videamus. Græcam eſſe nullo modo dubitandum. non tamen ad Græcam formam compoſita eſt, non enim à βέλος, μονόβελος, aut ὀξύβελος poteſt fieri: ſed μονοβελὴς, ut ὀξυβελής. falluntur qui aliter putant. in Palatino ſcribitur: *monobiles.* omnino pro *monobelis*, parva tranſpoſitione, hoc eſt μονοβελεῖς. ſic igitur viriliores homines appellantur. nam βέλος illud vocatur, quo homines viri ſunt. quod telum qui non habent, nihil habent viri. Telum igitur & Latini id vocarunt. Juſtinus lib. XXXVIII. *ſollicitatoque juvene ad colloquium cum ferrum occultatum inter faſcias gereret, ſcrutatori ab Ariarathe regio more miſſo curioſius imum ventrem pertractanti, ait caveret ne aliud telum inveniret quam quæreret. atque ita riſu protectis inſidiis,* &c. *monobelis* autem non *onobelis.* nam per excellentiam μονοβολεῖς appellati. ut in veteri epigrammate μονοστόρτυγξ Πρίαπος ab eadem ratione. στόρτυγξ enim eſt telum aut teli acumen, & quidquid in acutum deſinit. μονοβελὴς igitur & μονοστόρτυγξ idem.

5 *Quos Antoninus pulcherrime profligaverat.*] Liber Pal. *quod*, non *quos.* ut referatur ad bellum. quod melius eſt: *cum Marcomannis bellum inferre vellet, quod Antoninus pulcherrime profligaverat.*

CASAUBONUS.

3 *Ex nauticis monobelos.*] Nauticarum conditionum & in Marco eſt mentio. de voce *belum* pro telo, ante admonuimus. Scripti præferunt *monobeles.* Si quid mutandum, placeat nobis quod eruditiſſimo Juſto Lipſio, *onobelos.* cauſſam expoſuimus ad Commodum.

6 *Per Chaldæos & magos Antoninum id egiſſe ut Marcomanni P. R. ſemper devoti eſſent.*] Qui hoc dicebant, fabulam ſpectabant de Arnuphi mago Ægyptio, quam refert ex Dione Xiphilinus in Marco.

1 *Factis*

ninum Marcum id egiſſe, ut Marcomanni P. R. ſemper devoti eſſent atque amici, idque [1]factis carminibus & conſecratione: [2]quum quæreret quæ illa eſſent, vel ubi eſſent, ſuppreſſum eſt. Conſtabat enim illum [3]ob hoc conſecrationem quærere ut eam diſſiparet ſpe belli concitandi: [4]& idcirco maxime quod audierat reſponſum fuiſſe ab Antonino bellum Marcomannicum finiendum, quum hic Varius, & Heliogabalus, & ludibrium publicum diceretur: nomen autem Antonini pollueret in quod invaſerat. Prodebatur autem per eos maxime qui dolebant ſibi homines ad exercendas libidines bene vaſatos & [5]majoris peculii opponi. Unde etiam de nece ejus cogitari cœpit: Et hæc quidem domi. Sed milites peſtem illam velari imperatoris nomine pati nequiverunt, ac primum inter ſeſe, deinde per coronas jecere ſermones in Alexandrum omnes in-

clinan-

GRUTERUS.

1 *Factis carminibus: & conſecrationem cum quæreret quæ illa eſſet, vel ubi eſſet, &c.*] Hanc quoque lectionem imputat nobis Palatinus. prius cuſi; *factis carminibus & conſecratione: cum quæreret quæ illa eſſent, vel ubi eſſent*, &c. quæ ipſa vel auribus minus ſatisfaciebant.

SALMASIUS.

2 *Quum quæreret quæ illa eſſent aut ubi eſſent.*] *Quum quæreret quæ illa eſſet, & ubi eſſet.* ita legendum. nam de conſecratione intelligi oportet. ſequitur enim: *conſtabat enim illum ob hoc conſecrationem quærere, ut eam diſſiparet ſpe belli concitandi.*

CASAUBONUS.

3 *Ob hoc conſecrationem quærere, ut eam diſſiparet ſpe belli concitandi.*] *Conſecrationem* appellat ipſam formulam qua utebantur in defixionibus magicis: at *diſſipare conſecrationem* eſt contraria formula neceſſitatem magicæ defixionis ſolvere. Similis eſt in aliis ſacris reſecrandi ritus: quem primus aperuit nobis ad Feſtum ſuum vir ingenioſiſſimus.

4 *Et idcirco maxime quod audierat reſponſum fuiſſe, ab Ant.*] Senſus eſt ni fallor; tanto cupidius conatum eſſe Alagabalum conſecrationem quæ Marcomannos compeſcebat, diſſipare, quod id putaret eſſe in proclivi: cum ſors olim edita de ejus belli fine hoc diſerte diceret, bellum cum Marcomannis ab Antonino finiendum: ipſe autem ſciebat nullo modo competere id nomen ſibi. ſperabat igitur poſſe, quod cupiebat, concitari bellum Marcomannicum. Non video qui exponam aliter iſtum locum. ſed mihi hæc videntur & *ἀπίθανα* & inepta. dices non eſſe tanti. Pergamus igitur.

5 *Majoris peculii.*] Plautus Pſeudolo:

Mea quidem hercle habeo omnia,
Meo peculio emta.

1 *Qui*

clinantes,[1] qui jam Cæſar erat à ſenatu dictus [2] eo tempore quo Macrinus, conſobrinus hujus Antonini. [3] Nam Varia una his erat avia: unde Heliogabalus *Varius* dicebatur. [4] Zoticus ſub eo tantum valuit ut ab omnibus officiorum principibus ſic haberetur [5] quaſi domini maritus eſſet. [6] Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis, quam maxime divitias enormes ſperans, quum aliis minaretur, aliis polliceretur, omnes falleret: egredienſque ab illo ſingulos adiret, dicens, *De te hoc loquutus ſum, de te hoc audivi, de te hoc futurum eſt:* ut ſunt homines hujuſmodi, qui

1 *Qui jam Cæſar erat à ſenatu dictus eo tempore quo Macrinus, conſobrinus hujus A.*] Dele illa omnia, *eo tempore quo Macrinus.* irrepſerunt enim ex ora libri. gloſſa eſt ſed imperfecta, quam appoſuerat aliquis ad illa verba, *à ſenatu dictus eſt.* hoc modo: *eo tempore quo Macrinus eſt occiſus*, vel *periit*. recte, & ut videtur ex initio vitæ Alexandri.

SALMASIUS.

1 *Qui jam Cæſar erat à ſenatu dictus eo tempore quo Macrinus, conſobrinus hujus Antonini.*] Recte quidem illa delent eruditi homines, *eo tempore quo Macrinus.* ſed aliter huic loco conſultum eunt veteres membranæ, & editio Mediolan. in quibus ita mihi lectum eſt: *qui jam Cæſar erat à ſenatu, eo tempore quo Macrinus, hujus Antonini.* ex, *quo Macrinus*, faciendum *conſobrinus: in Alexandrum omnes inclinantes qui jam Cæſar erat à ſenatu eo tempore, conſobrinus Antonini.* hic enim ſenſus eſt: jam eo tempore fuiſſe Cæſarem Alexandrum Heliogabali conſobrinum, quo tempore de nece illius monſtri cogitari cœptum eſt.

5 *Quaſi domini maritus eſſet.*] Deeſt Palatino verbum *eſſet.* & recte deeſt: *Zoticus ſub eo tantum valuit, ut ab omnibus officiorum principibus ſic haberetur quaſi domini maritus.*

GRUTERUS.

2 *Eo tempore quo Macrinus, conſobrinus hujus Antonini.*] Vox *conſobrinus* non eſt in Pal. at eam tamen heic requiri, quivis videt; magiſque abjiciendum alterum *Macrinus.*

CASAUBONUS.

3 *Nam Varia una his erat avia.*] Τὸ *una*, in menda cubat. & fortaſſe delendum.

4 *Zoticus ſub eo tantum valuit.*] Aurelius Zoticus Smyrnæus, qui & Magirus de artificio quod pater exercuerat, dictus. lege Dionem.

5 *Quaſi domini maritus eſſet.*] Lego, *dominæ.* Zoticus maritus, Alagabalus domina, id eſt uxor. diſerte apud Dionem ipſe Alagabalus jubet Zoticum haberi, κύριον, ſe κυρίαν. idem poſtea: καὶ τέλος, καὶ ἐγήματο, γυνή τε καὶ δέσποινα, βασιλίς τε ὠνομάζετο. Romanæ matres familias vulgo cum ab aliis, cum ab ipſis maritis vocabantur Dominæ, ut in aliquot Pandectarum locis. Epictetus in Enchiridio: αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται.

6 *Erat præterea idem Zoticus.*] Scribe, *Erat præterea is idem Z.*

1 *Infami*

qui ſi admiſſi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non ſolum malorum, ſed & bonorum principum vendunt, & qui, ſtultitia, vel innocentia imperatorum qui hoc non perſpiciunt, [1] infami rumigeratione paſcuntur. Nupſit & coiit ut & pronubum haberet, clamaretque, [2] *Concide Magire*, [3] & eo quidem tempore quo Zoticus ægrotabat. quærebat deinde à philoſophis & graviſſimis viris, [4] an & ipſi in adoleſcentia perpeſſi eſſent quæ ipſe pateretur, & quidem impudentiſſime: neque enim unquam verbis pepercit infamibus, [5] quum & [6] digitis impudicitiam oſtentaret, nec ullus in conventu & audiente populo eſſet
11 pudor. [7] Fecit libertos præſides, legatos, conſules, duces,

1 *Infami rumigeratione.*] Λογοποιΐα. ſed aliter accipe quam apud Theophraſtum. nam rumigerator Theophraſti fingit rumores & rerum novarum nuntios, nullo aut alio fine, ingenii tantum vitio uſus: hic omnia refert ad lucrum ſuum.

2 *Concide magire.*] Scribe, *Magire.* modo probavimus ex Dione. *percidere* & *concidere* obſcenæ notionis ſunt verba.

3 *Et eo quidem tempore quo Zoticus ægrotus.*] Vocat ægrotum qui potionatus à rivali laboraret ἀστυσίᾳ, ut ait Dio: qui totam hiſtoriam refert.

4 *An & ipſi in adoleſcentia perpeſſi eſſent quæ ipſe pateretur.*] Hoc ideo, quia probroſiſſimo huic Tractitio perſuaſum erat, quod ait Suetonius ſe comperiſſe ex nonnullis Neronem perſuaſiſſimum habuiſſe, neminem hominem eſſe pudicum. vide locum, libro ſexto, capite XXIX.

6 *Digitis impudicitiam oſtentaret.*] Digitis in obſcenum modum formatis, ut de Caligula Suetonius.

SALMASIUS.

5 *Cum & digitis impudicitiam oſtentaret.*] *Oſtentare impudicitiam*, eſt digitos ita formare, ut obſcenam figuram oſtendant. ſic *digitis aureos oſtentare* ſupra dixit, digitis in numeralem notam formatis, aureorum ſummam, quam ſe daturum pollicebatur oſtendere. in Juliano: *ſed ferro & vulneribus & pollicitationibus aureorum quos oſtendebat ipſe Julianus ut fidem faceret, ſummotus atque depulſus eſt.*

7 *Fecit libertos præſides, legatos, conſules, duces.*] Puto legendum: *fecit libertos præſides, legatos, proconſules.* atque hi ſunt omnes qui per illa tempora nominantur provinciarum rectores. in vita Peſcennii: *primum ut nulli ante quinquennium ſuccederetur provinciæ præſidi legato & proconſuli.* in Alexandro Severo: *præſides vero, proconſules, & legatos nunquam fecit ad beneficium, ſed ad judicium vel ſuum vel ſenatus.* in eadem vita, provinciæ nominantur *præſidales, legatoriæ, & proconſulares.* proconſulares erant populi; præſidales & legatoriæ Cæſaris: atque hæ per legatos vel prætorios vel conſulares adminiſtrabantur. de legatoriis dico. poſt Conſtantinum eadem manſit provinciarum diviſio in præſidales, conſulares, & proconſulares. nam cum antea legati Cæſaris eſſent, & prætorii & conſulares, qui ad provincias Cæſarianas regendas mittebantur, ſoli remanſere conſulares qui

duces, omneſque dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum. Quum ad vindemias vocaſſet amicos nobiles [1] & ad corbes ſediſſet, graviſſimum quemque percunctari cœpit an promptus eſſet in Venerem, erubeſcentibuſque ſenibus exclamabat, *Erubuit, ſalva res eſt*, ſilentium ac ruborem pro conſenſu ducens. Addidit præterea ipſe quæ faceret ſine ullius pudoris velamento. Poſteaquam ſenes vidit erubeſcere ac tacere, vel quia ætas vel quia dignitas talia refutabat, contulit ſe ad juvenes, & ab his cœpit omnia exquirere. à quibus quum audiret ætati congrua, gaudere cœpit & dicere, [2] vere liberam vindemiam eſſe quam ſic celebrarent. Ferunt multi ab ipſo primum repertum, ut in vindemiarum feſtivo multa in dominos jocularia & audientibus dominis dicerentur, quæ ipſe compoſuerat & Græca maxime. Horum pleraque Marius Maximus dicit in vita ipſius Heliogabali. Erant amici improbi, & ſenes quidam & ſpecie philoſophi, qui caput reticulo componerent, qui improba quædam pati

qui prætorii enim tantum erant, conſulari tamen fere poteſtate provincias regebant, & ſic omnes dicti ſunt conſulares. eodem fere modo proconſules omnes appellati ſunt, qui in populi provincias proficiſcebantur, etiam ſi prætoriæ tantum eſſent. ſic Bithyniæ prætorem vocat quodam loco Tacitus, quem alibi proconſulem. is proprætor in antiqua inſcriptione dicitur. *ἀντιστράτηγος τῆς Βιθυνίας*. Feſtus Rufus ſcribit Siciliam cum primum provincia facta eſt à Marcello conſule obtentam, deinde commiſſam eſſe prætoribus; poſtea à præſidibus rectam. prætores illi proconſules paſſim appellati ſub imperatoribus, & Sicilia ipſa proconſularis. ſed hæc alibi fuſius.

CASAUBONUS.

1 *Et ad corbes ſediſſet.*] Uvas electas ad edendum. Varro Rei ruſticæ libro primo, cap. LIV. *In vidimiam diligentius uva non ſolum legitur ad bibendum, ſed eligitur ad edendum: itaque lectæ jus defertur in forum vinarium, unde in dolium inane veniat; electa in ſecretam corbulam, unde in ollulas addatur.*

2 *Vere liberam vindemiam eſſe.*] *liberam* ſive *Liberam*, hoc eſt, Βακχικὴν & covenientem Libero patri.

SALMASIUS.

2 *Vere liberam vindemiam eſſe quam ſic celebrarent.*] Liberam non à Libero patre, nec enim eo alluſit Heliogabalus, ſed vere liberam quæ vera cum libertate, ac factorum dictorumque licentia celebraretur. unde vita libera, & vitæ liberæ homines, luxurioſi & genio indulgentes: & vitæ libertas in Fauſtina reprehenſa: & liberi homines *ἐλευθέριοι*. vide quæ ſupra notavimus.

pati ſe dicerent, qui maritos ſe habere jactarent. Quos quidam finxiſſe dicunt [1] ut illi fierent vitiorum imitatione
12 chariores. Ad præfecturam prætorii ſaltatorem qui hiſtrionicam Romæ fecerat, aſcivit: præfectum vigilum [2] Gordium aurigam fecit: [3] præfectum annonæ Claudium cenſorem. ad honores reliquos promovit commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum. [4] ad viceſimam hereditatium mulionem curare juſſit.

CASAUBONUS.

1 *Ut illi fierent vitiorum imitatione clariores.*] Nemo non cæcus dubitabit legendum eſſe *chariores.*

3 *Præfectum annonæ Claudium cenſorem.*] Melius *Cenſorem*, ut ſit cognomen iſtius. Fuere inter cognomina Romana, Rex, Augur, Auſpex, Memor, Curſor, Fullo, & Cenſor. unde Cenſorinus. Ita autem membranæ, non ut viri docti emendabant, *menſor*; vel, ut liber Cujacii, *tonſor.* certum tamen, horum alterutrum eſſe verum.

4 *Ad viceſimam hereditatium mulionem curare juſſit.*] Hoc eſt, deſtinavit procuratorem ad viceſimam hereditatium. Sic in antiqua inſcriptione, *procurator ad prædia Gallicana.*

GRUTERUS.

1 *Ut illi fierent vitiorum imitatione cariores.*] Sic omnino Pal. malè vulgo *clariores.*

2 *Gordium aurigam.*] Ita rurſus heic Palatinus, niſi quod is *Cordium.*

3 *Præfectum annonæ Claudium cenſorem.*] Nihil variat Palat. ſed mihi eripi non poteſt fuiſſe ſcriptum primitus *tonſorem*: quod cum retineat codex Cujacii, habuerim pro veriſſimo.

SALMASIUS.

2 *Gordium Aurigam.*] Pal. *Cordium*, ut ſupra.

4 *Præfectum annonæ Claudium cenſorem.*] Non placet cum viro doctiſſimo ſcribi *Cenſorem*, ut nomen familiæ intelligatur: debet enim eſſe vilis & minus honeſti cujuſdam artificii nomen. præfectus prætorii ſaltator, & præfectus vigilum auriga ab illa bellua promoti, & mulio viceſimæ hereditatium procurator factus, & curſor, & coquus, & clauſtrarius artifex. ſic & præfecturam annonæ alicui tali contemnendæ & infimæ conditionis & artis homini commiſit. nihil aptius nunc ſuccurrit, quam quod olim magno Cujacio in mentem venit: *Claudium tonſorem.* nam *c* & *t* confunduntur in libris ſæpe: ut *o* & *e* invicem frequentiſſime commutantur.

4 *Ad viceſimam hereditatium mulionem curare juſſit.*] *Procurator ad viceſimam, procurator à viceſima,* & *procurator viceſimæ* dicebatur. tot enim modis hæc efferebant. ſic magiſter ad epiſtolas, magiſter ab epiſtolis, & magiſter epiſtolarum pro eodem. ſic *magiſter à Bibliotheca Latina* in antiquis inſcriptionibus: & *magiſter ab marmoribus.* in iiſdem inſcriptionibus, *procurator à mandatis*, *procurator à patrimonio* ſæpius legitur: & *procurator ad prædia Gallicana*, ut hoc loco procurator ad viceſimam, vel curator. ſic miniſter ad cyathos, & à cyathis, & cyathorum dicebatur: & ſervus à manu, & ad manum. nam idem eſt *à manu* & *ad manum.* ſic ſervus à pedibus, & ad pedes. Martialis:

—— ducit ad pedes vernam.

ſic ad veſtem & ad argentum potorium, à veſte, & ab argento potorio: ubi ſemper intelligendus aut miniſter aut curator. ſic adjutor à rationibus, adjutor ab epiſtolis, paſſim in veteribus ſaxis.

Juſſit.juſſit & curſorem,juſſit & cocum & clauſtrarium artificem. Quum ingreſſus eſt vel caſtra vel curiam, aviam ſuam Variam nomine, de qua ſuperius dictum eſt, ſecum induxit, ut ejus autoritate honeſtior fieret, quia per ſe non poterat: nec ante eum (quod jam diximus) ſenatum mulier ingreſſa eſt ita ut ad ſcribendum rogaretur & ſententiam diceret. In conviviis exoletos maxime juxta ſe ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipue gaudebat: [1] nec quiſquam ei magis poculum quum bibiſſet, dabat. Inter hæc ma- 13
la vitæ impudiciſſimæ, Alexandrum quem ſibi adoptaverat, à ſe amoveri juſſit, dicens ſe pœnitere adoptionis, mandavitque ad ſenatum ut Cæſaris ei nomen abrogaretur. Sed in ſenatu hoc prôdito ingens ſilentium fuit. [2] Siquidem erat optimus juvenis Alexander, poſtea comprobatus genere imperii ejus, [3] quum ideo diſpliceret patri quod impudicus non eſſet. [4] Erat autem idem conſobrinus, & ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur, & ſenatui acceptus erat & equeſtri ordini. Nec defuit tamen furor uſque ad exitum voti peſſimi: [5] nam ei percuſſores immiſit. Et hoc quidem modo ipſe ſeceſſit [6] ad hortos Spei veteris, quaſi con-

1 *Nec quiſquam ei magis poculum cum bibiſſet dabat.*] *Cum bibiſſet*, id eſt cum biberet. quæ temporum enallage eſt apud iſtos auctores.

2 *Siquidem erat optimus juvenis Alexander poſtea comprobatus genere imperii ejus.*] Si quis diligenter attendat, hanc orationem non bene procedere animadvertet. eam nos correctoribus debere docuit Palatinus, & item vetus editio Mediolanenſis: nam ſic habent: *ſiquidem erat optimus juvenis Alexandrum poſtea comprobatum genere imperii ejus.* ſcribendum meo periculo: *ſiquidem erat optimus juvenis Alexander, ut poſtea comprobatum genere imperii ejus.*

4 *Erat autem idem conſobrinus, & ut quidam dicunt à militibus amabatur.*] Lege: *erat autem eidem conſobrinus, ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur & ſenatui acceptus erat & equeſtri ordini.*

CASAUBONUS.

1 *Nec quiſquam ei magis poculum cum bibiſſet dabat.*] Cur non dixit uno verbo, ei propinabat?

3 *Cum ideo diſpliceret patri.*] Alagabalo, qui contra quam legibus R. ſit conſtitutum, filium adoptaverat annorum XII. cum eſſet ipſe XVI. natus.

5 *Nam ei percuſſores immiſit.*] Vel, *ſummiſit.*

6 *Ad hortos Spei veteris.*] In Urbis deſcriptione antiqua apud Onuphrium, *Spes vetus* nominatur regione quinta Eſquilina. videntur ad ædem hanc iſti horti fuiſſe. Spem

 dqam

ſi contra novum juvenem vota concipiens, relicta in Palatio matre & avia & conſobrino ſuo: juſſitque ut trucidaretur juvenis optimus & Reip. neceſſarius. Miſit ad milites literas quibus juſſit ut abrogaretur nomen Cæſaris Alexandro. Miſit [1] qui in caſtris [2] ſtatuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri ſolet de tyrannis. Miſit & ad nutritores ejus quibus imperavit ſub præmiorum ſpe atque honorum, ut eum occiderent quo vellent modo, vel in balneis; vel veneno, vel ferro.
14 *Sed nihil agunt improbi contra innocentes.* Nam nulla vi quis adduci potuit ut tantum facinus impleret, quum in ipſum magis converſa ſint tela quæ parabat aliis, ab iiſque ſit interfectus quibus alios appetebat. Sed ubi primum lutati ſunt tituli ſtatuarum, milites omnes exarſerunt: & pars in Palatium, pars in hortos in quibus erat Varius, ire tendunt ut Alexandrum vindicarent, hominemque impurum eundemque parricidialis animi tandem à Rep. depellerent. Et quum in Palatium veniſſent, Alexandrum cum matre atque avia cuſtoditum diligentiſſime poſtea in caſtra duxerunt. Sequuta autem erat illos Semiamira mater Heliogabali pedibus, [3] ſollicita filio. Inde itum eſt in hor-

deam coluiſſe Romanos, jam inde à Collatino conſecratam in foro olitorio conſtat ex Livio & M. Tullio: deinde plures eidem ædes poſitæ.

SALMASIUS.

1 *Qui in caſtris ſtatuarum ejus titulos luto tegerent.*] *Tegeret*, P. & v. ed.

CASAUBONUS.

2 *Statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri ſolet de tyrannis.*] Cur non hoc potius jubet, ut ſtatuæ detrahantur ſtranganturque? Utrumque in tyrannorum ſtatuis & omnium quorum damnaretur memoria ſolitum uſurpari. ut & detraherentur ſive imagines, ſive ſtatuæ, & luto oblinerentur, aut nigro colore deformarentur, ut de Maxentii imaginibus ſcribit Euſebius lib. IX. in extremo. cum erant fuſiles ſtatuæ, iis conflatis, vaſa ad obſcenos uſus interdum inde conficiebant: ut Athenienſes olim matulas è ſtatuis Demetrii Phalerei, teſte Laertio. Mos luto inquinandi antiquiſſimus eſt, & qui, ſi credimus Græcis grammaticis, ab Athenienſium inſtitutis habet originem: nam ſcribunt illi, ſolitos Athenienſes damnatos alicujus criminis lutulare, & ita traducere: quod προπηλακίζειν dixerunt.

3 *Sollicita filio.*] Sic & membranæ, pro, de filio. ita dixerunt *dolere alicui*, pro vicem alicujus. Lucifer Caralitanus, *Doleo tibi, Imperator.*

a Vel

hortos: ubi Varius invenitur certamen aurigandi parans, expectans tamen intentiſſime quando eidem nuntiaretur conſobrinus occiſus. Qui ſubito militum ſtrepitu exterritus in angulum ſe condidit: objectuque [1] veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, ſe texit. Miſit ex præfectis alios ad compeſcendos milites in caſtra; alios verò ad eos placandos qui jam in hortos veniſſent. Antiochianus igitur ex præfectis unus, milites qui in hortos venerant, & ſacramenti admonitione exoravit ne illum occiderent, quia nec multi venerant, & plerique cum vexillo quod Ariſtomachus tribunus retinuerat, remanſerant. hæc in hortis. In caſtris vero milites precanti præfecto dixerunt ſe parſuros eſſe Heliogabalo, ſi & impuros homines & aurigas & hiſtriones à ſe dimoveret, atque ad bonam frugem rediret: his maxime ſubmotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant,[2] & qui omnia ejus vendebant, vel vanitate vel fumis. [3] Remoti ſunt denique ab eo [4] Hierocles, [5] Gordus, & Muriſſimus,

1 *Veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi.*] Aſſentior ferme Petro Fabro, quì illa, *quod in introitu erat cubiculi*, cenſebat inducenda.

4 *Herodes.*] Jam diximus ſcribendum eſſe *Hierocles*, & ſtatim, *Hieroclem.* atque hic rectè erat in regio.

SALMASIUS.

2 *Et qui omnia ejus vendebant vel vanitate vel fumis.*] Quæro quid interſit inter vanitatem & fumos. *fumis* quidem *vendere* quid ſit notum eſt, cum ii proprie fumis vendere dicantur res principis qui quæ non poſſint præſtare, quaſi in ſua ſint maxime poteſtate, non dubitant polliceri. quod idem eſt, & *vanitate vendere.* at ſunt qui & revera vendunt, plurimumque poſſunt apud principes, dictaque eorum & facta vendunt. iique veritate vendunt non vanitate. quam lectionem heic reponendam cenſeo confirmatam veteri editione & Palatini codicis teſtimonio, qui non aliter habent. ſcribendum igitur: *his maxime ſubmotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, & qui omnia ejus vendebant vel veritate vel fumis.* veritate aliquid fieri dicitur quod revera fit. Zeno Veronenſis ſermone de pudicitia: *ſemper enim cænoſi gurgitis ſui procella ſubmergitur, dum ſemper exæſtuans libidinis turpitudo aut veritate aut imagine perpetratur.* ita etiam alicubi locutus Apuleius. Cornificius ad Herennium: *in veritate dicere.* Arnobius lib. v. *laſcivia deinde luxuriantis aſſumpta huc atque illuc clunes torquet, & meditatur ab ligno pati, quod jamdudum in veritate promiſerat.*

GRUTERUS.

3 *Remoti ſunt denique ab eo Herodes, Gordius, & Muriſſimus.*] Pal. Myriſſimus.

 5 *Gordus*

ſimus, & duo improbi familiares qui eum ex ſtulto ſtultiorem faciebant. [1] Mandatum præterea à militibus præfectis ne paterentur illum ita diutius vivere: & ut Alexander cuſtodiretur, ne vel illi aliqua vis afferretur, ſimul ne Cæſar quempiam amicum Auguſti videret, ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus [2] & ingenti prece Hieroclem repoſcebat impudiciſſimum hominem, [3] & inſidias indies Cæſari propagabat. Denique Cal. Januariis, quum ſimul tum deſignati eſſent conſules, [4] noluit cum conſobrino procedere. Ad extremum quum ei avia & mater dicerent, imminere milites ad ejus exitium, niſi concordiam viderent inter ſe conſobrinorum, ſumpta prætexta hora diei ſexta proceſſit ad ſenatum, avia ſua ad ſenatum vocata, & ad ſellam producta. Deinde in Capitolium

CASAUBONUS.

5 *Gordus & Murißimus.*] De Gordo antè dictum. regius præfert, *Miniciſſimus.* nomen ſive cognomen æque inſolens. ſed, ut ſuperius monebamus, ſolebant aurigis & hiſtrionibus ridicula & peregrina ac nova imponere nomina. ſi regium ſequimur, ſcribam, *Minacißimus.* quod non malè agitatori convenit magna minanti. Extat lapis Lugduni in baſilica Irenæi, ubi leguntur hæc inter alia: C. VAL. MIRISMVS. non abludit vulgata lectio ab hoc cognomine. ſed puto malè ſcriptum pro *Mirißimus.* quod agitatori multarum palmarum quadrat. optimè. ſimilia multa nomina occurrunt, ut Veriſſimus, Feliciſſimus, & alia. Probam vocem eſſe *Mirißimus*, docet Feſtus, qui auctor eſt voce *mirior* uſos veteres.

SALMASIUS.

5 *Gordus & Murißimus.*] *Cordus & Myrißimus.* ita Palatinus. ſed *Mirißimus* pro *Myrißimus* reponendum. nam *Murißimus*, nec Græcum eſt nec Latinum, ut nec Myriſſimus. at *Mirißimi* etiam mentio in veteribus inſcriptionibus.

1 *Mandatum præterea à militibus præfectis.*] Palat. *à militiis præfectis*, male.

2 *Et ingenti prece Herodem repoſcebat.*] Et heic aperte Palatinus ſcriptum exhibet, *Hieroclem.* quomodo ubique legendum jam viderunt eruditi viri.

3 *Et inſidias in dies Cæſari propagabat.*] Mediolanenſis editio cum Palatino: *& inſidias in dies Cæſaris propagabat.* inſidiæ Cæſaris, quæ Cæſari ſtruebantur. nihil tamen mutandum.

CASAUBONUS.

4 *Noluit cum conſobrino procedere.*] Quid ſit πρόοδος Conſulis nemo explicat ita ubertim ac Juſtinianus Novella CV. ſed loquitur hîc de proceſſu primo Kalendis Januarii in Curiam & in Capitolium: qua de re Plinius in panegyrico, & alii multi.

SALMASIUS.

5 *Et ad ſellam producta.*] Quid eſt *ad ſellam producere?* vetus lectio habet: *perducta.* atque id verum eſt. *avia ſua ad ſenatum vocata & ad ſellam perducta.* id eſt, vocata ad ſenatum venit ſella perducta. perducere ad ſellam pro ſellâ perducere. ſic *ad cornu infundere* Vegetio

toliū ad vota concipienda, & perficienda ſolennia ire
noluit: omnia per præfectum urbanum facta ſunt,
quaſi conſules illic non eſſent. Nec diſtulit cædem 16
conſobrini, ſed timens [1] ne ſenatus ad aliquem ſe incli-
naret ſi ille conſobrinum occidiſſet, juſſit ſubito ſena-
tum urbe decedere: omneſque etiam quibus aut vehi-
cula aut ſervi deerant, ſubito proficiſci juſſi ſunt: quum
alii [2] per bajulos, alii per fortuita animalia & mercede
conducta veherentur: [3] Sabinum conſularem virum,
[4] ad quem libros Ulpianus ſcripſit, quod in urbe re-
manſiſſet, [5] vocato centurione mollioribus verbis, juſ-
ſit occidi. Sed centurio aure ſurdior imperari ſibi cre-
didit ut urbe pelleretur: itaque fecit. [6] ſic vitium cen-
turionis Sabino ſaluti fuit. Removit & Ulpianum ju-
riſconſultum, ut bonum virum; [7] & Silvinum rheto-
rem, quem magiſtrum Cæſaris fecerat. Et Silvinus
quidem occiſus eſt, Ulpianus verò reſervatus. [8] Sed mi-
lites,

Vegetio pro *cornu*, in libris de re vete-rinaria. ſic *ad vectes ferire* pro *vectibus*. idem lib. III. cap. IV. de re militari: *ad vectes pro ſimilitudine gladiorum punctim caſimque feriendo*. ita enim legendum illo loco. vulgo interſerunt, *ad vectes jactandos*. ſic *lapides ad fundas jacere* apud eumdem: *erant funditores qui ad fundas vel fuſtibalos lapides jaciebant. erant tragularii, qui ad menubaliſtas vel arcubaliſtas dirigebant ſagittas*. ſic *ad pila pugnare* idem dixit pro *pilis pugnare*. ſed hæc alibi.

1 *Ne ſenatus ad aliquem inclinaret.*] *Setus* pro *ſenatus* exaratum in Pal. ſic *conlatum* ſupra pro *conſulatum* præferebat media ſyllaba extrita.

CASAUBONUS.

2 *Per bajulos.*] Lecticariorum aut διφροφόρων vice ſubcollantes.

3 *Sabinum conſularem virum.*] De hoc in extrema vita Alexandri Severi.

4 *Ad quem libros ſcripſit.*] Scripſit Ulpianus ad Sabinum libros unum & quinquaginta.

5 *Vocato centurione mollioribus verbis.*] Diſtingue, *vocato centurione, mollioribus verbis juſſit occidi*. hoc eſt, voce ſubmiſſiore, & vultu magis tranquillo quam ut cædem videretur imperare.

6 *Sic vitium centurionis Sabino ſaluti fuit.*] Ridiculum eſt, quod quidam legunt, *concionis*. ſurdiginem vocat *vitium cent.*

7 *Et Silvinum rhetorem.*] Membranæ ſemper *Salvinum*.

SALMASIUS.

8 *Sed milites & prætoriani maxime ſcientes quæ mala in Heliogabalum pararent.*] Turpiter affectus hic locus, & ἀνηκέστως deformatus. ad cujus ſalutem nihil aliud poſſum melius, quam veterem lectionem proponere, ut ejus veſtigiis inſiſtentes qui ſagaciores erunt, aliquando poſſint ad verum per illa pervenire. ſic ea igitur habet, ne una quidem diſſimulata littera: *ſed milites & maxime prætorianis vel ſcientes qui mala in Heliogabalum pararant, vel quod ſibi viderent invidiam, factaque* con-

lites, & maxime prætoriani, [1] vel ſcientes quæ mala in Heliogabalum pararent, [2] vel quod ſibi viderent invidiam, facta conſpiratione ad liberandam Remp. primum in conſcios vario genere mortis, quum alios vitali-

conſpiratione ad liberandam remp. primum conſcii genere mortis cum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent. huc conveniant, qui ingenio fidunt. heic heic eſt ubi illud pulcre poterunt aut exercere aut oſtendere. nobis cum alterum ſit negatum, illud quod reliquum eſt & quod omnibus licet, aggrediamur, & ingenii ſaltem exercendi gratia locum hunc pæne deſperatum in ſanitatem reſtituere tentemus ſic igitur legebam paucis mutatis: *ſed milites & maxime prætoriani vel ſcientes qui malum Heliogabalum pararant, vel quod ſibi viderent invidiam, facta conſpiratione ad liberandam remp. primum conſcivere mortem his, cum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors eſſet vitæ conſentiens: poſt in eum impetus factus eſt.* ſenſus eſt, Prætorianos & quod ſcirent, qui malum Heliogabalum pararant, id eſt qui eum corruperant & depravarant, & quod invidiam ſibi viderent ex mala ac perdita Heliogabali vita, primum corruptoribus illis, necem conſciviſſe, poſt hæc in ipſum Heliogabalum impetum feciſſe. *vel* pro *&*. quod ſexcentis locis apud hos auctores obſervavimus. *vel ſcientes, vel invidiam ſibi videntes.* pro *& ſcientes, & invidiam ſibi videntes.* ſic in pervigilio Veneris:

Heic erunt ruris puellæ, vel puellæ montium.

& apud Rufinum lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſ. *ut apud Alexandriam, & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur: ut vel ille Ægypti, vel hic ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.* pro, ut & ille Ægypti, & hic ſuburbicariarum Eccleſ. ſollicitudinem gerat. ita hoc loco plane: *vel ſcientes, vel quod ſibi viderent,* eſt, & ſcientes, & quod ſibi viderent. pro illis autem; *qui mala in Heliogabalum pararant,* fecimus: *qui malum Heliogabalum pararant.* deinde pro illis, *conſcii genere mortis,* judicavimus faciendum: *conſcivere mortem his.* quæ mutationes non ſunt nimis audaces, aut à vero alienæ, & per has, niſi me ipſum decipio, veram hujus loci lectionem, & inveſtigavimus, & invenimus.

CASAUBONUS.

1 *Vel ſcientes quæ mala in Heliogabalum pararent.*] Inepta lectio: regius, *paraverant.* Scribe, *in eos Heliogabalus pararet.* ſic antè non ſemel *in eos*, pro, in ſe.

2 *Vel quod ſibi viderent invidiam facta conſpiratione ad liberandam Remp.*] Multis modis malè accepta hæc periodus à librorum iſtis tortoribus. nam duæ minimum voces deſiderantur ut fulciatur lapſans ſententia. Potes ita concinnare: *vel quod ſibi invidiam jam conflatam, facta conſpiratione ad liberandam Remp. primum in conſcios ſævierunt vario genere mortis.* nolim aſſeverare ita prorſus ſcripſiſſe auctorem: de ſententia quidem non dubito. loquitur de prætorianis illis qui vim principi ſuo jam intulerant: cum ex illius manibus Alexandrum eripuerunt cædi ab Alagabalo deſtinatum. qui igitur hujus facti invidiam ſemel ſubiiſſent, decreverunt callide fidei in totum renuntiare, & imminentes pœnas antevertere.

GRVTERVS.

1 *Vel ſcientes quæ mala in Heliogabalum pararant.*]Sic libuit reſcribere cum Regio & Palatin. antea erat, *pararent.* malè. quippe occiderunt prætoriani Imperatorem, vel metu pœnæ ob ea quæ diliquerant; vel, ſi non punirentur, ne impares forent invidiæ.

1 *Tractus*

vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors eſſet vitæ conſentiens. Poſt hoc in 17
eum impetus factus eſt, atque in latrina ad quam confugerat occiſus. [1] Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri eſt, ut id in cloacam milites mitterent. [2] Sed quum non cepiſſet cloacula fortuito, per pontem Æmilium annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum eſt ne unquam ſepeliri poſſet. Tractum eſt cadaver ejus etiam per circi ſpatia, priuſquam in Tiberim præciparetur. Nomen ejus, id eſt Antonini, eraſum eſt ſenatu jubente, remanſitque Varii Heliogabali: ſiquidem illud affectatò retinuerat, quum vult videri filius Antonini. Appellatus eſt poſt mortem [3] *Tiberinus*, & [4] *tractitius*, & *impurus*, [5] & multa, ſi quando ea erant deſignanda quæ ſub eo facta videbantur: [6] ſoluſque omnium principum & tractus eſt, & in cloacam miſſus, & in Tiberim præcipitatus. Quod odio communi omnium contigit, à quo ſpeciatim cavere debent imperatores: ſiquidem nec ſepulchra mereantur qui amorem ſenatus, populi, ac militum

SALMASIUS.

1 *Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri eſt.*] *Tractus deinde per publicum: addita injuria cadaveri eſt ut id in cloacam mitteretur.*

3 *Tiberinus & tractitius & impurus.*] *Tractatitius* conſtanter in veteribus excuſis & exaratis legitur hoc loco. nec reſpuendum erat. nam *tractare* pro *trahere* etiam poſitum, ut in illis verſibus apud Marium Victorinum: *agite ite, volvite, rapite coma, tractate per aſpera ſaxa, & humum, ſcindite veſtem ocyus.*

6 *Soluſque omnium principum tractus eſt.*] *Soluſque omnium principum & tractus eſt & in cloacam miſſus.*

CASAUBONUS.

2 *Sed cum non cepiſſet cloacula fortuito.*] Victor alter: *novaſſime cum foramen cloacæ corpus minime reciperet, uſque ad Tiberim ductum, adjecto pondere ne unquam emergeret, in fluvium projectum eſt.*

5 *Et multa,*] Inter iſta multa nomina quæ per ludibrium indita Alagabalo poſtquam periiſſet, fortaſſe & *Gabalus* dictus eſt. quod erat ſcelerati hominis & cruce digni convitium, ut ad Diadumenum dicebamus. Atque hinc error Servii videtur manaſſe, de quo ſuperius initio hujus libri. Sed non diſpliceat conjectura viri optimi atque eruditiſſimi Antonini Loiſelii, cui pro *multa*, videbatur ſcribendum *mulier*.

6 *Soluſque omnium principum tractus eſt.*] Quid Vitellius? nonne & ipſe tractus, & in Tiberim præcipitatus? ſed in cloacam miſſus non eſt. hoc unum dici poteſt, ut ne dicamus lapſum memoria auctorem.

GRUTERUS.

4 *Tractitius.*] Pal. *Tractatitius.*

tum non merentur. Opera publica ipſius præter ædem Heliogabali dei, quem Solem alii, alii Jovem dicunt: [1] & amphitheatri inſtauratio poſt exuſtionem, & lavacrum in vico Sulpitio, quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant: [2] & lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat, & lavando & populum admittendo. Sed porticus defuerant, [3] quæ poſtea ab hoc

CASAUBONUS.

1 *Et amphitheatri inſtauratio.*] Scribendum, *inſtaurationem.* probant præcedentia.

2 *Et lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat.*] Ridicula lectio: facit enim duo lavacra Antoniniana Romæ, quæ ab eodem principe Antonino Caracallo eſſent exſtructa. Nos ſcimus unas fuiſſe Antoninianas thermas, quarum conditor Caracallus. In regio & altero Puteani, *Et lavacrum quidem Antonini Caracalli dedicaverat.* optima & non parvi ad hiſtoriam momenti lectio: tantum corrige *Caracallus* pro *Caracalli.* non igitur de alio lavacro ſentit quam eo, cujus fecit mentionem. lavacrum Antonini, inquit, ſive Antoninianas thermas Caracallus quidem velut perpetuum opus dedicaverat, & in iis cum lavabat ipſe, tum populum admittebat. opus tamen imperfectum reliquerat Caracallus; deficientibus porticibus, quas Alagabalus inchoavit, Alexander perfecit. Omittit Lampridius dicere de Varianis thermis: quas ab hoc principe & exſtructas puto, & nominatas. mentio ejus operis & in Urbis deſcriptionibus, & in antiquis inſcriptionibus. Sed Antoninianarum tantus fuit ſplendor, ut ad illarum ornatum aliquid attuliſſe, majus viſum fuerit, quam opus novum feciſſe. Olympiodor. in Excerptis apud Photium: ὥσπερ ἢ καὶ λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Ἀντωνινιαναὶ οὕτω καλούμεναι, εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας ξεστοῦ. cedô quanta operis hujus vaſtitas quod caperet lavantium ſellas cIↄIↄc?

3 *Quæ poſtea ab hoc ſub Decio Antonino extructæ ſunt.*] Scribendum erat ex regio, *ſub dicto Antonino*, nempe Heliogabalo.

GRUTERUS.

2 *Et lavacrum quidem Antonini Caracallus dedicaverat.*] Ita omnibus litteris Pal. prius habebamus inepte: *& lavacrum quod Antoninus Caracallus ded.*

SALMASIUS.

1 *Et amphitheatri inſtauratio.*] Lege *& amphitheatri inſtaurationem.* præceſſit enim: *opera publica ipſius præter ædem Heliogabali dei, & amphitheatri inſtaurationem poſt exuſtionem & lavacrum in vico Sulpitio quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant.*

3 *Quæ poſtea ab hoc ſub Decio Antonino extructæ ſunt & ab Alexandro perfectæ.*] Hæc corruptiſſima ſunt. nec opis aliquid in libris. nos felici conjectura emendamus: *ſed porticus defuerant quæ poſtea ab hoc ſubdititio Antonino extructæ ſunt, & ab Alexandro perfectæ:* ſubdititius Antoninus eſt, Heliogabalus qui in nomen Antonini turpiter invaſerat. *ſubdititium Antoninum*, quem in fine vitæ *falſum Antoninum* appellavit. *Hic finis*, inquit, *Antoninorum nomini in rep. fuit, ſcientibus cunctis iſtum Antoninum tam vita falſum fuiſſe quam moribus.* ſic de Diadumeno qui Antonini nomen nihil ad ſe pertinens uſurpaverat, ſcribit, *eum veluti nothum Antoninorum nomini fuiſſe appoſitum.* hoc eſt nothum fuiſſe Antoninum & ſubdititium. quem locum temere ſolli-

hoc [1] ſubdititio Antonino extructæ ſunt, & ab Alexandro perfectæ. Hic ultimus Antoninorum fuit, 18
quamvis cognomine poſtea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonii dicti ſunt, non Antonini. Vita, moribus, improbitate [2] ita odibilis, [3] ut ejus nomen ſenatus eraſerit. quem nec ego Antoninum vocaſſem, niſi cauſſa cognitionis, quæ cogit plerumque dici ea etiam nomina quæ ſunt abolita. Occiſa eſt cum eo [4] & mater Semiamira probroſiſſima mulier & digna filio. Cautumque ante omnia poſt Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier ſenatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devovereturque per quem id eſſet factum. De hujus vita multa in literas miſſa ſunt obſcœna: quæ quia digna memoratu non ſunt, ea ſolum prodenda cenſui quæ ad luxuriam pertinebant: quorum aliqua privatus, aliqua jam imperator feciſſe perhibetur: quum ipſe privatus diceret ſe Apicium, imperator vero, Neronem, Othonem, & Vitellium imitari. [5] Nam primus omnium, privato- 19
rum

ſollicitarunt viri adprime docti. ſic igitur edi debuit.

GRVTERVS.

1 *Sub dicto Antonino.*] Sic ſcripſi, ſequutus codicem Regium. nam Pal. *ſub Decio*, ut vulgata. ſed nihil uſitatius quam I degenerare in E, ut & I in T, norunt qui verſarunt codices calamo exaratos litteris capitalibus.

SALMASIUS.

3 *Ut ejus nomen ſenatus eraſerit.*] *Ut ejus ſenatus & nomen eraderet.* ita in Palatino.

4 *Et mater Semiamira.*] *Symiamira.* vide ſupra.

CASAVBONVS.

2 *Ita odibilis.*] Non male auctor Gloſſarii Latinoarabici, *exoticus* & *odibilis* pro dictionibus ejuſdem notionis accipit: nam ita ſolent quæ fiunt contra morem patrium eſſe odio. & Græci quæ novitate diſplicent, ξένα vocant. Nomen *odibilis*, ſæpe uſurpat vetus ſacrorum librorum interpres, & ex eo multi ſcriptores: ut Lucifer Caralitanus frequenter, Gregorius Turonenſis, alii. ſic *decibilis* apud Iſidorum. & paullo ante Lampridius, *pudibilia membra.* apud Anaſtaſium, *placibilis.*

5 *Nam primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.*] In apparatu lectorum ὑποβλήματα ſunt, & ἐπιβλήματα, ac περιβλήματα, de quibus omnibus exquiſita diligentia alibi. Torale eſt τῶν περιβλημάτων, recteque in Gloſſario vertitur περικλίνιον. nam male accipiunt etiam doctiſſimi viri Horatii verſum,

Ten' Tyrias dare circum illota toralia veſtes?

Et ſtragula autem quibus tori ſternebantur, & toralia quæ circumjiciebantur, precioſiſſima in uſu veteribus fue-

rum toros aureis toralibus texit,quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatum imperatorium publice vendiderat.Deinde [1] æſtiva convivia coloribus exhibuit, [2] ut hodie praſinum, vitreum, [3] alia die venctum, [4] & ſic deinceps exhiberet, ſemper varie per dies omnes æſtivos. [5] Primus deinde

fuerunt: at non aurea tamen, ſaltem privatis,ut apparet ex hoc loco. Erant vero & ſtromata & periſtromata privatorum non aurea, ſed auro clavata vel conchyliata, vel Babylonica, aut ſimili artificio ornata.

1 *Æſtiva convivia coloribus exhibuit.*] Coloribus, διὰ χρωμάτων, vel κατὰ χρώματα. id eſt, diſtincta coloribus. ita dictum, ut *ſumis vendere dicta principis.* quod paſſim occurrit in his ſcriptoribus.

2 *Ut hodie praſinum vitreum.*] Malim, *praſinum aut vitreum.* niſi quis malit, *praſinum vitrum.* inde colligemus, hanc colorum varietatem in ſola ſupellectile vitrea fuiſſe ſervatam. Et ſcimus diverſiſſimorum colorum vitrea vaſa Alexandriæ ac Romæ fieri ſolita,quibus magnates ſæpe utebantur. non tamen probo hanc lectionem: putoque in toto inſtrumento tricliniari colorum cujuſque diei rationem habitam.

SALMASIUS.

2 *Ut hodie praſinum vitreum, alia die venetum & ſic deinceps exhiberet.*] Hæ duæ voces, *& ſic*, non comparent in antiqua editione. tollendæ igitur, nam ſenſum turbant, & ſic diſtinguendum: *Deinde æſtiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie praſinum, vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet.* venetum, vitreum, praſinum affines quidem colores, diverſi tamen. de quibus nos alibi. nec admittendæ correctiones doctiſſimi viri emendantis: *praſinum vitrum*: aut, *praſinum aut vitreum.* vitreum non ſemper ſignificat quod eſt ex vitro, ſed etiam quod vitri colorem habet. Virgilius:

— *vitreiſque ſedilibus omnes*
Accepere. —

Servius ad illud:

— *hyali ſaturo fucata colore.*

vitreo, viridi, nymphis apto. trigonales pilæ vitrei coloris erant: hinc vitreæ dicuntur in veteri inſcriptione:

Urſus togatus vitrea qui primus pila
Luſi decenter cum meis luſoribus.

CASAUBONUS.

3 *Alia die venetum.*] Fallitur vir doctus,qui ideo hanc lectionem mutat, quia & vitreus & venetus ſint ejuſdem coloris diverſa nomina. ſunt quidem adfines, ſed diverſi tamen ὁ βένετος & ὁ ὑαλοειδής. verum hæc non ſunt iſtius loci.

4 *Et ſic deinceps.*] An ut per omnes colores iretur, aut eorum præcipuos? an quatuor ſolum Circi factionum coloribus fuit locus?

5 *Primus deinde menſas & capſas argenteas habuit: primus cacabos.*] Niſi de privato Alagabalo hæc dicta intelligantur, ſine dubio falſa ſunt. quanquam vereor ut vel ſic conſtet dicto fides. nam cum lectos plane argenteos atque aureos apud veteres Græcos Latinoſque, etiam in Pandectis inveniam, ægre adducor ut inventum Alagabali credam eſſe, menſas ex argento conficere, aut cacabos. De menſis ſane argenteis apud Romanos refellit Plinius libro XXXIII. cap. XI. qui & vaſa coquinaria jam inde à Calvo oratore fieri ex argento cepiſſe, ibidem obſervat: cacabi autem inter iſta. Ulpianus lege XIX. De auro, argento, mundo,&c. tractans de legato argento eſcario: *Si cacabos,* inquit, *argenteos habebat, vel miliarium argenteum,*

vel

[1] deinde autepſas argenteas habuit: primus etiam cacabos. [2] Vaſa deinde centenaria argentea ſculpta, & nonnulla ſchematibus libidinoſiſſimis inquinata. [3] Et maſtica-

vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum, dubitari poterit an eſcario contineatur. & hæc magis cocinatorii inſtrumenti ſunt. Erat & piſtorum vas: nam inde dicti *panes cacabacei*, qui ſaporem malum ex aqua in cacabo calefacta retinerent. Zeno Veronenſis in ſexto ſermone ad neophytos poſt baptiſmum: *Non illos panes aura corrupit; non ſumus amarus infecit; non frigus eliſit: quod plus eſt, ſine fermento levati ſunt: certe cacabacei non ſunt: non vetuſti, non uſti, non crudi, non madidi.* in extremo illo ſermone *hædinam* corruptiſſime editum eſt, pro *aginam*, & *homines* pro *omnes*. locum adſcribam, qui mellitiſſimus eſt: ſic igitur legendum: *Denique & vos retinetis pondus antiquum: habetis aginam: exagium facite quemadmodum vultis: ſingulos ponderate: invenietis nullum habere minus. Tripondes ſunt omnes, numiſmatis ſacri una libra ſignati, qui menſa deſerviunt.* ἀλλῆγορικῶς ſignificat ſe acceptam fidem de ſacroſancta trinitate in omnibus ſuis ſermonibus integram ſervaſſe. voce *cacabaceus*, uſus & Tertullianus.

SALMASIUS.

5 *Primus deinde menſas & capſas argenteas habuit, etiam caccabos.*] De menſis & capſis an primus eas argenteas habuerit hic gurges, merito dubitari poteſt. & recte dubitavit ad hunc locum eruditiſſimus Caſaubonus. immo ne dubitationi quidem locus, cum certum ſit, non eum primum menſas argenteas habuiſſe, niſi forte de eodem privato accipiamus. ſed manifeſto de jam imperatore loquitur. de capſis vero quid mirum? aut quid luxurioſiſſimo principi cum capſis argenteis? quæ res magis fœminarum eſt, & non illo primum tempore ex argento fieri cœptæ, nec ab Alagabalo primum uſurpatæ, ut infinita auctorum teſtimonia facile poſſent evincere ſi id ageretur. vitium igitur vulgatæ lectionis & impudentiam correctorum in mutandis quæ non intelligunt, facile nobis prodidit optimi libri Palatini ſcriptura quæ diſertis litteris expreſſum habet: *primus deinde autepſas argenteas habuit, primus etiam caccabos.* quam hæc diverſa ſunt ab editis? aut quid mali non merentur illi tortores librorum qui nihil intactum relinquunt? *Autepſa*, ut hinc apparet, eſt inſtrumentum coquinarium, ut & caccabus: quæ culinæ inſtrumenta primus argentea habuiſſe heic traditur Heliogabalus. *Autepſa* vero vox Græca eſt, *αὐθέψης*, quæ ſartaginem aut aliud genus coquinarii vaſis, & ad focum apti deſignat, ut & *πυρθέψης*, quæ ſartago exponitur in veteri optimo Gloſſario: *ſartago, πυρθέψης*. ſimilis igitur atque eadem nominis compoſitio ἀπὸ τοῦ ἕψειν. ὁ *αὐθέψης*, *autepſa*: ut ὁ *χάρτης*, *charta*. & ſimilia ſexcenta.

GRUTERUS.

1 *Menſas & capſas argenteas.*] Lectio nihili, ut quidem prodit Palatinus; in quo iſta ſuperſcripta ceu gloſſa, ſupra lineam, in contextu vero, loco ſuperiorum verborum, viſitur, *deinde autepſas argenteas*.

SALMASIVS.

2 *Vaſa deinde centenaria argentea ſculpta.*] *Scalpta.*

CASAUBONUS.

2 *Vaſa deinde centenaria argentea.*] Plinius: *Quæ omnia expiavit bellum civile Sullanum: paullo enim ante hæc facta ſunt: lanceſque è centenis libris argenti, quas tunc ſuper quingentas Romæ fuiſſe conſtat.* Sed legunt hic veteres, *V. dena centenaria.*

3 *Et maſticatum & puleiatum.*] Et maſtichatum, & puleiatum, ſive ut in regio & Puteani, *pulveratum* & roſatum,

maſticatum, [1] & puleiatum, & omnia hæc quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. Nam roſatum ab aliis acceptum, [2] pinearum etiam attritione odoratius reddidit. [3] Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur. Nec erat ei ulla vita niſi exquirere novas voluptates. [4] Primus fecit de piſcibus iſitia,

tum, quod ſtatim nominatur, genera fuiſſe poculorum auctor ipſe manifeſto indicat. nam ait: *denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.* Pocula appellamus & vaſa ipſa unde bibimus: & liquorem quem è calyce aut ſcypho bibimus. quomodo hic accipere eam vocem oporteat, jure poteſt quæri. proxima verba in quibus de eſcariis vaſis egit, ſuadent interpretari de veris poculis: ut intelligamus nova genera potoriorum vaſorum ab Heliogabalo fuiſſe excogitata, quæ etiam odore oblectarent, aut ad Venerem fortaſſe ſtimularent. Sed hæc pocula vitreariine facerent, an fictilium operum artifices, conjiciendum auctor nobis reliquit. Verum placet magis, ut *poculorum genera* accipiamus de potionibus diverſis è vino variè condito: ſicut in Geta dixit Spartianus, eum fuiſſe cupidum vini varie conditi. Sequitur non longe: *condito piſcinas & ſolia temperavit, & roſato atque abſinthiato.* Meminit maſtichati & roſati, & abſinthiati ſimul etiam Capitolinus in Gordianis. *Fuit vini cupidior*, inquit, *ſemper tamen undecunque conditi, nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio cæteriſque rebus, quibus gula maxime delectatur.* Veteres Latini Græca formatione dixiſſent, *maſtichiten* vinum, *glechoniten*, *rhoditen*, & *abſinthiten*.

GRUTERUS.

1 *Et puleiatum.*] Malim iſtud cum Palat. quam aliorum *pulveratum*.

CASAUBONUS.

2 *Pinearum etiam attritione odoratius reddidit.*] Ad alias ſpecies odoratas quæ in pila tritæ roſato condiendo adhibebantur, adjecit & pineas. *attritio* eſt τὸ σύντριψις.

SALMASIUS.

3 *Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.*] Ait ad hunc locum vir erudit. jure poſſe quæri, quomodo hanc vocem *pocula* heic accipi oporteat. immo jure quæri non poteſt. nec enim dubitandum heic eam debere accipi non pro veris poculis vel vaſis ex quibus bibitur, ſed pro potionibus vel liquoribus quos ex ſcypho vel calice haurimus: *Maſticatum* n. & *puleiatum* & *roſatum* genera ſunt vini ſic condita ex maſtiche, puleio & roſa, & Græce ſua habent nomina, μαστιχίτης, ῥοδίτης & γληχωνίτης. vox autem *poculum* pro potione non eſt raræ Latinitatis, ſed apud auctores obviæ & protritæ. Solinus *ex his pocula conficiunt*, cum potionem intelligat. & id quod bibitur non ex quo bibitur. quod infinitis prope locis occurrit apud Marcellum Empiricum. pocula igitur heic ſunt προπόματα. nam ita vocat Alexander Trallianus, ubi & μαστιχάτου meminit. lib. XI. τῶν δὲ προπομάτων, inquit, ἄριστον ἐστὶ τὸ κονδῖτον, καὶ τὸ ἀπιάτον καὶ τὸ ἀνθοσᾶτον ἢ λεβουστικᾶτον ἢ ἀψινθᾶτον ἢ μαστιχᾶτον ἢ νιτρᾶτον.

CASAUBONUS.

4 *Primus fecit de piſcibus iſitia, primus de oſtreis, & leioſtreis.*] Apitius rei culinariæ libro ſecundo: *Iſitiorum varia ſunt genera. marina fiunt de ſcylla ſeu cammaris, & aſtacis: de loligine, de ſepia, de locuſta, de pectine, de oſtrea.* Aut igitur falſo hic Lampridius marinorum iſitiorum auctorem primum facit Lampridium;

iſitia, [1] primus [2] de oſtreis, & leioſtreis, & aliis hujuſmodi

pridium: aut illorum librorum auctor falſo exiſtimatur Apitius eſſe unus è tribus ejuſdem nominis gulæ proceribus, de quibus notamus ad Athenæum. Vetus ſane Juvenalis interpres opus Apitianum, & re & titulo diverſum fuiſſe docet, à libris iſtis: nam ad hæc poëtæ è ſatyr. IV.

— *multa videmus*

Quæ miſer & frugi non fecit Apitius,

notat ſic: *Auctor præcipiendarum cœnarum, qui ſcripſit de juſcellis: fuit enim exemplum gulæ.* Porro ita frequenter fiebant iſitia de piſcibus, ut inde hariolati ſint nonnulli & nominis illius etymum. Iſidorus libro XX. *Iſicem piſcem quendam vocant, ex quo primum iſicia facta ſunt: & quamvis ex alio genere piſcium fiant, initium tamen piſcis hic & vocabulum dedit.* Eſt apud Heſychium ἴσοξ piſcis, & apud Plinium eſox in Rheno. ſed neuter appellationi iſiciorum originem potuit dediſſe: & melius de hac voce Macrobius. Pro *leioſtreis* regius & Puteani membranæ præferunt *lithoſtreis*. atqui omnia oſtrea ſilicea teſta includuntur. λειοςρέων propriam appellationem apud Græcos non inveni. ſed eſſe oſtrea quædam ac chamas λείας conſtat & læves.

SALMASIUS.

4 *Primus fecit de piſcibus iſitia.*] Scribe: *iſicia*. Græci enim ἴσικα & ἰσίκια. nam ἴσικα pro ἰσίκια dixere: ut σελλίσικα pro σελλισίκια. unde σελλισικοπῶλαι Græcis recentioribus ſunt ἀλλαντοπῶλαι. *inſicare* veteres dicebant pro inſecare: & *exſicare*, & *proſicare*. hinc *inſicium* ab inſicando, ut *proſicium* à proſicando. extrita litera dictum poſtea eſt *iſicium*. nihil enim aliud eſt quam inſecta minutatim caro. ejuſmodi inſiciis & minutalibus ex carne vulgo farciebantur avium ventriculi, ut anſerum & gallinarum. *eſiciatæ* dictæ recentioribus pro iſiciatis. eſiciatam ſic deſcribit vetus epigramma nondum editum: ſic enim habet in lemmate: *Eſiciata:*

Amiſit proprias vacuato corpore carnes,
Accepitque novas, dedit ac tulit, & grave lucrum
Perdendo adquirit, damnum bene crevit in illa.

item aliud de anſere farto:

Eminet impletus pullorum carnibus anſer,
Et varias menſæ torridus ambit opes.
Inguinibus nam portat olus, ventriſque ſoluti
Truditur è medio eſiciata nitens.

Eſiciatæ vulvulæ, & *circellorum iſiciatorum* mentio apud Apicium. Græci σιτάδισμα ejuſcemodi *iſicia* vel *iſiciatas* appellant. epigramma Palladæ εἰς τὸ σιτάδισμον ſic capiendum eſt, & legendum:

Τὴν λαπαρὴν τὴν αὐτὸς ἀποσφίγξας ἀπέπεμψας
Εὗρεν ὁ παῖς λύσας φῦσαν ἐπηλυσίμιον.

item aliud ejuſdem, εἰς ἕνα πέμψαντα αὐτῷ σιτάδισμον:

Ἀσκὸν τῶν ἀνέμων ἔλαβεν ποτὲ δῶρον Ὀδυσσεὺς
Πόντον ἐπιπλώων· χρῆμα γὰρ ἦν τι μέγα.
Ἀλλ' ἐμὸς Αἴολος οὗτος ἔχων ἀνεμώλιον ἦτορ,
Ὄρνιον ἐκπέμπει τῶν ἀνέμων γεμίσας.
Πνεύματά μοι πτερόεντα φίλος καὶ πνεύματα πέμπεις.
Οὐ δύναμαι δὲ φαγεῖν θλιβομένους ἀνέμους.

τὸ σιτάδισμον eſt ventriculus avis fartus, & iſiciata. ex carnibus autem minutatim inſectis, ut jam dixi, fiebant iſicia & iſiciatæ. primus Heliogabalus de piſcibus iſicia feciſſe, & de oſtreis lithoſtreiſque heic dicitur. vide ad hunc locum eruditiſſimum Caſaubonum.

1 *Primus de oſtreis & leioſtreis.*] Ita vir doctiſſimus lectionem omnium editionum & ſcriptorum, *lithoſtreis*, corre-

modi marinis conchis, & loçuſtis, & cammaris, & ſcillis. Stravit & triclinia de roſa, & lectos & porticus, [1] ac ſic per ea deambulavit, idque omni florum genere, liliis, violis, hyacinthis & narciſſis. [2] Hic non niſi unguento nobili aut croco piſcinis infectis natavit. [3] Nec cubuit

correxit. ſed ejuſmodi correctiones non moror, quæ depravationes *αὐτόχρημα* cenſeri debent. nam *lithoſtreis* rectum erat. ita enim proprie appellantur quæ apud Græcos ὀστρακοδέρμων nomine veniunt: quæ ſi quis λιθόδερμα diceret, haud inelegantem eorum appellationem induceret. nam & λιθόρρινα eadem vocabat Empedocles. Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως: ἐπειδὴ τὸ περιέχον ὅλον τὸν ἄνθρωπον καθάπερ ἀμφίεσμά τι σύμφυτον ἑκάστῳ καλεῖται δέρμα. κατ' ἀναλογίαν δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τοὺς κήρυκας ἐστὶ καὶ τὰς πορφύρας, ὄστρειά τε καὶ χήμας, ὅσα δὲ ἄλλα τοιαῦτα. διὰ τοῦτο καλοῦσιν ὀστρακόδερμα ταῦτα τὰ ζῶα. σαφῶς γὰρ ὀστράκῳ παραπλήσιον ἢ λίθῳ τὸ ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον σκέπασμά ἐστιν. hinc poteſt intelligi quare λιθόστρεα dicta. λιθορρίνους κήρυκας dixit Empedocles his verſibus apud Plutarchum:

Τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις,
Ναὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων χελώνων τε,
Ἔνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν.

Auſonius:

Quæ teſtis concreta ſuis ſeu ſaxa cohærent.

Item:

Aſpera quæ teſtis, & dulcia farris opimi.

GRUTERUS.

2 *De oſtreis & leioſtreis.*] Palat. adgregat ſe mſſ. in quibus *lithoſtreis*.

SALMASIUS.

1 *Ac ſic per ea deambulavit.*] Pal. *ac ſic ea deambulavit.*

CASAUBONUS.

2 *Hic nonniſi unguento nobili aut croco piſcinis infectis natavit.*] Imo vero interdum condito piſcinas & ſolia temperabat, & roſato atque abſinthiato, ut mox dicitur. ſed ibi loquitur Lamprid. de vino in piſcinas aut ſolia infuſo: hic de aquæ inficiendæ ratione, cum non adhiveretur vinum.

3 *Nec cubuit in accubitis, niſi quæ pilum leporinum haberent.*] Accubita vocabant quæ lectis tricliniaribus ſuperiorum temporum ſucceſſerunt. Juvenalis vetus interpres, ad ſatyram quartam: *Apud veteres accubitorum uſus non erat: ſed in lectulis diſcumbentes manducabant.* ita loquitur hic grammaticus, quaſi penitus diverſæ res eſſent, veterum lecti tricliniares, & poſteriorum accubita: quia ipſius ætate accubitorum forma longius receſſerat à lectis convivialibus priorum. adeo ut Iſidorus accubita dicta à cibo harioletur. ſed initio accubita à lectis vetuſtiorum nihil admodum differebant. Lampridius paullo poſt: *ciliceribus amicis ſolles pro accubitis ſternebat, eóſque reſlabat prandentibus illis.* Hieronymus Ezechielis capite XLVI. *accubita* vertit, *quæ Aquila*, inquit, *στιβάδας interpretatus eſt.* locum autem ſic explicat: *hæc quatuor atriola propinqua habebant accubita, ut ubi cibi, ibi & menſarum præparatio.* ſunt igitur diſcubitorii lecti *accubita*; ſed viliores & levioris operæ, quales erant militum in caſtris. Suidas, Στιβάδες Φορμίων ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν. στρατηγὸς δὲ ἦν Φορμίων. στιβάδες δὲ ἐπεὶ οἱ στρατιῶται χαμευνοῦσι. λιτὸς δὲ ἦν καὶ πολεμικός. καὶ στιβὰς χαμαικοίτιον, AKOYBITON ἀπὸ ῥαβδῶν. Atqui etiam delicatiores lectos ad diſcumbendum ſic fuiſſe dictos nec Latinis tantum, ſed etiam Græcis ſcriptoribus, conſtat liquido ex eo-

ex canone LXXIV. concilii in Trullo, & obſervatione patrum ad illum canonem. Ait canon: οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν. hæc ita exponuntur in Pandectis juris canonici Græcorum: ἀκκούβιτον λέγεται ἅπαν στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον, καὶ μαλακόν· ἀκουμβᾶν γὰρ παρὰ Λατίνοις τὸ ἀνακλίνεσθαι. in epiſtola Valeriani Aug. ad Zozimianum procuratorem Syriæ, *accubitalia Cypria*, ſunt quibus inſternebantur & inſtruebantur accubita. & videntur etiam mantelia venire eo nomine: quod valde ſuadet mihi ſimilis locus alius epiſtolæ ejuſdem imperatoris atque argumenti, ubi mantelia Cypria nominantur. vide Probum in Aureliano. Quemadmodum autem olim cœnationes à numero lectorum diſtinguebant, erantque œci alii τρίκλινοι, alii πεντάκλινοι, ἑξάκλινοι, & ita deinceps; ſic poſtea fuere πενταχούβιτα, ἑξακούβιτα, & ita alia. Luithprandus libro ſexto Hiſtoriarum: *Eſt domus juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decamneacubita vocatur: quod nomen non ab re, ſed ex apparentibus cauſis ſortita eſt: δέκα enim Græce, Latine decem: ἐννέα novem: cubita aut* (malim, *accubita autem*) *à cubando inclinata, vel curvata poſſumus dicere.* ſed & cœnationes ipſas dixerunt accubita. Anaſtaſius De vitis Pontificum, in Gregorio III. *accubita quæ ſunt ad B. Petrum in ruinis poſita à fundamentis noviter reſtauravit atque depinxit.* ſic iterum in Leone III. & Leone IV. Tranſiit & ad alios quam ad Græcos, Latinum hoc verbum: nam in Rabbinorum ſcriptis, אקובטין ſunt *accubita*. Atque hæc ſatis iſto loco: nam in commentario noſtro de lectis & ſtragula veterum veſte, quem brevi edituri ſumus, faciente Deo, affatim de iſtis omnibus: ibi etiam de pilo leporino, & plumarum ad lectos variis generibus.

SALMASIUS.

3 *Nec cubuit in accubitis niſi quæ pilum leporinum haberent.*] Accubita recentioribus dicta ſunt, quæ veteribus *triclinia*. tribus enim lectis olim ad menſam accumbebant, & hoc triclinium dicebatur. poſtquam triclinia ab uſu receſſerunt, & forma eorum mutata, & pro tricliniis accubita & ſtibadia dici cœpere, quorum figura ſemicircularis erat, atque inde *ſigma* nomen invenit. & falſum eſt quod ad hanc vocem *ſigma* vir eruditus annotavit, aliquando non undique ad menſam convivas accubuiſſe, ſed ab altera tantum parte, & ſic eos ſedentes lunatæ figuræ vel hemicycli ſpeciem exhibuiſſe, atque ab ea re ſigmati nomen factum. falſum, inquam, ſic aliquando veteres ad menſam accubuiſſe ut totum orbem menſæ ab omni parte occuparent. nunquam enim aliter accubuere, quam ut unum ex quattuor menſæ lateribus vacuum relinquerent. nam ab illa parte quam convivæ non occupabant inferebantur fercula in menſam. ſane tres lecti quos menſæ circumponi moris olim fuit, non omnia quattuor latera menſæ ambiebant, ſed tria tantum: uno ut dixi vacuo relicto ad inferenda menſæ obſonia. poſtquam triclinia deſierunt, & in deſuetudinem abierunt, ſigmata quæ in tricliniorum locum venerunt, non ſecus ac triclinia, ſemper unum menſæ latus à convivis liberum præſtitere. cum enim forma eorum ſemicircularis eſſet, & σιγμοειδὴς, totam menſam non circumdabant, ſed ſpatium in ea parte relinquebant qua circulus deficiebat, ad eam rem quam ſupra diximus, ad inferenda ſcilicet fercula, ne ſupra humeros & capita accubantium, aut inter latera cum magna incommoditate convivarum inferenda eſſent. & hæc differentia inter triclinium & ſigma ſtatui poteſt. triclinium tres lecti diviſi & ſeparati, qui menſæ adpoſiti quadratam figuram efficiebant. ſeparatos liquet fuiſſe. nam qua medii lecti pluteus infimo & ſummo jun-

cubuit in accubitis facile, niſi iis quæ pilum leporinum haberent, [1] aut plumas perdicum, [2] ſubalares ſæpe culcitras mutans. Senatum nonnunquam ita contempſit

gebatur in anguli flexura intervallum erat relictum, nec ita preſſe ſibi conjuncti cohærebant, ut ſe tangerent. Plutarchus de loco conſulari qui medii lecti fuit fuit ultimus: τοῦτον ἐξαίρετον ἔχει τὸν τόπον ἐν ᾧ τῆς δευτέρας κλίνης τῇ πρώτῃ συναπτούσης ἡ γωνία διάλειμμα ποιοῦσα τῇ καμπῇ δίδωσι καὶ γραμματεῖ καὶ ὑπηρέτῃ καὶ φύλακι σώματος καὶ ἀγγέλῳ τῶν ἀπὸ στρατοπέδου προσελθεῖν, διαλεχθῆναι, &c. Sigma vero unus perpetuus lectus, ſemirotundus, quod & ſtibadium & accubitum dixere. triclinium omnibus menſis poterat convenire, & majoribus & minoribus. cum enim ex pluribus & diverſis lectis conſtaret, facile ſinguli lecti ad menſam poterant accommodari. ſigma vel ſtibadium non item. nec enim minus ſigma majori menſæ, nec majus minori coaptari poterat. ſecundum igitur menſarum magnitudinem quærenda erant parva aut magna ſtibadia, quæ à numero convivarum, quos capiebant, dicebantur vel octaclina, cum octo caperent: vel enneaclina cum novem: vel hexaclina cum ſex, & ita de ceteris. Martialis:

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

ſtibadium, & accubitum & ſigma idem eſſe ex illis quæ diximus poteſt conſtare. ſed teſtimoniis id etiam comprobemus: vetus interpres Juvenalis: *apud veteres accubitorum uſus non erat, ſed in lectulis diſcumbentes manducabant.* per *accubita* manifeſto intelligit ſigmata: per lectulos, triclinia. Servius Æneid. 1. *antiqui ſtibadia non habebant: ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. unde & triclinium ſterni dicitur.* idem hic Grammaticus dicit quod ille, ſed *ſtibadia* vocat, quæ alter *accubita*. Martialis in epigrammate cujus lemma, *ſtibadium*.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma.
Octo capit: veniat quiſquis amicus erit.

Sidonius Apollinaris *nitentem ſtibadii circulum* vocat, & ſigma intelligit.

1 *Aut plumas perdicum, ſubalares ſæpe culcitras mutans.*] Aliter hic locus diſtinctus in edit. Med. ad hunc nempe modum: *nec cubuit in accubitu facile, niſi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum ſubalares, ſæpe culcitas mutans.* quam diſtinctionem etiam probaſſe virum quemdam doctiſſimum poſtea offendi.

2 GRUTERUS.

1 *Aut plumas perdicum ſubalares: ſæpe culcitas.*] Sic interpungit Palat. quemadmodum conjecerat amiciſſimus noſter Lectius. *culcitæ ſubalares* numquam fuere in rerum natura, neque eſſe poſſunt.

CASAUBONUS.

2 *Subalares ſæpe culcitras mutans.*] Scr. *culcitas.* *ſubalares culcitæ* ſunt pulvini quibus undiq; fulciebantur delicatiores cum accumberent. non obſervavi horum apud Græcos peculiarem appellationem: ὑπαυχένια enim nominant: ut Lucianus in Somnio, ſive Gallo: ἐπειδὴ κατακλίνεσθαι καιρὸς ἦν, περιῆγον ἀράμενοι ἀνέθεσαν τὸν Θεσμόπολιν, οὐκ ἀπραγμόνως, νὴ Δία, πίστευε, οἶμαι; νεανίσκοι εὐμεγέθεις, ὑπαυχένια προσβύσαντες αὐτῷ παντόθεν ὡς διαμένοι ἐν τῷ σχήματι, καὶ ἐπὶ πολὺ καρτερεῖν δυνάμενος. Non prætermittam Jacobi Lectii conjecturam ſuper hoc loco: nam ille hæc verba mutata diſtinctione ita cenſet concipienda: *niſi in iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum ſubalares, ſæpe culc. mut.* videntur ſane in omni avium genere plumæ ſub alis eſſe delicatiſſimæ.

tempſit ut mancipia togata appellaret: populum vero Rom. unius fundi cultorem: equeſtrem ordinem in nullo loco habens. Præfectum urbicum ſæpe poſt cœnam ad potandum vocabat, adhibitis & præfectis prætorio, [1] ita ut ſi recuſarent, [2] magiſtri horum eos cogerent. [3] Voluit & per ſingulas urbes lenones præfectos urbi facere, & ut eſſent in urbe XIIII. & feciſſet, ſi vixiſſet, promoturus omnes turpiſſimos & ultimæ profeſſionis homines. [4] Hic ſolido argento factos habuit lectos, & tricliniares & cubiculares. Comedit ſæpius ad imitationem Apicii [5] calcanea camelorum, & cri-

1 *Ita ut ſi recuſarent, magiſtri horum eos cogerent.*] Dele vocem *horum*. nam alia emendatione nulla eſt opus, ut recte judicat Lipſius. referendum enim omnino ad conviviorum magiſteria. mos notus jam & tironibus.

SALMASIUS.

1 *Ita ut ſi recuſarent, magiſtri horum eos cogerent.*] De præfectis urbis & prætorio loquitur, quos ad potandum vocabat poſt cœnam Alagabalus, ita ut ſi recuſarent bibere, eos cogeret per magiſtros eorum. ſed qui ſunt eorum magiſtri? Lipſius & poſt eum Caſaubonus de magiſteriis conviviorum accipiunt, & vocem *horum* delent. accedat eorum ſententiæ qui volet, ego non poſſum. dixiſſet *magiſter*, non *magiſtri*: nec enim plures creabantur bibendi magiſtri. omnino ſcribendum: *ita ut ſi recuſarent magiſtri officiorum eos cogerent*. de magiſtris & principibus officiorum ſupra diximus. non mirum igitur illos adhibuiſſe Heliogabalum ad cogendum præfectos qui bibere nollent. ii enim ſemper circa principem, nec ab ejus latere diſcedebant. ſcriptum autem videtur fuiſſe compendioſe: *magiſtri offrum* pro *officiorum*, ex quo *horum* vel *eorum* fecerunt. ſic ſuperius *ſetus* pro *ſenatus*, & *conlatum* pro *conſulatum*, ſcriptum perperam libri habebant.

GRUTERUS.

2 *Magiſtri horum eos cogerent.*] Ita quoque Pal.

3 *Voluit & per ſingulas urbes lenones præfectos urbi facere.*] Locus bene habebit ſi mutata littera ſcribamus, *per ſingulas Urbis*: ſubintelligit enim *regiones*, more ſæculi ſui. ſic ſupra cap. VI. dixit, *nomen in publicas edere*, ſubaudi, *tabulas*.

CASAUBONUS.

3 *Voluit & per ſingulas urbes lenones præfectos Urbi facere.*] Locus corruptiſſimus. Sed ſcribendum abſque dubio: *Voluit & per ſingulas Urbis regiones lenones Præfectos Urbi facere: ut eſſent in Urbe* XIIII. Quod dicitur voluiſſe Alagabalus, id Alexander Severus & voluit & fecit: inſtituit enim curatores Urbis XIV. quot & regiones erant. at non lenones, ut ille impurus, præfecit Alexander; verum conſulares viros, ut in ejus vita narratur Lampridio. Vetus lapis non curatores vocat, ſed ut hic præfectos. ſic enim ille, PRÆF. VRB. REG. XIII. Ita fere emendat hunc locum ampliſſimus & humanitate, cum viveret, politiſſimus Petrus Faber, in Semeſtrium primo.

4 *Hic ſolido argento factos habuit lectos.*] Non primus, ut jam diximus, & fuſe probavimus alibi.

5 *Calcanea camelorum.*] Camelis veſci non commune olim omnium popu-

& criſtas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum & luſciniarum: [1] quod qui ederet, ab epilepſia tutus diceretur. [2] Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, [3] & cerebellis phœnicopterûm & perdicum ovis, & cerebellis turdorum, & capitibus pſittacorum & faſianorum & pavonum. [4] Barbas ſane mul-

lorum, ſed paucorum proprium, ut Arabum & Saracenorum, & omnis barbariæ eremi, inquit Hieronymus altero libro adverſus Jovinianum. populi ſeptentrionis abhorrebant. Alagabalum multa de Sarracenis & Arabibus traxiſſe inſtituta, propter locorum ubi natus & educatus viciniam, mirum non eſt. Calcanea camelorum cupediariis fuiſſe expetita, non multo magis miror quam de criſtis gallorum gallinaceorum: quas hodieque ab iis qui palatum eruditum habent, cupidiſſime conſtat expeti. Camelorum calcanea ſunt natura ſua tenera. Herodian. libro quarto: *αἱ κάμηλοι μάλιστα ἔχουσιν ἁπαλὰ τὰ πέλματα.*

1 *Quod qui ederet.*] Scribe, *quod qui ead.* In regio longe aliter: *quia dote tali peſtilentia tutus diceretur.* en licentiam imperitorum hominum.

GRVTERVS.

1 *Quia dote tali peſtilentia tutus diceretur.*] Obſecundatus ſum codici Regio, in quo hæc ſcriptura. nam Palat. ſuffragatur vulgatæ; *quod qui ederet, ab epilepſia tutus diceretur*, niſi quod loco *epilepſiæ* exhibeat *peſtilentiam.*

2 *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes.*] Vox *dapes* non comparet in Palatino, niſi à calamo recenti. & vero uſitatum noſtro, ut modo dixi, ſubintelligere ſubſtantivas voces. itaque ſubaudit heic vel *paropſides* vel *patinas.* ſi quid tamen expreſſit, tunc certe excidit *patinas*, ob ſimilitudinem quæ ei cum verbo *Palatinis.* immo ne quid diſſimulem illud *Palatinis* mutandum potius in *patinas.* & tamen infra habemus cap. 30. *duo fercula ingentium epularum*; ut appareat certi nihil conjicere poſſe hominem, niſi quatenus juvetur auctoritate manuſcriptorum codicum.

SALMASIUS.

2 *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mulorum refertas.*] Vox, *dapes*, abeſt codici Palatino nec video qui poſſit ferri. nec enim Latinum eſt, *exhibere ingentes dapes extis mulorum refertas.* quod de lancibus potius & gabathis vel diſcis dici conveniat quam de dapibus. nam id omnino diſconvenit. aliquid igitur latere cenſeo ſub illa voce *ingentes*, ut nomen diſci alicujus vel lancis. aut certe deeſt nomen vaſis poſt *ingentes*, ut ingentes diſcos vel lances exhibuiſſe dicatur extis mulorum refertas & cerebellis phœnicopterorum.

CASAUBONUS.

3 *Et cerebellis phœnicopterorum.*] Similia de Vitellio Suetonius capite XIII.

4 *Barbas ſane mullorum tantas jubebat exhiberi.*] *Tantas* pro tot numero, vel tanta copia. quod ſane mirum eſt, &, ut jure addit auctor, præcipue ſtupendum. quam ingenti enim mullorum copia fuit opus, ut de illorum barbis diſci, atque ii capaciſſimi implerentur? cum præſertim non omnes mulli binos illos cirros habeant, quos barbam vocat Lamprid. ut & Græci *γένειον*. Sophron apud Athenæum libro ſeptimo: *τρίγλας αἱ τὸ γένειον ἔχουσαι καλλίονές εἰσι μᾶλλον τῶν ἄλλων.*

1 Ut

mullorum tantas jubebat exhiberi, [1] ut pro naſturtiis, apia-

1 *Ut pro naſturtiis.*] Nondum comperi quis hujus lectionis primus aſſertor: quæ niſi libros habet auctores, magnæ temeritatis facinus admiſerunt, qui illam primi in contextum receperunt. Regius ſic habet: *ut .... & faſcelaribus.* ita ſæpe librarius ille locis conclamatis defecti codicis indicium apponere maluit, quam voces ignotas & corruptas deſcribere. in omnibus antiquis editionibus eſt, *ut pro naſcentis apiaſteris & facelaribus.* emendabat Joſephus Scaliger, *ut pro antecenis.* antecena, ſive antecenia dicuntur, qui Martiali guſtus: Græcis προπόματα, ut dicebamus ad Athenæum. Ego non damnaverim quod hic editum, ſi accederet alicujus codicis auctoritas. nam & in libris medicorum jungi ſæpius memini naſturtium cum feno Græco.

GRUTERUS.

1 *Ut pro naſturtiis, apiaſtris & facelaribus.*] Palatinus, *ut pro naſcentis, apiaſteris & faſ. laribus.*

SALMASIUS.

1 *Ut pro naſturtiis, apiaſtris & faſcelaribus & fœno Græco exhiberet.*] Qui primi auctores hujus lectionis extitere, more ſuo diſceſſere longius à veſtigiis veteris ſcripturæ, quæ ita eſt in omnibus libris: *ut pro naſcentis apiaſteris & facelaribus.* ſic enim habet Palatinus & princeps editio. nimis autem alienum eſt & longe recedit, pro *naſcentis*, *naſturtiis* velle reponere. nec tamen aliud ſuccurrere mihi fateor quod in ejus locum ſubſtituam, niſi forte, *alſentis. alſentum* enim pro *abſinthium* & dicebant & ſcribebant. quod nuper legi in libro vetuſtiſſimo Apuleji manuſcripto *de herbis.* ex Græco ἄψινθ☉ *abſentum* offinxere: unde & *abſentatum vinum* paulo poſt dictum obſervabimus. *Apiſtera* vero pro *apiaſtra*, ut *arbiteria* pro *arbitria* in Pandectis Florentinis, & *venteralis* pro *ventralis*, & ſimilia, ὅτι ψάμμ☉. de facelaribus quid dicemus? an erit pro *faſelaribus*? *Faſelares* autem ſunt faſeli, ut *lupinaria* lupini. ſic & *legatarii* pro legatis & *ducarii* duces, & ejus formæ pluria vocabula illis temporibus uſurpari ſolita. ſane non raro mihi in his libris *c* pro *ſ* poſitum animadverſum eſt: ut *paucas explere* ſupra legebatur, pro *pauſas explere*, & ejuſmodi alia non pauca. ſic nec dubium eſt quin *facelaribus* heic ſcriptum habeatur pro *faſelaribus. faſelares* autem vel *faſelaria*, ſunt faſeli. ſic *malvacei* & *betacei* pro betis & malvis. Gloſſæ: *Beta*, σεῦτλον. *betaceus*, σεῦτλον. ſic *puleiaceum* pro puleio proferebat Auguſtus. ſic *cepitios* dicebant pro cepis. Priſcianus: *frequentior tamen uſus hoc cepe protulit.* Caper & *capitium* & *cepitium* veteres dixiſſe oſtendit. Idem *betaceum* & *malvaceum* diminutiva facit à beta & malva. ſed fallitur: nam iſtiuſmodi omnia vocabula adjectiva ſunt abſolute enuntiata. nam betaceum & malvaceum, pedem intelligi licet, & cepitium nucleum. idem de faſclaribus dicendum. ſi *faſelares* dicimus, intelligimus ſiliquas: ſi *faſelaria*, grana. vera igitur lectio hujus loci: *faſelaribus & fœnugræco.* ſumebantur hæc faſelaria cum garo aut aceto, ut & fœnum Græcum. Galenus lib. 1. περὶ τροφῶν δυνάμεως· περὶ φασήλων καὶ ὤχρων. καὶ ταῦτα τὰ σπέρματα καθάπερ καὶ τὴν τῆλιν ὕδατι προδιαβρέχοντες οἱ ἄνθρωποι μέχρι τοῦ φῦσαι ῥίζαν ἐσθίουσι πρὸ τῆς ἄλλης τροφῆς ὑπαγωγῆς ἕνεκα γαστρὸς, ἐναποβάπτοντες γάρῳ. & paulo poſt: καί τινα νεανίσκον οἶδα κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰατρικὴν τέχνην ἐξασκοῦντα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὄψῳ χρώμενον ἐτῶν τεττάρων μόνοις τούτοις, τήλῃ λέγω καὶ φασήλοις καὶ ὤχροις καὶ θέρμοις. ut *faſelaria*, ſic *lupinaria.* quam vocem recentiores Græci uſurpaverunt. Suidas: λυπινάρια εἶδ☉ ὀσπρίε ἃ θέρμους καλοῦσι. Moſchopulus: θέρμος τὸ λυ-

πινάρ-

[1] apiaſtris, & facelaribus, [2] & fœnogræco [3] exhiberet plenis

πινάρια. at viri docti *facellaria* heic legebant, & acetaria interpretabantur, à *facella*, cujus mentio apud incertum poëtam his verſibus qui habentur in catalectis veterum poëtarum;

Auguſtum penitus torret Phaëtontius ardor,
Quem recreat feſſum gillo, facella, melo.

ſed profecto nimis incerta vagaque ac levi auctoritate nixa eſt illa ſententia. nam quis illis affirmavit ſcripturam illius diſtichi ſatis emendatam eſſe? deinde etſi maxime ita ſit, quo ſciunt auctore id eam ſignificare quod volunt? unde enim *facela* vel *facella* pro acetario? demus eſſe facellam acetarium. an propterea verum erit facellaria heic pro vaſis debere accipi in quibus reponuntur acetaria? ſane *facelarium*, heic pro vaſe non poteſt ſumi, cum inter naſturtia, apiaſtra, & fœnum Græcum ponat *facellaria.* igitur hæc nullo modo poſſunt conſiſtere, nec ſpeciem veri habent. habui vetuſtiſſimum Latinorum epigrammatum codicem mihi à doctiſſimo Johanne Lacurnæo commodatum, in quo & multa extant nondum edita epigrammata, & quæ jam edita ſunt longe in eo habentur emendatiora. in illo exemplari verſus hic ita plane ſcriptus erat:

Quem recreat feſſum, gillo, fabilla, melo.

quærant porro eruditiores quid ſit illo loco *fabilla*, nam de ſcripturæ veritate nullus dubito. quæramus id quoque. *fabilla* diminutivum eſt à faba. faba, fabula, & fabilla. parvam fabam & fabillam videntur vocaſſe, quæ Græca faba dicebatur. arbor eſt quam Græci Loton appellant, cujus fructum ſuaviſſimum eſſe refert Plinius. hujus baccis fortaſſe utebantur ad ſedandam ſitim in maximis ardoribus, ut & ceraſis. nam fructum illum ceraſorum pæne naturam habere tradit idem Plinius. ſed longe magis propter umbram & opacitatem ramorum in æſtivis caloribus expetebatur. Plinius de ea ſic ſcribit lib. XVI. capite XXX. *præcipueque domibus expetitur ramorum petulantia brevi codice latiſſima exſpatiantium umbra, & in vicinas domos tranſilientium. Nulli opacitas brevior, nec aufert ſolem byeme decidentibus foliis. nulli rami longiores validioreſque, aut plures, ut dixiſſ. totidem arbores liceat.* non mirum igitur ſi per ferventiſſimos Auguſti menſis æſtus ejus arboris umbram gratam eſſe feſſis, eoſque recreare dixit ille poëta. qui hæc non probabunt, meliora quærant. nobis ſatis ſit veram hujus loci lectionem oſtendiſſe & Spartiano aſſeruiſſe.

CASAUBONUS.

1 *Apiaſtris & facelaribus & fenogræco.*] Fenumgræcum & quæcunque hic nominantur, primis menſis apponebantur inter ea quæ irritandæ fami aſſumuntur. Galenus de facultatibus alimentorum libro ſecundo: ὁ μὲν ἰδ᾽ ἀγροικῶν μοι δοκοῦσι παρασκευάζειν οἱ ἄνθρωποι τὴν τάξιν τῶν ἐσθιομένων αὐτοῖς. θερμαίνεσθαι γὰρ αὐτῆς ἐπὶ τῶν πλείστων ἰδιωτῶν φυλάττουσιν αὐτήν. προσλαμβάνουσι γοῦν ἐν ἀρχῇ γε ῥαφανίδας ἐλαίας τε καὶ τῆλιν ἐν γάρῳ καὶ μετὰ τούτων μαλάχας τε καὶ τεῦτλα καὶ ἄλλα τοιαῦτα λάχανα μετ᾽ ἐλαίου καὶ γάρου. diſerte in iſtis nominatur τῆλις ſive fenum græcum: & habes apud Apitium quomodo pararetur. videamus de cæteris: & apiaſtrum quidem notiſſimum. μελισσόφυλλον enim eſt Græcorum, ſive μελίτταινα, ut ab aliis nominari ſcribit Dioſcorides. facelaria vero ſuſpicamur eſſe ciborum ἀναστομωτικῶν genus & acetariorum è facela, garo atque oleo. facelæ ſive facellæ meminit incertus poëta verſuum, quibus menſes depinguntur. nam ait ille,

Auguſtum penitus torret Phaëthontius ardor:
Quem recreat feſſum, gillo, facella, melo.

extant

[1]plenis fabatariis & diſcis: quod præcipue ſtupendum eſt. Canes jecinoribus anſerum pavit. Habuit & leo- 21
nes & leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis [2]quod exarmati eſſent, [3]ad pavorem & ridiculum excitandum. [4]Miſit & uvas Apamenas in præſepia equis ſuis: & pſittacis atque faſianis leones pavit & alia animalia: exhibuit [5]& ſumina aprugna per dies decem tricena quo-

extant hi verſus inter Catalecta Virgiliana quæ olim collegit, primuſque edidit, illuſtriſſimus Scaliger.

SALMASIUS.

2 *R. fœnograco.*] Fœnugræcum, & fœnogræcum dicebant unica voce. & ſic ſæpe apud Vegetium de re veterinaria, & Marcellum empiricum. Gloſſæ: *fœnugræcum*, τῆλις.

3 *Exhiberet plenis fabatariis & diſcis.*] *Fabatar* aut *fabatarium*, vas in quo *fabata* reponuntur. *fabatum* eſt granum fabæ. *fabatarium* etiam τὸ ἐρειγμὸν ſignificat, hoc eſt fabam frenſam aut fractam. Græci κατερεικτὰ dicunt, & συγκοπτά. Heſychius: κατερεικτὰ, τὰ ἐρεικόμενα ὄσπρια καὶ σχιζόμενα οἷον κυάμους. ἐρεικτὸν, κοπανιστὸν apud eumdem. Gloſſæ: *faba freſa*, ἐρειγμός. συγκοπτὰ etiam dicebantur, Latinis *fabataria*. Gloſſæ: *fabataria*, συγκοπτά. *fabataria* igitur à *fabatis*; id eſt fabæ granis. ſic enim vocabantur. Gloſſæ: *fabatum*, φάβατος κόκκος. ſic emendavimus in illo Gloſſarii loco. Græci enim recentiores τὸ φάβα, τοῦ φάβατος dixere, & declinavere. φάβατος κόκκος eſt fabæ granum. perperam etiam *fabatrum*, vulgo legitur in Gloſſis. τὸ φάβα igitur eſt faba. in Cynoſophio: φάβατος λοβ-κοῦ ō. & apud Demetrium φάβατος κοκκία. Etymologicum magnum: ἔτνος ὄσπριον, ὃ νῦν φάβα καὶ ἰδιῶται καὶ ἄγροικοι ὀνομάζουσιν. Cyrillus in Lexico: ἔτνος φάβατος, ὀσπρεία.

perperam legunt φαβάτου. ſic φάβατος κόκκος in Gloſſis eſt fabæ granum. hinc κουκία recentiores Græci, pro fabis dixerunt. κουκία pro κοκκία. ſed de his alibi.

CASAUBONUS.

1 *Plenis fatabariis.*] Ex ipſo nomine, & mente auctoris apparet ampliſſima vaſa fuiſſe, quæ fabataria dicerentur. quod in iis fabatia, de qua Apitius, vel puls fabata ſoleret apponi. & ita olim acutiſſimus Turnebus expoſuit.

4 *Miſit & uvas Apamenas in præſepia equis ſuis.*] Capitolinus de Vero Auguſto eadem. Uvæ Apamenæ, quæ hodie Damaſcenæ.

GRUTERUS.

3 *Ad pavorem & ridiculum.*] Probarim *ad pavorem ridiculum*, ut eſt in Pal. excluſa copula &.

SALMASIUS.

2 *Quod exarmati eſſent ad pavorem & ridiculum excitandum.*] Scribendum: *ad pavorem ridiculum excitandum.* ridiculus enim pavor quem exarmatæ feræ & nihil nocere valentes incutiebant.

5 *Et ſumina aprugna per dies decem tricena quotidie cum ſuis bulbis.*] *Bulbæ* ſunt vulvæ, ut jampridem doctis notatum. ſed in verſibus Nævii apud Macrobium idem incubuit mendum. *bulbam* enim pro *vulvam* in iis legitur:

quotidie [1] cum ſuis bulbis: [2] piſum cum aureis, [3] lentem

— *beri*
Quis apud te? Præneſtini & Lanuvini hoſpites.
Suopte utroſque decuit acceptos cibo,
Alteris inanem bulbam madidantem dari:
Alteris nuces in proclivi profundere.

quis enim neget ibi *bulbam*, eſſe vulvam; ſed in Græco epigrammate olim pueri admodum, genus idem mendæ tollebamus, quod hactenus latuit omnes etiam eruditiſſimos interpretes, qui patienter βόλβον pro βόλβαν, & legerunt & interpretati ſunt. ſed melius eſt ipſum epigramma apponere. eſt autem Palladæ ne quis miretur Græcum ſcriptorem in verſu Latinam vocem ſuppoſuiſſe:

Τοῦ πωγωνοτρόφου Κυνικοῦ, τοῦ βακτροπροσαίτου
Εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπείχετο, καὶ ῥαφανίδων,
Μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν
Στρυφνήν, ἣ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον.
Ἤτιζεν παρὰ προσδοκίαν καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
Κοὐδὲν ἔφη βόλβαν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

Vide, lector, & ride ſimul patientiam eruditorum interpretum, qui hactenus tam bono ſtomacho fuere ut concoquerent illum βόλβον, cum adjecto generis ſequioris. tanti non erat bolbus ut omiſſis lupinis & rapulis repente ad illius occurſum aſſurgeret Cynicus ille Φρονημάτιας, & repente gulam ſuam proderet. at vulva ſane tanti quam in delicatiſſimis cibis poſuere veteres gulones.

CASAUBONUS.

1 *Cum ſuis bulbis.*] *b* pro *v*, ut ſæpe. nam ſcribendum *vulvis*, facile doctis viris aſſentior.

2 *Piſum cum aureis.*] Nempe granis, ut hodieque vocamus. *Aurea* ſine adjectione pro globulis vel ſphærulis aureis, ita dictum, ut mox *albæ* pro gemmis albis. hæc vero aurea piſis aſſimilabantur & æquabantur; quo facilius poſſent fallere. in quo eſt operæ pretium ſpectare inſaniſſimi juvenculi inſaniam.

3 *Lentem cum cerauniis.*] Multa quidem Plinius de cerauniis: ſed ex quibus non poteſt colligi cur propter figuræ ſimilitudinem lenti hic copuletur.

SALMASIUS.

2 *Piſum cum aureis, lentem cum cerauniis, fabam cum electris.*] Sibi perſuaſerat vir eruditiſſimus perditum & profuſum prodigi principis ingenium hoc facto aſſimulationem quandam excogitaſſe pretioſarum rerum, quas miſcebat cum edulibus: ut ſic quodammodo reſponderent piſa aureis, lentes cerauniis, & ſimilia. ſecundum quam perſuaſionem, *aurea* heic ſubſtantive pro aureis granis accipiebat. in quo ſane falſus eſt. non enim aurea heic grana intelligi debent mixta piſis fuiſſe ab hoc nepote: ſed aureos, vel ſolidos, ut poſterior ætas appellavit, hoc eſt χρυσοῦς. at quam ſimilitudinem habent aurei cum piſis? nullam ſane. nec id voluit ille gurges. Nam eadem ratione quæram quid ſimile habeant lentes cum cerauniis, aut fabæ cum electris nemo enim, credo, dicet artem etiam fuiſſe adhibitam, & ſectionibus effectum ut electra fabarum formam ſumerent. de albis quod ſequitur idem dici poteſt. quarum quæ ſimilitudo eſt ad oryzam? *albæ* enim hoc loco ſunt margaritæ. quibus hoc fortaſſe cum oryza convenire queat, quod utraque alba ſunt. Aurei igitur hoc loco ſunt χρύσινοι, id eſt aurei, non grana aurea. non enim id eo conſilio factum

tem cum cerauniis, [1] fabam cum electris, & [2] orizam cum albis exhibens. [3] Albas præterea in vicem piperis piſci-

factum ab inſano juvene, ut ſimilitudinem iſtæ ſpecies aliquam invicem haberent, quam mixtura probabilem redderet: ſed in ea nihil quæſivit aliud quam profundendi perdendique inſanam libidinem.

CASAUBONUS.

1 *Fabam cum electris.*] Ita libri, nec cauſſa mutandi eſt. videtur Alagabalus artem adhibuiſſe, ut ad ſimilitudinem fabarum ſecarentur electra.

2 *Oryzam cum albis.*] Jam diximus *albas* nominari gemmas albas: Tertullianus nominat, *rubentis maris grana candentia*, in libro De reſurrectione carnis: Hieronymus in Marcellæ epitaphio, *rubri maris pretioſiſſima grana.* Ita aliquoties ponitur hoc nomen in iſtis libris ἁπλῶς. Anaſtaſius in vitis pontificum in Gregorio IV. *albas medicas habens circum capitis coronam, diverſe filo paris*, vel *filopares.* nam ita ſcribitur in Leone IV. & multæ in eodem ſcriptore ſunt ſimiles compoſitiones. idem auctor ſæpe mentionem facit conjunctim gemmarum praſinorum, hyacinthorum, albarum.

SALMASIUS.

3 *Albas præterea in vicem piperis piſcibus & tuberibus conſperſit.*] *Albæ* hoc loco ſunt margaritæ. nec de aliis gemmis accipiendum. Suidas: ἄλβαι οἱ μαργαρῖται. Anaſtaſius in Leone IV. *veſtem auro textam habentem hiſtoriam qualiter beatus Petrus prædicavit ad ſanctam Romanam Eccleſiam, cum gemmis albis id eſt margaritis ſeptem, & cum gemmis praſinis undecim, nec non & gemmis hyacinthinis viginti & ſept.* ut gemmæ albæ ſunt margaritæ, ſic praſinæ ſmaragdi. ibidem: *crucem ex auro puriſſimo ex diverſis gemmis hyacinthinis, albis, & ſmaragdis miræ magnitudinis ornatam.* item in Leone quarto: *ſed iſdem præfatus & magnificus præſul fecit ex auro puriſſimo & miræ magnitudinis margaritis, & gemmis hyacinthinis & praſinis ornavit.* ſic enim ubique tria hæc genera gemmarum jungit: albas, praſinas, & hyacinthinas. hoc eſt margaritas, ſmaragdos & hyacinthos. idem in Gregorio quarto: *Hyacinthas majores numero tredecim, praſinas decem, albas majores numero viginti & novem, Alabandinas majores numero viginti, albas modicas habens circum capitis coronam diverſæ filopares.* idem in Sergio: *hic fecit patenam auream majorem habentem gemmas ex albis, & in medio ex hyacintho & ſmaragdo crucem.* in Nicolao primo: *patenam ex auro puriſſimo cum diverſis lapidibus pretioſis albis, praſinis & hyacinthinis.* idem in Sergio II. *veſtem de Chryſoclavo habentem hiſtoriam reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti cum gemmis praſinis hyacinthinis, & albis.* deficeret me dies volentem omnia loca ejus auctoris deſcribere in quibus albarum fit mentio. Venantius:

Cryſtallum, electrum, aurum, oſtrum, concha alba, ſmaragdus.

ubi lepidus eſt ejus editionis quæ nuper prodiit, concinnator. quærit enim quomodo aut ubi reperiantur albæ ſmaragdi. Album igitur epitheton facit τῷ *ſmaragdus.* facete. ſic idem auctor alibi:

Ordinibus variis alba ſmaragdus ineſt,

ubi etiam albas ſmaragdos imaginatur. at diſtinguendum nemo eſt qui non videat: *alba ſmaragdus.* *alba* enim margaritum eſt. idem alibi:

Quando pavimentis alba topazus adeſt.

noli exiſtimare topazum albam eſſe, ſed diſtingue ut ſupra:

Quando pavimentis alba topazus adeſt.

ſic ille poëta loqui ſolet & ſic aſyndetos efferre, ut variis locis apud illum licet videre. ſed unicus heic ſufficiet:

Aurora veſper, Perſa, Britannus adeſt.

piſcibus & tuberibus conſperſit. [1]Oppreſſit in tricliniis verſatilibus paraſitos ſuos violis & floribus, ſic ut animam aliqui efflaverint, [2]quum erepere ad ſummum non poſſent, [3]condito piſcinas & ſolia temperavit,

CASAUBONUS.

1 *Oppreſſit in tricliniis verſatilibus.*] Seneca epiſtola XC. *qui verſatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut ſubinde alia facies atque alia ſuccedat, & toties tecta quoties fercula mutentur.* Junge his Suetonium in Nerone, capite XXXI. & ſi lubet, quæ ſcribimus ad Athenæum libro quarto, capite ſecundo.

2 *Cum eripi ad ſummum non poſſent.*] Regius, *eripere.* quare ſcribendum *erepere.* tamen & vulgatam interpretari eſt commode.

3 *Condito piſcinas & ſolia temperavit.*] Quoties aquam piſcinæ aut balnei non juberet infici unguentis aut croco, ut ante dictum, temperari præcipiebat vino varie condito: ut ſunt roſatum, abſinthiatum, quæ ſubjiciuntur, & quod proprie conditum dixerunt. ea vox, ut de multis ſæpe notavimus, latius modo patet, ceu genus; modo anguſtius, tanquam peculiaris ſpecies, vini conditi, quæ id ipſum dicebatur, *conditum.* Eſt autem conditum idem. aut pene idem, ac mulſum. Cælius Aurelianus Tardarum paſſionum libro quinto, capite primo: *Diocles probat conditum bibendum, quod plerique Latini mulſum vocant.* differunt tamen, ſi rem ſpectes, diligentius tria hæc, conditum, melitites vinum, & œnomeli, ſive mulſum. Sed veteres Latini appellationem conditi cum re ignorarunt: ac videntur medici qui Romæ faciebant medicinam id nomen excogitaſſe: nam in medicorum Græcorum libris frequens κονδίτου mentio: eſtque in eorum libris multiplex conditi compoſitio ad diverſas morborum ſpecies, ut libro tertio Aëtii, & in ſect. XXVII. Nicolai Myrepſi. & apud Avicennam, qui ſumſit à Græcis, ut fere omnia. ſed in Arabica ejus editione ita ſcriptum hoc nomen quaſi legiſſet apud Græcos, χόνδικον pro κόνδιτον. duplici errore. quorum prior ipſius eſt Avicennæ, qui ſolens talia paſſim peccata admittit. alter error non eſt auctoris, ſed librarii, qui ق pro ت perperam ſcripſit: prono lapſu, & quem ſæpe deprehendere libris Arabicis, Romæ nuper magno Reip. literariæ bono, editis. hæc apud medicos. vulgo autem Latinis & Græcis conditæ potionis appellatio eſt conditum. notum eſt epigramma Palladæ verſificatorum inſulſiſſimi, cujus initium Κονδῖτα μοι δεῖ. Etiam apud Hebræos qui ἐν τῇ διασπορᾷ ſcripſerunt inter Græcos & Romanos, קנדיטון *conditum*, delicatiſſimæ potionis ſpecies eſt. citat enim Nathan Juſtus ex antiquo magiſtro vel paraphraſte, דברי תורה נמשלו כקונדיטון *verba Legis ſimilia ſunt condito.* quæ ſic ipſe interpretatur, מה קונדיטון יש בו דבש יין ופילפלין *quid eſt conditum? quod fit ex melle, vino, & pipere.* recte: nam & in octavo Γεωπονικῶν conficitur ſimillime ex pipere, melle Attico, & vetere vino atque albo.

SALMASIUS.

2 *Quum eripi ad ſummum non poſſent.*] Palatinus, *eripere:* quemadmodum & Regius quem vidit Caſaubonus. *eripere* ſcribebant, pro *erepere.* quod omnino verum heic eſt. & ita ſæpe apud Hincmarum Rhemenſem ſcribitur, & alios.

GRUTERUS.

2 *Cum eripi ad ſummum.*] Pal. *eripere,* quod eſſet fere *ereprre,* veluti placebat Caſaubono noſtro.

vít,[1] & roſato, atque abſinthio [2] vulgus ad bibendum invitavit: & ipſe cum populo tantum bibit, ut in piſcina eum bibiſſe intelligeretur, [3] viſo quod unus bibiſſet. [4] Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas,

CASAUBONUS.

1 *Et roſato atque abſinthiato.*] Pone πλείονα στίχον poſt hæc verba: pertinent enim ad præcedentia in regio eſt *abſinthio*, ſed alterum eſt verum: in libris medicorum Græcorum, ut in tertio Aëtii, ἀψινθᾶτος ſcribitur: quaſi Latine diceretur *abſinthiathum*. ſic ῥοσᾶτος iiſdem ex Latino: cum tamen & ῥοδίτην & ἀψινθίτην potuiſſent dicere cum aliis Græcis.

2 *Vulgus ad bibendum invitavit.*] Erat moris ut cum exiiſſent è ſolio, biberent aliquantulum reficiendis viribus. ſed hoc fere divites & qui delicatius ſe curabant, at hic cum ad balneas ſuas populum promiſcue admitteret, eundem quoque ad bibendum invitabat.

3 *Viſo quod unus bibiſſet.*] Regius ſeparat hæc à præcedentibus puncto perfecto. ego pedem meum ex hoc loco vix poſſum extricare. nam deeſſe aliquid videtur.

SALMASIUS.

1 *Et roſato atque abſinthiato.*] Optimus liber: *abſentato*. *abſentatum* pro abſinthiato tum ſcripſiſſe Latinos argumento ſunt Græci recentiores, qui Latinam hanc vocem uſurpantes nunquam aliter fere ſcribunt quam ἀψινθᾶτον. Latini igitur, ut hinc apparet, *abſentatum* vel *abſinthatum* proferebant, non *abſinthiatum*. ſed & *abſentum* iidem dixere pro *abſinthium*. paulo ſupra ex noſtra correctione: *ut pro abſentis, & apiaſtris, & faſelaribus.* Apuleius in libro de remediis ſalutaribus, quem in vetuſtiſſimis membranis ſcriptum habui, ſic omnibus locis exaratum præferebat: *in remedio eſt abſenti ſuccus decocti & inſperſus vel ſ·di.* & paulo poſt: *differentia in his ſicut in pomis acres ſunt ut origani, naſturcii, ſinapis: amari vero, abſinthi, centauriæ.* & ita alibi paſſim. *abſentum* autem vel *abſenthum* Latini protulerunt, non ab eo quod Græcis ἀψίνθιον, ſed ex eo quod idem ἄψινθον quoque dicerent. hinc *abſenthum* & *abſentinatum*. Græci quoque recentiores ἀψινθᾶτον. & ita ſæpe Alexander Trallianus lib. VIII. οἶνος πολὺν θερμότερος τούτοις ἐπιτήδειος, καὶ οἰνόμελι τὸ ἀψινθᾶτον καὶ ἀνισᾶτον πινόμενον.

3 *Viſo quod unus bibiſſet.*] Mens hujus loci, quam doctiſſimi viri non videre, niſi fallor, hæc eſt: abſinthiato & roſato, & condito & ejuſcemodi vinorum generibus piſcinas temperavit aliquando Alagabalus, & ex iis etiam bibit, in piſcina, non tantum lavavit, & populum qui una lavabat, ad bibendum invitavit. ex illo, inquam, vino quo piſcina temperata erat, tantum bibit Alagabalus, ut viſo quod unus bibiſſet, intelligeretur tamen eum in piſcina bibiſſe, ex decremento ſcilicet piſcinæ vel ſolii balnearis, quod cum vino plenum eſſet, poſtquam unus Heliogabalus bibiſſet, omneſque eum ſolum bibiſſe animadvertiſſent, ſenſum ejus non adimebat piſcinæ capacitas, ſed ita decreſcebat in ea vinum, ut facile intelligeretur, non tam plena eſſe, quam erat, priuſquam bibiſſet. multum ſane oporteret eum vini hauſiſſe, qui cum in piſcina biberet, & ex piſcina ita eam deplere poterat & deminuere bibendo, ut ſpeciem aliquatenus exhauſtæ præberet. hic eſt ſenſus intricatiſſimi loci, ex quo pedem extricare non potuiſſe confeſſus eſt vir impenſe doctus.

CASAUBONUS.

4 *Eunuchos pro apophoretis dedit.*] Place-

gas, cquos ſtratos, mulos, basternas & rhedas: dedit & au-

Placebat eruditis viris, mutata diſtinctione, ita hunc locum ſcribi: *Viſi quod unus bibiſſet, elenchos pro apophoretis dedit.* non aſſentior: & profecto rectum eſt, *eunuchos*: ſicut de Veri imperatoris conviviis ſcribit Capitolinus: *donatos pueros decoros qui miniſtrabant ſingulis: donatos etiam ſtructores & lances ſingulis quibuſque.* ſimilia apud Athenæum, quarti initio, & alibi.

SALMASIUS.

4 *Eunuchos pro apophoretis dedit.*] Qui hanc lectionem falſam & corruptam ſuſpicari poſſit, nemo eſt. ſed mirabitur forraſſe non nemo ſcripturam membranarum & antiquæ editionis cum iſtac non conſpirantem: nam ſcriptum in illis eſt: *aphroditis.* non auſim propter iſtam inſinceram, ut videtur, & male ſanam, litem movere vulgatæ, quam omnes habent pro ſana: ſed cum de piſcinis & balneis proxime ſit loquutus, immo etiam nunc loquatur, veniebat aliquando in mentem heic legi poſſe: *Eunuchos pro aphronitris dedit.* nitri & aphronitri in balneis uſus apud antiquos, quo ſe detergebant & defricabant lavantes. Cyprianus, ut alios omittam, epiſt. LXXVI. *neque enim ſic in ſacramento delictorum contagia, ut in lavacro carnali, & ſæculari ſordes cutis & corporis abluuntur, ut afronitris, & ceteris quoque lumentis, & ſolio & piſcina opus ſit quibus ablui & emendari corpuſculum poſſit.* ita enim legendum in illo Cypriani loco. vulgo habetur: *& ceteris quoque adjumentis. lumenta* ſunt lomenta, de quibus nos alibi. pro aphronitris igitur Alagabalus iis qui ſecum unalavarent, eunuchos dabat, & quadrigas & equos, & aureos millenos. dicet aliquis, quæ aphronitrorum? certe nulla. ſed cum nullam hoc propudium, perdendi profundendique occaſionem prætermitteret, populo qui ſecum lavabat, aphronitrorum nomine, hæc talia dabat, quæ heic commemorantur. pleraque boni imperatores, balneum quo uſi eſſent, populo gratis exhibebant, ut omnia ſcilicet quæ ad lavandum opus ſunt, ſine mercede acciperet. Capitolinus de Antonino Pio: *Balneum quo uſus eſſet ſine mercede populo exhibuit.* at hic nepos & gurges, populo ad lavandum ſecum admiſſo, non aphronitra, nec quæ balneorum poſcit uſus danda curabat, ſed pro aphronitris illa quæ heic memorantur. ſic in conviviis pro pipere margaritas exhibebat, aureos nummos pro piſis, ceraunia pro lentibus, & electra pro fabis. Hæc dicta ſunto pro tuenda lectione membranarum, quam tamen veram non affirmo, cum & vulgata non paucas rationes habeat, quibus merito veterem illam à ſe expulſam gloriari queat, & inter illas hanc præcipuam quod ſequitur proxime de ſortibus convivalibus. videtur igitur *apophoritis* prius ſcriptum fuiſſe pro *apophoretis*: ut *diatrita* pro *diatretis*: *apologiticum* pro *apologeticum*: *Dioclitianus* pro *Diocletianus*: atque inde manaſſe illud ſcripturæ monſtrum *aphroditis* pro *apophoritis*.

1 *Baſternas & rhedas.*] Baſterna vehiculum muliebre, forma nihil diſtans à lectica, quod antiquæ lecticæ ſucceſſit, quæ matronarum erat propria. Verum hæ baſternæ, non ut lecticæ ab hominibus portabantur, ſed à burdonibus, vel mannis vel mulabus, ut hodie in noſtris lecticis videmus, quas baſternas eſſe nemo inficias iverit, qui formam & uſum ipſum & nomen etiam conſiderabit. nam baſternæ ſunt lecticæ ex veterum Grammaticorum interpretatione. Gloſſæ legales: Λεκτίκιον, βαστέρνα, κραβάκτιον. Baſternæ porro etymon unde deducendum? Græcum ne id verbum an Latinum, an barbarum? nemo hactenus quæſivit, nemo dixit. *Baſterna* ad verbum eſt Φορεῖον. ſic enim Græci, tam lecticas, quam ſellas vocant. Latini *geſta-*

mina

mina plerumque dicunt eo ſenſu: ut *geſtamen ſella*, *geſtatoria ſella*. ſic *baſterna* eſt geſtatorium vel φορεῖον. vetus verbum Græcum eſt, βάω βῶ. unde βάζω, vado, & βάσκω, βάσκ' ἴθι: ſed & βαίνω ab eodem, ut φορῶ, φορέω. à βάω, βάσω, βάσις. quod non ſolum inceſſum, ſed etiam fundamentum alicujus rei, pedamentumque & ſtatumen ſignificat. hinc βαστὸς & βατὸς: ut καυστὸς, καυτὸς, & ſimilia ſexcenta. hinc βαστὸν pro baculo vel eundi adminiculo cui ſenes innituntur. ſed & βατὴς à βατὸς, etiam pro baculo, regula, vel repagulo. ita enim βατὴς, apud Nicandrum exponitur à veteri Scholiaſta. βατὴς ἡ βακτηρία, nam βακτηρία quoque à βάζω quod eſt vado, deductum eſt. idem Nicander in hemiambis: φύγωμεν ἐκ προσώπου, Μή σ' ἐμπεσὼν ὁ πρέσβυς βατηρίῃ κολάψῃ. βατὴς igitur & βατηρία & βακτηρία & βαστὸς vel βαστὸν ſynonyma ſunt, à βαστὸς, βαστάζω, quod eſt geſto vel porto. & ἀναβαστὸν, pertica qua onera portantur, & idem eſt quod ἀνάφορον. hinc etiam βαστὰ pro calceis vel ſandaliis. Heſychius: βαστὰ, ὑποδήματα Ἰταλιῶται. nam βαστὸν calceus, ut διάβαθρον, ab eadem origine. κρηπὶς quoque Græcis utrumque ſignificat, & βάσιν, & calceum. miror homines doctos potuiſſe ſibi perſuadere Ἰταλιώτας, in illo Heſychii loco pro Latinis vel Romanis accipi, cum notum ſit Ἰταλιώτας proprie dictos Græcos, qui eam partem Italiæ incolerent quæ major Græcia nuncupata eſt. multum enim diſtat inter Ἰταλὸν & Ἰταλιώτην. hoc ſi cogitaſſent, non βαστὰ inter Græcobarbara vocabula poſuiſſent, nec in βαυκίδα mutaſſent. ut σκιπαστὸν pro σκίπαστρον. ſic βαστὸν pro βάθρον. quidquid denique ferendo eſſet, βαστὸν eſt dictum. unde ut dixi verbum βαστάζειν, & βαστὸν pro baculo. Latini *baſtum* dixerunt, & non ſolum baculum ita appellarunt, ſed etiam aſini clitellas & ſagmata. à baſto igitur, baſterna, hoc eſt φορεῖον. ſic à lato, *laterna*, quæ fert lucernam. à cavo, *caverna*. à λάκη vel λάκκη, quæ veſtem vel tunicam ſignificat, Latinum *lacerna*. ſic à loco *locerna* vel *lucerna*, in qua collocatur lampas vel candela. non enim à luce dicitur, cum primam habeat brevem. ſic à *Zaba* quæ vox loricam ſignificat vel θωράκιον, *Zaberna* vel pluteus. θωράκιον enim, ut & zaba pluteum etiam ſignificat, non loricam tantum, ut alibi pluribus docebimus. hinc zabernæ librorum apud Abdiam in hiſtoria Apoſtolorum, pro pluteis vel capſis librorum: *& haud mora collectis libris magicis zabernas plenas ad apoſtolum attulit.* & paulo poſt: *ne forte odor incendii vexet incautos, appende zabernis lapides & plumbum & mitte in mare.* vulgo *Zabyras* excuſum legitur in Abdia: nos ex veteri libro Jureti noſtri ſic reſtituimus. *Baſterna* igitur eſt φορεῖον, vel lecticæ geſtamen. Gloſſæ: *lectica*, φορεῖον. *Baſternam* etiam pro tranſitu dixerunt ab eadem origine. nam βατὸς & βαστὸς, eſt περαστικὸς, διαπεράσιμος, inde *Baſterna*, διαβατικὸν & περαστικόν. Gloſſæ legales: βαστέρνιον, περαστικὸν, ἤτοι διαβατικὸν ὃ λέγεται πέρασμα. in conſtitutione Zenonis ἢ διαβάσεων πρὸς περάσιμον μόνον χρησίμων, ἢ καὶ τούτων ἃ καλοῦσιν οἱ ἐν ... βαστέρνια. Harmenopulus βαστέρνια περάσιμα interpretatur. ſed ad baſternas noſtras redeamus. Iſidorus in gloſſis baſternam exponit, *tectam manualem*: *baſterna*, *tecta manualis*. primum *tectam* abſolute dixit pro tecta lectica. *tecta* eſt καθίσματον καθιστέον φορεῖον, eſt lectica operta quæ in uſu matronarum fuit. ita apud Dionem vocatur aliquot locis. baſternæ etiam undique contectæ, ut paulo poſt dicemus. ſed manualem quare vocat? jam enim docuimus baſternas non ab hominibus portari ſolitas, ſed à burdonibus vel mulabus fuiſſe vectatas. nullum mihi dubium eſt, quin

22 & aureos millenos, & centena pondo argenti. [1] Sortes ſane

quin ſcribendum ſit in illis gloſſis, *tecta manalis*. tectam manalem vocat, baſternam vel lecticam tectam, quæ à mannis portabatur. ſic *carpentum mulare*, ſupra habuimus, quod à mulabus trahitur. idem Iſidorus in Originibus baſternam à duabus animalibus deportari ſcribit vetus epigramma burdones portandæ baſternæ aſſignat, quam ſic deſcribit: ipſum enim epigramma non pigebit huc referre, ut aliquot locis emendatius ex veteri codice adſcribamus. *De Baſterna:*

Aurea matronas claudit baſterna pudicas,
Quæ radians latum geſtat utrumque latus.
Hanc geminus portat duplici ſub robore burdo,
Provehit & modico pendula ſepta gradu.
Proviſum eſt caute ne per loca publica pergens
Fucetur viſis caſta marita viris.

hodie legitur, *caſta matrona*, multum gemente ſyllaba quæ ſic contrahitur, cum ſit longa. *latum latus radians* baſternæ vocat quod ſpecularibus baſternæ latera eſſent clauſa. Juvenalis:

Quæ vehitur latis clauſo ſpecularibus antro.

ibi interpres *baſternam* interpretatur. ſed lecticam tectam intelligit Juvenalis quæ ab hominibus portatur, ſed forma, ut dixi, baſternæ & lecticæ tectæ non differebat niſi quatenus hæc ab hominibus, à burdonibus illa portabatur. per *duplex robur* auctor epigrammatis duos baſternæ amites, ut vocat Palladius, intellexit. Iſidorus in gloſſis mannos dat baſternæ, hic auctor burdones. Porphyrio mannos & burdos & burichos appellari notat. idem Iſidorus in originibus à mulabus baſternam portari indicat, cum ait *à duabus animalibus*. nam ita libri veteres. ſed & muli & burdones plerumque confunduntur. Gloſſæ: *ἡμίονος ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου: mulus burdo*. baſternam propriam fuiſſe matronarum oſtendimus, & id verum eſſe patet ex illo epigrammate. Ammianus lib. XIV. poſtquam virorum nobilium inceſſum per urbem deſcripſit, ſic & fœminarum magnarum deſcribere incipit: *quos imitatæ matronæ complures opertis capitibus, & baſternis per latera civitatis cuncta diſcurrunt*. ſic enim ſcribendum apud Ammianum. vulgo, *quo comitatu* ſcribitur. at veteres libri habebant: *quo feminate*. fecimus, *quos imitatæ*. nam de ſummatibus viris erat loquutus, qui equos velut publicos ſignatis calcibus agitantes, familiarium agmina tanquam prædatorios globos poſt ſe trahebant. *quos imitatæ*, inquit, *matronæ complures*, &c. vide locum, de emendatione noſtra non dubitabis.

CASAUBONUS.

1 *Sortes ſanè convivales.*] Suetonius ſimile quid de Auguſto, capite LXXVI.

SALMASIUS.

1 *Sortes ſane convivales ſcriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos.*] Dolet & male lectum hactenus hunc locum, & pejus intellectum ab hujus ætatis eruditiſſimis viris. Nam primum certum eſt, iſtud verbi *exhiberet* alienum eſſe ab illo ſenſu quem hic exigit locus. ſed de mente authoris videndum, deinde verba ipſa perpendemus. Sortes igitur iſtæ convivales, quas in cochlearibus habuit ſcriptas illa peſtis & barathrum macelli vel imperii totius, non erant ad illarum ſortium modum exemplumque quas vulgo divites in conviviis, ſuis convivis exhibebant & diſtribuebant. æquales enim erant illæ ſortes & æqualiter diſtribuebantur, ita ut non alius alio ditior exiret ſortis ſuæ gratia. nec divites tantum ſed & pauperes ejuſmodi ſor-

ſane convivales ſcriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muſcas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem

di ſortibus convivalibus ludebant, ut ita dicam. extat integer Martialis liber de ejuſmodi ſortibus:

Divitis alternas & pauperis accipe ſortes,
Præmia convivæ det ſua quiſque ſuo.

ibi licet videre exempla earum ſortium, & quas pauperes & quas divites ſuis convivis dividebant. At Heliogabali ejuſmodi erant, ut veræ ſortes dici mererentur, atque iis fata tentarentur. exempli gratia: ex ejus convivis alius ſortito ducebat decem camelos, alius decem muſcas. ille cui decem cameli exibant, merito id fatis ſibi faventibus poterat imputare: ut ille contraria fata experiebatur, qui decem muſcas in ſua ſorte ſcriptas reperiebat. ſic de decem libris auri & decem plumbi: decem ſtruthionibus, & decem ovis pullinis. nam qui decem libras auri in ſorte habebat, dives diſcedebat: qui decem plumbi, nihil aut parum lucrabatur. & ſic vere fata tentabantur, cum ex eorum arbitrio, ut ita dicam, res penderet, utrum quis felix optimæ & opimæ ſortis beneficio abiret, an tenuis & contemnendæ munere non magnopere beatus. hic eſt, atque omnino alius eſſe non poteſt hujus loci ſenſus & harum convivalium ſortium. nunc verba perſpiciamus an huic ſenſui paria ſint: *ſortes ſane convivales ſcriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muſcas.* ſecundum hanc lectionem non Heliogabalus exhibuerit illas ſortes convivis ſuis, ſed ipſi potius ſui convivæ. quod impoſuit viris doctis, eoſque in errorem induxit. hoc etiam expedivit nobis optimus codex, ut alia infinita in his auctoribus digna vindice. is igitur habuit, *ut alius exiret decem camelos, alius decem muſcas.* ſed notandum nova prorſus ſignificatione heic poſitum verbum *exiret*, quod agendi notionem manifeſto præfert: pro *extrahere* enim uſurpatur. ut *tranſire negotium*, pro tranſigere, apud Julianum Anteceſſorem & alios. ſic exire ſortem, pro extrahere. nec mirum debet videri, cum ſatis certum ſit omnino eſſe vitioſum vulgatum *exhiberet*. nam Halagabalum ipſum exhibuiſſe ſortes illas, non convivas, omnino oſtendit id quod ſequitur: *quod quidem & ludis ſuis exhibuit, cum & urſos decem, & decem glires, & decem lactucas & decem auri libras in ſorte habuit.* ſed illud *exiret*, quod pro *exhiberet*, habetur in veteri codice, aliter eſt accipiendum, nec poſitum eſt pro extraheret. *exire* enim dicebantur, quorum nomina ſortibus inſcripta, & in urnam demiſſa, inde extrahebantur. Hygenus de limitibus agrorum: *qui primi exierint, primam ſortem centuriarum tollere debebunt. eodem exemplo & ceteri.* & paulo poſt: *ex his unum ſorti nomen inſcribemus, & quoto loco exierit, notabimus.* Vopiſcus in Probo: *tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipſis etiam militibus quorum nomina exierant id volentibus.* *emergere* pro eodem dixit, & *effundi*: *ſed & iterum Probi nomen emerſit: cumque tertio & quarto feciſſet, quarto Probi nomen effuſum eſt.* ipſe igitur exire dicebatur, cujus nomen ſorti inſcriptum exibat, & educebatur ex urna. ſic igitur iſta ſortitio convivalis agitabatur. ſortes in cochlearibus erant inſcriptæ tales. *primus decem camelos:* (ſubaudi, *tollat.*) *ſecundus decem muſcas: tertius decem libras auri: quartus decem plumbi,* & ſic deinceps. nomina deinde convivarum in urnam mittebantur. qui primus exiiſſet, primam ſortem tollebat, quæ haberet inſcriptum, *decem camelos*, qui ſecundus, ſecundam. &

ita de

cem ſtruthiones, alius decem ova pullina, [1] ut veræ ſortes eſſent & fata tentarentur: quod quidem & ludis ſuis

ſuis

ita de ceteris. quam rem mira brevitate, & novo loquendi genere expreſſit Lampridius, cum dicit: *ut alius exiret decem camelos, alius decem muſcas*, &c. pro, ut alius qui exiret, tolleret decem camelos, alius decem muſcas. alio etiam modo potuit hæc ſortitio celebrari. conjectis ſcilicet in urnam cochlearibus ipſis quæ ſortes habebant inſcriptas, quæ inde extractæ convivis deſtribuerentur pro accubitationis aut ſeſſionis ordine, ut quæ prima ſors exiret, primo loco accubanti daretur; quæ ſecunda, ſecundo. & ita deinceps. nec dubito quin ex vulgari & corrupta jam ſermonis conſuetudine hoc loco ita ſit loquutus Lampridius, qua diceretur exire decem camelos, cujus ſors exiſſet quæ decem camelos inſcriptum haberet ſic enim videntur inſcriptæ fuiſſe convivales iſtæ ſortes, non nominandi caſu, *decem cameli, decem muſcæ*: ſed accuſandi: *decem camelos, decem muſcas.* ſubaudiebatur enim, vel *tollat* vel *ducat.* hinc *exire decem camelos*, plebeia ac triviali loquendi forma dicebatur cui ſors illa exiret, *decem camelos.* vel cujus exiret nomen, cui ea ſors debebatur & aſſignata erat. ex eadem vulgi in loquendo conſuetudine poſuit Vopiſcus in vita Bonoſi: *Brevis munerum fuit: tunicas palliolatas hyacinthinas, tunicam auro clavatam, interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ conveniunt.* cum recta & emendata loquendi ratio poſtularet: *tunica palliolata, hyacinthina, tunica auroclavata*, &c. ex eodem vulgi more loquutus Capitolinus in Pertinace: *auctio ſane Commodi rerum in hu inſignior fuit: veſtes ſubtemine ſerico, aureis filis, inſigni opere: tunicas pænulaſque, lacernas. chlamydes græcanicas atque caſtrenſes, & cuculli bardaici.* quis enim hæc ſic proferret cui emendate loquendi cura? in veteri inſtrumento apochæ vel plenariæ ſecuritatis, Juſtiniani ævo conſcriptæ perpetua eſt iſta caſuum confuſio & permutatio, non ad Grammaticæ canones, ſed ad vulgaris & uſu tritæ tunc loquelæ conſuetudinem: cujuſmodi iſta ſunt, inter alia: *arca clave clauſa valente ſiliquas duas: ſarica miſticia cum manicas curtas, valente ſiliquas aureas duas: braceas breves valentes ſiliqua aurea una: culcita valente ſolido.* ex eodem genere ſunt quæ alibi obſervamus apud iſtos auctores: *delatus illos, vos ipſe, ad fratre ſuo, Anchialo urbem vaſtavit*, & ſimilia. non igitur omnia quæ in auctoribus reperiuntur, illius ævi præſertim, loquendi genera, ad Grammaticales regulas ſunt revocanda.

CASAUBONUS.

1 *Ut veræ ſortes eſſent, & fata tentarentur.*] Sortes conviviales ita dictæ, quod ſortito dividerentur: in quo non magna erat alea: res enim in ſortem mittebantur, quas ſive adeptus eſſes, dives propterea futurus non eras: ſive non accepiſſes, vel etiam dare de tuo damnas fuiſſes. (erant enim harum ſortium varii modi) tamen ideo pauper futurus non eras, & omnino propter has ſortes nemo prius nomen mutabat aut conditionem; ſed manebat qualis ante, dives aut pauper. At ſortes Alagabali erant *veræ* (regius *veri*) ſortes, id eſt κλῆρος, & hereditates luculentæ. Quare ſortem abſtuliſſe erat, de paupere factum eſſe divitem: victum eſſe, erat idem ac bonis ſuis excidiſſe. tantæ rei enim, ſortes iſtæ fuerunt, ut ex eventu hujus aleæ ſortientes cenſeri poſſent vel divites vel pauperes. hoc eſt quod eleganter Lampridius dixit, *veras ſortes fuiſſe, & quæ fata tentarent.*

GRUTERUS.

1 *Ut veri ſortis eſſet eſſent.*] Sic & Pal. cum Regio, non *veræ*.

2 *Et de-*

ſuis exhibuit, quum & urſos decem, [1] & decem glires, & decem lactucas, & decem auri libras in ſorte habuit. Primuſque hunc morem ſortis inſtituit quem nunc videmus. Sed vere ad ſortem ſcenicos vocavit, quum & canes mortuos, & libram bubulæ carnis haberet in ſorte: & item centum aureos, & mille argenteos, & [2] centum folles æris, & alia talia quæ populus tam libenter

CASAUBONUS.

1 *Et decem gryllos.*] Regius, *decem grues*, grylli Græcis porcelli grunnientes. poſſis legere & *glires*.

SALMASIUS.

1 *Et decem grillos.*] Palatinus: *griles*, & vetus editio. legendum, *glires*. Glires etiam conviviis veterum admiſſi. Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. *ponuntur etiam in conviviis trutinæ ut appoſiti piſces & volucres ponderentur & glires.* Plinius lib. XXXVI. cap. I *Ingens iſta reputantem ſubit antiquitatis rubor: extant cenſoriæ leges glandia in cœnis glireſque & alia dictu minora apponi vetantes.*

GRUTERUS.

1 *Et decem grillos.*] Pal. *griles*. forſan voluit tranſpoſitis, *glires*.

CASAUBONUS.

2 *Centum folles æris.*] Etſi ita obtinuit uſus & antiqua conſuetudo, ut cum geminis *ll* ſcribatur hoc nomen *follis*, & Græcè quoque apud pleroſque φόλλις, rectius tamen alii ſcribunt φολὶς; ut in Euſebii hiſt. lib. X. c. VI. verbum eſt enim purum putum originis Hebraicæ: פלס illis idem ac שקל ponderare: atque ut ab hoc fit *ſiclus* vel *ſicel*, vox πολύσημος, ſic ab illo φολὶς, *folis*, vox item latiſſimæ ſignificationis. Sed pro minutæ pecuniæ genere, non Latini ſolum & Græci accipiunt: verum & Hebræi, ut docent critici Judæi; & Arabes etiam: nam qui in Græco euangelio κοδράντης nominatur, Arabice vertitur فلس *folis*. Eſt ſanè folis, ſive follis, ut ex hoc loco apparet & multis, cum utriuſque Codicis teſtimoniis, tum aliorum qua Græcorum qua Latinorum ſcriptorum, minimæ æſtimationis nummus, ut ſi ὄβολον ἢ χαλκοῦν Græce, Latine teruntium aut quadrantem dicas. de follibus æris loquimur, quorum hic Lampridius meminit. verum & argentei folles facti ſunt, ut docet doctiſſimus ſcriptor Epiphanius: cujus locum ſine cauſſa eruditiſſimis juriſconſultis exagitatum, alibi exponimus, ne hic prolixiores ſimus. Atque hinc illa diverſitas in æſtimatione follium, quam mirantur iidem apud ſcriptores. De follibus argenti ſenſiſſe arbitror antiquiſſimos Judæorum magiſtros, qui vocem Thalmudicam אסימון expoſuerunt פילסא ſive פלסא *follem*. refert illorum hanc notam Rabbi Nathan Juſtus: ſed fallitur, cum putat Chaldaicæ originis eſſe verbum אסימון: Græcum eſt enim ἄσημον, ut obſervavit nuper Johannes Druſius vir doctiſſimus, & harum litterarum callentiſſimus. Ἄσημον recentioribus Græcis eſt argentum, ut exponit Heſychius: & ita verti obſervavimus in hiſtoria miſcella, cujus pars maxima eſt è Cedreno. exemplum unum afferemus. enumerans Cedrenus prædam ingentem, quam victo regi Perſarum ademerat Heraclius, ponit inter cætera, ἄσημον, ὁλοσηρικὰ τε ἱμάτια. id eſt, *argentum & holoſerica veſtimenta.* atque ita verſum invenies. ſic accipe in veteri epigrammate incerti poëtæ, libro ſecundo, titulo εἰς φειδωλούς.

irridet ibi poëta convivatorem ſordidum ſimul & ambitioſum; qui convivis ſuis diſcos argenteos apponeret, magni pretii, ſed vacuos: quaſi ad ſpectaculum, non ad convivium eſſent vocati: ergo claudit epigramma:

Ζητεῖ νηστεύοντας ἐς ἀργυρίαν ἐπίδειξιν·
Καὶ τότε θαυμάσῃ κοῦφον ἄσημον ἔχων.

in priore verſu male editum ἀργαλέαν. Quare, ait, eos qui in caſto ſunt, & jejunant, ut illis argenteam ſupellectilem tuam oſtentes illis poterit admirationi eſſe, quæ nobis bilem ciet copia hæc argenteorum vaſorum levium, nec, ut par erat, cibis onuſtorum. ἄσημον appellat argentum, vel τὰ ἀργυρώματα. Et mirum ſane male ſenſiſſe Nathanem de vocis מסמאם origine: cum recte ſcribat idem eo loco lingua Græcorum vocari & argentum & vaſa argenti ἄσημον. hodie Græci vocant ἄσημον.

SALMASIUS.

2 *Et centum folles æris.*] Folles minutæ pecuniæ genus & omnium minimæ. nam apud calculones follis idem erat, quod apud Arithmeticos μονάς. non dabatur ſectio monadis nec follis. vetus Scholiaſtes in ἀριθμητικὰ epigrammata Metrodori, ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μετὰ τῶν λϛ γίνεται μονάδος δίμοιρον. οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρὸς ἀριθμητικὴν καὶ λογαριαστικὴν ψηφοφορίαν ὁ λζ τοῦ λϛ, διότι οὐ τέμνουσιν οἱ ἀριθμητικοὶ τὰς μονάδας, οὐδὲ οἱ λογαριαστικοὶ τὰς φόλλεις. viginti quattuor folles unum denarium argenteum qui miliarenſis dicebatur, efficiebant; duodecim autem miliarenſes unum aureum ſic ducenti octoginta octo folles inerant in uno nomiſmate. Scholion vetus in eadem epigrammata: συνάγονται διὰ τοῦ ποσοῦ φόλλεις CΠΗ, ἤγουν νόμισμα ἓν ἀντὶ τῆς δεκαμύρφης. atque hæc de follibus ſub Juſtiniano & poſt Juſtinianum tantum. nam ante ipſum diverſa follium ratio fuit. ſub Conſtantino vel etiam ante Conſtantinum, folles dicebantur ſeſtertii: & idem erat dicere, centum folles, quod apud veteres, centum ſeſtertii. ſeſtertium æreum uncialem fuiſſe conſentiunt auctores: follis etiam fuit uncialis. Heſychius *quadrantem* eſſe dixit, τὸ τέταρτον τοῦ φόλλεως. quadrans illi dicitur de duabus drachmis. octo drachmæ in uncia. ſic duæ drachmæ quarta pars unciæ vel follis vel ſeſtertii. vetus auctor in etymologico Suidæ follem, quattuor aſſes fuiſſe vult: ſeſtertius quoque totidem aſſes habuit. ita hoc loco folles ærei ſunt accipiendi pro ſeſtertiis nummis follis tamen non ſemper pro æreo nummo uſurpatus eſt, ſed etiam ſummam aliquam vel auri vel argenti vel æreæ pecuniæ deſignabat, ut *follis* quem pendebant ſenatores, in ſenatoribus primæ, ita dixerim, claſſis, octo auri libras ſignificat; in mediocribus quattuor; in infimis vero, duas. hæ ſummæ, folles dicebantur. & follem pendere dicebatur, qui octo auri libras, qui quattuor, qui duas pendebat. Gloſſæ nomicæ: ἔστι δὲ καὶ ἕτερος φόλλις διαφόρους ἔχων ποσότητας· ἀπὸ γὰρ δύο χρυσίων λιτρῶν ἀρχόμενος εἰς ὀκτὼ προέρχεται κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀπαιτουμένων nam ut ſaccus auri, ſporta auri, ſic follis auri de certa auri quantitate dicebatur. follis enim & ſaccus vel marſuppium idem. Martialis:

—— decem Scorpus
Ferventis auri victor aufert ſaccos.

locum Epiphanii de folle nemo eſt fere doctorum qui non emendare ſit conatus, nemo eſt qui non pejus fœdiuſque corruptum dimiſerit quam erat nec excipio magnum illum Scaligerum qui in libello poſtumo de re nummaria eum corrigere & explicare aggreſſus eſt, & neutrum recte præſtitit. nos quomodo ſit explicandus & reſtituendus, docebimus in commentario ad vetus imperii Rationale, ubi multa adhuc, & doctiſſimis etiam ignorata in lucem proferemus,

benter accepit [1] ut eum poſtea imperare gratularetur. [2] Fertur in euripis vino plenis navales circenſes exhibuiſſe, [3] pallia de œnanthio fudiſſe, [4] & elephantorum 23
qua-

remus, non ſolum de his follibus, ſed de tota re nummaria, & illuſtrem Gloſſarum nomicarum locum ex hiſtoria Heſychii Mileſii, de diverſis follis ſignificationibus partim exponemus, partim emendabimus.

CASAUBONUS.

1 *Ut eum poſtea imperare gratularetur.*] Reg. *gratularentur.* αὐτῷ τὸ σημαινόμενον. eſt autem ſubobſcura mens: quia omiſit neceſſarium caſum hujus verbi. cui enim gratulabantur? ſibine invicem, an ipſi Alagabalo?

2 *Fertur in euripis vino plenis navales circenſes exhibuiſſe.*] Lacum defodi ſolitum ad naumachiæ ſpectaculum, vocat euripum, quia longior erat quam latior. erant & in circis euripi: ſed iſti ab illis ſunt diverſi. etiam in privatorum ædificiis euripi erant & nili. ita enim ductus aquarum vocabant, ut ait M. Tullius. Naumachiarum lacus implebant vel fluviatili, vel marina aqua: iſte inſanus vino.

3 *Pallia de œnanthio fudiſſe.*] Scribe *œnanthino.* œnanthinum oleum notum eſt ex Athenæo & Græcorum commentariis. ſed quid eſt, *pallia de œnanthino fundere?* nemo eſt qui hæc poſſit interpretari. ſi *fundere* accipias pro perfundere, poterit fortaſſe referri ad κρηνορρύτους, & ſparſiones theatrorum: de quibus multa viri docti. ſed aſſentior Joſepho Scaligero, qui legit, *Balnea de œnanthino f.* nugas Egnatii nugaciſſimas omittimus.

4 *Et elephantorum quatuor quadrigas.*] Nam & elephantos ad currum junxerunt. in quinto Athenæi habes ἐλεφάντων ἅρματα.

GRUTERUS.

1 *Ut eum poſtea imperare gratularentur.*] Sic & præter Regium Pal. non *gratularetur.*

3 *Pallia de œnanthio fudiſſe.*] Haud aliter Palatinus, ſed diſtinctis vocibus *Deo enanthio.*

SALMASIUS.

1 *Ut eum poſtea imperare gratularetur.*] Vetus: *gratularentur.* nempe populus. ſic Martialis:

——— *gratias agunt gentes,*
Populus habebunt. ———

3 *Pallia de œnanthio fudiſſe.*] Vetus editio Palatinuſque cum hac lectione conſentiunt: habent enim: *pallia Deo Enanthio fudiſſe.* vir doctiſſimus poſt multam mentis & calami agitationem tandem accedit ſententiæ Scaligeri legentis: *balnea de œnanthino fudiſſe.* quam ſi ego lectionem in libris ita ſcriptam reperiſſem, ſic me Deus juvet, minime dubitarem ſuſpectam poſtulare, & quærere quid eſſet, *balnea fundere.* ſæpius quidem in ſuperioribus legitur, hanc generis humani labem balnea roſato temperaſſe, abſinthiato, condito & ſimilibus: ſed *balnea fundere* neſcio quid poſſit eſſe. *pallia* igitur retinemus, & *fudiſſe pallia de œnanthino* Heliogabalum, ſic interpretamur, palliis uſum eſſe œnanthino unguento fuſis. luxuriæ olim proceres ſolebant ſeſe œnanthino perfundere cum è balneis exirent: ſed & veſtes ſuas eo perfundebant, & menſas tergebant, & domum etiam totam conſpergebant, Paulus Ægineta lib. VII. ἡ δὲ χρῆσις τῶν οἰνανθαρίων παρά τισι μὲν δι᾽ ὠδίας μόνης καὶ τρυφῆς ἕνεκα παραλαμβάνεται μετὰ τὰ λουτρὰ καταχριομένων αὐτοῖς τῶν χρωμένων, καὶ τὰς τραπέζας αὐτοῖς περιρραντιζόντων. alio loco: καὶ χρῶ ἀπὸ λουτρῶν μετὰ τὴν ἐκ νόσου ἀνακομιδήν, καὶ περιῤῥαίνειν τὸν οἶκον καὶ τὰ στιβάδια καὶ βάπτειν ἀπόγους καὶ τιθεὶς στεφάνους. & fortaſſe pallia heic accipienda,

 τὰ ἱμάτια

quatuor quadrigas [1] in Vaticano agitaſſe, dirutis ſepulchris quæ obſiſtebant: [2] junxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in circo [3] privato ſpectaculo. [4] Serpentes

τὰ ἱμάτια quibus homines è balneo exeuntes ſe involvebant ad ſudorem eliciendum, vel ſabana. Galenus περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων. οὐδὲ οἱ νῦν ἰατροὶ χρέονται στλεγγίσιν ἐπὶ τῶν λουομένων, οὐ μὴν οὐδὲ σπόγγῳ, ἀλλ' ἐγκαλύπτουσιν αὐτοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν εἰς ὀθόνην· οἱ δὲ εἰς ἱμάτια καὶ μάλιστά γε τὰ ἄγναπτα περιστέλλουσι παραχρῆμα, ὡς ἱδρῶσι πλεῖστον. cum mos igitur eſſet τῶν τρυφώντων œnanthino à balneis perfundi, Heliogabalus poſt balneum palliis œnanthino fuſis involvebatur. alias ſcio & βαφὰς εὐώδεις ἱματίων apud veteres in uſu fuiſſe, & καταπάσματα ἀρωμάτων ἐν ἱματίοις. & de his omnino intelligendus hic locus. inter κοσμητικὰ Critonis capitula, referente Galeno lib. 1. περὶ συνθέσεως φαρμάκων κατὰ τόπους fuerunt, & iſta: καθαρτικὰ λαμπρυντικὰ παντοῖα. καταπλάσματα ἀρωματικὰ ἐν τοῖς ἱματίοις. εὐώδεις βαφαὶ ἱματίων. ῥάσματα θαλάμων καὶ περιπάτων. ex œnanthino autem ut plurimum fieri ſolitas ſparſiones iſtas thalamorum & veſtium καταπάσματα. nos docet Paulus Ægineta. legendum autem καταπάσματα ἀρωματικὰ apud Galenum, non καταπλάσματα. καταπάττειν ἱμάτιον ἀρώματι ad verbum eſt, pallium unguento fundere vel ſpargere. Porro *œnanthio* heic non *œnanthino* legimus, atque ita plane veteres libri. *œnanthen* pro œnanthino dicebant, ut *nardum* pro nardino, *crocum* pro crocino, & ſimilia. D. Hieronymus lib. 11. adverſus Jovinianum: *odoris autem ſuavitas & diverſa thymiamata, & amomum, & cyphi, & œnanthe, & muſcus & peregrini muris pellicula.* ab œnanthe igitur diminutivum οἰνάνθιον & οἰνανθάριον pro ipſo unguento. & ita Paulus Ægineta: περὶ οἰνανθαρίου. οὐχ ὅτι οἰνάνθην δέχεται, ἀλλ' ὅτι πάντως οἰνάνθῃ προσηγορεύθη. & paulo poſt: οἰνάνθης σκευή. Photius de Ætio Amideno: οἷς καὶ ἕτερά τινα συνάπτει κεφάλαια. σμήγματα δὲ ὄψεως παραδίδωσι καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος. σκευασίας τε οἰνανθαρίου καὶ ἕτερα τινὰ τοιουτότροπα. non aliter dicebant quam οἰνάνθιον & οἰνανθάριον de hoc unguento. *œnanthio* igitur heic retinendum.

CASAUBONUS.

1 *In Vaticano agitaſſe, dirutis ſepulchris, quæ obſiſtebant.*] Sepulcra intelligo, equorum. nobiles enim equos curules in Vaticano ſepeliebant. vide ſupra ad Capitolini Verum Auguſtum.

2 *Junxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in circo.*] Suetonius in Nerone, *Circenſibus commiſit etiam camelorum quadrigas.*

3 *Privato ſpectaculo.*] Id eſt, Juvenalibus ludis: ita exponunt eruditiſſimi viri: ego putabam intelligi ludos, quos nulla ex cauſſa publica, ſed ad libidinem ſolum ſuam quoties veniſſet in mentem, ſibi exhibebat. habuere autem imperatores proprios hiſtriones, gladiatores, & agitatores. hi igitur ludi quod à privatis aurigis Alagabali peragerentur, privati dicuntur: neque obſtat quod in publico loco, circo nempe Vaticano, celebrarentur.

SALMASIUS.

4 *Serpentes per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe.*] Cur ſolis Marſicæ gentis ſacerdotibus tribuit, quod omnium Marſorum proprium fuit. ut non modo ſerpentes impune & ſine noxa tractare poſſent, ſed etiam eorum quaſi domitores eſſent, cantuque

pentes [1] per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe fertur: eoſque ſubito ante lucem, ut ſolet populus ad ludos celebres convenire, effudiſſe, multoſque afflictos morſu & fuga. Uſus eſt aurea omni tunica, uſus & purpurea, uſus & de gemmis Perſica, quum gravari ſe diceret onere voluptatis. [2] Habuit & in calciamentis gemmas, & quidem ſculptas: quod riſum omnibus movit, quaſi poſſent ſculpturæ nobilium artificum videri in gemmis quæ pedibus adhærebant. [3] Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret, & magis ad feminarum vultum aptus; quo & uſus eſt domi. Fertur

que & herbis ſopitos manſuetoſque, & obnoxios redderent? videntur quidem olim vulgo Marſi homines hac vi naturali contra ſerpentes valuiſſe, ſed eamdem perdidiſſe, poſtquam cum externis cognationibus permiſceri coinquinarique cœperunt. ita ut hæc eadem poteſtas ac virtus in ſolis eorum familiis remanſerit, ſi quæ impermixtæ incorruptæque manſerunt ab extraneæ contagio cognationis, vel etiam penes eorum duntaxat ſacerdotes reſederit, qui ut veriſimile eſt ex illis familiis puris puriſque Marſis eligebantur. Vide Gellium lib. XVI. cap. XI. vel ſane dicendum eſt, ſacerdotes Marſicæ gentis abundantius potentiuſque quam ceterum vulgus hanc vim virtutemque genitalem ſopiendi domandique ſerpentes poſſediſſe, & ideo ad hanc rem frequentius adhiberi ſolitos. Ceterum Marſicæ gentis ſacerdotem quemdam memorat Virgilius perfecti operis VII. & commendat ab hac eadem arte ſeu vi ingenita ſerpentes incantandi:

Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos
Fronde ſuper galeam & felici comptus oliva,
Archippi regis miſſu fortiſſimus Umbro,
Vipereo generi & graviter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, & morſus arte levabat.

Marrubios autem Marſorum populos fuiſſe vulgatum eſt.

CASAUBONUS.

1 *Per Marſicæ gentis ſacerdotes.*] Reg. vocem *ſacerdotes* non agnoſcit: & *gentes* non *gentis*. Sanè alii ſcriptores qui de Marſis locuti ſunt, non ſacerdotibus Marſicæ gentis hanc contra ſerpentes vim tribuunt; ſed Marſos ſimpliciter nominant.

3 *Voluit uti & diademate gemmato.*] Quod primus poſt Julium tentavit Caligula. Suetonius cap. XXII. perfecit primus Diocletianus; ut in ejus rebus tradunt hiſtorici.

GRVTERVS.

1 *Per Marſicæ gentis ſacerdotes.*] Ita quoque noſter Palatinus.

SALMASIUS.

2 *Habuit in calceamentis gemmas & quidem ſculptas.*] P. *ſcalptas*, & paulo poſt: *ſcalpturæ*. ut ſupra: *argentea vaſa ſcalpta*.

3 *Voluit uti & diademate gemmato, quia pulcrior fieret.*] Legendum: *qui pulcrior fieret, & magis ad fœminarum vultum aptus.*

[1] Fertur & promiſiſſe phœnicem convivis, [2] vel pro ea libras auri mille, [3] ut in prætorio eas dimitteret. [4] Marinæ

1 *Fertur & promiſiſſe phœnicem convivis ſuis.*] Mira hallucinatio doctiſſimi viri, qui ſcribit heic ſenſum lectionis hujus eſſe; promiſiſſe Alagabalum ſingulis convivis phœnicem daturum, vel ſi liberos vellent dimittere, auri libras mille. ſed vitio lectionis quæ ſequitur, in errorem incidit, quæ habet: *ut in prætorio eas demitteret.* quæ quidem quomodo poſſit conſtare non video. plures enim nobis phœnices apponit. at phœnicem unicam ſemper avem didiceram puer ex poëtarum aliorumque auctorum lectione. qui igitur potuit Alagabalus ille, ſingulis ſuis convivis phœnicem promittere, aut illis, qui ſuum vellent dimittere, pro phœnice auri libras mille? ubi enim gentium tot phœnices reperiri potuiſſent? non ſingulis igitur ſuis convivis phœnicem promiſiſſe debemus accipere, ſed phœnicem omnibus appoſiturum, qui unicus eſt in orbe terrarum, aut pro eo libras auri mille. quod autem ſequitur, *ut in prætorio eas dimitteret*, induxit eruditiſſimum virum, ut Alagabalum ſingulis ſuis convivis phœnicem promiſiſſe crederet. ſed verba illa vitioſe ſcripta eſſe quis non videt? vetus codex legit: *ut in prætorio eos demitteret.* quam lectionem confictam eſſe mihi liquet à neſcio quo qui putaret plures phœnices promiſiſſe convivis ſuis Heliogabalum, ut ſinguli ſuum haberent. omnino ſcribendum: *ut in prætorio eum dimitteret.* nec enim probo emendationem clariſſimi viri legentis: *ut eas imperatori dimitterent.* nam præterquam quod multos phœnices facit, etiam cetera parte improbanda eſt. cur enim *prætorio* mutemus in *imperatori*? in prætoriis & villis elegantiorum hominum phaſiani, gallinæ ruſticæ, meleagrides, pſittaci, merulæ albæ, & aves aliæ id genus raræ & inuſitatæ, non ſolum ad gulam & culinam habebantur, ſed etiam ad voluptatem & ornamentum villæ. cum igitur Alagabalus convivis ſuis promiſiſſet ſe phœnicem exhibiturum, quoniam rara avis eſt, utpote quæ ſit unica, ut eum redimeret ac dimitteret in prætorio ſuo, pro eodem auri libras mille ſe daturum pollicitus eſt. *prætorium*, eſt villa urbana. de hac expoſitione vix eſt ut quiſquam dubitare poſſit. emendatio vero prorſus indubitata.

CASAUBONUS.

2 *Vel pro ea libras auri m.*] Conſtanter *ea*, non *eo* omnes libri. & ſtatim *eas.*

3 *Ut in prætorio eas dimitteret.*] Scrib. *dimitterent.* Senſus lectionis hujus erit: promiſiſſe daturum ſingulis convivis vel phœnicem, vel, ſi pro ſua humanitate mallent liberos dimittere, auri libras mille. non poſſumus aliter mentem extricare: ſed quid ſibi illa volunt *in prætorio*? plane hoc nos non aſſequimur: itaque ſcribimus, *ut imperatori eas dimitterent.* ſi quis ea verecundia erga principem futurus eſſet, ut phœnicem nollet accipere, tanquam donum fortuna privati hominis majus, propter raritatem, ei ſpondebat Alagabalus ſe daturum auri libras CIↃ.

GRUTERUS.

2 *Vel pro ea libras auri mille.*] Sic quoque Pal.

3 *Ut in prætorio eos dimitteret.*] Pal. *eos demitteret.* non poſſe hæc accipi de Phœnice, inde liquet, quod eam velint fabulæ avem unicam.

SALMASIUS.

4 *Marinæ aquæ colymbos exhibuit.*] *Colymbus*, κόλυμβος. nam ita Græcis natatio. κόλυμβος pro κολύμβησις ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν. ut πλάνος, error & vagatio, ἀπὸ τοῦ πλανᾶν. μῖμος pro μίμημα-

rinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime [1] eoſdem & ſingulis amicis natantibus dimiſit, [2] & iterum piſcibus implevit. [3] Montem nivium in viridario domus æſtate fecit advectis nivibus. Ad mare piſcem nunquam comedit: in longiſſimis à mari locis omnia marina ſemper exhibuit: [4] murænarum lactibus & luporum in locis mediterraneis ruſticos pavit.
24 [5] Piſces ſemper quaſi in marina aqua cum colore ſuo coctos conditura veneta comedit: [6] momentarias de roſato, & roſis piſcinas exhibuit, [7] & bibit cum omnibus

κολυμβὶς ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν. ſic ῥίμβος ἀπὸ τοῦ ῥιμβεῖν. ſic δῖνος, δίνησις. βάδος, βάδισις. κῖνος, κίνησις. & ſimilia. Græcus epigrammatarius:

-- εἰς δὲ κόλυμβον
Ἧκε χέρας --

hinc Latini *colymbum* pro piſcina vel natatione. Prudentius de fonte:

Nunc pretioſa quis per marmora, lubricatque clivum,
Donec virentis fluctuet colymbo.

ita vocat aquæ conceptelam. Iſidorus in Gloſſis: *colymbus, locus ubi veſtes mundantur.* lege apud Iſidorum, *lacus ubi veſtes mundantur.*

1 *Eoſdem & ſingulis amicis dimiſit.*] *Eoſdemque ſingulis amicis natantibus dimiſit.* ita vetus editio.

2 *Et iterum piſcibus implevit.*] Pal. *& iterum cum piſcibus implevit.* ſed illud *cum* quid heic facit? an ſic dictum *cum piſcibus implere*, ut *cum chlamyde humeros velare* in Severo? frequentes in hoc loquendi genere Græci recentiores. ſed aliud vult hoc loco: nimirum eos colymbos poſtquam amici nataſſent, iterum impleſſe, non ſola marina aqua, ſed aqua cum piſcibus, ut aquam marinam & piſces ſimul marinos in eos colymbos induxiſſe intelligamus.

3 *Montem nivium in viridario domus.*] Palat. *in virdario.* & ſic ubique ſcribit, *virdarium* & *virdiarium.* quomodo in pandectis Florentinis etiam ſcribitur. ſic *virdicare* apud Ciceronem in epiſtola ad Quinctum fratrem: *affirmo mirifica ſuavitate te villam habiturum piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſilva virdicatam.* ſic enim legimus ex veteribus libris qui habent *virdicata.* ex quo Turnebus voluerat, *ſylva vindicata*: non tam bene.

CASAUBONUS.

4 *Murænarum lactibus & luporum.*] Meminit Suetonius in Vitellio, capite XIII.

5 *Piſces ſemper quaſi in marina aqua cum colore ſuo coctos conditura veneta comedit.*] Regius, *quaſi marina aq.* ſine *in.* His verbis ſingulare quoddam artificium denotatur eorum cocorum, qui Alagabalo miniſtrabant: piſces enim ita paraſſe, ut non alio colore menſis inferrentur, quam quo eſſent vivi, cum in aquis maris verſarentur atque hanc vocat Lampridius conditur am venetam: ſic dictam à colore veneto qui idem eſt, vel adfinis admodum colori maris, ſive τοῦ θαλασσοειδοῦς. Cibos etiam à colore ſolitos commendari ante dicebamus.

6 *Momentarias de roſato & roſis piſcinas exhibuit.*] Sic membranæ: neque neceſſarium eſt, quod aliquando exiſtimavimus, eſſe illa inducenda, *& roſis.*

7 *Et bibit cum omnibus ſuis.*] Paullo ante, *ipſe cum populo bibit in piſcina.*

bus ſuis [1] caldaria de nardo exhibens. Idem [2] in lucernis balſamum exhibuit. Idem mulieres nunquam iteravit, præter uxorem. Lupanaria domi amicis, clientibus & ſervis exhibuit. Idem [3] nunquam minus C. H-S cœnavit, hoc eſt argenti libris triginta. [4] Aliquando autem

GRUTERUS.

1 *Caldaria de nardo.*] Palat. quoque *caldarias*, ut ſubintelligat *cellas*.

CASAUBONUS.

1 *Caldaria de nardo exhibens.*] Cellam caldariam in balneis nardino temperans. Alii libri, *caldarias*. de balnearum cellis tribus alibi diximus, & dixerunt alii.

2 *In lucernis balſamum exhibuit.*] Oleum balſaminum, rem rariſſimam jam tum, & cariſſimam.

3 *Nunquam minus* C. H. S. *cœnavit, hoc eſt, argenti libris triginta.*] Ridicula lectio: ſed ex emendatione præſtantiſſimi Budæi, quam multi poſtea ſibi vindicarunt, ſcribendum, *arg. libris* CCL. tot enim efficiunt HS. centum millia. quo modo illa ſunt accipienda, C. HS. id eſt, centum ſeſtertiûm, nempe millibus. nummis ſeſtertiis libram argenti quadringenis ſolitam æſtimari notum eſt. Quia tamen hæc emendatio longius abit à veſtigiis lectionis vulgatæ: non diſplicet eorum ſententia, qui putant Lampridium peculiari quadam ratione, & minus accurato calculo, ut fit in talibus, *trecentas* ſcripſiſſe, non ducentas quinquaginta. ſive notis deſignes, ſive literis perſcribas, facilis & frequens depravatio duorum numerorum XXX. & CCC.

4 *Aliquando autem tribus millibus* H-S *cœnavit.*] Mendoſum eſſe numerum iſtum & præcedentia & ſubſequentia, ſi attendimus, palam faciunt. ex antecedentibus colligimus, deſiderari hic numerum, qui C. ſeſtertium millia ſuperet: ſed certo modo & ut non nimis exorbitet, quod iſte facit. nam cum efficiant C. HS. millia aureos noſtros, ex Budæi æſtimatione, bis mille quingentos; tria hæc millia majorum ſeſtertiûm, vel quod idem eſt, tricies HS. minorum, efficient millia ſeptuaginta quinque aureorum: quod & fidem omnem ſuperat, & ſuperiori ſummæ nullo modo quadrat. minus vero iis quæ ſequuntur. nam addit: *cœnas Vitellii & Apicii vicit.* quis credat Apicium in cœnas ſingulas ſeptuagena quina aureorum millia impendiſſe, aut non multo minus? Atqui hoc comparatio iſta ſuadet. Vitellius quidem, etſi opibus imperii convivia ſua inſtruebat, ad eam profuſionem non acceſſit. ſcribit enim Suetonius de ſumtu in Vitellianas cœnas, quadringenis millibus nummûm eas conſtitiſſe: quæ ſunt æſtimatione eadem, aureorum millia decem. quæ igitur proportio inter Apicii aut Vitellii & Alagabali cœnas? Liquido ex iſtis conſtare arbitramur, vix ferri vulgatam loci hujus lectionem poſſe. quo autem modo vera lectio reſtitui debeat, ſine meliorum librorum ope nemo poteſt divinare.

SALMASIUS.

1 *Caldaria de nardo exhibens.*] Palat. *Caldarias*. & melius, cellas enim intelligimus.

4 *Aliquando tribus millibus* H-S *cœnavit.*] Aperte mendoſa lectio. nunquam enim ſic auctores loquuntur, *tria millia ſeſtertium*, ut de majoribus ſeſtertiis accipiatur. hanc enim ſummam ita exprimerent: *tricies ſeſtertio aliquando cœnavit*: aut, *tricies centenis millibus ſeſtertium*. & ita integre iſtas ſummas enunciare conſuevit Spartianus & ejus collegæ. Capitolinus: *omne autem convivium dicitur æſtimatum ſexagies centenis millibus ſeſtertium*. vetuſtiores dixiſſent: *æſtimatum eſt ſexagies*

autem tribus millibus H-S cœnavit, omnibus ſupputatis quæ impendit. Cœnas vero & Vitellii & Apicii vicit. [1] Piſces ex vivariis ſuis bubus traxit: per macellum tranſiens mendicitatem publicam flevit. [2] Paraſitos [3] ad rotam aquariam ligabat, [4] & cum vertigine ſub

ties ſeſtertiis. at tria millia ſeſtertium hoc loco ſunt tria ſeſtertia. hoc eſt aurei, quales erant Romani tunc temporis triginta. quæ ſumma nimis tenuis, nec ullo modo poteſt huic loco convenire. legendum igitur: *trecentis millibus ſeſtertium*, non *tribus millibus*. Alagabalus nunquam minus centum millibus ſeſtertium cænavit, aliquando autem trecentis millibus cænabat, ſupputatis omnibus, quæ in cænam impenſa eſſent. & hoc verum eſt.

1 *Piſces ex vivariis ſuis.*] Palat. *piſces ſeviivariti ſuis.* corruptiſſime, pro *piſces è vivariis ſuis.*

CASAUBONUS.

1 *Piſces ex vivariis ſuis bubus traxit.*] Boum protelo trahi ſolita è mari plena piſcium retia, aut grandiora cete. Extat vetus epigramma, quo de hac injuria boves queruntur his verbis.

Ταῦροι ἀρηϋτέροισιν ἀροτρευτῆρες ἀρούρης,
Εἰν ἁλὶ τοὺς γαίης ἀντίχομεν καμάτους.
Αὔλακα τὴν ἀσίδηρον ἐν ὕδασιν ἕλκομεν ἄμφω,
Μακροτέρων χοίνων ἄμμασι σπειρηνόδετοι.
Ἰχθῦς δ' ἐκ σταχύων λατρεύομεν οἱ ταλαεργοί.
Ἤδη καὶ πελάγει καρπὸν ἄρουσι βόες.

3 *Ad rotam aquariam.*] Rotarum aquariarum ſive aquilegarum, ut vocat Tertullianus, mentio apud Vitruvium, rei ruſticæ ſcriptores, & ſæpius apud juriſconſultos. in eundem uſum, ſed figura diverſa, parantur & puteorum tollenones, ſive κηλώνεια, quæ deſcribit philoſophus in Mechanicis.

4 *Et cum vertigine ſub aquas mittebat.*] Exemplum eſt à rotatione petauriſtarum: de quibus Manilius libro quinto:

— *elatus & ille*
Nunc jacet, atque hujus caſu ſuſpenditur ille.

SALMASIUS.

2 *Paraſitos ad rotam aquariam ligabat & cum vertigine ſub aquas mittebat.*] Rotarum aquariarum mentio apud Vitruvium & alios. ſed rotarum aquariarum, quarum hodie multus uſus in aquæmulinis, & ὑδραλέταις, quando ratio reperta fuerit, elegantiſſimo epigrammate nondum edito, Antipater docet, qui ſua ætate primum illas inventas tradit. ſed ipſum epigramma apponamus:

Ἴσχετε χεῖρα μυλαῖον ἀλετρίδες, εὕδετε μακρά,
Κἢν ὄρθρον προλέγῃ γῆρυς ἀλεκτρυόνων.
Δηὼ γὰρ νύμφαισι χερῶν ἐπετείλατο μόχθους·
Αἱ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἁλλόμεναι τροχιὴν,
Ἄξονα δινεύουσιν. ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς
Στρωφᾶται πισύρων κοῖλα βάρη μυλάκων.
Γευόμεθ' ἀρχαίου βιότου πάλιν, εἰ δίχα μόχθου
Δαίνυσθαι Δηοῦς ἔργα διδασκόμεθα.

quo tempore autem vixerit ille Antipater, & utrum Sidonius ſit an Theſſalonicenſis, nam duo fuerunt Antipatri epigrammatarii, in editione Græcorum epigrammatum pluribus diſputabimus. certum tamen habeo illius

ſub aquas mittebat, rurſuſque in ſummum revolvebat: eoſque *Ixionios amicos* vocavit. Stravit & ſaxis Lacedæmoniis ac Porphyreticis plateas in Palatio: quas *Antoninianas* vocavit: quæ ſaxa uſque ad noſtram memoriam manſerunt, ſed nuper eruta & execta ſunt. Conſtituerat & columnam unam dare ingentem, [1] ad quam aſcenderetur intrinſecus, ita ut in ſummo Heliogabalum deum collocaret: ſed tantum ſaxum non invenit, quum id de Thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerunque claudebat, & ſubito nocte leones, & leopardos, & urſos exarmatos immittebat, ita ut expergefacti in cubiculo eodem, leones, urſos, pardos, cum luce, vel quod eſt gravius, nocte invenirent, ex quo plerique exanimati ſunt. Multis vilioribus amicis [2] folles pro accubitis ſternebat, eoſque reflabat prandentibus illis, ita ut plerunque ſubito ſub menſis invenirentur prandentes. [3] Primus denique invenit [4] ſigma in terra ſterne-

illius epigrammatis auctorem eſſe Antipatrum Theſſalonicenſem qui temporibus Ciceronis vixit, & Piſonis, in quem extat Ciceronis oratio, & qui Macedoniam proconſule obtinuit, familiaris fuit. nam illi in multis epigrammatis partim editis, partim ineditis, adulatur. ætate igitur Ciceronis inventæ ſunt iſtæ rotæ aquariæ, quæ molendinas verſant, & ὑδραλετῶν uſus tunc primum cognitus, ut ex illo conſtat epigrammate. *Hydromylarum* etiam mentio apud Vitruvium. qua de re nos alibi plura.

CASAUBONUS.

1 *Ad quam aſcenderetur intrinſecus.*] Ut in columna Trajani, & aliis cochlidibus columnis.

2 *Folles pro accubitis ſternebat.*] Fit hodieque, & nos vidimus in Helvetia, ut pulvilli qui ſedentibus ſubjiciuntur, non tomento aut pluma inferciantur, ſed vento inflentur: qui ſi non diſtenduntur nimis, molliſſimam ſeſſionem præbent.

SALMASIUS.

2 *Folles pro accubitis ſternebat eoſque reflabat.*] Reflatiles toros alio ſenſu dixit elegans & pius auctor Zeno Veronenſis: *reflatiles tori plumeo ſepulcro ſuperbi.* ita enim tori plumei ſolent, illi præſertim qui tenuiſſima delicatiſſimaque pluma referti ſunt, cum ſedendo premuntur, ſubſidunt & quaſi reflantur: ſi ſurrexeris, denuo inflantur, & intumeſcunt.

3 *Primus denique invenit ſigma in terra ſternere.*] *Simma* ſcriptum eſt in Codice Pal. vetus editio *ſymma.* ſic & alibi ſcriptum repperi. hoc genere vitioſus circumfertur verſiculus Martialis in amphitheatro quem hujus temporis critici magnopere qua correctionibus, qua explicationibus vexarunt:

Cæſaris atque Jovis confer nunc ſtemmata juventem:

Par onus ut tulerint, altius iſte tulit.

ſtemma enim ibi libri omnes ſcripti editique præferunt. quod quidam in *ſcamma*, alii in aliud mutant. omnis impe-

ſternere; non in lectulis, [1] ut à pedibus utres per pueros ad reflandum ſpiritum ſolverentur. [2] Mimicis adulteris ea quæ ſolent ſimulatò fieri, effici ad verum juſſit. [3] Meretrices à lenonibus cunctis redemit ſæpe, & manumiſit. Quum inter fabulas privatas ſermo eſſet ortus quanti hernioſi eſſe poſſent in urbe Roma, juſſit omnes notari, eoſque ad balneas ſuas exhibere, & cum iiſdem

imperite. *ſtemma* eſt, pro *ſtegma*: ut heic *ſimma* pro *ſigma*. ſtegma vero Taurum illum vocat qui Jovem tulit. στέγειν enim eſt ferre & ſuſtinere. unde στέγμα quod aliquid fert & ſuſtinet, de quo nos alibi. certum eſt autem omnes erraſſe qui aliter illum verſum acceperunt. ſic *ſtamma* pro *ſtagma* apud Prudentium in Romano:

Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens
Perfuſa pulcher menta ruſſo ſtammate.

ita enim legunt illo loco veteres libri. vulgo *ſtemmate*, quod ineptum eſt. *ſtamma* igitur pro *ſtagma*. ſic recentiores Græci ῥοδόσταμμα pro ῥοδόσταγμα dixere. Nicetas Choniates in Græcobarbarico libro: καὶ ἠλείφιν μυρεψόμμενα ῥοδοσταμμάτων πανδῖα, μόσχους, ζαπίτια, ἄμπαρ, &c.

CASAUBONUS.

4 *Sigma in terra ſternere, non in lectulis.*] Aliquando non undique ad menſam convivæ accumbebant, ſed ab altera tantum parte: cum quidem ſedentes convivæ, lunatæ figuræ, vel hemicycli ſpeciem exhibebant. & cœnationes igitur hujus generis hemicyclia, & accubita ita ſtrata Sigmata dixerunt, à Græcæ literæ ſimilitudine, ut notum omnibus. obſerva loquendi genus, *ſternere ſigma in lectis*, vel *in terra*, pro accubita ſternere literam C referentia, ſive in lectis ſublimia, ſive humi, more στιβάδων. nam ita fere humi ſternebantur ſtibades, ex tortis herbis, qui proprie ſunt tori, vel è fœno. quo alludit paullo poſt, cum ait Lampridius: *de croco ſigma ſtravit, cum ſummos viros rogaſſet ad prandium: pro eorum dignitate dicens ſe fœnum exhibere.*

1 *Ut à pedibus utres per pueros ad reflandum ſpiritum ſolverentur.*] Legebam, *ut utres per pueros à pedibus ad refl. ſp. ſolv.* & verum quidem eſt, iſtos qui utres ſolvebant, fuiſſe pueros à pedibus, qui de more pone convivantes, vel ad pedes eorum ſtabant. ſed nihil mutandum: nam pedes quorum hic mentio, ſunt utrium pedes, qua implentur vel deplentur utres. Latini os, luram, amicinum, & pedem aut pediculum dixerunt: Græci ſimiliter, στόμα ἀσκοῦ, & πόδα, ſive ποδεῶνα.

2 *Mimicis adulteris ea quæ ſolent ſimulato fieri, effici ad verum juſſit.*] Similis crudelitatis exempla in Commodo ſunt notata: cujuſmodi hoc eſt: *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit; cum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat.* à mimicis autem adulteris ſimulatò pœnæ exactæ, quæ vere ab adulteris veris: ut raphanus eos incraret, vel mugil, & his ſimilia.

SALMASIUS.

2 *Mimicis adulteris.*] *Adulteriis*, in Palatino. *adulteria* ſunt adulteri: ut *matrimonia* & *conjugia* pro conjugibus; *regna* pro regibus: & *ſpectacula* pro ſpectatoribus. & alia ejuſdem modi alibi nobis notata. Scal. legebat: *in mimicis adulteriis.*

3 *Meretrices à lenonibus cunctis redemit ſæpe & manumiſit.*] Lege: *meretrices à lenonibus cunctas redemit ſæpe, & manumiſit.* ita Pal.

iiſdem lavit, nonnullis etiam honeſtis. [1] Gladiatores ante convivium pugnantes ſibi frequenter exhibuit. [2] Stravit ſibi triclinium in ſummo luſorio. [3] Et dum pranderet, noxios & venationes ſibi exhibuit. Paraſitis in ſecunda menſa [4] ſæpe ceream cœnam, [5] ſæpe eburneam, aliquando fictilem, [6] nonnunquam vel marmoream vel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur videnda de diverſa materia, quæ ipſe cœnabat quum tantum biberent per ſingula fercula, & manus,

CASAUBONUS.

1 *Gladiatores ante convivium pugnantes.*] Hi ſunt qui gladiatores cubicularii dicuntur in Commodo. vide & in Vero imper. Capitolinum. Sed hinc vox excidit, ex regio ſupplenda. Lege igitur, *Gl. à c. pugnantes, & pyctas ſibi fr. ex.* ſic ſæpe gladiatoribus jungi pyctas ſive pyctomachos, ſciunt qui non verſantur hoſpites in literis.

2 *Stravit ſibi triclinium in ſummo luſorio.*] Ludorum ſedes luſoria dixerunt. Caſſiodorus ſæpius, Salvianus De providentia Dei, libro ſexto, & Scholiaſtes Juvenalis antiquus.

SALMASIUS.

2 *Stravit ſibi triclinium in ſummo luſorio.*] *Luſorium* de amphitheatro. vetus Juvenalis interpres, Albanam arenam, *Cæſaris luſorium* interpretatur. ubi *luſorium* eſt amphitheatrum, ut hoc loco. falſus eſt vir doctiſſimus ad hunc locum qui notat Caſſiodoro *viſorium* amphitheatrum dici. de theatro ille loquitur. ad verbum enim theatrum eſt *viſorium*. amphitheatrum compoſitum dicit à duobus theatris hoc eſt viſoriis. *ludus* item de amphitheatro. nam falluntur qui ludum putant de exercitatione tantum dici. nam & de loco dicitur, & de pugna. Suetonius, *mirmillonem è ludo* vocat. Spartianus, *vaſa è ludo.* ibi ludus eſt τῶν μονομάχων ἐργαστήριον, atque idem fere quod *luſorium.*

6 *Nonnunquam vel marmoream.*] *Nonnunquam etiam vel marmoream.*

7 *Ita ut omnia illis exhiberentur.*] Nihil mutandum, ſic enim loquitur & pagina ſequente: *nonnunquam tamen & tabulæ illis pictæ exhibebantur, ita ut quaſi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur.*

CASAUBONUS.

3 *Et dum pranderet.*] Si cum præcedentibus hæc velis connectere, mutata diſtinctione ante *& d.* ſcribendum in fine periodi, *& venationes ſibi exhibuit.* nempe in luſorio, ubi triclinium ſibi ſtraverat. Vulgata lectio de cubiculariis gladiatoribus loquitur, quos *noxios* vocat, & de venationibus in privato ſpectaculo exhibitis intra Palatium. idem mox de privatis circenſibus inter epulas.

4 *Sæpe ceream cœnam.*] Cave audias virum doctum, qui *cœnationem* hic emendat pro *cœnam.* atqui etiam pueri videant nullo modo ferri poſſe eam lectionem. Sic olim Ptolemæus Sphæro philoſopho, ut illi veternum excuteret diſciplinæ Stoicorum, qui ſapientem falſa opinaturum negabant, in ſecunda menſa ceream cœnam appoſuit: κηρίνας nempe ῥόας, ut refert Diogenes Laërtius libro ſeptimo.

5 *Sæpe eburneam.*] Adde, interdum & pictam, ut aliquanto poſt ſubjicitur: nam jungi hi duo loci debent.

7 *Ita ut omnia illis exhiberentur videnda.*] Doctiſſimus Petrus Faber, ſcribendum cenſebat: non *omnia,* ſed *obſonia.* quod mihi minus placet.

1 *Pri-*

manus, quaſi comediſſent, lavarent. [1] Primus Romanorum holoſerica veſte uſus fertur, [2] quum jam ſubſerica in uſu eſſent. Linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens qui linteis lotis uterentur. [3] Dalmaticatus in publico poſt cœnam ſæpe viſus eſt, Gurgitem Fabium & Scipionem ſe appellans, [4] quod cum ea veſte eſſet [5] cum qua [6] Fabius Cornelius [7] à parentibus [8] ad corrigendos mores adoleſcentis in publicum eſſent producti. Omnes de Circo, de theatro, [9] de ſtadio, [10] & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quaſi mili- 26

1 *Primus Romanorum holoſerica veſte uſus fertur.*] Viri ante non uſi: at fœminæ pridem uſæ. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου. *mulieres aliam cerneres cum ſtola holoſerica.* poſtea etiam viris receptæ. ſed non ſine cenſura graviorum. quare de Aureliano ſcribit Vopiſcus: *Veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam dedit.* Tacitus vero, qui Aureliano ſucceſſit, *holoſericam veſtem viris omnibus interdixit*, teſte eodem Vopiſco.

2 *Cum jam ſubſerica in uſu eſſent.*] De veſte ſubſerica vide ad Claudium Trebellii Pollionis.

3 *Dalmaticatus in publico p.*] Idem Lampridius in Commodo: *Dalmaticatus in publico proceſſit.*

5 *Cum qua Fabius Cornelius.*] Scribe, *Fabius & Cornelius.* de Fabii Gurgitis luxu Macrobius libro ſecundo Saturnaliorum, capite nono. hiſtoriam quæ hic tangitur de productis in publicum Fabio Gurgite & Cornelio Scipione in dalmaticis, alibi non memini legere.

8 *Ad corrigendos mores adoleſcentis, i.*] Scribendum, *adoleſcentiæ*, vel *adoleſcentum.* de duobus enim loquitur.

10 *Et omnibus locis.*] Omnibus locis ædilem metuentibus: qui Romæ erant multi: nam ut ſcribit Dio Chryſoſtomus in Euboico, in pleriſque urbibus ſedebant proſtibula: ἐπ' οἰκημάτων ῥυπαρῶν πανταχοῦ τῆς πόλεως ἀποδεδειγμένων, ἔν τε παρόδοις ἀρχόντων καὶ ἀγοραῖς πλησίον ἀρχείων τε καὶ ἱερῶν, μεταξὺ τῶν ὁσιωτάτων.

SALMASIUS.

2 *Quum jam ſubſerica in uſu eſſent.*] *Cum jam ſubſericæ in uſu eſſent.* Subſericæ ſcilicet veſtes. ita Palat.

4 *Quod cum ea veſte eſſet cum qua Fabius Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adoleſcentis eſſent producti.*] Scribe totum hunc locum ſic: *quod cum ea veſte eſſet cum qua Fabius & Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adoleſcentes eſſent producti.*

9 *De ſtadio & omnibus locis.*] Omnibus urbis locis, in quibus meretrices mercem ſuam exponunt, & venalem habent. ſic infra: *fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri, & omnium urbis locorum meretrices tectus cucullione mulionico ne agnoſceretur ingreſſus.*

GRUTERUS.

6 *Fabius & Cornelius.*] Ita expreſſe Palatin. noſter. vulgatis prius aberat copula & omnino neceſſaria.

7 *A parentibus ad corrigendos mores, adoleſcentes in publicum eſſent producti.*] Sic ſcripſi, ſic diſtinxi, ſequutus fidem membranarum Palatinarum. antea legebatur, *mores adoleſcentis in publicum, &c.*

1 *Papil-*

militarem, dicens eas *commilitones*: diſputavitque de generibus ſchematum & voluptatum. Adhibuit in tali concione poſtea lenones, exoletos undique collectos, & luxurioſiſſimos puerulos & juvenes. Et quum ad meretrices muliebri ornatu proceſſiſſet, [1] papilla ejecta [2] exoletos habitu puerorum qui proſtituuntur, poſt concionem pronuntiavit his quaſi militibus ternos aureos donativum. Petiitque ab his ut à diis peterent ut alios haberet ipſis commendandos. Jocabatur ſane ita cum ſervis ut eos juberet millena pondo ſibi aranearum deferre propoſito præmio, collegiſſeque dicitur decem millia pondo aranearum, dicens, & hinc intelligendum quam magna eſſet Roma. [3] Mittebat paraſitis

1 *Papilla ejecta exoletos habitu.*] Videtur requiri præpoſitio, *papillâ ejectâ ad exoletos, &c.*

CASAUBONUS.

1 *Papilla ejecta.*] Eleganter *ejicere papillam*, pro exerere & nudare. Juvenalis,

— *tum nuda papillis*
Conſtitit auratis. —

& alibi,

— *Mævia Tuſcum*
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

2 *Exoletos, habitu puerorum qui proſtituuntur.*] Male ſentiunt, qui ſcalpellum huic loco admovent. reſtitue ſolum *&* voculam ante *exoletos*. ſenſus eſt planiſſimus. duplex hic Alagabali proceſſio: ad meretrices papilla ejecta; ad exoletos, habitu puerorum meritoriorum.

SALMASIUS.

1 *Papilla ejecta exoletos habitu puerorum.*] Diſtingue & lege: *& quum ad meretrices muliebri ornatu proceſſiſſet papilla ejecta, ad exoletos habitu puerorum qui proſtituuntur.*

3 *Mittebat paraſitis per cellarios ſalaria annua.*] Neſcio an mendi arguat hanc lectionem Palatinus, certe diverſam ſcripturam præfert: legit enim: *mittebat paraſitis procellarios ſalarii annua vaſa cum ranis & ſcorpiis.* à quo non abit longe princeps editio, quæ habet: *porcellarios ſalarii annua.* an ſcribendum: *mittebat paraſitis pro cellario ſalarii annua vaſa cum ranis & ſcorpiis, &c.* cellarium eſt quod pro penſione cellæ ſolvitur, quam pro clientibus & paraſitis magnates & patroni dependebant. Juvenalis:

— *ſed clamat penſio cellæ.*

ſed minime hoc loco iſto ſenſu capi debet. *cellarium* eſt quod ex cella penuaria depromitur. præter annonas, quo nomine panis vel frumentum proprie intelligebatur, miniſtris caſtrenſibus, paraſitis, & reliquis domeſticis Palatinæ domus etiam ſal, vinum, oleum, caro bubula, lardum & ceteræ ſpecies quæ ex cellario depromuntur deferri ſolebant. hoc eſt quod hoc loco vocat, *ſalarii cellarium*. *cellarienſes ſpecies* dicuntur l. XXXII. C. Theod. de erogat. mil. ann. *procuratores curiarum, annonarum & cellarienſium ſpecierum gratia quas in dignitatibus conſtituti id eſt rectores provinciarum & comites ſolent accipere.* per annonas panes intelligit: *per ſpecies cellarienſes*, quod alias *ſalarium* proprie iſti auctores appellant, ſal nempe, oleum, bubula, porci-

tis [1] per cellarios ſalaria annua vaſa cum ranis & ſcorpiis, & cum ſerpentibus, & hujuſmodi monſtris. [2] Claudebat in ejuſcemodi vaſis infinitum muſcarum, [3] *apes manſuetas* eas appellans. Quadrigas circenſium 27
in tricliniis & in porticibus ſibi ſemper exhibuit pranſitans & cœnitans, [4] convivas ſenes agitare cogens, [5] nonnullos honoratos jam imperatori. jubebat ſibi & decem millia murium exhiberi, mille muſtellas, mille ſorices. [6] Dulciarios & lactarios tales habuit ut quæcunque coqui de diverſis edulibus exhibuiſſent, vel ſtructores vel pomarii, [7] illi [8] modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. Exhibuit paraſitis cœnas & de vitreis, & nonnunquam [9] tot picta mantilia in menſam mittebat his edulibus picta quæ apponerentur, quot miſſus eſſet habiturus, [10] ita ut de acu aut de textili pictura

porcina, & cætera quæ tribunis, ducibus, ſectoribus provinciarum præbebantur. *cellarium ſalarii* Spartiano dicitur. pro cellario igitur ſalarii mittebat Heliogabalus paraſitis ſuis quotannis vaſa plena ſerpentibus, ſcorpiis & ejuſmodi monſtris.

CASAUBONUS.

1 *Per cellarios.*] Hoc eſt, cum annona quam dividebant cellarii.

3 *Apes manſuetas.*] Nam apes inter fera animalia cenſentur etiam à juris conditoribus.

5 *Nonnullos honoratos jam imperatori.*] Suſpecta mihi illa, *jam imperatori*. quæ ſi abſint non deſiderem. mendoſe in regio, *nonnullos jam imperator honoratos*.

7 *Illi modo de dulciis.*] Scrib. *de dulcibus*: neque aliter in regio. *dulciis* tamen iterum infra omnes libri.

10 *Ita ut quaſi omnia illis exhiberentur.*] Sententia ſcribi poſtulat, *ita ut quaſi vera omnia illis exhiberentur*. niſi malis cum Petro Fabro, pro *omnia*, ſcribere *opſonia*.

GRUTERUS.

5 *Nonnullos honoratos jam Imperatori.*] Retinet & hanc ſcripturam Palat.

8 *Modo de dulciis modo de lactariis.*] Ita qoque Palatinus hoc loco & infra cap. 32.

SALMASIUS.

2 *Claudebat in ejuſmodi vaſis.*] Pal. *in cujuſc modi*. pro *in hujuſcemodi*.

4 *Convivas ſenes agitare cogens nonnullos honoratos jam imperatori*] Idem liber: *jam imperator*. quod verum eſt, modo ita diſtinguas: *convivas ſenes agitare cogens, nonnullos honoratos. jam imperator jubebat ſibi & decem millia murium exhiberi, mille muſtelas, mille ſorices.* non enim omnia quæ heic narrantur, imperator Alagabalus fecit, ſed aliqua etiam eorum cum privatus eſſet, admiſit. infra: *canes quaternos ingentes junxit ad currum, & ſic eſt vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris ſuis fecit.*

6 *Dulciarios & lactarios.*] *Dulciarii* qui dulcia: *lactarii* qui lactaria faciunt. unde & *lactarium opus*. infra: *alia de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario.* Celſus: *lac, mel, ideoque lactaria, atque omne piſtorium opus.* idem: *mel crudum, lac, lactaria omnia.* infimæ ætatis ſcriptores *lacticinia* dixerunt.

9 *Tot picta mantilia.*] *Mantelia*, & ita fere ſemper ſcriptum in libr. offendi.

1 *Juxta*

ctura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabulæ illis pictæ exhibebantur; ita ut quaſi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Miſcuit gemmas pomis ac floribus; jecit & per feneſtram cibos totidem quot exhibuit amicis. Juſſerat & canonem P. R. unius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promiſſo, quum eo tempore [1] juxta proviſionem Severi & Trajani ſeptem an-
28 norum canon frumentarius Romæ eſſet. Canes quaternos ingentes junxit ad currum, & ſic eſt vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris ſuis fecit. Proceſſit in publicum & quatuor cervis cunctis ingentibus. Junxit ſibi & leones, Matrem magnam ſe appellans. Junxit & tigres, Liberum ſeſe vocans, eodemque habitu agens quo dii pinguntur quos imitabatur. [2] Ægyptios dracunculos Romæ habuit [3] quos illi *agathodæmonas* vocant. Habuit & hippopotamos & crocodilum & rhinocerotem, & omnia Ægyptia quæ per naturam ſui exhiberi poterant. [4] Struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, [5] dicens præceptum

CASAUBONUS.

1 *Juxta proviſionem Severi.*] Spartianus in Severo, *Moriens ſeptem annorum canonem reliquit.*

2 *Quos illi agathodæmonas vocant.*] Non Ægyptii, ſed Phœnices ita vocarunt. Philo Byblienſis apud Euſebium, poſtquam docuit & Phœnices & Ægyptios auctore Taauto divini aliquid attribuiſſe draconum & ſerpentum naturæ; οὐ γὰρ, ait, θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βίᾳ τινὶ πληγῇ, τοῦτο τὸ ζῶον. Φοίνικες δὲ αὐτὸ ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσιν· ὁμοίως δὲ καὶ Αἰγύπτιοι κνὴφ ἐπονομάζουσι.

SALMASIUS.

3 *Struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties.*] Legendum omnino eſt ut habet Pal. *ſtruthocamelos.* atque ita etiam priuſquam eum librum vidiſſem, ſcribendum exiſtimavi. ita & Scaligerum legere poſtea cognovi.

GRUTERUS.

3 *Struthocamelos exhibuit.*] Haud refugi repræſentare lectionem codicis Palatini, qui ſic unica dictione, non ut reſtat in vulgatis, *Struthiones & Camelos.*

CASAUBONUS.

4 *Ægyptios dracunculos Romæ habuit.*] Nam & dracones delitiarum cauſſa, aut ſuperſtitionis domi alebant: qua de re multa nobis notata in altera Suetonii editione ad librum ejus tertium.

5 *Dicens præceptum Judæis ut ederent.*] Falſum eſt quod affirmat hic Alagabalus: nam diſerte utriuſque animalis eſus Judæis interdictus lege Moſaïca. ſed de ſtruthione quidem minus liquet, propter interpretationes

ceptum Judæis ut ederent. Illud ſane mirum videtur quod dicitur ab eo factum, ut de croco ſigma ſtraverit, quum ſummos viros rogaſſet ad prandium, pro eorum dignitate dicens ſe fœnum exhibere. [1] Trajecit & dierum actus noctibus & nocturnos diebus, [2] æſtimans hoc inter inſtrumenta luxuriæ, [3] ita ut ſero de ſomno ſurgeret & ſalutari inciperet, mane autem dormire inceptaret. [4] Amicis quotidie, nec quenquam facile indonatum relinquebat, niſi quem frugi quaſi perditum
reperiſſet. Habuit gemmata vehicula & aurata, con- 29
temptis argentatis & eboratis & æratis. Junxit & quaternas mulieres pulcherrimas, [5] & binas ad papillam, vel ternas & amplius, & ſic vectatus eſt: ſed plerumque nudus quum illum nudæ traherent. Habuit & hanc conſuetudinem ut octo calvos rogaret ad cœnam, item octo luſcos, [6] & item octo podagroſos, octo ſur-

nes diverſas vocis Hebraicæ: nam ululam multi jam olim putaverunt intelligi. de camelo idem dici non poteſt: cum in prohibitorum animalium albo omnium primum recenſeatur ל הגמל camelus. Pro, *ſtruthiones & camelos*, ſuſpicati ſunt nonnulli *ſtruthocamelos* ſcribi debere: quorum ſententiæ omnes ſcripti editique repugnant.

SALMASIUS.

1 *Trajecit & dierum actus noctibus.*] Pal. *transferit*. Scribendum: *transigit & dierum actus noctibus.*

3 *Ita ut ſero de ſomno ſurgeret.*] *Sero*, id eſt, veſperi. ὀψὲ τῆς ἡμέρας.

6 *Et item octo podagroſos.*] Palat. *podagros*. ita ſcribendum. podager enim Latinis dicitur qui podagra laborat. Claudianus:

—— *ſtare nequit podager.*

in lemmate Ænigmatum Symphoſii: *miles podager*. ita enim vetuſtiſſimus liber ſcriptum habet. Græce ποδάγρος.

CASAUBONUS.

2 *Exiſtimans hoc inter inſtrumenta luxuriæ.*] Ea multorum jam olim ſententia. Seneca epiſtola CXXII. *Sunt qui officia lucis noctiſque pervertunt, nec ante diducunt oculos heſterna graves crapula, quam appetere nox cœpit.* vide plura ibi, & quæ notamus ad Athenæum lib. ſexto, capite XXI. Cornelius Tacitus Annalium lib. XVI. *C. Petronio dies per ſomnum, nox officiis & oblectamentis vitæ tranſigebatur.*

4 *Amicis quotidie, nec quenquam facile indonatum relinquebat.*] Deeſt aliquid, quod nemo non videt. nam vel ſcribendum, *Amicis quotidie aliquid dabat: nec q.* aut ſimili modo in eandem ſententiam.

GRUTERUS.

4 *Amicis quotidie nec quemquam facile indonatum relinquebat.*] Expleveris ſententiam præpoſita vocula: *Ex amicis quotidie, &c.*

5 *Et binas ad papillam.*] Pal. *ad pampillum.*

ſurdos, octo nigros, octo longos, [1]& octo pingues, [2]quum capi non poſſent uno ſigmate, ut de his omnibus

SALMASIUS.

1 *Et octo pingues cum capi non poſſent uno ſigmate.*] De ſigmate, quid eſſet, ſatis in ſuperioribus, abundeque diximus. erat enim ſtibadium vel accubitum forma lunata vel ſemicirculari. Græci ἡμικύκλιον dixere: Latini Hemicyclium. nam hæc vox eo ſenſu, niſi fallor, apud Ciceronem invenitur. Apulejus *ſemirotundum ſuggeſtum vocat.* Scaliger in caſtigationibus ad hos auctores nondum editis, ſigma ſemirotundam cœnationem interpretatur, καὶ μηνοειδῆ. Caſaubonus quoque ſupra, ſigmata cœnationes fuiſſe ſcribit hemicyclii forma. uterque falſus eſt: nunquam enim ſigma pro cœnatione uſurpatum eſt, ſed pro ſtibadio quod in cœnatione ſternebatur. Sidonius Apollinaris *ſtibadii circulum* appellat, & circulare ſtibadium intelligit: nec enim ibi ſtibadium pro cœnaculo, ut quidam accepere. ſane tantum inter cœnationem & ſigma eſt, quantum inter οἶκον & ἡμικύκλιον. Pollux de generibus accubitorum: ἐφ' ὧν δ' ἐστὶ κατακεῖσθαι, καλοίης ἂν κλίνας. κλινίδας, κλινίδια, σκίμποδας. εἴρηται καὶ ἀσκάντας καὶ στιβάδες καὶ ἡμικύκλια, κλιντῆρα, χαμεύνια. ἡμικύκλια, ſunt ſigmata. nec debet quenquam movere, quod ut οἶκος diceretur τρίκλινος, πεντάκλινος, δεκάκλινος, ſic dici videatur σίγμα ἑξάκλινον, ὀκτάκλινον & ἐννεάκλινον. Martialis:

Et teſtudineum menſus quater hexaclinum
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

aliter enim σίγμα vel στιβάδιον ἑξάκλινον. aliter οἶκος ἑξάκλινος dicitur. nam οἶκος vel cœnatio τρίκλινος, & δεκάκλινος à numero lectorum vel ſigmatum dicitur: ſigma vero hexaclinum & octaclinum à numero accubantium quos capere poterat. antiqui non ſolum tres lectos ſtratos, quibus ad menſam diſcumbebant ante ſtibadiorum & ſigmatum uſum, *triclinium* dixere, ſed etiam τρίκλινον οἶκον ita appellavere. Vitruvius, Quintilianus, Suetonius, Phædrus, & ceteri triclinium pro conclavi & cœnatione ipſa uſurparunt. & fallitur Servius qui falli putat eos, qui triclinium de cœnatione aut baſilica dicunt. ſed Latini triclinia dixerunt non ſolum τρικλίνους οἴκους, verum etiam qui plures lectos tenere poſſent, plane καταχρηστικῶς. Græci vero pro conclavium amplitudine, & numero lectorum, οἴκους modo πεντακλίνους, modo δεκακλίνους vocaverunt, atque hi fuere ampliſſimi. Latini *triclinia* de his omnibus dixiſſent. ſed hæc alibi loco aptiore, & commodiore tempore plenius tractabimus.

Et octo pingues cum capi non poſſent uno ſigmate.] Perperam de ſingulis ogdoadibus capit vir doctiſſimus. octo enim capiebat ſigma, ut ſcimus teſtimonio Martialis, ſed de ogdoade pinguium tantum intelligendum eſt. facile enim & octo calvos & octo ſurdos & octo longos, ſigma capiebat. octonis quippe hominibus ſufficiebat ſigma. ſed octo pingues qui teneri poterant uno ſigmate? plus enim loci occupant octo pingues, quam decem communis habitudinis homines. non mirum igitur, ſi, cum octo pingues adhiberet, capi non poterant uno ſigmate, & hoc faciebat ridiculi gratia. at in octo luſcis, octo longis, & aliis ogdoadibus alia fuit cauſa ridendi.

CASAUBONUS.

2 *Cum capi non poſſent uno ſigmate.*] Singulæ nempe ogdoades: nam ſeptenos capiebant ſigmata, non octonos. Martialis:

Septem ſigma capit.

inter-

bus riſus citaret. Donavit & argentum omne convivis quod habuit in convivio, & omnem apparatum poculorum, idque ſæpius. [1] Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit, [2] quum antea militaris menſa eſſet, quam poſtea ſtatim Alexander reddidit. [3] Proponebat præterea his quaſi themata, ut jura nova dapibus condiendis invenirent: cujus placuiſſet commentum, ei dabat maximum præmium, ita ut ſericam veſtem donaret, quæ tunc & in raritate videbatur, & in honore. [4] Si aliquis autem diſplicuiſſet, jubebat ut ſemper id comeſſet, quamdiu tamen melius inveniſſet. Semper ſane aut inter flores ſedit, aut inter odores pretioſos. Amabat ſibi pretia majora dici earum rerum quæ menſæ parabantur, [5] orexin convivio hanc eſſe aſſerens. [6] Pinxit ſe ut cupediarium, ut [7] ſeplaſiarium,

interdum tamen & octo capiebantur uno ſigmate: ut auctor eſt idem poëta alibi.

1 *Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.*] Gari, ſive liquaminis multiplex in uſu fuit compoſitio: quod nomina declarant hydrogari, elæogari (quod & garelæum,) œnogari, oxygari, & his ſimilia, ut de garo ſociorum nihil dicam. inter veterum cupedias hæc fuiſſe ſciunt omnes, qui Græcos & Romanos ſcriptores non ignorant. ut minime ſit mirum Romanos in publicis epulis ab iſtis lautitiis abſtinuiſſe. Ait autem Lampridius, *Rom. ducum*: quia non ſoli principes populum Ro. epulis exceperunt: ſed & libera Rep. imperatores & bellorum duces poſtquam triumphaſſent.

2 *Cum antea militaris menſa e.*] Parca & caſtrenſibus tantum cibis inſtructa: de quibus ad Hadriani vitam aliquid. nec diſſimile eſt quod ſcribit Trebellius Pollio in Saturnino, ſolitum imperatorem ducibus & militibus ſuis militare prandium exhibere.

3 *Proponebat præterea his quaſi themata.*] Habes ſimilia de regibus Perſarum apud Xenophontem, Athenæum, alios.

5 *Orexin convivio hanc eſſe aſſerens.*] Juvenalis ſatyra XI.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obſtantibus: interius ſi
Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.

hinc illa Senecæ querela, delicatis divitibuſque nihil placere niſi carum: Natural. quæſt. lib. IV. cap. ult.

7 *Ut ſeplaſiarium.*] Gloſſ. *ſeplaſiarius*, παντοπώλης, melius dixiſſet μυροπώλης: ut ex Plinio notum, & ruderibus Feſti.

SALMASIUS.

4 *Si aliquis autem diſplicuiſſet.*] Optimus liber: *ſi eas autem diſplicuiſſet.* omnimodo ſcribendum: *ſi jus autem diſplicuiſſet, jubebat ut ſemper id comeſſet, quamdiu tamen melius inveniſſet.* lege integrum locum, non negabis recte à nobis ſic reſtitutum.

6 *Pinxit ſe ut cupediarium.*] Pal. & vet. edit. *coppedinarium.* lege: *cuppedinarium.* ſic enim ſcribebant cum duplici

ſtarium, ut popinarium, ut tabernarium, ut lenonem. [1] idque totum domi ſemper exercuit. [2] Sexcentorum ſtruthionum capita [3] una cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale convivium ut haberet [4] viginti & duo fercula ingentium epularum, ſed per ſingula lavarent, & mulieribus uterentur.

pl*ici pp.* Terentius: *cuppedinarii, coqui.* ita dicti à foro Cuppedinis. quod Varro perperam à Cuppedio quodam dictum autumat. cur enim non forum Cuppedii appellatum eſt? aut forum *Cuppis*, ſi Cuppes ille nomen habuit? mirum eſt Varronem ignoraſſe *cuppedinem* veteribus Latinis idem eſſe quod cupidinem, præſertim cum idem notet *forum Cupidinis* à quibuſdam dici. *cuppes* veteribus erat cupidus & faſtidioſus. Gloſſæ: *cuppes, faſtidioſus, ſuperbus, cupidus.* ſic *cuppes* apud Plautum in Trinummo: *harpago, cuppes, mendax, avarus.* hinc *cuppedo*, cupiditas & cupido. Lucretius multis locis cuppedinem pro cupidine dixit. lib. v.

Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ?

lib. IV.

Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus.

& alibi:

— cuppedinis atque timoris.

ſic Cicero *cuppediam* pro cupiditate dixit, ne putes Lucretium poëtarum more cuppedinem cogente verſu poſuiſſe pro cupidine. Tuſcul. lib. IV. *ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, vinulentia, cuppedia.* ita enim apud Nonium ex antiquiſſimo exemplari curavit edendum vir clariſſimus. *cuppedia* & *cuppedo* eſt λιχνεία. hinc *forum cuppedinis*, eſt forum λιχνείας. & *cuppedioſus*, ὁ λιχνός. *cuppedinarii*, qui res cuppedinis vendunt.

7 *Seplaſiarium.*] Gloſſæ: *ſiplaſiarius*, παντοπώλης. recte. nam ſic vocabatur qui pigmenta, tura, odores, pharmaca & id genus, varias minutaſque merces quæcunque pictoribus, tinctoribus & unguentariis conducerent, vendebat. Græci ῥωποπώλην dicunt. Heſychius: ῥωποπώλης, μυροπώλης. ὁ ῥῶπον πωλῶν. ῥῶπον δὲ ἔλεγον τὸν λεπτὸν καὶ ποικίλον φόρτον. ὁ γὰρ λεπτὸς ῥῶπος ἤγουν ὁ φόρτος, μίγματα, χρώματα, ὅσα ζωγράφοις, βαφεῦσι, μυρεψοῖς χρησιμεύει. ῥωποπώλης eſt *ſiplaſiarius*. atque idem eſt & παντοπώλης. Vegetius: *panacem à ſeplaſiariis comparas.* vulgo legitur: *panacem ſupplaſſariis.* videntur tamen illa ætate *ſeplaſſarium* ſcripſiſſe. nam ita legitur in Gloſſis: *ſeplaſſarius*, παντοπώλης.

CASAUBONUS.

1 *Idque totum domi exercuit.*] *Totum*, ut ante monebamus, pro omnia. id eſt, omnes illas artes.

3 *Una cœna multis exhibuit.*] Reg. *una cœna multis cœnis exh.* an pro, *multis conviviis.* an hoc verius? *una cœna non multis exh.* qua lectione auget non parum facti invidia. puto ſic, aut potius ſuſpicor.

4 *Viginti & duo fercula ingentium epularum.*] Hæc fercula per literas erant diſtincta: de quo genere inſaniæ in Geta ante dictum.

GRUTERUS.

2 *Sexcentorum ſtruthionum capita unâ cœnâ multis menſis exhibuit.*] Adjeci verbum *menſis*, auctoritate duorum codicum librariæ Palatinæ, quo ipſo probe quieſcunt aliorum conjectanea.

SALMASIUS.

3 *Una cœna multis exhibuit.*] *Sexcentorum ſtruthionum capita una cœna multis cœnis exhibuit.*

1 *Quem*

rentur & ipſe & amici, cum jurejurando quod efficerent voluptatem. Celebravit item tale convivium ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur, & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter ſuper Aggerem, alter in Cælio, alter trans Tiberim, & ut quiſque manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: ſic unum convivium vix toto die finitum eſt, quum & lavarent per ſingula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum miſſum ſemper exhibuit ex oleo & garo: [1] quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Dicitur & balneas feciſſe multis locis ac ſemel laviſſe, atque ſtatim deſtruxiſſe, ne ex uſu balneas haberet. Hoc [2] idem de domibus, de prætoriis, [3] de zetis feciſſe dicitur. [4] Sed & hæc nonnulla fidem tranſeuntia, credo eſſe ficta ab iis qui in gratiam Alexandri Heliogabalum deformare voluerunt. Fer- 31

tur

1 *Quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt.*] *Et periecerunt.* Pal. lege: *& perierunt.*

2 *Idem de zetis quoque feciſſe dicitur.*] Zetæ, ut omnes jam ſciunt, ſunt dietæ, id eſt, parvæ cœnationes. ſic enim ſcribebant *zetas* non *zætas*: & *dietas* non *diætas*. Vetus inſcriptio: GESTATIO. CIRCINI. A. DIETA. APOLLINIS. AD. EANDEM. DIETAM. Innocentius de litteris caſarum, notis juris exponendis, in caſa per z ita ſcribit: *Caſa per z nomen habens, fines parvos habet ſecundum auctoritatem nominis ſui.* quæſivi cur caſa per zeta nomen habens, fines breviores haberet, quam quæ per ceteras litteras denominatæ eſſent, atque id propter auctoritatem nominis litteræ z. An vox *zeta* aliquid tale ſignificat? ſic enim de termino gammato ſcribunt iidem Agrimenſores: *G ſi in termino inveneris ex ſui nominis auctoritate, limitem tortuoſum oſtendit.* nam Gamma littera flexuoſa eſt, & κάμψιν deſignat. hinc in terminis inventa, ſecundum ſui nominis auctoritatem, tortuoſum limitem id eſt gammatum ſignificat. quid ita vero ſecundum hanc nominis ſui auctoritatem zeta parvos fines oſtendit? non dubium eſt quin ad ſignificationem zetæ reſpexerint. nam zeta non litteræ tantum nomen eſt, ſed etiam parvi membri vel cœnaculi. ſimili plane modo ſcribebatur *zeta* littera, & *zeta* pro diæta. ſecundum hanc igitur nominis rationem caſa hac littera zeta inſignita, & inde nominata, parvos fines habebat: zeta enim parvam cœnationem ſignificabat.

CASAUBONUS.

3 *De zetis.*] Erat ſcribendum *zætis*: nam zeta eſt diæta, ut primus docuit Hadrianus Turnebus: ſed ita ſcripſerunt. ut *dieta* quoque ſcribebant, Gloſſarium, δίαιτα, τὸ ὑπερῷον, *dieta, cenaculum.*

4 *Sed & hæc nonnulla fidem tranſeuntia.*] Scrib. *Sed & hæc, & nonnulla alia f. t.*

 1 *A mul-*

tur & meretricem notiſſimam & pulcherrimam redemiſſe C. H-S. eamque intactam, velut virginem coluiſſe. Huic eidem privato quum quidam diceret, *Non times pauper fieri? dixiſſe dicitur, Quid melius quam ut ipſe mihi heres ſim & uxori meæ?* Habuerat præterea facultates, [1] à multis dimiſſas gratia patris. Idem filios ſe nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret. [2] Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. Iter privatus nunquam minus ſexaginta vehiculis fecit, avia ſua Varia reclamante quod omnia perditurus eſſet. Imperator vero etiam ſexcenta vehicula dicitur duxiſſe, aſſerens decem millibus camelorum Perſarum regem iter facere, & [3] Neronem quingentis carrucis iter iniiſſe. Cauſa vehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, ſubactorum etiam bene vaſatorum multitudo. In balneis ſemper cum mulieribus fuit, ita ut eas ipſe pſilothro curaret; [4] ipſe quoque barbam pſilothro accurans: [5] quodque

1 *A multis dimiſſas gratia patris.*] *Dimittere* nove pro relinquere teſtamento vel donare.

2 *Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi.*] Cœnationes ſuas antiqui velis ac ſpecularibus muniebant, & igne multo hiemem domabant, ut ſcribit Seneca in quarto Naturalium. ignis autem hic fuit ἀνθρακιαῖς, & prunarum quas in foculis vel batillis inferebant cœnationibus. At hic ganeo loco carbonum thus, cinnamomum, caſiam, coſtum, & alia odorata jubebat accendi. *vaporare* pro calefacere priſcæ Latinitatis verbum eſt.

3 *Neronem quingentis carrucis iter iniiſſe.*] Suetonium iſte non legerat: cujus ſunt de Nerone verba: *nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur.*

GRUTERUS.

3 *Et Neronem quingentis carrucis.*] Fabula iſthæc ei profecto narrata à paraſitis. quare cum legamus apud Suetonium *nunquam minus mille iter feciſſe*, ſuſpicor excidiſſe heic eum numerum, ſcriptumque, *& Neronem M. D. carrucis.* ut nocuerit loco, quoniam expreſſum eſſet illud mille nota tantum, non etiam literis omnibus.

SALMASIUS.

4 *Ipſe quoque barbam pſilothro accurans.*] *Accurare* & *curare* proprium huic rei verbum. nam *pſilothro accurare*, & *dropace curare* dicebant ἀπὸ τοῦ δρωπακίζειν.

5 *Quodque pudendum dictu eſt, eadem quo mulieres accurabatur & eadem hora.*] Nihil in eo pudendum dictu video quod eadem hora barbam pſilothro accuraret, qua mulieres vellebantur. itaque legebam: *& iisdem ora raſit, & virilia ſubactoribus ſuis.* etiam aliquando ſic legebam diſtinguebamque: *& eadem raſit virilia ſubactoribus ſuis novacula, manu ſua, qua barbam poſtea fecit.* id eſt eadem

que pudendum dictu eſt, [1] eodem quo mulieres accurabantur, & eadem hora: raſit & virilia [2] ſubactoribus ſuis, [3] novacula manu ſua, [4] qua poſtea barbam fecit. Scobe auri porticum ſtravit & argenti, dolens quod non poſſet & electri: idque frequenter quacunque

eadem novacula qua barbam ſibi poſtea fecit. ſed nihil mutandum cenſeo, quando nihil mutant libri. nam id ſatis pudendum quod hic eodem pſilothro, quo mulieres curabantur, ſe develleret, & eadem hora. vetus editio habet: *eodem die quo mulieres, & eadem hora.* quod ineptum eſt.

CASAUBONUS.

1 *Eodem quo mulieres accurabantur, & eadem hora.*] Attende diligenter: non negabis deeſſe aliquid explendæ ſententiæ. quid enim adeo deteſtandum, ſi pſilothro hoc potius quam alio accuraretur? Lego, *eodem quo mulieres accurabantur loco, & eadem hora.*

GRUTERUS.

1 *Eodem quo mulieres accurabantur.*] Locus meis oculis integer. neque vult uſum Heliogabalum pſilothro ſumpto ex eodem vaſculo quo pilabantur mulieres; ſed, illud ipſum pſilothrum quo uſæ fuerant mulieres, adhibuiſſe ſibi deinde Imperatorem, quod ſane pudendum viſu dictuque.

2 *Subactoribus ſuis, novaculâ, manu ſuâ, quâ poſtea, &c.*] Pal. *ſuis ad novaclum manu ſua, &c.* recte, dummodo fiat, *novaclum.* quamvis poſſet quoque tolerari alterum.

SALMASIUS.

3 *Novacula manu ſua.*] Pal. *ad novaclum manu ſua. radere ad novaculam* pro *novacula,* ſic dictum, ut *ad ſellam perducere* ſupra. ſic *depilari ad caldarium*, Vegetio de re veterinaria: *omneſque pedes depilatos ad caldarium.* & *ad ſiphonem infundere.* lib. 1. cap. x. *ad ſiphonem autem paulatim infundes.* & ejicere ad manum lib. I. cap. XLVII. *& continuo ſtercora ejicies paulatim ad manum. Novaculum* autem pro novacula dixiſſe veteres ne dubium quidem eſt. nam *novaculum* ſecundum rationem magis factum eſt. à verbo novare, *novaculum:* ut à gubernare, *gubernaculum:* à cœnare *cœnaculum. Novare barbam* autem veteres dicebant pro radere & lævigare. Arnobius: *quid novatio & revelatio pudendorum? levigare* paulo ante de eadem re dixerat: *facit ſumere habitum puriorem & in ſpeciem levigari nondum duri atque ſtriculi puſionis.* ſic *membra novare lympha*, pro extergere & nitidare & quaſi nova facere. Valerius Flaccus:

Hic ſale purpureo, vivaque nitentia lympha
Membra novat.

hinc *barbam novare*, eſt expolire, & quaſi novam facere. hinc *novaculum* inſtrumentum quo barba novatur & raditur, & cutis expolitur.

Novaclum.] Sic *gubernaclum* Virgilio, & *circli.* ſic *ferracla* ſupra, & *vernacli.* ſic *fiblatoria* apud Vopiſcum. & *fiblæ* in veteri inſcriptione. ſic *poclum* apud Arnobium. & alia ſexcenta.

4 *Qua poſtea barbam fecit.*] *Barbam facere*, pro demere & radere. quod etiam nunc idiotiſmo noſtro uſurpamus. ſic & capillos facere & ungues facere. veteres Gloſſæ: *ungues facere*, ἐξονυχίζεσθαι. unica etiam voce *barbare* dixerunt, barbam facere. ut *ſtirpare*, ſtirpes tollere: & *retare*, retis flumina purgare, veteri verbo. ſic *barbare*, quod eodem modo factum, ut *pilare* pro pilos demere, ne quis barbarum illud verbum exiſtimet & nulla ratione introductum. inde *barbatores*, οἱ κουρεῖς: & *barbatoria*, officinæ tonſorum. veteres Gloſſæ: *barbatoria*, πωγωνοκουρεῖα. ita enim ibi legendum.

que fecit iter pedibus uſque ad equum vel carpentum,
32 [1] ut ſit hodie de auroſa harena. Calciamentum nunquam iteravit; annulos etiam negatur iteraſſe. Pretioſas veſtes ſæpe conſcidit, [2] vel lanam cepit & appendit, atque ad ejus æſtimationem ponderis, piſces amicis exhibuit. Naves onuſtas merſit in portu, magnanimitatis hoc eſſe dicens. Onus ventris auro excepit: [3] in myrrhinis & onychinis minxit. Idem dixiſſe fertur, *Si habuero heredem, dabo illi tutorem qui illum hæc facere cogat quæ ipſe feci facturuſque ſum.* Habuit etiam iſtam conſuetudinem ut cœnas ſibi exhiberet tales; una die [4] nonniſi de faſianis tantum ederet, omneſque miſſus ſola faſianorum carne ſtrueret, item alia die de pullis, alia de piſce illo, & item illo, [5] alia de porcis, alia de ſtruthionibus, alia de holeribus, alia de pomis, [6] alia de dulciis, alia de opere lactario. Sæpe amicos ſuos

CASAUBONUS.

1 *Ut ſit hodie de auroſa harena.*] Nam quacunque pedibus iter faciebat imperator, ſternebatur via auroſa harena. morem hunc & ſumtus impenſos in eam rem fieri ſolitos aperit Syneſius planiſſime in oratione De regno: ὑμῖν, ait, οὐδὲ τοὔδαφός ἐστιν ἀνεκτὸν, οὐδ' ἂν ἐμπεριπατήσητε κατὰ φύσιν ἰχνος τῇ γῇ. ἀλλὰ δεῖ τὴν χρυσῖτιν ἐπιφορεῖν, ἣν ἐκ τῆς πέραν ἠπείρου ὑμῖν ἀπῆναί τε καὶ ὁλκάδες διακομίζουσι. καὶ στρατιά τις ἐστιν οὐ φαύλη τῶν τὸ χῶμα ῥαινόντων. Sed & Alagabalo via aliquando fuit auroſa harena conſperſa: ut cum deo ſuo tenſam ducens, retro ambulabat. Herodian. πᾶσαν τὴν ὁδὸν ἐλαύνει τρέχων ἔμπαλιν ἑαυτοῦ, ἀφορῶν τε εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ θεοῦ, πρός τε τὸ μὴ πταίσαι αὐτὸν ἢ διολισθαίνειν, οὐχ ὁρῶντα ὅπου βαίνει, γῆ ἡ χρυσίζουσα παμπληθὴς ἐστρῶτο.

5 *Alia de porcis.*] Dubito: nam porcis abſtinuiſſe auctor eſt Herod. χοίρων ἀπείχετο, Φοινίκων νόμῳ.

GRUTERUS.

2 *Vel lanam cepit & appendit, &c.*] Palatinus unica dictione *vellanam*. vix ſcio quid auctor velit iſtis vocibus & aliquot ſequentibus.

SALMASIUS.

3 *In myrrhinis & onychinis minxit.*] In epiſtola Sidonii Papæ: *cryſtallinas & onychinas cruſtas.* Palatinus heic cum veteri editione legunt: *& onychis.* nec dubium quin *onycha*, auctor dixerit pro *onychina.* ſic *electra* pro electrinis poſuit Capitolinus. ſic *aurichalca vaſa* pro aurichalcinis alibi notavimus. ſic *aurum* pro aureo, & *fagum* pro *fagino* dixerunt.

4 *Nonniſi de faſianis tantum ederet.*] Idem liber eademque ſimul editio: *nonniſi faſianis totum ederet.* forte: *nonniſi de faſianis totum ederet.* id eſt non ederet niſi totum de faſianis. *totum de faſianis edere*, loquutio illorum temporum & auctorum.

6 *Alia de dulciis.*] Cave aſſentiaris doctiſſimo Caſaubono corrigenti, *de dulcibus.* nam *de dulciis* verum eſt. *hoc dulcium*, & *hæc dulcia* dixere placentas vel

ſuos cum Æthiopibus aniculis incluſit nocturnis manſionibus, & uſque ad lucem detinuit, quum pulcherrimas his diceret apparatas. Fecit hoc idem etiam de pueris: [1] & tunc, utpote ante Philippum, licebat. Ridebat autem ſic nonnunquam ut publice in theatro ſolus audiretur: ipſe cantavit, ſaltavit, [2] ad tibias dixit, tuba

vel liba. Gloſſæ: *dulcium*, πλακοῦντος. hinc *dulciarii* qui placentas vel dulcia conficiunt. Gloſſæ: πλακουντοποιοί, dulciarii, placentarii. vetus interpres Juvenalis, muſtacea dulcia interpretatur. — *muſtacea perdas. ſolebant enim*, inquit, *ante a per nuptias dulcia recedentibus erogare pro apophoretis.* Græci γλυκουντῆρας dixerunt. atque inde vox vetus Latinorum *lucunter*, pro dulcio, vel placenta. γλυκουντήρ, *lucunter*. Feſtus: *lucunter, genus operis piſtorii.* ita enim legendum apud Feſtum. ſic autem lucunter ex γλυκουντήρ Latini veteres fecerunt, ut *læna* ex χλαῖνα. γλάξ vetus verbum, γλακτὸς: *lac, lactis*. Γλακτοφάγοι Α'βιοί τε. ſic χρέος, *res*. ſed & *lucuns* Latinis & eamdem ſignificationem & eamdem habet originem. γλυκόεις, γλυκοῦς, *lucuns, lucuntis*, ut Ὀπόεις Ὀποῦς, *Opuns, Opuntis*. Ὑδρόεις Ὑδροῦς, *Hydruns, Hydruntis*. falluntur viri docti qui *lucunter* & *lucuns* à λύκος deducunt nam ſi ita eſſet, primam produceret, quam brevem habet. Varro:

Panis, pemma, lucuns, ceibus qui puriſſimus multo eſt.

idem:

Vinum, pemma, lucuns, illi nihil iſta miniſtrant.

ſed verum eſt *lucunterem* eſſe γλυκουντῆρα, & *lucuntem* γλυκοῦντα. γλυκόεις enim Græce cum dicitur aut γλυκοῦς, intelligitur ἄρτος. ſic πλακόεις & πλακοῦς ἁπλῶς effertur, cum ἄρτος intelligatur, ſic τυρόεις, τυροῦς, καθ' ἔλλειψιν τοῦ ἄρτος profertur. τυροῦς, τυροῦντος, τυροῦντα. hinc *turunda* Latinis. ſic πλακοῦντα, *placenta*, σπήλυγγα, *ſpelunca*. turundam autem veteres vocarunt, quem Græci τυροῦντα. poſtea turunda dicta eſt de quovis paſtillo, ad formam turundarum quæ ex caſeo fiebant, confecto. γλυκοῦς igitur eſt *lucuns*, unde *lucunculus* & *lucunclus*. λαγανοσκελοι apud Athen. ex Chryſippo Tyanenſi. recentiores *dulcium* vocaverunt. eſt & γλυκίνας genus placentæ Heſychio & Athenæo, διὰ γλυκέος οἴνου καὶ ἐλαίου. Græci γλυκίσματα dixere, id genus omne, placentas & dulcia. Hieronymus *dulciamina* vocat in regulis Pachomi. in Græco nimirum fuit, γλυκίσματα. Moſchopolus: πόπανα, γλυκίσματα. Suidas: γλύκισμα, ἴτρεις. πάγχρηστα etiam dixere. Homerus:

καὶ χρηστὸν μελίτωμα. ---

hinc πάγχρηστον panchreſtum, & Panchreſtarii confectores liborum & panchreſtorum.

CASAUBONUS.

1 *Et tunc, utpote ante Philippum, licebat.*] In vita Alexandri: *Habuit in animo, ut exoletos vetaret, quod poſtea Philippus fecit.*

2 *Ad tibias dixit.*] Πρὸς αὐλοὺς ῥῆσιν εἶπε. niſi *dicere* uſurpavit pro canere.

SALMASIUS.

1 *Et tunc utpote ante Philippum licebat.*] Scribe ex Pal. *& tunc, ante Philippum utpote, licebat.* ſic enim loquuntur auctores iſti. in Antonino Pio: *ut undique nuncios, medius utpote, poſſet accipere.* in hoc eodem Heliogabalo ſupra: *Varii etiam nomen idcirco eidem inditum à condiſcipulis, quod vario ſemine, de meretrice utpote, conceptus crederetur.*

2 *Ad tibias dixit.*] Heic *dicere* non eſt, ῥῆσιν εἰπεῖν. ſed ſimpliciter, ad *ti-*

tuba cecinit, [1] pandurizavit, [2] organo modulatus eſt. Fer-

bias dicere, eſt *tibiis canere*. ſic Græci πρὸς αὐλὸν φθέγξασθαι dicunt, & αὐλῷ φθέγξασθαι. ita Apulejus *ad tibias agere*. ſed & idem auctor, *ad fiſtulam dicere* poſuit, quod eſt fiſtula canere. lib. VI. *ut Muſæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniſcus ad fiſtulam diceret.*

CASAUBONUS.

1 *Pandurizavit.*] Ignotum antiquis Græcis organum, aut nomen certe. nam Polluce auctore idem eſt cum eo quod τρίχορδον vocabant, quod nervis tribus conſtaret. Chaldaicum eſſe inventum ſcribit idem Pollux. nomen igitur eſt Barbarum: cujus tamen veſtigium in lingua Chaldæorum aut Syrorum nullum agnoſco. at Græci Latinique Grammatici aliam etymologiam commenti ſunt, more ſuo. Vetus ir.:.:rpres Horatii: *à Pane & fiſtula & τὸ πανδούριον inventum celebratur: contentio illa de canendi gloria, inter paſtores: ut,*

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

ergo his auctoribus πάνδουρος, vel πανδοῦρος, vel πάνδορος, aut πανδουρίς (tot enim modis dicitur) ita nominata, quaſi πανδηρίς. quod & Iſidorus innuit. panduræ Varro meminit, & poſt illum Græci ac Latini multi.

2 *Organo modulatus eſt.*] Refer ad hydraulica: de quibus Vitruvius, Athenæus, alii. refer eodem & Tertulliani hunc elegantiſſimum locum magnis viris nuper male acceptum, è cap. VIII. lib. De baptiſmo: *Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum Sanctum. Sane humano ingenio licebit ſpiritum* (ſcribe, *ſpiritus*) *in aquam arceſſire, & concorporationem eorum accommodatis deſuper manibus alio ſpiritu tantæ claritatis animare: Deo autem in ſuo organo non licebit per manus ſanctas, ſublimitatem modulari ſpiritalem.* nihil poteſt aptius aut venuſtius hac comparatione fingi. quomodo *ſpiritus in aquis arceſſantur* declarant iſta Vitruvii, inter cætera quæ in deſcriptione hydraulici organi apud illum leguntur: *motione vectium vehementiore, ſpiritus frequens compreſſus epiſtomiorum aperturis influit, & replet anima canales.* vocat autem *concorporationem* canales qui jungi plures ſoliti: modo quatuor, modo ſex, modo octo, ait Vitruvius. quod ait, *accommodatis deſuper manibus organum animari*, idem paullo aliis verbis & Vitruvius: *cum pinnæ*, inquit, *manibus tactæ propellunt & reducunt continenter regulas, multiplicibus modulorum varietatibus ſonantes excitant voces.*

SALMASIUS.

1 *Pandurizavit.*] *Pandurium* aliter recentiores auctores accepere, aliter veteres. Panduram enim vetuſtiores trichordum appellarunt, & vocem ipſam acceptam tulerunt Aſſyriis. Pollux: τρίχορδον δ' ὅπερ Ἀσσύριοι πανδοῦραν ὠνόμαζον. At *Panduram*, Iſidorus inter ἐμπνευστὰ organa recenſet. *ſecunda diviſio*, inquit, *organica eſt, in iis quæ ſpiritu inflante completa, in ſonum vocis animantur, ut ſunt tubæ, calami, fiſtulæ, organa, panduria, & iis ſimilia inſtrumenta.* idem: *Pandorius ab inventore vocatus, &c.* *pandorius* dixit Iſidorus pro *pandurius*, & *pandurius* pro *pandurium*. nam Græce τὸ πανδούριον. de quo Virgilius:

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit. Pan curat oves, oviumque magiſtros.

fuit enim apud gentiles Deus paſtoralis qui primus diſpares calamos ad cantum captavit, & ſtudioſa arte compoſuit. ut igitur paucis abſolvam, ſciendum recentiores id *Panduram* & *Pandurium* nominaſſe, quod veteribus erat fiſtula, ex ſeptem calamis compacta, quam κηροδέτου σύριγγος Euripides, quamque

Fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri,

que per ſeptem diſcrimina vocum obloqui dixit poëta, quamque adeo ſic deſcribit illis verſibus Ovidius:

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo.

fiſtulam igitur ejuſmodi quæ plures calamos junctos & ordine decreſcentes haberet, pandurium & panduram nuncuparunt. Heſychius: σύριγξις, πανδοῦρα fiſtulam autem vocare cœperunt, quæ una tantum arundine conſtaret: hoc diſcrimen aperte indicat Martianus Capella: *rerum per medium, quidam agreſtes canorique ſimodei, quorum Hircipedem pandura, Sylvanum arundinis enodis fiſtula ſibilatrix, ruricſtris Faunum tibia decuerunt.* quis ille Hircipes niſi Pan cui omnes σύριγγα attribuunt, cujuſque imaginem habes expreſſam verſibus Theocriti, quibus inſcriptio σύριγξ? eam igitur σύριγγα, *Panduram* nominat Martianus.

2 *Organo modulatus eſt.*] Organum hoc loco eſt ὑδραυλικὸν inſtrumentum: & organo modulari eſt ὑδραυλεῖν. nam ita proprie Græci appellarunt Iſidoro teſte: *Organum*, inquit, *vocabulum eſt generale omnium vaſorum muſicorum. hoc autem cui folles adhibentur, illo Græci nomine appellant. ut autem organum dicatur magis ea vulgaris eſt conſuetudo Græcorum.* ejuſmodi organorum ſic proprie dictorum duplex genus fuit, minus & majus. minus, πνευματικὸν, cui folles adhiberi dicit Iſidorus, quod ſcilicet follibus ventum conciperet, quod hodieque notum eſt. majus proprie ὑδραυλικὸν, quod aquarum agitatione ſonum edebat. utrumque tamen hydraulicon dictum. forma vero utriuſque par, quam eleganter Græci deſcribunt, & fiſtulæ inverſæ ſimilem eſſe dicunt hoc modo: ἡ μὲν οὖν Σύριγξ καλάμων ἐστὶ συνθήκη, λίνῳ καὶ κηρῷ συντιθεῖσα, ἔχει αὐλοὺς ὀχετοειδεῖς. ἀλλ' ἡ σπουδαιοτέρα αὐλοὶ πολλοὶ, ἕκαστος κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑκάστῳ ὑπολήξαντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου. κατὰ μὲν τὸ στόμα τῶν αὐλῶν ἀφιστάμενοι, ἐκ δὲ θατέρου μέρους ὑπ' ἀλλήλοις δι' ἀνισότητος ὑφεστηκότες, ὡς ὄρνιθος πτέρυξι τὸ σχῆμα προσεοικέναι. τούτῳ δὲ κατὰ τὸ ἔμπαλιν ἔχει ὁ ὑδραυλὸς αὐτὸς ἀντεστραμμένῃ σύριγγι παρεοικώς. χαλκοῦς μέν ἐστιν ὁ κάλαμος, κάτωθεν δὲ ὑποπνεόμενος, οὐ φύσαις μὲν ὁ ἐλάττων, ὕδατι δὲ μείζων ἀναθλιβομένῳ καὶ αὔραν πνεύματος ἀφιέντι. πολύφωνός τις οὗτος αὐλός ἐστι καὶ ὁ χαλκὸς ἔχει τὸ φθέγμα ἰσχυρότερον. Elegantem organi Hydraulici deſcriptionem & picturam habemus in Panegyrico Porphyrii, ex qua oculis ſubjecta facile conſtabit inter figuram fiſtulæ & organi hoc tantum intereſſe, quod in fiſtula ea parte qua ori admovetur, æquales invicem ſint calami, quæ pars eſt ſuperior fiſtulæ: in organo contra infima pars quæ inſpiratur, æqualibus conſtet regulis, cum ſuperior ſit inæqualis. Porphyrius:

Perque modos gradibus ſurget fœcunda ſonoris
Ære cavo & calamis pariter creſcentibus aucta,
Quis bene ſuppoſitis quadratis ordine pleƈtris
Artificis manus in numeros clauditque aperitque
Spiramenta. —

horum Hydraulicorum organorum etiam mentio extat apud Wilielmum Masburienſem in rebus Anglicis qui ſic ea deſcribit, ſatis luculenter: *extant etiam apud illam Eccleſiam doctrinæ ipſius monumenta, horologium arte mechanica compoſitum, organa hydraulica, ubi mirum in modum per aquæ calefactæ violentiam ventus emergens implet concavitatem barbiti & per multiforatiles tranſitus æreæ fiſtulæ modulatos clamores emittunt.* Gloſſæ veteres: *organarius*, ὑδραύλης.

theatri, & omnium urbis locorum meretrices, [1] tectus cuculione mulionico ne agnoſceretur, ingreſſus, quum tamen omnibus meretricibus [2] ſine effectu libidinis aureos donaret, addens, *Nemo ſciat, Antoninus hæc donat.*
33 Libidinum genera quædam invenit, ut ſpinthrias veterum [3] malorum vinceret: [4] & omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et prædictum eidem erat à ſacerdotibus Syris, [5] biothanatum ſe futurum. Paraverat igitur [6] funes blatta & ſerico & cocco intortos, quibus, ſi neceſſe eſſet, laqueo vitam finiret. Paraverat & gladios aureos quibus ſe occideret ſi aliqua vis urgeret. Paraverat & in cerauneis & hyacinthis & in ſmaragdis venena quibus ſe interimeret, ſiquid gravius immineret. Fecerat & altiſſimam turrim, [7] ſubſtratis aureis gemmatiſque ante tabulis, ex qua ſe præcipitaret, dicens, etiam mortem ſuam pretioſam eſſe debere & ad ſpeciem luxuriæ, ut diceretur nemo ſic periſſe. Sed

CASAUBONUS.

1 *Tectus cuculione mulionico.*] Et galericulo. nam ait Dio, προσθέτοις κόμαις χρώμενος.

4 *Et omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et pr.*] Scribe cum membranis, *notaret. Præd.* Videtur iſte malorum principum hiſtorias legiſſe, ut fœdiſſima quæque illorum flagitia notaret, & ſibi ad exemplum proponeret.

5 *Biothanatum ſe futurum.*] Vox eſt magicæ vanitatis, ut oſtendit Tertullianus De anima, cap. LVII. vel curioſitatis genethliacorum: nam apud Firmicum leges *mortem biothanatam*, miro loquendi genere. dicunt autem Græci & βιοθάνατος, & βιαιοθάνατος. legi etiam βιοθανὴς in Martyrologiis.

6 *Funes blatta & ſerico & cocco intortos.*] Id eſt, funes ſericeos purpurei & coccini coloris. Tales illi quos in alium uſum Nero habuit paratos, purpura coccoque nexos, ut ait Suetonius. de blatta & blatteo colore duo lumina literarum Turnebus, & Cujacius.

SALMASIUS.

2 *Sine effectu libidinis.*] Sic ſupra: *cum jurejurando quod efficerent voluptatem.*

7 *Subſtratis aureis gemmatiſque ant tabulis.*] Vetus editio, Palat. & excerpta Spartiani habent: *ante ſe tabulis.* ſic Trebellius Pollio in Gallienis: *ita ut primus ordo pilas haberet, & ante ſe columnas cum ſtatuis, ſecundus & tertius & deinceps* διὰ τεσσάρων, *columnas.* ſic *contra ſe porticus*, in veteri inſcriptione, pro è regione.

GRUTERUS.

3 *Malorum vinceret: & omnes apparatus Tiberii, & Caligulæ, & Neronis norat. Et prædictum, &c.*] Fere eſt ut pronuntiem interpungendum; *vinceret, & omnes apparatus Tiberii, & Caligulæ, & Neronis. Norat, & prædictum eidem erat.*

Sed nihil iſta valuerunt. Nam (ut diximus) & [1] occiſus eſt per ſcurras, & per plateas tractus eſt ſordidiſſime, per cloacas ductus, & in Tiberim ſubmiſſus eſt. Hic finis Antoninorum nomini in rep. fuit, ſcientibus cunctis iſtum Antoninum tam vita falſum fuiſſe quam nomine. Mirum fortaſſe cuipiam videatur, 34
Conſtantine venerabilis, quod [2] hæc clades quam retuli, loco principum fuerit, & quidem prope triennio, [3] ita, ut nemo inventus fuerit qui iſtum à gubernaculis Romanæ majeſtatis abduceret, quum Neroni, Vitellio, Caligulæ, cæteriſque hujuſmodi nunquam tyrannicida defuerit. Sed primum omnium ipſe veniam peto quod hæc quæ apud diverſos reperi, literis tradidi, quum multa improba reticuerim, & quæ ne dici quidem

CASAUBONUS.

1 *Occiſus eſt per ſcurras.*] Certiſſimum eſt occiſum Alagabalum per milites prætorianos: quos quare Lampridius ſcurras vocet, cauſſam non capio.

2 *Hæc clades quam retuli.*] Libro ſequente, *populi inclinatio poſt illam cladem.* & in fine, *poſteaquam intellexiſti, quid mali iſtæ clades habeant.* ſic alibi. ita etiam uſurpatur vox *labes*, & *peſtis*, more Græcorum: qui ita dicunt, ὁ φθόρος, ὁ λοιμὸς, ὁ ὄλεθρος.

GRUTERUS,

3 *Ita ut nemo inventus fuerit qui iſtum à gubernaculis, &c.*] Palatinus ſervat, *ita ut nemo vir ep. tum fuit, qui iſtum:* notatumque ad oram, *vir è P. R.* quod eſſent *vir è populo Romano.* lectio non omnino inepta, modo confirmaretur item aliis codicibus authenticis.

SALMASIUS.

1 *Et occiſus eſt per ſcurras.*] *Scurras* vocat prætorianos milites, qui ſcurrarum officium ſuſtinebant. ita enim in Alexandro Severo: *unus ex Germanis qui ſcurræ officium ſuſtinebat.* ſcurras appellarunt, qui alio nomine domeſtici dicebantur. Græcis οἰκεῖοι & οἰκειακοί. Suidas: Δομεστικοὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Socrates: τῶν δορυφόρων τις ὧς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεύς: ſcurræ igitur Spartiano ſunt corporecuſtodes & protectores principis, qui & domeſtici dicebantur. poſterior ætas buccellarios eoſdem vocavit ab eadem ratione. nam buccellarius, & ſcurra idem. Agaſo, domeſticus, adſecula, buccellarius, ſcurra συνώνυμα ſunt. Gloſſæ veteres: βασιλικῶν, βυκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. ὁ παραμένων Græcis dicitur quem Latini ſtatorem vocant, qui ſemper ſtat ad domini juſſa paratus, nec ab ejus latere abſiſtit. hinc Γαραμένων & Παρμένων, ſervi nomen in Comœdiis Græcis. & apud Latinos Comicos *Parmeno.* plura de ſcurris & domeſticis, buccellariiſque principum ad Alexandri Severi vitam dicturi ſumus.

3 *Ita ut nemo inventus fuerit.*] Pal. *ita ut nemo vir ep. tum fuerit.* forte: *ita ut nemo repertus fuerit.* vel: *nemo vir è populo tum fuerit. nemo vir*, ut *nemo tutor*, in jure, & *nemo patruus.*

1 *Illud*

dem ſine maximo pudore poſſunt. Ea vero quæ dixi, prætextu verborum adhibito, quantum potui, texi. Deinde [1] illud quod clementia tua ſolet dicere, [2] credidiſſe reficiendum, *Imperatorem eſſe, fortuna eſt.* Nam & minus boni reges fuerunt, & peſſimi. Agendum vero quod pietas tua ſolet dicere, *Ut ſint imperio digni quos ad regendi neceſſitatem vis fatalis adduxerit.* Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit, neque poſtea hoc nomen in Rep. loco principum frequentatum eſt, etiam illud addendum eſt, ne quis error oriatur, quum duos Gordianos narrare cœpero, patrem ac filium, qui ſe de Antoninorum genere dici volebant, [3] non nomen in illis primum fuit, ſed prænomen. deinde, ut pleriſque in libris invenio, Antonii dicti ſunt non Antonini.

35 Hæc ſunt de Heliogabalo, [4] cujus vitam me invitum & reluctantem, ex Græcis Latiniſque collectam, [5] ſcribere ac tibi afferre voluiſti, [6] quum jam aliorum ante tulerimus. Scribere autem ordiar qui poſt ſequentur: quorum Alexander optimus, [7] & cum vera dicendus aſſertione, & annorum tredecim princeps: ſemeſtres alii, & vix annui & bini. Aurelianus præcipuus, & horum omnium decus, [8] autor tui generis Clau-

CASAUBONUS.

1 *Illud quod clementia tua ſolet dicere credidiſſe reficiendum.*] Vitii compertus locus. Lego, *credidi eſſe referendum.* vel, ut amiciſſimus meus, Jacobus Lectius, *cr. eſſe reſpiciendum.*

8 *Auctor tui generis Claudius.*] Conſtantius pater Conſtantini per filiam Claudii nepos fuit: nam Claudia ejus mater patrem habuit M. Aurelium Criſpum Claudii fratrem.

SALMASIUS.

3 *Non nomen in illis primum fuit, ſed prænomen.*] Pal. *ſed pronomen.*

4 *Cujus vitam me invitum & reluctantem.*] Idem Pal. & editio vetus: *retrectantem*, id eſt recuſantem, & nolentem. vide quæ ſupra de hoc verbo ſunt nobis obſervata.

6 *Cum jam aliorum ante tulerimus.*] Scribendum unica voce, *antetulerimus.* hinc antelatus apud Zenonem Veronenſem & alios. *ſermo antelatus.*

GRUTERUS.

2 *Credidiſſe reficiendum.*] Sic & Palatinus. ſed bene conjecit Lectius noſter, *credidi eſſe reſpiciendum.*

5 *Scribere ac tibi efferre voluiſti.*] Eſt à Palatino. alii impreſſi, *afferre.*

7 *Et cum vera dicendus adſertione.*] Dictio, *adſertione*, non exſtat in Pal. niſi à manu valde recenti. forte fuit, *& cum cura dicendus.*

1 *Quum*

Claudius: de quo vereor ad clementiam tuam ſcribens vera dicere, ne malevolis adulatus videar eſſe. Sed abſolvar contra livorem improborum, [1] quum apud alios clarum eſſe perſpexerim. His jungendi ſunt Diocletianus, aurei parens ſeculi, & Maximianus (ut vulgo dicitur) ferrei, cæterique ad pietatem tuam. Te vero, Auguſte venerabilis, multis paginis, iiſdemque diſertioribus, illi proſequentur quibus id felicior natura detulerit. His addendi ſunt [2] Licinius, Severus Alexander atque Maxentius: [3] quorum omnium jus in ditionem tuam devenit: ſed ita ut nihil eorum virtuti derogetur. Non enim ego id faciam, quod plerique ſcriptores ſolent, ut de his detraham qui victi ſunt, [4] quum intelligam gloriæ tuæ accedere ſi omnia de illis quæ bona in ſe habuerunt, vera prædicaro.

SALMASIUS.

1 *Quum apud alios clarum eſſe perſpexerim.*] In Pal. *quum & apud alios.* forte: *quum id apud alios clarum eſſe perſpexerim.*

CASAUBONUS.

1 *Cum apud alios clarum eſſe perſpexerim.*] Et hic vitium certum: emendatio ſilentibus libris incerta. minima mutatione ſcribi poteſt: *cum ap. al. cl. eſſe proſpexerint.* nempe illud omne, quod de Claudio ſum dicturus. ſed puto verius deeſſe hic aliquid, & corrigendum ſi non in hæc verba, certe in hanc ſententiam: *cum id tantum ſcribam, quod apud aios clarum eſſe perſpexerim.*

2 *Licinius, Severus Alexander, Maxentius.*] Quis iſte Severus Alexander? nam duo reliqui notiſſimi. non poteſt dubium eſſe Severum intelligi, qui à Galerio Conſtantii in imperio collega, Cæſar creatus. atqui non Severus Alexander hic dicebatur; ſed Marcus Aurelius Severus. delenda igitur hic vox *Alexander*: quam imperiti homines inſeruerunt, cum putarent eum intelligi, cujus vita ſequitur.

3 *Quorum omnium jus in ditionem tuam devenit.*] Ait, *jus*: nec mutandum: quia etſi perierunt iſti, pro tyrannis tamen habiti non ſunt: qui Cæſares fuerant, & imperium habebant legitimum: ſecus quam Caſſius, Niger, Albinus, Macrinus & alii, quos aliorum victoria fecit tyrannos, ut in Peſcennio loquitur Spartianus. tamen & iſtos interdum ſcriptores vocant tyrannos: at non Lampridius, privatim, ut hinc apparet, erga iſtos bene affectus.

GRUTERUS.

1 *Cum & apud alios clarum eſſe perſpexerim.*] Interpoſui voculam & monente Palat. adeo ut omnia clara ſint futura hujus loci, ſi præterea mutaverimus, *perſpexerim* in *perſpexerint.* quod & placebat optimo Caſaubono.

4 *Cum intelligam gloriæ tuæ accedere, ſi omnia de illis quæ bona in ſe habuerint, vera prædicaro.*] Similis locus ſupra fine Peſcennii Nigri; quem perpendimus ad illud Taciti lib. XII. Annal. cap. 36. *Et Cæſar dum ſuum decus extollit, addidit gloriam victo.*

ÆLII

ÆLII LAMPRIDII
ALEXANDER SEVERUS,
AD
CONSTANTINUM AUG.

1 INTERFECTO Vario Heliogabalo (ſic enim maluimus dicere quam Antoninum : quia & nihil Antoninorum peſtis illa oſtendit, & hoc nomen ex annalibus ſenatus autoritate, eraſum eſt) ad remedium generis humani
2 AURELIUS ALEXANDER, urbe Arcena genitus, Varii fi-

CASAUBONUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Liber regiæ bibliothecæ auctorem hujus vitæ facit non Ælium Lampridium, ſed Ælium Spartianum. in quo aſtipulatorem habet Robertum Bononienſem: qui libri hujus ſummam quinque capitibus complexus, initio cujuſque illorum Ælii Spartiani nomen ſemper præſcripſit. Puteani uterque cum vulgatis Ælio Lampridio adſcribit.

SALMASIUS.

1 ÆLII LAMPRIDII.] Non eſſe Lampridii facile credimus excerptis Palatinæ Bibliothecæ, quæ Spartiano tribuunt: etſi editio quoque Mediolanenſis habeat *Lampridii*, ut & veteres plerique. nos cum illis excerptis Spartiani eſſe putamus, quibus adſtipulatur Robertus Bononienſis, & Palatinus vetus.

CASAUBONUS.

2 AURELIUS ALEXANDER *urbe Arcena genitus, Varii filius, Variæ nepos, & conſobrinus ipſius Heliogabali.*] Patrem Alexandri non VARIUM nominat Dio, ut Lampridius; ſed Geneſium Marcianum. ipſa adſcribam ejus verba in vita Macrini : ἡ Μαῖσα ἡ τῆς Ἰουλίας τῆς βασιλίδος ἀδελφὴ, δύο θυγατέρας Σοαιμίδα καὶ Μαμμαίαν, καὶ δύο ἐξ αὐτῶν ἐγγόνους ἄρσενας ἔχουσα ἦν. ἡ μὲν Οὐάρῳ Μαρκέλλῳ Σύρῳ ἀνδρὶ, ἡ δὲ Γενεσίῳ Μαρκιανῷ Σύρῳ καὶ αὐτῷ ὄντι συνῴκησεν. quia ſolent à Græcis hæ particulæ ὁ μὲν, ὁ δὲ, ſic plerunque accipi, ut ὁ μὲν ad membrum referant proximius, putabam aliter accipienda Dionis verba ; ut Soæmidis maritus eſſet Geneſius Marcianus, Mammææ vero Varus ſive Varius Marcellus. juvabat hanc interpretationem & alter hujus vitæ locus, ubi dicitur Alexander genus ſuum ad Metellos retuliſſe : admodum enim probabile eſt, vel *Marcellos* auctorem hunc ſcripſiſſe; vel apud Dionem legendum eſſe Μετέλλῳ pro Μαρκέλλῳ. Sanè quod Lampridius Alexandri patrem Varium nominat,

rii filius, Variæ nepos, [1] & conſobrinus ipſius Heliogabali, accepit imperium, quum ante Cæſar à ſenatu eſſet appellatus, [2] mortuo ſcilicet Macrino, Auguſtumque

minat, non leve argumentum ſit, Dionis verba non aliter debere accipi. repugnat tamen huic interpretationi manifeſto alter locus qui in ejus Excerptis habetur: nam ibi diſertè natus dicitur Alagabalus ἐκ τῆς Σοαιμίδος Οὐαρίου τε Μαρκέλλου ἀνδρὸς ὑπατικοῦ. ſed vereor ne auctor illorum Excerptorum uſum communem Græce loquentium ſecutus illa ſcripſerit, potius quam hiſtoriam certam. ARCENA VRBS, inferius nominatur ARCA CÆSAREA. quia, ut ſcribit Victor, huic loco duplex nomen, *Arca* & *Cæſarea.* Ptolemæo inter Phœnices mediterraneas urbes nominatur Ἄρκα, ſive Ἄρκη aut Ἄρκαι. ut & Georgius Monachus *Arcas* numero multitudinis nominat. nam ait Alexandrum ἐν Ἄρκαις τῆς Φοινίκης τεχθῆναι. rectè Stephanus in Urbibus: Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη. Cave confundas cum eruditis viris urbem hanc cum alia, quam Xiphilinus ex Dione nominat Ἀρχὴν in Severi hiſtoria. nam hæc quidem Alexandri patria, Phœniciæ in Syria fuit: illa vero Aſſyriæ, ubi Ἀρχηνὴν collocat Strabo, & Moſes quoque *Arec* in terra Senaar Babyloni vicinam facit, Geneſeos capite decimo. Diverſa etiam eſt, etſi non longo intervallo diſſita, urbs *Arcis*, ſive קרית ארכי cujus mentio apud Chaldæum paraphraſten librorum ſacrorum. Judææ enim hoc oppidum fuit. quondam Kiriath-ſepher, poſtea Dabir dictum. Nominatur & Arcæa in Palæſtina, Joſepho: de qua multa alibi.

1 *Et conſobrinus ipſius Heliogabali.*] Hæc conſtans ſententia fuit multorum; at non tamen omnium. ſcribit infra Lampridius: *Dicit Dexippus fuiſſe patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non uxoris ſororis ejuſdem filium.* oſtendit his verbis Lampridius duplicem fuiſſe veterum traditionem de cognatione Heliogabali & Alexandri. non enim defuiſſe qui Alagabalum hujus patruum facerent; contra quam vulgo aliis eſſet proditum. quid autem vulgo creditum ſcriptumve? nempe quod hic dicitur; conſobrinos invicem fuiſſe, duarum ſororum filios, Soæmidis & Mammææ, filiarum Mæſæ. omnino dubium nullum eſt, quin pauciſſimis exceptis, ita omnes prodiderint. Quid igitur ſibi vult Lampridius illis verbis? *non uxoris ſororis ejuſdem filium.* profectò ne ipſe quidem Lampridius hæc ita ſcripta intelligat. neque enim ὑγιῆ ſunt. Lego, *non ſororis ejuſdem matris filium.* hoc vulgo perſuaſum omnibus, ut diximus: hoc igitur & Lampridius ſcripſerat.

2 *Mortuo ſcilicet Macrino.*] In Heliogabalo, *Alexandrum* CÆSAREM *ſenatus Macrino interemto appellaverat.* idem in vita Macrini.

SALMASIVS.

1 *Et conſobrinus ipſius Heliogabali.*] Eadem excerpta cum Palatino: *ipſius Gabali.* ex quo apparet quibuſdam convitii loco non Heliogabalum, quomodo vocabatur, ſed Gabalum dictum fuiſſe, quod convitii inſtar obtinebat illo tempore, in hominem cruce vel gabalo dignum. in verſibus Macrini ſupra habuimus:

Qualis Latinus Gabalus iſte fuit.

Servius: *Gabalus Romanus imperator ſilem ſe dici voluit: nam Heliogabalus eſt dictus.* quibus verbis doctiſſimi Grammatici ſatis patet Gabalum etiam vulgo fuiſſe vocatum Heliogabalum. quod & hic locus confirmat, ſic in omnibus libris ſcriptus, ut poſuimus.

 1 *Iſta*

que nomen idem recepit: addito eo ut & patris patriæ nomen & jus proconſulare & tribunitiam poteſtatem, & jus quintæ relationis, deferente ſenatu, uno die aſſumeret. Et ne præceps [1] iſta honorum continuatio videatur, exponam cauſas quibus id & ſenatus coactus eſt facere [2] & ille perpeti. Non enim aut gravitati ſenatus congruebat omnia ſimul deferre, aut bono principi raptum ire tot ſimul dignitates. Milites jam inſueverant ſibi imperatores & tumultuario judicio facere, & item facile mutare, [3] afferentes nonnunquam ad defenſionem ſe idcirco feciſſe quod neſciſſent ſenatum principem appellaſſe: nam & Peſcennium Nigrum, & Clodium Albinum, & Avidium Caſſium, & antea [4] Lucium Vindicem, [5] & L. Antonium, & ipſum Severum, quum ſenatus jam Julianum dixiſſet principem, imperatores fecerant: atque iſta res bella civilia ſeverat, quibus neceſſe fuit [6] militem contra ho-
2 ſtem paratum parricidialiter perire. Hac igitur cauſa feſtinatum eſt [7] ut omnia ſimul Alexander, quaſi vetus

CASAUBONUS.

1 *Iſta honorum continuatio.*] Non vulgaris Latinitas, *continuare honores*, pro continenter & ſimul omnes largiri. de iſtis autem honoribus anteà dictum nobis.

2 *Et ille perpeti.*] Et hoc novum, *perpeti*, pro pati ut aliquid fiat.

4 *Lucium Vindicem.*] Julium Vindicem aut C. Julium Vindicem nominatum hunc ſemper reperies. prænomen Lucii alibi non legas. & fortaſſe *Julium* ſcripſerat Lampridius.

5 *Et L. Antonium.*] Suetonius in Domitiano, capite ſexto.

6 *Militem contra hoſtem paratum, parricidialiter perire.*] Neque hoc vulgaris elegantiæ: nam vulgo hoſtis dicitur quicunque infeſto animo in alium fertur; hic de exteris tantum hoſtibus accipitur, qui Romani cives non ſint. Antiquiſſima hæc notio eſt ejus vocis: nam veteribus Latinis, *hoſtis* idem ac peregrinus & *ἀλλοδαπός*. bellum autem civile vocat parricidium. aliter exponunt hæc viri doctiſſimi: quibus non aſſentimur.

SALMASIUS.

3 *Afferentes nonnunquam ad defenſionem.*] Vetus editio: *ad differentes nonnunquam.* forte: *id adferentes nonnunquam ad defenſionem.*

7 *Ut omnia quaſi vetus jam imperator acciperet.*] Præferimus lectionem Palatini codicis, & veteris editionis a *quaſi jam vetus imperator*, omnia enim illa poteſtatum inſignia, non acervatim recipiebant & congeſtim novi imperatores, ſed nonnulla ex illis interdum differebant. rationem igitur hoc loco reddit Spartianus, quare Alexander ſimul cum imperio tot dignitates & honorum inſignia quaſi raptum iverit, cum nec cunctas ſimul,

tus jam imperator, acciperet. Huc acceſſit nimia & ſenatus & populi inclinatio poſt illam cladem quæ non ſolum Antoninorum nomen decoloravit, ſed etiam Romanum dehoneſtavit imperium. Certatim denique omnia decreta ſunt & nominum genera & poteſtatum. [1] Primus denique omnium cuncta inſignia, & honorificentiæ genera ſimul recepit, ſuffragante ſibimet Cæſaris nomine quod jam ante aliquot annos meruerat: & magis ſuffragante vita & moribus, quum illi magnum conciliaſſet favorem quod eum Heliogabalus occidere conatus eſt, [2] nec potuit & militibus repugnantibus & ſenatu refragante. [3] Atque hæc parva ſunt niſi quod dignum ſe exhibuit quem ſenatus ſervaret, quem ſalvum milites cuperent, quem omnium bonorum ſententia principem diceret. Alexander igitur cui Mammæa mater fuit ([4] nam & ita dicitur 3

mul, nec niſi ſero reliqui imperatores quaſdam ex illis honorificis appellationibus reciperent. non primus tamen Alexander iſta honorum, ut heic loquitur Spartianus, continuatione uſus eſt, ſed jam multo ante idem Pertinaci decreverat Senatus, aut ipſe rapuerat. *vetus* autem *imperator* pro eo qui jampridem imperium ſumpſit. ſic *vetus cæcus* Spartiano, qui diu in cæcitate fuit. aliter *vetus conſul*, dicitur qui conſul fuit, ex conſule: & *vetus imperator*, ex procuratore. quam loquendi formam etiam hodie retinemus.

CASAUBONUS.

1 *Primus denique omnium cuncta inſignia & honorificentiæ genera ſimul recepit.*] Hoc falſum: nam idem factum & in Pertinace, ut in ejus vita dictum eſt.

2 *Nec potuit & militib.*] Scribe, *nec potuiſſet, militibus repug. & ſ.*

3 *Atque hæc parva, niſi quod dignum ſe exhibuit, quem ſenatus ſervaret.*] Ita loquitur & Julius Capitolinus in Marco Antonino: *Et parum ſanè fuit, quod illi honores divinos omnis ætas, omnis ſexus, omnis conditio ac dignitas dedit; niſi quod etiam ſacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem in ſua domo non habuit.* Sic accipe illa, *niſi quod*, & apud alios ſcriptores: etiam cum non præcedit *parum hoc*, ut in duobus præcedentibus exemplis. Solinus Polyhiſtore, capite XI. *Quicquid Sicilia gignit, ſive ſoli, ſive hominis ingenio, proximum eſt iis quæ optima judicantur: niſi quod fœtus terræ Centuripino croco vincitur.* *niſi quod*, iſto loco & ſimilibus ſignificat, τὸ δὲ μέγιστον, & quod præcipua dignum prædicatione. Omiſit has voces *niſi quod*, in gemina locutione Capitolinus, cum ſcriberet in Gordianis: *Atque parum fuit quod ſenatus judicaverat: illud populi judicium fuit, quod occiſi tracti ſint & in cloacam miſſi.*

4 *Nam & ita dicitur à pleriſque.*] Nempe Alexander Mammææ: melius Græci ὁ Μαμαίας, vel Μαμμαίας: nam utroque modo ſcribitur hoc nomen. Latini interdum etiam *Mammæum* nominant, ut Euthymius

tur à pleriſque) à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam civilibus quàm militaribus: ne unum quidem diem ſponte ſua tranſire paſſus eſt, quo ſe non & ad literas & ad militiam exerceret. Nam in prima pueritia literatores habuit Valerium Cordum [1] & L. Veturium, & Aurelium Philippum libertum patris, qui vitam ejus poſtea in literas miſit. [2] Grammaticum in patria Græcum Nebonem, rhetorem Serapionem, [3] philoſophum Stilionem: [4] Romæ grammaticos, [5] Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum: rhetores Julium Frontinum, [6] & Bæbium Macrinum & Ju-

thymius in Panoplia, loquens de librorum ſacrorum verſionibus. inciderat enim in depravatos jam tum Theodoreti codices Græcos, ubi hodieque τῆς Μαμμαίας perperam ſcriptam pro τῆς Μαμμαίας.

1 *Et Lucium Veturium.*] Scribe, *Titum Vet.* ex ſcripta lectione, & quibuſdam editis.

2 *Grammaticum in patria Græcum Nebonem.*] Profeſſione Græcum, ſed ortu Syrum: quod nomen arguit. Nebo enim proprium apud Syros viri nomen. erat & deus Babyloniorum Nebo, vel Nabo, de quo Iſaias propheta, capite XLVI. etſi eam vocem aliter ibi quidam ſunt interpretati.

3 *Philoſophum Stilionem.*] Non aliter membranæ hoc nomen ſcribunt. quod tamen ſi Græcum eſt, *Stylionem* ſcribam, aut *Stilponem.*

4 *Romæ grammaticos Scaurinum Scaurini filium.*] An iſti orti ab illis antiquis nobiliſſimis grammaticis Scauro patre & ejuſdem nominis filio, quorum meminit Capitolinus in Vero imperatore?

GRVTERVS.

1 *Et Titum Veturium.*] Ita & ſcripta lectio utriuſque Palatini, non *Lucium.*

2 *Grammaticum in patria Græcum Nebonem, rhetorem Serapionem, &c.*] Pall. ambo *Nebonem.*

SALMASIUS.

2 *Grammaticum in patria Græcum Nebonem.*] Nomen Syriacum *Nebo.* Palatinus liber heic legit: *Nebonem.* ſcribe, *Neonem.* Νέων Νέωνος nomen Græcum. vetus inſcriptio:

C. CLODI. C. L. HILARI
AMINÆ. CLODIÆ. L.
NEONIS. CLOD. PHILARC.
POSIDIS HELENI. Θ.

in alia *Neonianus* quidam nominatur Cæſaris verna.

5 *Scorinum filium.*] Excerpta: *Scarinum.* omnino ſcribendum: *Scaurinum, Scaurini filium.* Nobilis ille Grammaticus Scaurus qui Hadriani temporibus vixit. habuit filium Scaurinum, qui Veri imperatoris Marci fratris præceptor fuit: qui quidem Scaurinus & Scaurinum habuit hunc filium Alexandri Severi Magiſtrum. Capitolinus in Vero: *audivit Scaurinum Grammaticum Latinum, Scauri filium, qui Grammaticus Hadriani fuit.* ita enim illo loco vetus & optimus liber, non *Scaurum Grammaticum*, ut vulgo habetur. non dubium igitur quin illius Scaurini qui Scaurum patrem habuit filius fuerit hic Scaurinus Alexandri Severi magiſter.

6 *Et Bebium Macrinum.*] *Et Bebium Macrianum.* ita Palatinus.

1 *Cujus*

& Julium Granianum,[1] cujus hodieque[2] orationes declamatæ feruntur. Sed in Latinis non multum profecit, ut ex ejuſdem orationibus apparet quas in ſenatu habuit vel in concionibus quas apud milites vel apud populum: nec valde amavit Latinam facundiam, ſed amavit literatos homines,[3] vehementer eos etiam reformidans, ne quid de ſe aſperum ſcriberent.[4] Denique eos dignos adeſſe jubebat:[5] ſingula quæque quæ publicè privatimque agebat, ſe ipſo docente volebat addiſcere, ſi fortè ipſi non affuiſſent:[6] eaque petebat,
ut, ſi vera eſſent, in literas mitterent. Dominum ſe 4
appel-

1 *Cujus hodieque orationes declamatæ feruntur.*] Nova hæc locutio, *orationes declamatæ* pro *declamationibus*: quam non vitio carere arguunt veteres libri qui illud *orationes* non agnoſcunt. ſed *declamatæ* habent tantum, hoc modo: *cujus hodieque declamatæ feruntur. declamatæ* autem ſunt declamationes ut *instituta* eſt inſtitutio apud Ammianum Marcellinum. ſic *remiſſa* pro remiſſione antiquis patribus. ſic *ulta* pro ultione Ovidio, de quo & ſupra aliquid tetigimus. ſic *puncta* pro punctione Vegetio: & *cæſa* pro cæſione.

3 *Vehementer etiam eos reformidans.*] Melius diſtinxeris hoc pacto: *nec valde amavit Latinam facundiam, ſed amavit litteratos homines vehementer, eos etiam reformidans ne quid de ſe aſperum ſcriberent.*

4 *Denique eos dignos adeſſe jubebat.*] Mendoſiſſimus locus, & qui mea opera non fiet emendatior: nam pro deſperato habeo. vetus ſcriptura hæc eſt: *eos digno ad adeſce videbat.* videant acutiores an ad veram aliquam conjecturam per hæc veſtigia pervenire poſſint. Juretus noſter legendum putabat: *denique eos dignoſcere jubebat.* ſed *videbat* retinent libri. atque ita etiam in veteri editione ſcriptum. ego nec ſpem ſalutis ullam, nec rationem medendi video.

6 *Eaque petebat.*] *Eoque petebat.* ita excerpta Spartiani & Pal. forte: *eoſque petebat.* pro ab iis. Latinitas illius temporis.

GRUTERUS.

1 *Cujus hodieque declamatæ feruntur.*] Sic repoſui fide utriuſque codicis Palatini. nam in aliis edd. adeſt adhuc vox; *hodieque orationes declamatæ feruntur.* nempe jam ſæpe oſtendimus ejus ſæculi auctores hæc talia ſubintelligere ſolitos. ſic & ſupra dixit, *albas*, pro *gemmis*; & infra habebimus *templum Prænestinæ*, ſubaudi *Deæ*.

4 *Denique eos dignos adeſſe jubebat: ſingula quæque quæ publicè privatimque, &c.*] Palatinus uterque: *Denique eos digno addeſce videbat ſingula quæque quæ publicæ privatim agibat*, &c. emendatuſque ſecundus: *Denique eos digna addiſcere videbat. ſingula*, &c. nihilo melius quam vulgg.

CASAUBONUS.

2 *Orationes declamatæ.*] Declamationes ita nominat κοινῶς.

4 *Denique eos dignos adeſſe jubebat.*] Fortean *binos adeſſe*. quæ Petri Fabri conjectura eſt.

5 *Singula quæque quæ p.*] Malim hanc periodum ita concipi: *ſingulaque quæ publice privatimque agebat, ſe ipſo docente, volebat eos diſcere, ſi forte ipſi non affuiſſent.*

appellari vetuit. [1] Epiſtolas ad ſe quaſi ad privatum ſcribi juſſit, ſervato tantum nomine imperatoris. Gemmas de calciamentis & veſtibus tulit, quibus uſus fuerat Heliogabalus: veſte (ut & pingitur) alba uſus eſt, nec aurata, [2] penulis togiſque communibus. Cum amicis tam familiariter vixit [3] ut communis eſſet ei ſæpe conſeſſus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos; [4] ſalutaretur verò [5] quaſi unus de ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis, [6] aut ſolis iis qui miniſtri ad fores fuerant: [7] quum antea ſalutare principem non liceret, quod

1 *Epiſtolas ad ſe quaſi ad privatum ſcribi juſſit.*] Non onuſtas titulis qui vulgo imperatoribus, etiam in epiſtolis familiaribus, nedum publicis, tribui ſolebant; ſed hoc ſolum, ALEXANDRO IMPERATORI. Dio in Macrino eam partem epiſtolæ vocat, τὸ τῆς ἐπιστολῆς προοίμιον. idem in Commodum faſtum illius, moderationi & civilitati Alexandri plane contrarium, fusè deſcribit.

3 *Ut communis eſſet ei ſæpe conſeſſus.*] Infra, *Salutatus conſeſſum obtulit omnibus ſenatoribus.*

4 *Salutaretur verò quaſi unus de ſenatoribus.*] Junge his inferius ſcripta: *Salutabatur nomine, hoc eſt, Ave Alexander: ſi quis caput flexiſſet, aut quid blandius alicui dixiſſet, uti adulator, vel abjiciebatur, vel ridebatur ingenti cachinno.* In ſalutationibus vel maxime morum ſuorum ſpecimen dare ſoliti principes Romani: inde eſt quod de eo more tam frequens apud auctores mentio.

7 *Cum antea ſalutare principem non liceret.*] De ſuperbis tantum principibus accipiendum, non in univerſum de omnibus.

SALMASIUS.

2 *Pænulis togiſque communibus.*]. Pænulas nunquam habuiſſe imperatorem ſcriptum reliquit in Hadriano Spartianus. Nam illi adhuc privato cum Tribunus eſſet, factum omen imperii & perpetuæ tribunitiæ poteſtatis ex eo, quod pænulas amiſiſſet, quas Tribuni plebis pluviæ tempore geſtabant, imperatores vero nunquam. cur igitur heic pænulas imperatori tribuit? more ſuo pænulas poſuit pro lacernis. ſi μανδύη eſt pænula, pænulas etiam induerint pluviæ tempore Auguſti. Dio de Tiberio: ὑετοῦ δὲ ἐν πανηγύρει τινὶ ψεκάδων φανεισῶν μανδύην ἐπενέδυ. ſed μανδύην apud Dionem non pænulam ſed lacernam eſſe ſupra oſtendimus. nam lacernas etiam togæ ſuperinduebant per ludos ſi quando plueret. Juvenalis:

—— *pingues aliquando lacernas,*
Munimenta togæ.

5 *Quaſi unus de ſenatoribus.*] *Quaſi unus è ſenatoribus.* ita Pal.

6 *Aut ſolis iis qui miniſtri ad fores fuerant.*] Miniſtri ad fores, & miniſtri à foribus, ſunt oſtiarii vel janitores. ſic enim miniſtri ad fores dicuntur, ut ſervi ad veſtem, ad manum, & miniſtri ad pocula. præter admiſſionales autem, fuere etiam velarii qui ad velum, & oſtiarii vel miniſtri ad fores, & cancellarii, qui ad cancellos. Tertullianus vocat januarum cancellorumque poteſtates. Alexander vero admiſſionalibus remotis, & ſolis relictis miniſtris ad fores, ſalutabatur ab omnibus. ſed de hoc in libro de officiis domus Auguſtæ.

1 Quod

[1] quod eos videre non poterat. [2] Et erat corporis venuſtate

CASAUBONUS.

1 *Quod eos videre non poterat.*] Scrib. *quod e. v. nemo poterat.*

GRUTERUS.

1 *Quod eos videre non poterat.*] Forte *non erat.*

2 *Et erat corporis venuſtate decorus, ut hodieque in picturis & in ſtatuis videmus. Fuit & ſtatura militaris.*] Verba ficta, ſi credimus Palatinis. primus enim: *Et erat ejus corporis, ut præter venuſtatem aculem quem hodieque & in pictura & in ſtatuis videmus, decoreum eſſe rul rum ſtaturæ militaris.* & ſic quoque ferè Pal. alter, niſi quod is à prima manu *venuſtate maculam*, item *picturea*; correctumque à recentioribus, *venuſt. tem maculæ, quam hodieque & in pictura.*

SALMASIUS.

2 *Et erat corporis venuſtate decorus, ut hodieque in picturis & in ſtatuis videmus.*] Ut appareat, non eſſe hanc ſinceram, qualis eſt ab auctore relicta, ſcripturam, ſed eam quæ à correctoribus eſt interpolata, producam in medium veterem lectionem quemadmodum in libris ſcriptis & antiquis editionibus exaratam repperi: *& erat ejus corporis, ut præter venuſtatem aculem quem hodieque & in pictura & in ſtatuis videmus decorem ineſſe ſtaturæ militaris robur militis.* ſed facile illis ignoſco ſi ex iſtis tam fœde corruptis, non qualem voluerunt, ſed qualem potuerunt lectionem concinnarunt. an felicior fuerim neſcio, ſic tamen hunc locum reconcinnavi: *& erat ejus corporis, ut præter venuſtatem, qualemque hodieque & in pictura, & in ſtatuis videmus, decorem, ineſſet ſtaturæ militari robur militis.* quorum verborum hic eſt ſenſus: Alexandrum præter venuſtatem decoremque corporis, ſtaturæ etiam fuiſſe militaris, cui & robur ineſſet militis. non enim omnes, qui ſtaturam habent militarem, par & illi ſtaturæ robur poſſident. utrumque autem fuit in Alexandro, & ſtatura, qualis exigebatur in milite, & vires quæ ſtaturæ reſponderent. militaris autem ſtatura legitima in probatione tyronum, ſex pedes fuerunt, aut quinque cum denis unciis. Symphoſius in ænigmatis:

Bellipotens olim ſævis metuendus in armis
Sex pedes habui, quos nunquam nemo negavit.

ita vetus & optimus liber. nam vulgo *quinque pedes*. ſed hæc ſtatura militaris erat. primam autem in *pedes* produxit illius ſæculi more. de quo nos alibi. aliter etiam aliquando verſum illum Symphoſii accipiebamus. interdum quini pedes & unciæ ſenæ ſufficiebant tironi qui probandus eſſet, ut in militiam reciperetur. Doſitheus in ſententiis Hadriani: αἰτοῦντός τινος ἵνα ςρατεύητ), Ἀδριανὸς εἶπεν, ποῦ θέλεις ςρατεύεσθαι; ἐκείνε λέγοντ☉, εἰς τὸ πραιτώριον· Ἀδριανὸς ἐξήτασεν, ποῖον μῆκ☉ ἔχεις; πέντε πόδας καὶ ἥμισυ. & hoc quidem fortaſſe multi ſciunt, illud non item, menſuram ad quam exigebatur proceritas & ſtatura tironum, *incommam* vel *incomam* vulgo fuiſſe appellatam. Vegetius lib. I. cap. V. *Proceritatem tironum ad incommam ſcio ſemper exactam.* ita in libris ſuis veteribus eſſe ſcriptum notant viri docti. vidi & librum bene vetuſtum in quo planis litteris exaratum fuit: *ad incomam ſcio ſemper exactam.* ita & duo libri habuere, ex quibus mihi varietates à ſe collectas communicavit Franciſcus Joretus. Gloſſæ Iſidori hanc lectionem & comprobant & explicant. *incoma, menſura militum.* videtur autem palus quidam menſuralis in caſtris ad hanc rem fuiſſe olim poſitus & defixus, ut ad eum admotis qui ad militiam deligebantur tironibus, vel qui ſponte ad militandum accedebant, an ſtatura juſta ac legitima eſſent, examinaretur. ἐξήταζεν πάτ-

nuſtate decorus ut hodieque in picturis & in ſtatuis videmus. [1] Fuit & ſtaturæ militaris: robur militis, valetudo ejus qui vim ſui corporis ſciret ac ſemper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis: & ab aliis pius appellabatur, ab omnibus certè ſanctus & utilis Reip. [2] Huic ſors in templo Præneſtinæ

talis

σαλον Græci dicunt, palum defigere. hinc ἔγκομμα, palus in terram defixus. ἔγκομμα quidem vulgo τὸ πρόσκομμα & offendiculum ſignificat. non dubito tamen quin & vulgari loquendi conſuetudine, palum etiam ita appellarint. nam & σκόλοψ, quæ vox palum ſignificat, etiam ἀντὶ τοῦ ἐγκόμματος vel προσκόμματος uſurpabatur. ſic & σκάνδαλον cum propria ſignificatione Græcis ſit πάτταλος, pro offendiculo uſurparunt paſſim, ut & σκῶλον cujus eadem ſignificatio fuit Heſychius: σκῶλος, ῥάβδος, σκάνδαλος. σκόλοψ, πάτταλος. ſic σκάνδαλος, & palum & impedimentum vel offendiculum deſignat. ἔγκομμα quoque utrumque ſignificabat. & vere quidem ἔγκομμα fuit, palus ille menſuralis, ad quem ſtatura tironum exigebatur, nam ſi qui militiæ nomen dare cupientes, ad palum illum admoti, infra militarem ſtaturam inventi eſſent, repellebantur. poſſet aliquis exiſtimare ἔγκομμα etiam dictum quod inciſuras quaſdam & κόμματα haberet, quibus pedum & unciarum notæ diſtinctæ eſſent & deſignatæ. ſic enim omninò factum oportuit, ut ad verum ſciri poſſet, quot cuique pedes & unciæ deeſſent, ad explendam ſtaturam quæ requirebatur. idque in omnibus ponderum, & menſurarum generibus obtinuit ut notis, & numeris diſtinguerentur, punctiſque vel lineis quibuſdam indicarent quantum caperent & penderent. Galenus de oleariis menſuris: ὡς εἶναι τὰς πάσας οὐγγίας κ-ὡς εἰς τὸ πολὺ τοῖς κέρασι μετροῦσιν ἐπιτετμημένοις ἔξωθεν γραμμαῖς πᾶσιν κυκλοτερέσιν. & lib. v. de compoſitione φαρμάκων τῶν κατὰ γένη: οὐγγίαι Ἰταλικαὶ αἱ ἐν τοῖς κατατετμημένοις κέρασιν. & lib. III. ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς μέτρον ἐν ᾧ τὸ ἔλαιον μετροῦσιν ἐντετμημένον γραμμαῖς διαιρούσαις τὸ σύμπαν εἰς μέρη δώδεκα. idem igitur fuit & in menſuris quæ longitudinem metiuntur. ſic perticæ metatorum ſua κόμματα habuere. ſic palus vel menſura illa ad quam exigebatur ſtatura tironum, ἔγκομμα ab eadem fortaſſe ratione dicebatur. Incommam dixit Vegetius, ut malagmam de re veterinaria idem. ſic *ſchemam* Plautus ſic *cymam* dicebant τὸ κῦμα, & alia quæ numero non eſt comprehendere. incomma autem eſt ἔγκομμα ut *incori lapides* in Agrimenſoribus ſunt ἔγχωροι. & *aves incoriæ* Iſidoro, αἱ ἐγχώριοι. ſed quodcunque ſit, nemo negare poſſit, quin ſuam rectamque Vegetio lectionem reſtituerimus & recte explicaverimus. vulgo legebatur: *à Conſule Mario.* ineptiſſime. alii *quondam*, alii *commodam* ſcribebant. nemo bene.

CASAUBONUS.

1 *Fuit & ſtaturæ militaris.*] Vegetius libro primo, capite quinto, & nos alibi plura notavimus.

2 *Huic ſors in templo Præneſtinæ talis extitit*] Fortaſſe *exiit*: ut dicebamus ad Hadrianum. & *Præneſtino.* de ſortibus Fortunæ Præneſtinæ M. Tullius, & alii multi.

SALMASIUS.

2 *Huic ſors in templo Præneſtinæ talis exivit.*] Vetus editio: *in templo Præneſtinæ*

talis extitit, quum illi Heliogabalus inſidiâretur,

—— Si quà fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris.

[1] Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno, natus eſſet, [2] quum caſu illuc die feſto Alexandri pater cum uxore patriæ ſolennitatis implendæ cauſa veniſſet. cui rei argumentum eſt, quod [3] eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qua ille Magnus exceſſit è vita. Delatum ſibi *Antonini* nomen à ſe natu recuſavit, [4] quum hic magis affinitate Caracalli jungeretur, [5] quam ille He-

neſtinæ Veſtæ. ſed Veſtam Præneſtinam nullam ſcio: nec eam lectionem agnoſcunt libri ſcripti.

CASAUBONUS.

1 *Alexandri nomen accepit.*] Longè aliter hujus nominis cauſſam explicat Dio, quem vide. initio vocabatur non Alexander, ſed Alexianus, auctore Hadriano.

3 *Eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qua ille Magnus exceſſit è vita.*] Malim, *eandem diem.* etſi alterum ferri poteſt. Utinam vero diem quam intelligit, charactere certo deſignaſſet: nam tempus mortis Alexandri, parum perſpicuè veteribus indicatum, ſcimus quam variè doctiſſimi viri hodie prodant. Joannes vero Chryſoſtomus non obſcure affirmat, diem quo Alexander Magnus exceſſit, certo indicari non poſſe. ſic enim ſcribit homilia XXVI. in poſteriorem ad Corinthios: ποῦ, εἰπέ μοι, τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου; δεῖξόν μοι, καὶ εἰπὲ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐτελεύτησεν. Ex iis quæ infra de ſpatio vitæ ſcribuntur, poſſis cum Onuphrio dicere, natum eſſe Alexandrum Mammææ IV. Kal. Julii. ſed non nimis huic ἐπιλογισμῷ fidendum.

4 *Quum hic magis affinitate Caracalli jungeretur, quàm ille Heliogabalus ſubdititius.*] Cenſeo inducendam vocem *Heliogabalus*, ut è gloſſemate profectam. Cæterum niſi aliquid afferatur hodie incognitum, ex quo poſſit colligi, patrem Alexandri aliqua cognatione Severum aut Caracallum attigiſſe; cauſſa dici non poteſt, quin iſto loco nugas agat Lampridius. Nam eodem planè modo ad Caracallum pertinebant Alagabalus & Alexander; per Mæſam nempe aviam, ſororem Juliæ uxoris Severi. Sed non uno loco prodit hic ſcriptor, quam ſecurus de Alexandri ſtemmate, ad vitam hanc ſcribendam acceſſerit. abuſum vocis *affinitas*, ſæpe notavimus.

SALMASIUS.

2 *Quum caſu illuc die feſto Alexandri pater cum uxore patriæ ſolennitatis implendæ cauſa veniſſet.*] Palatinus & editio Med. *quum caſu illuc die feſto Alexandri cum uxore patris ſollennitatis implendæ cauſa ut veniſſet.* forte: *quum caſu illuc die feſto Alexandri cum uxore pater, ſollennitatis implendæ cauſa veniſſet.* vel *pater ejus.* & id verum eſt.

5 *Quam ille Heliogabalus ſubdititius.*] In Palatino, *ſubdititius*. Gloſſæ: ὑποβολιμαῖος, *ſubdititius.* ſic in ſuperiore vita Heliogabali, ipſum vocat *ſubdititium Antoninum.* qui locus miſere corruptus in vulgatis editionibus legebatur.

GRUTERUS.

5 *Quam ille ſubdititius.*] Antea cuſi,

Heliogâbabalus ſubdititius (ut Marius Maximus dixit in vita Severi) nobilem Orientis mulierem Severus, cujus hanc genituram eſſe compererat, ut uxor imperatoris eſſet, adhuc privatus & non magni ſatis loci, duxit uxorem. Ex qua affinitate hic Alexander fuit, cui vere per matrem ſuam conſobrinus Varius Heliogabalus fuit. Recuſavit & *Magni* nomen, [1] quod ei
6 quaſi Alexandro eſt oblatum ſenatus judicio. [2] Intereſt retexere orationem qua nomen Antonini & magni delatum ſibi à ſenatu recuſavit: quam priuſquam referam, [3] addam acclamationes ſenatus quibus id decretum eſt. [4] Ex actis urbis ad pridie nonas Martias. [5] Quum ſenatus frequens in Curiam, hoc eſt [6] in ædem Concordiæ [7] templum inauguratum, conveniſſet, [8] rogatuſque eſſet Aurelius Alexander Cæſar Auguſtus

quam ille Heliogabalus ſubdititius. ſed alteram vocem non agnoſcit Palatinus, habetque aperte, *ſubdi ivus.*

1 *Quod ei quaſi Alexandro eſt oblatum.*] Pal. abeſt illud *quod* bene; dummodo etiam tollatur *eſt.*

2 *Intereſt retexere orationem,* &c.] Pal. *relegere.*

7 *Templumque inauguratum.*] Sic & Palat. noſter. aberat prius enclitica *que*, in qua plurimum energiæ.

8 *Rogatus ut concineret.*] Non aliter Pal. & videtur vox illius ævi, accommodata eis qui voto ſuo aliorum votis ſententiiſque ſuffragabantur.

SALMASIUS.

2 *Intereſt retexere orationem.*] Vetus editio: *relegere.* perperam.

3 *Addam acclamationes ſenatus.*] *Addam etiam acclamationes ſenatus.* v. ed. Med.

4 *Ex actis urbis ad pridie nonas.*] Scribe & diſtingue: *ex actis urbis. A. D. pridie nonas quum Senatus frequens in curiam,* &c. *A. D. pridie* eſt ante diem pridie. ſic enim loquebantur. Valerius Probus de Notis: A. D. P. *Ante diem pridie.* ſic ante diem pridie nonas, eſt quod Græci dicunt, *πρὸ μιᾶς νωνῶν.*

6 *In ædem Concordiæ templum inauguratum.*] Lege, ex Palatino: *in ædem Concordiæ, templumque inauguratum.*

CASAUBONUS.

4 *Ex actis urbis ad pridie Nonas Martias.*] Scribendum, *a. d. pridie N. M.* ante diem pridie N. nam *ad* ineptum eſt.

5 *Cum ſenatus frequens in Curiam, hoc eſt, in ædem Concordiæ, templum inauguratum, conveniſſet.*] Erant Romæ Concordiæ plures ædes; ſed non omnes ædes & templa erant inaugurata: hæc in Liviæ fuit porticu. quare non abs re eſt, quod hoc obiter monet Lampridius. qui gloſſemate inquinatum cenſent hunc locum, ſi ad A. Gellium adierint, libro XIV. cap. VII. facile errorem ſuum agnoſcent. Regius, *templumque in aug.*

SALMASIUS.

8 *Rogatuſque eſſet Aurelius Alexander ut concineret, ac primo recuſaſſet.*] *Concinere* hoc loco, eſt conſentire. nec recte facit vir doctiſſimus qui mutat

in

ſtus [1] ut concineret, ac primò recuſaſſet, quod ſciret de honoribus ſuis agendum, deinde poſtea veniſſet, acclamatum: *Auguſte innocens, dii te ſervent. Alexander imperator, dii te ſervent. Dii te nobis dederunt, dii conſervent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt, dii te perpetuent. Impurum tyrannum & tu perpeſſus es,* [2] *impurum & obſcœnum* [3] *& tu videre doluiſti.* [4] *Dii illum eradicaverunt: dii te ſervent. Infamis imperator ritè damnatus. Felices nos imperio tuo, felicem rempub. Infamis unco tractus eſt* [5] *ad exemplum timoris: luxurioſus imperator jure punitus eſt. Contaminator honorum jure punitus eſt. Dii immortales Alexandro vitam:* [6] *judicia deorum hinc apparent.* Et quum egiſſet gratias A- 7
lexander, acclamatum eſt, *Antonine Alexander, dii te ſervent. Antonine Aureli, dii te ſervent. Antonine Pie, dii te ſervent. Antonini nomen ſuſcipias rogamus. Præſta bonis imperatoribus ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorum tu purifica. Quod ille infamavit, tu purifica. Redde in integrum nomen Antoninorum. Sanguis Antoninorum ſe cognoſcat. Injuriam Marci tu vindica. Injuriam Veri tu vindica.* [7] *Injuriam Baſſiani tu vindica.*

in *conveniret.* ſic infrà *concinentia ſigna*, ſunt concordantia & convenientia. ita & Græcis *συνᾴδειν* pro conſentire & convenire cum aliquo.

CASAUBONUS.

1 *Ut concineret.*] Scribe, *conveniret.* tamen in membranis *concineret.* æque mendosè.

3 *Et tu videre doluiſti.*] Non malè quidam libri, *vivere dol.*

6 *Judicia deorum hinc apparent.*] Stratonici vox eſt, cum trabis caſu homo ſceleratus periiſſet: Ἄνδρες, δοκῶ, θεοὶ εἰσί· εἰ δὲ μὴ εἰσί, δοκῶ θεοὶ εἰσί. quod in octavo libro Athenæi expoſuimus. Tertullianus De patientia, eleganter & verè: *Deus ſua ſibi patientia detrahit: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia ſeculo iratum tamdiu neſciunt.*

GRUTERUS.

2 *Impurum & obſcœnum & tu vivere doluiſti.*] Sic quoque Pal. uterque. quod cum & aliis eſſet repertum, prætuli vulgato, *& tu videre doluiſti.*

4 *Dii illum eradicarunt. Dii te ſervent.*] Melius ambo Pall. *Dii te ſervarunt.*

5 *Ad exemplum timoris.*] Latinius fuiſſet, omiſſa voce *timoris.*

SALMASIUS.

3 *Et tu videre doluiſti.*] Eadem editio: *& tu vivere doluiſti.* quod non temere rejiciendum.

CASAUBONUS.

7 *Injuriam Baſſiani tu vindica.*] Baſſianum igitur ſenatus amavit, & ejus injurias vindicatum ivit? nequaquam. in Macrino relatæ ſunt acclamationes graviſſimæ in mortuum parri-

dica. Pejor Commodo ſolus Heliogabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec civis, nec ſenator, nec nobilis, nec Romanus. [1] *In te ſalus, in te vita, ut vivere delectet:* [2] *Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet, & Antoninus vocetur. Antoninorum templa Antoninus dedicet. Parthos & Perſas Antoninus vincat. Sacrum nomen ſacratus accipiat. Sacrum nomen caſtus accipiat.* [3] *Antonini nomen. Antoninorum nomen. Dii conſervent.* [4] *In*
8 *te omnia, per te omnia Antonine habemus.* Et poſt acclama-

particidam à ſenatu habitæ. ſed gratificatur ſenatus Alexandro qui Baſſiani memoriam colebat: qui etiam paullo poſt ejus fortitudinem prædicat.

SALMASIUS.

1 *In te ſalus, in te vita ut vivere delectet: Antoninorum Alexandro vitam.*] Diſtingue: *in te ſalus, in te vita. ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam: ut vivere delectet & Antoninus vocetur.*

2 *Antonini nomen. Antoninorum nomen Dii conſervent.*] Heic aliquid videbatur deeſſe, quod nobis confirmavit Palatinus in quo ſic legitur: *Sacrum nomen ſacratus accipiat. ſacrum nomen caſtus accipiat. Antonini nomen ut cognoſcant. Antoninorum nomen Dii conſervent.* nec dubitari poteſt, quin ita ſuppleri reponique debeat.

GRUTERUS.

1 *In te ſalus, in te te vita ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam. ut vivere delectet, & Antoninus vocetur.*] Retinui lectionem vulgatam, ſed eam feci meliorem alia interpunctione. antea enim erat: *vita, ut vivere delectet: Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet,* &c.

CASAUBONUS.

2 *Antoninorum Alexandro vitam, v.*] Scribe ſic hanc periodum: *Antonino Alexandro vitam: ut vivere delectet, Antoninus vocetur,* aut ſi mavis, *vocator.*

3 *Antonini nomen, Antoninorum nomen. Dii conſervent.*] Totam hanc & ſequentem periodum ex libro Puteani emendavimus, cum ineptè ſcriberetur in aliis ſed malè notatæ ſunt majores pro minoribus diſtinctionibus.

4 *In te omnia, per te omnia Antonine habemus.*] Sic recte ſimiles acclamationes ante vidimus: ubi afferebamus ex Dione, τοῦτον ἔχοντες πάντα ἔχομεν. alluſum ad proverbium Græcorum, εἶναι τινὶ πάντα τινί.

SALMASIUS.

4 *In te omnia, per te omnia Antonine habemus.*] Erit ſimile illi quod apud Dionem legitur, ut jam obſervarunt eruditiſſimi viri: τοῦτον ἔχοντες πάντα ἔχομεν. ſed aliam præfert lectionem codex Palatinus, nempe iſtam: *in te omnia per te omne Antonine habeas.* quam & vetus editio retinuit Mediolanenſis. diſtinguendum videtur: *in te omnia, per te omne. Antonine habeas. habeas* autem pro *aveas.* ἐν σοὶ πάντα, διὰ σοῦ τὸ πᾶν. Ἀντωνῖνε χαίρεις. in vita Claudii: *Claudi dux fortiſſime habeas. virtutibus tuis, devotioni tuæ.* ibidem: *vivas Valerie, ameris à Principe. habere* autem pro *avere* paſſim ſcribebant. Martialis lib. XI. epigrammate CVII.

Albi Maxime, ſi vacas habere,
Hoc tantum lege, namque & occupatus,
Et non es nimium laborioſus.
Tranſis hos quoque quattuor? ſapiſti.

ſic enim illius epigrammatis primus ver-

clamationes Aurelius Alexander Cæſar Auguſtus: *Gratias vobis P.C. non nunc primum, ſed & de Cæſareo nomine, & de vita ſervata & Auguſti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia poteſtate, & proconſulari imperio: quæ omnia novo exemplo uno die in me contuliſtis.* Et quum diceret, acclamatum: *Hæc ſuſcepiſti, [2] Antonini nomen ſuſcipi mereatur, ſenatus Antonini mereatur. Antonine Auguſte dii te ſervent, dii te Antoninum conſervent: monetæ nomen Antonini reddatur. Templa Antoninorum Antoninus conſecret.* Aurelius Alexander Auguſtus: *Ne quæſo P. C. [3] ne me ad hanc certaminis neceſſitatem vocetis, ut ego cogar tanto nomini ſatisfacere, [4] quum etiam hoc ipſum nomen, licet peregrinum, tamen gravare videatur. Hæc enim nomina inſignia oneroſa ſunt. Quis enim Ciceronem diceret mutum? quis indoctum Varronem? [5] quis impium Metellum? Et (ut hoc dii avertant) [6] quis non æquantem nomina*

Verſiculus legendus ex veteribus membranis. *ſi vacas habere*, hoc eſt ſi tibi vacat ſalutari. *habere* pro *avere*. quod autem ad ipſam rem attinet, idem prorſus genus acclamationis habes in hac eadem vita: *Cæſar noſter, Auguſtus noſter, imperator noſter. dii te ſervent. vincas, valeas, multis annis imperes.*

CASAUBONUS.

1 *Quæ omnia novo exemplo uno die in me contuliſtis.*] Jam diximus hoc non exacte verum eſſe. ſed Alexandro facile ignoſcimus: cujus intererat, beneficium ſenatus quàm maxime attollere. adde quod per ætatem juvenis, Syrus præſertim, & in literis Latinis hoſpes, ſi Pertinacis hiſtoriam ignoravit, invidia nulla. Lampridium qui res Pertinacis in literas miſerat non excuſo.

2 *Antonini nomen ſuſcipi mereatur.*] Scribe, *Antonini nomen tu ſuſcipe: mereatur ſenatus: mereantur Antonini.* ita liber Puteani.

3 *Ne me ad hanc certaminis neceſſitatem vocetis.*] Dele vocem *certaminis.* auctoribus ſcriptis omnibus.

4 *Cum etiam hoc ipſum nomen, licet peregrinum, tamen gravare videatur.*] Alexandri nomen intelligit, quod ſibi ait eſſe oneri: ſic paullo poſt, *gravari me credo.*

5 *Quis impium Metellum?*] Alludit ad Q. Cæcilium Metellum Numidici F. qui Pii cognomen invenit, quod patrem ſuum ab exilio lachrymis & precibus aſſiduis revocaſſet.

GRUTERUS.

2 *Antonini nomen tu ſuſcipe: mereatur Senatus; Antonini mereantur.*] Eſt à Puteani libro. neque aliter conjicit Lipſius noſter Epiſt. XVIII. centuria Miſcellanea. prius vulgabatur alia diſtinctione: *nomen ſuſcipi mereatur, Senatus Antonini mereatur*, quomodo & Palatinus, niſi quod is, *Antonini mereantur.*

CASAUBONUS.

6 *Quis non æquantem nomina ferat digerentem in clariſſimam ſpem dignitatum.*] Hæc corruptiſſima ſunt etiam in ſcriptis

mina ferat digerentem in clariſsimam ſpem dignitatum?
9 Item acclamata quæ ſupra. Item imperator dixit, *Antoninorum nomen vel jam numen potius, quale fuerit meminit veſtra clementia: ſi pietatem, quid Pio ſanctius? ſi doctrinam, quid Marco prudentius? ſi innocentiam, quid Vero ſimplicius? ſi fortitudinem, quid Baſsiano fortius?* [1] *Nam nunc Commodi meminiſſe nolo qui hoc ipſo deterior fuit quod cùm illis moribus Antonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus habuit, nec ætatem,* [2] *& arte hoc patris nomen incurrit.* Item acclamatum ut ſupra. Item imperator dixit, *Nuper certè P. meminiſtis, quum* [3] *ille omnium non ſolum bipedum, ſed etiam quadrupedum ſpurciſsimus, Antonini nomen præ-*

ptis manu. emendatio in qua requieſcam penitus nondum occurrit. erit tamen commoda ſententia ſi ſcribas: *quis non æquantem nomina ferat, inſerentem ſe in clariſsimam ſpeciem dignitatum?* vel ſic potius: *inſerentem ſe in clariſsimam ſtirpem indigniter?* alii ſic: *degentem in clariſsima ſpecie dignitatum?*

GRUTERUS.

6 *Quis non æquantem nomina ferat digerentem in clariſsima ſpecie dignitatum.*] Sequutus ſum Pal. codicem, ſententia aperta; quæ erit apertior, ſi detracta ſyllaba à voce *digerentem*, fiat, *degente.*

SALMASIUS.

6 *Quis non æquantem nomina ferat, digerentem in clariſſimam ſpem dignitatum.*] Faciam, quod ſemper in locis deſperatis facere conſuevi: proponam heic veterem ſcripturam, ut qui acumine ingenii pollent, ad veram lectionem eruendam inde excitentur. ſic igitur Pal. à quo non multum abit diverſa vetus editio: *quis non æquiantem nomina ferat, digerentem in clariſsima ſpecie dignitatum?* ponam & meam conjecturam, ea tamen conditione, ut per illam non liceat ingenioſis eſſe negligentibus, ſi quid forte melius excogitare poterunt. ita igitur hunc locum conſtituebam ex conjectura: *quis non æquantem nomina, ferat digerentem clariſsimas ſpecies dignitatum?* quis, inquit, ferat digerentem tot honorificas appellationes, & clariſſimas dignitatum ſpecies, magnificis illis nominibus imparem? fuit & quum legerem: *quis non æquantem nomina ferat, ac indigne gerentem clariſsimas ſpecies dignitatum?* quod nec nunc mihi diſplicet.

1 *Nam nunc Commodi meminiſſe nolo, qui hoc ipſo deterior fuit.*] Neſcio quid ſibi velit editio vetus quæ hanc periodum ſic concipit: *nam nunc Commodi meminiſſe nolo. ſed hoc ipſe deterior ſe fuit, quod cum illis moribus nomen Antonini obtinuit*: nihil aliud enim niſi mendoſam videri pronuntiare licet.

2 *Et arte hoc patris nomen incurret.*] *Et arte patris hoc nomen incurrit.*

CASAUBONUS.

3 *Ille omnium non ſolum bipedum, ſed etiam quadrupedum ſpurciſsimus.*] Infra Alexander idem de Alagabalo: *neque enim ſub nobis facienda ſunt, quæ ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt.* & iterum, *Terras neglectas ab impura illa bellua recepimus.* & in vita Maximini, *Ad me confugit, qui ſub impura illa bellua militare non potuit.*

1 *Et per*

præferret, & in turpitudine atque luxuria Nerones, Vitellios, & Commodos vinceret, qui gemitus omnium fuerint, quum per populi & honeſtorum coronas una vox eſſet, hunc non rite Antoninum dici,[1] *& per hanc peſtem tantum violari nomen*: & quum diceret, acclamatum eſt, *Dii mala prohibeant. Hæc te imperante non timemus, de his te duce ſecuri ſumus. Viciſti vitia, viciſti crimina, viciſti dedecora. Antonini nomen ornaviſti: certi ſumus, bene præſuminus, nos te & à pueritia probavimus & nunc probamus.* Item imperator: *Neque ego P. C. idcirco timeo iſtud venerabile omnibus nomen accipere, quod verear ne in hac vitia delabatur vita,* [2] *aut quod nominis pudeat: ſed primum diſplicet al[ie]næ familiæ nomen aſſumere, deinde quod gravari me credo.* Et quum hæc diceret, acclamatum eſt ut ſupra. [3] Item dixit, *Si enim Antonini nomen accipio, poſſum & Trajani, poſſum & Titi, poſſum & Veſpaſiani*: & quum diceret, acclamatum eſt, *Quomodo Auguſtus ſic & Antoninus.* Tunc imperator, [4] *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis addendum. Auguſtus primus, primus eſt auctor imperii, & in ejus nomen omnes velut quadam adoptione, aut jure hereditario ſuccedimus. Antonini ipſi Auguſti dicti ſunt. Antoninus idem Pius Marcum & item Verum jure adoptionis vocavit: Commodo autem hereditarium fuit, ſuſceptum Diadumeno, affectatum in Baſſiano, ridiculum in Aurelio* Et quum diceret, acclamatum eſt, *Alexander Auguſte,* [5] *dii te ſervent. verecundiæ tuæ, prudentiæ tuæ,*

SALMASIUS.

1 *Et per hanc peſtem tantum violari nomen.*] In Palatino: *tactum.* legendum: *ſanctum: & per hanc peſtem ſanctum violari nomen.*

2 *Aut quod nominis pudeat.*] V. ed. *aut nominis pudeat.*

3 *Item dixit ſi enim Antonini nomen accipio.*] *Si Antonini nomen accipio.* v. ed.

4 *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis addendum.*] *Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis nomen addendum.* ita legendum ex veteribus excerptis Spartiani, & Mediolanenſi editione.

GRUTERUS.

5 *Dii te ſervent. verecundiæ tuæ,* &c.] Pal. uterque, *ſervent ſi verecundiæ,* &c. cui & optimus ſenſus, ſed paullò obſcurior.

CASAUBONUS.

5 *Dii te ſervent verecundiæ tuæ, p.*] Diſtin-

tuæ, innocentiæ tuæ, caſtitati tuæ. hinc intelligimus qualis futurus ſis: hinc probamus. Tu facies ut ſenatus bene principes eligat. tu facies optimum eſſe judicium ſenatus. Alexander Auguſte, dii te ſervent. Templa Antoninorum Alexander Auguſtus dedicet. Cæſar noſter, Auguſtus noſter, imperator noſter, dii te ſervent. Vincas, valeas, multis annis imperes. Alexander imperator dixit, *Intelligo P C me obtinuiſſe quod volui,* [1] *& id acceptum refero,* [2] *plurimas gratias & agens & habens, eniſurus ut & hoc nomen quod in imperium detulimus,* [3] *tale ſit ut ab aliis deſideretur,* [4] *& bonis veſtræ pietatis judiciis offeratur.* Poſt hæc acclamatum eſt, *Magne Alexander, dii te ſervent. Si Antonini nomen repudiaſti, Magni prænomen ſuſcipe. Magne Alexander, dii te ſervent.* Et quum ſæpius dicerent, Alexander Auguſtus ait, *Facilius fuit P. C. ut Antoninorum nomen acciperem: aliquid enim vel affinitati deferrem, vel conſortio nominis imperialis.* MAGNI *verò nomen cur accipitur? quid enim jam magnum feci? quum id Alexander poſt magna geſta, Pompejus verò poſt magnos triumphos acceperit. Quieſcite igitur, venerandi patres, & vos ipſi magnifici* [5] *unum me de vobis eſſe cenſete potius quàm Magni nomen*

Diſtinguendum, *Alexander Auguſte, dii te ſervent. verecundiæ tuæ, pr.* &c. expoſuimus ad Vulcatii Gallicani Avidium Caſſium.

GRUTERUS.

1 *Et id acceptum refero.*] Palatinus, *& in acceptum refero.* non male, immo nihilo pejus ſcriptura altera, ſi non melius.

2 *Plurimas gratias & agens & habens.*] Pal. excluſit illud *gratias.* & vero ſimile eſt eſſe à manu aliena: jam enim centies ſupra, hæc talia ſubaudita ſunt.

3 *Tale ſit, ut & ab aliis deſideretur.*] Sic Pal nam illud & malè vulgatis excludebatur.

CASAUBONUS.

3 *Tale ſit ut ab aliis deſideretur.*] Quod tamen non accidit: nam poſt Alexandrum hunc, nemo è Romanis principibus nomen Alexandri aſſumſit. quanquam merebatur optimi juvenis virtus, ut ejus nomen conſecraretur non minus quam vel Cæſaris, vel Auguſti.

4 *Et bonis veſtræ pietatis judiciis offeratur.*] Scribe cum libro Puteani, *affectetur.* nos ſcribebamus, *efferatur.*

SALMASIUS.

5 *Unum me de vobis eſſe cenſete potius quam magni nomen ingerite.*] Deeſt *potius* veteri editioni. & ita ſæpius deſideratur apud antiquos ſcriptores, quam

men ingerite. Poſt hæc acclamatum eſt, *Aureli Alexan-
der Auguſte, dii te ſervent.* & reliqua ex more. Di- 12
miſſo ſenatu, quum & alia multa eo die eſſent acta,
quaſi triumphans domum ſe recepit. [1] Multo clarior
viſus eſt alienis nominibus non receptis quam ſi rece-
piſſet, atque ex eo conſtantiæ ac plenæ gravitatis fa-
mam obtinuit. [2] Siquidem uni adoleſcenti ſenatus to-
tus perſuadere non potuit: ſed quamvis ſenatu rogante
non potuerit perſuaderi ut vel Antonini vel Magni
nomina ſuſciperet, tamen ob ingentem vigorem animi
& mirandam ſingularemque conſtantiam contra mili-
tum inſolentiam, SEVERI nomen à militibus eidem
inditum eſt, quod illi ingentem in præſentia reveren-
tiam, magnam apud poſteros gloriam peperit, [3] quum
eo acceſſiſſet ut de animi virtute nomen acceperit:
[4] ſi quidem ſolus inventus ſit qui tumultuantes legio-
nes exautoraverit, ut ſuo loco oſtendetur: in milites
autem [5] graviſſime animadvertit, [6] qui forte incurrè-
runt

quam exprimitur, & id Græcorum more.

CASAUBONUS.

1 *Multo clarior viſus eſt, alienis nominibus non r.*] Malim mutata diſtinctione ſcribi, *quaſi triumphans domum ſe recepit: multo clarior viſus, alienis nominibus non receptis, quam ſi recepiſſet.*

3 *Cum eò acceſſiſſet, ut de animi virtute nomen acceperit.*] Scribe, *acciperet.*

4 *Siquidem ſolus inventus ſit, qui tumultuantes legiones exauctoraverit.*] Quomodo ſolus? cum & Julium Cæſarem, & alios ſæpius legiones integras exauctoraſſe certiſſimum ſit? an ita loquitur, quod alii principes parcius hoc remedio uſi? nam ſcribit infra, *Severitatis tantæ fuit in milites, ut ſæpe legiones integras exauctoraverit* QUIRITES *appellans.* non igitur ſolus hoc auſus eſt Alexander: ſed ſolus ſæpe. niſi hoc eſt, *ἀνιστορησίας* aut *σφάλματος μνημονικοῦ* auctorem compertum tenemus.

SALMASIUS.

2 *Siquidem uni adoleſcenti ſenatus totus perſuadere non potuit.*] Palatinus liber cum prima editione: *ſiquidem uni vel adoleſcenti potius ſenatus totus perſuadere non poſuit.*

4 *Siquidem ſolus inventus ſit qui tumultuantes legiones exauctoraverit.*] Quærunt quomodo ſolus, cum certum ſit Julium Cæſarem & alios hac ſeveritate legiones exauctorandi ſæpius uſos eſſe. ſed facilis reſponſio. Cæſar enim cum legiones exauctoravit, nondum erat dictator perpetuus vel imperator ad eam formam qua ſequentes imperatores fuere. Alexandrum igitur ſolum ex omni memoria tumultuantes legiones exauctoraviſſe jam conſtituta illa reip. forma cujus penes unum poteſtas & ſummum imperium fuit. non igitur id adſcribendum vitio auctoris memoriæ.

GRUTERUS.

5 *Graviſſimè animadverterit.*] Ita

runt aliquid quod videretur injuſtum, ut & ipſum lo-
13 cis ſuis declarabimus. Omina imperii hæc habuit: Primùm, quod ea die natus eſt qua defunctus vita Magnus Alexander dicitur: deinde, quod in templo ejus mater enixa eſt: tertio, quod ipſius nomen accepit. tum præterea quod [1] ovum purpurei coloris, eadem die natum qua ille natus eſt, palumbinum, anicula quædam matri ejus obtulit: ex quo quidem aruſpices dixerunt imperatorem quidem illum, ſed non diu futurum, & cito ad imperium perventurum. Tum præterea quod [2] tabula Trajani imperatoris, [3] quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum ejus decidit. His acceſſit quod nutrix ei Olympias

ſcribi oportuit, fide Palatini codicis. nam pendet iſtud à ſuperiori, *exauctoraris*.

SALMASIUS.

6 *Qui forte incurrerunt aliquid quod videretur injuſtum.*] *Incurrere aliquid*, eſt committere. unde *crimina quotidianæ incurſionis* Tertulliano, quæ quotidie committuntur, & levioris abollæ crimina.

CASAUBONUS.

1 *Ovum purpurei coloris.*] Vide in Antonini Getæ vita, & Diadumeni.

2 *Tabula Trajani imperatoris.*] Imperator Trajanus in tabula pictus.

3 *Quæ geniali lecto patris imminebat.*] Neque *patris* hîc nomen convenit, neque *matris*, quod viſum doctis. ſine dubio legendum, *parentis*: αὐτῆς τεκούσης. ipſe explicat.

SALMASIUS.

3 *Quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum ejus decidit.*] Hæc σύστασιν non habent nec ſibi poſſunt conſtare. mater Alexandri ipſum in templo per caſum, cum illuc forte ſollemnitatis cauſa veniſſet, peperit. tabula autem Imperatoris Trajani, lecto geniali patris imminebat quæ in lectum ejus decidiſſe dicitur. hæc ratione prorſus carent. ſed nec vitio carere produnt libri ſcripti, in quibus ſic habetur: *Tum præterea quod tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto patris imminebat, dum ille in templo pareret, in lectum ejus decidit.* omnino ſcribendum: *tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto matris imminebat, dum illa in templo pareret, in lectum ejus decidit.* hæc enim ad matrem ſolam pertinent quæ dum in templo Alexandrum pareret, tabula Trajani quæ lecto ejus geniali imminebat, in lectum decidit, eadem illa ipſa hora, qua in templo pariebat.

GRUTERUS.

3 *Quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret.*] Pal. integer, *dum ille in templo pareret*; ut videatur legendum, *dum illum in templo.* illud *patris* notat fuiſſe lectum genialem domi paternæ. & nihilominus voce ea deleta, nihil deceſſerit ſententiæ. Ceterum non poſſum non monere, Palatinum alterum in quo ſunt excerpta, tantum nobis exhibere *quæ geniali patris imminebat*: adeo ut & heic videri poſſit *lecto* natum à gloſſa.

1 *Alii*

pias data eſt, quo nomine mater Alexandri appellata eſt. Nutritor Philippus provenit caſu unus ex ruſticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis ejus toto die apud Arcam Cæſaream ſtella primæ magnitudinis viſa, & ſol circa domum patris ejus fulgido ambitu coronatus. Quum ejus natalem aruſpices commendarent, dixerunt eum ſummam rerum tenturum; idcirco quod hoſtiæ de ea villa quæ eſſet Severi imperatoris, adductæ eſſent & quas in illius honorem coloni paraſſent. Nata in domo laurus juxta perſici arborem, intra unum annum perſici arborem vicit. Unde etiam conjectores dixerunt, Perſas ab eo eſſe vincendos. Mater ejus pridie quam pareret, 14
ſomniavit ſe purpureum dracunculum parere. Pater eadem nocte in ſomniis vidit [1] alis ſe Romanæ Victoriæ, quæ in ſenatu, ad cælum vehi. Ipſe, quum vatem conſuleret de futuris, hos accepiſſe dicitur verſus adhuc parvulus: [2] & primis quidem ſortibus,

[3] *Te manet imperium cæli terraque mariſque:*

[4] Intellectum eſt, quod inter divos etiam referretur.

Te manet imperium, quod tenet imperium:

Ex quo intellectum eſt, Romani illum imperii principem

CASAUBONUS.

1 *Alis ſe Romanæ Victoriæ quæ in ſenatu.*] In penetrali Curiæ parte Victoria erat. Herodianus lib. v. ἐκέλευσεν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ συγκλήτου τόπῳ ὑψηλοτάτῳ τὴν εἰκόνα ἀνατεθῆναι, ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος τῆς Νίκης. hujus Victoriæ frequens mentio.

3 *Te manet imperium cæli terraque mariſque.*] Hæc Græce edita, in hæc fortaſſe verba:

Γῆς ἀρχή σε μένει καὶ ὀλύμπου ἠδὲ θαλάσσης·
Ἠδ᾽ ἀρχῆς σε μένει πασῶν ... αἰὲν κράτος.

Vel hoc modo:

Γαιάων, ὑγρῶν τε καὶ οὐρανοῦ ἔσσεαι ἄρχων·
Ἠδὲ μένει σε κράτος πάντων ὕπερθε κράτους.

4 *Intellectum eſt.*] Ex voce *cæli*.

SALMASIUS.

2 *Et primis quidem ſortibus.*] Omnes libri uno conſenſu: *& primum quidem ſortibus.* quæ omnino vera eſt lectio. hac conſtitutione, & primum quidem ſortibus, nempe quæ ſequuntur, *Te manet imperium*, &c. intellectum eſt quod inter divos referretur.

GRVTERVS.

3 *Te manet imperium cæli terraque mariſque.*] Malim abeſſe vocem ultimam; certe non comparere in alterutro Palatino, id vero teſtor.

pem futurum. [1] Nam ubi eſt imperium niſi apud Romanos, quod tenet imperium? Et hæc quidem de Græcis verſibus ſunt prodita. Ipſe autem quum parentis hortatu animum [2] à philoſophia [3] & muſica ad alias artes traduceret, Vergilii ſortibus hujuſmodi illuſtratus eſt,

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſas melius, cœlique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera ducent:
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Fuerunt multa alia ſigna quibus principem humani generis eſſe conſtaret. [4] Nimius ardor oculorum & diutius intuentibus gravis, & divinatio mentis frequentiſſima: [5] rerum memoria ſingularis, [6] quam nemo

CASAUBONUS.

1 *Nam ubi eſt imperium, niſi apud Romanos, quod tenet imperium?*] Trajectio eſt: erat enim ita planius: *Nam ubi eſt, niſi apud Romanos, imperium quod tenet imperium?* ſic autem verſum eſt duriuſculè, quod felicius Græcè dictum fuerat, ut opinor, κρείττων ἐστὶν ἡ πάντων κρείττων.

2 *A philoſophia & muſica ad alias artes traduceret.*] Membranæ, *ad philoſophiam & muſicam, aliaſque artes tr.* poteſt ferri utravis lectio: ſed vulgata magis arridet.

4 *Nimius ardor oculorum, & diutius intuentibus gravis.*] Lege Suetonium Tranquillum in Auguſto, capite LXXIX.

5 *Rerum memoria ſingularis, quam nemo niſi Acholius ferebat adjutam.*] In regio lacuna eſt pro illis, *niſi Acholius.* Neſcio quid hic legerint viri docti, qui Acholium hunc Alexandri præceptorem fuiſſe hinc colligunt: quod falſum eſt: fuit enim tempore multo junior, magiſter admiſſionum Valeriani principis: ediderat que ACTORUM libros plures: nam in Aureliano Vopiſcus librum nonum laudat. hunc virum in rebus Alexandri exponendis diverſa ab aliis ſæpe tradidiſſe, & alibi notat Lampridius in hac vita. Legebam hic, *quam nemo, niſi Acholius, ſcribat adjutam.* ſed obſervavi idem loquendi genus & alibi uſurpatum Lampridio: ut paullo poſt: *Referebat Encolpius, quo ille familiariſſimo uſus eſt, illum, &c.* Quare videamus an & hic poſſit excuſari verbum *ferebat* vel *referebat.*

GRUTERUS.

3 *Et muſica ad alias artes traduceret, &c.*] Palat. *& muſica quæ alias artes traduceretur.*

SALMASIUS.

6 *Quam nemo niſi Acholius ferebat adjutam.*] Palatinus heic neſcio quid turbat, dum legit: *quam nemo nico acholius ferebat adjutam.* quam lectionem etiam vetus editio retinuit. niſi rectum ſit quod editum eſt, quid rectum

mo niſi Acholius ferebat adjutam. [1] Et quum puer ad imperium perveniſſet, fecit cuncta cum matre ut & illa videretur pariter imperare, mulier ſancta, ſed avara & auri atque argenti cupida. [2] Ubi ergo Auguſtus agere cœpit imperium, primum [3] removit judices omnes à Rep. & à miniſteriis atque muneribus quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpiſſimo provexerat: deinde ſenatum & equeſtrem ordinem purgavit. Ipſas deinde tribus, & eos qui militaribus nituntur prærogativis, purgavit, & Palatium ſuum comitatumque omnem, abjectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus; nec quemquam paſſus eſt eſſe in palatinis niſi neceſſarium hominem. [4] Jurejurando

ctum ſit, divinare non poſſum. *ferebat* non mutandum in *ſcribebat*. nam poſitum eſt pro memorabat, narrabat, & referebat. ſic *anteferre* ſupra pro ante dicere. & *antelata* pro præmiſſa, & ante dicta.

CASAUBONUS.

1 *Et cum puer ad imperium perv.*] Tò *&* initio periodi otioſum eſt, & melius abſit.

3 *Removit judices omnes.*] Id eſt, magiſtratus aut procuratores. ſic ſemper inferius.

4 *Jurejurando deinde adſtrinxit.*] Deeſt, *ſe*, ante verbum *adſtrinxit*. reponendum ex libro Puteani.

SALMASIUS.

2 *Ubi ergo Auguſtus agere cœpit imperium.*] Manifeſto ſcribendum ex conjectura quidem primum noſtra, mox libro ſcripto, & principe editione confirmata: *ubi ergo Auguſtum agere cœpit imperium.* ſic ſupra *anguſtum nomen*: & alibi, *anguſtus locus*: & *princeps locus*.

4 *Jurejurando deinde conſtrinxit ne quem aſcriptum id eſt vacantivum.*] Audio quidem eruditiſſimos viros corrigentes, *id eſt vacantem.* ſed magis audio veterem ſcripturam, ex qua legendum colligo: *id eſt vacantivum.* nam illa habet, *vagantivum. vacantivum* autem idem eſt quod vacans. illa enim forma gaudebant tunc temporis. ſic *abſentivus* Petronio: *ne vobis diu abſentivus eſſem.* ſic *jacentivæ arbores* in veteribus legibus, niſi fallor, Longobardorum. Syneſius epiſtola quadam: τελοῦσιν εἰς βακαντίβους, αὐτὴν γάρ με μικρὸν ὑποβαρβαρίσαι σοι δεῖ. ἵνα δὴ συνηθεστέρᾳ τῇ πολιτείᾳ φωνῇ τὴν ἐκείνων κακίαν ἐμφαντικώτερον παραστήσαιμι, (οὗτοι καθέδραν μὴ ἀποδεδειγμένην ἔχειν οὐ βούλονται), οἵ γε τὴν οὐσίαν ἀπολελοίπασιν, οὐ κατὰ συμφορὰν, ἀλλὰ αὐθαίρετοι μετανάσται γενόμενοι. in diverſa ille quidem re *vacantivorum* nomen poſuit, ſed ex qua facile poſſit intelligi quam vim habeat, etiam in reliquis, ut in iſta cui magis hæc vox propria eſt. nam inde mutuatus eſt Syneſius hanc συνηθεστέραν τῇ πολιτείᾳ φωνὴν, ut quod vellet, expreſſius demonſtraret.

GRUTERUS.

4 *Jurejurando deinde ſe adſtrinxit.*] Pronomen *ſe* reſtabat in Pal. & Puteani codice. aberat autem prius vulgatis.

jurando deinde conſtrinxit [1] ne quem aſcriptum, id eſt vacantium haberet, ne annonis Remp. gravaret, [2] dicens, [3] malum pupillum eſſe imperatorem qui ex viſceribus

1 *Ne quem adſcriptum, id eſt vacantium.*] Pal. *id eſt vagantivum.* recte. nam *vacantivum* uſurpari pro *vacante*, mox nobis oſtendet in Gloſſario ſuo ex Suida, Syneſio ac Prodromo, noſtrarum artium Senator non ultimi ſubſellii Joannes Meurſius.

CASAUBONUS.

1 *Ne quem adſcriptum, id eſt, vacantium haberet.*] Scribe. *adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet.* Trebellius Pollio de Baliſta tyranno: *Eſt epiſtola Valeriani qua gratias Baliſtæ agit: gaudens, quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet, & tribunum nullum ſtipatorem, qui non vere pugnaret.* Cave confundas adſcriptitios iſtos, cum iis quorum fit multa mentio in Codice & Novellis: nam illi agricolæ erant, & miſeræ quidem conditionis, qui cenſitis & colonis conjunguntur. illi de quibus Lampridius & Trebellius, ſupernumerarii quidam milites fuerunt, ad commoda ſolum participanda in numeros relati. Inventum eſt Claudii principis: de quo Tranquillus, capite xxv. *Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur* SUPRA NUMERUM: *quo abſentes & titulo tenus fungerentur.* Non diſſimiles his ſupernumerarii illi palatini, quorum meminerunt imperatores in Codice Theodoſiano, titulo De palatinis ſacrarum largitionum & rerum privatarum.

2 *Dicens malum pupillum eſſe imperatorem.*] Eſt qui legat *malum paſtorem*; eſt qui *malum villicum*: poſſis etiam, *malum publicum*: ſicuti ſupra dicebamus malum principem appellari *luem, peſtem* aut *labem*. Sed cur non retinebimus hanc ſcripturam cum omnibus antiquis codicibus? *malum pupillum* eleganter appellavit eum qui malo pupillo ſimilis bona diſſipat, & male perdit. poteſt ſane ferri hæc lectio, vel propter ætatem Alexandri, cum ad imperium venit; adoleſcens enim fuit: neque eſt vero abſimile ſolitum dicere, nolle ſe in adminiſtratione Reip. malos pupillos imitari; qui tutorum negligunt auctoritatem, & pro libidine cæca ſe gerunt. Facit huc quod initio dixit de experita ab Alexandro ſapientum conſuetudine, à quibus penderet totus. Robertus tamen à Porta non *pupillum*, ſed *tutorem* legit hîc olim. Lampridius quoque in gemino huic ejuſdem Alexandri dicto, uſus voce *diſpenſator publicus.*

SALMASIUS.

3 *Malum pupillum eſſe imperatorem.*] Cum nihil ſani ſincerique contineat hæc ſcriptura, male de illa potius explicanda quam corrigenda laborant viri docti. nam quid habet comparandum pupillus cum imperatore? hujus omnia ſunt unius in poteſtate: ille nec ſe habet. imperator remp. adminiſtrat, & diſpenſat, & ad arbitrium ſuum temperat: pupillus & bona pupilli ſub aliena tutela ſunt & curatione. nihil ſimile. nec juvat interpretationem viri doctiſſimi, quod juvenis admodum Alexander ad imperium venerit. non enim de ſe loquitur, ſed generalem ſententiam de omnibus imperatoribus pronuntiat. eadem igitur, quæ locos infinitos in his auctoribus corrupit, huic quoque loco corrumpendo videtur anſam præbuiſſe. prius enim ſcriptum fuit: *malum pop. vill. eſſe imperatorem*, id eſt, *malum populi villicum eſſe imperatorem.* quæ lectio quin vera ſit, nec dubitandum. quemadmodum, inquit, male rem domini gereret ille villicus, qui in villa cujus haberet præfecturam, multos ſervos inutiles & otioſos paſceret: ita imperator qui quaſi populi villi-

ribus provincialium homines non neceſſarios, nec reip. utiles paſceret. [2] Fures judicare juſſit in civitatibus ullis

villicus eſt, pro malo villico habendus, ſi ex viſceribus provincialium homines non neceſſarios nec reip. utiles paſcat. imperator res publicas curat & adminiſtrat, & quaſi populi procurator eſt, & villicus. Spartianus de Hadriano: *omnes publicas rationes ita complexus eſt, ut domum privatam quivis paterfamilias diligens non ſatis novit*. idem Alexander imperatorem, diſpenſatorem publicum vocabat. infra: *aurum & argentum raro cuiquam niſi militi diviſit, nefas eſſe dicens ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſuorum converteret, id quod provinciales dediſſent*. ne miremur heic populi villicum appellaſſe imperatorem, quem ibi diſpenſatorem, loco plane gemino, & pæne pari ſententia. villicum autem veteres, non de ſolo villæ præfecto uſurparunt, ſed quemvis præpoſitum, aut procuratorem, diſpenſatoremque ita vocarunt. Tibullus ærarii præfectum villicum dixit hoc epigrammate:

Villicus ærarî quondam, nunc cultor agelli.

Juvenalis villicum urbis pro præfecto, non ſatyrice, ſed vere & proprie dixit:

Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi.

in antiquis lapidibus villicus alimentorum, eſt qui alibi dicitur procurator alimentorum, VIL. AB. ALIM. id eſt, villicus ab alimentis: nam ſic procurator ab alimentis dicebatur. in alio lapide *villicus à plumbo*, pro procurator. in alio item, villicus hortorum Majanorum nominatur, quem procuratorem eorumdem Majanorum hortorum vocat aliud ſaxum. vera igitur omnino lectio quam hoc loco repoſuimus. compendioſe enim ſcriptum erat: *malum pop. villum eſſe imperatorem*. hinc pupillum fecerunt. ſic *ſetus* pro *ſenatus*, & *conlatum* pro *conſulatum*, in veteri libro ſcriptum fuiſſe animadvertimus, & alia plura.

CASAUBONUS.

1 *Homines non neceſſarios nec Reip. utiles paſceret.*] Vide in Hadriano & Pio, duobus prudentiſſimis principibus.

2 *Fures judicare juſſit in civitatibus ullis nunquam videri.*] Prorſus digna locutio quæ lectorem advertat. *juſſit nunquam videri*, dictum, pro, vetuit unquam videri. nec deſunt ſimilia exempla: ut apud Caſſiodorum lib. IV. formula XIX. *in frumentis, vino & oleo dari ſiliquaticum non jubemus.* id eſt, vetamus exigi, aut permittimus non dari. Impp. Arcad. & Honor. lege V. Quibus equorum uſus, &c. in Codice Theod. *Paſtores Valeriæ provinciæ, vel Piceni, uti equinis animalibus non jubemus.* pro vetamus. Jam, *videri judicare*, nihil aliud quam judicare. nam ſenſus eſt, vetitum lege Alexandri fuiſſe, ne ulla in civitate, furti ſemel damnati admitterentur ad jus dicendum, ſive judicandum. Erat tum moris, ut & ſententiam judicis paſſi ex repetundarum, aut ſimili crimine, & interdum exules ac relegati, ad poſtulandum ac jus dicendum etiam admitterentur. Aurelius Victor Primus de Macrino qui poſtea imperavit: *à Severo remotum etiam à miſerrimis officiis, relegatumque in Africam: ubi ut infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dediſſe, egiſſe cauſulas, declamaſſe, jus poſtremo dixiſſe.* potes ex iſtis intelligere, quo lex Alexandri iſta pertineret. Quare non aſſentimur viris eruditis, qui vocem *judicare* in hac ſententia νοθεύειν cenſebant. Nam contra, ſi quid mutandum, ſine dubio ſcribendum, *Fures judices*, vel *judiciales*. Paullo poſt ſequitur: *ſi unquam furem judicem vidiſſet, paratum habuit digitum, ut illi oculum erueret.* in Claudio, *Fures judices palam aperteque damnavit.* Erit ſenſus: lege hac juſſos fuiſſe fures judices abſtinere publico: hoc eſt locis omnibus publicis, cujuſmodi ſunt fora & balnea. Fuit hoc pœnæ genus uſitatum vetu-

ullis nunquam videri : [1] & ſi eſſent viſi, juſſit deportari per rectores provinciarum. [2] Annonam militum diligenter inſpexit; tribunos qui [3] per ſtellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna affecit. [4] Negotia & cauſas prius à ſcriniorum principibus, & doctiſſimis juriſperitis & ſibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita referri ad ſe
16 præcepit. Leges de jure populi & fiſci moderatas & infinitas ſanxit : [5] neque ullam conſtitutionem ſancivit ſine viginti juriſperitis & doctiſſimis ac ſapientibus viris, iiſdemque diſertiſſimis non minus quinquaginta : [6] ut non minus in conſilio eſſent ſententiæ quam

vetuſtiſſimis Græcis: *εἴργεσθαι ἀγορᾶς, καὶ τῶν περιρραντηρίων.* ſed & Romani Impp. in veteres Chriſtianos hac ſævierunt ratione, ut vetarent quenquam eorum videri in publico : ſicut de ſe narrant fideles Lugdunenſes in epiſtola ad fideles in Aſia. *ὥστε*, ajunt, *μὴ μόνον οἰκιῶν καὶ βαλανείων καὶ ἀγορᾶς εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινὰ αὐτοῖς ἀπειρῆσθαι, ἐν ὁποίῳ δήποτε τόπῳ.* Satis acceptum eſt nobis neque legendum, neque interpretandum aliter eſſe hunc locum.

SALMASIUS.

1 *Et ſi eſſent viſi juſſit deportari.*] *Juſſit* abeſt à veteri editione, quæ tantum habet : *& ſi eſſent viſi deportari.* forte : *& ſi eſſent, juſſit deportari.*

6 *Ut non minus in conſilio eſſent ſententiæ quam Senatuſconſultum conficerent.*] Omnes ſcripti cum veteri editione : *quam Senatuſconſultum conficeret.* aperta & plena conjectura lego : *ut non minus in conſilio eſſet ſententia, quam Senatuſconſultum conficeret. ſententia* compendioſe ſcriptum pro *ſententiarum.* hoc eſt, ut non minus ſententiarum eſſet in conſilio, quam Senatuſconſultum conficere poſſet. ſed hoc ſenſu melius fortaſſe legeretur : *ut non minus in conſilio eſſet ſententiarum, quam Senatuſconſultum cum fieret.* pro, quam quum fieret Senatuſconſultum. & hæc indubitanter vera lectio eſt. ex *cum fieret*, factum *confieret*, & mox *conficeret.*

GRUTERUS.

5 *Neque ullam conſtitutionem ſacravit ſine, &c.*] Revocavi à longo exſilio iſtud *ſacravit*, prodente ſtatum ejus innocentem utroque Palatino. occuparat locum injuſte *ſancivit*, quod vocis ibi ferri minime debebat quod & proxime præcedat.

CASAUBONUS.

2 *Annonam militum diligenter inſpexit.*] Refer ad condita militaria, de quibus ad Hadrianum. *reſpicere* proprium huic rei verbum : vide ad Avidii Caſſii vitam.

3 *Per ſtellaturas.*] Meminit Spartianus in Peſcennio Nigro.

4 *Negotia & cauſas prius à ſcriniorum principibus & doctiſſimis juriſp.*] Jungenda ſunt cum iſtis verba inferius poſita : *actibus publicis poſt multam horam operam dabat : idcirco quod & res bellicæ, & res civiles, ut ſuperius dictum eſt, per amicos tractabantur, ſed ſanctos & fideles & nunquam venales : & tractata firmabantur, niſi quid novi etiam ipſi placeret.* de ſcriniorum magiſtris alio loco diximus. *ſcriniorum principes*, ita dictum, ut ſæpe legitur *officiorum principes*, ſicut ad Marcum monebamus.

6 *Ut non minus in conſilio eſſent ſententiæ,*

[1] quam ſenatuſconſultum conficerent: & id quidem ita, ut iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur quid quiſque dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſquirendum cogitandumque priuſquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Fuit præterea illi conſuetudo, ut ſi de jure aut de negotiis tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet: ſi vero de re militari, [2] milites veteres & ſenes ac benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & caſtrorum, & omnes literatos: & maxime eos qui hiſtoriam norant: requirens quid in talibus cauſis quales in diſceptatione verſabantur, veteres imperatores vel Romani vel exterarum gentium feciſſent. [3] Referebat Encolpius, 17
quo ille familiariſſimo uſus eſt, illum ſi unquam furem judi-

tiæ, quam ſenatuſconſultum conficerent.] Poteſt abeſſe vox *ſententiæ*, temere, ut videtur, conficta ex præcedentis dictionis fine ſæpius repetito. Lego, *ut non minus in conſilio eſſent, quam quot S.C. conficerent.* vel *cum S. C. conſ.* Certum numerum ſenatorum fuiſſe deſideratum ad conficiendum S. C. docet Suetonius in Auguſto, & nos ad illum locum. ſed variatum in numero videtur: nam ex his verbis colligas, non potuiſſe fieri S. C minore ſenatorum numero, quam LXX. quod ſcimus aliter olim ſervatum. extat in Cod. Theod. lex Conſtantini, qua ſancitur, ne minus quinquaginta clariſſimi in ſenatum veniant. Sed mirum eſt, è tanto numero eorum qui Alexandro in conciliis aderant, ſolos fuiſſe XVI. ſenatores. nam ita ſcribit Herodianus: τῆς συγκλήτου βουλῆς τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους καὶ βίῳ σωφρονεστάτους, ἑκκαίδεκα ἐπιλέξαντες, συνέδρους εἶναι καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως· οὐδέ τι ἐλέγετο, ἢ ἐπράττετο, εἰ μὴ κἀκεῖνοι αὐτὸ ἐπικρίναντες, σύμψηφοι ἐγένοντο. ſed mihi hic numerus valde ſuſpectus: vide apud Suetonium de ſemeſtribus Auguſti conſiliis libro II. cap. XXXV. & confer cum Dione libro LIII. & libro LVI.

GRUTERUS.

1 *Quam Senatuſconſultum conficerent.*] Ambo Pall. *conficeret.* non male.

SALMASIUS.

2 *Milites veteres & ſenes & bene meritos.*] V. ed. *milites veteres, & ſenes bene meritos.*

CASAUBONUS.

3 *Referebat Encolpius.*] Jam notavimus peculiarem Lampridio modum loquendi: nam ità ſuperius dixit, *ferebat*, vel *referebat Acholius*. quæ cum legas, putes de iis loqui auctorem, quæ accepiſſet in communi ſermone cum Encolpio & Acholio. quod falſum eſt. ambo enim vitæ ſcriptores, ut poſtea dicturus. nec facile patiatur ratio temporum ut ulla notitia inter Lampridium & iſtos poſſet intercedere. nam à principio imperii Alexandri, ad medium principatum Conſtantini, cui hic liber à Lampr. nuncupatur, anni centum & eo plures inveniuntur.

judicem vidiſſet, [1] paratum habuiſſe digitum ut illi oculum erueret: [2] tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud ſe probatum eſſet quod fures fuiſſent. [3] Addit Septimius qui vitam ejus non mediocriter exequutus eſt, tanti ſtomachi fuiſſe Alexandrum in eos judices qui furtorum fama làboraſſent, etiamſi damnati non eſſent, ut ſi eos caſu aliquo videret, [4] commotione animi ſtomachi choleram evomeret, toto vultu inardeſcente ita ut nihil poſſet loqui. Nam quum quidam Septimius Arabinus famoſus crimine furtorum, & ſub Heliogabalo jam liberatus, inter ſenatores principem ſalutatum veniſſet, [5] exclamavit, [6] *O numina, ô Ju-*

SALMASIUS.

1 *Paratum habuiſſe digitum ut illi oculum erueret.*] Conſueta res olim in ira, in rixa digito oculum eruere. Martialis:

Sed digito fodiam qui ſuper eſt, oculum.

Lucianus Dialogo: *συμπόσιον ἢ Λαπίθαι, οὐ μὴν ἀπηγξάμην γ' ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος ὀρθοῖς τοῖς δακτύλοις τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξορύττει καὶ τὴν ῥῖνα περιστροφὺς ἀπέτραγεν.*

GRUTERUS.

2 *Tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud ſe probatum, quod fures fuiſſent.*] Ita uterque Pal. vulgati voce ampliores, *probatum eſſet, quod.*

3 *Addit Septimius, &c.*] Palatinus integer, heic interpolatus eſt, videturque initio habuiſſe, *Addit Septimius*, ut eſt in Excerptis; repoſitumque *Addit & P. Timinus.* ſed infra cap. 48. ubi iterum hujus hominis mentio, aperte occurrit *Septimius.*

6 *O Numina, ô Juppiter, ô Dii immortales.*] Minus ſana ſcriptura. quid enim differunt *Numina* à *Diis immortalibus*? habet palam Palatinus, *O Marna! ô Jupiter, &c.* ſuperſcriptumque, *id eſt fortuna.*

CASAUBONUS.

4 *Commotione animi ſtomachi choleram evomeret.*] Βαττολογία mera, *animi ſtomachi*: quare vel tollendum alterum: vel, quod malo, ſcribendum, *ſtomacho choleram evomeret.* Cholera, ut docent medici, commune ſtomachi atque inteſtinorum vitium eſt. Eadem erit ſententia & retenta voce *ſtomachi*, modo cum ſequenti dictione connectatur.

SALMASIUS.

4 *Commotione animi ſtomachi choleram evomeret.*] Ita omnes libri. diſtingue: *commotione animi, ſtomachi choleram evomeret.* nec βαττολογία eſt, ut cenſet vir doctiſſimus. ſic enim animo commovebatur ad conſpectum eorum judicum qui furtorum fama laborabant, ut ſtomachum non contineret, ſed choleram omnem ſtomacho inſidentem evomeret. at eum fefellit quod paulo ſupra ſtomachum pro animo uſurpavit: *tanti ſtomachi fuiſſe Alexandrum in eos judices, &c.* ſic in catalectis Virgilianis:

Immanem ſtomachum mihi cietis.

5 *Exclamavit, ô numina, ô Jupiter, ô Dii immortales.*] Si quærimus battologiam, heic in hac exclamatione Alexandri mera eſt: *ô numina, ô Jupiter, ô Dii immortales.* quod enim hoc genus exclamationis ab omnibus ad unum, mox ab uno ad omnes tranſire? non ita moris Græcis, quibus frequens in exclamationibus ejuſmodi hæc verba uſur-

ô Jupiter, ô dii immortales, [1] *Arabinus non ſolum vivit,*
verumetiam in ſenatum venit: fortaſſis etiam de me
ſperat: tam fatuum, tam ſtultum eſſe me judicat. Salu-
tabatur autem nomine, hoc eſt, *Ave Alexander.* [2] Siquis 18
caput flexiſſet, aut blandius aliquid dixiſſet, uti adu-
lator vel abjiciebatur, ſi loci ejus qualitas pateretur,
vel ridebatur ingenti cachinno, ſi ejus dignitas gra-
viori ſubjacere non poſſet injuriæ. Salutatus conſeſſum
obtulit omnibus ſenatoribus: atque adeo niſi honeſtos
& bonæ famæ homines ad ſalutationem non admiſit.
[4] Juſſitque [5] quemadmodum in Eleuſiniis ſacris dici-
tur,

uſurpare: *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.* & ſecundum hanc formam legebamus hoc loco; *exclamavit, ô Jupiter, ô Dii immortales,* deletis illis, *ô numina.* ſed aliter me expedivit optimus Palatinus, in quo ſcriptum legi: *ô Marna, ô Jupiter, ô Dii immortales.* ignoratio autem illius vocis, *Marna*, hunc locum corrumpi fecit. nam & vetus editio minimum abeſt quin agnoſcat illam Palatinam ſcripturam, quæ habet: *ô Maria, ô Jupiter.* *Marna* vero Deus apud Syros, cujus mentio apud Hieronymum in vita Serapionis: *glorificetur in urbe gentilium nomen Domini, & ingrediatur ſervus ejus Gazam & Marnas corruat.* Marnæ meminit idem & in epiſtola ad Lætam, & alibi. Gazæi Palæſtini hoc nomine Jovem colebant. Stephan. in ἐθνικοῖς· ἔνθεν καὶ τὸ Κρηταγενοῦς Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ. τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσιν. ita legimus illum Stephani locum qui doctiſſimis viris impoſuit, vulgo accipientibus templum Jovis à Gazæis Marnan dictum, non ipſum Jovem. in quo vehementer falſi ſunt. in illo Codice Palatino gloſſæ loco ſuperſcriptum erat, *id eſt fortuna.* Syrus igitur imperator Syrum numen invocat.

CASAUBONUS.

1 *Arabinus non ſolum vivit, verum etiam in ſenatum venit.*] Imitatur notiſſimum Ciceronis locum in Catilinariis.

2 *Si quis caput flexiſſet.*] Ut ſe incurvaret. quod ſuperbi principes paſſi ſunt, vel etiam exegerunt, ut de Valente narrat Ammianus libro XXVII.

3 *Atque adeo niſi honeſtos & bonæ famæ ho.*] Infra: *à mulieribus famoſis matrem & uxorem ſuam ſalutari vetuit.*

4 *Juſſitque quemadmodum i.*] Tota periodus hiat, nec cohæret, hoc ſimilive modo componenda: *Ad ſalutationem non admitti juſſit: & quemadmodum in ſacris Eleuſiniis dicitur,* VT NEMO INGREDIATVR NISI QVIS SE INNOCENTEM NOVIT; *ita per præconem edixit, ut nemo ſalutaret pr.*

GRUTERUS.

4 *Juſſitque (quemadmodum, &c.) per præconem edici; ut nemo ſalutaret, &c.*] Hæc eſt vera hujus loci & lectio & interpunctio, quam erui è membranis Palatinis. antea & legebatur & diſtinguebatur: *Juſſitque quemadmodum, &c. novit. Per præconem edixit, ut nemo.* perperam.

SALMASIUS.

5 *Quemadmodum in Eleuſiniis ſacris dicitur.*] Vet. editio: *in Eleuſinis ſacris.* recte. ita enim ſemper Latini *Eleuſina ſacra*, dicunt. ſic *Eleuſina inviſere* Hieronymo. ubi *Eleuſina* ſunt Eleuſinia ſacra. *Eleuſinum oppidum* Arnobio, *Eleuſina Ceres* Virgilio.

1 *Ipſe*

tur, *ut nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem novit.* Per præconem edixit ut nemo ſalutaret principem qui ſe furem eſſe noſſet, ne aliquando detectus capitali ſupplicio ſubderetur. [1] Ipſe adorari ſe vetuit, quum jam cœpiſſet Heliogabalus [2] adorari regum more Perſarum. Erat præterea hæc illius ſententia, *Solos fures* [3] *de paupertate conqueri, dum volunt ſcelera ſua vitæ tegere.* Idem addebat ſententiam de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc ſignificat, *Qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit, ſalvus erit:* [4] quæ
19 Græce talis eſt, Ο' πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὺς ἐκφεύξεται. Præfectum prætorii ſibi ex ſenatus auctoritate conſtituit. [5] præfectum urbis à ſenatu accepit, [6] alterum præfectum prætorii fecit: qui ne fieret, etiam fugerat, dicens, *Invitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Senatorem nunquam ſine omnium ſenatorum qui aderant conſilio fecit, [7] ita ut [8] per ſententias omnium crearetur,

1 *Ipſe adorari ſe vetuit.*] Melius ex Palatino legeris: *idem adorari ſe vetuit.*

CASAUBONUS.

2 *Adorari regum more Perſarum.*] Pollio de Zenobia: *adorata eſt more regum Perſarum.* res vulgo notiſſima.

3 *De paupertate conqueri.*] Regius, *paupertatis conqueri.* noto helleniſmo.

4 *Quæ Græce talis eſt,* O' πολλα κλέψας, ὀλίγα δὺς ἐκφεύξεται.] Omnia hæc neque veteres editiones agnoſcunt, neque ſunt in regio. ſed omiſſum ibi aliquid apparet.

5 *Præfectum Urbis à ſenatu accepit.*] Scribe; *è ſenatu.* diverſiſſimâ ſententiâ.

6 *Alterum præfectum prætorii fecit.*] Id eſt, non unum ſed duos habuit præf. præt. quod jam olim ſcimus fuiſſe receptum uſu. aliter longe regius, qui pro *alterum*, legit *Alexium.*

7 *Ita ut per ſententias omnium crearetur.*] Poteſt exponi, & ferri: ſed in regio eſt ſcriptum *curaretur*: quod depravatum videtur, cum eſſet prius *curreretur*, φράσις [illegible], ut in his ſcriptoribus multa. nam erat potius dicendum, *iretur*: quam vocem Petrus Faber acute conjiciebat hic reſtituendam.

GRUTERUS.

4 *Quæ Græce talis eſt:* ὁ πολλὰ, &c.] Viſuntur hæc diſerte in Palat. ſed Græca expreſſa litteris Latinis.

5 *Præfectum Urbis à Senatu accepit.*] Palatin. *ubi à Senatu.* amplector cuſtochiam Caſauboni, *urbis è Senatu.*

8 *Per ſententias omnium crearetur:*] Palat. noſter habet & illud aliorum *curaretur.*

SALMASIUS.

7 *Ita ut per ſententias omnium crearetur, teſtimonia dicerent ſummi viri.*] Mira conſpiratione veteres noſtri libri conſentiunt in illa retinenda lectione, quam etiam in Regio reperiſſe teſtatum reliquit eruditiſſimus Caſaubonus: *ita ut per ſententias omnium curaretur.* Scio quomodo ille ipſe vir eruditus hanc vocem emendandam puta-

tur, teſtimonia dicerent ſummi viri: ac ſi fefelliſſent vel teſtes [1] vel ii qui ſententias dicebant, poſtea [2] in ultimum rejicerentur locum, [3] civium condemnatione adhi-

putaverit. nihil mihi verius videtur mea conjectura, quam eruimus ex veſtigiis ſcriptæ lectionis, unica tantum littera mutata legendo: *ut per omnium ſententias guraretur. gurare* autem eſt *gyrare* vel in gyrum ire. nam ita ſcribebant, *gurare,* & *gurum,* & *goerum,* pro gyrate & gyrum. veteres Gloſſæ: *γυρόω, guro.* ſic apud Varronem, *in ſylva gurare,* ubi vulgo ſcriptum *curare,* eodem mendi genere. ſic *guris* pro gyris in vetuſto epigrammate:

Septem etiam guris tendunt certamina palmæ,

Quos cœlum cingunt cingula, ſorte pari.

per ſententias, igitur, omnium gyrare vel gurare, eſt per omnium ſententias in gyrum ire. ſupra ſimplicius dixit; *per omnium ſententias ire: & id quidem ita ut iretur per ſententias ſingulorum & ſcriberetur quid quiſque dixiſſet.*

1 *Vel ii qui ſententias dicebant.*] *Vel ſi qui ſententias dicebant.*

2 *In ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita.*] Ita concinnat hunc locum Caſaubonus: *in ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita, quaſi falſarii approbati.* multa ſunt in hac concinnatione minime concinna. quo enim illa ſpectant, *condemnatione adhibita? an ad rejectionem in ultimum locum?* atqui dicit eos condemnatos, quaſi falſarios approbatos. quis vero neſcit lege Cornelia pœnam falſi, & quaſi falſi fuiſſe deportationem? Dig. de leg. Corn. Paulus lib. v. ſent. tit. xxv. duæ heic omnino diverſæ pœnæ proponuntur adverſus falſos illos ſuffragatores, & ſenatores, qui in dicenda ſententia fefelliſſent. Alexander igitur eos ſic puniebat ut in ultimum locum civium rejiceret, interdùm etiam pœna falſi condemnabat, quaſi falſi reos approbatos, & deportabat. Hæc eſt ſententia hujus loci, nec alia poteſt eſſe. de verbis jam videndum quomodo ea conſtituenda ſint. nullam habent varietatem Palatinæ membranæ, niſi hanc perpuſillam; legunt enim: *in ultimum locum civium in condemnatione adhibita.* illud *in* compendio ſcriptum fuit, pro interdum. ita enim ſcribebant: INT. vel I. vide notas Valerii. ſic igitur totum hunc locum legendum cenſeo: *ac ſi fefelliſſent vel teſtes vel hi qui ſententias dicebant, poſtea in ultimum locum rejicerentur civium, interdum condemnatione adhibita quaſi falſi reis approbatis ſine ullius indulgentiæ propoſito.* in quibus corrigendis parum ac pæne nihil licentiæ ſumpſimus. *falſi reis approbatis* pro *falſi rei approbati* ſcripſimus, ita exigente ſententia, & latinitate. quod vero *falſarii* pro *falſi rei* repoſuit Caſaubonus ex membranis ſuis, male malas illas ſequutus eſt, & falſi reas. non eſt autem quod miremur, ſenatores heic non ſolum ſenatu motos, ſed etiam ignominia longe majore in ultimum civium locum rejectos ab Alexandro: cum ex eadem cauſa eos interdum in inſulam deportaret. nam profecto nimis inæqualis & iniqua fuiſſet hæc in pœnis imponendis Severi arbitratio, ſi ob idem crimen interdum, ne ſenatu quidem moverentur ſenatores, interdum vero publicatis bonis deportarentur. condemnationem heic vocat Lampridius deportationem in inſulam. nam hæc pœna fuit falſi convictorum.

GRVTERVS.

2 *In ultimum rejicerentur locum civium condemnatione adhibita, quaſi, &c.*] Sic diſtinxit Pal. qui tamen habebat civium. *in condemnatione adhibita, &c.*

CASAVBONVS.

3 *Civium condemnatione adhibita, quaſi falſi rei approbati.*] Quæ hæc civium *condemnatio*? an & publico judicio fuiſſe

adhibita, quaſi falſi rei approbati [1] ſine ullius indulgentiæ propoſito. Idem ſenatores nonniſi ad ſummorum in Palatio virorum ſuffragium fecit, dicens, magnum virum eſſe oportere qui faceret ſenatorem. [2] Idem libertinos nunquam in equeſtrem locum redegit, aſſerens ſeminarium ſenatorum equeſtrem locum eſſe. Moderationis tantæ fuit ut nemo unquam ab ejus latere ſubmoveretur, ut omnibus ſe blandum affabilemque præberet: ut amicos non ſolum primi ac ſecundi loci, ſed etiam inferiores ægrotantes viſeret: ut ſibi ab omnibus libere quæ ſentiebant, dici cuperet; & quum dictum eſſet, audiret; & quum audiſſet, ita ut res poſcebat emendaret atque corrigeret: [4] ſi minus bene factum eſſet aliquid, etiam ipſe convinceret, [5] idque ſine faſtu & ſine amaritudine animi, [6] conſenſum omni-

fuiſſe falſos ſuffragatores condemnari ſolitos ſignificat? non puto, imo falſum judico. ſuſpicor vocem *civium* non eſſe τῷ ποιητῷ, nec aliunde ortam quam ex repetita temere ſyllaba ultima *cum* dictionis præcedentis. nam hujus generis mendis nihil frequentius. ſed nolumus indulgere conjecturis noſtris: quare ita potius concinnemus: *in ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita, quaſi falſarii approbati.* ſumtum è membranis *falſarii* pro *falſæ rei.* ſenatores, ait, qui pro teſtimonio falſi aliquid dixiſſent, cum aliquem ſuo ſuffragio commendarent, rejiciebat in ultimum locum, non dicam ſenatorum, ſed omnino civium. hoc eſt, in ceritum tabulas referebat. humanior ſententia longe, ſi voce *civium* ſublata, de ultimo inter ſenatores loco interpreteris, ad exemplum regradationis militaris: quam in ſenatorum quoque pœnis fuiſſe uſurpatam & alia exempla teſtantur.

1 *Sine ullius indulgentiæ propoſito.*] Alius dixiſſet, *ſpe propoſita.* hoc eſt, nulla indulgentiæ ſpe facta. fortaſſe ita & Lampridius ſcripſerat.

2. *Idem libertinos nunquam in equeſtrem locum redegit.*] Hoc eſt, jure aureorum annulorum non donavit: de quo multa in libris juriſconſultorum. nam primus Juſtinianus diſcrimen hoc lege ſuſtulit.

SALMASIUS.

3 *Non ſolum primi ac ſecundi loci, ſed etiam inferiores ægrotantes videret.*] Lege: *ſed etiam inferioris ægrotantes videret.*

4 *Si minus bene factum eſſet.*] Pal. & ed. Med. *ſin minus bene factum eſſet.*

5 *Idque ſine faſtu, & ſine amaritudine animi.*] Ita correxerunt lectionem quæ in vetuſtis ſcriptis & excuſis reperitur: *idque in factum, & ſine amaritudine pectoris.*

GRUTERUS.

5 *Idque ſine faſtu & ſine amaritudine animi, conſenſum omnibus, &c.*] Locus ſcabroſus. nam Pal. *idque in factum & ſine amaritudine pectoris conſenſit omnibus.*

CASAUBONUS.

6 *Conſenſum omnibus ſemper offerret.*] Imo vero *conſeſſum,* ut paullo ante, *Salutatus conſeſſum obtulit omnibus ſenatoribus.* iterum libri initio, *Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis eſſet ei ſæpe conſeſſus.*

1 *Uxor*

omnibus ſemper offerret, præter eos quos furtorum denſior fama perſtrinxerat, de abſentibus ſemper requirens. Denique quum ei objiceret nimiam civilitatem & Mammæa mater, & [1] uxor Memmia Sulpitii conſularis viri filia, Catuli neptis, & ſæpe dicerent, [2] *Molliorem tibi poteſtatem & contemptibiliorem imperii feciſti:* ille reſpondit, *ſed ſecuriorem atque diuturniorem.* Dies denique nunquam tranſiit [3] quin aliquid manſuetum, civile, pium, faceret: [4] ſed ita ut ærarium non
everteret. Condemnationes & raras eſſe juſſit; & quæ 21
factæ fuerant, non indulſit. Vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. [5] Fœnus publicum trientarium exercuit, [6] ita ut pauperibus pleriſque ſine uſuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus: præfectis prætorio ſuis ſenatoriam addidit dignitatem, ut viri clariſſimi & eſſent & dicerentur: quod antea vel raro fuerat, [7] vel omnino non fuerat: eouſque ut ſiquis imperatorum [8] ſucceſſorem præfecto prætorii dare vellet, [9] laticlaviam eidem per

1 *Uxor Memmia Sulpitii conſularis viri filia.*] Herodianus, ἠγάγετο αὐτῷ καὶ γυναῖκα τῶν εὐπατριδῶν. & plura de hujus infelicitate. In nummis & lapidibus de hac Auguſta obſervavi nihil.

2 *Molliorem tibi poteſtatem & contemptibiliorem imperii feciſti.*] Plinius octavo epiſtolarum: *Abſit ſuperbia & aſperitas: nec timueris contemtum.* affine eſt quod ſcribit idem libro primo: *minium dominorum ipſa conſuetudine metum exoleſcere.* Capitolinus in Pio: *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit, unde plus crevit.*

4 *Sed ita ut ærarium non everteret.*] Sic mox, *cum frumenta Heliogabalus everiſſet.*

5 *Fœnus publicum trientarium exercuit.*] Vide ad Pii vitam.

6 *Ita ut pauperibus pleriſque ſine uſuris pecunias dederit.*] Tale quid inſtituerat Auguſtus, ut narrat Suet. cap. XLI.

8 *Succeſſorem præfecto prætorii dare vellet.*] Exemplum eſt in vita Commodi.

9 *Laticlaviam ei per libertum ſubmitteret.*] Scripti, *laticlavium*, pro, latum clavum.

SALMASIUS:

3 *Quin aliquid manſuetum, civile, pium faceret.*] Pal. cum excerptis Spartiani, & vet. editione: *dies denique nunquam tranſiit, quando non aliquid manſuetum, civile, pium fecit.*

7 *Vel omnino non fuerat.*] Excerpta Spartiani, & Pal. *vel omnino non diu non fuerat.*

GRUTERUS.

9 *Laticlaviam eidem per libertum ſubmitteret.*] Sic uterque Palat. neque mutandum. ſubintelligit enim, vel togam, vel veſtem more illo ſollemni ſcribendi, de quo jam pluries diximus.

1 *Mili-*

per libertum ſubmitteret, ut in multorum vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco ſenatores eſſe voluit præfectos prætorii, nequis non ſenator de Romano ſenatore judicaret. [1] Milites ſuos ſic ubique ſcivit [2] ut in cubiculo [3] haberet breves & numerum & tempora militantium, ſemperque quum ſolus eſſet, & rationes eorum, & numerum, & dignitates, & ſtipendia recenſeret, ut eſſet ad omnia inſtructiſſimus. Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina. De promovendis etiam ſibi annotabat: [4] & perlegebat cuncta pittacia. & ſic facie-

CASAUBONUS.

1 *Milites ſuos ſic ubique ſcivit.*] Hæc pars erat rationarii imperii, cujus auctor principum maximus Auguſtus. Suetonius capite ultimo.

2 *Ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium.*] Ut ſit plena ſententia vox una deeſt. Lego, *breves & numerum & tempora militantium indicantes.* aliter oratio non erit perfecta, etiam ſi pro *numerum* legas *numeros.* ſic enim appellarunt τοὺς καταλόγους τῶν στρατιωτῶν.

4 *Et perlegebat cuncta pittacia.*] Id eſt, breves, ut modo dixit. ſed pittacia dicuntur pice vel maltha illitæ breves tabellæ, in quibus elogia ſcribebantur, & id genus alia, quæ paucis verbis poſſunt comprehendi. ut illa Polybiana pittacia de quibus ad Suetonium notare aliquid meminimus libro ſecundo. Vox eſt origine Græca. πιττάκιοι enim ἀπὸ τῆς πίττας. uſu vero, Romanorum & Syrorum quoque: nam in Targumim פיטקין πιττάκια poſitum pro epiſtolis. Iſidorus: *pittacium, epiſtola brevis & modica.*

GRUTERUS.

3 *Haberet breves, & numerum & tempora militantium.*] Ita ambo Pall. neque quidquam deeſt. quippe intelligitur, in iiſdem brevibus fuiſſe militum numerum & ſtipendia.

SALMASIUS.

4 *Et perlegebat cuncta pittacia.*] Ἀ πίττα, πίττα καὶ πιττάκος, & πιττάκιον, index vel titulus pice illitus, ut affigi poſſit & applicari. amphoris & doliis affixa pittacia, vini patriam & ſenectutem indicabant. indices quoque libris adfixi qui nomen auctoris præferrent, πιττάκια dicebantur & σίλλυβοι. Celſus ſplenia, & emplaſtra quæ fronti ad dolorem capitis illinuntur, *pittacia* vocavit. Gloſſæ: πιττάκιον, *brevis, pittacium.* Hygenus de limitibus conſtituendis: *deinde ex decuriis antequam ſortes tollant, ſingulorum nomina in pittaciis & in ſorticulis, & id ipſi ſortientur ut ſciant quis primo aut quotocumque loco exeant.* Cod. Theod. tit. de erogatione mil. ann. pittacia dicuntur, breves ſpecierum annonariarum, militibus erogandarum. l. XI. *ſuſceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis ſuſceperit non eroget. quod ſi abſque pittacio fuerit erogatio, id quod expenſum eſt damnis ejus potius ſubputetur.* vide leg. XIII. eod. tit. & l. XVI. nam ſecundum ea pittacia militibus erogabantur ſpecies annonariæ, ut panis, vinum, acetum, lardum, caro vervecina, capitum, & alia ejuſcemodi. hinc nos hodie *pittancium* addita litera, cibum & opſonium appellamus. ſic & *lanternam* pro laterna dicimus. ſed hæc alias.

1 Quis

facìebat diebus etiam pariter annotatis, & [1] quis, & qualis eſſet, & quo inſinuante promotus. [2] Commeatum populi Romani ſic adjuvit ut quum frumenta Heliogabalus evertiſſet, [3] vicem de propria pecunia loco ſuo reponeret. Negotiatoribus [4] ut Romam vo- 22
lentes concurrerent maximam immunitatem dedit. Oleum quod Severus populo dederat, quodque Heliogabalus imminuerat, [5] turpiſſimis hominibus præfecturam annonæ tribuendo, [6] integrum reſtituit. [7] Jus conferendi rationes, quod impurus ille ſuſtulerat, hic omnibus reddidit. Mechanica opera Romæ plurima inſti-

1 *Quis & qualis eſſet, & quo inſinuante promotus.*] Scaliger legebat: *quis & qualis eſſet, inſinuans, promotus.* inſinuans, inquit, & annotans, qualis eſſet promotus. melius leges ex libro Palatino: *quis quo eſſet inſinuante promotus.*

3 *Vicem de propria pecunia reponeret.*] Frumenta publica conſumpſerat, & diſſipaverat Alagabalus, vicem de ſuo repoſuit Alexander. video quid dicere voluerit Spartianus, nimirum Alexandro emptum de ſua pecunia frumentum, ut in locum illius, quod Alagabalus diſſipaverat, reponeret. ſed quæro an hoc ſit vicem reponere? mirabar, ſi ſic aliquis loquutus eſſet. vetus liber non Spartianum, ſed correctores ita loqui me docuit, in quo ſic legebatur: *vicem pia de propria pecunia reponeret.* vide quantum momenti ferat duarum litterarum mutatio. nam *v* in *h*, & *i* in *t* mutatum de prava rectam lectionem dabit. ita igitur legendum: *commeatum populi Romani ſic adjuvit, ut quum frumenta Heliogabalus evertiſſet, hic empta de propria pecunia ſuo loco reponeret.* felici, & facili conjectura, de *vicem pia*, fecimus *hic empta*. nemo poſſit melius. *hic* eſt Alexander. ſic infra loquitur: *quum pleroſque Eunuchos rationibus & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus, hic illis & veteres ſuſtulit dignitates.*

7 *Jus conferendi rationes.*] Palat. *jus conferre rationes.* ita loquitur alibi: *poteſtatem aliquid facere*, pro aliquid faciendi.

CASAUBONUS.

2 *Commeatum populi Ro. ſic adjuvit.*] Annonam frumentariam intelligit, quam duæ claſſes Ægyptia & Africana devehebant. *commeatus* eſt κατάπλους, ut expoſuimus ad ſecundum Tranquilli.

4 *Ut Romam volentes concurrerent.*] Regius, τὸ *volentes* non habet. retineo tamen. & eſt eleganter dictum. *volentes*, pro volenter, cupide.

5 *Turpiſſimis hominibus præfecturam annonæ tribuendo.*] In Alagabalo: *fecit præfectum annonæ Claudium Curſorem: ad honores reliquos promovit commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.*

6 *Integrum reſtituit.*] Neque hoc ſolum: ſed & inſtitutæ à Severo liberalitati cumulum adjecit. paullo poſt: *Addidit & oleum luminibus thermarum: cum antea non ante auroram paterent, & ante Solis occaſum clauderentur.*

7 *Jus conferendi rationes.*] Nihil eſt in Alagabali vita, quod hunc locum reddat clariorem. In regio ſic: *juſſitque conferre rationes.* planiſſima ſententia, modo adjuves minimum: *juſſitque conferre rationes: & quod imp. &c.*

GRUTERUS.

7 *Jus conferendi rationes, &c.*] Pal. *Jus conferre rationes.*

inſtituit. Judæis privilegia reſervavit. Chriſtianos eſſe paſſus eſt. Pontificibus tantum detulit & quindecimviris atque auguribus, ut quaſdam cauſas ſacrorum à ſe finitas, [1] iterari & aliter diſtingui pateretur. Præſides provinciarum, quos vere non factionibus laudari comperit, & [2] in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit & muneribus adjuvit, dicens, & fures à Republ. pellendos ac pauperandos, & integros eſſe redimendos atque ditandos. [3] Quum vilitatem P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam ſpeciem caram putarent. Illi continuo exclamaverunt, carnem bubulam atque porcinam. [4] Tunc ille non quidem vilitatem propoſuit, [5] ſed juſſit nequis

SALMASIUS.

1 *Iterari & aliter diſtingui pateretur.*] Heic vetus habet editio: *diſcingi.* ſed *diſtingui*, vel *diſtingi* verum eſt. ex ſcribendi enim ratione manavit hic error. *diſtingere* ſcribebant pro diſtinguere. inde *diſcingere* multis auctorum locis poſitum obtinuit. nec defuere doctiſſimi viri qui patrocinio ſuo verbum illud adjuvarent. diſtinguere igitur cauſas & negotia vel lites proprie dicebant, quod Græci διαστέλλειν. recentiores etiam διαχωρίζειν πράγματα. Gloſſæ veteres: διαστίζω, *diſpungo, diſtinguo.* διαστίκτης, *diſtinctor.* διαστολεὺς, *diſtinctor.* διαστολὴ, *diſtinctio.* διαστέλλω, *diſtinguo, diſpungo, diſcerno.* aliæ Gloſſæ: *diſtingis*, σαφηνίζει. στίζει, διαιρεῖ. *diſtinctio*, σαφήνεια: *diſtingit*, ἀποσβεννύει: *diſtinguit*, ἀποσβεννύει, σαφηνίζει. *diſtingere* vel *diſtinguere negotia*, eſt σαφηνίζειν, vel διαστέλλειν. at *diſcingere* prorſus aliud eſt, nec huic notioni convenit. at de his alia pluribus.

GRUTERUS.

3 *Cum vilitatem populus Romanus ab eo peteret.*] Sic uterque Pal. non *edulitatem*, ut retro cuſi.

CASAUBONUS.

2 *In itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit.*] Non leve hoc genus honorificentiæ, ut dictum eſt in vita Veri imperatoris.

3 *Cum vilitatem P. R. ab eo peteret.*] Legebatur, *edulitatem*: ridicule. ſed & hic, & paullo poſt emendavimus ex regiis & Puteani membranis. Sæpe autem fieri ſolitum, ut de annonæ caritate populus Ro. cum principe, vel præfecto Urbi expoſtularet. Lege Tacitum extremo annali ſecundo, & Capitolinum in Pio, ſæpe apud Ammianum Marcellinum.

4 *Tunc ille non quidem vilitatem propoſuit.*] Expoſuimus jam ad vitam Commodi ejuſdem ſcriptoris. Sed vilitatis proponendæ ratio illa optima, qua uſus Pertinax, de quo Capitolinus, *Exemplo*, inquit, *imperatoris cum ille parcius ſe ageret, ex omnium continentia vilitas nata eſt.*

5 *Sed juſſit ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem.*] Hæc regii codicis lectio: quam ſi retinemus, *ſuminata* idem erit ac ſaginata: quomodo accepiſſe vocem *ſumen* pro ſagina, aut arte quæſita pinguedine recentiores Latinos non negamus. at non ita vetuſtiores. quare de hoc loco aliter longe cenſemus. Legendum enim, niſi fallor, *ne quis ſuem ſuminatam occideret, ne quis lactentem*: non autem *lactantem*

[1] nequis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, [2] ne quis

ctantem. deeſſe vocem *ſuem* ante *ſuminatam*, non negabunt qui de porcina hic agi meminerint, & ſyllabarum ſimilitudinem conſiderarint. ſumen eſt fœtæ ſuis mamma lacte plena. *ſus ſuminata*, nihil aliud niſi ſus lactans. *Lactentes* vero ſunt porcelli adhuc ſub rumi: quos non occidi multum intererat, ad vilitatem porcinæ revocandam: quod ſtudebat Alexander. Sic antiquis legibus Græcorum, ἀρνὸς ἀπόκου jugulatio aut eſus prohibitus. de quo ad Athenæum libro primo, capite octavo. quid differant *lactare* & *lactere*, etiam pueris notum. De hoc igitur loco ita videtur nobis.

SALMASIUS.

5 *Sed juſſit ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.*] Hæc eſt omnium librorum lectio: non mecum ſentiet qui doctis viris eam ſollicitantibus aſſentiendum exiſtimabit. nihil enim habet, quare illi merito negotium faceſſamus. quantum igitur intereſt inter vaccam & damalionem in genere bucerino, tantum diſtat inter ſuminatam & lactantem in genere porcino. *Suminata* enim eſt ſcrofa, *lactans* eſt tener porculus. *Lactare* enim pro lactere uſurparunt tunc temporis Latini, atque etiam antiquiores. Auſon.

Infans lactavit, pubes & virgo adolevit.
Nupſit, concepit, peperit, jam mater obivit.

Gloſſæ: γαλαθηνὸς, *lactantia*, *lactans*. in aliis Gloſſis cap. περὶ κρεῶν: *caro porcina*, χοιρεῖον, *lactantina*, γαλαθηνόν. *lactantina* igitur caro eſt tenellorum porculorum qui proprie lactantes dicebantur Latinis, ut Græcis γαλαθηνοί. Diogenes in vitis philoſophorum de Pythagora, οἱ δὲ φασὶν ὅτι ἀλεκτόρσι μόνον καὶ ἐρίφοις καὶ γαλαθηνοῖς ἀπείχετο. ubi γαλαθηνοὶ ſunt porculi minuti. Gellius: *porculis quoque minuſculis & hœdis tenuioribus victitaſſe idem Ariſtoxenum refert.* etiam nunc Græcia illa ἐκβαρβαρωθεῖσα λαχτιν- ἁπαλίας vocat hujuſmodi minuſculos porcellos. D. Hieronymus etiam lactentes abſolute porcellos appellat lib. II. adverſus Jovinianum, ubi & legis imperatoris Valentis meminit, qua per orientem data caverat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur. locum adferam, nam huc maxime facit: *in Ægypto & Palæſtina propter boum caritatem, nemo vaccam comedit, taurorumque carnes, & boum vitulorumque aſſumunt in cibis. at in noſtra provincia ſcelus putant vitulos devorare. unde & imperator Valens legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, utilitati agriculturæ providens, & peſſimam Judaizantis vulgi emendans conſuetudinem, pro altilibus, & lactentibus vitulos conſumentis.* ubi lactentes, ſunt porculi, quos heic lactantes vocat Spartianus. qui vilitati carnis bubulæ conſultum volebant, hi nec vaccas, nec damaliones comedebant; tauris autem & bobus, & vitulis minime parcebant. & hæc ratio fuit, quare Alexander juſſerit, ne quis damalionem, ne quis vaccam occideret, quod caro ſcilicet bubula cara eſſet. hac eadem ratione moti in Ægypto & Palæſtina propter boum caritatem, vaccas non comedebant, ut ſcribit Hieronymus. addo, ne damaliones quidem: nec enim dubito, quin vaccarum nomine etiam eas intellexerit, quæ ſunt minores vaccæ. contra eſt cum agriculturæ ratio habetur. tunc enim damalionibus & vaccis paſſim veſci permittendum, vitulis vero nequaquam. ideoque Valens cum agriculturæ utilitati proſpectum iret tantum, non autem vilitati carnis bubulæ conſuleret, legem emiſit, ne quis vitulos conſumeret. ut autem in genere bubulo vaccas & damaliones occidi vetuit Alexander, ſic in genere porcino ſuminatas, & lactantes. ſuminatæ ſunt ſcrophæ, lactantes vero porculæ.

GRUTERUS.

1 *Ne quis ſuminatam occideret.*] Ita

quis vaccam, ne quis [1] damalionem: tantumque intra biennium vel prope annum porcinæ carnis fuit & bubulæ, [2] ut quum fuiſſet octominutalis libra, ad duos
23 unumque utriuſque carnis libra redigeretur. Cauſas militum contra tribunos ſic audivit, ut ſi aliquem reperiſſet tribunorum in crimine, [3] pro facti qualitate ſine indulgentiæ propoſito puniret. De omnibus hominibus [4] per fideles homines ſuos ſemper quæſivit: & per eos

Ita ambo Palatini, ſubintelligitque *ſuem*, uſitato illo ſuo ſibi ſcribendi genere.

CASAVBONVS.

2 *Ne quis vaccam, ne quis damalionem.*] Μήτε βοῦν τελείαν, μήτε δάμαλιν. quid ſit inter iſta diſcriminis, lege apud Euſtathium, & alios Græcos grammaticos.

SALMASIVS.

1 *Damalionem.*] *Damalio* vox Græca quam Latini ſuam ſuo more fecerunt. τὸ δαμάλιον, *damalio, onis.* ut στρούθιον, *ſtruthio.* φόρμιον, *phormio*, & ſimilia.

2 *Ut quum fuiſſet octominutalis libra ad duos unumque utriuſque carnis libra redigeretur.*] Minutos heic argenteos intelligit, quos & alibi minutulos appellant, ut pluribus docebimus alio loco. nam de minutis æreis viri docti qui accipiunt, falluntur, nec enim magna illa fuiſſet carnis caritas, ſi octo minutis æreis, non pluris daretur. ubicumque minutos leges, de argenteis ſcito tibi eſſe accipiendos. ſed de his in commentario παλαιᾶς λογαρικῆς.

3 *Pro facti qualitate ſine indulgentiæ propoſito.*] *Sine indulgentiæ propoſito*, notanda hæc locutio, qua & ſupra uſus eſt: *condemnatione adhibita quaſi falſi rei approbati ſine ullius indulgentiæ propoſito.* quem tamen locum vexavit vir eruditiſſimus dum emendandum putabat, *ſine ullius indulgentiæ ſpe propoſita.* *ſine indulgentiæ propoſito*, eſt, nulla indulgentia propoſita.

4 *Per fideles homines ſuos.*] Id eſt per fideles ſervos. ſubſtantive & abſolute *fideles* poſterior ætas de omnibus ſervis dixit. Grammatici notant differentiam inter fidelem, & fidum: & fidelem quidem ſervum, fidum vero amicum debere dici affirmant. optimæ Gloſſæ: *fidelis*, πιστὸς δοῦλος. accipit nimirum auctor illius Gloſſæ, *fidelem* ſubſtantive pro ſervo, quod ipſius ætate videtur jam obtinuiſſe.

CASAVBONVS.

2 *Ut cum fuiſſet octominutalis libra, ad duos unumque utriuſque carnis libra redigeretur.*] Ante legem Alexandri vendebatur libra porcinæ aut bubulæ octo minutis: poſtea redacta eſt ad pretium duorum minutorum. magna vilitas ex magna caritate. Conferre hæc cum noſtro uſu non poſſumus; quia minutorum juſtam æſtimationem parum habemus notam. λεπτῶν quæ ſunt minuta hæc κέρματα, in Euangelio mentio: dicunturque duo efficere quadrantem. Syrus Latinam vocem Græcæ loco poſuit: Arabs vertit φόλεις, quam dictionem antea expoſuimus. Erant præter iſtos æreos minutos nummos & alii argentei: ut illi Philippei minutuli, quorum meminit Vopiſcus in Aureliano. Carnium porro vilitatem Romæ fuiſſe magnam & Plinius docet nos: qui libro XVIII. capite tertio eſt auctor, aſſibus ſingulis carnis pondo XII. aliquando fuiſſe vendita.

4 *Per fideles homines ſuos.*] Membranæ, *per fideles ſervos ſuos.* alterum eſt ex gloſſa.

eos quos nemo noſſet hoc agere, quum diceret omnes præda corrumpi poſſe.[1] Servos ſuos ſemper cum ſervili veſte habuit, libertos cum ingenuorum. Eunuchos de miniſterio ſuo abjecit, & uxori ut ſervos ſervire juſſit. Et quum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuiſſet,[2] ad certum numerum eos redegit: nec quicquam in Palatio curare voluit niſi balneas fœminarum: quum pleroſque eunuchos rationibus & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus; hic illis & veteres ſuſtulit dignitates. Idem tertium genus hominum eunuchos eſſe dicebat: nec videndum, nec in uſu habendum à viris, ſed vix à fœminis nobilibus.[3] Qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli juſſit per eam viam qua eſſet ſervis ſuis ad ſuburbana imperatoria iter frequentiſſimum.[4] Provincias prætorias, præſi- 24
diales plurimas fecit: proconſulares ex ſenatus voluntate ordinavit. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit: quod quidem jam ante prohibitum, Heliogabalus fieri permiſerat.[5] Lenonum vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit, ſed

gloſſa. nam *homo* etiam in Pandectis pro ſervo. poſterior vero ætas, *fideles* ſubſtantive pro eodem uſurpavit.

1 *Servos ſuos ſemper cum ſervili veſte habuit.*] Vopiſcus in Aureliano: *Servis ſuis veſtes eaſdem imperator quas & privatus dedit.*

2 *Ad certum numerum eos redegit.*] Loquitur de miniſterio aulico. ſed poſtea cum omnium procerum domus eunuchorum eſſent plenæ, perveniſſentque hanc ob cauſſam eunuchi ad ingentia pretia; lege Aureliani modus conſtitutus habendi eunuchos, pro facultatibus ſenatoriis, inquit Vopiſcus.

4 *Provincias prætorias, præſ.*] Attigimus hunc locum, ſupra ad Marci vitam: & de balneis mixtis ſatis ad Hadrianum.

5 *Lenonum vectigal & meretricum.*] Adi ad Suetonium in Caligula, c. XL.

SALMASIUS.

4 *Provincias prætorias, præſidiales plurimas fecit.*] Paululum abit ab hac lectione vetus ſcriptura quæ habet, *provinciales getorias præſidiales plurimas fecit*. ita princeps editio. nec aliter Palatinus qui legit; *provinciale getorias*. an *provincias legatorias*? ita legendum. ſic enim vocat in quas mittebantur legati Cæſaris tam conſulares quam prætorii. ſic infra inter rectores provinciarum nominat, legatos, proconſules & præſides.

GRUTERUS.

3 *Qui de eo ſumum vendiderat.*] Pal. *ſumus*; forte *ſumos*.

[1] ſed ſumptibus publicis [2] ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, [3] & ærarii deputavit. Habuit in animo ut exoletos vetaret, quod poſtea Philippus fecit: [4] ſed veritus eſt, ne prohibens, publicum dedecus in privatas cupiditates converteret, [5] quum homines illi-

1 *Sed ſumptibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarii deputavit.*] Vox *ærarii* non facit huic loco; arguuntque eam aliorum mſſ. in quibus *atrii*. Palat. noſter habet *idii*, quod mox mutatum in *ſtadii*; quod verum eſt: niſi propius forte ad litteras accedit *odei*. ſed aliud quid ſubeſſe videtur. vero enim ſimile eſt vectigalia illa turpia impendiſſe locis etiam omni modo voluptariis.

5 *Cum homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur.*] Locum iſtum falſi arguit Pal. in quo, *inlicita magis prohibita poſcant; furore jactant*. quæ non conſtituo.

CASAUBONUS.

3 *Et ærarii dep.*] Regius, *atrii*. ut de publici atrii alicujus refectione locus intelligatur. In Urbis deſcriptionibus plura atria nominantur.

4 *Sed veritus eſt ne prohibens publicum dedecus in privatas cupiditates converteret.*] Aurelius Victor in Philippo narrat, cum Pontificum lege hoſtiæ mactarentur, ſuis utero maris feminarum genitalia apparuiſſe: quod cum dicerent haruſpices futurum portendere, ut παιδεραστῶν ingens eſſet proventus: *id fruſtratum iri*, ait Victor, *exiſtimans Imperator Philippus, tum quia forte præteriens filii ſimilem pro meritorio ephebum conſpexerat, uſum virilem ſcortis ſummovendum honeſtiſſime conſultavit: verumtamen manet: quippe conditione loci mutata, pejoribus flagitiis agitatur: dum avidius periculoſa, quibusque mortales prohibentur, petunt.* ita ſcribendus hic Victoris locus. perperam enim *pro merito* eſt editum, ephebi, ſive pueri meritorii, ut & quæ proſtituebantur virgines, ſolebant προεστάναι τοῦ οἰκήματος, ut loquuntur Græci: hoc eſt, ſtare pro meritorio.

SALMASIUS.

2 *Ad inſtaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri & ærarii deputavit.*] Cur heic *ærarium* cum Theatro, Circo, Amphitheatro? ſane merito ad horum operum refectionem convertiſſe dici poteſt Alexander vectigal lenonum, meretricum & exoletorum. ratio enim facile patet. at de ærario non item. optimus liber cui plurimas in hoc opere emendationes debemus, habet: *& adii*, pro ærarii. omnino legendum: *ad inſtaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri, ſtadii deputavit.* ſic ſtadium ſupra conjunxit cum circo & amphitheatro in vita Heliogabali: *omnes de circo, de theatro, de ſtadio, & omnibus locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas.* meretrices igitur etiam in ſtadio verſari ſolitæ, ut in circo & amphitheatro. Hinc non mirum ſi harum vectigal Alexander, ad ſtadii refectionem deputavit. indubitate vera eſt illa lectio.

5 *Quum homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur.*] Ore correctorum loquitur heic Spartianus, non ſuo. cujus rei nobis indicium faciunt libri veteres, in quibus hoc modo legitur: *quum homines illicita magis prohibita poſcunt, furore jactant.* quæ ſine dubio corrupta ſunt, ſed facile poſſunt corrigi, & in eam formam redigi qua ab auctore prius ſunt poſita. legimus igitur: *quum homines illicita magis prohibita poſcant, furore jactati.* homines, inquit, qui illorum furor eſt, res ſua natura illicitas, ſi etiam prohibeantur, magis poſcunt. atque hic eſt hujus loci ſenſus.

1 *Braſ-*

illicita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur. [1] Braccariorum, [2] linteonum, [3] vitreariorum, pellionum, [4] plauſtrariorum, [5] argentariorum, aurificum, & cæ-

CASAUBONUS.

1 *Braccariorum, lint.*] *Braccarii* fuerint, venditores braccarum: ſed emendat Scaliger, me non invito, *Bractearìorum.* ſimili errore in Gloſſario ſcriptum erat, *Bracharius*, πεταλοποιὸς, pro *bractearius*: ut etiam ex aliis ejuſdem libri locis poteſt probari.

2 *Linteonum.*] Linteones ſeparantur à lintеariis. Gloſſæ: *Lintearius*, ὀθονιακός. alibi, *Lintearius*, ὀθονιοπώλης: *Linteo*, λινυφός.

5 *Argentariorum.*] Non ſunt trapezitæ aut nummularii, ſed fabri argentarii, qui argentea vaſa conficiunt, aut cælatores, vel ſimiles artifices. & ita ſæpe.

GRUTERUS.

1 *Braccariorum.*] Idem Palat. *bracchariorum.* bene Scaliger, *bractearìorum.*

4 *Plauſtrariorum.*] Pal. *clauſtrariorum*; & malim. apparet enim vectigali iſto oneraſſe artes minus neceſſarias. ſanè *clauſtrarios* iſtos proveniſſe ſub Heliogabalo, patet ex vita ejus capite 12. p.

SALMASIUS.

1 *Braccariorum, linteonum.*] Palatinus & editio: *Brachariorum.* prope labor ut accedam ſententiæ doctiſſimorum virorum heic legentium *bractearìorum* vel *bratteariorum* potius. nam *bracharios* ſæpius legere memini in libris manuſcriptis pro *bractarios* vel *bractearios.*

3 *Vitreariorum.*] Iidem libri: *vitrariorum.* hoc eſt qui vitrum conficiunt. ὑαλουργῶν.

5 *Argentariorum, aurificum.*] Argentarii, qui argenti vaſa celant vel alio opere fabricant, qui proprie laborioſi dicebantur. vetus interpres Juvenalis ad illud:

Sit mihi præterea curvus cælator, & alter
Qui multas facies pingit cito ——

id eſt, opifices, inquit, *ſervi*, *argentarii*, *laborioſi*, *anaglyfarii*, labor enim in argento celatura artificum dicitur. idem Juvenalis:

—— *& Polycleti*
Multus ubique labor, raræ ſine Mentore menſæ.

Martialis:

Quis labor in phiala? docti Myos anne Myronis?

idem,

Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

idem in Apophoretis:

Quamvis Callaico rubeam generoſa metallo,
Glorior arte magis, nam meus iſte labor.

Labor autem, & manus, & opus, idem. labor Myronis in phiala, & manus Myronis, & opus idem ſignificant. hinc *argentum in opere* apud Trebellium de argento facto. & *pretium manus* dicebatur quod pro manu vel labore dabatur artifici argentario, & unica voce *manupretium.* Cato: *nec ullum vaſum manu pretioſum*, id eſt cujus manus vel labor pretioſus foret. Manilius:

Materiamque manu certa duplicarier arte,
Quidquid & argento fabricatur, quidquid & auro.

primum verſum ſpurium pronuntiavit vir ſummus, & tanquam de alchymia loqueretur, capite protruſit foras. ego vero & elegantiſſimum illum verſiculum & Manilio digniſſimum ſemper judicavi, nec ab homine Alchymiſta intruſum eſſe puto, cum ejus hic ſenſus ſit. materiam auri & argenti, manu & arte certa, hoc eſt factura cælaturaque pretio-

 ſiorem

& cæterarum artium vectigal pulcherrimum inſtituit: ex eoque juſſit thermas, & quas ipſe fundaverat, & ſuperiores populi uſibus exhiberi: ſylvas etiam thermis publicis deputavit. Addidit & oleum luminibus thermarum, [1] quum antea non ante auroram paterent, [2] & ante ſolis occaſum clauderentur. [3] Hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt; quod contra eſt. Nam & Severus eſt appellatus à militibus ob auſteritatem,

ſiorem fieri, & quodammodo duplicari, ut materiæ pretio, etiam accedat artis & manus pretium. Ovidius:

Materiam ſuperabat opus. ———

Plinius lib. XXXIII. cap. XI. *nec copia tantum argenti fuerat vitæ, ſed validius pæne manuſpretium, idque jampridem, ut ignoſcamus nobis.* non poterat dari dilucidior ac melior interpres Manilio. *tritores* etiam dicebantur quos Græci τορευτὰς vocant. Gloſſæ: *tritor*, τορευτής. hinc *toreuma*, argentum cælatum.

——— *Phidiaci toreuma cæli.*

tritum argentum pro cælato apud Phædrum:

——— *auro aſcripſit Praxitelem ſuo,*
Trito Myronem argento: fabulæ exulant
Ideo fugatæ, &c.

qui locus vulgo fæde depravatus eſt in editionibus. Virgilius:

Qui radios trivere rotis.

Servius: *trivere, tornavere, compoſuere de torno.* Plinius de vitro: *aliud torno teritur, aliud flatu figuratur.* & hæc ſatis de laborioſis & tritoribus.

1 *Quum antea non ante auroram paterent.*] Quis dubitet hanc lectionem acceptam referri debere correctoribus, cum omnes ſcripti habeant, etiam veteres excuſi? *quum antea & annonam paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.* & quid tam facile fuit quam ſic emendare? *quum antea & ad nonam paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.* Thermæ, tabernæ vinariæ, cauponæ, & lupanaria apud veteres, non ante nonam aperiebantur. alibi diximus.

GRUTERUS.

1 *Cum antea non ante auroram paterent, & antè ſolis occaſum clauderentur.*] Palatin. *cum antea & annonam paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.* adſcriptumque oræ; *cum antea ad auroram paterent.* aut omnino fallor, aut reponendum, *cum antea & ante nonam paterent, & ante ſolis, &c.* ut videlicet iſtud indulſerit, non tam liberalitatis oſtentandæ, quam ut homines negotioſos redderet uſque ad horam diei nonam; permiſſis eis etiam poſt ſolis occaſum hærere in balneis. ante auroram umquam aperta fuiſſe balnea, nunquam credam.

CASAUBONUS.

2 *Et ante ſolis occaſum clauderentur.*] At per hanc liberalitatem Alexandri mutavit antiquum hoc inſtitutum: quod cum multis malis cauſſam vel occaſionem præbuiſſet, revocare tandem veterem conſuetudinem inſecuti principes ſunt coacti. Vopiſcus de Tacito: *Thermas omnes ante lucernam claudi juſſit, ne quid per noctem ſeditionis oriretur.*

3 *Hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt.*] Herodianus & initio libri ſeptimi affirmat, & repetit in ejuſdem extremo, Alexandrum ἄρξαι ἀναιμωτί. ὐδ' τις εἰπεῖν ἔχοι, inquit, ὑπ' ἐκείνου φονευθέντα. καίτοι ἐνίων μεγίστοις αἰτίαις ὑποπεσόντων, ὅμως ἐφείσατο ὡς μὴ φονεῦσαι. Sed infra dicturi ſumus, videri Lampridium aliter legiſſe iſtos Herodiani locos.

2 Et

ritatem, [1] & in animadverſionibus aſper in quibuſdam fuit. Opera veterum principum inſtauravit: ipſe nova multa conſtituit: in his [2] thermas nominis ſui juxta eas quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ *Alexandrina* nunc dicitur. Nemus thermis ſuis de privatis ædibus ſuis quas emerat, dirutis ædificiis, fecit. *Oceani ſolium* primus inter principes appellavit, quum Trajanus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. [3] Antonini Caracalli thermas [4] additis ſortionibus perfecit & ornavit. [5] Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt porphyretico & Lacedæmonio, primus inſtituit, [6] Palatio exornato hoc genere marmorandi. [7] Statuas coloſſas in urbe multas locavit, arti-

SALMASIUS.

1 *Et in animadverſionibus quibuſdam aſper.*] Pal. *& in animadverſibus quibuſdam aſper. animadverſus* pro animadverſione. ſic *averſus*, pro *averſio* in Gloſſis. ἀποστροφὴ, *averſatio*, *averſus*. & *avulſus* pro *avulſio* : *avulſus*, ἀπόσπασις. *Truncatus*, truncatio; ἀπότμησις, *proſecatio*, *truncatus* : & *attributus*, pro attributio : *Attributus*, ἀπονέμησις. & infinita ejuſmodi, quæ piget perſequi.

6 *Palatio exornato hoc genere marmorandi.*] Aliter hanc periodum concipiunt Palatinæ membranæ & Mediolanenſis editio : *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus primus inſtituit in Palatio, exornatis hoc genere marmorandi.* quæ tamen quid ſibi velint, ignorare me fateor : & mihi corrupta videntur. forte : *inſtituit, operibus in Palatio exornatis hoc genere marmorandi.*

GRUTERUS.

1 *Et in animadverſionibus aſperior in quibuſdam fuit.*] Sic Pal. melius quam hactenus publicati. *aſper in &c.*

4 *Additis ſortionibus perfecit.*] Ex eis quæ ſupra habuimus, reponendum erat, *porticibus*. ſed nec ſic Pal. noſter.

CASAUBONUS.

2 *Thermas nominis ſui.*] Alexandrinas. vide urbis deſcriptiones, in regione nona.

3 *Antonini Caracalli thermas additis ſortionibus perfecit & ornavit.*] Scribendum, *porticibus*. in Alagabalo, de his thermis idem Lampridius : *ſed porticus defuerant, quæ poſtea ab hoc ſub Antonino extructæ ſunt, & ab Alexandro perfectæ.*

5 *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus.*] Marmorationis genus è duobus marmoribus non eſt Alexandri inventum, ut videtur ſentire Lampridius; ſed jam Claudii & Neronis temporibus Romæ cognitum. Lege Plinium libro xxvv. capite primo, & quæ ad Manilii Sphæram barbaricam accurate diſputat Joſephus Scaliger, de variis vermiculationis & muſivi operis generibus. teſtis & Seneca, Alexandrina marmora cruſtis Numicidis ſolita temporibus ſuis diſtingui. Non igitur primus Alexander marmorationem ex duobus marmoribus inſtituit; ſed illius fortaſſe novum aliquod genus è porphyretico & Lacedæmonio.

7 *Statuas coloſſas.*] Scribe *coloſſeas*, ut ſupra. de re vide paullo poſt.

artificibus undique conquiſitis. Alexandri habitu nummos plurimos figuravit: [1] & quidem electreos aliquantos,

GRUTERUS.

7 *Statuas coloſſas in Urbe multas locavit.*] Sic quoque Pal. & permittamus ſanè ſic loqui homines non admodum attentos analogiis.

1 *Et quidem electreos.*] Idem Palat. *electros*, quomodo forſan etiam auctor ſcripſit.

CASAUBONUS.

1 *Et quidem electreos aliquantos.*] Regius, *electro*: pro ex electro.

SALMASIUS.

1 *Et quidem electreos aliquantos.*] Raro dicunt, immo nunquam *electreum* optimi auctores, ſed *electrinum*, quod ex electro factum eſt. unde *electrina vaſa* apud Marcellum Empiricum ſæpe. vetus hoc loco editio præfert cum Palatinis membranis, *electros*. quod abſque dubio verum eſt. *electrus* pro *electrinus*. ſic *nardus* pro *nardinus*, unde oleum nardum & oleum balſamum pro nardino & balſamino, apud Vegetium de re veterinaria. ſic *aurichalcum* pro aurichalcinum. unde *vaſa aurichalca* apud Anaſtaſium de vitis Pontificum. in Sixto tertio: *canthara ceroſtrata aurochalca viginti quattuor penſant. lib.* 15. & in Sylveſtri: *fecit autem candelabra aurochalca in pedibus decem numero quattuor argento concluſa cum ſigillis argenteis.* & alibi quam plurimis locis apud eundem auctorem. ſic D. de contrahenda empt. *vas aurichalcum*, pro *aurichalcino quemedmodum ſi vas aurichalcum pro auro vendidiſſet, ignorans tenetur, ut aurum quod vendidit præſtet.* ubi etiam animadverſione dignum, *aurum* pro *aureo*: quod & obſervavit veterum Gloſſarum conſarcinator. locum afferam ex veteribus membranis exſcriptum quem vulgo editores corruperunt. ita enim in archetypo legebatur, quomodo etiam legendum ſeries literarum facile indicat:

Aurata, χρυσόφρυς ἰχθῦς.
Aurator, χρυσωτής.
Aura, χρυσᾶ.
Auratum, χρυσωθέν.
Aures, ἀκοαί, &c.

quæ ideo adſcripſimus, ut conſtet auctorem illarum Gloſſarum legiſſe *aura*, non *aurea*, ut vulgo ediderunt. ſic & *aurus* pro aureus apud eumdem, ubi & ſimile peccatum peccarunt. quod illos facile convincit, ordo κτ' στοιχεῖον:

Auritus, ὠτοπετής.
Aurum, χρυσίον.
Aurus, χρύσεος.

& ita recte ſcriptum habebatur in optimo libro membranaceo P. Puteani. ſic *roſum unguentum* pro roſeo in pandectis Florentinis, Dig. de auro, argento, &c. leg. xxi. *ſed & valetudinis qualia ſunt commagena, crina, roſa, mura.* ubi crina pro crininis, & roſa pro roſeis. nam roſea unguenta dicebantur quæ Græci ῥόδινα dicunt. Scaurus: *roſeum per ſe, roſaceum mixtum.* roſeum unguentum intelligit. ſic coloſſæ ſtatuæ ſupra nobis notatæ, & *vaſa onycha* pro onychinis. aurichalca pro aurichalcinis etiam notavit auctor veteris Gloſſarii. *aurochalca*, κραμάτινα. ita enim legitur & recte, nec mendoſum eſt, ut vulgo opinantur harum litterarum peritiſſimi viri. Græci aurichalcum κρᾶμα vocabant. hinc κραμάτινον quod eſt ex aurichalco, vel aurichalcinum. Stephanus in voce Ἄνδειρα: Ἄνδειρα πόλις. ὑδάτιρως ἐν ᾗ λίθος ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται, εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον, εἶτα κραθεὶς χαλκῷ ὀρείχαλκος γίνεται). ſed clarius Strabo aurichalcum κρᾶμα quoque vocatum eſſe oſtendit lib. xiii. his verbis: ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται). εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς ἀποστάζει

quantos, ſed plurimos tamen aureos. A mulieribus famoſis matrem & uxorem ſuam ſalutari vetuit. Conciones in urbe multas habuit more tribunorum & conſulum. Congiarium populo ter dedit, donativum 26
militibus ter: [1] carnem populo addidit. [2] Uſuras fœneratorum traxit ad trientes penſiones, etiam pauperibus conſulens. Senatores ſi fœnerarentur, uſuras accipere primo vetuit, niſi aliquid muneris cauſa acciperent: [3] poſtea tamen [4] juſſit [5] in ſemiſſes acciperent donum,

ἀποστίλζει ψευδάργυρον ἢ συσταλαβοῦσα χαλκὸν, τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. quem locum fruſtra ſuſpectum habet vir doctus. nam aurichalcum dictum eſſe κρᾶμα etiam probat auctor Gloſſarii, qui κραμάτινον vocat quod ex aurichalco factum eſt. à κρᾶμα, κραμάτινος: ut à δέρμα, δερμάτινος. & ſimilia.

CASAUBONUS.

1 *Carnem populo addidit.*] Porcinam ut videtur Zoſimus libro ſecundo; Λουκιανὸς τῶν χοιρείων κρεῶν ἦν χορηγὸς, ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ Ῥωμαίων δήμῳ. ſed porcinæ diſtribuendæ auctor Aurelianus, teſte Vopiſco.

2 *Uſuras fœneratorum contraxit ad trientes penſiones.*] Uſurarum varius modus in Republ. Rom. ſed illud tamen video ſemper obſervatum, ut quo quiſque honeſtioris loci eſſet, eo ſeverius fœnerandi licentia illi interdiceretur. Quare & Juſtiniani lege, ut antiquiora omittam, cum mercatoribus beſſales uſuræ permittantur, cæteris ſaltem ſemiſſes; nobilibus tamen trientales tantum conceduntur. Mirum igitur eſt quod legimus hìc: redegiſſe Alexandrum uſuras fœneratorum quidem ad trientes; ſenatorum vero ad ſemiſſes. nam planè contrarium oportuit. Quare de hoc loco velim docti viri cogitent. Eſt quidem profecto ridiculum exegiſſeà fœneratoribus, quorum ea profeſſio, is quæſtus unicus. ut non alia conditione fœnus exercerent, atque imperator ipſe: qui, ut antè dictum, *fœnus publicum trientarium exercuit.*

SALMASIUS.

3 *Poſtea tamen juſſit in ſemiſſes acciperent donum, munus tamen ſuſtulit.*] Hæc lectio diſcrimen quoddam infert inter munus & donum, quæ refert ſtatuiſſe Alexandrum, ut in ſemiſſes quidem acciperent donum Senatores; munus autem uſtuliſſe. ſed aliter legendum ſuadent optimæ membranæ & vetus editio: *poſtea tamen juſſit ut ſemiſſes acciperent. donum, munus tamen ſuſtulit.* atque ita omnino legendum, donum, munus, ἀσυνδέτως dixit id quod muneris cauſa accipiebant ſenatores eo tempore, quo vetiti ſunt creditæ pecuniæ uſuras exigere. ſic *donum, munus* junctim poſitum multis locis Pandectarum animadverti. ſed unus aut alter locus mihi ſuccurrebat. D. de operis libert. *ne quis eorum operas, donum munus aliudve quidquam libertatis cauſa patrono patronæ liberiſve eorum de quibus juraverit vel promiſerit, obligatuſve erit, dare facere præſtare debeto.* D. eod. leg. VII. *jurare autem debet operas donum munus præſtaturum.*

CASAUBONUS.

4 *Juſſit in ſemiſſes acciperent donum, munus tamen ſuſtulit.*] Eſt & alia hujus loci lectio: nam antiquitus editi & pars ſcriptorum, τὸ *in* non agnoſcunt

num, munus tamen ſuſtulit. [1] Statuas ſummorum virorum in foro Trajani collocavit undique tranſlatas. Paulum & Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipſo. Nam & conſiliarius Alexandri, & magiſter ſcrinii Ulpianus fuiſſe perhibetur: qui tamen ambo aſſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur. Baſilicam Alexandrinam inſtituerat inter campum Martium & ſepta Agrippiana, [2] in latum pedum centum in longum pedum mille; ita ut tota columnis penderet: quam efficere non potuit morte præventus. [3] Iſium & Serapium decenter ornavit, additis ſignis [4] & deliacis & omnibus myſticis. In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie *ad Mammam* vocant. Et in Bajano palatium cum ſtagno, quod Mammææ nomine hodieque cenſetur. Fecit & alia in Bajano opera magnifica in honorem affinium ſuorum, & ſtagna

ſcunt. qua ſublata vocula, tollenda & vox *donum*: aut inſerendus συνδεσμὸς aliquis inter hanc & ſequentem vocem. Legendum igitur cenſeo, *juſsit ſemiſſes acciperent: donum munuſve tamen ſuſtulit*: Ita ſolent in jure hæc duo vocabula jungi. ut cum M. Cincius legem de donis & muneribus tulit, inquit non uno loco M. Tullius. ſic ſæpe in Pandectis. Vulgata lectio diſcrimen ſtatuit inter donum & munus: quod an ſit ullum, aut quale ſit, diſputat Ulpianus lege CXCIV. De verborum ſignificatione.

GRUTERUS.

5 *In ſemiſſes acciperent donum.*] Pal. *ut ſemiſſes acciperent donum.* quo admiſſo, videntur illa, *donum, munus tantum ſuſtulit*, ortâ à librariorum gloſſis. uno enim indulto ſuſtulit alterum. verum ſi id auctoris ſermoni permittamus, tunc ſaltem expungenda vox *donum*.

CASAUBONUS.

1 *Statuas ſummorum virorum.*] Erant hæc conjungenda cum iis quæ paullo poſt ſequuntur. Exemplum eſt ab Auguſto: quod non ſolus Alexander eſt imitatus.

3 *Iſium & Serapium decenter ornavit.*] Erant plura jam in Urbe Iſidis & Serapis fana: ut obſcurum ſit de quibus loquatur. ſed puto illa intelligi quæ ſtruxerat Caracallus.

4 *Et deliacis.*] Id eſt vaſis Deliaca ſpecie, aut quæ Deliaca imitarentur, ſicut loquitur Plinius libro XXXIII.

SALMASIUS.

2 *In latum pedum centum, in longum pedum mille.*] Pal. & vet. ed. *in lato pedum centum, in longo pedum mille. in lato*, pro in latitudine: *in longo*, in longitudine.

GRUTERUS.

2 *In latum pedum centum, in longum pedum mille.*] Pal. *in lato item in longo.* forſan verè.

1 *Et omni-*

ſtagna ſtupenda admiſſo mari. Pontes quos Trajanus fecerat, inſtauravit pene in omnibus locis. Aliquos etiam novos fecit, ſed inſtauratis nomen Trajani reſervavit. In animo habuit omnibus officiis genus veſtium 27
proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à veſtitu dignoſcerentur: [1] & omnibus ſervis, ut in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſervi ingenuis miſcerentur. Sed hoc Ulpiano Pauloque diſplicuit, dicentibus, plurimum rixarum fore ſi faciles eſſent homines ad injurias. Tum ſatis eſſe conſtituit ut equites Romani à ſenatoribus [2] clavi qualitate diſcernerentur. [3] Penulis intra urbem frigoris cauſa ut ſenes uteren-

CASAUBONUS.

1 *Et omnibus ſervis, ut in populo poſſent agnoſci.*] Seneca De clementia libro primo, capite XXIV. *In ſenatu dicta eſt aliquando ſententia, ut ſervos à liberis cultu diſtingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſervi noſtri numerare nos cepiſſent.*

2 *Clavi qualitate deſcernerentur.*] Videtur qualitatem dixiſſe pro quantitate: ut ὅμοιος pro ἴσος, *ſimilis* pro æquali uſurpaſſe veteres ſciunt eruditi. Erit ſenſus: inſtituiſſe Alexandrum, ut ſenatorum propria eſſet laticlavia tunica; equitum anguſticlavia. Antea etiam equites latum clavum ſumſiſſe certum eſt.

3 *Penulis intra urbem frigoris cauſſa ut ſenes uterentur.*] Aſſentior Juſto Lipſio reſcribenti *ſenatores* pro *ſenes*. omnino ita legendum.

GRUTERUS.

3 *Pænulis intra Urbem frigoris cauſſa ut ſenes uterentur, permiſit.*] Ita & Palatinus. Lipſio tamen viſum reponere *Senatores*.

SALMASIUS.

3 *Pænulis intra urbem frigoris cauſa ut ſenes uterentur permiſit.*] Recte viri docti, *ſenatores* heic pro *ſenes* repoſuerunt. ante Alexandrum igitur ſenatores intra urbem pænulas non geſtabant. atqui Spartianus in Hadriano ſcribit, eum cum Tribunus eſſet plebis, pænulas ſuas amiſiſſe, quibus uti tribuni ſolebant pluviæ tempore. Tribuni vero illis temporibus, erant ſenatores, & ex ſenatoribus tantum creabantur. geſtatæ igitur pænulæ intra urbem ſenatoribus ante Alexandrum. ſed addit Lampridius frigoris cauſa iis permiſiſſe ut pænulas haberent, cum antea itinerariæ tantum eſſent, & pluviales. itinerarias accipio extra urbem, pluviales intra urbem. ergo vult Lampridius, cum antea pluviæ tempore tantum pænulas ſumerent ſenatores, vel ſi aliquo extra urbem proficiſcerentur, his permiſiſſe Alexandrum, ut etiam frigoris cauſa uſurparent. hæc nullibi recte diſtincta reperiuntur de pænulis, deque lacernis, & confundit hic etiam cum aliis alibi paſſim, qui lacernas pro pænulis, pro lacernis pænulas plerumque uſurpant. pænulæ Ciceronis ætate, & longe ante Ciceronem itinerariæ & pluviales fuere, quibus extra urbem tantum, & in itinere utebantur. Lucillius:

Pænula, ſi quæris, cantherius, ſervus, ſegeſtre,
Utilior mihi quam ſapiens.

Varro: *non quærenda eſt homini qui habet*

uterentur permiſit,[1] quum id veſtimenti genus ſemper itine-

bet virtutem pænula in imbri. earum itineralium pænularum mentio apud Ciceronem, Senecam, alios. eæque ut plurimum ſcortea. Martialis:

Ad ſuo tas nunquam ſcortea deſit aquas.

Varro apud Nonium: *pænula ſcortea reliquum pedem pertegere.* præter has fuere & pænulæ, ita dixerim, hyemales. χλανίδας & χειμάστρα Græci dicunt. quæ quidem pænulæ fiebant ex lana Appula, miro candore, & villorum gratia commendatæ, & frigoris tantum cauſa habitæ longe ante Alexandri tempora. & falſa notatio Spartiani pænulas antea itineris tantum, & pluviæ cauſa uſurpari ſolitas; Alexandrum vero ſenatoribus, ut frigoris cauſa iis uterentur, permiſiſſe. hæ quod in modum gauſaparum textæ eſſent, gauſapinæ dictæ. Martialis:

Et dolet & queritur ſibi non contingere frigus

Propter ſexcentas Scævola gauſapinas.

Petronius: *gauſapina myrtea ſuccinctus.* Martialis de pænula gauſapina:

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta,

Ut me vel media ſumere meſſe velis.

media igitur hyeme ſumebantur. ſed de gauſapis, & gauſapinis alibi. erant igitur & pænulæ quibus extra urbem tantum utebantur, & in itinere: erant item quibus adverſus frigus, & vim hyemis ſe muniebant, & quidem etiam intra urbem. habebantur & lacernæ ad pluviam, ſed quæ ſupra togam injicerentur. in officiis faciendis & ſalutationibus matutinis obeundis, togatos ſequebatur verna cum lacernis, quas ſupra togam accipiebant, ſi forte plueret. Martialis:

— ſubitæ cum cadit imber aquæ,

Nec venit ablatis clamatus verna lacernis.

Juvenalis *pingues lacernas, munimenta togæ,* appellat. ubi interpres pluviales fuiſſe lacernas oſtendit. tempore quoque ludorum lacernas ſupra togam habebant contra pluviam. Plinius intendi pretia lacernarum ſcribit ex nubilo virgiliarum occaſu, quod pluvioſam hyemem futuram ſignificarent. Tiberius referente Dione, ὑετῷ ἐν πανηγύρει τινὶ ζοφώδη ἐπενέδυ φαιὰν μανδύην, hoc eſt pullam lacernam, non pænulam, ut vulgo interpretantur; & ἐπενέδυ, ſupra togam induit. & hæc differentia pænularum & lacernarum. quod pænulæ ſupra tunicam tantum ſumerentur, lacernæ & ſupra tunicam, & ſupra togam. lacernæ, pænulæque pluviales, ſed iſtæ in itinere, & extra urbem; illæ intra urbem. auctores tamen, ut dixi, plerumque & has & illas confundunt. nec dubito cum Spartianus ſcripſit Hadrianum pænulas ſuas amiſiſſe, quas Tribuni plebis pluviæ tempore geſtabant, quin lacernas debuerit dicere. Nam Tribuni, ut & reliqui ſenatores, ſemper togati, & ſupra togam lacernati pluvia tempeſtate. pænulæ vero, aut frigoris cauſa habebantur, & intra urbem, ut gauſapinæ, & gauſapa: aut pluviæ & itineris, ut ſcorteæ, atque etiam laneæ, & extra urbem. Seneca de pænulis itinerariis ep. LXXXVII. *culcita in terra jacet, ego in culcita. ex duabus pænulis, altera ſtragulum, altera opertorium facta eſt.* idem natural. quæſt. lib. IV. cap. VI. *hi quum ſignum dediſſent adeſſe jam grandinem, quid expectas, ut homines ad pænulas diſcurrerent, aut ſcorteas?* diſtinguit pænulas à ſcorteis, quod illæ laneæ, iſtæ pelliceæ. ſcorteæ tamen pænulæ dicebantur, & ſcorteæ κατ᾽ ἔλλειψιν, cum ſubaudiatur pænulæ.

1 *Quum id veſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluviæ fuiſſet.*] Haud paulo melius in Palatino, mea quidem ſententia, *aut pluviale fuiſſet.*] pluviale veſtimentum quod tempore pluvio geſtatur: ut itinerarium quod in itinere. vetus ſcholiaſtes Juvenalis ad illud:

— pingues aliquando lacernas,

itinerarium aut pluviæ fuiſſet. Matronas tamen intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permiſit. Facundiæ fuit Græcæ magis quam Latinæ, nec verſu invenuſtus. Et ad muſicam pronus, matheſeos peritus: [1] & ita quidem ut ex ejus juſſu mathematici publice propoſuerint Romæ, ac ſint profeſſi ut docerent. Aruſpicinæ quoque peritiſſimus fuit. [2] ὀρνεοσκόπ☉ magnus [3] ut & Vaſcones & Hiſpanorum & [4] Pannoniorum augures vicerit. Geometriam fecit, pinxit mire, cantavit nobiliter: ſed nunquam alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus. Vitas principum bonorum verſibus ſcripſit. Lyra, tibia, organo cecinit: [5] tuba etiam, quod

in aliis pingues, ut oſtendat groſſas, ac per hoc pluviales, quæ muniant à pluvia, non quæ ornent. Hinc *pluviale* ſubſtantive & per ſe poſitum, genus veſtis deſignat pinguis & villoſæ pluvialique tempeſtate geri aptæ. *pluvium* dicitur in capitulis Car. Magni.

1 *Et ita quidem ut ex ejus juſſu mathematici publice propoſuerint Romæ ac ſint profeſſi ut docerent.*] Elegans & luculentus ad hanc rem Ulpiani locus lib. VII. de officio Proconſulis in comparatione legum Moſaicarum & Romanarum, quem & obiter emendabimus. tit. de vaticinationibus & Mathematicis, *ſed fuit quæſitum utrum ſcientia hujus modi hominum puniatur an exercitium & profeſſio. & quidem apud veteres dicebatur profeſſionem eorum non notitiam eſſe prohibitam. poſtea variatum. Non diſſimulandum eſt nonnunquam irrepſiſſe in uſum, ut etiam profiterentur & publice proponerent. quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum eſt, qua viſi erant vel conſulere vel exercere, quam qui fuerit permiſſum.* ita nos legimus. vulgo habetur excuſum, *& publice reprenderint*, ex quo faciendum putabat vir doctiſſimus, *publice reſponderent.* ſed, *proponerent*, longe melius, quod etiam hoc Lampridii loco confirmatur. ubi ſimul publice proponere & profiteri de Mathematicis dicitur.

CASAUBONUS.

2 Ὀρνεοσκόπ☉ *magnus.*] Mirum quare Græcam vocem potius quam Latinam augur uſurpaverit. *ὀρνεοσκόπον* Zeno Veronenſis hac circumlocutione exprimit eleganter: *qui per varios avium volatus conjecturis inanibus ſtatum p'umeæ ſalutis inquirit.* in ſermone de Jona.

4 *Pannoniorum augures.*] Horum meminit Spartianus in Severo. Porphyrius auctor eſt, quaſdam gentes olim cognationem habuiſſe quandam cum certis avibus, quarum auſpiciis regerentur, cum illarum cantus intelligerent: ut aquilarum Etruſcos, corvorum Arabes, alios aliarum. in tertio Περὶ ἀποχῆς.

GRVTERVS.

3 *Ut & Vaſcones & Hiſpanorum, &c.*] Palatino abeſt prior particula *&*, non malè, ut Vaſcones Hiſpanis annumeravit.

SALMASIUS.

2 Ὀρνεοσκόπ☉ *magnus fuit.*] *Orneoſcopos magnus fuit.* ita ſcriptum in optimo Palatino.

5 *Tuba etiam, quod quidem imperator nunquam*

quod quidem imperator [1] nunquam oſtendit. [2] Palæſtes primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa bel-
28 la & glorioſe geſſerit. Conſulatum ter iniit tantum ordinarium: [3] ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit. Severiſſimus judex contra fures, appellans eoſdem quotidianorum ſcelerum reos, & damnans acerrime, ac ſolos hoſtes inimicoſque Reipub. vocans. Eum notarium qui falſum cauſæ brevem in conſilio imperatorio retuliſſet, [4] inciſis digitorum nervis ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit. [5] Quum quidam ex hono-

nunquam oſtendit.] *Oſtendere* ſignate proprium huic rei verbum, cum artifices nempe committunt, aut ſpecimen artis ſuæ edunt. Græci ἐπιδείξασθαι dicunt, & ἐπίδειξιν hujuſmodi *oſtenſionem* ſive ſpecimen.

CASAUBONUS.

1 *Nunquam oſtendit.*] Οὐκ ἐπεδείξατο. non fecit palam: neque publicè ſpecimen dedit hujus ſuæ peritiæ.

2 *Palæſtes primus fuit.*] Reg. *palæſtres*. ſcribendum *palæſtrites*. ſed & alterum eſt rectum: nam & Græci utroque modo παλαιστής & παλαιστρίτης.

3 *Ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit.*] Creationem conſulum veteres Latini dicebant comitia conſularia: poſtea ſublatis comitiis dici cepit ordinatio conſulum, ut apud Suetonium & alios: deinde etiam nundinum conſulum: quod quare ita ſit dictum, non ſatis ſcio: ſed illud ſcio, nihil aliud eſſe nundinum conſulum, niſi ordinationem. Vopiſcus in Tacito: *In eadem oratione fratri ſuo Floriano conſulatum petiit, & non impetravit: idcirco quod jam ſenatus omnia nundina ſuffectorum conſulum clauſerat.* iterum Lampridius in hoc libro: *Conſules quoſcunque vel ordinarios vel ſuffectos creavit, ex ſenatus ſententia nominavit, ſumtum eorum contrahens; & nundina vetera ex ordine inſtituit.* ubi aſſuta eſt ineptiſſima gloſſema, *vel dies vel tempora.*

4 *Inciſis digitorum nervis.*] Spectarunt hoc ſæpius antiqui legum conditores, ut qua parte quis peccaſſet, eadem puniretur: quod memini probare multis exemplis Jacobum Cujacium libro ſeptimo Obſervationum, capite XIII.

5 *Cum quidam ex honoratis.*] Quomodo honoratus iſte, ſi homo erat vitæ ſordidæ & aliquando furtorum reus? nec poteſt referri ad loci dignitatem, quem in Rep. occuparet. paret enim omni munere civili fuiſſe immunem. an igitur ſcribendum, *ex inhonoratis?* an ad opes ſolum reſpexit, quarum merito, ut ſit, inter honoratos iſti locus?

SALMASIUS.

2 *Palæſtes primus fuit.*] Sic ſupra: *amator primus fuit.* nam qui in aliqua re primus, idem optimus, ut contra qui peſſimus, ultimus, unde & peſſimi pro ultimis in vetuſtis Gloſſis. *peſſimi*, ἔσχατοι. & apud Salluſtium primi & peſſimi opponuntur.

3 *Ac primo nundino.*] *Primo nundinio.*

GRVTERVS.

5 *Cum quidam ex honoratis vitæ ſordidæ, &c.*] Forte fuit *quidam exhonoratus*, id eſt, qui honoribus exciderat. ſic Salvianus lib. II. de gubern. Dei: *diademate exhonoratur.* item alibi ſimplici-

honoratis, vitæ ſordidæ & aliquando furtorum reus, per ambitionem nimiam ad militiam aſpiraſſet, idcirco [1] quod per reges amicos ambierat, admiſſus, ſtatim in furto præſentibus patronis detectus eſt: juſſuſque à regibus audiri, damnatus eſt re probata. Et quum quæreretur à regibus, quid apud eos paterentur fures, illi reſponderunt, Crucem. Ad eorum reſponſum, in crucem ſublatus eſt. Ita & patronis auctoribus damnatus ambitor eſt: & Alexandri, quam præcipue tuebatur, ſervata clementia eſt. [2] Statuas coloſſas vel pedeſtres nudas, vel equeſtres, divis imperatoribus [3] in foro divi Nervæ, [4] quod *Tranſitorium* dicitur, locavit omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ geſtorum ordinem continerent exemplo Auguſti, qui ſummorum virorum ſtatuas in foro ſuo è marmore collocavit, additis geſtis. Volebat videri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: [5] maxime quod quodam tempore feſto, [6] ut ſolent, Anti-

pliciter: *Præpotentem virum nequaquam exhonorari à quoquam licet, &c.*

CASAUBONUS.

1 *Quod per reges amicos ambierat.*] Videntur in aula Imperatoris tum fuiſſe reges aliqui, aut regum filii. plures enim fuere ſub imperio Rom. etiam tum reges: præſertim populorum Aſiaticorum.

2 *Statuas coloſſas.*] Scrib. *coloſſeas.*

4 *Quod Tranſitorium dicunt.*] Item Pervium. Aurelius Victor in Nerva.

6 *Ut ſolent.*] Erant enim Antiochenſes dicaciſſimi, ut dictum eſt ad Hadrianum: nec minus Alexandrini, de quibus infra in Saturnino tyranno Vopiſcus.

GRVTERVS.

2 *Statuas coloſſas.*] Sic iterum Pal. annotatum tamen à recenti manu, alias legi *lacoſas.*

SALMASIVS:

3 *In foro Divi Nervæ quod tranſitorium vocant.*] Aurelius Victor *pervium* vocat. pervium, & tranſitorium idem eſt. nam *pervium* dicitur per quod tranſiri poteſt. perviæ urbes Marcellino ſunt, quæ in tranſitu occurrunt, & per quas in itinere faciundo tranſeundum eſt. unde apud eumdem, *perviam aliquam urbem habere*, eſt, dum iter quis facit, per urbem aliquam, ita poſtulante itineris commoditate & neceſſitate tranſire. hæ & tranſitoriæ poterant dici. contra Ciceroni devia oppida, quæ extra viam poſita ſunt. Philippica ſecunda: *ſtulte Aquinates, ſed tamen in via habitabant. quid Anagnini? qui cum eſſent devii, obviam ei deſcenderunt.* devium ſcortum dicitur Horatio, non vulgare nec omnibus expoſitum. *devia* etiam Latini vocant, quæ viam non habent, τὰ ἄνοδα, difficilia & ardua.

5 *Maxime quod quodam tempore feſto.*] Quare feſto tempore? an non poterant eum laceſſere alio tempore, quam

Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſiverant eum convitiolis, *Syrum* [1] *archiſynagogum* eum vocan-
29 tes & *archierea*. Antequam de bellis ejus & expeditionibus & victoriis loquar, de vita quotidiana & domeſtica pauca diſſeram. Uſus vivendi eidem hic fuit: Primum ut, ſi facultas eſſet, [2] id eſt ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis [3] in larario ſuo (in quo & divos principes, [4] ſed optimos electos & animas ſanctiores, in queis & [5] Apollonium, & quantum [6] ſcriptor ſuorum temporum dicit, [7] CHRISTUM, [8] Abraham, & Orpheum,

quam feſto? deinde cur non dixit, *quodam die feſto?* Palatinus liber mendam aperit, at non ego emendationem, ſic enim habet, *maxime quod quodam tempore, fruſta ut ſolent Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſitus erat conviciolis.* ita enim vetus liber, non *laceſſiverant*. fortaſſean totus ita locus legendus fuerit: *maxime quod quodam tempore à ſcurra, ut ſolent Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſitus erat conviciolis, Syrum, Archiſynagogum eum vocante, & Archierea.* aut mimarium ſcurram intelligit, aut aliquem de populo ſcurram. horum ſcurrarum meminit in Gallieno Trebellius: *prætereundum non eſt haud ignobile facetiarum genus: nam quum rex Perſarum quaſi captivorum per pompam duceretur, quidam ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis, &c.* ſed cum dicat, *ut ſolent Ægyptii, Antiochenſes, Alexandrini*, puto heic aliquid aliud vitii ſubeſſe, quod non poſſum aſſequi. forte urbis Syriæ, vel Ægypti nomen deſideratur, aut ſub illo *fruſta* corruptum latet.

1 *Archiſynagogum eum vocantes & archierea.*] Iidem libri: *archiſynagogum eum vocantes archiereum.* diſtingue: *archiſynagogum eum vocantes, archiereum.* hæc enim aſyndetos concipiuntur: Syrum, archiſynagogum vocantes, archiereum. *archiereum* autem dixit ab ἀρχιερεὺς, ut Latini Orpheum ab Ὀρφεύς. Latine igitur declinavit.

CASAUBONUS.

2 *Id eſt, ſi non cum uxore cubuiſſet.*] De hoc dictum nobis in vita Commodi ad illa verba, *aquam geſſit ut lenonum miniſter.*

3 *In larario ſuo.*] Sanctiore: nam & lararium ſecundum habuit, cujus infra fit mentio.

4 *Sed optimos electos.*] Poteſt tolli vox *optimos*: niſi ſcribere malis, *ſed optimo quoque electo.*

5 *Apollonium.*] Thyaneum planum illum ſceleſtiſſimum: cui illa potiſſimum ætas venerationis plurimum detulit. vide Vopiſcum in Aureliano.

6 *Scriptor ſuorum temporum.*] Ita ſæpius, pro eorum temp. vel ſic accipiendum, ſcriptor quidam, qui tempora illa, quibus ipſe vivebat, deſcripſit. In Regio eſt *ſcriptores.* ut poſſit inde ſcribi, *quantum ſcriptores eorum temporum dicunt.*

7 CHRISTUM.] Cujus notitiam habuit per matrem: quam Chriſtianæ religionis myſteriis initiatam, & ab Origine conſtat informatam.

8 *Abraham & Orpheum, & hujuſcemodi deos habebat.*] Regius codex, *& hujuſmodi cæteros habebat.* quod non temere reſpuendum: nam neque Abraham, neque Orpheus pro diis ab Alexandro habiti. de CHRISTO quid crediderit non poteſt dubitari: cum infra ſcribat Lampridius, voluiſſe

Orpheum, [1]& hujuſcemodi deos habebat, ac majorum effigies) [2]rem divinam faciebat. Si id non poterat, pro loci qualitate vel vectabatur, vel piſcabatur, vel deambulabat, vel venabatur. Dehinc ſi hora permitteret, [3]actibus publicis poſt multam horam operam dabat,

luiſſe illi Alexandrum templum facere, & inter deos eum recipere.

SALMASIUS.

1 *Abraham & Orpheum & hujuſcemodi deos habebat.*] Suſpecta mihi eſt hæc lectio: nec immerito. non enim Abraham nec Orpheum, ſed nec Apollonium, pro diis habuit Alexander, nec quiſquam in illo tempore: ſed animas ſanctiores & viros divinos, eos exiſtimarunt, & ſic coluerunt. in Palatinis membranis legitur, *Abraham & Orpheum & hujus ceteros.* at vetus & prima editio, *hujuſce deos.* ex quo fecerunt poſtea correctores, & procuderunt hanc, quam vulgo habemus lectionem, *& hujuſcemodi deos.* forte, *& hujuſmodi ceteros.* nihil enim ſuccurrit aliud, hoc quidem tempore, quod melius aut verius exiſtimem.

GRUTERUS.

1 *Et hujuſmodi ceteros habebat.*] Sic Regius codex, & Pal. alter à manu ſecunda, qui tamen, ut & primus, prius habuerat, *& hujus ceteros hab.* ut fortè ſcripſerat auctor, *& hujuſce heroas.*

3 *Actibus publicis poſt multam horam operam.*] Vox *horam* æque ab utroque Palatino excluſa eſt, quemadmodum editionibus vulgo receptis. nec diſplicet; mallemque etiam inſuper ablatam voculam *poſt.*

CASAUBONUS.

2 *Rem divinam faciebat.*] Aut ſacrificando, quod propriè rem divinam facere dicitur: vel adorando ſolum & incenſum ponendo: qui fuit mos multorum: ut illius Marcellinæ Carpocratis ſociæ, quæ in larario ſuo imagines JESV, Pauli, & Homeri & Pythagoræ ita colebat ſimul, ut ſcribit B. Auguſtinus.

3 *Actibus publicis poſt multam horam operam dabat.*] Hæc ſcripta eſt lectio. vulgati vocem *horam* non habent. unde prona emendatio, *poſt multa operam d.* ſed ſequor veteres. cur dicat Alexandrum poſt multam horam publicis actibus operam dediſſe, ſequentia docent: nec opus interprete.

SALMASIUS.

3 *Actibus publicis poſt multam horam operam dabat.*] Quid eſt *poſt multam horam?* præſertim cum tribus ab hinc verbis præceſſerit, *dehinc ſi hora permittere: poſt multam horam operam dabat.* non enim intelligo quo ſenſu hæc dicantur, *hora permittente, poſt multam horam operam dare.* delendum igitur illud *horam*, & legendum: *dehinc ſi hora permitteret, actibus publicis non multam operam dabat, idcirco quod & res bellicæ & res civiles per amicos tractabantur.* reddit hanc rationem quare non multam operam actibus publicis daret Alexander, & non niſi hora permitteret, quod & bellica & civilia negotia amicis adminiſtranda relinqueret. ſane ſi neceſſitas cogebat, non ſolum non multam operam & ſi hora permitteret, dabat, ſed ante lucem illis vacabat diſtinguendis, & in longam horam producebat, ut paulo poſt ſequitur. tractatio igitur rerum bellicarum & civilium penes amicos erat. Alexander ipſe aut rem divinam faciebat, aut ſi id non poterat, vel vectabatur vel piſcabatur: vel ſi hora permitteret, hoc eſt, ſi vacabat, aliquantam operam actibus publicis impendebat. nec enim multam impendere

dabat, idcirco quod & res bellicæ & res civiles (ut ſuperius dictum eſt) per amicos tractabantur, ſed ſanctos & fideles, & nunquam venales: & tractatæ firmabantur, niſi quid novi etiam ipſi placeret. Sane ſi neceſſitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat: [1] neque unquam tædiavit, aut moroſus aut iratus reſedit, fronte ſemper pari & lætus ad omnia. Erat enim ingentis prudentiæ, & cui nemo poſſet imponere: & quem ſi aliquis urbane tentare voluit, intellectus tulit pœnas. Poſt actus publicos ſeu bellicos ſeu civiles, lectioni Græcæ operam majorem dabat, *De republica* libros Platonis legens. Latina quum legeret, non alia magis legebat quam *De officiis* Ciceronis & *De republica*. [2] Nonnunquam & oratores & poëtas, in queis Serenum Sammonicum, quem ipſe noverat & dilexerat, & Horatium. Legit & vitam Alexandri quem præcipue imitatus eſt: etſi in eo condemnabat ebrietatem & crudelitatem in amicos, quamvis utrumque defendatur à bonis ſcriptoribus, quibus ſæpius ille credebat. Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut [3] luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lavabatur,

pendere opus habebat, cum omnia per amicos agerentur. Scal. legebat *poſt multa, operam dabat*. & ita ego olim.

CASAUBONUS.

1 *Neque unquam tædiavit.*] Verbum novum & meo judicio elegantiſſimum, *tædiare*, pro pertæſum alicujus negotii id deſerere, & ut loquitur Marcus imperator, ἀπαγορεύειν τῇ ἱδρώτι. commendat Lampridius Alexandri in audiendis cauſſis patientiam: quæ pars magna juſtitiæ eſt, & quam primum religioni ſuæ judex debet.

3 *Luctaminibus mollioribus.*] Græci κούφους ἀγῶνας nominant.

SALMASIUS.

1 *Neque unquam tædiavit.*] Hac voce etiam uſus eſt Vegetius de re veterinaria lib. III. cap. II. *inter exordia igitur tædianti bovi adverſus omnes morbos potio iſta ſuccurrerit*. Gloſſæ noſtræ: *tædio*, ἀθυμῶ.

2 *Nonnunquam & oratores & poëtas.*] Palatinus: *& orationes, & poëtas. orationes* pro oratoribus: ut *conjugia* pro conjugibus, & *matrimonia*: *regna* pro regibus: *ſpectacula* pro ſpectatoribus: *ſervitia* pro ſervis. vide quæ ſupra notavimus.

GRVTERVS.

2 *Nonnunquam & oratores & poëtas.*] Pall. ambo, *orationes*.

1 *Ita*

batur, [1] ita ut [2] caldariis vel nunquam vel raro, piſcina ſemper uteretur, in eaque una hora prope maneret: biberet etiam frigidam Claudiam jejunus ad unum prope ſextarium. [3] Egreſſus balneas [4] multum lactis & panis ſumebat, ova, deinde mulſum: atque his refectus aliquando prandium inibat, aliquando cibum uſque ad cœnam differebat, prandit tamen ſæpius. Uſuſque eſt Adriani tetrapharmaco frequenter, de quo in libris ſuis Marius Maximus loquitur, quum Adriani diſſerit vitam. Poſt meridianas horas ſubſcriptioni & 31
lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, [5] ita [6] ut ab epiſto-

SALMASIUS.

1 *Ita ut caldariis vel nunquam vel raro.*] Pal. *caldaria*, ſubaudi *cella*.

CASAUBONUS.

2 *Caldariis, vel nunquam vel rarò.*] Cauſſam diximus ſupra ad Caſſium Gallicani.

3 *Egreſſus balneas multum lactis & panis ſum.*] Lege auctore Joſepho Scaligero: *Eg. balneas, haud multum lactis & panis ſumebat, & ova, deinde mulſum.*

6 *Ut ab epiſtolis, & libellis, & à memoria.*] Οἱ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν δεήσεων καὶ μνήμης προεστῶτες.

SALMASIUS.

4 *Multum lactis & panis ſumebat, ova, deinde mulſum.*] Id eſt jentabat. veteres matutino tempore pane ſicco deguſtato, aliquando prandium inibant, aliquando uſque ad cœnam cibum differebant. qui panem ſiccum non poterant ſumere, uvas paſſas, ficus, ova, lac, mulſum & alia hujuſcemodi ſumebant. à bucceis vel buccis panis quem comedebant jentantes, βουκκισμὸς jentaculum: & βουκκίζειν, jentare. qua de re dicemus infra, & ſupra jam diximus ad Antoninum Pium. Galenus lib. 11. περὶ συνθ. φαρ. κατὰ τόπους. οὕτω τε πειρᾶσθαι διαιτᾶσθαι τὸ λοιπόν, ὡς ἄγειν αὐτοὺς δι-πεπληρωμένας, ἄρτου προσφέρεσθαι βραχὺ κατὰ τρίτην ὥραν ἢ τετάρτην, ἢ βραχὺ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, εἰς διάστημα χρόνου ἱκανὸν ἐπὶ τὴν εἰθισμένην ὥραν τοῦ λουτροῦ. ὅσοι δὲ οὐ δύνανται τὸν ἄρτον ἐσθίειν χωρὶς ὄψου, τούτοις ἢ ἐλαιῶν, ἢ φοινίκων, ἢ σταφυλῆς, ἢ ἑνὸς τοιούτου διδόναι. hora tertia vel quarta jentabant, hoc eſt panem comedebant: hora ſexta, prandium inibant, ſi qui pranderent hora nona vel decima, cœnabant. ſed hæc ad Vopiſci Tacitum pluribus.

5 *Ita ut ab epiſtolis, libellis, & à memoria ſemper aſſiſterent.*] Id eſt, magiſtris epiſtolarum, libellorum & memoriæ. cum enim quis dicitur ab epiſtolis, intelligitur magiſter ab epiſtolis, & idem eſt quod magiſter epiſtolarum. ita de ceteris. quattuor autem fuere ſcrinia: ſcrinium epiſtolarum, ſcrinium memoriæ, ſcrinium libellorum, & ſcrinium diſpoſitionum. primi quique & principes in ſingulis ſcriniis dicebantur proximi. ut proximus ab epiſtolis, proximus à libellis, & proximus à memoria, vel quod idem erat, proximus epiſtularum, libellorum, & memoriæ. in ſcrinio diſpoſitionum non dicebatur proximus diſpoſitionum, ſed comes. atque hi ſunt qui vocabantur proximi ſcriniorum. iidem erant & principes ſcriniorum. leg. XI. Cod. Theod. dicuntur eſſe in capite conſtituti: *per omnia*

omnia ſcrinia noſtra ſingulis annis emenſis qui ſunt in capite conſtituti, uno anno teneant proximatum. iidem priores in ſcrinio eſſe, leg. x. tit. eod. de prox. ſcrin. *ad ſimilitudinem proximorum qui in ſcriniis militantes comitum dignitatibus adornantur: hi quoque qui priores in ſcrinio diſpoſitionum fuerint, & comitis acceperint dignitatem, &c.* cum primi fuerint, non dubium quin & magiſtri quoque dicti ſunt: nam & priores in ſcrinio diſpoſitionum. qui & comites diſpoſitionum appellabantur, magiſtros etiam vocat lex xi. eod. tit. *clariſſimos viros proximos ſcriniorum & magiſtros diſpoſitionum vicariorum ordini copulamus.* vides proximos ſcriniorum & magiſtros diſpoſitionum adæquari. & hi magiſtri diſpoſitionum, aliis locis paſſim comites appellantur. atqui proximi aliorum ſcriniorum comitivæ quoque dignitate ornati fuere. immo ad exemplum, & ſimilitudinem proximorum, illi diſpoſitionum magiſtri vel priores in ſcrinio diſpoſitionum, comitum dignitatibus ornari perhibentur dicta lege x. falſus eſt igitur magnus Juriſconſultus qui magiſtrum & proximum *συνάρχοντας* eſſe ſcribit, atque ideo non fuiſſe in ſcrinio diſpoſitionum proximum, quia nec magiſtrum. nam ex his quæ dicimus conſtat magiſtrum etiam diſpoſitionum dictum eſſe qui & comes dicebatur, quique proximis aliorum ſcriniorum adæquabatur. proximus ſcrinii eſt primus in ſcrinio, quem nemo præcedit. hic & comes erat, ideoque & magiſter. nam comes & magiſter ſcrinii vocabatur. ut in ſcrinio diſpoſitionum, qui prior erat, idem comes & magiſter diſpoſitionum audiebat. ſic lictor proximus erat, primus & princeps lictorum. Gr. ἀρχιῤῥαβδοῦχον ſummum lictorum interpretantur. at ſummus lictor, & proximus idem. habebant & illi proximi ſuos adjutores, qui dicebantur adjutores à libellis, ab epiſtolis, à memoria. mentio eſt in veteri inſcriptione *adjutoris à libellis.* erant & *proximi rationalium, & proximi tabulariorum,* quibus & adjutores ſui, qui dicebantur adjutores à rationibus, & adjutores tabulariorum. proximus igitur in ſcrinio epiſtolarum eſt primus & princeps & magiſter ſcrinii epiſtolarum. præter hos autem proximos, & magiſtros ſingulorum ſcriniorum, omnia ſimul ſcrinia magiſtrum habebant, qui dicebatur magiſter omnium ſcriniorum, & magiſter ſcriniorum ſimpliciter. non enim hic erat magiſter ſcrinii epiſtolarum, aut libellorum, aut memoriæ, aut diſpoſitionum, ſed horum quattuor ſcriniorum magiſter. & quemadmodum in ſingulis officiis principes, & primates & capita dicebantur officii, ſuper quos unus erat, qui dicebatur magiſter omnium officiorum & magiſter officiorum ſimpliciter; ita unumquodque ſcrinium proximum ſuum habuit, qui prior & princeps in illo ſcrinio fuit: at omnia ſimul ſcrinia magiſtrorum ſcriniorum. magiſtri illi ſcriniorum præferuntur vicarianæ poteſtati tit xi. C. Theod. proximi vero ſcriniorum eod. Cod. tit. de proximis. copulantur ordini vicariorum. Cod. Juſt. magiſtri omnium ſcriniorum appellantur. eodem plane modo quo magiſter omnium officiorum dicitur in antiqua inſcriptione, & apud Corippum. Papinianus dicitur curaſſe ſcrinia Antonini Baſſiani Aurelio Victori: *ferunt*, inquit de Papiniano, *illo tempore Baſſiani ſcrinia curaviſſe.* intellige ſcriniorum magiſtrum fuiſſe. Feſtus Rufus de Ulpiano: *Hic Alexander ſcriniorum magiſtrum habuit Ulpianum Juriſconſultorem.* Lampridius ſcrinii magiſtrum Ulpianum fuiſſe dicit. ubi malim legere: *ſcriniorum magiſtrum.* non enim unius ſcrinii magiſter fuit Ulpianus, ut puta epiſtolarum, aut libellorum, aut memoriæ, ſed omnium. & qui ſcrinia curare dicitur, non hoc aut illud ſcrinium curat, ſed omnia ſimul. atque hæc ut ad hunc locum ſatis. nam plura & enucleatiora dicam in libro de officiis domus Auguſtæ.

epiſtolis & libellis & à memoria ſemper aſſiſterent. nonnunquam etiam ſi ſtare [1] per valetudinem non poſſent, ſederent, [2] relegentibus cuncta librariis & iis qui ſcrinium gerebant, ita ut Alexander ſua manu adderet ſiquid eſſet addendum: ſed ex ejus ſententia qui diſertior habebatur. Poſt epiſtolas, omnes amicos ſimul admiſit, cum omnibus pariter eſt loquutus: [3] neque unquam ſolum quenquam, niſi præfectum ſuum, vidit, & quidem Ulpianum, [4] ex aſſeſſore ſemper ſuo, cauſa, juſti-

CASAUBONUS.

1 *Per valetudinem.*] Regius, *prævaletudine*. & pro, *ſcrinium gerebant*, alii *regebant*. magiſtri ſunt ſcriniorum.

3 *Neque unquam ſolum quenquam, niſi præfectum ſuum vidit.*] Solum enim à principe admitti nimis fuit in aliis præter prætorio præf. invidioſum, ut docet ſimilis hiſtoria quam refert Xiphilinus in Hadriano. Sed cur ſolum neminem videret Alexander, cauſſam affert magnam paullo poſt Lamprid.

4 *Ex aſſeſſore ſemper ſuo.*] Id eſt, quo ſemper ante uſus aſſeſſore, poſtea eum fecit præf. præt. abeſt à ſcriptis τὸ *ſemper*.

SALMASIUS.

2 *Relegentibus cuncta librariis & iis qui ſcrinium gerebant.*] Qui ſcrinium gerebant, dicebantur ſcriniarii. vetus etymologicum Suidæ: σκρινιάριος, ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον. item: σκρινιάριοι οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλέων. σκρίνια δὲ αἱ ἄρκλαι. σκρίνιον γὰρ ὀρυφακτικὸν λάρνακα καλοῦσι Ῥωμαῖοι. idem: σκρινιάριος ὁ τὴν καταγραφὴν τῶν ἐξιτελέσεων ἐν τοῖς σκρινίοις διαφυλάττων. Gloſſæ βασιλικῶν: Σκρινιάριοι, σκρινιοφόροι, ἤγουν χαρτουλάριοι. id eſt, qui ſcrinium gerunt. in veteri inſcriptione ſcriniarius ab epiſtolis dicitur, & eſt qui ſcrinium gerebat in officio ſcrinii epiſtolarum. TI. CLAVDIVS. DIVI. L. ERASTVS. SCRINIARIVS. AB. EPISTVLIS. ſic ſcriniarius à libellis, qui in officio ſcrinii libellorum ſcrinium gerebat. vetus inſcriptio. D. M. QVADRATO. SCRINIARIO. A. LIBELLIS. id eſt, ſcriniarius libellorum: ut ſcriniarius ab epiſtolis, ſcriniarius epiſtolarum.

3 *Neque unquam ſolum quenquam niſi præfectum ſuum vidit & quidem Ulpianum.*] Infra. *ſolus poſt meridiem vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat quod emen'itos de ſe multa cognoverat.* item ſub fine hujus vitæ. *Jam illud inſigne quod ſolum intra Palatium præter præfectum & Ulpianum quidem neminem vidit.* Videri princeps & videre dicebatur. & videbatur quidem ab omnibus togatis qui officia faciebant, & matutinis ſalutationibus ave ſuum portabant. ſed videre eos dicebatur & præcipue quum ſolos videbat, quibus impenſius familiaris videri volebat princeps. nam illi plurimum poſſe apud principem exiſtimabantur, quos ille ſolos videbat. quod facere poſtea abſtinuit prudentiſſimus princeps Alexander circa omnes, uno excepto Ulpiano, quod multos ea familiaritate abuſos cognoverat, & de ſe fumos vendidiſſe. idem igitur erat, *me videt Cæſar*, ac ſi diceres, *ſum familiaris & amicus Cæſaris*. Plut. περὶ δυσωπίας cujus verba mirifice ad hunc locum faciunt. πολλὰ γὰρ ὑπ' ἀσθενείας τοῦ ἀντιλέγειν καὶ τοῦ ἀδυνάτου ἡμῖν ὑποχρώμεθα τοῖς ἀεὶ παροῦσιν, ὡς συνεστῶσιν ἐν αὐλαῖς καὶ περὶ ἡγεμόνας ἐνδόξεις, μὴ βουλόμενοι μηδ' ἀντιτείνοντες εἰπεῖν,

juſtitiæ ſingularis. Quum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari juſſit. Virgilium autem, Platonem poëtarum vocabat, ejuſque imaginem cum Ciceronis ſimulacro, in ſecundo larario habuit, ubi & Achillis & magnorum virorum. Alexandrum vero magnum [1] inter divos & optimos in larario majore conſecravit.
32 [2] Injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit, [3] nec magiſtris quidem aut principibus officiorum. Præfectis autem ſemper detulit, aſſerens eum qui mereatur injuriam pati, ab imperatore damnandum eſſe, non dimittendum. [4] Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, *Gratias tibi agit reſpublica*: eumque muneratus eſt, ita ut privatus

εἰπεῖν, οὐκ εἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεύς. ἀλλ' ἑτέρους ὁρᾷ μᾶλλον. non me vidit Cæſar, ſed alios magis videt.

GRVTERVS.

4 *Ex adſeſſore ſemper ſuo.*] Apparet & iſtud *ſemper* in Palatino.

1 *Inter Divos & optimos.*] Pal. *inter optimos & divos.*

4 *Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit.*] Sic Palat. & habet interpretationem commodam. haud male tamen codex Regius *præſidentium.*

CASAUBONUS.

2 *Injuriam nulli unquam amicorum comitumve f.*] Appellat injuriam novè, cum ſtatione ſua dejicitur aliquis, ſive cauſſa ſubſit, ſive non. ita enim [illegible] hic accipiendum, probant ſequentia.

3 *Nec magiſtris quidem aut principibus officiorum.*] Parum aut nihil inter magiſtros & principes officiorum fuit diſcriminis. plura ad Marcum.

4 *Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit.*] Regius codex, *præſidentium.* atque ita legendum: niſi malis *præſidum.*

SALMASIUS.

3 *Nec magiſtris quidem aut principibus officiorum.*] Manifeſto diſtinguit principes & magiſtros officiorum. unaquæque officia ſuos habebant principes: qui primores & priores, & capita officii dicebantur, quique illius officii cui præſidebant revera erant magiſtri. at magiſter officiorum is erat, qui omnia officia, & principes ipſos officiorum ſub ſe habebat. & princeps quidem officii dicebatur, at magiſter officiorum. tantum ſane intererat inter principem officii, & magiſtrum officiorum, quantum inter proximum ſcrinii, ut puta epiſtolarum, aut libellorum, & ſcriniorum magiſtrum. diximus alibi.

4 *Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit.*] Non indignum animadverſione, *præſentes* heic poni pro præſidibus, nec veluti cæci ad baculum, ſic nos par eſt ad emendationes confugere. nam omnes hoc loco libri, *præſentium* retinent. *pr.æſentes* igitur qui præſunt: ut *præſides* qui præſident: utriuſque vero verbi eadem notio. Juſtinianus: *in B.rytenſium autem civitate tam vir cl.riſſimus præſens Pœnicæ maritimæ quam beatiſſimus ejuſdem civitatis Epiſcopus & legum profeſſores.* ſupra in vita Getæ: *ſi quid acciperet à præſentibus, id ad ſuum contulit cultum, neque quidquam cuiquam dedit.* nam præſentes ibi ſunt præſides, ut alibi pluribus adſtruemus.

1 *Impen-*

tus pro loco ſuo poſſet honeſte vivere: his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, [1] impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, [2] quas ratio fabricæ requirebat. Aurum & argentum raro cuiquam, niſi militi diviſit, nefas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſuorum converteret id quod provinciales dediſſent. [3] Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remiſit. [4] Fecit Romæ curatores urbis quatuor- 33
decim; [5] ſed ex conſularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis juſſit, [6] ita ut omnes aut magna pars adeſſet, quum acta fierent. [7] Corpora omnium

1 *Impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum.*] Lege *ad ornandam.*

2 *Quas ratio fabricæ requirebat.*] Vetus lectio: *quas ratio fabrica.*

4 *Fecit Romæ curatores urbis quattuordecim, ſed ex conſularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis juſſit.*] Suboluit mihi ſemper de vitio in hac lectione, præſertim cum veteres editiones omnes aliam agnoſcant: dixiſſet enim potius, curatores urbis fecit conſulares viros. conſularis enim & ex conſule idem eſt, ille nempe qui conſul fuit. Palatinus igitur & vetera excuſa exhibent, *ſed ex conſulibus veros.* vel quivis videat emendandum, *ſed ex conſulibus viros.* hoc eſt, conſulares viros. nam viri ex conſulibus ſunt conſulares, ut ex præfectis, præfectorii, ex quæſtoribus, quæſtorii, & ſimilia. ſic Græci ἀπὸ ὑπάτων dicunt qui ſunt ex conſulibus. conſulares autem & ex conſulibus diverſi illa ætate. nam ex conſulibus qui conſules utique fuere. conſulares legati etiam prætorii viri dicti ſunt qui provincias Cæſaris jure conſulari adminiſtrarent, etiamſi conſules nunquam fuiſſent.

6 *Ita ut omnes aut magna pars adeſſet.*] Vetus editio: *& magna pars adeſſent.* recte, nam ita loquuntur.

CASAUBONUS.

3 *Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remiſit.*] De coronario ſatis alibi, & ſupra ad Hadrianum: negotiatorium verò aurum eſſe videtur, qui aurarius canon & auraria penſitatio ſive præſtatio in Conſtitutionibus Imperatorum dicitur. Sed onera negotiatoribus impoſita non unius generis fuerunt. nam præter aurariam functionem, fuere & aliæ exactiones ſub diverſis titulis diverſis temporibus inventæ: cujuſmodi ſunt in Codice, præſtatio monopolii, & ſiliquatici, & ſic ſunt hoc genus aliæ.

5 *Sed ex conſularibus viris.*] Reg. *ex conſularibus*, omiſſa voce *viris.* primæ editiones hic corruptiſſimæ. confer cum altero loco Lampridii ejuſdem in Heliogabalo.

7 *Corpora omnium conſtituit, vinariorum.*] Corporis vinariorum meminit inſcriptio vetus Romana, cujus initium eſt hoc:

::::

C. SEN::::O. REGVLIANO. EQ.
R. DIFFVS. OLEARIO. EX. BAETICA.
CVRATORI. EIVSDEM. CORPORIS. NEGOT. VINARIO. LVGDVN.

GRUTERUS.

7 *Corpora Lupinariorum.*] Haud aliter quoque membranæ Palatinæ.

omnium conſtituit vinariorum, [1] lupinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium: hiſque ex ſeſe defenſores dedit, & juſſit quid ad quos judices pertineret. [2] Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix

CASAUBONUS.

1 *Lupinariorum.*] Etiamve lupinariorum corpus? qui non poſſunt alii eſſe quam negotiatores lupinorum. ſed quis veterum lupinariæ negotiationis facit mentionem? Videamus igitur, ne ſcribendum ſit *popinariorum*. meminit eorum & paullo poſt Lampridius.

2 *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.*] Paullo poſt: *Spectacula frequentavit cum ſumma donandi parſimonia.* Etiam hæc res ſpecimen habuit morum: quare ſolent diligenter vitarum ſcriptores hoc notare. nam diſſoluti principes & voluptuarii in hoc genere ſumtuum damnoſiſſimi fuerunt, ut de Vero, Commodo, Alagabalo, Carino, aliis eſt videre. ſobrii contra, præmia ſcenicorum carpſerunt, & contraxerunt alius aliter, ut Pius, Marcus, alii. popularitatis potius quam luxus fuit, quod ſcribit de Auguſto Suetonius. cap. XLV. & de Veſpaſiano cap. XIX. Dabantur autem ſcenicis præter certam mercedem lege definitam, aut pacto convento, & alia præmia: puta coronæ, quas Cicero & alii corollaria appellare ſolent, propter vilitatem antiquarum coronarum ſcenicarum. ſed poſtea etiam ex auro & argento coronæ hiſtrionibus datæ, auctore ejus moris Craſſo Divite, ut ſcribit Plinius libro XXI. capite III. has coronas auctor hic intelligit, aurum & argentum vocans, atque à pecunia ſeparans.

SALMASIUS.

2 *Scenicis.*] Vet. ed. *ſcænicis*. ita ſcribebant Latini, quamvis Græcis ſit σκηνή. *ſcænici artifices* in veteri inſcriptione, & *ſcæna* paſſim ſcribitur.

2 *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, raro pecuniam donavit.*] Aurum & argentum heic de corollis & corollariis quæ donabantur ſcenicis artificibus ex auro & argento, interpretantur doctiſſimi viri. ſed quæro, quæ ſit ratio ut corollæ aureæ argenteæque nomine auri & argenti veniant, pecunia vero argentea & aurea non veniat? aurum, inquit, & argentum nunquam ſcenicis, pecuniam vix dabat. at qui dat auream pecuniam, nonne aurum dat? mirum profecto mihi videtur aureas coronas, auri appellatione tantum intelligi, auream vero pecuniam minime ita vocari: cum tamen conſtet aurum & argentum paſſim apud auctores pro aurea & argentea pecunia uſurpari. Lampridius paulo ſupra: *aurum & argentum raro cuiquam niſi militi diviſit, nefas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas ac ſuorum id converteret quod provinciales dediſſent*. an etiam ibi per aurum & argentum, coronas aureas & argenteas intelligemus? nemo id, opinor, dixerit. *aurum & argentum dividere* eo loci ponitur, pro nummos aureos & argenteos dividere. infra: *omnem veſtem quam donavit, ipſe perſpexit, omne aurum, omne argentum, idque frequenter appendit:* item paulo inferius: *gemmarum quod fuit vendidit, & aurum in ærarium contulit.* quid igitur dicendum? pecuniam heic Lampridius ab auro & argento diſtinguit, & pecuniam proprie vocat, æreum nummum. ſic nos hodie monetæ nomine, æreos fere minutulos nummos intelligimus, & ab auro diſcernimus, cum tamen etiam aurea dicatur moneta, ut & argentea æreaque. ſic nummum ab auro & argento ſeparavit Suetonius in Nerone his verbis: *partem etiam cenſus omnes ordines confer-*

vix pecuniam donavit: [1] pretioſas veſtes quas Heliogabalus dederat, etiam ſuſtulit. [2] Milites quos *oſtenſionales*

conferre juſſit: & inſuper inquilinos privatarum ædium atque inſularum penſionem annuam repræſentare fiſco: exegitque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum poſtulatum, aurum ad obruſſam. nummus enim ibi æream pecuniam ſignificat, ut argentum argenteam, aurum auream. notanda igitur ac valde obſervanda hæc pecuniæ ſignificatio hoc loco de æreis tantum nummis. ſed quærit aliquis cur nunquam aureos, aut argenteos nummos ſcenicis dabat Alexander, cum æreos donaret, idque raro? qui dat in auro, nihil tam parvum poteſt dare, quin id magnum ſit. nam exigua aureorum ſumma non parvum adfert compendium. qui vero dat in ære, etiamſi non parvam æreæ pecuniæ ſummam conferat, nihil tamen magni confert, propter æris vilitatem, illo præſertim tempore quo octo libræ æris ſignati vix quadrageſimam octavam libræ auri partem æquabant. quod etiam longe viliori pretio permutatum eſt, poſt Conſtantini tempora, cum viginti quinque æris libræ pro uno ſolido, hoc eſt auri libræ parte ſecunda ſeptuageſima redderentur. ergo Severus Alexander, cum admodum parcus eſſet in ſcenicorum donationibus, nunquam aureos, nunquam argenteos illis donabat, & vix quidem æreos nummos. aureos autem accipiebant hiſtriones, ac ſcenicæ donationes in auro fiebant. Spartianus in Marci vita: *temperavit etiam ſcenicas donationes jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur.* ſed iſtæ donationes lege Marci circumſcriptæ editores ſpectabant. imperatores vero ſolebant in theatro ſcenicis placentibus donare. Suetonius de Galba: *cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donaſſe, prolatos manu ſua è peculiaribus loculis ſuis.* at Alexander ne argenteos quidem vel denarios hiſtrionibus donabat, ſed æreos, idque raro. idem tradit Dio de Galba: ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔτι οἷς, ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. hoc feciſſe Alexandrum, & nummulos æreos hiſtrionibus donaſſe, non heic tantum ſcribit Lampridius, ſed etiam paulo ſupra loco jam à nobis producto, iterumque producendo: *auro & argentum raro cuiquam niſi militi diviſit,* dividebantur enim aurei militibus in donativo, & donativi ſumma legitima terni aurei. in Heliogabalo: *poſt concionem pronuntiavit his quaſi militibus ternos aureos donativum.* militibus tantum aureos dividebat Severus, hiſtrionibus vero nunquam, ſed pauculos æreos nummos. rationem quare id faceret, hanc addebat, *ne in delectationes ſuas & ſuorum converteret, quod provinciales dediſſent.* aurum enim & argentum inferebant provinciales. qua de re nos alibi. certum eſt igitur aurum & argentum heic accipi debere pro aureis & argenteis nummis, pecuniam vero pro æreis ac minuta, ut nunc vocamus, moneta. Græci κόλλυβον, & κερμάτιον vocant. Gloſſæ Iſidori: *collybum, cermation.* Gloſſæ: κέρμα, *æs.* æs Latini de auro etiam argentoque ſignato dixerunt. at pecunia heic proprie æs ſignatum καὶ τὸ κέρμα. ſic νουμμία recentiores Græci de ærea pecunia fere tantum uſurparunt. nummus Suetonio abſolute pro æreo nummo.

CASAVBONVS.

1 *Pretioſas veſtes.*] Lege Vopiſcum in Carino.

2 *Milites quos oſtenſionales vocant.*] Qui ad obſequium principis diebus feſtis, & ſolennibus proceſſionibus, ut vocabant, ſoliti convenire: cujuſmodi ſunt comitatenſes, cohortalini, & Palatinæ militiæ pars maxima. *oſtenſionales*, οἱ πρὸς ἐπίδειξιν ἐσκευασμένοι, καὶ προπομπὴν τοῦ βασιλέως.

Sed

les vocant, ¹ non pretioſis, ſed ſpecioſis ² clariſque ve-ſtibus ornabat: ³ nec multum inſignibus aut ad appa-

ratum

Sed ex Lampridii verbis colligas, vulgo uſitatiſſimam eo ſeculo hanc vocem fuiſſe: quam tamen in æqualibus ejus ſcriptoribus legere non memini.

SALMASIUS.

2 *Milites quos oſtenſionales vocant.*] *Oſtenſio* heic accipitur, ut Gr. φαντασία. & *oſtenſionale*, τὸ φαντασιῶδες. ut φαντασιῶδες ἱμάτιον, quod ad ſolam oſtenſionem ac pompam habetur. Grammatici: κεστὸς τὸ ἔνδυμα Ἀφροδίτης. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν γυναικεῖον φαντασιῶδες ἔνδυμα. id Latine dixiſſe liceat, *oſtenſionale veſtimentum.* oſtenſionales milites igitur ſunt οἱ φαντασιώδεις. Grammaticus quidam: εἰκασθέντα δὲ τοιούτῳ παραδείγματι ὁ πρὸς μόνην φαντασίαν κιβδήλως χρυσοφορῶν: ad ſolam oſtenſionem. *pompaticum* etiam pro eodem dicunt. nam pompaticum & oſtenſionale idem. ſic carrum pompaticum & pompabilis ornatus eſt φαντασιώδης. Trebellius in Gallieno: *mille cc. gladiatores pompabiliter ornati.* φαντάζειν eſt oſtendere. Heſychius: φαντάσαι. δεῖξαι. φαντάζει, φαίνει. hinc φαντασία, *oſtenſio.* nobis *monſtre & parade* vocatur. Græci ἐξόδους μετὰ πολλῆς φαντασίας fieri dicunt, qui cum multa pompa paratuque fiunt. tranſvectionem quoque militum in recognitione ac luſtratione exercitus oſtenſionem vocarunt. & oſtenſionem facere dicebantur, quos hodieque dicimus *faire monſtre.* in veteri ſaxo: TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENSIONE. quidquid ad pompam paratum eſt, Græci ἐπιδεικτικὸν & φαντασιῶδες appellant. hinc ἐπιδεικτιᾶν monſtrari & oſtendi velle. Heſych. ἐπιδεικτιῶντα, ἐπιδείκνυσθαι μέλλοντα ἢ θέλοντα.

1 *Nec pretioſis ſed ſpecioſis clariſque veſtibus ornabat.*] *Nec pretioſis ſed ſpecioſis claris veſtibus ornabat.* ita Palatinus & prima editio.

CASAUBONUS.

2 *Clariſque veſtibus.*] Λαμπραῖς ἐσθῆσι. aut fortaſſe ἀνθηραῖς, quod videtur huic loco eſſe convenientius.

3 *Nec multum inſignibus aut ad app.*] Titubat hæc oratio, nec juvant ſcripti. Diſtinguo, ſuppleo, & lego: *non pretioſis, ſed ſpecioſis clariſque veſtibus ornabat, nec multum inſignibus. nec multum in earum veſtes, aut ad apparatum regium auri & ſerici deputabat.* geminatas voces etiam hic omiſerunt librarii. *veſtes inſignes* ſunt quæ & Græcis ἐπίσημοι. Diogenes Laertius de Ariſtotele, ἐσθῆτι ἐπισήμῳ χρώμενος. ſignificat Lampridius, non ſolum miniſtros alios Alexandri, ſervos & libertos, de quorum veſtibus ſupra & paullo poſt ab eo dictum: ſed ne iſtos quidem ad pompam & ſcenam τῇ βασιλικῇ φαντασίᾳ comparatos milites, multum diverſa veſte uſos, ab habitu communi militum.

GRUTERUS.

3 *Nec multum in ſigna, aut ad apparatum regium deputabat, &c.*] Elegans lectio, quamque imputat nobis codex Palatinus. antea hærebat heic aqua viris doctis, quod eſſet in vulgg. *nec multum inſignibus, aut ad app. regium deputabat.*

SALMASIUS.

3 *Nec multum inſignibus aut ad apparatum regium auri & ſerici deputabat.*] Quæ ad hujus loci emendationem & explicationem attulere viri docti, nullomodo id præſtant, cujus rei cauſa ſunt allata. veteres libri ſinceram & integram ſcripturam conſervarunt, in quibus ita legitur: *nec multum in ſigna, aut ad apparatum regium auri ſericique deputabat.* atque ita probe planeque ſcriptum etiam habet editio

Mediol.

ratum regium auri & ſerici deputabat, dicens, *Imperium in virtute eſſe, non in decore.* [1] Chlamydes hirtas Severi,

Mediol. *ſigna* heic ſunt vexilla, quæ feſtis diebus, in pompis ac ſollemnibus proceſſibus imperatoribus præferebantur multo auro argentoque radiantia. Herodian. l. II. de Pertinace: ἡμέρας δ' ἐγκαταλαβούσης κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, οὔτε τὸ πῦρ προπομπεύειν ἐάσας, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι, πρὶν μαθεῖν τὴν γνώμην τῆς συγκλήτου βουλῆς. non auſus imperatorem profiteri ſe Pertinax, priuſquam ſenatus ſententiam de imperio ſuo qualis eſſet, comperiſſet: ideoque cum in ſenatum deſcenderet è palatio, non paſſus eſt ignem ſibi anteferri, nec vexilla imperialia tolli. ubi vides imperatori è palatio in curiam deſcendenti prælata vexilla, & alia imperatoria inſignia, quæ σύμβολα βασιλικὰ appellat Herodianus. nec ſigna vexillaque eo tantum nomine paſſim vocat, ſed πυρὸς προπομπὴν, & reliquum regium apparatum lib. I. σύμβολα βασιλείας vocat: ἀλλ' ἐπεὶ συνέβη τὸν Λούκιον τελευτῆσαι μενόντων τῇ Λουκίλλῃ τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων, Πομπηϊανῷ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐξέδοτο. quænam illa eſſent σύμβολα poſtea explicat: καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. In Pertinace vero σύμβολα βασιλικὰ quæ attolluntur ſunt vexilla. Ammianus de Conſtantio qui Romam viſere geſtiebat, *ut pompam nimis extentam, rigentiaque auro vexilla, & pulchritudinem ſtipatorum oſtenderet, agenti tranquillime populo hæc vel ſimile quidquam videre nec ſperanti unquam nec optanti.* Trebellius Pollio de proceſſione Gallieni pompatica cum decennia celebraret novo genere ludorum, pomparumque: *haſtæ auratæ altrinſecus quingenæ, vexilla centena præter ea quæ collegiorum erant, dracones, & ſigna templorum, omniumque legionum ibant.* ſericea autem erant illa vexilla, auroque ſparſa. ideoque non dicit Severum hoc loco Lampridius nihil auri ſericique deputaſſe in ſigna, & apparatum regium, ſed non multum auri ſericique. vera igitur lectio, *in ſigna:* cum enim oſtenſionalium militum heic mentio habeatur, qui in ejuſcemodi pompis principi ad obſequium aderant, claris ſpecioſiſque veſtibus ornati, vexilla ſignaque omitti non debuerunt, eaque auro & ſerico fulgentia. nam milites nunquam ſine ſignis. Beda de Eduino rege narrat, ſemper ante illum vexillum præferri ſolitum cum per urbem incederet: *nec non & incedente illo ubilibet per plateas illud genus vexilli quod Romani tufam, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri ſolebat. tufa*, vexillum eſt recentioribus Latinis, quod tamen antiquum eſt vocabulum, & antiqua Græcaque origine. τύβη vel τύβος ſindonem aut velum ſignificat. hinc Latinis *tuva*, aut *tufa* ut *mavorte*, & *maforte: Guva* & *gufa*, & ſimilia. τύβη, velum. unde ἡμιτύβιον. quod Grammatici σινδόνιον δίκροσσον interpretantur, & ſudarium. ſic φαινόνιον, ἡμιφαινόνιον. φᾶρος, ἡμιφάριον. tufa velum etiam capitis muliebre ſignificat, & ricam, & mittam, & galerum. Gloſſæ: ὑποτυφικόν, *ſubricium*, quod ſub rica geſtatur. ſed de his infra alio loco.

CASAUBONUS.

1 *Chlamydes hirtas Severi.*] Non prætermittit Spartianus in ejus vita.

SALMASIUS.

1 *Chlamydes hirtas Severi & tunicas aſemas vel macrocheras & purpura non magna.*] Spartianus in Severo: *hic tam exiguis veſtibus uſus eſt, ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet, cum hirta chlamyde humeros advelaret.*

1 Et

Severi, [1] & tunicas aſemas [2] vel macrocheras [3] ex purpura

CASAUBONUS.

1 *Et tunicas aſemas.*] Sine clavo: σημεῖον, clavus veſtis: σημειωτοὶ, veſtes clavatæ. dixerunt & σημάδια. apud Photium tmemate CCXLII. tunica laticlavia dicitur Græcè χιτὼν πορφυροῖς πλατέσι σημαδίοις κεκοσμημένος. quidam *clavum* ἧλον verterunt: unde Soſipatro clavus ſive clavata veſtis, dicitur ἐμπόρφυρος καὶ ἔνηλος. Egnatio nugarum deſinere per nos licet.

SALMASIUS.

1 *Tunicas aſemas.*] Χιτῶνας ἀσήμους. ita enim Græci vocant, quæ carent purpura clavumque nullum habent. Pollux lib. IV. cap XVIII. κωμικὴ δὲ ἐσθὴς ἐξωμίς. ἔστι δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων. ubi male interpres ἄσημον ignobilem vocat. χιτὼν ἄσημος eſt tunica ſine clavo. contra ἐπίσημος ἐσθὴς eſt veſtis teſſeris auro textis vel purpureis clavata. ita ἐπίσημον ἐσθῆτα interpretamur apud Diogenem Laërtium de Ariſtotele: ἐσθῆτι ἐπισήμῳ χρώμενος. ſic Plinius ſcribit Phidiam uſum eſſe palliis, quæ teſſeras auro intextas haberent. ἐπίσημος plane illa veſtis. ſic ἐπίσημον ἀργύριον eſt ſignatum. contra ἄσημον non ſignatum. inde ἄσημον Græci recentiores ſubſtantive & abſolute quodvis argentum appellarunt, etiam illud quod eſſet ſignatum. Euſebius lib. I. hiſtor. Eccl. καὶ μετὰ ταῦτα προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν καὶ ἄσημον. ubi ἄσημος eſt pecunia argentea. ἐπίσημα vaſa Græci vocarunt, quæ ſculpta cælataque eſſent, & ſignis aſpera: ἄσημα vero lævia, & nullis ſignis cælaturiſque ornata. pecunia quoque probe & expreſſe ſignata ἐπίσημος Græcis dicitur. hinc ἀργύριον δόκιμον καὶ ἐπίσημον dicunt, Latini probum nummum & aſperum. Pollux: Ἀργύριον δόκιμον, ἐπίσημον. hoc eſt probum & aſperum. apud Suidam incertus auctor: δοκίμους καὶ ἐπισήμους στατῆρας, probos & aſperos. hinc *in probo & aſpero ſolvere* apud Senecam. è contrario nummos qui aſperi non eſſent, ſed aut uſu detriti aut male à principio ſignati, ἀσήμους appellabant. Pollux de pecuniæ vitio: ἀργύριον παρατετυπωμένον, παρακεχαραγμένον, ἄσημον, ὑπόχαλκον. Philoſtratus ἀσήμους δίφρους vocat qui ποικίλματα ex auro non haberent lib. III. vitæ Apollonii cap. V. ὁ δὲ ἰάρχας ἐκάθητο μὲν ἐπὶ δίφρου ὑψηλοῦ, χαλκοῦ δὲ μέλανος καὶ πεποικιλμένου χρυσοῖς ἀγάλμασι. οἱ δὲ τῶν ἄλλων δίφροι, χαλκοῖ μὲν, ἄσημοι δὲ ἦσαν, ὑψηλοὶ τι ἧττον. ſic ἐπίσημοι annuli dicebantur qui gemmam habebant. Pollux: δακτύλιον, δακτυλίδιον, σφραγίδιον, σφραγίδας. οὕτω γὰρ τοὺς ἐπισήμους δακτυλίους ὀνόμαζον τοὺς τὰ σημαντήρια ἢ λίθους ἐν αὐτοῖς ἔχοντας. σφραγὶς eſt annuli gemma. ea qui carebant, ἄσημοι vocabantur. σφραγὶς etiam eſt veſtis clavus apud Græcos. hinc ἄσημος veſtis, quæ σφραγῖδα non haberet. Heſychius: σφραγῖδες αἱ ἐπὶ τῶν δακτυλίων καὶ τὰ τῶν ἱματίων σημεῖα. ἐπίσημοι igitur, & πολυσήμοι veſtes, ſunt multis clavis inſignitæ, ἄσημοι nullis. multiſignes dixit Varro, ἀντὶ τοῦ πολυσήμων: de velitibus:

Quem ſequuntur cum rotundis velites levis parmis,
Anteſignani quadratis multiſignibus tecti.

ita enim legendum apud Nonium in his Varronis verſibus alibi docemus. *multiſignia ſaga*, ſunt πολύσημα vel ἐπίσημα. ἐπίσημον Heſychius, εὔμορφον, εὔφθογγον exponit: ἄσημον vero, ἄμορφον, ἄφθογγον.

2 *Vel macrocheras ex purpura non magna.*] Macrocheræ tunicæ quæ longas habent

pura non magna ad uſum revocavit ſuum. [1] In convivio aurum neſciit: pocula mediocria; ſed nitida ſemper habuit. [2] Ducentarum librarum argenti pondus miniſterium ejus nunquam tranſiit. [3] Nanos & nanas, & moriones & [4] vocales exoletos, [5] & omnia acroa- 34

habent manicas. vetus liber heic legit: *& purpura quæ non magna.* forte: *& purpurea quæ non magna.* vel: *è purpura quæ non magna.* dicitur igitur Alexandrum uſum eſſe tunicis aſemis quæ nihil prorſus haberent purpuræ, vel macrocheris; quæ purpuram quidem haberent, ſed non magnam, non igitur latis clavis erant inſignitæ, ſed parvis & anguſtis. & ſane Severum Spartianus, non ſcripſit nihil prorſum habuiſſe purpuræ in tunicis, ſed vix aliquid purpuræ habuiſſe.

CASAUBONUS.

3 *Ex purpura non magna.*] Scriptam lectionem, *& purpureas non magnas*, refellit ſuperior in Severo locus: nam ibi dixit Spartianus pro iſtis, *ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet.*

GRUTERUS.

3 *Ex purpura non magna.*] Pal. *& purpureaque non magna*: ut videatur reſtituendum, *ex purpura æque non magna.*

CASAUBONUS.

1 *In convivio aurum neſciit.*] Potorium puta vel eſcarium: ut in antiqua inſcriptione: GAMVS. AVG. L. PRAEP. AVRI. ESCARI. FECIT.

2 *Ducentarum librarum argenti pondus miniſterium ejus nunquam tranſiit.*] Hoc quis ſine admiratione ſumma legat? nam per antiquiſſimas Romanorum leges, quæ conviviis modum ponebant, centum tamen argenti libras convivio licuit inferre. erat enim legis Fanniæ quæ circa annum V. IƆXCI. lata eſt, caput unum, quo id ita diſerte cautum. quantum autem poſt illam legem ad Alexandrum uſque, (id ſpatium eſt annorum circiter CCCLXXX.) luxus Quiritium auxerit, periti hiſtoriæ non ignorant. Adde quod lex Fannia, non Imperatori poſita, ſed proceribus veteris Reip. *Miniſterii* appellatione intelliguntur omnia argentea vaſa ſternendo triclinio neceſſaria. Ulpianus lege tertia, §. XIV. Dig. Commodati vel contra: *Si de me petiſſes, ut triclinium tibi ſternerem, & argentum ad miniſterium præberem.* Gloſſæ, *Abacus delfica*, Μλωσιεσον.

3 *Nanos & nanas & moriones.*] Bene hæc ſuperioribus connectuntur: nam lautiorum menſis nani, nanæ, ſcurræ, cinædi & moriones ſemper inerrabant. non ita Auguſtus, ut narrat Tranquillus.

4 *Et vocales exoletos.*] Melius, *& vocales & exoletos.* qui phonaſco dant operam, & vocem erudiunt ad mollitiem, vocales dicuntur. Sidonius Apollinaris in ſimillimo huic loco de Theodorico rege Gottorum: *Illic non organa hydraulica ſonant, nec ſub phonaſco vocalium concentus, meditatum acroama ſimul intonat.*

GRUTERUS.

4 *Vocales exoletos.*] Sic quoque Pal. videturque illud *exoletos*, non ſolum ſpectare ad proximum *vocales*, ſed & ad *nanos, nanas, morioneſque*, qui præceſſerunt: nec notat fortaſſe eo aliquid fœdum monſtroſumque, ſed indicat, horum partem potiſſimam fuiſſe floris exſtincti, ideoque ſine magna gratia.

SALMASIUS.

4 *Et vocales exoletos.*] *Et vocales, & exoletos.* ita legendum. vocales pueri puellæque dicebantur, qui voce canerent. ſic vocales pueros expreſſit Agellius lib. XIX. cap. IX. *deſideravit exhiberi quos habere eum adoleſcentem ſciebat ſcitiſſi-*

acroamata, & pantomimos, populo donavit: qui autem uſui non erant, [1] ſingulis [2] civitatibus putavit alendos ſingulos, ne gravarentur ſpecie mendicorum. Eunuchos quos Heliogabalus & in conſiliis turpibus habebat

ſcitiſſimos utriuſque ſexus, qui canerent voce, & qui pſallerent. qui canunt voce, ſunt vocales. βοκαλίους Græci recentiores eos appellarunt. Chronicum Alexandrinum: εἶχε δὲ καὶ χοροὺς ὑφ' ἑαυτὸν διαφόρους μικρῶν προφητῶν, (οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς παραμένοντας τοῖς προφηταις, πολλάκις γὰρ καὶ ὑιοὺς προφητῶν αὐτοὺς ὀνομάζειν) ἔχοντων διάφορα ὄργανα, τὰ μὲν κύμβαλα, τὰ δὲ αὐλοὺς, τὰ δὲ τύμπανα, τὰ δὲ σάλπιγγας, τὰ δὲ ψαλτήριον καὶ κιθάραν, τοὺς δὲ ᾠδοὺς τοὺς λεγομένους βοκαλίους. & paulo poſt: τότε αὕτη ἡ διαδοχὴ τοῦ ῥυθμοῦ ἐκαλεῖτο διάψαλμα. ὥστε καὶ ὅταν ἢ τοῖς λεγομένοις ᾠδοῖς ἤτοι βοκαλίοις κατὰ μεσόθεν ψαλμοῦ ἤθελεν παραδοῦναι, τότε ἐκαλεῖτο ᾠδὴ διαψάλματος. vocales autem βοκαλίους vocarunt, ut *memoriales*, μεμωραλίους: *burichales*, hoc eſt burichos, βουριχαλίους; beneficiales, βενεφικιαλίους.

5 *Et omnia acromata.*] In veteri editione legebatur: *& omnia acromata.* nec aliter præferunt ſcriptum libri manu exarati. in notis Senecæ *acroma* legitur & *acromaticus*, & diu eſt cum ita legendum eſſe vidi apud Valerium Maximum libro I. capite VII. *cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium priuſquam pompa induceretur.* nam cum meminiſſem notatum doctiſſimo viro veteres libros ibi habere; *priuſquam croma induceretur:* nunquam dubitavi, quin eſſet ſcribendum: *priuſquam acroma induceretur.* fuit tamen cum & putarem ſcripſiſſe Valerium: *priuſquàm cruma induceretur.* nam κροῦμα etiam ἀντὶ τοῦ αὐλήματος dixere. κρούματα Ἰσμηνίου apud Plutarchum. ſed & idem Plutarchus Sympoſiacῶn quæſtionum lib. I. cap. IV. ita ſcribit: ὥς που καὶ τὸν αὐλὸν ἡρμόσθαι λέγουσι, καὶ κρούματα αὐλήματα καλοῦσι. nunc *acroma* magis placet. *acroma* autem pro *acroama*, ut ἀκρωτήριον pro ἀκροατήριον. in vetuſtiſſimis membranis gloſſarum Græcolatinarum, quæ ſervantur in Bibliotheca clariſſimorum fratrum Puteanorum, *auditorium*, ἀκρωτήριον. ſic Ὀαρίων Ὠρίων, & ſimilia ſexcenta. ejuſmodi autem vero acromata, *auditores* appellantur in vetuſta quadam ἑρμηνείᾳ ex Græco verſa. *ecce ſimiliter Ladicia, Circenſes & Tyrus & Berytus & Cæſarea. ſed Ladicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos. Tyrus & Berytus, mimarios. Cæſarea pantomimos. Heliopolis choraulas. maxime quod à Libano Muſæ illis inſpirent divinitatem dicendi. aliquando autem & Gaza habet bonos auditores.* ita ibi quidem auctor, qui adhuc jacet tantum in membranis, cujus uſuram nobis commodavit doctiſſimus Jucetus. ubi nemini dubium poteſt eſſe quin apud Græcum ſcriptorem fuerit: ἐνίοτε καὶ ἡ Γάζα ἔχει ἀγαθὰ ἀκροάματα. quod ille vertit, *auditores.*

CASAUBONUS.

1 *Singulis civitatibus putavit alendos ſingulos.*] Scrib. *deputavit.* & ita inveni in regio.

SALMASIUS.

1 *Singulis civitatibus putavit alendos.*] Forte: *deputavit alendos.* memini tamen ſuperius me defendere, hoc loco, *putavit.* atque ita alibi loquutus Spartianus.

GRVTERVS.

2 *Civitatibus deputavit alendos ſingulos.*] Sequutus ſum auctoritatem codicis Regii, quamvis adhæreſceret Palatin. vulgatis, haberetque *putaret.*

1 *Eoſ-*

bebat & promovebat, donavit amicis, addito elogio, ut ſi non rediiſſent ad bonos mores, [1] eoſdem liceret occidi [2] ſine auctoritate judicii. Mulieres infames, [3] quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari juſſit, [4] exoletis omnibus deportatis, [5] aliquibus etiam naufragio merſis, cum quibus illa clades conſuetudinem habuerat funeſtiſſimam. Auratam veſtem miniſtrorum vel in publico convivio nullus habuit. Quum inter ſuos convivaretur, aut Ulpianum aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas literatas, quibus ſe recreari dicebat & paſci. Habebat quum privatim convivaretur, & librum in menſa, [6] & legebat, ſed Græca magis. [7] Latinos autem poëtas lectitabat. [8] Publica convivia ea ſimplicitate egit qua privata, [9] niſi quod

CASAUBONUS.

1 *Eoſdem liceret occidi ſine auctoritate judicii.*] Scribo, *judicis*. fit autem hujus conditionis nominatim mentio: quia ſervos à dominis occidi lege Hadriani pridem fuerat vetitum: de quo in ejus vita.

3 *Quarum infinitum numerum depreh.*] Reg. *numerum magnum*. eſt gloſſema. ſed amat Lampridius ita loqui. quare ſuperius cum dicit, *leges de jure fiſci moderatas & infinitas ſanxit*: neſcio an ſequendi magni viri qui emendant *finitas*.

4 *Exoletis omnibus deportatis.*] De aulicis exoletis cape: nam in univerſum de omnibus falſum. ut & antè dictum.

5 *Aliquibus etiam naufragio merſis.*] Ut fuit mos in talibus: quod ad Suetonii Caligulam notare meminimus.

7 *Latinos autem poëtas lectitabat.*] Fortean melius, *Latin. tamen p.* Latinis literis parum omnino delectabatur: ſed poëtas tamen Romanos lectitabat; oratores minus: ideo ſuperius dicebat: *nec valde amavit Latinam facundiam.* hic ſenſus hujus lectionis: ſed non prætermittam lectionem quam invenit olim in ſuis libris Robertus à Porta Bon. quæ hæc eſt: *Habebat cum privatim convivaretur, & librum in menſa, & legebat; ſed Græca magis: Latinos autem poëtas lectitabat in publico convivio: ubi ea ſimpl. &c.* dederit hoc Alexander honori civium Rom. convivarum ſuorum.

GRUTERUS.

2 *Sine auctoritate judicii.*] Nihil opus quidquam mutare. nam *judicium* ponitur pro *judice*, ut *ſervitium* pro *ſervo*, *matrimonium* pro *uxore*, *&c.*

9 *Niſi quod numerus adcubantium creſcebat.*] Inerrat verbis iſtis vitium. nam idem dicunt quod ſequentia. & alioquin habet Pal. *accumtionum*.

SALMASIUS.

6 *Et legebat, ſed Græca magis.*] Vetus editio: *ſed Græce magis.*

8 *Publico convivio ea ſimplicitate egit, qua privato.*] Omnino ſcribendum: *publica convivia ea ſimplicitate egit, qua privata.* de privatis & publicis Principum conviviis alibi dicendi locus aptior, & nos aliquid dixiſſe in ſuperioribus ſcimus.

9 *Niſi quod numerus accubantium creſcebat, & multitudo convivarum.*] Alterutrum

[1] quod numerus accubitorum creſcebat & multitudo convivarum, qua ille offendebatur, [2] dicens ſe in theatro & Circo manducare. Oratores & poëtas non ſibi panegyricos dicentes, [3] quod exemplo Nigri Peſcennii ſtultum dicebat, ſed aut orationes recitantes, [4] aut facta veterum quos ante retuli, libenter audivit: liben-

utrum heic neceſſe eſt περίλκειν, aut *numerus accubantium*, aut *multitudo convivarum*. non enim alii accubantes ſunt quam convivæ. ſed aliter huic loco remedium faciendum eſt. legimus enim: *niſi quod numerus accubitionum creſcebat, & multitudo convivarum.* *accubitiones* autem ſunt *accubita.* qua voce etiam alibi uſus eſt, ſi bene memoria utor. nam *accubitationes* pro accubitis in his auctoribus lectæ.

CASAVBONVS.

1 *Quod numerus accubantium creſcebat, & multitudo convivarum.*] Otioſa verba ſunt, *& multitudo convivarum.* quid enim hoc, niſi *numerus accubantium*?

2 *Dicens ſe in theatro & Circo manducare.*] Hoc voluit qui primus dixit, *Septem convivium, novem convitium.* nam *convitium* eſt περιβόησις, & vociferatio multorum ſimul & incondite clamantium. Archeſtratus poëta convivia plurium quam quinque convivarum, comparabat contuberniis μισθοφόρων ἁρπαξιβίων.

3 *Ab exemplo Nigri Peſcennii.*] Hiſtoriam reſpicit Ælio Spart. narratam.

4 *Aut facta veterum quos ante retuli.*] Poteſt referri ad illa præcedentia verba: *Statuas ſummorum virorum in foro Trajani collocavit.* vel ad illa; *Vitas principum bonorum verſibus ſcripſit.* Sed placet regia lectio, quæ hunc locum ita concipit: *aut facta veterum quæ libenter audivit.*

GRUTERUS.

4 *Aut facta veterum quos ante retuli, libenter audivit.*] Etiam iſthæc lectio minus ſincera; quod indicat Pal. in quo, *veterum quam ne tuli veniter audivit.*

SALMASIUS.

3 *Quod exemplo Nigri Peſcennii ſtultum dicebat.*] *Irriſio eſt viventes laudare.* dictum Peſcennii ad eum qui ſibi imperatori Panegyricum recitare volebat. *Scribe*, inquiebat, *laudes Marii vel Hannibalis vel alicujus ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum imitemur: nam viventes laudare irriſio eſt.*

4 *Aut facta veterum quos ante retuli libenter audivit.*] Qui ſunt illi veteres quos ante retulit? aut ipſe auctor nos fallit, aut librarius. ſed iſte potius. nec enim poſſe referri exiſtimo ad illa præcedentia verba: *ſtatuas ſummorum virorum in foro Trajano collocavit.* & ſane damnat hanc lectionem vetus ſcriptura quæ habet: *ſed aut orationes recitantes, aut facta veterum quamnetu libenter audivit.* ita enim optimus Pal. ſed non ſine vitio, quod hæret in illis, *quamnetu*, ex quo impudentiſſime correctores finxerunt, *quos ante retuli.* quæ illorum audacia, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει. ſed nec placet Regia ſcriptura quam proponit vir doctiſſimus: *aut facta veterum libenter audivit.* nam vix cohæret. niſi vererer nimium audax videri, non dubitarem ſublata illa voce, quæ negotium ſola faceſſit, totum hunc locum ſic conſtituere: *oratores & poëtas non ſibi panegyricos dicentes, quod ex exemplo Nigri Peſcennii ſtultum dicebat, ſed aut oratione recitantes aut facta veterum libenter audivit.* ſed cum de poëtis & oratoribus loquatur, nullum dubium eſt, quin ad oratores orationes, tanquam proprium opus retulerit, ad poetas autem facta vete-

libentius tamen, ſi quis ei recitavit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retro principum, aut magnorum urbis Romæ virorum. Ad Athenæum, audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum cauſa, frequenter proceſſit. Audivit autem etiam forenſes oratores cauſas recitantes,[1] quas[2] vel apud ipſum[3] vel apud præfectos urbis egerant.[4] Agoni præſedit, & maxime Herculeo in honorem Magni Alexandri.[5] Solus poſt meridiem, vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de ſe multa

veterum: itaque ſic potius legerim: *ſed aut orationes recitantes aut facta veterum canentes libenter audivit.* libenter nempe audivit oratores orationes recitantes, & poëtas facta veterum canentes, & Achillis & ceterorum Heroum, quæ propria materies carminum. magis vero libenter audivit, ſi quis ei ſummorum virorum laudes, qua Græcorum qua Romanorum, ſive poëta, ſive orator recitaret. atque hactenus de hoc loco, cui meliorem faciant medicinam, qui poterunt. nos quod potuimus, præſtitimus. poſſet etiam legi: *aut facta veterum digna cognitu.* & hoc verum arbitror.

1 *Quas vel apud ipſum vel apud præfectos urbis egerant.*] Nihil heic varietatis in libris. vellet tamen ſcribi Caſaubonus, *agerent*: vel, *agebant*. ſed nihil neceſſe. immo contra ſic legi neceſſe eſt ut editum eſt. mos enim oratorum & advocatorum celebrium hic erat, ut cauſas quas egerant, vel apud præfectos, vel apud principem, eas animi gratia, vel etiam ad ingenium procudendum & exercendum, reponerent plerumque, & frequenti auditorio majore cum apparatu recitarent. idque à Græcis Latiniſque pariter oratoribus factitatum fuiſſe ſcimus. exemplum Æſchinis omnibus in ore & memoria eſt. Profecto verbum *recitare*, quo heic uſus eſt Lampridius, potuit viro docto perſuadere cauſas iſtas non revera tunc ante judicem actas eſſe, cum eas audivit Alexander, ſed in auditorio recitatas. quis enim credat imperatorem ad audiendas eas cauſas proceſſiſſe quæ apud præfectum urbis agerentur? in Athenæo igitur recitabant oratores forenſes, ſi quas aliquando cauſas paulo celebriores, aut cum aliqua eloquentiæ fama, vel apud præfectos urbis, vel apud ipſum principem egiſſent.

GRUTERUS.

2 *Vel apud ipſum, vel apud præfectos Urbis egerant.*] Sic & Pal. ut videatur dicere, recitaſſe eoſdem orationes ſuas, quibus aliquando coram Principe, aut præfecto urbis huic vel illi patrocinati fuerant; ſed recitaſſe tunc ornatu non paullo comptiore. quod fieri ſolitum ſatis conſtat ex Quintiliano, ex Plinio, ex aliis.

CASAUBONUS.

3 *Vel apud præfectos urbis egerant.*] Scrib. *agerent*: aut *agebant*. nam ſcripti, *gerebant*.

4 *Agoni præſedit.*] Fuit agonetheta ludorum Græcanicorum.

5 *Solus nunquam aliquos videbat.*] Excipe præfectos præt. præſertim vero Ulpianum, ut ante dictum, & repetitur extremo libro. Pro *aliquos* jubent ſcribi homines erudititiſſimi, *aulicos*, vel *amicos* in regio eſt, *S. aliquos non vid.* nihil muto: ſic in fine libri, *In palatio neminem vidit.* & ſupra, *neque unquam ſolum quenquam vidit.*

multa cognoverat: ſpeciatim [1] Vetronium Turinum: quem quum familiarem habuiſſet, ille omnia vel fingendo ſic vendiderat, ut Alexandri quaſi ſtulti hominis & quem ille in poteſtate haberet & cui multa perſuaderet, infamaret imperium: ſicque omnibus perſuaſerat quod ad nutum ſuum omnia faceret. Denique hac
36 illum arte deprehendit, ut quendam immitteret qui à ſe quiddam publice peteret, ab illo autem occulte quaſi præſidium poſtularet, ut pro eo Alexandro ſecretò ſuggereret. Quod quum factum eſſet, & Turinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſetque ſe quædam imperatori dixiſſe quum nihil dixiſſet, ſed in eo pendere ut adhuc impetraret, eventum vendens: quumque iterum juſſiſſet Alexander interpellari, & Turinus quaſi agens aliud nutibus annuiſſet, [2] neque tamen interim quicquam dixiſſet, impetratum autem eſſet quod petebatur, [3] Turinuſque [4] ab illo qui meruerat, fumi venditor,

GRUTERUS.

1 *Vetronium Turinum.*] Palat. *Verconium.*

2 *Neque tamen interim quidquam.*] Malim quod eſt in Pal. *intus quidquam:* ut nimirum videretur iſte commotis labris loqui aliquid Imperatori cui proxime aderat loco aulæ interiore, ubi ſpectari quidem poterat ab eis qui foris ſtabant, ſed non etiam audiri.

4 *Ab illo qui meruerat, fumi venditor, ingentia.*] Pal. *meruerat fumis venditis.* ut videatur primitus fuiſſe, *ab illo, qui meruerat fumis venditis, ingentia præmia percepiſſet.* ſed præſtat certe ſuſpicari cum Caſaubono, illud, *fumi venditor,* non eſſe auctoris genuinum, ſed gloſſargi alicujus.

CASAUBONUS.

3 *Turinuſque ab illo qui meruerat, fumi venditor, ingentia præmia percepiſſet.*] Vide an illa ſatis γνήσια *fumi venditor:* nam ex ora libri videntur eſſe profecta.

SALMASIUS.

2 *Neque tamen interim aliquid dixiſſet.*] Palat. & ed. vet. *neque tamen intus quicquam dixiſſet.* quæ vera eſt lectio. id eſt, cum intus nihil ſuggeſſiſſet imperatori eorum quæ promiſerat. *intus*, intra aulam. nam illi qui facta dictaque principum fumis vendebant, quique videri volebant multum poſſe in aula, aut revera poterant, in publico omnibus gratiam ſuam venditabant, quaſi hoc aut illud ſecreto principi ſuggeſturi, & rem quæ poſtulabatur, ex ſententia confecturi. *intus* autem ex vulgari loquendi conſuetudine dixit, qua aliquis *intus eſſe* dicitur qui domi eſt. nihil frequentius apud Comicos Plautum & Terentium. ſic Græci ἔνδον εἶναι pro in ædibus eſſe. Theocritus: ἔνδοι Πραξινόα.

3 *Turinuſque ab eo, qui meruerant, fumi*

ditor, ingentia præmia percepiſſet: accuſari eum Alexander juſſit, probanſque per teſtes omnibus, & quibus præſentibus quid accepiſſet, & quibus audientibus quid promiſiſſet, in foro Tranſitorio ad ſtipitem illum ligari præcepit, [1] & fumo appoſito quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri juſſerat, necavit, [2] præcone dicente, [3] *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Ac ne in una tantum cauſa videretur crudelior fuiſſe, quæſivit diligentiſſime antequam eum damnaret: & invenit Turinum ſæpe & in cauſis ab utraque parte accepiſſe, quum eventus venderet, & ab omnibus qui aut præpoſituras aut provincias acceperant. Spectacula fre- 37
quentavit cum ſumma donandi parſimonia, dicens, & venatores & ſcenicos & aurigas ſic alendos, [4] quaſi ſervos noſtros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.

fumi venditor, ingentia præmia percepiſſet.] Hæc ὕπουλα ſunt, & mendum flagrant. quod cum facile ſubodoratus eſſem, emendationem etiam nobis oſtendit optimus liber Palatinus. ſic ergo ex ejus auctoritate reſtituendum: *Turinuſque ab eo qui meruerat, fumis venditis ingentia præmia percepiſſet.* non diſpliceat etiam nobis conjectura noſtra, qua olim legebamus: *ab eo qui meruerat fumi venditi ingentia præmia percepiſſe.* vel etiam: *fumorum venditorum.* ſed præferenda vetus ſcriptura, de qua manat idem ſenſus. nam *fumis venditis præmia percipere*, nihil aliud eſt, quam præmia percipere ob venditos fumos.

1 *Et fumo appoſito quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri juſſerat.*] Fumus ille quo puniebantur, & cruciabantur ita meriti, præcipue fiebat ex lignis viridibus, quæ humoris plurimum habere certum eſt, & per conſequentias, plurimum fumi ex ſe dare poſſunt. quo in genere excellit ficus: ideoque ad fumo necandos ſontes ſæpius ejus ligna adhibebantur. Lucianus in Proteo: τὸ τέλος δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν καὶ πυρὰν σωρευθέντα κορμῶν συκίνων, ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῶν, ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾶν ἐστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ διὰ τοῦ καπνοῦ.

CASAUBONUS.

2 *Præcone dicente.*] Infra, *Per præconem cum aliquem emendaret, dici jubebat*, QVOD. ſimilia apud Juriſconſultos & alios ſuperdicta.

3 *Fumo punitur qui vendidit fumum.*] Reg. *F. pereat.* ſic & in jure incendio conſumitur, qui incendium fecit.

4 *Quaſi ſervos noſtros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.*] Hæc tria nomina tribus modo poſitis reſpondent: ſed ordo eſt inverſus. venatores, id eſt domeſticos θηρευτὰς, refer ad venatores amphitheatralium venationum; muliones ad aurigas circenſes; ad ſcenicos autem, voluptuarios, cujuſmodi ſunt, nani, moriones, vocales, exoleti, & omnia acroamata.

rios. [1]Convivium [2]neque opiparum, neque nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit: [3]ita tamen ut pura [4]mantilia mitterentur: ſæpius cocco clavata, [5]aurata vero nunquam, [6]quum hæc Heliogabalus jam recepiſſet, & ante, (ut quidam prædicant) Adrianus habuiſſet. Uſus convivii diurnus hic fuit. Vini ad totum diem ſextarii xxx. [7]panis mundi pondo xxx. panis

SALMASIUS.

1 *Convivium neque optimum neque nimis parcum.*] Vetus editio habet excuſum: *neque opinatum.* quod illa vitium hauſit ex vitioſa ſcriptura libri antiqui in quo ſcriptum fuit: *neque opinarum:* nam ita plane Palatinus habuit. omnino ſcribendum: *neque opiparum, neque nimis parcum.*

GRVTERVS.

2 *Neque optimum, neque nimis parcum.*] Pal. *neque opinarum*, ſuperſcriptumque quaſi eſſe deberet, *optimum.* male: reformandum potius erat, in *opiparum.*

CASAUBONUS.

3 *Ita tamen ut pura mantilia mitterentur: ſæpius cocco clavata; aurata verò nunquam.*] Mantilia mittere, non aliud quam ſternere. Pollio in Gallienis, *mantilibus aureis ſemper ſtravit.* in Petroniano convivio dicitur Trimalcio *circa oneratas veſte cervices laticlaviam miſiſſe mappam.* quod loquendi genus e tricliniis in circos eſt tranſlatum. Pura autem mantilia ſic dicuntur, ut toga pura, id eſt, ἀπέρφυρος: ſic & vexilla pura. Puris opponuntur clavata. Clavi non tunicis ſolum adſuebantur; ſed & ſuppellectili, præſertim tricliniari. Linteorum purorum & clavatorum poſtea meminit in hoc libro Lampridius. Ammianus quoque libro xvi. linteorum toralium, duos clavos habentium latiſſimos: mappæ laticlaviæ Petronius. mantilium clavatorum hic Lampridius. Facitque duo genera cocco vel auro clavatorum. fiebant enim clavi, qui acceſſionis loco veſtibus cedebant, ut ſcribit Ulpianus, è cocco vel purpura, vel auro. Hieronymus in Eſaiam libro primo, *tunicam μεσοπόρφυρον, id eſt clavatam purpuram.* Scribe, *purpura.* ſic enim loquebantur.

SALMASIUS.

3 *Ita tamen ut pura mantilia mitterentur.*] *Pura mantilia*, τὰ ἀπόρφυρα χειρόμακτρα. τὰ ἄσημα. *coccoclavata*, ſunt κοκκόσημα.

4 *Mantilia.*] Vetus liber: *mantelia.* atque ita ſcribendum. hæc mantela, hoc mantelum, & hoc mantele dicebatur, de quo nos infra plura.

5 *Aurata vero nunquam.*] Id eſt auro clavata. χρυσόσημα.

6 *Quum hæc Heliogabalus jam recepiſſet.*] *Cum hæc habere Heliogabalus jam cœpiſſet.* ita in Palatino.

7 *Panis mundi pondo* xxx. *panis ſequentis ad donandum pondo* L.] Panis ſequens & ſecundus, idem. & ſane *ſequens* & *ſecundus*, res eadem & ex eodem fonte ſunt voces. *ſecundum* enim veteres dicebant & ſcribebant pro *ſequendum*, ut *dicundum*, *faciundum*, & ſimilia. inde igitur *ſecundus* vel *ſequendus*, qui ſequi debet, id eſt proximus à primo, aut qui primum ſequitur. nam is eſt ſequens vel ſecundus. nam *ſecor* pro *ſequor*, ſcribebant veteres. ut autem *ſequens* pro ſecundo, ſic *ſecundus*, pro ſequente apud Ennium in Medea:

Si te ſecundo lumine heic offendero,
Moriere. —

quæ verba erant Creontis ad Medeam,

[1]panis ſequentis ad donandum pondo L. [2] Nam ſemper de manu ſua miniſtris convivii & panem & partes aut olerum aut carnis, aut leguminum dabat, [3] ſenili prorſus maturitate patremfamilias agens. [4] Erant decreta & carnis diverſæ pondo XXX. [5] erant & gallinæ ova, adhibebatur & anſer diebus feſtis: Calendis autem Januariis, & [6] hilariis, matris deûm, & ludis Apollinari-

deam, quæ expreſſa ſunt ad verbum ex illis Euripideis:

Εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ,
Θανεῖ. ----

ſed hæc alias. panis igitur mundus, & panis ſequens heic opponuntur: ut in formula Marculfi panis nitidus, & panis ſequens: *Panis nitidi modios tantos, panis ſequentis modios tantos, vini modios tantos.* nec diſſimulandum in editione Pariſienſi illa verba, *panis ſequentis modios tantos*, vulgo deeſſe. quæ tamen in libris ſcriptis non omittuntur. ſic δεύτερα ἄλφιτα Græci, τὰ δευπλᾶ, & δευτέρια.

CASAUBONUS.

1 *Panis ſequentis.*] Secundarii, vel ſecundi.

3 *Senili prorſus maturitate.*] Quia ſenes ſunt, ut plurimum, præparci.

4 *Erant decreta & carnis diverſæ p.*] Probè ſine dubio: *decreta*, id eſt, conſtituta in ſumtum quotidianum. Regius tamen aliter, ubi eſt, *Erant & cocta carnis d.*

5 *Erant & gallinæ ova.*] Legebam, *gallinæ & ova.* ſed locum aliter conſtituit regius, qui habet: *erant & gallinacii duo: adhibebatur & anſer, & ova, diebus feſtis.*

SALMASIUS.

2 *Nam ſemper de manu ſua.*] De manu ſua dare, pro manu ſua. ſic amabant loqui illo tempore. *pilos ſibi de reſina tollere* dixit vetus Juvenalis interpres, pro reſina pilos tollere. Marcellus, *de faſcia conſtringere: eamque tribus horis de faſcia ad ſplenem poſitam conſtringet.* idem: *de canna occidere*, pro canna: *Catellum lactentem de canna occide, & de ipſa canna ſplenem ejus tolle.* Servius, *de torno componere: Aut radios trivere rotis. tornavere, de torno compoſuere.*

5 *Erant & gallinæ ova.*] Non dicit quot ova, quod non omiſiſſet. ſed nec placet, *gallinæ ova*: dixiſſet, *gallinarum ova*. omnia igitur vitium clamant. ſed maxime Palatinus codex, in quo ſcribitur: *erant & gallinaciovo.* ex qua ſcriptura nemo, credo, dubitat manaſſe lectionem vulgatam, quam nos in ſolas terras amandamus, & reponimus: *& gallinaci duo. gallinaci* pro *gallinacii*, ut fere ſcribitur in libris. ſic in ſubditis: *& hujuſmodi feſtis faſianus, ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinaciis duobus.*

GRUTERUS.

4 *Erant decreta & carnis diverſæ.*] Sic etiam membranæ Palatinæ.

5 *Erant & gallinacei duo*] Pal. *erant & gallinaciovo*; quod cum proxime accederet ad ſcripturam Regii codicis, eam putavi exprimendam, rejecto vulgari *erant & gallinæ ova.* quo quid ineptius? alioquin de duobus iſtis gallinaceis iterum ſermo, periodo proxime ſequenti.

CASAUBONUS.

6 *Hilariis matris deûm.*] Hilarem diem, ſive hilaria, appellarunt omnem ſive privata, ſive publica feſtivitate ſolennem diem. Maximus in ſcholis ad epiſtolam octavam Dionyſii qui hierarchiam deſcripſit: *ἦσαν τινὲς ἡμέραι τοῖς εἰδωλολάτραις, ἃς ἱλαρείας ἐκάλουν· καὶ αἱ μὲν ἦ-*

linaribus, [1] & Jovis epulo, & Saturnalibus, & hujuſmodi feſtis diebus faſianus: ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus. Leporem quotidie habuit, [2] venationem frequentem, ſed eam cum amicis dividebat, & his maxime quos ſciebat per ſe non habere. Nec divitibus quicquam talium munerum miſit, ſed ab his ſemper accepit. [3] Habuit quotidie

σιν ἴδιαι καὶ ἱλαρεῖαι, ὡς ὅταν τις ἔγημεν, ἢ υἱὸν ἐκτήσατο· αἱ δὲ κοιναὶ καὶ δημόσιαι ΙΛΑΡΙΑ ἐκαλοῦντο. ὡς ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἱλαρείας παρέχει· καὶ οὔτε πένθιμα ἐν ταύταις φορεῖν ἔξεστι· ἀλλὰ καὶ θεῖα, καὶ θυσίαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν διετελοῦντο δημόσιαι, καὶ οἱ πενθοῦντες ἐπαύοντο, καὶ ἐθεώρουν, καὶ ἐν δίκαις ἀναπαύσεις δίηγον τὰς ὡρισμένας ἡμέρας ταῖς τοιαύταις ἱλαρείαις. Erant & peculiariter dicta HILARIA, vel potius HILARIA MATRIS DEVM, octavo Kal. Aprilis celebrari ſolita, ut docet Macrobius, quem lege. Græci à quibus Romani habent, hunc diem vocabant ΑΝΑΒΑΣΙΝ at præcedentem nominabant ΚΑΤΑΒΑΣΙΝ. erat enim planctus dies & lamentationis. Latini hanc quoque appellationem mutarunt, & dixerunt SANGVINIS DIEM. Trebellius in Claudio: *cum eſſet nunciatum nono Kal. Apriles ipſo in ſacrario Matris*, SANGVINIS DIE *Claudium Imper. factum, neque cogi ſenatus ſacrorum cauſſa poſſet.* Poſtea verò & Græci Anabaſeos diem cum Romanis appellarunt Hilaria matris deûm. Photius in Excerptis ex Iſidori vita: Λέγει ὁ συγγραφεὺς ὅτι τῇ Ἱεραπόλει ἐγκαθευδήσας, ἐδόκει ὄναρ ὁ Ἄττης γενέσθαι, καί μοι ἐπιτελεῖσθαι παρὰ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὴν τῶν ἱλαρείων καλουμένην ἑορτήν· ὅπερ ἐδήλου τὴν ἐξ ᾅδου γεγονυῖαν ἡμῶν σωτηρίαν. Dionyſius epiſtola ad Demophilum: ἔλεγε Κάρπος, is erat Cretenſis epiſcopus, ὅτι λελύπηκεν αὐτόν ποτε τῶν ἀπίστων τις. ἡ λύπη δὲ ἦν, ὅτι τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνός τινα πρὸς τὸ ἄθεον ἀπεπλάνησεν, ἔτι τῶν ἱλαρείων ἡμερῶν αὐτῷ τελουμένων. Maximus ſcholiaſtes; ἦν δὲ καὶ ΙΛΑΡΙΑ ἑορτὴ ἰδική. Ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὥς φησι Δημόφιλος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν καὶ ἑορτῶν· videtur Maximo parum conſtitiſſe κοινῶς ne an ἰδικῶς acciperet apud Dionyſium vocem ἱλαρείων. eidem dubitationi locus quoties Romani ſcriptores Hilaria ſimpliciter nominant. ut Vopiſcus initio Aureliani: *Hilaribus, quibus omnia feſta & fieri debere ſcimus, & dici, impletis ſolennibus, vehiculo ſuo me præfectus urbis accepit.* ſed puto Hilaria matris deûm intelligi.

1 *Et Jovis epulo.*] Lege Feſtum in *Epulones.* meminerunt Livius, Valerius Maximus, alii.

2 *Venationem frequentem.*] Poſterior Latinitas diſcrimen, quod per analogiam nullum erat, ſtatuit tamen inter *venatum* & *venationem.* ut illud ſit θήρα, hoc θήραμα. nam ita proprie hæc Græci. Sidonius in epiſtola ad Induſtrium libro IV. *ferarum carnibus abſtinet, cuſſibus acquieſcit: itaque ſecultè delicateque religioſius, venatu utitur, nec utitur venatione.* ſic alii. Græci quoque interdum τὸ θήρας φαγεῖν, pro θηράματος, veſci ferina.

SALMASIUS.

3 *Habuit quotidie milii ſine pipere ſextarios quattuor.*] Optimus Palatinus: *habuit quotidie & muli ſine pipere.* lege: *habuit quotidie amuli ſine pipere ſextarios quattuor.* amulum enim vel *amolum* ſcribebant,

die [1] milii ſine pipere ſextarios quatuor, cum pipere duo: & ne ſit longum omnia inſerere quæ [2] Gargilius Martialis ejus temporibus ſcriptor ſingulatim perſequutus eſt, [3] omnia illi [4] ad modum & rationem ſunt præbita. Pomis vehementer indulſit, [5] ita [6] ut ſecunda menſa illius ſæpius poneretur, unde etiam jocus extitit,

bebant, non *amylum.* ita ſemper ſcribitur apud Apicium, & in vetuſtiſſimis quibuſdam Vindiciani ex Apicio excerptis, quæ penes me ſunt. *amulum ex oryza.* unde & *amolum* dici debere contendebat Scaurus, non amulum, quod non ſine mola ſit.

GRUTERUS.

3 *Habuit quotidie milii ſine pipere ſextarios quatuor.*] Pal. integer: *Habuit quotidie & mulis ſine pipere*, quomodo & excerpta. adeo ut inclinem in Scaligeri *amyli.*

CASAUBONUS.

1 *Milii ſine pipere.*] Lego *amyli* cum Joſepho Scaligero. de hoc Græci multa, & rei ruſticæ ſcriptores. in regio ejus vocis loco lacuna eſt.

2 *Gargilius Martialis ejus temporibus ſcriptor.*] Leg. *ejus temporis*, vel *ſui temporis.* ut in Pio, *Marullus ſui temporis mimographus.* & ſupra non longe, *quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit.* ſic ſtatim, *poëta temporum Alexandri.* Gargilium Martialem inter ſecundæ notæ hiſtoricos Vopiſcus recenſet in Probo. Neſcio an hic ſit Gargilius Martialis, qui de re hortenſi libros ediderat, quorum Servius in Virgilium, & Palladius meminerunt.

4 *Ad modum & rationem.*] Πρὸς μέτρον καὶ στάθμην.

6 *Ut ſecunda menſa illius ſæpius poneretur.*] Lego, *illi iis ſæpius pon.* vel, *ex iis.*

GRUTERUS.

2 *Gargilius Martialis ejus temporis ſcriptor.*] Sic plane Pal. non *temporibus*, ſicut ante editi.

3 *Omnia & ad modum & ad rationem illi ſunt præbita.*] Traieci voces, ſuaſu utriuſque Palatini.

6 *Ut ſecunda menſa ejus ſæpius poneretur.*] Et hoc eſt à Palatinis, quo ipſo excluduntur aliorum divinationes. erat in vulgg. una littera minus, *poneretur.*

SALMASIUS.

3 *Omnia illi ad modum & rationem ſunt præbita.*] Nihil habet hæc lectio quod jure reprehendas, niſi quod parum deflexa eſt à modo vel modulo, ut ita dicam, veteris libri excerptorum Spartiani, & Palatini ſcripturæ, quæ eſt: *omnia illi admodum tarta rationem ſunt præbita.* ex qua legendum, me quidem auctore vel conjectore: *omnia illi admodum arta ratione ſunt præbita.* cujus lectionis veritatem ſimul & elegantiam qui non perſpicit, nihil videt. arta autem & laxa ratio quid ſit Latine loquentibus, nemo ſibi explicari poſtulet. parſimoniam igitur in victu per iſta commendat: qua ſenili prorſus maturitate ac tenacitate, patremfamilias agebat Alexander.

5 *Ita ut ſecunda menſa illius ſæpius poneretur.*] Corrigit vir doctiſſimus: *ita ut ſecunda menſa illi iis*, vel *ex iis, ſæpius poneretur.* perperam. ſecunda menſa veteribus fere ex pomis. qua voce omnia τὰ τῆς ὀπώρας comprehendebant. melius igitur legas ex veteri: *pomis vehementer indulſit, ita ut ſecunda menſa illi ſæpius poneretur.* pomis indulgebat Alexander, & eorum guſtu capiebatur: propterea ſecundam ſibi menſam non ſemel ſed ſæpius adponi volebat, ut ſic ſuam circa poma aviditatem ſatiaret.

titit, [1] *Non ſecundam menſam Alexandrum habere, ſed ſecundùm.* [2] Ipſe cibo plurimo reficiebatur: vino neque parce, neque copioſe, affatim tamen. Frigida ſemper pura uſus, [3] æſtate vino cum roſa condito: quod quidem ſolum ex diverſo genere Heliogabali tenuerat.
38 Et quoniam de lepuſculis facta eſt mentio, quod ille leporem quotidie haberet, jocus poëticus emerſit, idcirco quod multi ſeptem diebus pulchros eſſe dicunt eos qui leporem comedèrint, [4] ut Martialis coci epigramma ſignificat, quod contra quandam Gelliam ſcripſit hujuſmodi,

Quum leporem mittis, [5] ſemper mihi Gellia mandas,

Septem

1 *Non ſecundam menſam habere Alexandrum ſed ſecundum.*] Scripti: *ſecundo.* quod idem eſt, & uſitatius apud iſtos ſcriptores, qui *ſecundo, tertio, quarto, ſeptimo,* pro bis, ter, quater, quinquies, ſepties ſæpius uſurpant. jocus autem inde emerſit in Alexandrum, quod ſecundam menſam ſibi adponi non ſemel ut moris eſt, ſed etiam bis aut ter jubebat. hinc non ſecundam ſed ſecundo illi menſam poni dicebant dicaculi.

2 *Ipſe plurimo cibo reficiebatur.*] Veteres: *refercicbatur.* multi cibi fuiſſe Severum Alexandrum ex hoc loco diſcimus, qui & hoc nos docet, nihil eſſe mutandum ſupra ubi de jentaculo Alexandri ſic loquitur Lampridius: *egreſſus balneas multum lactis & panis ſumebat, ova, deinde mulſum.* at ibi viri doctiſſimi reponunt: *haud multum lactis.*

3 *Æſtate vino cum roſa condito.*] *Vinum cum roſa conditum* eſſet, pro roſa conditum. ſic alibi loquutum notavimus Spartianum in Severo: *humeros cum chlamyde velare*, pro chlamyde velare. & *piſcinam cum piſcibus implere*, pro piſcibus implere, in Heliogabalo. aliter heic tamen Palatinus, in quo ſic legitur: *æſte cum vino roſa condito.* lege ac diſtingue: *frigida ſemper pura uſus æſtate, cum vino roſa condito.* vel: *tum vino roſa condito.*

4 *Ut Martialis coci epigramma ſignificat.*] De coci cognomine, quod vulgo Martiali attribuunt veteres ejus libri, alias viderimus: nunc hoc tantum heic habemus dicere, *coci* hoc loco non agnoſci à veteribus membranis, nec ab editione prima. ſic enim in omnibus probe planeque expreſſum eſt: *ut Martialis epigramma ſignificat.* nec aliter vetuſtiſſima excerpta Spartiani.

5 *Semper mihi Gellia mandas.*] *Gallia* in excerptis Spartiani.

CASAVBONVS.

4 *Ut Martialis coci epigramma ſignificat.*] Scribendum, *Coci.* quod Martiali cognomen tribuitur in pleriſque antiquis librorum ipſius exemplaribus. & Johannes Saliſburienſis non uno loco. Martialis epigramma habes libro quinto.

GRVTERVS.

4 *Ut Martialis etiam Epigramma ſignificat.*] Haud aliter biga Palatinorum. non *Martialis coci*, quod antea obtinebat, natum forte ab *quoque*, æquivalente *etiam*, quemadmodum alioquin legendum, per litteras mecum communicaverat amiciſſimus Joannes Meurſius.

1 *Pul-*

Septem formoſus Marce diebus eris.
Si verum dicis, ſi verum Gellia mandas,
Ediſti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos verſus Martialis in eam quæ deformis eſſet, compoſuit: poëta verò temporum Alexandri hæc in eum dixit:

[1] *Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem,*
Quem

CASAUBONUS.

1 *Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem.*] Ineptiſſime febriculoſus hic poëta, poſteriorem in *vides* corripit: cujus licentiæ ſimile exemplum in Peſcennio Nigro, & ſtatim in voce *putas* bis poſita loco duarum brevium: niſi amphimacron pro dactylo pede putabant genus hoc verſuum admittere. nec meliore jure in hendecaſyllabo Sapphico ſive Phalæcio ſpondæum poſuit iſte loco trochæi. qua tamen licentia & interpres verſuum Alexandri utitur.

SALMASIUS.

1 *Pulcrum quod vides eſſe noſtrum regem.*] Sequentes verſus ita concipiuntur in excerptis Spartiani, Palatino codice, & prima editione quæ ſcripti codicis inſtar habet:

Pulcrum quod vides eſſe noſtrum regem,
Quod Syrum detulit propago,
Venatus facit, & lepus comeſus,
De quo continuum capit leporem.

quos verſus Latine ſcriptos & à Latino poëta, non de Græco verſos ſatis indicat Spartianus, ubi dicit Alexandrum reſpondiſſe Græcis verſibus, quos & Latinos adducit, ſed ex verſione, ut apparet. Quibus ex verſibus quivis poteſt cognoſcere quo genio vulgares tunc temporis poëtæ in pangendis carminibus verſarentur. quibus adeo conſuetum videtur fuiſſe ſyllabarum modulum negligere, ut eſſet nihil, quod ſecurius contemnerent. & hanc licentiam & uſurpationem, quaſi jam conceſſam & de multo uſu ignoſcibilem, non potuerunt effugere quin ſequèrentur in pleriſque etiam non publici ſaporis poëtæ. in *as* enim & *es* deſinentia vocabula, tam in verbis quam in nominibus, arbitratu ſuo modo corripere ſolebant, modo producere. nam ut *vides* hoc loco, & *putas*: ſic in Peſcennio *gentes*: ſic apud Symphoſium, *dentes acuti.* quod ibi obſervavimus, ita *fames*, *lues*, & *majeſtas*, & *colluces* apud Prudentium, & Auſonium, ultimis ſyllabis correptis in verſu poſita, & ejuſmodi ὅσα ψάμμαθος. ſed in ſtruendis verſibus non majorem pedum rationem quam ſyllabarum habuiſſe videntur. quod oſtendit ſecundus in his verſiculis verſus, qui ſic habetur ſcriptus in omnibus libris:

Quod Syrum detulit propago.

niſi ſi de mendo malit aliquis arguere, quam toti ſeculo imperitiæ dicam impingere, quo quidem ſeculo ſcimus homines vixiſſe qui & egregii poëtæ extiterint, legumque ac totius rationis ſyllabicæ pedariæque in primis obſervantes. ſed de vulgaribus loquor ac quibuſdam etiam ſupra vulgares. tangit ac defricat hanc inſcitiam Lucianus ſua tempeſtate admodum etiam familiarem ſub cujuſdam Grammatici nomine, cujus verſus eo libentius adducam, ut mendis aliquot quibus ſcatent liberem, & oſtendam qui genius fuerit Græcorum quoque illius temporis poëtarum. verſus ſunt Elegiaci quos quidam Grammaticus in convivio nuptiali in honorem Sponſi & Sponſæ feciſſe inducitur apud eumdemquem dixi

[1] *Quem Syrum ſua detulit propago,*
[2] *Venatus facit, & lepus comeſus,*
[3] *Ex quo continuum capit leporem.*

Hos verſus quum ad eum quidam ex amicis detuliſſet, reſpondiſſe ille dicitur [4] Græcis verſibus in hanc ſententiam:

[1] *Pul-*

dixi Lucianum Dialogo, *συμπόσιον ἢ Λαπίθαι*: ſic igitur ſunt collocandi:

Ἤ' οἵαν ποτ' ἄρ' ἦγε Ἀρισταινέτου ἐν μεγάροισι
Δῖα Κλεανθὶς ἄνασσ' ἐντρέφετ' εὐδυκίως
Προὔχουσα πασῶν ἀλλάων παρθενικάων,
Κρέσσων τῆς Κυθέρης, ἠδ' αὖ τῆς Σελήνης.
Νυμφίε καὶ σὺ δὲ χαῖρε κρατιστῶν κάρτιστε ἐφήβων,
Κρέσσων Νηρῆος καὶ Θέτιδος παιδός.
Ἄμμες δ' αὖθ' ὑμῖν τοῦτον θαλαμήιον ὕμνον
Ξυνὸν ἐπ' ἀμφοτέροις πολλάκις ᾀσόμεθα.

Non felicior hic græculus vel graculus poëtaſter, quam iſte picus Latinus, cujus heic verſus habemus in Alexandrum ſcriptos & ab Spartiano productos. vulgaris hujus ac de trivio poëtices, quæ nullis ſyllabarum ac temporum legibus tenebatur, multa cum in Græcis, tum in Latinis exempla qui volent, invenire poterunt in antiquarum inſcriptionum volumine. nam ibi non pauca occurrunt epigrammata Græca Latinaque ſaxis ac monumentis inſcripta, ad eumdem plane modum facta, & eumdem genium ſaporemque redolentia, cum his verſibus, quos heic produxit Spartianus, atque itidem ut iſthæc ſunt, metricæ prorſus obſervationis expertia.

1 *Quem Syrum ſua detulit propago.*] Jam diximus aliter hunc verſum legi ſcriptum in membranis & vetuſtis editionibus, nempe hoc modo:

Quod Syrum detulit propago.

neque ad menſuram, neque ad ſententiam ſatis commode. nam utrumque claudicat. apparet tamen vocem *ſua* interjectam ab illis qui verſui mederi volebant. aliquod majus ulcus latet, quod ſanare non opis eſt noſtræ. niſi ſi quis fortaſſe poëtæ vitium imputandum putet. quod ego facile crediderim. auctor forte ſcripſerat:

Quem de Syria detulit propago.

2 *Venatus facit & lepus comeſus.*] *Venatus* recte loquentibus eſt ὁ θηρευτής. *venatio* autem τὸ θήραμα. venatum autem heic poſuit pro venatione. ſupra enim dixit Spartianus, leporem quotidie habuiſſe in convivio Alexandrum, & venationem frequentem.

3 *Ex quo continuum capit leporem.*] Prima editio:

Ideoque continuum capit leporem.

quam ſic lectionem interpolavit ejus editionis auctor ex vetere ſcriptura omnium librorum quæ erat:

De quo continuum capit leporem.

CASAUBONUS.

4 *Græcis verſibus in hanc ſententiam.*]

Τοῦ κάλλους ὅτι τοῦ σεῖον μέλλοντος
Μύθοις, πέπεικε, αἴτιον προσάπτεις,
Κἂν δόξῃ σοι ἀληθές, οὐ μέλει μοι.
Βουλοίμην δέ σε ἐσθίειν λαγωούς·
Ὡς ψυχὴν κακίας καθαίρεις, εἴης
Καλός, μηδὲ καλοῖς κακῶς φθονοίης.

1 *Pul-*

[1] Pulchrum quod putas eſſe veſtrum regem
Vulgari miſerande de fabella:
Si verum putas eſſe, non iraſcor
Tantum tu comedas velim lepuſclos,
[2] Ut fias, animi malis repulſis,
Pulcher, ne invideas livore mentis.

Quum amicos militares habuiſſet, ut uſum Trajani, 39
quem ille poſt ſecundam menſam [3] potandi uſque ad
quin-

SALMASIUS.

1 *Pulcrum quod putas eſſe veſtrum.*] Palatinus, & excerpta Spartiani *putat* pro *putas* legunt. ſed male, ut equidem cenſeo. ſic autem diſtinguendi ſunt hi verſus:

Pulcrum quod putas eſſe veſtrum regem
Vulgari, miſerande, de fabella.

id eſt, quod putas eſſe pulcrum veſtrum regem, de vulgari fabella, qua jactatur intra ſeptem dierum ſpatium pulcros evadere qui leporem comederint. nam iſthac ratione pulcrum factum eſſe Alexandrum volebat auctor horum verſiculorum, quod ſæpius leporem comediſſet, ex vulgari ac communi dicto illo ſive fabula.

2 *Ut fias animi malis repulſis, Pulcher.*] *Pulcris* non *pulcher* habent Palatinus & excerpta Spartiani. ſic igitur legendum erit & diſtinguendum:

Ut fias animi malis repulſis.
Pulcris ne invideas livore mentis.

quorum verſuum hic eſt ſenſus. Reſpondet Alexander illi neſcio cui, ac dicit minime quidem ſe iraſci aut ei ſuccenſere eo nomine quod vulgarem illam fabulam putaret eſſe veram, qua qui leporem comedunt ſeptem diebus pulcri fieri dicuntur, ſed velle tantum, ut ipſe quoque lepuſculorum uſurpet eſum, quo formoſus exiſteret, non corpore ſed animo, repulſis & repurgatis mentis vitiis, ac livore præcipue, ne poſthac cuiquam pulcro invideret. optat igitur Alexander, ut ex frequenti uſu atque eſu leporum fiat animi malis repulſis, ne pulcris invideat. *repulſis animi malis fieri* dicitur hoc loco, qui repulit à ſe animi mala: qui liberatus eſt mentis vitiis. non abſimile genus loquendi notabamus olim apud Florum: *miles ſtrictis enſibus in via fuit.* ſimile item illud Virgilianum:

— domus ſanie dapibuſque cruentis.

ſi cui placebit magis vulgatam lectionem tueri, per me poterit hoc facere. cujus tamen ſenſum melius proceſſurum fuiſſe non dubito ſi verba illa abeſſent, *animi malis repulſis.* nam hoc modo recta eſſet ſententia: velim comedas lepuſculos, ut fias pulcher, ac pulcris invidere deſinas. quid enim hæc verba ſibi volunt, aut ad quam rem ſunt poſita, *malis animi repulſis?* an qui formoſi fiunt, utique & mali eſſe deſinunt? nugæ. invidum illum Alexander heic optat ab animi vitiis & livore purgatum eſſe, ne pulcris invideat. & quoniam lepus comeſus corporis pulcritudinem conciliare, & deformitatem depellere credebatur, non meliorem quidem formam ac luculentiorem ex leporum comeſtione invido illi contingere optat, ſed animi potius pravitatis, ac fæditatis, ſi fieri poſſet, emendationem, ut vitiis & malis mentis liber invidere pulcris poſthac abſtineret. minus de hujus loci ſententia dubitaremus, ſi Græca, unde iſta verſa ſunt, minime deſiderarentur.

CASAUBONUS.

3 *Potandi uſque ad pocula inſtituerat.*] Volui editum, *uſque ad quinque pocula:* nam ita conſtanter omnes membranæ noſtræ. ita igitur emendandum.

3 Po-

quinque pocula inſtituerat, reſervaret, unum tantum poculum amicis exhibebat, [1] in honorem Alexandri Magni: [2] id autem brevius, [3] niſi ſiquis, quod licebat, majus habere poſtulaſſet. Uſus Veneris in eo moderatus fuit, exoletorum ita expers ut (quemadmodum ſupra diximus) legem de his auferendis ferre voluerit. [4] Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii qui privatas cuſtodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit quæ forte non habebant. Nam hodieque multa dicuntur Alexan-

GRVTERVS.

3 *Potandi uſque ad quinque pocula.*] Sic etiam ambo Pall. hactenus publicatis defuerat poculorum numerus, qui tamen inventus etiam in aliorum membranis.

CASAUBONUS.

1 *In honorem Alexandri Magni.*] More Græcanico: qui honori deorum & regum ac principum pocula conſecrabant, & bibebant.

2 *Id autem brevius.*] Breve pro parvum ſæpe apud Latinos recentiores.

4 *Horrea in omnibus regionibus publica fecit.*] Erant jam olim in Urbe publica horrea, ut Sulpicia, & quas vocat Dio in Commodo ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἀῤῥαβίων φορτίων: erant & alia: ſed in ſingulis Urbis regionibus certa horrea inſtituit Alexander: fitque horum mentio in ſingularum regionum Urbis deſcriptione à Sexto Aurelio Victore. præficiebantur his curatores: qui in antiquis inſcriptionibus ſæpe nominantur. Sed de horreis & horreariis vide in Pandectis; ubi eorum creberrima mentio.

SALMASIVS.

2 *Id autem brevius.*] Pal. *id ar brevius*, lege: *idque brevius*.

3 *Niſi ſi quis quod licebat, majus habere poſtulaſſet.*] Vetus editio: *majus bibere poſtulaſſet.* ſed prætulerim ſcripturam Palatini Codicis & excerptorum Spartiani, in quibus habetur: *niſi quis, quod licebat, majus libere poſtulaſſet.*

4 *Horrea in omnibus regionibus publica fecit ad quæ conferrent bona.*] Horrea iſta publica in ſingulis urbis regionibus, ad quæ bona conferrent qui privatas cuſtodias non habebant, primum inſtituiſſe Alexandrum vult Lampridius. vera tamen illum dicere pro certo haberi nolim. nam conſtat ſub Antonino horrea ejuſmodi publica Romæ fuiſſe in quibus homines pretioſiſſima ſua quæque reponerent. Paulus de officio præfecti vigilum: *effracturæ fiunt plerumque in inſulis, horreiſque, ubi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt, cum vel cella effringitur, vel armarium vel arca, & cuſtodes plerumque puniuntur: & Divus Antoninus Erycio Claro reſcripſit. ait enim poſſe eum horreis effractis quæſtionem habere de ſervis cuſtodibus, licet in illis ipſius imperatoris portio eſſet.* non jam igitur primus Alexander horrea illa publica inſtituit, & fides Lampridio hac in re minime habenda eſt. in ejuſmodi horreis argentarii inſtrumenta repoſita habebant. leg. VI. D. de edendo: *ſi quis ex argentariis, ut plerique eorum, in villa habeat inſtrumentum vel in horreo, aut ad locum te perducet, aut deſcriptas rationes dabit.*

GRVTERVS.

3 *Niſi ſi quis, quod licebat, habere poſtulaſſet.*] Pal. uterque *majus libere poſt.* quod neſcio an præſtet, vel adeo mutandum veniat in *bibere*.

1 Ter-

lexandri. Fecit & domos pulcherrimas, eaſdemque amicis ſuis maxime integris viris donavit. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui x. aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, [1] tertiam partem auri præſtarent, hoc eſt triceſimam partem. [2] Tuncque primum ſemiſſes

ſes

CASAUBONUS.

1 *Tertiam partem auri præſtarent.*] Nemo eſt quin videat, ſcribendum eſſe *aurei*, & præcedentia & ſequentia probant manifeſto. nec aliter ſcripti libri.

2 *Tuncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt.*] Tunc nempe cum inſtitutum ab Alexandro, ut pro denis aureis penderentur ſemiſſes aurei. ita accipiendum: atque ex hoc loco poſſis colligere vectigalis non modum ſolum lege fuiſſe definitum; ſed etiam certum pecuniæ genus præſtationi vectigalis deſtinatum. Hoc vult Heſychius cum ſcribit: Κῆνσος εἶδος νομίσματος ἐπικεφαλαίου. vult enim *cenſum* appellari nummi genus aliquod, in capitationis tributo pendi ſolitum. Matthæus euangeliſta appellat τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου, capite XXII. Aureorum porro *ſemiſſes* ἀκύρως quidem, ſed ſervata tamen analogia dicti ſunt. at *tremiſſium* appellatio ineptè ficta contra analogiam ad ſimilitudinem nominis ſemiſſis. horum frequens uſus & apud auctores crebra mentio poſt Alexandrum Severum. ſed videntur tremiſſes iſti ab aliis *trientes* fuiſſe nominati. nam trientum aureorum meminit in Claudio Trebellius Pollio.

GRUTERUS.

1 *Tertiam partem auri.*] Male vulgo *auri*. alterum viſitur etiam in noſtris membranis, ut & mox infra: *ad tertiam auri partem*: ubi male iterum exemplaria impreſſa *auri*.

SALMASIUS.

2 *Tuncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt, tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet tremiſſes.*] Hæc valde confuſa perturbataque ſunt. omnino heic aliquid, ſi quidem recte judico, vel deeſt, vel ſupereſt. dicit Lampridius Alexandrum vectigalia publica in id contraxiſſe ut provinciales qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam tantum aurei partem præſtarent: *tuncque*, inquit, *primum ſemiſſes aureorum formati ſunt.* ſed non video quamobrem formari ſemiſſes oportuerit, cum vectigal ad tertiam aurei contraxiſſet Alexander. quod rationem haberet, ſi ad dimidiam aurei partem vectigalia contracta fuiſſent ab Alexandro. nam ad commoditatem ſolutionis recte formandos aureorum ſemiſſes utique curaſſet. qui enim dimidiam aurei partem penderet, dato ſemiſſe liberatus eſſet. ſed cum heic vectigalia dicatur ad trientem aurei redegiſſe, quid opus ad hanc rem ſemiſſibus aureorum? qui tertiam tantum aurei partem debebat, non poterat ab eo ſemis exigi. tremiſſes igitur vel trientes aureorum formatos tantum fuiſſe ſub Alexandro veriſimile eſt, cum vectigal ab eo ad tertiam aurei partem eſſet redactum. cum enim in auro vectigalium penſitationes exigerentur, contractis vectigalibus ad trientem aurei, quomodo quis potuiſſet illum trientem pendere, ſi nullus ea forma nummus aureus fuiſſet cuſus? tremiſſes igitur aureorum propterea formari juſſit Alexander, ut vectigalium ſolvendorum expedita eſſet ac facilis ratio. at ſemiſſes heic locum habere non poſſunt, cum nuſquam dixerit vectigalia ad aurei ſemiſſem fuiſſe reciſa. Ergo ſic mihi videtur locus hic conſtituendus, reſectis

illis

illis quæ temere inculcaverat imperitia correctorum: *Vectigalia publica in id contraxit ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent: hoc eſt tricesimam partem. tuncque primum tremiſſes aureorum formati ſunt, quum ad tertiam partem aurei vectigal deſediſſet, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non poſſet.* hanc veriſſimam eſſe conjecturam mihi penitus perſuadeo, quam & egregie confirmant ſequentia hoc modo: *quos quidem quartarios jam formatos in moneta detinuit, expectans, ut ſi vectigal contrahere potuiſſet, & eoſdem ederet: ſed quum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos juſſit, & tremiſſes tantum ſolidoſque formari.* tremiſſium heic & ſolidorum tantum meminit. ubi vero ſemiſſes? adulterini hi certe, & nuſquam in moneta Cæſaris cuſi. ex correctorum igitur, & interpolatorum officina prodierunt. ſciolus aliquis cum tremiſſes heic legeret, novitate vocabuli offenſus ad oram forte codicis ſui repoſuerat *ſemiſſes*. quod alius poſtea ex libri margine in textum induxit, & utrumque admiſit, ſemiſſeſque tremiſſibus miſcuit: hoc eſt, falſam monetam probæ. & ad hanc faciem, qua nunc legitur in vulgatis locum interpolavit. Qui decem igitur aureos vectigalis nomine præſtabant ſub Heliogabalo, tremiſſem tantum aurei ſub Alexandro ſolvebant, hoc eſt tricesimam partem ejus quod penſitabant ſub Heliogabali imperio. propoſuerat autem Alexander, & vectigal in id contrahere, ut quadrigeſimam tantum penderent, & ob eam rem quartarios formari curaverat. ſed cum id minime paterentur reip. neceſſitates, eos conflari juſſit. *Tremeſium* autem pro tremiſſe dixerunt recentiores. Anaſtaſius in vitis Pontificum; in Celeſtino: *poſſeſſionem Scaurianam in territorio Gaditano præſtantem omnia inibi cum adjacentibus ad tignis ſolidos* 312. *& trimiſium.* idem paulo poſt: *poſſeſſionem celeris in territorio Aſilano præſtantem ſolidos centum & undecim & trimiſium.* idem in Sylveſtro: *domum in regione Roſſica intra urbem quæ præſtat ſolidos* LVIII. *& tremiſium.* & alibi paſſim apud eumdem. ſemiſſium vero nuſquam mentionem facit, in commemorandis reditibus, maſſarum, poſſeſſionum, villarum, domorum, ſed ſolidorum & tremiſſiorum tantum. *tremiſſes* autem vel *tremiſſios* dixit more Græcorum recentis ævi. nam ut illuſtris, illis eſt ἰλλύστριος; perennis, περέννιος: vocalis, βοκάλιος. ſic tremiſſis, τρεμίσσιος. in legibus Longobardorum, Viſigothorum, & aliorum, mentio ſæpe fit ſolidorum & tremiſſium, at ſemiſſium nunquam. in legibus tamen Burgundionum etiam aliquot locis ſemiſſes memorantur. ſed ſemiſſium aureorum formam nunquam in moneta Romana fuiſſe publicatam arbitror. Iſidorus tremiſſium & ſolidorum meminit aureorum, nuſquam ſemiſſium: trientum aureorum, qui iidem ſunt cum tremiſſibus mentio reperitur apud Trebellium in Claudio duobus, niſi fallor, aut tribus locis, ubi aurei ſolidi cum trientibus nominantur, nulla vero ibi ſemiſſium mentio extat. in fine Claudiæ vitæ: *Aureos Valerianos* CL. *trientes Saloninianos* CCC. meminiſſet enim, ut opinor, & ſemiſſium aureorum, ſi tunc eorum forma in uſu publico fuiſſet, ſed hæc alibi fuſius tractabuntur in commentario de re nummaria ad vetus Imperii Rationale.

Ibid. *Tuncque primum tremiſſes formati ſunt.*] Formati ob id tremiſſes, quod tertiam tantum partem aurei penderent, vectigalis nomine ſub Alexandro, qui decem aureos ſub Heliogabalo exigebantur. voluit & quartarios facere Alexander, ſi ad quartam aurei partem vectigalia contrahere per publicas neceſſitates potuiſſet. ex hoc loco conſtare ajunt doctiſſimi viri, non ſolum lege definitum fuiſſe vectigalium modum, ſed etiam certum pecuniæ genus eorum præſtationi penſitationique fuiſſe deſtinatum. hoc quid ſit plane neſcio: nec puto hoc voluiſſe Heſychium ſcribit: κιτοῦς εἶδος νομίσματος.

τὸ ἐπικεφάλαιον. nec enim vult, ut perperam vir doctiſſimus exiſtimavit, cenſum appellari nummi genus aliquod in capitulari tributo pendi ſolitum. nullum enim unquam genus hoc nomine eſt appellatum. non dubium tamen eſt, quin omnis pecunia, quæ pro tributo ac cenſu penditur, qualiſcunque illa ſit, ſive aurea ſive argentea, cenſus poſſit appellare. Marcus cap. XII. tributum capitulare quod Judæi pendebant κῆνσον appellat: ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι ἢ οὔ; Matthæus τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου appellat, denarium vultu Cæſaris figuratum, qui pro tributo ac cenſu inferebatur. quis credat denarium illum cenſum fuiſſe vocatum? ſic ſane duos cenſus ſolviſſent Judæi, nam duos denarios vel duas drachmas ſolvebant. denarium autem νόμισμα κήνσου vocat, quod illo genere nummi capitationis exactio celebraretur. at Heſychius & Suidas κηνσοὶ, νόμισμα ſunt interpretati, vel νομίσματος εἶδος. certe omnis pecunia quæ publicis rationibus infertur ac tributi vel cenſus nomine confertur, poteſt ita vocari. nam πίλισμα etiam vocarunt, non certum nummi genus, ſed nummum quemlibet, qui in functionibus publicis ſolveretur. Gloſſæ: πίλισμα μικρὸν, *collybum.* πίλισμα igitur generali vocabulo, pro pecunia vel nummo poſuit. nam minutus nummus, collybus dicebatur, pro quo πίλισμα μικρὸν auctor illius gloſſarii dixit. πίλισμα autem & κηνσὸς idem. κινσὸς διὰ τοῦ ι ſcribi debere obſervat idem Heſychius cum πῖλος vel πίλισμα ſignificaret. κηνσὸς, inquit, βοτάνη τις. τὸ δὲ πῖλος κινσὸς διὰ τοῦ ι. κινσὸς etiam eum ſcripſiſſe, non κενσὸς, ubi νομίσματος εἶδος, & ἐπικεφάλαιον eſſe dixit, apparet ex ſerie litterarum. perperam autem legunt apud Heſychium: εἶδος νομίσματος ἐπικεφάλαιον, nam vulgo legatur, ac legi debeat; εἶδος νομίσματος ἐπικεφάλαιον: nam ἐπικεφάλαιον eſt tributum capitulare vel πῖλος. Gloſſæ: *tributum capitulare*, ἐπικεφάλαιον, φόρος. cenſum igitur Heſychius, πῖλος & ἐπικεφάλαιον exponit, & εἶδος νομίσματος. ſic etiam Suidas: κηνσὸς, νόμισμα, ἐπίσιον πῖλος. ita enim ut dixi vocarunt, non certum pecuniæ genus, ſed omnem quæ tributi nomine ſolveretur. ſic aſſem publicum pro tributo paſſim dixerunt, quod aſſibus id eſt ſolidis exactio tributi celebraretur. Caſſiodorus lib. XII. *quapropter ne lædat urbem amœnitas ſua, aut res præconii fiat res diſpendii, paraveredorum & annonarum præbitionem ſecundum evectiones conceſſas in aſſem publicum conſtituimus imputari.* Cod. Theod. de indulg. deb. *præter cenſuales functiones Campania, quam & vetuſtatis gravior onerat adſcriptio, & poſt hoſtium vaſtavit incurſio, peræquatis territoriis nonam partem tantummodo præteriti aſſis publicarum toleret functionum.* ubi aſſis, & tributum vel cenſus idem. aſſem tributarium vocat Caſſiodorus lib. XII. *ut trina illatione ſervata aſſem tributarium devotus poſſeſſor exolvat.* aſſem tributarium pro cenſu poſuit. & lib. IV. *aſſem publicum: atque adeo illuſtris magnificentia tua provincialibus Alpium Cottiarum aſſem publicum per tertiam indictionem nos relaxaſſe cognoſcat.* quibus omnibus locis *aſſis publicus* pro tributo vel cenſu publico dicitur quidem, ſed pro ſolido aureo accipiendus. nam canonicos ſolidos, & aſſes canonicos dicebant de tributo. Caſſiodorus lib. II. *ſuperbia deinde conductorum canonicos ſolidos non ordine traditos, ſed ſub iniquo pondere imminentibus fuiſſe projectos.* ſic *treſſis*, quæ vox ſignificat tres aſſes, pro tribus aureis ponitur in Novella LVIII. & dupondius, qui duos aſſes valebat, pro duobus aureis accipitur in veteri gloſſario: *dupondius*, διπλοῦς χρυσοῦς. aſſis igitur ἁπλοῦς χρυσοῦς & unus aureus. *aſſis* totum ſignificabat, & ſolidum, unde ex *aſſe*, & ex

ſolido idem erat. Gloſſæ: *ex aſſe*, ἐξ ὁλοκλήρου. hinc ſolidus & aſſis idem. nam recentiores ſolidum dixerunt pro aureo nummo. ſolidus aureus, & aſſis aureus idem. ratio autem quamobrem aſſis pro aureo cœpit appellari hæc eſt, quod aſſis, & aurei idem plane pondus eſſet. nam aſſis æreus, duas drachmas pendebat. duarum item drachmarum pondus inerat in aureo nummo. ſic cum pondere pares eſſent, inde factum, ut aſſis etiam pro aureo uſurparetur. aſſem veteres etiam τὴν μονάδα vocarunt. hinc apud calculones *adjecto aſſe*, idem erat quod adjecta unitate. Hyginus de lateribus Polygonorum: *omnis trigonus ductus octies accepto aſſe facit quadratum*, id eſt octies accepta unitate. Vitruvius lib. III. *cum ad ſupputationem creſcat ſupra ſex adjecto aſſe*, ἐφεκτόν. adjecto aſſe, id eſt adjecta unitate. quem locum non intellexerunt viri docti. cum igitur aſſis & aureus idem eſſet, & apud recentiores aureus ſex millibus nummorum computaretur, μονάδα quoque id eſt *aſſem*, calculones pro ſex millium numero uſurpaſſe conſtat ex Chryſoſtomo, & Anaſtaſio Sinaita. quod heic ſtrictim tantum attingere ſatis eſt. nam alibi hæc pluribus explicamus, in quibus nihil plane viderunt eruditiſſimi hujus ætatis viri. aſſis igitur & ſolidus idem. & hoc erat quod heic probare inſtitueramus. Ceterum quod ad certum nummi genus attinet, præſtationi tributorum deſtinatum, ut voluit vir ſummus, haud ſcio quo pacto poſſit fidem mereri. nec enim quæ de tremiſſibus ab Alexandro primum figuratis dicuntur hoc loco, ei ſententiæ ſtabiliendæ quicquam facere arbitror. nam cui probari poteſt omnium ſub Alexandro vectigalium hunc unum & ita certum ſtatutumque fuiſſe modum, ut omnes omnino fiſcalium onerum debitores ex æquo tremiſſes fiſco penſitarint? ſcio quid vectigalia differant à tributis, publica tamen heic vectigalia pro tributis accepiſſe Lampridium ſum certus. quis igitur credet omnes poſſeſſores unum eumdemque modum collationis agnoviſſe, aut omnibus poſſeſſionibus eandem & æqualem oneris menſuram fuiſſe impoſitam? fœnei ſterileſque agri minime eodem tributo onuſti fuere, quo fertiles & opimi. quod igitur heic de vectigalium contractione ad triceſimam partem, & tremiſſium figuratione dicitur ab Alexandro facta, non eo pertinet, ut omnes qui vectigal penderent ſub Heliogabalo, decem aureos præſtiterint, non ſane magis quam ſolos tremiſſes, poſtquam vectigalia contraxit ad eum modum Severus Alexander, ut qui decem aureos Heliogabali temporibus ſolviſſent, tertiam tantum aurei partem ſolverent. ſed in his ſervatam fuiſſe proportionem intelligendum eſt. nam qui unum tantum præſtabant ſub Heliogabalo, contractis ad trigeſimam vectigalibus ab Alexandro, hi non tertiam partem aurei, ſed triceſimam tantum præſtitere. ſciendum vero eſt in tributis & capitationibus indicendis non argenti, non æris factam fuiſſe mentionem, ſed aureorum tantum, & aurei partium. ita & exactiones celebrabantur. ſic enim notatum erat in libellis & brevibus exactorum, poſſeſſorem illum, exempli gratia, debere ſolidi partem quadrageſimam octavam, aut vigeſimam quartam, aut vigeſimam quartam & quadrageſimam octavam, aut decimam octavam, aut octavam, aut octavam & quadrageſimam octavam, aut vigeſimam quartam, aut ſextam, aut quartam, aut tertiam, aut tertiam & duodecimam, aut dimidiam, aut dimidiam cum duodecima, aut dimidiam cum ſexta, aut dimidiam cum quarta, aut dimidiam cum tertia, aut dimidiam cum tertia ſimul & duodecima, aut dimidiam & tertiam cum ſexta, hoc eſt aureum ſolidum, deinde aureum cum quadrageſima octava aurei parte, & ita ſemper aſcendendo per partes

ſes aureorum formati ſunt: tuuc etiam, [1] quum ad ter-

tes jam prædictas uſque ad duos aureos, atque ita etiam uſque ad tres, quattuor, & uſque in infinitum. hæc autem erat aurei partium diſtributio ſub Juſtiniano, cum ſeptuaginta duo in libram cuderentur, & duodecim miliarenſes argentei uno aureo ſolido computarentur. verum alia diviſio fuit ſub Alexandro, cujus ætate quadraginta tantum & octo aurei in libra feriebantur, ut alibi pluribus explicabimus. qui aliquam autem ex illis aurei partibus ſolvendam habebat pro tributo poſſeſſor, ſciebat quid pro illa deberet in argento ſolvere, vel etiam in ære, ſi tam minuta eſſet, ut argento explicari nequiret: exempli gratia, qui aureum, & aurei quadrageſimam octavam ſub Juſtiniano debebat, is aureum unum & ſex folles pendebat, & ita de cæteris. ſed alia fuit ratio ſub Alexandro, ut alibi pluribus aperiemus. cum igitur Alexander præſtationes x. aureorum, quas ſub Heliogabali imperio multi agnoſcebant, ad tertiam aurei partem redegiſſet, ut facilitati ac commoditati ſolutionis conſuleret, tremiſſes cudi juſſit, vel trientes aureorum. nec enim aliter facile aut commode poterat hæc ſolutio expediri, nam cum aureus tunc viginti quinque minutis argenteis æſtimaretur, tertia pars aurei vix ac ne vix quidem in argenteis ad juſtam & exactam rationem poterat inveniri. nam octo argentei cum triente tertiam aurei partem efficiebant. qui numerus nec purus erat nec rotundus, nec ſolo argento conſtabat, cum triens ille argentei in ære eſſet exſolvendus. ſed neque ſic ſolutio recte proceſſiſſet. nam per æreorum quamvis minutiſſimorum rationem, non juſte poſſis efficere tertiam argentei denarii partem, ſive per ſeſtertios id facere tentes, ſeu per aſſes, ſive etiam per quadrantes. hinc ergo apparet quare tremiſſes cudendos curaverit Alexander, qui & quartarios voluit, ſiquidem potuiſſet, vectigalia ad quartam aurei partem contrahere, ut ad tertiam jam reduxerat. idque ob eamdem præſtationis facilitatem & expeditam ſolvendi rationem. nam quarta pars aurei nihilo magis rotunde pureque poterat per argenteos denarios explicari quam tertia. ſex quippe denarii cum quadrante, partem aurei quartam in argento efficiebant. at Juſtiniani tempore utraque illa pars aurei, quarta, inquam, & tertia facile & expedite per nummos argenteos, quales tunc erant in uſu, exſolvebatur. nam tres miliarenſes vel argentei denarii, quartam aurei partem efficiebant, ut quattuor tertiam. fallitur autem ſi quis putat omnes præſtationes ſub Heliogabalo decem aureorum fuiſſe. nam & fuere duorum aureorum, & trium, & unius aurei, eaſque omnes proportione ſervata, ad trigeſimam partem redegit Alexander. communiores autem ac frequentiores illæ fuiſſe videntur eorum qui decem aureos præſtarent, quibus ad aurei tertiam partem contractis, id eſt triceſimam, pro commodo ſolutionis tremiſſes aureorum cudi juſſit Alexander. fallitur etiam ſi quis propterea exiſtimet cum longe doctiſſimo viro, certum nummi genus præſtationi vectigalium fuiſſe conſtitutum, aut etiam potuiſſe conſtitui: atque id ex hoc loco, & exemplo Alexandri probare poſſe confidat. nam ad ſolam præſtationis facilitatem tremiſſes excogitavit Alexander, propter illos qui modum hunc conlationis agnoſcerent. nec enim omnibus idem modus impoſitus.

1 *Quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet.*] Lege ex Pal. & veteri editione: *quum ad tertiam partem aurei vectigal deſidiſſet.* vectigal autem & tributum diſtinguunt auctores, & præcipue Juriſconſulti. & tributa quidem erant quæ conferebantur à provincia-

tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes, dicente Alexandro etiam [1] quartarios futuros, quod minus

nus

vincialibus, id eſt à prædiorum poſſeſſoribus, pro modo agrorum quos poſſidebant & colebant. ac fuere duplicia capitis & ſoli. hoc ignorat nemo. vectigal vero eſſe portorium, & id quod pro mercibus quæ importantur & exportantur, ſolvitur, τὸ εἰσαγωγικὸν καὶ ἐξαγωγικόν. ſic Græci φόρον & τέλος diſtinguunt. diverſa etiam faciunt auctores iſti tributa & vectigalia. Spartianus in Marco: *vectigalia vel tributa ubi neceſſitas erat remiſit.* nam *vel* ibi poſitum pro *&*. in Antonino Pio: *rationes omnium provinciarum apprime ſcivit & vectigalium.* nam per *rationes provinciarum*, tributa intelligi eo loci certum eſt. putabam tamen vectigalium nomine Lampridium etiam tributa hoc loco intellexiſſe. nam Feſtus ſcribit, vectigal æs dici, quod ob tributum & ſtipendium, & extraordinarium populo debetur. ſed ſive de tributis etiam hunc locum accipiamus, ſive de vectigalibus tantum, ut proprie appellantur, minime putandum eſt unius modo generis vectigal ad triceſimam partem redactum ab Alexandro fuiſſe, aut illud duntaxat contractum ad tertiam aurei partem, cujus præſtatio ſub Heliogabalo decem aureorum fuerit, ſed omnia vectigalia ſecundum eam proportionem & deminutionis rationem ab eodem eſſe reciſa. at enimvero incertum eſt quod genus mercium aut hominum decem aureos ſub Heliogabalo vectigalis nomine præſtiterit, quorum præſtatione ad tertiam aurei partem contracta neceſſe habuerit Alexander ad majorem ſolutionis facilitatem & commoditatem trientes aureorum cudendos curare. non alienum a veritate eſt, vectigalia dixiſſe Spartianum pro tributis capitis. deni igitur aurei pro ſingulis capitibus, tributi nomine quum flagitarentur ſub Alagabalo, ad trigeſimam partem, hoc eſt aurei tertiam hoc tributum redegit ac reduxit Alexander, ideoque tremiſſes aureorum formari juſſit. Sic Julianum memorat Ammianus tributum capitis in Gallis, quod in vicenos quinos aureos ante ipſum pendebatur, ad ſeptenos aureos recidiſſe. verba Ammiani lib. XVI. *ad ultimum exceptis victoriis per quas cadentes ſæpe incolumi contumacia barbaros fudit, quod profuerit anhelantibus extrema penuria Galliis, hinc maxime claret: quod primitus partes eas ingreſſus, pro capitibus ſingulis trib͞uti nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari, diſcedens vero ſeptenos tantum munera univerſa complentes? ob quæ tanquam Solem ſibi ſerenum, poſt ſqualentes tenebras aſfulſiſſe cum alacritate, & tripudiis lætabantur.* ſed de his plura ad Rationale vetus imperii.

1 *Quartarios.*] Aurei quartarii, qui quartam aurei ſolidi partem appenderent. ſic & *tertiarios* potuiſſet dicere quos tremiſſes vocare maluerunt. τεταρτηρὰς Græci dixiſſent. Tradit Zonaras Nicephorum Phocam cupiditate & avaritia impulſum, cum prius aureus nummus ſextam unciæ auri partem penderet, τεταρτηρὸν formari juſſiſſe, pondere longe leviore: & exactiones quidem graviore illo & juſti ponderis ſolido celebrari voluiſſe, impenſas vero & largitiones, iſto quartario tunc primum ab ſe invento & edito. idem tradit Cedrenus: ἠλάττωσε δὲ καὶ τὸ νόμισμα, τὸ λεγόμενον τεταρτηρὸν ἐπινοήσας. τεταρτηρὸς ad verbum eſt quartarius. nam τετάρτη Græcis eſt quarta pars & quadrans. τέταρτα ſiquidem dixerunt, quos Latini quadrantes. Hero: ἀλλὰ γοῦν τὸ χρυσοῦν παλαιὸν δραχμαὶ δύο, γράμματα ϛ΄, τέταρτα δηλαδὴ τέσσαρα. ubi τέταρτα τέσσαρα, ſunt quadrantes quatuor. tot enim pendebat daricus vel aureus nummus. τετάρτη eſt quadrans vel

quar-

nus non poſſet. Quos quidem jam formatos in moneta detinuit, expectans ut ſi vectigal contrahere potuiſſet, & eoſdem ederet. Sed quum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos juſſit, & [1] tremiſſes tantum ſolidoſque formari. [2] Formas binarias, ternarias

quarta pars aſſis. quattuor quadrantes aſſem efficiunt: aſſis autem pendebat duas drachmas, vel ſex drachmas, vel ſex ſcriptula. idem quoque pendebat aureus nummus. ſic daricus aſſem pendebat, vel quod idem eſt quattuor quadrantes. ſed hæc alibi. τεταρτηρὸς igitur eſt quartarius. ſed doctus Juriſconſultus quartarium illum Nicephori ita interpretatur, ut velit τεταρτηρὸν paris ejuſdemque ponderis ſignatum tunc fuiſſe, cum aureo antiquo qui ſextam unciæ partem appendebat, ſed pretii majoris, ſic ut ille quartarius idem plane pondus habens quod vetus ſolidus, plus tamen valeret, atque ita acciperetur quaſi quattuor tantum in uncia ineſſent. vult igitur Nicephorum non pondus ſolidi diminuiſſe, ſed eodem pondere retento, pretium auxiſſe. quæ interpretatio nominis τεταρτηρὸς plane futilis eſt, & nugatoria, ac verbis Zonaræ Cedrenique repugnat, qui diſertim ſcribunt eum pondus imminuiſſe ſolidi. quid illis Zonaræ verbis clarius? μίζει γὰρ ἐκείνου παντὸς νομίσματος ἑξαγίου σταθμὸν ἐλάττονος, ἐκεῖνος τὸ τεταρτηρὸν ἐπινόησε, κολοβώσας αὐτὸ κατὰ τὸν σταθμόν. quid item iſtis Cedreni apertius? ἠλάττωσε καὶ τὸ νόμισμα τὸ λεγόμενον τεταρτηρὸν ἐπινοήσας. τεταρτηρὸν igitur accipimus, non qui quartam unciæ partem appenderet, nam ſic major & ponderoſior fuiſſet vetere ſolido, qui ſextam tantum unciæ partem penſabat, at leviorem multo minoremque cuſum à Nicephoro tradunt illi auctores, ſed qui quartam aurei ſolidi partem haberet in pondere. ſic erit noſter omnino quartarius, quem feriendum curare in animo habuit Severus. minime tamen, ut ingenue fatear quod ſentiam, perſuadere mihi poſſum, in tantum fuiſſe ſolidi pondus mutilatum ſub Nicephoro ut ad quartam ejus duntaxat partem ponderis, quod olim habuiſſet, contraheretur, ſed τεταρτηρὸν ab eo vocatum arbitror, quod ei quarta pars abeſſet legitimi ponderis. ſic quarta tantum ſui parte veteris ſolidi pondus imminuit ille Phocas, & ex eo τεταρτηρὸν nominavit, de quo nos alibi pluribus.

CASAUBONUS.

1 *Tremiſſes tantum ſolidoſque formari.*] Non ergo formati ſemiſſes? atqui hoc paullo ante Lampridius dicebat. ſed videntur deſiiſſe formari ſemiſſes, poſteaquam tremiſſes ſunt facti. hoc niſi eſt, omnino ſcribendum hoc loco: & *ſemiſſes & tremiſſes tantum f.* Aureum integrum, cujus erant partes ſemiſſes & tremiſſes, dixerunt SOLIDVM. in libris juris ſolidus & aureus idem ſemper ſunt.

2 *Formas binarias.*] Nummos binis aureis valentes, vocat formas binarias: ternarias, quæ ternis: & ita in cæteris. *Forma* ſtatuariorum artis verbum eſt. ut apud Iſidorum libro XVI. capite XVII. *In notitiam autem formarum metalla ita venerunt.*

SALMASIUS.

2 *Formas binarias, ternarias.*] Formæ hoc loco ſunt τύποι aut τυπωτήρια, vel τὰ ἀρχέτυπα σφραγιστήρια. βουλλωτήριον etiam recentiores Græci dixere. Gloſſæ: μονῆτα, βουλλωτήριον, ἢ τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον, μεθ' οὗ ὁ τῶν νομισμάτων τύπος διαχαράττεται. aliæ Gloſſæ: μονῆτα, τὸ τυπωτήριον νομίσματος. *forma* etiam num-

nummi eſt χαρακτὴρ, Latinis etiam *figura*. unde & formari nummi & figurari dicuntur. ſupra: *nummos electrinos & aureos vultu Alexandri magni figuravit.* ſic Græci χαράττειν νόμισμα dicunt. unde & παραχαράκται falſæ monetæ cuſores, & παραχαράξιμον νόμισμα, adulterina moneta. hinc & formam denarii, ἀντὶ τοῦ χαρακτῆρος, vel ipſo denario dixit Cato in diſtichis, & *formæ denariorum* Iſidoro ſunt ipſi denarii. idem Iſidorus: *hanc formam ex Chaldæis Abraham adduxit*. hanc formam, τοῦτο νόμισμα. nam νόμισμα etiam dicunt Græci, quam Latini formam. unde & νομίζειν δραχμὴν, formare drachmam. Philoſtratus: δραχμὴν εἰς Τιβέριον νενομισμένην. hoc eſt drachmam Tiberii vultu figuratam. Pollux: ἠνάγκασε τοὺς Συρακουσίους νομίσαι κασσίτερον ἀντὶ ἀργυρίου. ubi νομίσαι pro ἐπικόψαι vel ſignare. ſic *nomiſma* poſuit pro forma vel charactere Prudentius:

En Cæſar agnoſcit ſuum
Nomiſma nummis inditum.

τοῦ ἑαυτοῦ χαρακτῆρος τὴν εἰκόνα. ſed magis eſt, formas heic appellari nummos ipſos aureos tali forma percuſſos, qui binis aureis & quaternis valerent. binarius & ternarius igitur aureus nummus, qui binos, & ternos aureos ſimplices pendebat. ſic *quinarii* olim, & *denarii*, qui quinos aſſes, & denos pendebant. ſic *quaternarii* ſeſtertii dicti ſunt, poſtquam quaternis aſſibus valere cœperunt. Innocentius agrimenſor: *habet decus & plumbum & quaternarios & calcem.* ubi *quaternarii* ſunt ſeſtertii, quod quattuor aſſibus valerent. τετράσσαρον & τετράνουμμον Græci appellant. idem intellexit Martialis cum dixit:

Amphora viceſſis, modius datur ære quaterno.

æs quaternum pro quaternario vel ſeſtertio poſuit. ita igitur quaternarius aureus eſſet quaternorum aureorum vulgarium pretio ac pondere. ut quaternarius æreus, quattuor aſſium. aſſis & aureus idem pondus habebant, ut alibi obſervavimus. ut denarium Græci δεκάχαλκον, ſic denarium aureum, qualem invenerat Heliogabalus, qui denos aureos penderet, Græci δεκάχρυσον vocaſſent. ita binarium æreum vel dupondium, δίχαλκον vel δινούμμον iidem appellarunt. at binarium aureum δίχρυσον appellaſſent. biniones etiam dici poterant iſti binarii. Gloſſæ: *biniones*, δινούμμα. ſic pentanummos hoc eſt πεντανούμμα, quinarios vocarunt, qui & quiniones etiam appellari potuere, dupliones quoque recte vocarentur iſti binarii. ut Græcis διπλοῖ χρυσοῖ, ſunt δίχρυσοι. Gloſſæ: *dupondius*, διπλοῦς χρυσοῦς. hoc eſt binarius. Gloſſæ: *dupliones*, διπλοῖ. ſic hodie dupliones vocamus aureos binarios, & quadruplos, quos quaternarios Latini vocabant, quorum formæ quaternariæ heic vocantur. ſic binarii, ternarii, quaternarii, & denarii aurei, ſunt δίχρυσοι, τρίχρυσοι, τετράχρυσοι καὶ δεκάχρυσοι. Græci veteres dixiſſent, διστάτηρα, τριστάτηρα, τετραστάτηρα, καὶ δεκαστάτηρα. nam & apud Cyrenæos in uſu fuere τετραστάτηρα νομίσματα, quæ quattuor aureos ſtateres penderent. Latinis etiam vocari potuere, biniones, terniones, quaterniones, & deniones. ſic & centeniones, qui centenarii. inde centenionalis nummus in Cod. Theod. ſed de his alibi pluribus.

Formas binarias.] Nummos binis aureis valentes vocari formas binarias hoc loco notarunt doctiſſimi viri. mallebam heic formas eſſe τύπους, aut σφραγιστήρια vel σημαντήρια, quibus nummi tali forma ſignarentur, binarii ſcilicet, & quaternarii & ſimiles. ſequitur tamen: *eas reſolvi præcepit, nec in uſu cujuſquam verſari.* manifeſto formas pro nummis ipſis dixit. ſic in triginta Tyrannis: *cuſi ſunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei, quorum hodieque forma extat apud Treviros.* id eſt qui etiam hodie extant, vel quales hodie viſuntur apud Treviros.

1 Uſque

rias & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius [1] uſque ad bilibres quoque [2] & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, reſolvi præcepit, [3] neque in uſu cujuſquam verſari: [4] atque ex eo his materiæ nomen inditum

1 *Uſque ad bilibres quoque.*] Vetus editio: *uſque ad libras quoque.* legendum: *uſque ad librarias quoque.* librariæ formæ ſunt, aurei librarii, qui quadraginta & octo aureis valerent eorum, qui in uſu tunc verſabantur, vel quinquaginta, ut paulo poſt docebimus.

CASAUBONUS.

2 *Et centenarias.*] Fuit tamen poſtea in uſu nummus quidam grandior, quem *centenionalem* appellarunt, ſive *majorinam pecuniam.* meminere hujus Imp. in Codice Theod. lege ſexta, De falſa moneta: & lege prima, Si quis pecuniam conflaverit, &c. ſed hic nummus ex ære & argento confiebat. Etſi autem centenariæ auri formæ ſublatæ ſunt; obtinuit tamen poſtea auri centenariorum appellatio. nam centenas auri libras centenarium vocarunt. atque horum centenariorum crebra mentio apud Græcos Latinoſque ſcriptores recentiores.

4 *Atque ex eo his materiæ nomen inditum eſt.*] Suſpecta nobis hæc omnia: &, niſi fallor, penitus inducenda.

GRUTERUS.

4 *Atque ex his materiæ nomen inditum eſt.*] Sic quoque Palat. quæ quid ſibi velint, neque ego ſcio.

SALMASIUS.

3 *Neque in uſu cujuſquam verſari.*] *In converſatione publica tractari,* Cod. Th. de falſa moneta.

4 *Atque ex eo his materiæ nomen inditum eſt.*] Hæc pro ſuſpectis habent viri docti, atque aperte quidem mendoſa ſunt, ſed minimo negotio poſſunt emendari. ſic igitur legimus: *formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atque amplius uſque ad bilibres quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, reſolvi præcepit, neque in uſu cujuſquam verſari, atque ex his materiæ nomen inditum eſt.* formas illas omnes ſuperius nominatas, & ab Heliogabalo inventas reſolvi præcepit Alexander, *atque ex his formis materiæ nomen inditum eſt.* Exempli gratia, loco centenariarum formarum quas invenerat Heliogabalus & quæ in uſu verſabantur, poſtquam juſſu Alexandri reſolutæ ſunt, nomen ipſum remanſit, quod materiæ impoſitum eſt. nam centenarium pro centum libris dici cœptum eſt: cum tamen minime reperiretur nomiſma centenaria forma cuſum, formas centenarias invenerat Heliogabalus, quibus centenarii cuderentur, aurei nummi, qui centum aureorum vulgarium pondus haberent & pretium. reſolvi præcepit hujuſmodi formas Alexander, atque inde nomen materiæ impoſitum. nulli nunc quidem centenarii nummi aut centenariæ formæ. nomen centenarii tamen in uſu remanſit, & uſurpari cœptum eſt de quacumque materia, centum libras pendente. ex formis igitur centenariis ab Heliogabalo inventis nomen inditum eſt materiæ, ut centenarium dicatur, quidquid centum librarum ponderis ſit. centenarium de centum auri libris frequenter uſurpant Hiſtorici, & Græci præcipue recentioris ævi. ut *χρυσοῦ κεντηνάρια* de centum libris auri ſignati paſſim in eorum libris. Cod. de curſu publico. l. XII. centenariorum auri fit mentio quæ hippocomi in ſacculis ferebant. qua lege cavetur ne ſexaginta libras ſella cum frenis, ſexaginta itidem averta non tranſeat, *exceptis auri centenariis quæ neceſſe eſt ab hippocomis in ſolitis ſacculis reportari.* Baſilica ſic reddunt:

ὑπεξῃρήσθω δὲ τὰ τοῦ χρυσοῦ κεντηνάρια. ſed ibi Juriſconſultorum princeps auri centenaria interpretatur ornamenta veredorum avertis applicita. quæ interpretatio falſiſſima eſt, & tanto viro indigniſſima. centenarium, ut dixi, vocarunt centum librarum pondus. hinc auri centenaria, ſunt centenæ auri libræ ſignati. aurum autem ibi largitionale intelligendum eſt, quod veredis imponebatur, & in ſacculis hippocomi ferebant, ſi quando deſtinaretur ad comitatum principis, & ſacris largitionibus inferendum portaretur. addidit illa de ſuo verba Tribonianus, *exceptis auri centenariis*, quæ non comparent in Cod. Theod. leg. XLVII. quam non integram ut ibi habetur, ſed more ſuo mutilatam in Codicem Juſtiniani tranſtulit. ne igitur plus juſto onerarentur veredi, conſtitutum illa lege ne ſella cum frenis, item averta ſexaginta libras tranſiret, præter auri publici centenaria quibus onuſti incedebant. ſed obiter videndum, quot centenaria uni veredo imponerentur. leg. XXX. Cod. Theod. ſanxerunt Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. *ut nemo amplius redæ quam mille pondo, angariæ quam mille quingenta, veredo quam triginta audere: imponere.* ſed verum ne id eſt, ut veredo non plus quam triginta pondo imponerentur? hoc noſtris centenariis valde inimicum eſſet. enimvero minime dubitandum eſt quin ſit legendum: *non plus quam trecenta.* tria igitur auri centenaria veredo imponi moris fuit. vereor tamen ut hoc ſatis verum ſit. nam reda cujus juſtum onus erant mille pondo, ſi quando aurum ſacrarum largitionum ad comitatum principis deferretur, non plus quam quingentis auri libris onerabantur, cum mille argenti acciperet. vide leg. XLVIII. Cod. eod. tit. ſecundum hanc rationem tria centenaria argenti ſingulis veredis imponi ſolita, auri vero centenarium unum cum dimidio, eſſet dicendum. verum de his alibi. heic ſatis fuerit oſtendiſſe centenaria auri male pro veredorum ornamentis accepta doctiſſimo Juriſconſulto. mens igitur hæc Lampridii fuit: ex illis Heliogabali formis centenariis nomen eſſe factum *centenariæ*, quod pro centum libris alicujus materiæ ſumitur. verum longe alia ſignificatione centenarius aureus qualem cudere inſtituerat Heliogabalus, & auri centenarium dicebatur. nam centenariæ formæ Heliogabali centum tantum aureorum pondo materiam erant ſignaturæ. at centenarium auri, centum auri libras deſignavit. & tota re falſus eſt vir eruditiſſimus, qui centenarium, aut centenionalem nummum ſic dici putavit, ut dicitur auri centenarium. centenarius & centenio nummus, qui centum aureorum pondus habet, hoc eſt libras auri duas excurrentibus aureis quattuor. legendum igitur in verbis Lampridii ſupra: *& quaternarias, & denarias etiam, atque amplius, uſque ad librarias quoque & centenarias.* nam *bilibres*, ut vulgo legitur, nullo poteſt modo ferri. bilibres enim & centenariæ formæ, quattuor tantum aureorum pondere inter ſe diſtabant: ſiquidem octo & quadraginta aurei in libram auri ſignabantur. ſic duæ auri libræ ſex & nonaginta aureos habebant: quibus aureos adde quattuor, centenarios Heliogali nummos efficies, qui centum aureis æſtimabantur. hoc etiam confirmant ſequentia ubi eadem repetit ſed diverſis verbis: *decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta, & centum dare cogerentur.* decem aurei ſub una forma denarii dicuntur, & eorum formæ, denariæ; quinquaginta vero ſub eadem forma cuſi, quinquagenarii vel librarii: & quinquagenarii quidem quod quinquagenis aureis æſtimarentur, librarii vero quod libram auri penderent. nam quadraginta octo aurei libræ imputabantur. duo enim aurei ſupra libram excurrentes formæ librariæ appellationem minime tollunt. formas igitur librarias dixit, quæ quinquagenarios au-

ditum eſt, [1] quum diceret plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſam, [2] ſi quum multos ſolidos minores dare poſſit, [3] dans decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur. Veſtes ſericas ipſe raras habuit: holoſericas nunquam induit, ſubſericam nunquam donavit. Divitiis nullius invidit, paupe-

reos ſignarent, vel aureos quinquaginta una forma: ut centenarias, quæ centenos aureos ſub una forma comprehenſos emitterent, quæ & bilibres formæ dici potuerunt, ut quinquagenariæ librariæ.

1 *Quum diceret plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſſam, ſi quum multos ſolidos minores dare poſſit, dans decem vel amplius una forma.*] Contaminatiſſima hæc ſunt: ſed nec ſaniores eruditorum hominum correctiones interpretationeſque. emendo, una dictione ſublata, quæ totam ſententiam infuſcabat, hoc modo: *quum diceret plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſam, ſi quum multos ſolidos minores dare poſſit, decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta, & centum dare cogeretur.* nihil nunc ſanius, nihil dilucidius. & hoc præſtitit ſola dictio *dans* à nobis ejecta. profuſiſſimus princeps Heliogabalus, parciſſimus contra Alexander. diverſam igitur uterque viam ſunt ſequuti. Heliogabalus quæſito multa ſimul donandi profundendique compendio formas denarias, & quinquagenarias, & centenarias invenerat publicaveratque. è contrario Alexander non ſolum formas illas aboleri præcepit, & in uſu haberi vetuit; ſed etiam longe minores, quam quæ vulgo in uſu eſſent, cudi juſſit. nec tantum ſolidos, ſed etiam ſolidorum trientes in moneta formari voluit. formas autem illas omnes Heliogabali majorinæ, ut loquebantur, pecuniæ, ideo reſolvi conflarique præcepit, quod diceret, plus largiendi quam vellet, occaſionem inde principi dari, ſi cogeretur una forma decem aureos & triginta, & quinquaginta & centum etiam erogare, cum multos minores dando, poſſet largitionum ſuarum modum prout vellet temperare, & ad arbitrium modo eas contrahere, modo laxius illis indulgere. quod ille facere non poſſet, qui præ manu tantum haberet aureos denarios, & quinquagenarios & centenarios. cui multi minuti nummi ad manum ſunt, is tantum expendit ac largitur, quantum lubet, nunc plures ex illis dando, nunc pauciores. qui vero tantum aureis atque argenteis majoribus nummis refertum habet marſupium, plerumque etiam præter voluntatem liberalis eſt, & plus dare cogitur, quod minus dare non poſſit. atque hic verus eſt hujus loci ſenſus, ex veriſſima noſtra emendatione eliciendus. decem ſolidi una forma ſunt quas ſupra denarias formas vocavit. δεκαστάτηρα νομίσματα Græci dicerent, ut quinquagenarias formas, πεντηκοντάστατηρα: centenarias, ἑκατοντάστατηρα vel ἑκατοντάχρυσα.

GRUTERUS.

2 *Si cum multos ſolidos.*] Lectio minus bona. nihil tamen juvat exemplar Palat.

CASAUBONUS.

3 *Dans decem vel amplius una forma.*] Plane auctoris menti repugnat iſta lectio. Sed non dubito quin locus totus ita ſit concipiendus, ex emendatione Joſephi Scaligeri: *cum diceret, plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſſam, cum multos ſolidos minores dare poſſit, dans decem vel amplius, quam ſi una forma triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur.*

pauperes juvit, [1] honoratos, quos pauperes vere non per luxuriam aut ſimulationem vidit, ſemper multis commodis auxit, agris, ſervis, animalibus, gregibus, [2] ferramentis ruſticis. [3] In theſauris veſtem nunquam niſi annum eſſe paſſus eſt, eamque ſtatim expendi juſſit. [4] Omnem veſtem quam donavit, ipſe perſpexit: omne aurum, omne argentum, idque frequenter appendit. Donavit & ocreas, & braccas, & calceamenta inter veſtimenta militaria. Purpuræ clariſſimæ non ad uſum ſuum, ſed ad matronarum, [5] ſi quæ aut poſſent

SALMASIUS.

1 *Honoratos quos pauperes vere non per luxuriam aut ſimulationem vidit.*] Ex iſto genere honoratorum fuit ille cujus ſupra meminit: *quum quidam ex honoratis vitæ ſordidæ, furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam expiraſſet.* ubi perperam vir doctiſſimus reponendum cenſebat: *quum quidam ex inhonoratis.* quod caret ratione. Honorati autem vocabantur proprie qui dignitatibus erant præditi qua militaribus qua civilibus, vel honoribus functi. hi diſtinguebantur à plebe. hinc illa in notis Valerii Probi: PLEBS. VRB. ET. HON. V. id eſt, *plebs urbana, & honoribus uſi.* honoribus uſi, ſunt honorati.

3 *In theſauris nunquam veſtem niſi annum eſſe paſſus eſt.*] Legebat Scaliger: *in theſauris nunquam veſtem niſi auream eſſe paſſus eſt.* ſed aurea veſtis non dicitur quæ aurata eſt. *theſauri* autem heic ſunt in quibus veſtis ſacra privataque principis reponebatur. hinc *præpoſiti theſaurorum* leg. XIIII. Cod. de murileg. *privatæ vel linteæ veſtis magiſtri, theſaurorum præpoſiti, vel baphiorum ac textrinorum procuratores, ceterique quibus hujuſmodi ſollicitudo committitur.* dicebatur etiam *comes theſaurorum*, & ſuberat comiti ſacrarum largitionum. comitis theſaurorum officiales dicebantur theſaurenſes. leg. II. Cod. de Pal. ſacr. larg. *nullus theſaurenſis vel officialis comitis theſaurorum ſemel deprehenſus everſor, &c.* ubi perperam comitem theſaurorum, pro comite ſacrarum largitionum accipit magnus Juriſconſultus, & theſaurenſem pro ejus apparitore. comes theſaurorum ita ſuberat comiti ſacrarum largitionum, ut comes domorum comiti privatarum. magiſtri & comites linteæ veſtis, & baphiorum præpoſiti & textrinorum. omnes erant ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum. comites quoque theſaurorum in quibus veſtes reponebantur ſacræ privatæque principis, ſub ejuſdem erant diſpoſitione. ſed hæc alibi fuſius.

4 *Omnem veſtem quam donavit ipſe perſpexit.*] Vetus editio: *ipſe proſpexit.* ſic in vita Maximini: *gladios, lanceas, loricas, galeas, ſcuta, tunicas, & omnia arma illorum quotidie circumſpicere. calceamenta quinetiam ipſe proſpiciebat.*

CASAUBONUS.

2 *Ferramentis ruſticis.*] Membranæ, *ferramentis, raſtris.*

3 *In theſauris veſtem nunquam niſi annum eſſe paſſus eſt.*] Præceptum eſt τῆς οἰκονομικῆς, *Veſtis nova veſtem veterem excludat.* de quo infra ad Vopiſci Aurelianum.

5 *Si quæ aut poſſent, aut vellent, certe ad vendendum graviſſ.*] Diſtingue ſic: *ſi quæ aut poſſent, aut vellent, certe ad vendendum, graviſſimus exactor fuit.* hoc ait: exegiſſe purpuram clariſſimi luminis non ad uſum ſuum, ſed ut matronis

ſent aut vellent, certe ad vendendum graviſſimus exactor fuit: ita ut *Alexandrina purpura* hodieque dicatur, [1] quæ vulgo *Probiana* dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphis præpoſitus id genus muricis reperiſſet. [2] Uſus eſt ipſe chlamyde coccina ſæpe. In urbe tamen ſemper togatus fuit, & in Italiæ urbibus. Prætextam & pictam togam nunquam niſi coſ. accepit: [3] & eam quidem quam de Jovis templo ſumptam alii quoque accipiebant, [4] aut prætores aut coſſ. Accepit prætextam etiam quum ſacra faceret, ſed loco Pontificis maximi, non Imperatoris. Boni linteaminis appetitor fuit, [5] & quidem puri, dicens, [6] *Si lintei idcirco ſunt ut*

tronis donaret, ſi qua fuit quæ purpura uti vellet, aut pro conditione loci ſui, poſſet. vel ſi non daret, clariſſimam tamen nihilominus exigebat ad vendendum Soli'us Alexander talia multa vendere. infra: *Gemmarum quod fuit vendidit.* iterum: *gemmas ſibi oblatas vendidit.* & ſtatim: *cum quidam legatus uniones duos uxori ejus obtuliſſet, vendi eos juſſit.* in Pii vita, *Species imperatorias ſuperfluas vendidit.*

1 *Quæ vulgo Probiana dicitur.*] Scribe: *dicebatur.*

3 *Et eam quidem, quam de Jovis templo ſumtam alii quoque accipiebant.*] Capitolinus in Gordianis: *Palmatam tunicam & togam pictam, primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit: cum ante imperatores etiam de Capitolio acciperent vel de palatio.* ideo dicta hæc toga, Capitolina palmata in epiſtola Taciti ad Probum.

4 *Aut prætores aut Coſſ.*] Sapiunt gloſſema. judicent eruditi.

5 *Et quidem puri.*] Non autem clavati, neque purpurâ, neque auro.

6 *Si lintei idcirco ſunt.*] Scribe cum membranis, *linea.* loquitur autem de purpurâ clavatis.

SALMASIUS.

1 *Quæ vulgo Probiana dicitur.*] Caſaubonus legit: *dicebatur.* quaſi hic ſenſus Lampridii eſſet, purpuram clariſſimam Probianam vulgo fuiſſe dictam ante tempora Alexandri, à quodam Aurelio Probo baphiorum præpoſito qui hoc genus muricis reperiſſet. deinde ab Alexandro Alexandrianam appellatam quod graviſſimus clariſſimæ purpuræ fuiſſet exactor Alexander Severus. ſed hoc non vult Lampridius, cujus hæc mens eſt; clariſſimæ purpuræ genus Probianum vulgo ſua ætate appellatum ab inventore quodam Probo. Alexandrianum etiam fuiſſe dictum de nomine Alexandri, quod clariſſimam purpuram ſolitus eſſet exigere. clara omnis purpura generali appellatione dicebatur Alexandrina, quod claræ purpuræ graviſſimus & faſtidioſus exactor olim extitiſſet Alexander. hinc & illud etiam purpuræ genus longe clariſſimæ ab Aurelio Probo repertum, & vulgo Probianum ab eodem dictum, Alexandrinum etiam dicebatur: quod erat generale nomen omnium clariſſimarum purpurarum jam inde ab hoc Alexandro. & hoc nomen de clariſſima purpura etiam ætate ſua uſurpatum ſcribit Lampridius, cum ſpecies quædam muricis vulgo Probiani dicti, ita etiam appellaretur.

2 *Uſus eſt chlamyde coccina ſæpe.*] *Uſus eſt chlamyde ſæpe coccinea.* ita Pal. & vet. editio.

6 Si

ut nihil aſperum habeant, quid opus eſt purpura? [1] in linea autem aurum mitti etiam dementiam judicabat, [2] quum aſperitati adderetur rigor. [3] Faſciis ſemper uſus eſt.

6 *Si lintei idcirco ſunt.*] Mendoſa hæc lectio. *linteos* enim nunquam dicunt abſolute Latini, ſed *lintea*, & *lintia*, unde Græci λίνζια. Arrianus in periplo maris rubri: ὀψώνιον ἀργαὶ ςολαὶ καὶ ἄπολοι νόθοι χρωματινοι καὶ λίντια καὶ δικρόσσια. Heſychius: λίντιον, περίζωμα ἱερατικόν. Latini *lintium*, hinc Græci λίντιον. *ars lintiaria* in veteri inſcriptione. legendum heic igitur: *ſi lintea idcirco ſunt*. ſed Palatinus habebat: *ſi linaei idcirco ſunt*. inde in veteri editione excuſum: *ſi linei*. ſcribendum: *ſi lineæ idcirco ſunt ut nihil aſperi habeant*. lineas vocabant, interulas vel camiſias ex lino. hinc lineæ Ægyptiæ, & lineæ Ægypto petitæ in libris ſequentibus, & lineæ militares. legendum etiam paulo poſt: *in lineas autem aurum mitti*. nam nec *in linea*, nec *in lintea* verum eſt.

GRUTERUS.

6 *Si linea idcirco ſunt ut nihil aſperum habeant.*] Antea erat *linei*: ſed Palatinus magis etiam accedit ad aliorum ſcriptos, habetque, *ſi linaei*.

CASAUBONUS.

1 *In linea autem aurum mitti.*] *Linea* ſcribas an *lintea*, ut in regio, nihil refert. ὀθόνια & omnem e lino veſtem vocabant *lintea*, vel *linea*, ſive *lineas*. Vopiſcus in Carino: *quid lineas petitas Ægypto loquar?* loquitur de auroclavatis linteis: quæ jure damnat ob aſperitatem & rigorem. ut valde miratus ſim, cum legerem apud Anaſtaſium in vita Benedicti tertii, *camiſias albas ſigillatas holoſericas cum chryſoclavo*: ſed hæ non ad uſum comparatæ, verum ad ornatum ædium ſacrarum.

2 *Cum aſperitati adderetur rigor*] Non male regius & Puteani, *cum aſperitas adderetur & rig.* Zeno Veronenſis ſermone 11. de avaritia: *Ad eccleſiam Dei opere vario totum inauratus corpus, execrabili metallo procedis onuſta: ubique delicata, ſub mollibus fortis. denique ipſo cultus rigore in oratione non flecteris; non manus tendis.*

SALMASIUS.

2 *Quum aſperitati adderetur rigor.*] Pal. *cum aſperitatem adderetur rigor.* forte: *quum cum aſperitate adderetur rigor.* vel potius: *quum ad aſperitatem adderetur rigor.* lineæ autem & auro, & purpura clavabantur. has clavi purpurei reddebant aſperas, aurei vero rigidas. Alexand. lineis ſuis, ne quid aſperum haberent, purpuram intexi nolebat, aut purpura clavatas fieri. dementes etiam illos judicabat, qui non contenti lineas ſuas clavis purpureis aſperas reddidiſſe, auro etiam eas clavandas curabant, ut ſic & ad aſperitatem rigor adderetur.

3 *Faſciis ſemper uſus eſt, braccas ſemper habuit.*] Faſcias heic pedules intelligit. nam *pedules* dicebantur ἁπλῶς καὶ ἰδιαιτέρως, cum faſciæ intelligerentur. *pedulia* etiam vocabantur. Feſtus: *pedulia quæ dicimus, πέδιλα Græcos appellare manifeſtum eſt.* ſed περὶ τῶν πεδίλων errat. nam *pedule* Latini non ſolent vocare, quod Græcis eſt πέδιλον. tantum intereſt inter pedule & πέδιλον, quantum inter πόδιον & πέδιλον apud Græcos. nam quod Latini *pedule*, Græci πόδιον appellant. & πόδιον ad verbum eſt pedule. Fronto de differentiis vocum: *pedale menſura eſt pedis, pedule vero ſub pedibus præſtat utilitatem.* Gloſſæ: *pedule*, ποδοπαγαῖον. *pedule*, πόδιον. ita legendum, non *pedale*. pedule autem vel pedulis faſcia, erat pedum involucrum. Heſych. πόδεια, ἐνειλήματα ποδῶν ἤτοι φασκίας. ποδόπανα recentiores Græci vocant, hoc eſt pedum pannos & faſcias. nam pannus, eſt faſcia. Gloſſæ βασιλικῶν: ἐνδυμάσια, καὶ περίσπασμα

τοῖς ποσὶν ὑφάσματα ἃ λέγεται ποδόπανα. ita legendum in illis Gloſſis. ἐδωνάρια, ſunt udones. citant porro Gloſſæ illæ locum Epiphanii κατὰ καθαρῶν, qui ſic legendus eſt: τὰ δὲ ἄλλα, ποδεῖα ὡς εἰπεῖν τὰ ἐξ ἱματίων γεγονημένα, ἃ παρά τισιν ἐδώνια κέκληται, ἢ βραχέσι ῥάκεσι περιειλίσσεται, δακτυλίοις δὲ τοῖς ποσίν. πανία vocat iſtos udones vetus Etymologici magni auctor in voce πῖλος. ubi explicat illud Heſiodi: — πίλοις ἔνδοθι πυκάσσας· σημαίνει δὲ, inquit, καὶ τὰ δρτιέρια καὶ πανία. πανία, faſcias appellant & ſegmenta ex veſtibus reciſa Græci recentioris ævi. δρτιέρια autem etiam vocarunt ejuſcemodi faſcias pedules, à veteri voce Græca δρτὴρ quæ hoc ſignificabat. δρτὴρ enim eſt faſcia qua quid conſtringitur & colligatur, aut etiam ſuſpenditur. Heſychius: δρτὴρ ὑπόδημα. hinc δρτήριον, recentiores & δρτιέριον, pro eodem dixerunt. Suidas: δρτιέρια παρ' ἡμῖν οἱ τῶν ποδῶν πῖλοι. πιλλιωτῆρα Æſchylus:

> Πέλλωτῆρ' ἔχουσιν ἐνθέτοις ἐν ἀρβύλαις.

Πελλύτρα Heſychio eſt faſcia vel vinculum. πελλύτρα δεσμός. πελλύτραι, οἱ δεσμοὶ περὶ τὰ σφυρὰ καὶ τοὺς ἀστραγάλους τῶν δρομέων περιειλισσόμενοι εἰς τὸ μὴ ἐκστραφῆναι. idem: πελλαστρὶ ὑποδήματα ἃ περιτιθέασιν οἱ δρομεῖς περὶ τὰ σφυρὰ ἵνα μὴ ἔξω στρέφηται. πέλλυτρα videtur legiſſe apud Æſchylum Heſychius, & non pro faſciis pedulibus vel udonibus accepiſſe, ut fecit Pollux, ſed pro quodam vinculi genere quo ſibi curſores talos circumligabant, ne in currendo pedem inverterent, & talum ejicerent: quos autem Græci πίλους, Latini udones vocarunt. & *udones* quidem vel *eudones* quod ex lana coactili vel ex pilis in modum lanæ preſſis & coactis quaſi ſubcuſi eſſent. eadem eſt πίλων etymologia. nam πιλεῖν eſt premere & cogere vel denſare. Pollux: καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἐδώνων πίλους τετριμμένους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν Βάκχαις, ἀλλὰ τρίμιτος ἐπίπλεκτος. ita legendus ille Pollucis locus. vulgo legitur, ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἡδονῶν. & delicias ibi facit interpres cum ſuis deliciis. πῖλοι & ἐμπίλια, Græcis pro eodem. & udones intelliguntur. Heſychius: ὑδάτια, τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια. quidquid enim ex lana coactili eſſet factum, πίλους, & ἐμπίλιον dixere. & hujuſmodi erant udones, ex lana piliſve conciliatis & coactis facti. hinc Gloſſæ: ἐμπίλιον, *udo. empilia* voce Græca dixit Plinius quæ Theophraſto ſunt πεδῖα, obiter dicam, πέδια vel πόδεια melius ſcribi quam ποδῖα, τὸ πόδειον, vel πόδιον idem omnino, quod *pedule*. ὁ πόδειος, vel πόδιος pedulis. hinc τὰ πόδια pro πόδεια, *pedulia*, at τὸ πόδιον etiam diminutivum eſt, ἀπὸ τοῦ ποδὸς, & pediculum ſignificat. at πόδεια ſunt udones. ſic empilia, udones, & faſciæ pedules, ſynonyma fuerint vocabula. Juriſconſultus tamen faſcias crurales peduleſque, & impilia veſtis loco eſſe ſcribit, quia partem corporis veſtiunt. *aliam vero eſſe cauſam udonum quia uſum calceamentorum præſtant.* leg. argumento. Dig. de auro argento leg. ſic ſeparat udones ab empiliis, & faſciis pedulibus. & ſane ſciendum paullo differre πίλους hoc eſt udones, & πόδεια hoc eſt faſcias pedules etiam apud Græcos ipſos. πῖλοι vel udones erant proprie lanei calcei ex lana coacta facti qui intra calceum quidem habebantur, verum plerumque & ipſi vicem calceamenti præſtabant, præcipue domi & intra cubiculum. calceones eos hodie vocamus, & non tantum ex linteis conſui ſolent, ſed etiam ex laneis pannis. *pedum cucullos*, & *cucullopedones* etiam vocatos fuiſſe notabamus in ſuperioribus. non multum diſſimiles erant *ſoleæ lanatæ*, quarum mentio apud Martialem in iſto diſticho:

> *Defuerit ſi forte puer, ſoleaſque libebit*
> *Sumere, pro puero pes erit ipſe ſibi.*

ita

ita enim legendum. ipſe pes ſibi erit pro p[u]ero. ſi forte, inquit, puer de[…]fuerit, & ſoleas tibi libeat ſumere, cum ſoleis lanatis poteris ipſe è cubiculo exire, & ſoleas petere: & ſic vicem pueri pes in ſolea lana ſupplebit. hinc videmus udones, & ſoleas iſtas lanatas ſæpe pro calceamentis vel ſoleis intra cubiculum geſtari ſolitas. *faſcia* vero *pedules*, ut ipſum nomen indicio eſt, erant ſegmenta quædam vel panni ex lanea veſte deciſi, vel etiam ex coactilicia, quibus involvebantur pedes atque integebantur, ad eundem plane modum quo crura ipſa faſciis illis quæ crurales inde ſunt appellatæ. eumdem tamen uſum præſtitiſſe faſcias pedules & udones minime dubium eſt, etſi aliquantum forma diſſiderent. nam udones ad ſpeciem calcei vel ſoleæ pedem includebant, faſciæ vero circumligabant. Pollux περιειλήματα ποδῶν & πίλους aperte diſtinguit. ἃ δὲ πόδια Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰκτέον, εἴτε περιειλήματα ποδῶν, πέλλυτρα καλεῖ Αἰσχύλος ἐν Φοινίσσαις. ubi περιειλήματα ποδῶν, ſunt faſciæ pedules, πῖλοι vero udones. quas autem ſoleas lanatas Martialis vocat, σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων appellat vulgaris donatio Conſtantini. ubi vetus interpres udones reddidit. σανδάλια διὰ ὀθονίων ſunt ſoleæ lanatæ. ceterum auctores, paſſim udones, & faſcias pedules & empilia confundunt, quod ad eumdem hæc omnia uſum accommodarentur. nam & udones pro faſciis, & faſcias pro udonibus uſurparunt. hinc etiam ὀθόνια Græci recentiores, non faſcias illas quibus pedes involvuntur, dixere, ſed oraria & muccinia hoc nomine appellaverunt. Gloſſæ βασιλικῶν: ὀθονάρια ὃ ὀθόνια ὑφάσματά ἐστι μικρὰ ἃ καὶ ὠράρια παρὰ κοινὸν λέγεται). ταῦτα δὲ οἱ εἰς παλάτιον εἰσιόντες συσκελλοῦσι ἐπιφερόμενοι ἐν αὐτοῖς καὶ ἀπεμύσσοντο καὶ ἀπέπτυον. & Epiphanius ὀθόνια interpretatur, τὰ ἐξ ἱματίων χειρομάκτρια. faſcias nempe intelligens, & pannos de veſtibus reciſos, & ad hunc uſum adhibitos integendorum pedum. male autem magnus Juriſconſultus, qui pedules faſcias eſſe vult pedum aut calciamentorum. apage illud calciamentorum. faſciæ illæ pedules ſemper ſub pedibus habitæ, & intra calceos. & recte Fronto pedule id eſſe interpretabatur quod ſub pedibus præſtaret utilitatem. ſic πίλους ὑπὸ ποσὶν ἔχειν dixit Cratinus de his pedulibus. Martialis de udonibus:

Cyniphio poterit planta latere ſinu.

non erant igitur illæ faſciæ calceamentorum, ſed pedum: atque inde dictæ pedules. male item doctiſſimus Turnebus qui cum in regula Benedicti repeiſſet pedules & caligas, pedules ibi pro calceis accipere non dubitavit. quam falſo! caligæ ſunt calcei, pedules quibus pedes intra calceos poſiti muniuntur & involvuntur. peſſime etiam vir alius ſummus apud Suetonium faſcias crurales & pedules confundit. faſciæ crurales Romæ non niſi ab ægrotis aut delicatis & mollitie laborantibus ſumebantur. Quintilianus: *palliolum, & faſcias quibus crura veſtiuntur, & focalia & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt valetudo.* Horatius:

— ponas inſignia morbi
Faſciolas, cubital, focalia. —

objectæ etiam illæ faſciæ Pompejo, crurales inquam, non pedules. laſcivum eum & delicatum inde arguit fuiſſe Cicero. alii etiam ad regni affectationem eas trahebant de colore ipſo, nam candidæ & cretatæ. at locus Varronis apud Nonium, non de cruralibus ſed de pedulibus accipiendus: *mihi puero modica una fuit tunica, & toga, ſine faſciis calceamentum, equus ſine ephippio, balneum non quotidianum, alveus rarus.* faſciæ heic ſunt pedules. non recte igitur & illo Quintiliani loco & iſto Varronis colligit ille vir doctiſſimus, tempore quidem Ciceronis Romanos extra valetudinem uti cepiſſe faſciis, ætate vero Quintiliani eas tantum ægrotantibus ac morboſis

boſis uſurpatas fuiſſe vel delicatis. nam de diverſis faſciis agunt Quintilianus & Varro. ſed longe majori errore idem ille vir magnus Græcis pedules in uſu fuiſſe, & crurales ex eo probare contendis, quod pedules illi περιπεζῖδας, crurales περισκελίδας appellarint. περισκελὶς eſt vinculum aureum quod in cruribus ad ornamentum geſtabant mulieres ſolæ, nec quidquam ad has faſcias crurales pertinet. Seneca de periſcelide:

Crura diſtincta religavit auro
Luteo plantas exhibente ſocco.

de faſciis cruralibus hæc accipit. prorſus abſurde, nunquam enim annulus aut vinculum aureum, faſcia dicatur. περισκελὶς autem eſt vinculum ex auro quo ſibi mulieres ornamenti gratia, crura vinciebant, & armilla cruralis potius diceretur quam faſcia. περιπεζῖδες non ſunt pedules, haud ſane magis quam περισκελίδες, crurales. inter ornamenta muliebria recenſet Pollux περισφύρια, περιπεζῖδας, περιπέζια, πέζας. ubi πέζαι, & περιπέζια & περιπεζῖδες, ſunt quidem faſciæ, ſed minime ex iſto pedulium genere de quibus heic agimus, & quæ intra calceamenta gerebantur. πέζαι & περιπέζια & περιπεζῖδες ſunt inſtitæ vel faſciæ quæ veſtibus mulierem ad extimam oram adſuebantur ornamenti cauſa, quæ & περιπόδια dicebantur. Gloſſæ: *limbus*, πέζα, κυκλὰς, περιπόδιον. de quibus nos alibi. non rectum etiam illud eſt ejuſdem viri objectas eſſe faſcias candidas Pompeio ob ſuſpicionem regni, Clodio vero purpureas ad nequitiæ argumentum. nihil ſimile eſt. faſciæ ſiquidem illæ purpureæ, quas objicit Clodio Cicero, muliebres erant, nihilque habent commune cum iis quas uſurpabat Pompejus faſciis cruralibus. norunt omnes quomodo Clodius habitum muliebrem ſumpſerit, & cum hoc veſtitu in Cæſaris domo deprehenſus fuerit. nihil notius hac hiſtoria. hinc illi Cicero de haruſpicum reſponſis, crocotam, mitram, muliebres ſoleas, purpureas faſciolas, ſtrophium objecit, quæ omnia ſunt muliebris veſtitus inſignia. ſed nec illud verum eſt, quod ibidem annotavit vir idem ille Græce peritiſſimus, poëtis Græcis fœminas appellatas eſſe εἰλίποδας ob uſum illarum faſciarum. ſcribere enim Pauſaniam, γυναῖκας εἰλίποδας διὰ τὴν ἔνδεσιν τῶν μηρῶν. Euſtathii hæc verba ſunt ad Odyſſ. α. Παυσανίας δὲ λέγει, &c. verum illa μηρῶν ἔνδεσις propter quam mulieres εἰλίποδες Græcis poëtis dictæ ſunt, de faſciarum involutione nullo modo eſt exponenda, ſed de pedum conturbatione ac femorum implicatione laſcivis mulieribus in coitu familiari & conſueta. Anacreon: πλέξαντες μηρίοισι πέρι μηρούς. Heſychius: γυναῖκες εἰλίποδες, διὰ τὴν δίνην σκελῶν καὶ πλοκὴν τὴν κατὰ τὴν συνουσίαν. quid ſit conturbare pedes apud Plautum nemo poteſt ignorare. faſcias autem crurales σκελίας Græci vocarunt. Heſychius: σκελίαι τὰ τῶν σκελῶν σκεπάσματα. Πάρθοι σπειρῶσαι. idem: σπειρῶσαι, τὰ περὶ τὰς κνημῖδας ἐνδύματα. ſunt planæ faſciæ quibus crura veſtiuntur, ut ſcribit Quintilianus, & earum uſum Romani in valetudine tantum videntur noviſſe. pedules vero vel πῖλοι apud Græcos & Romanos pariter in promiſcuo fuerunt uſu, ſed apud Romanos videntur uſurpari cœpiſſe Ciceronis ætate. nam Varro ſcribebat ſe puero calceamenta ſine faſciis ſumi ſolita. pedules igitur ſunt πῖλοι vel ἐμπίλια, non autem περιπεζῖδες. liceret tamen faſcias illas pedules etiam ποδίας Græce vocare, eadem ratione qua σκελέαι crurales vocatæ ſunt. & niſi fallor ita etiam appellantur apud Pollucem lib. x. cap. xx. ἐν δὲ πεδίλοις καὶ ἀναξυρίδες καὶ σκελέαι καὶ ποδεῖαι ἢ Περσικαί. ita enim ibi legendum ex veſtigiis veteris libri, non ποδίδες, ut vulgatum eſt. & lib. eod. cap. xii. Μένανδρος δὲ ἐν μισογύνῃ καὶ σανδαλοθήκας, καὶ πέλματα, ἅπερ γὰρ Σο-

φο-

φεκλᾶς τὰς πόδιας καλεῖ. ita ſcribo pro τὰς πόδας quod editum eſt. ſcribi poſſet etiam τὰς ποδεῖς. σκελίαι & πόδειαι junguntur, ut crurales faſciæ, peduleſque, quod iiſdem faſciis, & uno tenore, ut apparet, crura ſimul pedeſque veſtirent, & involverent. hinc τὰ πόδεια Pollux, quæ pedules faſciæ ſunt, eadem facit cum crurum tegminibus. τὰ δὲ πίλωτρα, inquit, εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ αὖ τὰ πόδεια, ἃ τινες τοῖς ἀναξυρίσιν ὡς σκελίαις ἐνοι ὀνομάζουσι. Κράτης δ' ἐν ἑορταῖς ἔφη. καὶ δὴ πόδεια τετμημένα. vides eum πόδεια ἀναξυρίδας vocare. at idem alio loco πόδεια ex Critia interpretatus eſt, τοὺς περὶ ποσὶ πίλους. ecce autem Heſychius, qui ἀναξυρίδας, pedulia quoque interpretatur & pedum integumenta: Ἀναξυρίδες· φιμινάλια. βρακία βαρβαρικά. ποδῶν ἐνδύματα, ὑποδήματα βαρβαρικὰ ἢ βασιλικά. ſic feminalia, tibialia, & pedulia, hoc eſt feminales, & crurales & pedules faſcias eadem appellatione donaverunt, & bracas hæc omnia appellaverunt. vetus interpres Juvenalis verſum illum poëtæ,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

de brachis vel de pedulibus accipit. & bracas ibi manifeſto pro pedum quoque regimine poſuit. ſic ὀδόνια hoc eſt udones, bracas à quibuſdam appellari adnotavit Epiphanius loco quem ſupra adduximus: πόδεια τὰ ἐξ ἱματίων γεγονημένα ἀπὸ ἐρίων ποικίλης, ἢ βράκας. χερσὶ πεδίλια, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν. nam contrarii reliquo hominum generi agebant illi Cathari, & anulos in pedibus, pedules & bracas in manibus geſtabant. Iſidorus: *tubruci quod à braccis uſque ad tibiam perveniant*. bracas pro pedulibus poſuit, ut interpres Juvenalis. idem: *tubruci quod tibias braccaſque tegunt*. bracæ ibi ſunt crurum tegumenta vel pedum. nam tubruci dicebantur quos ſupra hoſas accipiebant. Paulus de geſtis Langob. *hoſes vero eis erant uſque ad ſummum pollicem pæne aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti. poſtea vero cœperunt hoſis uti, ſuperquas equitantes tubrucos birreos mittebant. ſed hoc de Romanorum conſuetudine traxerunt.* tubruci autem dicti quaſi tubiruci, tuborum ſcilicet ruci, hoc eſt tuborum vel tubulorum operimentum. tubos enim, & tubulos recentiores Latini dixerunt tibiarum operimenta. Querolus: *æſtum veſtitis generibus, brumam nudis cruribus, in ſiccis hyemes, cancros in tubulis age.* idem: *naturque in æſtu tubulis anguſtis & novis.* tubos etiam dixerunt, nam inde τοῦβοι Græcis. Achmes: ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔβαλε τουβλία νέα, εὑρήσει νίκην χαρὰν ἐν τῷ πλάτει αὐτοῦ διὰ τὸ λαβεῖν ἀπ' αὐτῶν σκέπην τῶν σκελῶν. hinc & χαλκότουβα ocreas appellarunt, hoc eſt æneos tubos. at quum equitarent, ſuper illos tubos accipiebant & aliud genus tegendis tubulis, quos *tubiruccos* & *tubrucos* appellarunt. *Rucus* autem vel *rocus* Latinis recentioris ævi pro quovis operimento. tubrucos vero eumdem uſum præbuiſſe veteribus, quem nobis botiæ noſtræ, ſatis ex illo Pauli loco conſtare poteſt. & falluntur qui κουρτζουβράκια quorum apud Codinum mentio, de his tubrucis accipiunt. iterum falluntur, quum *tubrucos* in *tubracos* cenſent mutandos. κουρτζουβράκια Codini ſunt curtæ bracæ. bracas igitur, non tantum femorales faſcias, ſed & crurales & pedules appellaverunt. at contra faſcias crurales & feminales quales in uſu Perſis calciamenta vocavit Juſtinus lib. 1. de Semiramide: *igitur bracchia ac crura calciamentis, caput tiara tegit: & ne novo habitu aliquid tegere videretur, eodem ornatu & populum veſtiri jubet.* ita enim omnes libri eo loco legunt, pro quo editiones habent: *velamentis*. ſic Pollux ὑπόδημα vocat τὸ πίλωτρον, & Heſychius, ἀρτῆρας, ὑποδήματα, cum tamen ἀρτὴρ & πίλ-

λωτρον

λυδίων pedulia ſint potius quam calcei. Græci non habent dictionem qua feminalia Latinorum exprimant de verbo ad verbum. nam *ἀναξυρίδες*, & *περισκέλια*, *σκελέαι* ſunt crurum tegmina. Herodotus de Perſis: *ἀναξυρίδες περὶ τοῖν σκελοῖν.* Euripides: *θυλάκους περὶ τοῖν σκελοῖν.* Pollux: *τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσι.* ſic feminalia & tibialia uno eodemque nomine appellarunt, & braccas intellexerunt: quod ſcilicet & femora & crura braccæ illæ tegerent. faſcias pro braccis poſuit Juſtinus de Mithridate lib. XXXVIII. *ſollicitatoque juvene cum ferrum occultatum inter faſcias gereret, ſcrutatori ab Ariarathe rege miſſo curioſius imum ventrem pertractanti, ait caveret ne aliud telum inveniret quam quæreret.* Latinis tamen proprie braccæ de feminalibus, faſciæ vero de cruralibus pedulibuſque. & ita hoc loco apud Lampridium diſtinguuntur braccæ & faſciæ. quemadmodum autem quidquid pedibus tegendis eſſet accommodatum, πίλους & πῖλον Græci appellarunt, & tam faſcias quam udones vel calceos laneos aut ſoleas lanatas hoc nomine comprehenderunt: ſic *feminalia* Latini & *bracas* id omne appellarunt quo femina tegerentur. tantum tamen diſtat inter feminalia vel feminales faſcias, & bracas, quantum inter pedules faſcias & udones. feminalibus uſi Romani etiam ſub Auguſto, & Auguſtus ipſe uſus, frigoris præcipue cauſa. narrat enim Suetonius eum feminalibus & tibialibus muniri ſolitum adverſus frigora. ubi feminalia ſunt, feminales faſciæ quibus femina involvebant. bracarum vero uſus penitus incognitus. bracarum forma ea plane fuit, quæ nunc quoque eſt. *θυλάκους* & *σακκους* dixerunt Græci pro bracis. Euripides:

> —— ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους
> περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα. ——

braccas tamen poſtea uſurparunt Romani. & fruſtra vir doctus eſt qui negat, *braca* in iſto Lampridii loco, quas albas Alexandrum geſtaviſſe ſcribit, cum coccineas prius imperatores ſolerent, ſunt prorſus noſtræ bracæ, id eſt Gallicæ. Vopiſcus in Aureliano: *inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccina, tunica galbina, bracis Gallicis ornatus.* & videntur per illa tempora Romæ etiam frequentes fuiſſe bracæ, in Italia vero frequentiſſimæ. uſum bracarum intra urbem vetarunt Honorius & Arcadius A. A. Cod. Theod. leg. II. *uſum tzangarum atque bracarum intra urbem venerabilem nemini liceat uſurpare.* & leg. III. *intra urbem Romam nemo vel bracis, vel tzangis utatur.* male vulgo *vagis* legitur pro *bracis*. in veteri inſtrumento plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano: *ſarica muſticia cum manicas curtas valente ſiliquas aureas duas, bracas breves valentes ſiliqua aurea.* feminalia tamen & braccas ubique confundunt Græci Romanique ſcriptores. *φιμινάλια* etiam paſſim auctores Græci, præcipue Grammatici in expoſitione bracarum & *ἀναξυρίδων* uſurpant. Heſychius: *ἀναξυρίδες, φιμινάλια.* & *περισκέλια, φημινάλια, βρακία.* Idem Heſychius: *βράκες, ἀναξυρίδες.* quod notandum. ſic enim *βρὰξ* pro Latino *braca* Græci recentiores dixerunt, ut *κάλιξ* pro caliga: & *δέλφιξ* pro delphica. Nicetas Choniates: *ὅτι ὑπὸ τοῦ κόπου καὶ τοῦ βάρους τῶν βασιλικῶν περιδεσμημάτων μὴ δυνάμενος κρατεῖν τι ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γαστρὸς αὐτοῦ βρώματος, τὴν βράκαν αὐτοῦ τὸ χρυσό-ζιον ἔχεζε.* hinc *brax* pro *braca* legitur in antiquis Notis Tyronis & Senecæ: *Toga, togatus: brax, bracatus.* ſed feminalia illa quibus uſum fuiſſe Auguſtum tradit Suetonius, nihil vetat quominus & pro braccis accipiamus. nam feminalia & braccæ idem, ut alibi pluribus oſtendemus. pedules autem faſcias quibus intra caligas utebantur, *pedorres* etiam vulgo appellatas docet nos vetus interpres Juvenalis ad illum verſum:

> *Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.*

 oſten-

eſt. [1] Braccas albas habuit, non coccineas ut prius ſo-
41 lebant. Gemmarum quod fuit, vendidit, & aurum in ærarium contulit, dicens gemmas viris uſui non eſſe: matronas autem regias[2] contentas eſſe debere uno reticulo, atque inauribus, & baccato monili, & corona cum qua ſacrificium facerent, [3] & unico pallio auro ſparſo, & [4] cy-

oſtendit, inquit, *plus honoris videri in calceis, quam in perſona. illo enim tempore necdum ſenatores nigris calceis utebantur: ſed nudis pedibus, vel pulverulentis, vel bracis, vel pedules novas in bracis, quos pedortes dicunt, ut peregrinus.* forte ſcribendum: *vel pedules novas in calceis. bracis* tamen poteſt retineri ex iis quæ ſupra diximus. *pedortes* pro *pedornes* correximus. Græci πεδόρλια dicunt, & ſunt faſciæ pedules vel πῖλοι quibus intra calceos muniebantur. ineptiunt qui πεδόρλια & pedules, pro veſtibus talaribus accipiunt. revincit illos Achmes his verbis: εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὰ ποδόρλια ἐςένωσαν τὰ ὑποδήματα, θλίψει τὰς δούλας αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς στενώσεως. quæro an veſtes talares poſſint calceos artare, & quomodo poſſint? pedules & udones qui habentur intra calceum, ſi laxiores ipſi ſunt, faciunt ut anguſtiore calceo utamur, & pedem angunt, & urunt. idem Achmes: τὸ γὰρ ποδόρλιον σκέπη ἐςὶ τοῦ ποδός. at quomodo veſtis talaris poterit eſſe pedis tegimen? ποδόρλια igitur ſunt faſciæ pedules, & dicta ποδόρλια quaſi ποδάρλια, ut ὀρπαρεια pro ὀρταρεια ſcribebant. & ſane ποδόρλια & ὀρταρεια idem erant. pedes albos de pedortibus & pedulibus novis interpretatur ille vetus Juvenalis ſcholiaſtes, nam pedules illæ faſciæ albæ. Cratinus: λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους. in Donatione Conſtantini: σανδάλια λευκὰ δι' ὀθονίων. aut *ſoleæ lanatæ*, ut paulo ante exponebamus, aut certe, calcei candidi cum udonibus. quæ interpretatio verior eſt, & eam nos alibi pluribus confirmabimus.

CASAUBONUS.

1 *Braccas albas habuit, non coccineas, ut prius ſolebant.*] Cave mutes. Docuimus ad Suetonium Romanos quoque braccas geſtaſſe: non illos quidem veteres Ciceronis vel Auguſti æquales: ſed eos qui proximo ſeculo aut altero ſaltem vixerunt: qua de re tota plura alibi diſputamus. Suidas: Περισκελῆ βρακία φεμινάλια· περισκέλια ἃ ἐφόρουν οἱ Ῥωμαῖοι περὶ τὰ σκέλη. ἦσαν δὲ κροκοβαφῆ. ſed loquitur Suidas de braccis aliorum, quæ crocei coloris erant: imperatorum verò, ut hic auctor eſt Lampridius, coccineæ. ſed ex ejus verbis colligere poſſimus, honeſtiorum braccas albas fuiſſe, ut & togam. Geſtabant braccas & Romani milites. Suidas alibi: Αὐξέντιος δὲ αὐτίκα τὸ περιεσπαρτημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτοῦ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε τὸν βότρυν. ideo ſcribit Lampridius paullo ante; *Donavit & ocreas, & braccas & calceamenta inter veſtimenta militaria.* quam rectè autem faſciæ & braccæ junctim hîc ponantur, ex iis quæ notamus ad Tranquilli ſecundum poteſt intelligi.

2 *Contentas eſſe debere uno reticulo.*] Gemmato, videlicet. Capitolinus in Maximinis, *reticulum de praſinis undecim.*

SALMASIUS.

3 *Et unico pallio auro ſparſo.*] Pallium auro ſparſum eſt χρυσόπαστον, χρυσῷ καταπαστὸν καὶ καταστικτόν. quod acu fiebat. Homerus:

··· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους.

id eſt

& [1] cyclade [2] quæ ſex unciis auri plus non haberet. Pror-

id eſt ὀυγκοϐελλιᾶτον. Seneca dixit auro ſparſa lacunaria pro auratis vel auro pictis. lib. de benef. IV. cap. V. *&c. tectum nitidius auro aut coloribus ſparſum.* albo ſparſas pelles Virgilius dixit pro variegatis & diſtinctis albo:

— *ſparſis etiamnum pellibus albo.*

Ovidio alæ coloribus ſparſæ, ſunt diſtinctæ & virgatæ coloribus: de pico ave,

— *ſparſitque coloribus alas.*

hinc *aſperſum* genus piſcis dixerunt, varii ſtellatique. Gloſſæ: *aſperſus*, εἶδος ἰχθύος ποικιλοστικτοῦ. ſic Græci ῥαντὸν hoc eſt ſparſum ἀντὶ τοῦ ποικίλου uſurpant. Suidas: ῥαντὸν, ποικίλον. pallium autem auro ſparſum, ſignis aureis & clavis intextum intelligendum eſt. Græci χρυσόσημον dicunt. τὸ χρυσόσημον expreſſit Virgilius de pallio muliebri:

— *pallam ſignis auroque rigentem.*

nam ſignis auroque dictum eſt figura ἓν διὰ δυοῖν pro ſignis aureis. ſigna aurea ſunt clavi. Græcis etiam σημεῖα. unde ἄσημοι veſtes & ἐπίσημοι. *malſignes veſtes* Varroni αἱ πολύσημοι. aliter dicebantur διάχρυσοι veſtes quæ non aureis clavis intextæ, ſed filis aureis erant contextæ, id eſt quarum trama fuit ex auro. Spartianus in Pertinace, veſtes aureis filis, ſerico ſubtemine inſignes eas appellavit. ubi aurea fila, de trama vel ſubtemine aureo uſurpavit. ſic Græci μίτους appellant proprie ſubtemen: & χρυσομίτους veſtes, τὰς διαχρύσους. Dio χιτῶνα χειριδωτὸν σηρικὸν λευκὸν διάχρυσον vocat, cujus ſtamen ſericeum erat, ſubtemen vero aureum. idem χιτῶνα ὁλοπόρφυρον, χρυσῷ καταπαστὸν, totam purpuream, auro ſparſam, id eſt aureis clavis intextam & acupictilem. nam aurei illi clavi non in tela fiebant, ſed acu pingebantur. contra διάχρυσος ex ſericeo ſtamine & filis aureis in tela contexta. eleganter τὴν διάχρυσον expreſſit Virgilius dicendo:

— *vias diſcriminat auro.*

Et alibi:

Et picturatas auri ſubtemine veſtes.

veſtes aureo ſubtemine pictæ ſunt διάχρυσοι. Arriano: χιτῶνες σκυταλωτοὶ καὶ διάχρυσοι. pallium auro ſparſum heic non eſt διάχρυσον, ſed χρυσῷ καταπαστὸν, & ſignis aureis diſtinctum. pallium autem muliebre vocat quod aliter ricinium & maforte dicebant, & quod ſupra cycladem accipiebatur.

CASAUBONUS.

1 *Cyclade quæ ſex uncias auri plus non haberet.*] Cyclas veſtis muliebris auro texta, ut ſcribit Ambroſius in paſſione Agnetis. Auctori Gloſſarum aliud eſt cyclas: ſed hæc alibi à nobis expenduntur. Erat autem certus unciarum auri numerus, quot quæque veſtis aurea deberet habere. vide ad Claudium.

GRUTERUS.

2 *Quæ ſex uncias auri plus non haberet.*] Sic & Pall. nam vulgg. *unciis.*

SALMASIUS.

1 *Cyclade quæ ſex unciis auri plus non haberet.*] Palatinus & verus editio: *quæ ſex uncias auri plus non haberet.* ita etiam loquuntur optimi quique auctorum. cycladem heic vocat tunicam muliebrem auro circumtextam. nam cyclas inde dicta eſt quod limbum in circuitu haberet ad oram extremam adſutum. limbum enim κύκλον Græci vocant. hinc κυκλὰς tunica quæ limbum haberet. Gloſſæ: *Limbus*, πέζα, κύκλος, περιπόδιον, cycladem intellexit. Virgilius cum diceret:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Servius: *cycladem ſignificat.* idem Servius alio loco: *togas etiam fœminas ha-*

 buiſſe

[1] Prorſus cenſuram ſuis temporibus de propriis moribus geſſit. Imitati ſunt eum magni viri, & uxorem ejus matronæ pernobiles. Aulicum miniſterium in id contraxit, ut eſſent tot homines in ſingulis officiis quot

buiſſe cycladum & recini uſus oſtendit. Recinus autem dicitur quod poſt tergum rejicitur, quod vulgo mavorte dicunt. recinum autem vocat, quod alii ricinium, & eſt pallium muliebre quod ſupra tunicam vel cycladem ſumebatur. κυκλὰς eſt quem Græci ἔγκυκλον χιτῶνα dicebant, quod ſcilicet haberet πορφύραν κύκλῳ. Heſychius: περίνησον ἱμάτιον ἔχον πορφυρέω κύκλῳ. iidem: περινήσια, περιβόλαια οἷς ἐν κύκλῳ πορφύρα περίκειται). νῆσον etiam vocavit τὴν κυκλάδα Anaxilas his verſibus:

--- καὶ ταῖς γυναιξὶ

Ὥσπερ θάλαττα νῆσον ἀμφιέννυται).

poſt quem verſum ſubjicit Pollux: τοιοῦτον δ᾽ ἂν εἴη καὶ τὸ ἔγκυκλον. idem eleganter hoc genus tunicæ, quod περίνησον dicebatur, ſic explicat: τὸ δὲ περίνησον περίκεραστον ἐστι περίβλημα ἔχον τὰ νήματα ἐξηρτημένα, ἢ πορφύρα κύκλῳ τὰ τέλη τοῦ ὑφάσματος περιέρχεται) νήσου σχῆμα ποιοῦσα τῇ περιρροῇ τοῦ χρώματος. hinc chlamydem limbo circumfluam dixit Papinius:

At tibi Mæonio fertur circumflua limbo
Pro meritis Admete chlamys, repetitaque multo
Murice. ———

quibus verſibus eleganter τὴν περιρροὴν limbi expreſſit. nec minus eleganter Virgilius purpuram circum veſtem currere dixit:

——— *quam plurima circum*
Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit.

περίδρομον etiam vocavit Pollux: τὸ δὲ περίδρομον τετράγωνον εἴη ἂν ὕφασμα ἐκ πορφύρας ἢ ἄλλου χρώματος ἐν τῷ περιδρόμῳ λευκὸν ἐνυφασμένον. περιήγιζον pro eodem dixere, quaſi circumvectationem. hinc περιήγητος χιτὼν ὁ περιπόρφυρος, & πορφύραν ἔχων κύκλῳ. περίκλυσιν quoque limbum & oram veſtis appellaſſe alibi notamus. matronæ autem regiæ cycladas gerebant non purpura ſed auro circumtextas. limbis enim auratis erant prætextæ. paragaudias ejuſmodi limbos auro intextos vocarunt. de quibus nos alibi.

Ib. *Cyclade quæ ſex unciis auri non plus haberet.*] In limbis ſcilicet & ornaturis ex auro quæ cycladem in ima parte circumcurrebant. nam auratæ vel auro intextæ erant illæ inſtitæ vel paragaudæ extremis cycladum oris adſutæ. Trebellius in Claudio: *albam ſubſericam paragaudiam trinncem unam.* id eſt albam ſubſericam paragaudis vel loris prætextam in quibus tres unciæ inerant auri. Vopiſcus in Bonoſo: *tunicam auro clavatam ſubſericam bilibrem unam.* id eſt quæ duas auri libras haberet in clavis aureis. ita hoc loco cyclades, ſex unciarum auri, quæ limbos vel paragaudas haberent, in quibus intextæ eſſent ſex auri unciæ. nam falluntur viri docti qui in his omnibus auri pariter & ſerici rationem initam volunt fuiſſe. de quo nos alias.

CASAUBONUS.

1 *Prorſus cenſuram ſuis temporibus, de propriis moribus geſſit.*] Plinius in Panegyrico, *vita principis cenſura eſt, eaque perpetua.* Valeriano adclamatum eſt à ſenatu: *Valeriani vita cenſura eſt: ille de omnibus judicet, qui eſt omnibus melior.* Aurelius Victor de Veſpaſiano: *quod vehementius eſt, vitæ ſpecie vitiorum plura aboleverat.* Ambroſius de Valentiniano Auguſto: *quis tam aliorum arbiter quam ille ſuæ cenſor ætatis?*

2 Eo

quot neceſſitas poſtularet: ita ut annonas, non dignitatem, acciperent fullones & veſtitores, [1] & pictores & pincernæ, [2] omnes caſtrenſes miniſtri, quemadmodum

1 *Et pictores & pincernæ.*] Aſſentior Antonio Loiſelo, & ſcribo, *piſtores.*

2 *Omnes caſtrenſes miniſtri.*] Scribe, *omneſque c.* in lapide Romano dicuntur, A SVPELL. CASTRENSI. ſed hic *caſtrenſes* idem ac Cæſariani, vel aulici: nam *caſtra* dixerunt principis comitatum, & *caſtrenſes* coronas, Cæſarianis datas. vide quæ notavimus ad Pium. nihil hic mutandum libris refragantibus.

GRUTERUS.

2 *Omnes caſtrenſes miniſtri.*] Lipſius noſter Epiſtola XVIII. Centuriæ Miſcellaneæ, inclinabat in *caſtrenſes*, non abſurde. ſuus tamen eſt ſenſus lectioni priori, & concinnior.

SALMASIUS.

2 *Omnes caſtrenſes miniſtri.*] Legendum: *& omnes caſtrenſes miniſtri.* aulici miniſtri, & Palatini miniſtri, & caſtrenſes miniſtri iidem dicebantur. caſtra tamen nunquam Latini auctores dixerunt imperatoris comitatum, ut videtur velle vir doctiſſimus: etſi ſciam τὸ ϛρατόπεδον pro comitatu principis dixiſſe Syneſium. nec caſtrenſes ob id dicti ſunt quod in caſtris hoc eſt in comitatu principis verſarentur. nam ſi hoc eſſet, etiam corporecuſtodes, protectores & domeſtici, qui latus principis protegebant, & militiam ſequebantur armatam, iſto potius nomine fuiſſent dicti: quos tamen conſtat nunquam ita vocatos eſſe. ſed nec omnes qui Palatinorum matriculis adtinebantur, hoc nomen habuerunt. nam qui in ſcriniis imperatoris militabant, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorumque, in numero ac ſub nomine caſtrenſium miniſtrorum nunquam fuere. ſed nec admiſſionales nec cubicularii caſtrenſium appellatione cenſebantur. aliquot miniſtros ex his qui proprie caſtrenſes dicerentur, heic nominat Lampridius, fullones, piſtores, veſtitores, pincernæ. videntur & coci & piſcatores & balneatores & curſores etiam ac ceteri qui proprie miniſtri vocabantur, & aliquod miniſterium in aula gerebant, ſic appellati. caſtrenſes miniſtros ita deſcribit & enumerat Corippus:

Adſunt obſequio caſtrorum turba virorum.
Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſuperbis,
Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, veſteſque parare.

hinc caſtrenſem, miniſtrum exponunt Gloſſæ Græcorum: καστρήσιος, ὑπηρέτης. eædem caſtrenſem eum vocant qui mandata principis exequeretur. καστρήσιος, ἐντολεύς. & pro magiſteriano etiam accipiunt. nam mandatis principis exequendis maxime adhibiti magiſteriani vel agentes in rebus: μαγιστεριανὸς, ὁ καστρήσιος. alibi enim μαγιστριανὸν, mandatorem quoque exponunt: μαγιστριανὸς, μανδάτωρ & alio loco: μανδάτωρ, ἐντολεύς. μανδάτωρες οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες. hinc eſt quod eædem Gloſſæ caſtrenſem ἄρχοντος ἐντολέα interpretantur. καστρήσιος, πραιμβολεὺς, ἀρχόντων ἐντολεύς. nam ita legendum. *Sacri palatii miniſteria* dicuntur hi caſtrenſes in Codice Theod. & *ſacro miniſterio deputati* Cod. de caſtrenſianis leg. IV. militabant ſub caſtrenſi ſacri Palatii, qui & caſtrenſis ſimpliciter dicebatur. leg. III. Cod. Theod. de privilegiis eorum qui in ſa. Pal. mil. *memorati namque Palatinorum matricu-*

triculis adtinentur, quique ſub caſtrenſi militant. ead. leg ſeparantur à Palatinis ſcriniorum & ab admiſſionalibus, & largitionalibus Palatinis. & leg. VII. eod. tit. *quique in ſcriniis militant, quique inter agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent, admiſſionales etiam & qui ſub caſtrenſis officio, quique comitatenſibus ſive privatis largitionibus obſecundant.* ita enim ibi legendum, aut hoc modo: *& qui ſub caſtrenſi, & qui in officio ſive comitatenſium ſive privatarum largitionum obſecundant.* dicti & *miniſteriani* vel *miniſteriales*, quod de ſacro miniſterio eſſent. inde titulus in Codice de caſtrenſianis & miniſterianis. Gloſſæ Iſidori: *anculus, miniſterialis domus regiæ. anculus* vetus verbum quod miniſtrum vel nuncium ſignificat. à Græco ἄγγελος, angulus & anculus; ut Σικελός, Siculus: unde *anculari* miniſtrare, & *ancillari* ὑπουργετικῶς. miniſteriales imperatorum dicuntur apud incertum auctorem de menſuris: *idcirco putamus, miniſteriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando menſuras habuiſſ.* miniſteriales Cujacius de menſoribus accipit, quos putat ſub caſtrenſi militaſſe. neutrum verum eſt. nam nec menſores ex caſtrenſianis fuere, nec miniſteriales ibi ſunt menſores. menſuratum mentio doctiſſimum Juriſconſultum fefellit, eique perſuaſit, ut miniſteriales menſores acciperet. menſorum officium ac munus fuit, imperatori & comitibus ejus ac militibus hoſpitia præparare ac metari, & ſingulis quibuſque domos deputare, & manu propria enotare, poſtibuſque hoſpitaturi nomen adſcribere. quos adſignandorum hoſpitiorum magiſtros, vulgo meratores vocabant. nos *hoſpitiorum mareſcalos* dicimus, & *foderarios*. at miniſteriales illi imperatorum qui majores in accipiendo, minores in dando menſuras habebant, aut ſunt actores & procuratores rei privatæ, aut diſpenſatores regii, aut certe ſuſceptores & exactores tributorum. de quibus nos alibi. nihil igitur illi miniſteriales commune cum menſoribus habent. ſed unde caſtrenſes dicti miniſtri Palatini? putabam ſeparatum olim ac diverſum fuiſſe miniſterium imperatoribus aulicum ſive urbanum, & caſtrenſe. & caſtrenſes quoſdam dictos fuiſſe, qui in expeditionibus obſequium principi præſtarent, eoſque diſtinctos ab urbanis & aulicis miniſtris. ſic ſupellectilem aliam videntur urbanam habuiſſe, aliam caſtrenſem. hinc in veteribus inſcriptionibus Auguſti libertus quidam memoratur à ſuppellectile caſtrenſi. ſi quis imperatoriam ſupellectilem caſtrenſem appellatam eſſe arbitratur, longe errat mea quidem ſententia. ſic in alio lapide tabularii caſtrenſis fit mentio. ſed verius eſt caſtrenſes dictos eſſe omnes Palatinos miniſtros quod ſemper adeſſent principi, nec tantum in aula vel in urbe, ſed in caſtris etiam obſequium illi & miniſterium exhiberent, & in omnibus expeditionibus eum ſequerentur. nam quocumque iret imperator, id expeditio vocabatur. Spartianus in Pio: *expeditiones raro ſuſcepit niſi quod in Campaniam ad agros ſuos profectus eſt.* Conſtantinus de Palatinis: *ſed ut alieni ſunt à pulvere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus.* caſtrenſes igitur ſunt aulici miniſtri, & ſacri Palatii miniſteria dicuntur leg. XV. Cod. de erog. mil. ann. & ſeparantur ab officiis Palatinis, & ſacris ſcriniis: *annonas omnes quæ univerſis officiis, atque ſacri palatii miniſteriis, & ſacris ſcriniis ceteriſque cunctarum adminiculis dignitatum ſolent delegari.* hi & *caſtrenſiani* & *miniſteriani* & *miniſteriales* appellari. hinc recentioribus miniſteriales regum, ducum, comitum appellantur, caſtrenſes & expeditionales ſervi qui dominos ſuos in expeditionibus ſequerentur, & ſemper præſto eſſent in bellicis actibus. in legibus Burgundionum: *ſi quis ſervum natione barbarum occiderit lectum miniſterialem ſive expeditionalem.* in capit. Caroli Magni: *& ſi homo li-*

ber

dum peſtis illa inſtituerat; [1] ſed annonas ſingulas vix binas.

ber vel miniſterialis comitis hoc fecerit. in duplomate quodam ejuſdem Caroli Mag. *qui militares vel alio nomine miniſteriales.* miniſteriales vocabant quos vulgo etiam *vaſſos* & *vaſſallos* & *fideles* dicebant. vaſſi ducum & comitum iidem erant qui miniſteriales ducum & comitum dicebantur. hinc vaſſi & miniſteriales, aldii & miniſteriales ſæpe junctim ponuntur in veteribus Langobardorum legibus. hique erant proprie caſtrenſes & militares miniſtri, qui & fideles, & homines, & miniſteriales, qui dominos ſuos ad bellum euntes ſequi tenebantur iiſque præſto ſemper adeſſe. ſic & miniſtri imperatorum, caſtrenſes dicti ab eadem ratione, qui nunquam ab imperatoris latere diſcederent, & quocunque iret, eum comitabantur, ab obſequium parati. inter caſtrenſes miniſtros fuere & veſtitores. Lampridius hoc loco. Cod. de caſtrenſ. & miniſterianis, leg. III. inde καστρισίους vocarunt recentiores Græci miniſterianos pontificis vel patriarchæ qui eum veſtiebant. Codinus de officiis Aulæ Conſtantinop. ὁ καστρήσιος εἰς τὸ κάστριον καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα. καστρήσιος eſt caſtrenſis. Johannes epiſcopus in Reſp. συγκεχωρημένον ἐστὶ τῷ καστρησίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱερουργεῖν. qui caniſtrarios heic ſomniant, ut modeſtiſſime dicam, nugantur. καστρήσιον Græci recentiores dixerunt pro καστρήσιον vel καστρένσιον. Gloſſæ Græcorum: καστρίσια, ἰδιόκτητα. καστρίσιον πεκούλιον, caſtrenſe peculium. & ita ſemper ſcriptum reperitur in antiquis libris Harmenopuli & Theophili manu exaratis.

CASAUBONUS.

1 *Sed annonas ſingulas vix binas.*] Scrib. *& annonas ſingulas, aut vix binas.*

SALMASIUS.

1 *Sed annonas ſingulas vix binas.*] Nihil mutandum. *ita ut annonas non dignitatem acciperent, ſed annonas ſingulas, vix binas.* quis non ita loquitur? annona autem numero ſingulari cum dicitur, frumentum ſignificat, & vinum & oleum, & carnem & capitum & alias ejuſcemodi cellarienſes ſpecies. vid. tit. Cod. Theod. de erogatione militaris annonæ. annonæ vero multitudinis numero enunciatæ panes tantum ſignificant. & hoc ſenſu accipiendæ ſunt annonæ in his omnibus locis, ubi annonæ ſingulæ, binæ, aut ternæ dari dicuntur, tot enim panes accipi debent. infra: *medicus ſub eo unus Palatinus ſalarium accepit. ceteri qui uſque ad ſex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant, ita ut mundas ſingulas conſequerentur, alias aliter.* mundas heic annonas nonniſi de panibus potes interpretari. nec enim de larido, aut capito animalium dixeris mundas annonas. atqui & laridum & capitum etiam annonæ nomine comprehendebantur, non autem annonarum quibus proprie panes ſignificabantur. titulus Cod. Theod. de excoctione & tranſlatione annonarum, ſolius panis vel buccellati excoctionem intelligit. ideo leg. I. ejuſdem tituli *excoctionem panis* dixit. & leg. II. *excoctionem buccellati.* in Synopſi Βασιλικῶν: μηδενὶ παντελῶς ἀντὶ τῶν ἀννονῶν μηδὲ τῷ θείῳ οἴκῳ σῖτος παρεχέσθω. nulli ne divinæ quidem domui frumentum pro annonis præbeatur. ἀντὶ τῶν ἀννονῶν, id eſt loco panium. tamen l. I. Cod. de frum. urb. Conſt. non *pro annonis* ſed *pro annona* legitur. Græci interpretes τὰς ἀννόνας maluere quam τὴν ἀννόναν. nam annonæ ſunt panes: annona vero etiam aliæ ſpecies cellaricæ continebantur. annonæ igitur quæ medicis Palatinis & aliis aulicis miniſtris dabantur, cum & binas & ternas & ſenas aliquando accipiebant, de panibus ſunt intelligendæ non de frumento. qua de re nos etiam alibi amplius dicemus.

binas. Et [1] quum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet, nec plures miniſtros, [2] argentum & mini-

1 *Cum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet.*] Supra: *ducentarum librarum argenti pondus miniſterium ejus nunquam tranſiit.* miniſterium eſt quod vulgo vocamus *ſervice. un ſervice d'argent.* unius abaci argentum. hinc & miniſterium pro abaco & delphica. in qua argentum menſale exponebatur. Plinius ex actis triumphi Pompejani: *vaſa ex auro & gemmis abacorum novem.* paria autem ſemper vaſa abaci. Agroëcius: *Cicero, Iubeo promi utroſque, binos habebam.* quia delphicæ vaſa paria ſemper ſunt: unde ipſe Cicero dicebat, *ſcyphorum paria complura.* ita enim legendus ille locus.

CASAUBONUS.

2 *Argentum & miniſtros antè quando paſcebat, accipiebat ab amicis.*] Nullus ſenſus eſt hujus lectionis. Nos autem legebamus, *& miniſtros etiam quando res poſcebat.* ſed membranæ omnes habent, *paſcebat.* quare ita potius ſcribendum, *quando plureis paſcebat.* ſic uſus Spartianus verbo paſcere cum veteribus Latinis, ut dictum eſt ad vitam Hadriani.

GRUTERUS.

2 *Argentum & miniſtros ante quando paſcebat, accipiebat ab amicis.*] Pal. *& miniſtromantea quando paſcebat.* adeo ut appareat ſcribendum, *argentum & miniſtros in . . . . . . quando paſcebat.*

SALMASIUS.

2 *Argentum & miniſtros ante quando paſcebat accipiebat ab amicis.*] Non alium ſcio apud iſtos auctores locum corruptiorem, quem nos & ſupra tangere & emendare meminimus. in unius enim litteræ mutatione tota erat emendatio poſita. ſic igitur corrigendum: *argentum, & miniſtros antea quando paſcebat, accipiebat ab amicis. quod hodieque fit, ſi paſcatur à præfectis, abſente imperatore.* *paſcere* pro convivium celebrare abſolute poſitum notavimus ad Hadriani vitam: & ejus uſurpationis exempla ibidem poſuimus. convivia autem aut privata aut publica habebant imperatores. privatis amicos tantum & familiares adhibebant: iique ad hæc convivia vel invocati veniebant. quod factum ſub quibuſdam imperatoribus. privato igitur convivio Alexander qui argentum in miniſterio non plus ducentis libris haberet, & ſervos paucos, non mutuabatur ab amicis: ſed publicis tantum conviviis quibus & miniſterio ampliore & ſervis longe pluribus, propter convivantium multitudinem opus erat. quando igitur paſcebat & argentum & miniſtros accipiebat ab amicis. idque ſua etiam ætate fieri ſolitum narrat Spartianus non ab imperatore, ſed à præfectis, ſi quando paſcerent, abſente imperatore. non dubium eſt hujus verbi *paſcere* eam eſſe hoc loco ſignificationem quam diximus. Calendis Januariis convivium exhibebat imperator magiſtratibus, & ſenatus proceribus, conſularibus, prætoriis & ducibus. Spartianus in Pertinace: *ea die etiam ad convivium magiſtratus, & proceres ſenatus rogavit: quam conſuetudinem Commodus prætermiſerat.* abſente imperatore, præfecti prætorio nomine imperatoris paſcebant magiſtratus, & reliquos ſummates. Plutarchus in Galba, αὐτὸς ἐν Τιγελλίνου μετὰ τὸ συνάρχειν προσοίσειν ἀποθέσθαι τὸ ξίφος. ὑποδοχὰς δὲ ποιούμενος ἐδείπνιζε τοὺς ὑπατικοὺς καὶ τοὺς ἡγεμονικούς, ἐπὶ τὸ Γάλβα προστιθεὶς ὄνομα ταῖς κλήσεσι. Gloſſæ: *paſcit*, βόσκει, σιτίζει, συνδειπνίζει. *paſcere* eſt ὑποδοχὰς ποιεῖσθαι, δειπνίζειν. Caſſiodorus, de Rege convivium præbente, lib. XII. epiſt. IV. *ſic decet regem paſcere, ut à legatis gentium credatur omnia poſſidere.* ita Spartianus in Hadriano: *ad deprehenden-*

& miniſtros antè quando poſcebat, accipiebat ab amicis: [1]quod hodieque fit, ſi præſtatur à præfectis abſente imperatore. Voluptates ſcenicas in convivio nunquam habuit, ſed ſumma illa oblectatio fuit, ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter ſe pugnarent, [2]aut aves parvulæ ſurſum & deorſum volita-

hendendas obſonatorum fraudes, quum cum pluribus ſummatibus paſceret. ad quem locum plura diximus, ipſumque Spartianum ex veteribus libris, & hac loquendi forma emendavimus. *paſcere* igitur nihil aliud eſt quam convivium exhibere.

CASAUBONUS.

1 *Quod hodieque fit, ſi præſtatur à præfectis abſente imperatore.*] Iterum hic conſentientes invicem regius & Puteani eandem vocem reponunt. hoc enim modo ſcribunt: *ſi paſcatur præfectus abſ. imper.* ſed in veteri erat adnotata ad oram altera lectio, *à præfectis.* Malim ego, *ſi paſcantur præfecti abſ.* ut ſit hic ſenſus: ex illa conſuetudine Alexandri, manaſſe hunc morem qui adhuc temporibus Lampridii obtineret: ut cum abſente principe cœna imperatoria præfectis pararetur, eſcarium potoriumque argentum Cæſariani mutuo ab amicis Cæſaris poſcerent, non autem ex imperatoris vaſario id ſumerent. Non deerant alia quæ nobis de hujus loci ſententia in mentem venirent: ſed quod magis probaremus, aut potius, quod minus improbaremus, nihil erat.

2 *Aut aves parvulæ.*] Regius & Puteani, *glaepiæ par.* neſcio quid ſit: niſi cui placeat ſcribi, *aut obſiptæ aviculæ*, pro undique ſeptæ.

GRUTERUS.

1 *Quod hodieque fit ſi præſtatur à præfectis.*] Sic initio quoque Palatin. ſed factum deinde, *præſcatur.* ita ut reſtituenda veniat ſcriptura aliorum codicum, *paſcatur.* conſulatur Caſaubonus.

2 *Aut aves parvulæ ſurſum & deorſum volitarent.*] Pal. *aut gaepla parvulæ.* aliorum exempla, *glaepiæ.*

SALMASIUS.

2 *Aut aves parvulæ ſurſum & deorſum volitarent.*] Aliam lectionem extare in ſuis libris jamdudum docuerunt viri docti, quam nos & in noſtris minimo minus reperimus. habent enim illi, *gaeplæ parvulæ.* quam cum viderent correctores, nihilque in ea viderent, mutarunt in aves parvulas, & genus pro ſpecie nobis obtruſerunt. nobis magis placet, non longius recedendo à veſtigiis antiquæ ſcripturæ, parva mutatione vel litterarum trajectione, reponere: *galpeæ parvulæ*, hoc eſt, *galbeæ.* *Galbea* autem genus eſt avis viridis, quæ & *galbula*, & *galbina* dicitur. poſſet etiam legi: *Galblæ* pro *Galbulæ.* Galbea igitur & galbina & galbula, res eadem. nam hæc tria nomina viridem avem deſignant. Gloſſæ: *galbeus*, χλωροστρούθιον. ita enim legendum. eædem: *galvus*, χλωρός. *galvus* pro *galbus.* hinc *galbeus*, & *galbinus*, & *galbineus*, & *galbulus* pro viridi. unde *galbinatus* Martiali:

Jaces occupato galbinatus in lecto.

id eſt galbinis indutus. Juvenalis:

Cærulea indutus ſcutulata aut galbina raſa.

ubi *galbana* hodie legitur apud Juvenalem. ſed non magis galbanum pro galbeo vel galbino dici poteſt, quam coccanum, pro cocceo vel coccino. ſi galbanum Latine diceretur, media longa utique enuntiandum eſſet. ſed cum paſſim corripiatur ab auctoribus, ſatis ſigni eſt vitioſe ſcribi *galba-*

litarent. Habuit ſanè in Palatio unum genus voluptatis, quo maxime delectatus eſt, [1] & quo ſolicitudines publicas ſublevaret. [2] Nam aviaria inſtituerat pavonum, faſianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam: hiſque vehementer oblectabatur, maxime palumborum, [3] quos habuiſſe ad viginti millia dicitur: & ne eorum paſtus gravaret annonam, ſervos habuit vecti-

num pro *galbino*. qui ſic primi mutarunt, apparet eos *galbanum* hoc eſt τὴν χαλβάνην in animo habuiſſe, quaſi quicquam commune eſſet galbano cum galbino. galbeæ igitur & galbinæ atque etiam galbulæ aves ſunt viridis aut lutei coloris: Græcis χλωρίδες, & χλωρίωνες ab eodem colore dicuntur. *Galbina* Martiali:

Galbina decipitur calamis & retibus ales.

vulgo *galbula*, ſed *galbina* in libris. ſed & *galbula* etiam rectum eſt. nam Latini avem, qui Græcis ἴκτερος, galbulum à colore luteo vocarunt. ita enim apud Plinium legendum eſt, pro galgulo. *galbeus* autem & *galbulus*; ut ruſſeus & ruſſulus: *galbeus*, & *galbinus*, ut cocceus & coccinus. ſed de galbino colore infra multa dicam ad Vopiſcum. *chlorum* etiam Latini vocarunt hanc aviculam, voce à Græcis mutuata. Gloſſæ Græcolatinæ: χλωρὸς στρουθὸς, *chlorus*. Galbum igitur, & galbeum colorem viridem aut luteum ſignificabat. ſed *Galbeum* aliud, quod pro ornamento, vel armilla accipiebatur apud veteres, qua virtutis ergo donabantur milites. id autem *galbeum*, vel *calbeum* dicebatur, à voce Græca κάρπιον: unde *carpeum* & *calpeum*, poſtea *galbeum*. recte igitur, calbeos ſcripſit Feſtus. *calbeos*, inquit, *armillas dicebant quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur*. calbeos hoc eſt καρπίνας. unde καρπίνας ὄφεις & ἐπικαρπίνας Græci dicunt armillas in modum ſerpentis contextas. κάρπιον enim vocabant, id omne quod χειρὸς καρπὸν vinciebat: quod armillæ proprie faciunt. Latini *Calpeum* vel *Calbeum*. optimæ Gloſſæ: *Calbea*, καρπεῖα. ita enim legendum, non *Calbae*. Placidus, *calvea ornamenta*. inde *galbeum* vocavit Suetonius, remedia lana involuta. Suetonius: *alii quod in diuturna valetudine galbeo, id eſt remediis lana involutis aſſidue uteretur*. quem locum perperam uſque adhuc ſollicitatum vexatumque viris doctis doleo. *galbeum* enim vocat auctor, illa remedia lana involuta quibus utebatur Galba, quod more galbei vel armillæ circa bracchium obvoluta illa haberet. remedia igitur lana involuta, & in brachio vicem armillæ geſtata, *galbeum* vocavit Suetonius, & inde Galbæ nomen poſitum ſcripſit quod ejuſmodi remediis aſſidue uteretur. armillas etiam vel galbea geſtarunt veteres quibus remedia quædam erant incluſa adverſus varios morbos facientia, de quibus ad Suetonium plura.

1 *Et quo ſollicitudines publicas ſublevaret.*] Excerpta Spartiani, & Palatinus: *ſublevarat*. forte: *ſublevabat*.

2 *Nam aviaria inſtituerat pavonum.*] Idem Palatinus, *avaria*. an *avaria* pro *aviaria*, ut *virdarium* pro *viridarium*, & *alvarium* apud agrimenſores pro *alvearium*? poſſet heic aliquis ſuſpicari *avaria* ſcriptum eſſe pro *vivaria*. ſed *aviaria* rectum eſt, vel *avaria* pro eodem. de aviariis pavonum vide Varronem de re Ruſtica.

3 *Quos habuiſſe ad viginti millia.*] Vetus liber: *quos habuiſſe ut ad viginti milia dicitur*. ſic Græci loquuntur: ὡς ἀνὰ εἴκοσι χιλιάδας.

1 Qui

veſtigales, [1] qui eos ex ovis ac pullicenis [2] ac pipionibus alerent. Thermis & ſuis & veterum frequenter 42
cum populo uſus eſt, [3] & æſtate maxime [4] balneari veſte ad Palatium revertens, hoc ſolum imperatorium habens [5] quod lacernam coccineam accipiebat. [6] Curſorem

CASAUBONUS.

1 *Qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent.*] Id eſt, ex ea pecunia quam cogebant vendentes ova & pullos ac pipiones palumborum. *Servos veſtigales* appellat eos qui hunc redituum curabant, & hoc privatum quoddam veſtigal domus regiæ exercebant.

4 *Balneari veſte ad Palatium revertens.*] Scrib. *in bal. v.* virum ſobrium prodire in publicum in veſte non forenſi, id eſt toga, turpe habebatur & indecorum: niſi tamen à convivio rediret aut balneis. vide ad Hadrianum Spartiani.

SALMASIUS.

1 *Qui eos ex ovis ac pullicenis.*] Pullicenos heic vocat pullos faſianorum, pavonum, perdicum, anatum & gallinarum. inde noſtra vox *poucins* de pullis gallinaceis. *pulli*, *pullici* & *pulliceni*. *pullitras* dixit Varro in genere gallinaceo, & pullitras opponit vetulis gallinis lib. III. de re ruſt. *& ea quæ ſubjicias vetulis potius quam pullitris.* pullitros etiam pullos equinos dixerunt, qui recentioribus *poledri* pro pullitris. atque ita ſcriptum occurrit in legibus Salicis. *pulletrus anniculus* in legibus Viſig. hinc nos *pullitras* vel *pultras* equulas vocamus.

2 *Ac pipionibus alerent.*] *Pipiones* vocat palumbinos pullos, ut pullicenos, gallinaceos & pavoninos. turturini pulli ita vocantur in veteri Gloſſario: *pipiniones*, τρυγόνιον. hanc vocem in noſtro quoque idiomate retinemus, ſed pro columbis ipſis uſurpamus. nam pipiones dicimus *pions* extrita media littera, quod nobis ſolenne eſt in omnibus vocibus quas de Latino mutuamur: ſic rubium, *rouje*: alvium, *auje*: cavia: *caje*; & pipiones, *pions*. pipiones autem à pipiendo dicti, quod proprium eſt pullorum avium. pipiones quoque minores grues vocarunt. Plinius: *item pipiones, ſic enim vocant minorem gruem.* male vulgo *vipiones*. pipionis mentio apud D. Hieronymum de virginitate tuenda, ſed vulgo *pipizo* ibi legitur pro *pipio*. locum adferrem, ſi liber nunc eſſet ad manum.

3 *Et æſtate maxime balneari veſte.*] Sic diſtinguendus hic locus: *thermis ſuis & veterum frequenter uſus eſt, & æſtate maxime, balneari veſte ad Palatium revertens.*

5 *Quod lacernam coccineam accipiebat.*] Excerpta Spartiani & Palatinus: *laternam cocceam. laternam* quidem perperam pro *lacernam*. ſed *cocceam* recte. quod & prima editio retinet. *cocceum* autem, & coccineum dicebatur τὸ κοκκοβαφὲς: ut *galbeum* & *galbineum* paulo ſupra notabamus. hinc emendandus vetus interpres apud Hieremiam prophetam Lamentationum capite IV. *qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in viis; qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* pro illis, *in croceis*, quod perperam viri docti referendum putant ad exquiſitiorem & delicatiorem cibum, quaſi à colore commendatum, reponendum eſt: *qui nutriebantur in cocceis.* ſic enim in Græco, οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ κόκκων. *cocceum* igitur & *coccinum* & *coccineum* dicebatur, eodem fere modo, quo *galbeum*, *galbinum* & *galbineum* dici ſuperiori animadverſione notabamus. non uno autem loco *cocceum* pro *coccineum* in vetuſtis libris exaratum obſervavimus.

6 *Curſorem nunquam, niſi ſervum ſuum.*]

ſorem nunquam niſi ſervum ſuum, dicens [1] ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere. Cocos, piſcatores, fullones, & balneatores, nonniſi ſervos ſuos habuit: [2] ita ut ſiquis deeſſet, emeret. [3] Medicus ſub eo unus Palatinus ſalarium accepit: [4] cæteri omnes qui uſque ad ſex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant,

ſuum.] Inter ſervos erant quidam ad hoc miniſterium deputati, nempe ad currendum. quorum mentio frequens apud hos auctores & alios paſſim. in Synonymis quæ Ciceroni tribuuntur in veteribus membranis, & quæ ſub hoc titulo etiam citantur ab Hincmaro Remenſi, tanquam ſynonyma ponuntur, *curſor, domeſticus, famulus, adſecula, agaſo.* ſervi à pedibus & ſervi ad pedes etiam dicti ſunt hi curſores. ingenuos porro curſores habuiſſe videntur alii imperatores, at Severus nunquam niſi ſervis ſuis curſoribus uſus eſt. inter aulici autem miniſterii obſequia etiam curſores fuere ſub poſterioribus quoque imperatoribus. Corippus:

—— jamque ordine certo
Turba decanorum, curſorum, in rebus agentum.

leg. x. Cod. de diverſis offic. *decanorum partis Auguſtæ, curſorum partis Auguſtæ.* ubi magnus Cujacius curſores interpretatur veredarios. omnino male. curſores enim pedibus obſequium præſtabant, & mandata perferebant. unde & exercipedes vulgo appellabantur. Gloſſæ: *exercipes, ταχυδρόμος, δρομεὺς καὶ κύρσωρ.* Spartianus de Vero: *jam illa leviora quod curſoribus ſuis exemplo Cupidinum alas frequenter appoſuit, ventorum nominibus ſæpe vocitavit, indefeſſ. atque inhumaniter faciens curſitare.* Lampridius hoc loco: *curſorem niſi ſervum ſuum, dicens ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere.* Gloſſæ: *curſor, δρομεύς.* at veredarii in equis currebant, & ſunt quos hodie *correrios* dicimus. nam veredi ſunt equi curſuales, à Græca voce *βίρρης* aut *βίρης* quæ fugitivum aut fugacem ſignificat. *βίρης, βίρητος, veredus.* falluntur enim grammatici qui primam originem nominis veredorum hanc eſſe putant, quod veherent id eſt ducerent rhedas. veredarii igitur mandatis principum ac reſponſis ferendis operam dabant, ſed in equis. & curſores idem miniſterium exhibebant, ſed pedibus. curſores hodieque habentur in comitatu ac miniſterio principum, quos vulgo vocamus, *valets de pied,* hoc eſt ſervos à pedibus. ſed de his alias.

CASAUBONUS.

1 *Ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere.*] Plautus,

Servile eſſe duco feſtinantem currere.

De curſoribus in quatuor Græcorum certaminibus ſacris, Pindarus, Pauſanias, aliique paſſim.

2 *Ita ut ſi quis deeſſet emeret.*] Sic membranæ: nec muto. etſi non diſpliceat *deceſſiſſet.* quod eruditiſſimo atque amiciſſimo viro Nicolao Rigaltio videbatur.

3 *Medicus ſub eo unus Palatinus ſalarium accepit.*] Quod paſſim in libris juris civilis obſervabis, ſalarii & honeſtius nomen eſt, & commodum majus quam annonarum. Palatinorum archiatrorum definitum aliquem fuiſſe numerum non invenio.

SALMASIUS.

4 *Cæteri omnes qui uſque ad ſex fuerunt.*] *Ceterique omnes, qui uſque ad ſex fuerunt.* ita vetus editio cum Pal.

bant, [1] ita ut mundas ſingulas conſequerentur, [2] alias aliter. Judices quum promoveret [3] exemplo veterum, ut & Cicero docet,& argento & neceſſariis inſtruebat, ita ut præſides provinciarum acciperent [4] argenti pondo

do

1 *Ita ut mundas ſingulas conſequeretur, alias alter.*] Bene vir doctiſſimus legit *aliter*, pro *alter*. ſed & *conſequerentur* ſcribendum pro *conſequeretur: ita ut mundas ſingulas conſequerentur, alias aliter.* nec minus neceſſaria hæc emendatio, quam illa. loquitur enim de omnibus medicis Imperatoris, qui ſeptem erant, hique omnes, excepto uno qui ſalarium accipiebat, annonas tantum conſequebantur,& in his ſingulas tantum mundas, reliquas non item: nam binas, aut ternas accipiebant. de mundis annonis diximus ſupra.

CASAUBONUS.

1 *Ita ut mundas ſingulas conſequeretur, alias alter.*] Liber Politiani pro *alter* ſcribit *aliter*. recte. neque alia emendatione opus. *Mundas annonas* appellat quomodo lautam cœnam dixit Horat. *mundam*. ſic *mundus panis* qui opponitur ſordido & furfuraceo: & *mundum victum*, ut Græci καθάρειον, quo utuntur elegantiores. Cum igitur archiatris iſtis annonæ exhibebantur binæ aut ternæ, ſingulæ tamen erant ex illis *mundæ*, id eſt, aptæ menſis lautioribus: cæteræ in uſum familiæ. In epiſtola Valeriani Auguſti de præmiis Aureliani,quam refert Vopiſcus, panes mundi opponuntur panibus caſtrenſibus, & parcius illi quam hi exhibentur. vide locum. Erat vero minimum quod iſtis præſtabatur. cum tamen vel mediocris nominis medici uberrimum quæſtum ex arte ſua olim facerent. quid dico medici? imo vero & tonſorum quivis non poſtremiſſimus. Teſtis ille qui à Juliano Cæſare interrogatus, *quid haberet ex arte compendii. Vicenas diurnas reſpondit annonas, totidemque pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita, & annuum ſtipendium grave, abſque fructuoſis petitionibus multis.* Ammianus libro XXII.

3 *Exemplo veterum, ut & Cicero docet.*] Ille quidem multis locis: ſed reſpicit, opinor, Lampridius hæc verba Sirenis Romanæ è libro IV. in Verrem. *Videte majorum diligentiam: neminem qui cum poteſtate aut legatione in provinciam eſſet profectus, tam amentem fore putarunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut veſtem; præbebatur enim legibus: mancipium putaverunt, quo & omnes utimur, & non præbetur à populo. ſanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum.* Vaſarii vero meminit idem in L. Piſonem. Auguſtus veterem morem mutavit. Sueton. cap. XXXVI. ubi olim plura.

GRUTERUS.

2 *Alias aliter.*] Obſequutus ſum Politiani libro, in quo iſta lectio, nam & Pal. *alter*, quomodo & vulgg.

SALMASIVS.

4 *Argenti pondo vicena, phialas ſenas.*] An iſtæ phialæ argenteæ fuerunt? apparet fuiſſe. cur igitur phialas ſpeciatim expreſſit, & non alia quoque vaſa? an tota illa vicena argenti pondo, phialæ iſtæ ſenæ fuere? non puto. cur ergo phialas à reliquo argento ſeparavit? non eſſe ſinceram hanc lectionem indicium fecit vetus ſcriptura Palatini Codicis, quæ ſic habet: *argenti pondo vicenam filas ſenas.* ex qua feliciſſime emendavi: *argenti pondo vicena: mulas ſenas, mulos binos, equos binos.* confirmant conjecturam noſtram ſequentia, in quibus eodem plane ordine iſthæc repetuntur: *reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones & cocos.* atqui mularum nuſquam meminerat niſi heic.mulas

igitur

do vicena, phialas ſenas, [1] mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, [2] aureos centenos, [3] cocos ſingulos: & ſi uxores non

igitur & mulos accipiebant de publico præſides provinciarum: & mulos quidem, niſi fallor, vectandis impedimentis, mulas vero ducendæ redæ, aut carrucæ: nam ſemper mulæ redis ducendis adplicitæ: at muli ad ſagmam, ut plurimum, habebantur. unde mulus centuriatus militum in vita Aureliani qui centuriæ impedimenta vehebat. ſed hæc nos alias. de correctione noſtra hujus loci minime dubitandum.

CASAVBONVS.

1 *Mulos binos, equos binos.*] Olim iſta præbendorum mancipes exhibebant, ſed liberalius.

3 *Cocos ſingulos.*] Supple ex Puteanis: *cocos, muliones ſingulos.* & firmant quæ ſubjiciuntur.

GRUTERUS.

3 *Cocos ſingulos, muliones ſingulos.*] Addidi duas voces fide Pal. quod & eas propugnarent aliorum ſcripti. vulgatis male deerant.

SALMASIUS.

2 *Aureos centenos.*] Salarium, argentum, veſtes, miniſteria de publico accipiebant præſides provinciarum. epiſtola Valeriani apud Trebellium in Claudio: *ſane ſcias tantum ei à nobis decretum ſalarii, quantum habet Ægypti præfectura: tantum veſtium quantum Africano proconſulatui dedimus: tantum argenti quantum accipit curator Illyrici: tantum miniſteriorum quantum nos ipſi nobis per ſingulas decernimus civitates.* olim publice locabantur præbenda rectoribus provinciarum, & erant mancipes qui redimerent quæcunque illis eſſent exhibenda neceſſaria per totum tempus adminiſtrationis. ſuſtulit hunc morem Auguſtus & certam illis pecuniam conſtituit ad hanc rem. teſtes Dio & Suetonius in Auguſto. ſub poſterioribus vero imperatoribus, non ſalarium, tantum datum eſt provinciarum præſidibus ex inſtituto Auguſti, ſed etiam argentum, veſtes, muli, equi. miniſteria & reliqua neceſſaria. quod ex infinitis locis apud hos auctores poteſt probari. ſed profecto nimis modica hæc ſalarii ſumma quæ heic videtur conſtituta ab Alexandro provinciarum adminiſtratoribus. nam centenos tantum aureos annuos eis decreviſſe patet ex hoc loco, hoc eſt monetæ noſtræ ducenos quinquaginta ſolares. at Tribuni legionum plus accipiebant illa ætate. nam Valerianus Claudio Tribuno dari jubet in epiſtola ſua, quæ apud Trebellium legitur, *philippeos annuos centum quinquaginta, & in ſtrenis quadraginta ſeptem, & trientes centum ſexaginta.* quæ ſumma in unum redacta efficit aureos præter propter ducentos quinquaginta, ſolares vero noſtros quingentos. ſi tribunus tantum accipiebat, quid merebatur accipere provinciæ rector? omitto procuratores ducenarios à ducenis ſeſtertiis dictos quæ in ſtipendium accipiebant, id eſt aureis Romanis bis millenis. legendum igitur hoc loco putabam: *aureos ſeſcentenos.* ſed nimis etiam brevis & contemnendus hic numerus, ſi ad exemplum modumque comparetur ſalariorum, quæ tunc militibus, tribunis, ducibus, legatis dari moris erat. nam ex Dionis fragmentis colligi poteſt, *τὸ ἱκνούμενον γέρας* ejus qui proconſule provinciam regeret, fuiſſe decies ſeſtertium. hoc eſt aureorum, quales erant Romani, decem millia, noſtrorum viginti quinque. verba ejus hæc ſunt: τούτῳ γδ᾽ ὅτι τὴν Ἀφρικὴν κατακληρωσαμένῳ ἐπέτρεψεν τῷ Ἀ-φρων αὐτὸν παραιτησαμένῳ, ὅτι τὴν Ἀσίαν κρίτοις μετέλαβεις αὐτὸν ὅμοιον

non haberent, ſingulas concubinas, (¹ quod ſine his eſſe non poſſent) ² reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos: cætera ſibi habituri, ſi bene egiſſent: in quadruplum reddituri, ³ ſi male. ⁴ Præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum, leges innumeras ſanxit. ⁵ Carrucas Romæ & rhedas ſenatoribus omnibus ut argentatis habe- 43
rent, permiſit: intereſſe Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis ſenatores vectarentur. Conſules quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creavit, ex ſenatus ſententia nominavit, ſumptum eorum contrahens: & nun-

ἐκείνῳ ἀπέστερησε. τό γε μὴν ἐκνόμιμον γέρας καὶ οἴκοι μένοντι αὐτῷ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δοθῆναι εἰσηγήσατο. οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνος αὐτὰς ἔλαβεν εἰπὼν οὐκ ἀργυρίου, ἀλλ' ἡγεμονίας δεῖσθαι. ex quibus verbis manifeſto liquet ſalarium proconſulatui Africano & Aſiano debitum, quod ille vocat *ἐκνόμιμον γέρας* id eſt honorarium, tali adminiſtrationi competens, fuiſſe in ſeſtertio decies vel ut interpretati ſumus, aureorum decem millibus. dicendum eſt igitur Alexandrum parciſſimum principem ſalaria præſidum ad iſtum modum contraxiſſe, quem heic videmus. ſic vicena pondo argenti rectori provinciæ decernebat, quum Valerianus tribuno legionis quinquaginta pondo conſtituerit. hæc alibi pluribus expendemus, & de tota hac re diligenter & accurate tractabimus.

3 *Cocos ſingulos.*] Adde ex Palatino: *Cocos ſingulos, muliones ſingulos.* nam & infra repetit: *reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones & cocos.*

GRUTERUS.

1 *Quod ſine his eſſe non poſſint.*] Pal. habet illud *non* à manu tantum ſecunda, ſed tamen antiqua.

CASAUBONUS.

2 *Reddituri depoſita adminiſtratione.*] In epiſtola Valeriani ad Zoſimionem procuratorem Syriæ: *Claudio dabis loricam unam quam refundas.* & ita ſæpius.

SALMASIUS.

3 *Si male. Præter condemnationem.*] Diſtingue: *cetera ſibi habituri ſi bene egiſſent: in quadruplum reddituri ſi male, præter condemnationem aut peculatus, aut repetundarum.*

CASAUBONUS.

4 *Præter condemnationem.*] Diſtingue, *in quadruplum reddituri ſi male: præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum.*

5 *Carrucas Romæ & rhedas ſenatoribus omnibus ut argentatas haberent, permiſit.*] Poſtea & aliis quam ſenatoribus permiſſum. Vopiſcus in Aureliano: *Dedit præterea poteſtatem, ut argentatas privati carrucas haberent: cum antea ærata & eborata vehicula fuiſſent.* Sed & jam olim argentatæ atque auratæ carrucæ in aliquo erant uſu. Martialis in Quinctum libro tertio:

Aurea quod fundi pretio carruca paratur.

Plinius lib. XXXIV. cap. XI. *At nos carrucas ex argento cælare invenimus.* & pluribus idem lib. XXXIV. cap. XVII. ſed hæc alibi accurate.

[1] & nundina vetera ex ordine inſtituit, vel dies vel tempora. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia juſſit munera populo dare, [2] ſed ut poſt quæſturam præturas acciperent, [3] & inde provincias regerent: [4] arcarios vero

1 *Et nundina vetera ex ordine inſtituit, vel dies vel tempora.*] Jam monuimus eſſe illa inducenda, *vel dies vel tempora.* Pro *vetera*, poteſt etiam ſcribi *veteri.*

4 *Ærarios vero inſtituit qui de ære fiſci ederent munera.*] Scribendum, *arcarios* & *de arca f.* ita omnes veteres. & eam lectionem viri docti pridem expoſuerunt.

SALMASIUS.

1 *Et nundina vetera ex ordine inſtituit.*] Palat. *& nundina vetera ſerdine inſtituit.* cujus lectionis veſtigia premit vetus editio quæ ſic legit: *nundinia vetera Sardiniæ inſtituit.* quid ſit neſcio. vulgatam non male ex veſtigiis veteris ſcripturæ concinnatam eſſe arbitror. *nundinium* autem pro *nundinum* fere ſemper in illo antiquo exemplari ſcriptum reperi. ſic ſupra: *primo nundinio ſibi alios ſemper ſufficit.* & in vita Taciti: *idcirco quod jam Senatus omnia nundinia ſuffectorum conſulum clauſerat.* ad quem locum plura de nundiniis conſulum. delenda porro illa verba, quæ hunc locum perperam inſederunt: *vel dies, vel tempora.* nam ex gloſſa marginali inſulta ſunt, quam aliquis adpoſuit ut explicaret, quid eſſent *nundinia*, & ſatis commodam ſibi viſus eſt excogitaſſe interpretationem, cum dixit nundina eſſe vel dies, vel tempora.

2 *Sed ut poſt quæſturam præturas acciperent.*] Pal. *ſidicta ut poſt quæſturam.* ſcribendum: *ſed ita ut poſt quæſturam.*

3 *Et inde provincias regerent.*] *Deinde provincias gererent.* ita in Pal.

4 *Ærarios vero inſtituit qui de ære fiſci.*] Recte docti homines reſtituerunt: *arcarios vero inſtituit qui de arca fiſci.* nam ita plane & expreſſe in Palatino legitur. *arca* igitur etiam fiſci dicebatur, & *arcarii* qui de fiſco munera edebant. aliter arcarii dicuntur Cod. de ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis. nam arcarii ibi ſunt qui ſuſcipiebant arcæ præfectoriæ inferenda. arcarios tamen etiam tribuit comiti rei privatæ lex XIV. Cod. Theod. arca fiſci, & arca publica, vel populi pro ærario. in vita Aureliani: *eſt præterea veſtræ auctoritatis arca publica.* arcæ publicæ etiam mentio in veteri inſcriptione: & arcæ populi in alio ſaxo: *hoc monumentum ſi quis donare, aut vendere voluerit, inferat arcæ pop. Rom. H. S. L. M. N.* hoc eſt ærario pop. Rom. erat & arca Pontificum, & aliæ variæ arcæ collegiorum corporatorumque. privati etiam ſuas arcas habebant, quas qui adminiſtrabant & diſpenſabant, ſervi arcarii dicti. hinc *de arca ſolvere*, hoc eſt domo, cui contrarium eſt *de ſcriptura menſæ.* Donatus: *Unde hodie additur in chirographis, domo ex arca ſua, vel ex menſæ ſcriptura.* & alibi: *tunc enim in foro & de menſæ ſcriptura magis, quam ex arca domoque, vel ciſta pecunia numerabatur.* *arcarium* tamen veteres gloſſæ exponunt, τὸ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπέζης. ubi menſam & arcam eamdem facit. an δημοσίαν τράπεζαν ibi arcam publicam vocat, & qui ejus ratiocinia tractaret, *arcarium*? arca præfecti prætorio etiam menſa dicebatur. ſed hæc alibi.

GRUTERUS.

1 *Et nundina vetera ex ordine inſtituit, vel dies vel tempora.*] Pal. *& nundinia vetera ſerdine inſtituit vel, &c.*

4 *Arcarios vero inſtituit, qui de arca fiſci ederent.*] Sic quoque Pal. niſi quod tamen ſervet, *quæ*, item *ſederent*. vulgg. *ærarios vero inſtituit qui de ære fiſci.*

1 Ca-

vero inſtituit qui de arca fiſci ederent munera, eademque parciora. Habuit in animo ut munera per totum annum diſpergeret, ut per xxx. dies munus populo daretur: ſed cur id non fecerit in occulto habetur. [1] Capitolium ſeptimo die quum in urbe eſſet, aſcendit, templa frequentavit. CHRISTO templum facere voluit, eumque inter deos recipere. [2] Quod & Adrianus cogi-

SALMASIUS.

1 *Capitolium ſeptimo die cum in urbe eſſet aſcendit.*] Lege ex libro: *ſeptimo quoque die aſcendit.*

CASAUBONUS.

1 *Capitolium ſeptimo die cum in Urbe eſſet, aſcendit.*] In Larario ſuo rem divinam quotidie fere mane faciebat: in aliis Romæ templis ſæpiſſime: in Capitolio ſeptimo quoque die. Ibi Jovem Capitolinum & Imperatorem, Romani, præſertim magiſtratus, præcipue colebant.

2 *Quod & Hadrianus cogitaſſe fertur.*] De Tiberio narrant hoc Tertullianus & alii patres Græci ac Latini: de Hadriano verò nemo illorum, ſi ſatis memini, ſimile quicquam. Et mirum profectò tam nobilem hiſtoriam, tot fidei Chriſtianæ propugnatores acerrimos, viros undecunque doctiſſimos, & quorum intererat hoc ſcire, potuiſſe fugere. Sed videtur hæc de Hadriano ſuſpicio multo poſt ejus ſeculum hominum mentes inſediſſe: cum neque Juſtinus Martyr, neque Athenagoras, neque Tertullianus, neque Cyprianus, aut omnino quiſquam ex illa veterum patrum manu, vel tenuiſſimam ejus rei ſuſpicionem fando unquam accepiſſent. Unde autem vulgo multi ſeculo Lampridii hanc de Hadriano concepiſſent opinionem, declarat auctor cum ſubjicit: *qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur.* En fontem & originem hujus opinionis. Juſſerat Hadrianus, templa fieri in omnibus civitatibus, ſuo nomini, ſine dubio, conſecranda: quod & Spart. in vita illius teſtatur. ſed mortuo Hadriano prius quam hæc templa abſolverentur, manſere pleraque illorum imperfecta, neque unquam dedicata ſunt. Exemplo eſſe poteſt illud quod Tiberiade magnifice inchoatum, mox relictum eſt necdum abſolutum, tandemque in uſum balnearum à civibus deſtinatum. Epiphanius contra Ebionæos: *ναὸς μέγιστος ἐν τῇ πόλει Τιβεριάδι προϋπῆρχε τάχα οἶμαι, Ἀδριάνειον τοῦτο ἐκάλουν. ἀτελὲς δὲ τοῦτο τὸ Ἀδριάνειον διαμένον, οἱ πολῖται εἰς δημόσιον λουτρὸν ἐπειρῶντο ἐπισκευάσαι.* Talia ædificia in pleriſque civitatibus adhuc Lampridii ætate extabant, inchoata ſolum, non perfecta, non dedicata; ac proinde, ut ait ipſe, ſine numine & ſimulacro ullo. Eo factum, ut in animum inducerent multi, quibus aſſentitur hic Lampridius, non ſibi Hadrianum illa templa exſtruxiſſe, verum CHRISTO. Erat quidem Lampridius Ἕλλην religione, & à pietatis Chriſtianæ ſanctis, ut ejus ſcripta oſtendunt, alienus: ſed norat ille, quod ignorare tum poterat nemo, & Judæos olim in Hieroſolymitana æde *εἴδους καὶ ἀγάλματος χωρὶς*, ut Strabo quoque, ac Dio ſcribunt, DEUM coluiſſe: & ſuis etiam temporibus Chriſtianorum templa ejuſmodi eſſe, qualia adhuc memoria ſua beatiſſimus Auguſtinus cum alibi prodit fuiſſe, tum etiam in pſalmi CIII. enarratione, ſane luculenter. nam cum multa de gentium ſimulacris aureis dixiſſet; *Sed enim*, inquit,

cogitaſſe fertur qui templa in omnibus civitatibus [1] ſine ſimulacris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina, dicuntur *Adriani*, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab iis qui conſulentes ſacra, repererant [2] omnes Chriſtianos futuros
44 [3] ſi id optato eveniſſet, & templa reliqua deſerenda. In jocis

inquit, *& nos pleraque inſtrumenta & vaſa ex hujuſmodi materia, vel metallo habemus in uſum celebrandorum ſacramentorum: quæ ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur, in ejus honore, cui pro ſalute noſtra inde ſervitur. Et ſunt profecto etiam iſta inſtrumenta vel vaſa, quid aliud quam opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent, & non loquentur? nunquid oculos habent, & non videbunt? nunquid eis ſupplicamus, quia per ea ſupplicamus Deo? Illa cauſſa eſt maxima impietatis inſanæ, quod plus valet in affectibus miſerorum ſimilis viventi forma, quam quod eam manifeſtum eſt non eſſe viventem, ut debeat à vivente contemni. Plus enim valent ſimulacra ad curvandum infelicem animam, quod os habent, oculos habent, aures habent, nares habent, pedes habent: quam ad corrigendum, quod non loquentur, non videbunt, non audient, non odorabunt, non contrectabunt, non ambulabunt.*

1 *Sine ſimulacris juſſerat fieri.*] Quia videlicet, cogitabat ipſe Hadrianus, poſtquam abſoluta eſſent templa quæ fieri imperaverat, ſimulacra eo mittere, aut præſens ipſe conſecrare eo habitu, quo vellet ubique pro loci natura coli. Lege initium Peripli Euxini, quem ad Hadrianum miſit Arrianus. potes ex ea hiſtoria quam deſcribit ibi Arrianus cauſſam veram conjicere, cur juſſerit Hadrianus templa nomini ſuo conſecranda ſine ſimulacris fieri. Sed Lampridius aliam cauſſam hujus edicti fuiſſe ſibi perſuaſit.

2 *Omnes Chriſtianos futuros ſi id optato eveniſſet.*] Regius, *ſi feciſſent.* Puteani, *ſi id feciſſet.* puto mutatam lectionem vulgatam ab iis qui eam non aſſequerentur. Et eſt ſane locutio nova, *ſi id optato eveniſſet*, id eſt, ut nos interpretamur, ſi pro votis multorum, liceat cuique optanti, fieri Chriſtianum. Satis conſtat jam Hadriani temporibus evigilaſſe plerorumque hominum mentes, & vanitatem deorum ſuorum agnoviſſe: verum illos vis metus continebat. norant probe hoc conſilii iſtius auctores: ſi tamen vere hoc aliquando factum.

GRUTERUS.

3 *Si id optato eveniſſet.*] Pal. *ſi id optata eveniſſet.*

SALMASIUS.

3 *Si id optato eveniſſet.*] Palatinus 3 *ſi id optatæ venniſſet.* at excerpta Spartiani ex eadem Bibliotheca: *ſi id optate veniſſet.* eamdemque quoque lectionem in Regio codice extitiſſe, quo uſus eſt Caſaubonus, patet ex iis quæ infra idem ille vir doctiſſimus adducit ex eodem libro, ante illa verba, *omnibus nominibus ornatus. quibus in Senatu & apud populum lectis vario tempore, cum etiam de his aveia optate veniſſet, omnibus nominibus ornatus.* illa enim verba, *optate veniſſet*, huc neceſſario ſunt retrahenda, quæ perperam in illum locum traducta ſunt. in ſcriptis autem libris & prima editione hæc Alexandri vita ſic conſcripta habetur ut nihil videri poſſit turbatius confuſiuſque: frequentes enim paginatum tranſpoſitiones totum hiſtoriæ contextum ordine ſuo dimoverunt. quod multis locis, ut in vitium inciderent, cauſa fuit. *ſi id optate veniſſet*, hoc eſt, ſi quemadmodum multi optabant, id contigiſſet. optabant enim tunc temporis multi, ut illa templa dedicaret Hadrianus quæ in

Jocis Alexander dulciſſimus fuit, in fabulis amabilis, in conviviis comis, ita ut quiſque poſceret quod vellet. Ad aurum colligendum attentus, ad ſervandum cautus, ad inveniendum ſolicitus, [1] ſed ſine cujuſquam excidio. [2] Syrum ſe dici noluit, ſed à majoribus Romanum. Et ſtemma generis depinxerat, quo oſtendebatur [3] genus ejus à Metellis deſcendere. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruſpicibus, mathematicis, mechanicis, architectis ſalaria inſtituit, & auditoria decrevit, & diſcipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari juſſit. Etiam in provinciis oratoribus forenſibus multum detulit, pleriſque etiam annonas dedit, quos conſtitiſſet gratis agere. [4] Leges in annos firmavit, eaſque etiam ipſe diligentiſſime ſervavit.

in Chriſti honorem, multis in civitatibus, juſſerat ſine ſimulacris ædificari. *venire*, pro contingere, vel evenire, non hoc tantum loco poſitum vidimus, ſed multis aliorum auctorum locis firmare poſſemus. poteſt & legi: *optate evenisſet*.

CASAUBONUS

1 *Sed ſine cujuſquam excidio.*] Ita auro cogendo operam dabat, ut neminis tamen fortunas per calumniam appeteret. miram dictionem uſurpavit, *excidio*. ſed ita locutus Lampridius, quia ſciebat, optimum principem, dum avaræ matris voluntati obtemperat, integritatem ſuam nonnihil maculaſſe. Herodianus, καὶ διέβαλλεν ἰδίᾳ ὅπῃ τοῦ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, ἄκοντός τι καὶ ἀχθομένου οὐσίας τινῶν καὶ κληρονομίας ἐξ ἐπηρείας ὑφαρπαζούσης ἐκείνης. vide in extrema vita.

3 *Genus ejus à Metellis deſcendere.*] Vel Marcellis fortaſſe, ut diximus libri hujus initio.

4 *Leges in annos firmavit.*] Annarias leges, pridem exoletas Romæ.

SALMASIUS.

2 *Syrum ſe dici noluit.*] *Syrum ſe dici volebat.* ita vetus editio.

4 *Leges in annos firmavit.*] *Leges in annos*, pro legibus annariis accipi placet heic eruditiſſimis viris. quod mihi ratione videtur carere. ſimplicius enim potuiſſet dicere *leges annarias*. ſed & variant libri manu exarati, nec hanc lectionem agnoſcunt. Palatinus habet: *leges agnos firmavit.* & ad oram libri eadem manu adſcriptum, *leges agnoſcens firmavit.* idque arripuit pro vero qui primam editionem curavit. puto ſcriptum olim fuiſſe: *leges, ac ios firmavit*: inde factum, *ac nos*, & poſtea *agnos*. ſcribe igitur: *leges ac jus firmavit, eaſque etiam ipſe diligentiſſime ſervavit.* de jure enim ac legibus in univerſum ab Alexandro firmatis, ac diligentiſſime ſervatis agit, & intelligit, non de quibuſdam legibus de novo factis. Capitolinus in Marco: *jus autem magis vetus reſtituit, quam novum fecit.* nihil verius aut certius hac noſtra conjectura.

GRUTERUS.

4 *Leges in annos firmavit.*] Pal. *leges agnos firmavit.* ſuſpecta mihi loci hujus ſanitas. dure quippe dictum, *firmare leges in annos*, pro leges annarias.

vit. Theatralia ſpectacula ſæpe obiit. Theatrum Marcelli reficere voluit. Multis civitatibus, [1] quæ poſt terræ motus deformes erant, ad inſtaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit. In templis ſane nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras, [2] auri ne guttulam quidem aut bracteolam poſuit, ſuſurrans verſum Perſii,

— *in ſanctis quid facit aurum?*

45 Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine ſuo ediſſeram. Primum tamen ejus conſuetudinem dicam de rebus vel tacendis vel prodendis. Tacebantur ſecreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos in quo ſcriptum eſſet: *Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & ſi dii voluerint, in prima manſione manſurus:* [3] deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativæ, deinde ubi annona eſſet accipienda: & id quidem eo uſque quamdiu ad fines barbaricos veniretur. jam enim inde tacebatur, [4] & omnes ambulabant, ita ne diſpoſitionem Romanam barbari ſcirent. Certum eſt autem eum

CASAUBONUS.

1 *Quæ poſt terræ motus deformes erant.*] Sic Suetonius in Veſpaſiano, *Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat.* Plinius libro decimo, *Placuit locus, in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis.* & ita alii multi.

2 *Auri ne guttulam quidem.*] Nihil mutandum: ſed non poſſum diſſimulare quod inveni in regio, *ne reticulam quidem.*

3 *Deinde ſtativæ.*] Ita omnes libri, non *ſtativa.*

4 *Et omnes ambulabant ita ne diſp.*] Scrib. *& o. ambulabant taciti, ne diſp.*

SALMASIUS.

1 *Quæ poſt terræ motus erant deformes, ad inſtaurationem operum.*] Vetus editio interſerit vocem, *ſumptus: multis civitatibus, quæ poſt terræ motus deformes erant, ſumptus ad inſtaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit.* quod mihi perplaceret, niſi vox *pecuniam* ſequeretur. ſumptum autem pro pecunia uſurparunt. itaque alterutrum delendum eſt.

2 *Auri ne guttulam quidem aut bracteolam.*] Nihil heic varium in noſtris libris. *bracteolam*, ſcribit editio vetus cum ſcriptis pleriſque. *bratteam* enim & *bratteolam*, & *brattearios*, ſcribebant.

GRUTERUS.

2 *Auri ne guttulam quidem aut bracteolam.*] Haud aliter quoque Pal.

3 *Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativæ.*] Sic quoque Pal. non *ſtativa.*

4 *Et omnes ambulabant ita, ne diſpoſitionem Romanam barbari ſcirent.*] Vox *ita*, non conſpicitur in Pal. neque requiritur.

1 Quod

eum nunquam id quod propoſuerat, fefelliſſe, quum diceret, *Nolle ab aulicis ſuas vendi diſpoſitiones*: quod factum fuerat ſub Heliogabalo quum ab eunuchis omnia venderentur. [1] quod genus hominum idcirco ſecreta omnia in aula noſſe cupiunt, ut ſoli aliquid ſcire videantur, & habeant unde vel gratiam vel pecuniam requirant. Et quia de publicandis diſpoſitionibus mentio contigit, ubi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, [2] vel procuratores, id eſt rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum ut ſiquis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus; ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis: dicebatque, grave eſſe, [3] quum id Chriſtiani & Judæi facerent in prædicandis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. [4] Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit: quamvis ſæpe 46
dixe-

SALMASIUS.

1 *Quod genus hominum idcirco in aula omnia ſecreta noſſe cupiunt, ut ſoli aliquid ſcire videantur.*] Prope eſt, ut probem principis editionis ſcripturam: *quod genus hominum idcirco ſecreta omnia in aula eſſe cupiunt, ut ſoli aliquid ſcire videantur.*

CASAUBONUS.

2 *Vel procuratores, id eſt rationales.*] Sive ab auctore, ſive ab alio ſint illa adjecta, *id eſt rationalis*, interpretamentum eſt vocis *procurator*. Nam quos vocabant primi procuratores principum, eos ſequens ætas rationales dixit. Commodus in epiſtola ad Albinum: *ſuper hoc ad procuratores meos literas miſi, quas ipſe ſignatas accipies ſigillo Amazoniæ, & cum opus fuerit rationalibus dabis.* pro eodem ponit procurator & rationalis. Capitolinus in Gordiano, *quidam rationalis ſibi ultra procurationem omnia vindicans.* quod dixit Spartianus, *procuratores latius evagantes.*

3 *Cum id Chriſtiani & Judæi facerent, in prædicandis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt.*] Plena ſunt B. Cypriani ſcripta teſtimoniis hujus moris. ut cum epiſtola XXXIV. ſcribit: *In ordinationibus clericis, fratres chariſſimi, ſolemus vos ante conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare.* Sed ex plurimis Cypriani locis qui huc faciunt, unum afferemus, ex quo poteſt intelligi & *prædicari ſacerdotes* quid ſit, & quam bene Chriſtianis Judæi in obſervatione hujus moris ab Alexandro conjungantur. Sic igitur ille, poſtquam retulit quomodo Eleazarus Aaronis filius ſacerdos fuiſſet creatus: *Coram omni ſynagoga*, inquit, *jubet Deus conſtitui ſacerdotem: id eſt inſtruit & oſtendit ordinationes ſacerdotales, nonniſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita PRÆDICENTUR: & ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata.*

4 *Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit.*] Non tum primum hoc factum. Spartianus in Peſcennio: *Addidit conſiliariis ſala-*

dixerit eos eſſe promovendos qui per ſe rempub. gerere poſſent, non per aſſeſſores, addens militares habere ſuas adminiſtrationes, habere literatos: & ideo [1] *unumquemque hoc agere debere quod noſſet.* Theſauros repertos iis qui repererant donavit: & ſi multi eſſent, addidit his eos quos in ſuis habebat officiis. [2] Cogitabat ſecum & deſcriptum habebat, cui quid præſtitiſſet: & ſi quos ſciret vel nihil petiiſſe, vel non multum, unde ſumptus ſuos augerent, vocabat eos, & dicebat, [3] *Quid eſt cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete ne privatus de me queraris.* Dabat autem hæc in beneficiis, [4] quæ famam ejus non læderent. Bona punitorum, ſed nunquam cum auro, argento, vel gemmis (nam id omne in ærarium reponebat) [5] dabat præpoſituris locorum

GRUTERUS.

5 *Dabat præpoſituras locorum civilium, non militum.*] Ita etiam Pal. ut pendeant ab illo *præpoſituras*, non ab *locorum.*

CASAUBONUS.

2 *Cogitabat ſecum & deſcriptum habebat, quid cui præſtitiſſet.*] Rationarium imperii ab Auguſto ſapientiſſimo & maximo principum fuerat inſtitutum: cujus pars fuit is qui dicebatur Liber beneficiorum in eo deſcriptum erat accuratiſſima diligentia, qui agri quibus colonis eſſent diviſi, & quæ ſubſeciva agrorum ſupereſſent, quæ dividi aliis poſſent. Hygenus De limitibus conſtituendis: *Libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum, ſecundum ſuas terminationes adſcriptis affinibus tabulario Cæſaris inferemus: & ſi qua beneficio conceſſa aut aſſignata coloniæ fuerint, ſive in proximo, ſive inter alias civitates, in* LIBRO BENEFICIORUM *adſcribemus.* Sed de agris ſolum Hygenus loquitur: Alexander vero, ut indicat Lampridius, non agros tantum, verum & alia quæ largiri principes ſolent, habuit deſcripta. Alius fuit Reipublicæ temporibus liber ille beneficiorum in quem rectores provinciarum

ria, ne eos gravarent quibus aſſidebant. manſiſſe autem Peſcennii exemplum probant leges quarta & ſexta Dig. De officio aſſeſſorum: quæ quidem leges Papiniani ſunt; quare non primus Alexander, ut videtur exiſtimaſſe Lampridius, ſalaria adſeſſoribus inſtituit.

SALMASIUS.

1 *Unumquemque hoc agere debere quod noſſet.*] Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

3 *Quid eſt cur nihil petis?*] Vetus editio: *quid eſt quod cur nihil petis?* Sed alterutrum tollendum. *cur* autem retinemus cum libris ſcriptis.

4 *Quæ famam ejus non læderent. Bona punitorum.*] Tollenda eſt τελεία στιγμή. & legendum: *Dabat autem hæc in beneficiis quæ famam ejus non læderent, bona punitorum, &c.*

5 *Dabat præpoſituras locorum civilium non militiæ.*] Ita adducit hunc locum vir doctiſſimus. omnes editiones & libri legunt, *militum.* ipſe legendum contendit, *militarium*, placet nihil mutari. *præpoſituras militum*, vocat militares præpoſituras, nec ad *locorum* referendum.

corum civilium non militum: dabat eas adminiſtra-
tiones quæ ad procurationes pertinerent. Rationales
cito mutabat, ita ut nemo niſi annum compleret:
[1] eoſque, ſi boni eſſent, oderat, [2] malum neceſſarium
vocans. Præſides vero, proconſules & legatos nun-
quam fecit ad beneficium ſed ad judicium vel ſuum
vel ſenatus. Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit 47
ut in manſionibus annonas acciperent, [3] nec portarent
cibaria decem & ſeptem (ut ſolent) dierum, [4] niſi in bar-
barico: quamvis & illic mulis eoſdem atque camelis
adjuverit, dicens *milites ſe magis ſervare, quam ſeipſum,
quod ſalus publica in his eſſet.* Ægrotantes ipſe viſitavit
per tentoria [5] milites, etiam ultimos, & carpentis ve-
xit, & omnibus neceſſariis adjuvit. Et ſi forte gravius
laboraſſent, [6] per civitates & agros [7] patribusfamilias
homini-

rum ſimul ac Romam redierant, tribunos militum, centuriones, contubernaleſque ſuos, & quoſcunque in provinciis promoviſſent, deferebant: quod dici ſolitum, ad ærarium in beneficiis deferre. meminit M. Tullius multis locis.

5 *Dabat præpoſituras locorum civilium non militiæ.*] Melius, *militarium.* ut repetatur vox *locorum.* *Locus* & *præpoſitura* parum differunt. Capitolinus in Maximinis, *locos militiæ* appellat, quas hic Lampridius *militares præpoſituras.* ſic in Heliogabalo: *militaribus præpoſituris & tribunatibus & legationibus & ducatibus venditis.*

SALMASIUS.

1 *Eoſque ſi boni eſſent, oderat.*] Lego: *eoſque, & ſi boni eſſent, oderat, malum neceſſarium vocans.*

CASAUBONUS.

1 *Eoſque ſi boni eſſent oderat.*] Scribe, *eoſque vel ſi boni eſſ.*

2 *Malum neceſſarium vocans.*] Alluſum ad vetus dictum, *γυνὴ κακὸν ἀναγκαῖον.*

3 *Nec portarent cibaria decem & ſeptem, ut ſolent dierum.*] Bene *ſolent.* Ammianus qui puer vidiſſe potuit Lampridium, libro XVII. *Totum ex annona decem & ſeptem dierum, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus miles.* & M. Tullius inter *agminis onera* ponit, *ferre plus dimidiati menſis cibaria.* Sed modus oneris ex conditione locorum aut conſiliis ducum pendebat, non ex certa lege.

4 *Niſi in barbarico.*] In hoſtico, *πολεμία γῆ.* ſic mox, *expeditio Barbarica.*

5 *Milites etiam ultimos.*] Caligatos & manipulares munifices. De hoc more imperatorum ad Hadrianum plura.

7 *Patribus familias hominibus*] Ridicule. Scribendum, *humanioribus*, auctore Claudio Puteano, magni judicii in literis viro.

GRUTERUS.

6 *Per civitates & agros patribus familias hominibus, &c.*] Sic & Pal. forte *patribus familias communibus*, id eſt, qui comes eſſent, qui humaniores: ut ſignificatio inſolentior anſam dederit vocis depravandæ. quamvis alio ſane ſæculo illud *hominibus* locum ſuum egregie tueretur.

hominibus & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat, reddens impendia quæ feciſſent, ſive convaluiſſent illi,
48 ſeu periſſent. Quum quidam *Ovinius Camillus* ſenator antiquæ familiæ delicatiſſimus rebellare voluiſſet, tyrannidem affectans, eique nuntiatum eſſet, ac ſtatim probatum, [1] ad Palatium eum rogavit: eique gratias egit quod curam Reipub. quæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet: deinde ad ſenatum proceſſit, [2] & timentem ac tantæ conſcientiæ tabe confectum, participem imperii appellavit, in Palatium recepit, convivio adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quam ipſe utebatur affecit. Et quum expeditio barbarica eſſet nuntiata, vel ipſum ſi vellet ire, vel ut ſecum proficiſceretur, hortatus eſt. Et quum ipſe pedes iter faceret, illum invitavit ad laborem, quem poſt quinque millia cunctantem, [3] equo ſedere juſſit. [4] quumque poſt duas manſiones equo etiam fatigatus eſſet, carpento impoſuit. Hoc quoque ſeu timore ſeu vere reſpuentem, abdicantem quinetiam imperium,

SALMASIUS.

7 *Patribus familias hominibus, & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat.*] Puſillum mendum, non tamen nullius momenti huic loco incubuit, quod effugiſſe miror oculos acutiſſimi doctiſſimique viri. nam pro *patribus familias hominibus*, reſcribendum: *patribus familias honeſtioribus, & ſanctioribus matronis eos diſtribuebat.* natum autem ex eo vitium videtur quod compendioſe ſcriptum eſſet, ut tum erat ſcribendi mos, *patribus familias ho.* id erat, *patribus familias honeſtis*, vel *honeſtioribus.* quod imperiti, *hominibus*, eſſe voluerunt. idque nonniſi ab ineptis defendi poteſt. *H.* vero littera, vel *Ho.* litteris ſingularibus & honeſtum & hominem ſignificabat. Valerius de Notis: *H. honeſta, vel hic, vel heres, vel homo, vel honeſtus.* idem paulo poſt: *H. vel HO. Homo, vel honeſtus. H. F. honeſta femina.*

1 *Ad Palatium eum rogavit.*] Sic ad ſenatum rogare ſupra in Heliogabalo: *deinde ubi primum diem ſenatus habuit, matrem ſuam in ſenatum rogari juſſit.*

2 *Et timentem ac tantæ conſcientiæ tabe confectum.*] Vetus editio: *& timentem ætate conſcientiæ tabe confectum.* quod inter illius, alias optimæ editionis culpas computamus.

CASAUBONUS.

3 *Equo ſedere juſſit.*] *Sedere* pro ὀχεῖσθαι ut ad Hadrianum. Imp. Valentinianus Rufino: *excellentia tua ita his ſedendorum equorum poteſtatem datam eſſe cognoſcat.*

SALMASIUS.

4 *Quumque poſt duas manſiones.*] Manſiones, id eſt, σταθμοὺς, vel mutationes, ut poſterior ætas uſurpavit.

1 *Juſſit.*

rium, & mori paratum, dimiſit: commendatumque militibus à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad villas ſuas ire præcepit, in quibus diu vixit. ſed poſt [1] juſſu imperatoris occiſus eſt, [2] quod ille militaris eſſet [3] & à militibus amatus. Scio vulgum hanc rem quam contexui, Trajani putare: ſed neque in vita ejus id Marius Maximus ita expoſuit, neque Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Statius Valens, [4] qui omnem ejus vitam in literas miſerunt. Contra autem & Septimius & Acholius, & Encolpius vitæ ſcriptores, cæterique de hoc talia prædicaverunt: quod ideo addidi, ne quis vulgi magis famam ſequeretur, quam hiſtoriam quæ rumore utique vulgi verior reperitur. [5] Honores juris gladii [6] nunquam vendi paſſus 49
eſt, dicens, *Neceſſe eſt ut qui emit, vendat.* [7] *Ego non patiar*

CASAUBONUS.

1 *Juſſu imperatoris occiſus eſt.*] Non dicit cujus imperatoris juſſu. eſt autem durum de Alexandro accipere: cujus imperium vere dictum *ἀναίμακτον*. quanquam inepte & ſine cauſſa nocentis ſupplicio clementiæ principis inuri notam dixeris.

4 *Qui omnem ejus vitam.*] Non male ſcribas, *qui omnes.*

5 *Honores juris gladii.*] Ut ſunt provinciarum præſidatus. nam his adnexum jus gladii: interdum & legationibus, ut apud Capitolinum in Gordianis. Sed de iſtis adi ad Juriſconſultos.

6 *Nunquam vendi paſſus eſt.*] Imperator Juſtinianus Novella octava: ΑΡΓΥΡΟΛΟΓΕΙΝ ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ, ΠΑΣΗΣ ΕΣΤΙ ΠΟΝΗΡΙΑΣ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΕΡΑΣ.

GRUTERUS.

3 *Et à militibus amatus.*] Neſcio quid ſibi velit Pal. in quo, *& à militibus occiſus eſſet.* putaverim eſſe ſphalma ſcribæ.

SALMASIUS.

2 *Quod ille militaris eſſet & à militibus amatus.*] Non poſſum me hinc extricare. incertum de quo imperatore hæc dicantur. cum alium nullum nominet, de Alexandro utique accipiendum eſſet. nonnulla tamen ſunt quæ Alexandrum heic intelligi vetent. Palatinus ita hæc concipit: *ſed poſt juſſu imperatoris occiſus eſt, quod ille militaris eſſet, & à militibus occiſus eſt.* mera balbuties & ſtribligo. quis autem ille militaris? an imperator, an Ovinius? de iſto non poteſt hoc dici. quem delicatiſſimum fuiſſe ſupra tradidit. de imperatore ipſo nihilo magis. niſi nimis audax facinus poſſet videri, ſic optime poſſet heic locus concinnari, rejectis omnibus, quæ ſententiam turbant: *commendatumque militibus, à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad villas ſuas ire præcepit, in quibus diu vixit, ſed poſt injuſſu imperatoris, à militibus occiſus eſt.*

4 *Qui omnem ejus vitam in litteras miſerunt.*] Omnino ſcribendum: *qui omnes ejus vitam in litteras miſerunt.*

7 *Ego non patiar mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum.*] Nihil magnum aut mirandum dicit hoc loco Alexander: non poſſe damnare, eos

tiar mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſim. Erubeſco enim punire illum hominem qui emit & vendit. [1] Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit, [2] ita ut in ſenatu allegerentur. [3] Dexippus dixit uxorem eum [4] cujuſdam Martiani filiam duxiſſe, eundemque ab eo Cæſarem nuncupatum.

quos patiatur. qui quem enim patitur, non damnat; at qui damnat non patitur. inſignis hic locus de poteſtatum mercimonio, ſed inſigniter inquinatus. quod ego ſemper cum eſſem ſuſpicatus, ſuſpicionem meam mihi veram eſſe oſtenderunt optimi libri, in quibus ita ſcriptum offendi: *Ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi pariant damnare non poſſim.* quod auctor primæ editionis paulum interpolavit, ſic tamen, ut appareat, eandem in ſuis ſcripturam reperiſſe: habet enim illa editio: *& eos quos ſi pariant.* omnino legendum & diſtinguendum: *neceſſe eſt, qui emit, vendat. ego non patiar mercatores poteſtatum: quos, ſi pariant, damnare non poſſim. erubeſco enim punire illum hominem, qui emit, & vendit.* locum autem idcirco totum adſcripſi, ut dilucidior eſſet. Alexander hanc rationem habuiſſe ſe refert, quare non venderet honores & poteſtates, quod omnino qui emit aliquid, id neceſſe habet, ut vendat. quomodo, inquiebat, potero damnare, quibus poteſtatem aliquam vendidero, *ſi pariet*, hoc eſt ſi paria faciat, id eſt ſi itidem vendiderit, ut emit? id enim *pariare* ſignificat. quod notius eſt, quam ut pluribus ſit neceſſe explicare. unde *pariare* debitor dicitur creditori, qui paria illi facit, vel ſatisfacit. honorem igitur, vel officium, ut vulgo appellamus, qui vendit, quod emerat prius à principe, nonne pariat? hos igitur poteſtatum mercatores pati ſe nolle dicebat optimus imperator, quos, ſi pariarent, damnare jure non poſſet, id eſt, ſi venderent, quod emerant.

CASAUBONUS.

1 *Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit.*] Beneficii ſui fecit, ut ſacerdotia miſſis codicillis deferret pro arbitrio. & judicio ſuo olim ſacerdotia donabat populus: deinde ſenatus. idque jus ſæpe variavit.

2 *Ita ut in ſenatu allegerentur.*] *Senatum.*

3 *Dexippus dicit.*] Athenienſis dux ſtrenuus idemque rhetor, & hiſtoriarum ſcriptor: cujus ductu victos Gothos cum vaſtarent Achaiam, & Athenas petiſſent, narrat Pollio in Gallienis. deſcripſerat hiſtoriam ſuorum temporum, orſus ab Alexandro Severo ad finem Claudii & initia Aureliani. Dictus eſt Erennius Dexippus, auctore Suida. ejus ſæpe meminit Georgius Monachus. Vidimus olim Excerpta quædam ex illius hiſtoriis in altero tomo Πρεσβειῶν, quem à Fulvio Urſino non editum, edit nunc Auguſtæ Vindelicorum David Hœſchelius, vir optimus, & bono Reip. natus.

GRUTERUS.

2 *Ita ut in Senatu allegerentur.*] Alia oritur ſententia ex ſcriptura exemplaris Pal. in quo, *allegarentur.*

4 *Cujuſdam Marciani filiam.*] Sic & Palatinus noſter.

SALMASIUS.

4 *Cujuſdam Martiani filiam.*] *Cujuſdam Macriani filiam.* ita Pal. & mox, *Macrinus: quum vellet occidere inſidiis Alexandrum Macrinus.*

1 *Verum*

tum. [1] Verum quum vellet inſidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, & ipſum interemptum, [2] & uxorem abjectam. [3] Idem dicit, fuiſſe patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, [4] non uxoris ſororis ejuſdem filium. Quum Chriſtiani quendam locum qui publicus fuerat occupaſſent, contra popinarii dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit, [5] melius eſſe ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur. Quum igitur tantus ac talis imperator domi ac foris eſſet, [6] iniit Parthicam expeditionem: quam tanta diſciplina, tanta reverentia ſui egit, [7] ut non milites, ſed ſenatores tranſire dicerentur. Quacunque iter legiones faciebant, [8] tribuni accincti, centurio-

CASAUBONUS.

1 *Verum cum vellet per inſidias occidere Alexandrum M.*] Tu vero lege Herodianum; qui invidia hujus facti atrociſſimi Mammæam onerat.

2 *Et uxorem abjectam.*] In Africam relegatam.

3 *Idem dicit fuiſſe patruum.*] Scimus hoc falſum: ſed vellem extarent Græca Dexippi verba: nam fortaſſe illa quaſi prætereiens aut aliud agens legit Lampridius.

4 *Non uxoris ſororis ejuſdem filium.*] Emendavimus initio hujus libri.

6 *Iniit Parthicam expeditionem.*] Anno imperii XIV. inquit Herodianus: cum annos XIII. rexiſſet imperium in alta quiete. ſed error eſt in numeris: aut nimis hallucinatur Herodianus. incidit autem expeditio hæc Parthica, vel potius Perſica, ut infra dicetur, in annum XII. & XIII. minus hic error in Euſebii Chronico.

7 *Ut non milites ſed ſenatores tranſire dicerentur.*] Conjunge his quæ paulo poſt ſequuntur de eorum pœnis qui de via in alicujus poſſeſſionem deflexiſſent qua de re multa in libris juris civilis leguntur. extatque Juſtiniani integra Novella περὶ παρόδου στρατιωτῶν, CXXX.

SALMASIUS.

5 *Melius eſſe ut quomodocunque illic Deus colatur.*] *Ut quemadmodumcunque.* ita Palatinus & princeps editio.

8 *Tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant.*] Quidam ſunt gradus corruptionum: non enim cito aut primo pedatu, ad peſſimum venitur. ut ecce, ex vitioſa lectione membranarum, quæ hoc loco habent *tribuni aciti, centuriones verecundi*, vitioſiorem dederunt primi editores, *tribuni acciti.* mox vitioſiſſimam recentiſſimæ quæque editiones ex correctorum ingenio procuderunt, atque hæc eſt, *accincti.* ſed ad fontem ipſum recurramus, vitiique originem, ut facilius tolli poſſit. ſcripta ergo lectio, *aciti.* quam minus mendoſam, immo emendatiſſimam feceris addita una litterula: *tribuni taciti, centuriones verecundi, milites amabiles erant.* tribuni plerumque pro imperio clamoſi ſtrepique, centuriones impudentes, milites omnibus odioſi. omnia ſecus in Alexandri exercitu: nam & tribuni taciti, centuriones verecundi, milites omnibus amabiles erant, ita ut non milites, ſed Senatores tranſire viderentur. vulgatam lectionem nemini ferendam, tulerunt hactenus doctiſ-

turiones verecundi, milites amabiles erant: [1] ipſum vero ob hæc tot & tanta bona [2] provinciales ut deum ſuſpiciebant. Jam vero ipſi milites juvenem imperatorem ſic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem: veſtiti honeſte, calciati etiam ad decorem, armati nobiliter, equis etiam inſtructi, & ephippiis ac frenis decentibus prorſus, ut Romanam Remp. intelligeret quicunque Alexandri vidiſſet exercitum. Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, imo ut Macedonem illum vinceret, dicebatque inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum intereſſe debere. [3] Fecerat denique ſibi argyroaſpidas & chryſoaſpidas; [4] fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos *phalangarios* vocari juſſerat, & [5] cum quibus mul-

doctiſſimi viri, nec illi ſtatus controverſiam moverunt; quod miror.

GRUTERUS.

1 *Ipſum vero ob hæc tot & tanta bona provinciales ut Deum ſuſpiciebant.*] Nihilo pejus rectrovulgatum, *ſuſcipiebant*, quod & in Palatino.

CASAUBONUS.

2 *Provinciales ut deum ſuſcipiebant.*] Operarum error, pro *ſuſpiciebant.*

3 *Fecerat denique ſibi argyroaſpidas & chryſoaſpidas.*] Imitatione Alexandri. Athenæus, & qui res illius deſcripſerunt. notat & Julius Pollux χρυσασπίδας & ἀργυρασπίδας Macedonica eſſe nomina vel πεζεταίρων.

4 *Fecerat & Phalangem.*] Et hoc imitatione Alexandri. præter Græcos Suetonius libro VI. capite XIX. & ſupra in Caracallo.

5 *Cum quibus multum fecit in Perſide.*] Eruditiſſimus vir Petrus Faber *multum fecit*, interpretabatur hoc loco, multum temporis conſumſit. nam apud Juriſconſultos τὸ *facere*, pro morari & habitare ſæpe accipitur. & ita Græcos quoque recentiores ποιεῖν χρόνον, pro διατρίβειν ἐνιαυτὸν ſæpe dicere, olim monebamus. Sed aliter hic τὸ *facere* accipiendum. ſicut paullo poſt: *cum Alexander ſub ictu teli verſaretur, manu plurimum faceret.* Plinius epiſt. XIX. libri quinti: *ars ejus & quaſi inſcriptio comœdus, in qua plurimum facit.* ſic accipiendum libro V. ep. XVII. *equidem omnes qui aliquid in ſtudiis faciunt, venerari etiam mirarique ſoleo.*

SALMASIUS.

5 *Et cum quibus multum fecit in Perſide.*] Legitur in prima editione: *& cum quibus multum fecit iter in Perſide.* Sed illud *iter* interjectum patet ab eo qui hoc genus loquendi minime intelligeret, *multum fecit. multum facere* autem nihil aliud eſt quam fortiter agere, & multa fortia facta in bello edere. multa facere & multum dicebant. ſic in Maximinis, *multa oſtendere*, pro eodem poſuit: *eratque in armis ipſe magnus*, exercitio & corpore multa ſemper oſtendens. dixere etiam recentiores, *multa arma facere*, & *arma facere*, & *multum armorum facere*. ſic paulo antiquiores Galli noſtri dicebant, *faire armes, faire beaucoup d'armes*, pro multa fortia facta in armis edere. Hinc etiam *alta facta armorum* vulgo dicimus. Græci ἔπραξε πολλὰ

[illegible]

multum fecit in Perſide: quæ quidem erat ex ſex legionibus ſimilium armorum, ſtipendiorum vero poſt Perſicum bellum majorum. Dona regia in templis 51
poſuit: gemmas ſibi oblatas vendidit, muliebre eſſe exiſtimans gemmas poſſidere, quæ neque militi dari poſſint, neque à viro haberi. Quum quidam legatus uniones duos uxori ejus per ipſum obtuliſſet magni ponderis & inuſitatæ menſuræ, vendi eos juſſit: qui quum pretium non invenirent, ne exemplum malum à regina naſceretur, ſi eo uteretur quod emi non poſſet, inauribus Veneris eos dicavit. Ulpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente, [1] quem ſæpe à militum ira objectu purpuræ

ποιεῖν eodem ſenſu dixerunt. Ageſilaus: τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας κατεστρεψάμεθα, καὶ τοὺς βαρβάρους ἠλάσαμεν, καὶ ἐν τῇ Ἰωνίᾳ ὅπλα ἐποιήσαμεν πολλά. multa arma fecimus. vetus Romanenſe manuſcriptum:

Autant que Roland fiſt d'armes à Roncevaux.

Græca etiam poſſunt aliter exponi.

GRVTERVS.

1 *Quem ſæpe à militum ira, objectu purpuræ ſummæ defendit.*] Illud *purpura ſumma*, non eſt ſcrupuloſe trahendum ad partem veſtis extremam, ſeu togæ laciniam; ſed ſimpliciter capiendum pro veſte Imperatoris, immo pro ipſo Imperatore, qui ſcilicet interventu ſuo aliquoties militum laniena ſubtraxerit Ulpianum.

CASAVBONVS.

1 *Quem ſæpe à militum ira objectu purpuræ ſummæ defendit.*] Sic apud Suetonium lib. primo, capite XIV. *toga objecta protegitur Cæſar.* apud Ammianum libro XXI. Julianus Nebridium militum gladiis appetitum, paludamento protegit. apud Dionem Caracallus Cilonem χλαμύδι περιβαλών, id eſt, objectu paludamenti ſimili periculo eximit. *Purpura ſumma* hic dicitur, quæ in ſumma ſive extrema veſte fuit prætexta. vel pro lacinia togæ extrema accipitur. Sæpe autem Ulpianum ab ira militum objectu purpuræ imperatoriæ fuiſſe defenſum ſcribens Lampridius, obiter ſignificat defendi tandem eum non potuiſſe. quod confirmat Dio: nocturnis prætorianorum inſidiis appetitum narrans, & tandem occiſum; cum nihil ei neque Alexander neque Mammæa ad quos confugerat profuiſſent. Georgius Monachus incoram imperatore occiſum ſcribit, cum licentiæ militari fortius reſiſteret; ſed Heliogabalum perperam nominat pro Alexandro, ὑπ' ἐκείνου Ἡλιογαβάλου, ait, Οὐλπιανοῦ τοῦ νομοθέτου τῇ γνώμῃ, σφόδρα τῇ στρατιωτικῇ ἀταξίᾳ ἀντεχομένου· διὸ καὶ ἀνῃρέθη τοῦ βασιλέως ὁρῶντος. Sed admiſſi ſceleris ſubiit mox prætorianorum animos pœnitentia ſimul & pudor: ut libenter in eos ſævirent, qui cædis hujus memoriam frequentarent. Atque hanc arbitramur cauſſam eſſe, cur de morte Ulpiani ita ſcribat Athenæus amicus illius & ſtudiorum, ut puto, ſocius, libro XV. καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ὥσπερ αὐτοῦ σιωπὴν καταψηφισάμενος ἀπέθανεν εὐτυχῶς,

οὐδεμία

ræ ſummæ defendit : atque ideo ſummus imperator fuit, quod ejus conſiliis præcipue Remp. rexit. In procinctu atque in expeditionibus [1] apertis papilionibus prandit atque cœnavit, quum militarem cibum cunctis videntibus atque gaudentibus ſumeret, circumiret prope tota tentoria, à ſignis abeſſe neminem pateretur. Si quis de via in alicujus poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, [2] aut fuſtibus ſubjiciebatur in con-

οὐδένα καιρὸν νόσῳ παραδοὺς, πολλὰ δὲ λυπήσας ἡμᾶς τοὺς ἑταίρους. videtur occiſum negare., ſed morte ſua obiiſſe, cum *ἀτυχῶς* fato functum ſcribit : ſed cædem innuit cum ſubjicit, ſine morbo eſſe mortuum : quod tamen ita dicit, ut putet qui neſciat patratam cædem, in parte felicitatis ab illo hoc quoque poſitum.

1 *Apertis papilionibus.*] Iterum infra in narratione cædis. ſic Hadrianus & alii.

SALMASIUS.

2 *Aut fuſtibus ſubjiciebatur in conſpectu ejus, aut virgis, aut condemnationi.*] Quid appellat heic condemnationem? volunt eſſe pecuniariam multam. ſed neſcio an huic interpretationi aſſenſum commodare debeam, adeo multa ſunt quæ me aſſentiri prohibeant. condemnatio generale verbum quo exilium, relegatio, deportatio, damnatio ad ludum, ad beſtias, ad opus, ad metallum, & reliqua pœnarum genera continentur: at condemationem de pecuniaria multa abſolute dictum nondum legi. condemnationem paulo ſupra dixit, peculatus & pecuniarum repetundarum, & ſuperius condemnationem de pœna falſi dixit. heic vero de pœna aliqua militari condemnationem uſurpavit. ſed qualis illa ſit videamus. dicit pro qualitate loci eos qui in alicujus poſſeſſionem deflexiſſent, aut fuſtibus ſubjectos, aut virgis, aut condemnationi. videtur à minoribus ad majorem aſcendiſſe. condemnationem igitur heic graviorem eſſe putandum eſt, fuſtium ictu & virgarum caſtigatione. at fuſtium ictus gravior eſt quam pecuniaris damnatio. leg. *in ſervorum.* Dig. *de pœnis.* nunc reſtat quærendum utrum gravior fuerit, fuſtium admonitio, an caſtigatio virgarum. non dubium quin ex hoc loco probari poſſit virgas eſſe graviores fuſtibus. nam fuſtes, ut leviores prius poſuit. Cujacius argumento legis unicæ Cod. de emendatione ſervorum, probari putat virgam eſſe minus quam fuſtem. ſancit illa lex nullum domino criminis metum eſſe ſuſtinendum ſi ſervus ejus quem virgis aut loris adflixerat aut cuſtodiæ cauſa in vincula conjecerat, mortuus ſit, ſed tunc reum eſſe homicidii dominum ſi eum vel ictu fuſtis occiderit, aut lapidis, vel telo uſus letale vulnus inflixerit, aut præcipitaverit, aut ſuſpendi fecerit. verum ex hac lege nullo modo colligi poſſe puto graviorem eſſe fuſtium pœnam, quam virgarum. nulla etiam ibi comparatio inſtituitur fuſtis aut virgæ. dominus qui ſervum loris aut virgis cædit, aut in vincula conjicit, non animo occidendi eum hoc facit, ſed caſtigandi aut cuſtodiendi, ideoque ſervo mortuo dierum diſtinctione depulſa nullam pœnam dominus ex ejus morte incurrit. ſi vero vel ictu fuſtis, vel lapidis, aut telo eum occiderit, non jam caſtigandi animo hoc facit, ſed occidendi voluntate. idcirco homicidii reus eſt. flagella, virgæ, lora, ſervi-

in conſpectu ejus, aut virgis, [1] aut condemnationi: [2] aut ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis, aut graviſſimis contumeliis, quum diceret, *Viſne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?* [3] Clamabatque ſæpius [4] quod à quibuſdam ſive Judæis ſive Chriſtianis audierat, & tenebat: idque per præconem quum aliquem emendaret, dici jubebat, [5] QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI

ſerviles ſunt caſtigationes. hinc virgatores & lorarii apud comicos cohercendis ſervis. virgidemia apud Plautum, & ulmeæ virgæ in ſervulorum tergo luſitantes. fuſtium igitur caſtigatio minor, quam aut virgarum aut flagellorum aut lororum verberatio. liberi ſed tenuiores homines fuſtibus cædebantur, leg. capitalium. D. de pœnis. & Juriſconſultus in pœnarum enumeratione quæ coërcitionem corporis habent, à fuſtium admonitione tanquam à leviore incipit: deinde flagellorum caſtigationem, & verberationem vinculorum infert. ubi vincula ſunt lora. flagellorum autem nomine plerumque etiam virgæ intelliguntur, & virgarum flagella. nam in arboribus & vitibus etiam flagella vocantur exiles & tenues virgæ quæ in ſummitate laſciviunt. virgæ tamen etiam aliquando pro fuſtibus. ſed de his alibi. hoc in loco fuſtes à virgis diſtinguit, & fuſtes priores poſuit tanquam leviores, mox virgas tanquam graviores, deinde condemnationem quaſi graviſſimam. excepto capitis ſupplicio nulla major inter militares pœnas quam militiæ mutatio, aut gradus dejectio. nam quibus capitis remittebatur, hi militiam mutabant, aut gradu depellebantur. condemnationem igitur heic aut in ultimum locum detruſionem, aut militiæ mutationem accipere poſſumus. notanda verba Lampridii quibus dicit hos milites pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubjectos aut condemnationi. & fuſtibus quidem aut virgis ſubjectos cenſeo, qui in infimo gradu militabant: gradu vero pulſos, qui alicujus eſſent in militia loci hinc illa D. de re militari, de militum pœnis: *pro modo delicti aut caſtigatur, aut gradu militiæ dejicitur.* item alio loco: *qui agmen exceſſit ex cauſa, vel fuſtibus cæditur, vel mutare militiam ſolet.* & apud Rufum de pœnis militaribus: *qui ſtatione ſua deceſſerit in pugna, aut fuſtibus cæditur, aut militiam mutat.* idem alibi: *miles qui militiam ſuam deſerit, aut flagris cæditur, aut militia ſua movetur.* ſi quis tamen heic malit condemnationem, pro pecuniari damnatione accipere, judicium ſuum ſequatur.

CASAUBONUS.

1 *Aut condemnationi.*] Multam pecuniariam κυρίως *condemnationem* vocat.

2 *Aut ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis.*] Supra, *ſi ejus dignitas graviori ſubjacere non poſſet injuriæ.*

3 *Clamabat ſæpius.*] Membranæ, *Inclamabat ſ.*

4 *Quod à quibuſdam ſive Judæis ſive Chriſtianis audiverat.*] Puto à Chriſtianis: quorum in ore ſcriptiſque frequens ſententia, ex Matthæi Euangelio capite ſeptimo, & Lucæ ſexto.

GRUTERUS.

3 *Clamabatque ſæpius, &c.*] Sic quoque Palat. non *Inclamabatque*; quod tamen minime huc impertinens.

CASAUBONUS.

5 QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS.] Totidem verbis hoc præceptum concipi ſolet etiam in

TERI NE FECERIS. Quam ſententiam uſque adeò dilexit, [1] ut & in Palatio & in publicis operibus præ-
52 ſcribi juberet. Idem quum quandam aniculam affectam injuriis à milite audiſſet, exautoratum eum militia ſervum ei dedit, [2] quod artifex carpentarius eſſet, ut

in ſcriptis patrum: ut apud Auguſtinum De doctrina Chriſtiana libro tertio: & ſæpe alibi. Sed audiamus facundiſſimi doctoris Johannis Chryſoſtomi obſervationem eruditam. Ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιήσωσιν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὐδὲν φορτικὸν, οὐδὲν ἐπαχθὲς οὗτος ὁ νόμος ἔχει. Ἃ θέλεις πάσχειν ταῦτα ποίει, φησίν· ἴση ἡ ἀντίδοσις. καὶ οὐκ εἶπεν, Ἃ μὴ θέλετε πάσχειν μηδὲ ποιεῖτε, ἀλλὰ τὸ πλέον. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀποχὴ κακῶν, τοῦτο δὲ ἐργασία καλῶν, κἀκεῖνο τοῦτο συμπεριείληπται. καὶ οὐκ εἶπε, ταῦτα καὶ ὑμεῖς θέλετε· ἀλλὰ, ποιεῖτε αὐτοῖς. locus eſt in homilia XVIII. in poſteriorem ad Corinthios.

1 *Ut & in palatio.*] Membranæ, *ut & in plateis.*

2 *Quod artifex carpentarius eſſet.*] Carpentum, ut ante diximus, pro vehiculo uſurpabant γυναικῶν. & carpentarius tam is qui alia plauſtrorum aut vehiculorum genera conficit, quàm qui carpenta. Nam ridiculum ſit exiſtimare, carpentarios qui in legionibus merebant cum ſcindulariis, capſariis, aquilicibus & aliis hoc genus artificibus, enumeratis lege ſexta Dig. De jure immunitatis, occupatos fuiſſe in matronarum carpentis fabricandis. Sic etiam accipiendum in Codice multis locis, & alibi. atque hac generaliore notione vocem *carpentarius* Gallicus idiotiſmus retinuit.

GRUTERUS.

1 *Ut & in Palatio, & in publicis operibus præſcribi juberet.*] Non aliter etiam Pal.

SALMASIUS.

2 *Quod artifex carpentarius eſſet.*] Recte monuerunt hoc loco doctiſſimi viri, *carpentarium*, non ita ſtricta ſignificatione accipiendum, ut de ſolo confectore atque artifice carpentorum quæ ita proprie appellabantur, intelligamus. nam *carpenta*, tunc omnia vehicula vocabant. carpentum boum, carpentum mulare in vita Heliogabali, & carpentum judiciale apud Vopiſcum. ſic etiam carpenta camelorum dicebant de ſagmis, vel clitellis camelorum. carpentarios Græci σαγματοποιοὺς interpretantur leg. I. Cod. de excuſat. artif. vide ibi Cujacium. ſic carpenta redarum Cod. Theod. de curſ. publ. leg. XXX. *Perſpicue ſanxeramus ut in carpentis redarum menſuram ſubditam nullus exerceret.* hinc *carpentarius redarius* infra, qui carpenta redarum fabricat, & *carpentarius vehicularius*, qui carpenta vehiculorum. inter artifices qui exercitum ſequebantur, & in ſingulis legionibus erant ſub præfecto fabrorum, nominat Vegetius fabros tignarios, ſtructores, carpentarios, ferrarios. non igitur tam laxa ac generali notione accipiebantur tunc carpentarii, ut hodie capiuntur Gallico idiotiſmo. & fallitur vir doctiſſimus qui ita exiſtimat hoc loco intelligendos carpentarios, ut vulgo eos vocamus. nam carpentarius hodie nobis eſt, quem veteres tignarium fabrum vocarunt. aperte vero Vegetius tignarios à carpentariis ſeparat. carpentarii erant, qui carpenta hoc eſt vehicula militaria, portandis militum impedimentis, aut etiam ægrotis militibus vehendis, conficiebant. nam carpenta in caſtris ad hæc fere habebantur. Lampridius ſupra: *ægrotantes ipſe viſitavit per tentoria milites, etiam ultimos, & carpentis vexit & omnibus neceſſariis adjuvit.*

ut eam paſceret. Et quum dolerent hoc milites factum; perſuaſit omnibus, ut modeſte ferrent, & eos terruit. [1] Ἀναίμακτον imperium ejus, quum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum eſt, quod ſenatorum nullum occiderit, ut Herodianus Græcus ſcriptor refert in libris temporum ſuorum. Severitatis autem tantæ fuit in milites, ut ſæpe legiones integras exautoraverit; [2] ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit, idcirco quod in vitam ſuam dici nihil poſſet quod unquam tribuni vel duces de ſtipendiis militum quicquam accepiſſent, dicens, [3] *Miles non timet niſi veſtitus, armatus, calceatus, & ſatur, & habens aliquid in zonula*: idcirco quod mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocaret armatum. [4] Apparitores

juvit. & carpenta quidem à carpendis & ſcindendis lignis ex quibus conficiebantur, dicta eſſe nemo ambigit. hinc carpentarios, vulgo appellamus tignarios fabros, & qui ligna carpunt, ſcindunt, quadrant & aptant ad ædificandum. Wilielmus in libris de bello ſacro militem neſcio quem Carpentarium cognomen habuiſſe refert, quod multum fartum ex hoſtibus faceret, & lignarii fabri more, qua cædendo qua obtruncando quidquid in manus veniret, multum ferro uteretur.

CASAUBONUS.

1 Ἀναίμακτον *imperium ejus, cum fuerit durus & tetr.*] Hoc jam antè dictum & refutatum: ſed levi argumento aut potius nullo. Erat hæc ſolennis gloriatio bonorum præſidum provinciarum; quod fuiſſet eorum adminiſtratio ἀναίμακτος. Ambroſius epiſtola LVIII. *Scio pleroſque gentilium gloriari ſolitos, quod incruentam de adminiſtratione provinciali ſecurim revexerint.* eſt & principum elogium, ſed optimi tantum cujuſque, ut Pii, de quo Capitolinus: *ſolus omnium prope principum prorſus ſine civili ſanguine & hoſtili, quantum ad ſeipſum pertinet, vixit.* Pii igitur verè ἀναίμακτον imperium: Alexandri autem alio ſenſu ſine ſanguine dictum: nullo reſpectu ſanguinis hoſtilis, qui multus per eum fuſus; neque ſceleratorum qui juſtas dederunt pœnas: ſed tantum inſontium & bonorum; è quo numero per Alexandrum periit nemo. hoc voluit Herodianus, duobus locis, quæ antè attulimus. ſed Lampridius cum addit, *quod ſenatorem nullum occiderit, ut Herodianus Græcus ſcriptor refert*, legiſſe apud Herodianum videtur: εἰς τοὺς ἀριστοκρατικωτάτους ἐλαύνει τῆς βασιλείας ἔτος, ἀναιμωτὶ ἦρξεν. οὐδένα γέ τινα εἰπεῖν ἔχει τὸν ἀκρίτως βουλευτὴν φονευθέντα. hodie abeſt à noſtris codicibus vox βουλευτὴν: quam ne Herodianum quidem pro ſua puto fuiſſe agniturum.

2 *Ex militibus Quirites appellans.*] Suetonius in Julio capite LXX. *Quirites eos pro militibus appellarat.* eadem Polyænus atque alii.

3 *Miles non timet niſi veſtitus.*] Lucanus libro II. *neſcit plebes jejuna timere.*

4 *Apparitores denique nullos eſſe paſ.*] Scribe ſic hanc periodum. *Apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt tribunus*

 aut

ritores denique nullos eſſe paſſus eſt: tribunis aut ducibus, niſi milites anteire voluit: juſſitque ut ante tribunum quatuor milites ambularent; ante ducem, ſex; ante legatum, decem: [1] hique ad domos ſuas reciperentur.
53 Et ut ſeveritas ejus agnoſci poſſet, unam concionem militarem indendam putavi, [2] quæ illius in rem militarem mores oſtenderet. Nam quum Antiochiam veniſſet, ac milites lavacris mulibribus & deliciis vacarent, eique nuntiatum eſſet, omnes eos comprehendi juſſit, & in vincula conjici. Quod ubi compertum eſt, mota ſeditio eſt à legione [3] cujus ſocii erant in vincula conjecti. Tum ille tribunal aſcendit, vinctiſque omnibus ad tribunal adductis, circumſtantibus etiam militibus, & quidem armatis, ita cœpit: [4] *Commilitones, ſi tamen iſta vobis quæ à veſtris facta ſunt diſpli-*

aut ducibus: neque eis niſi milites anteire voluit.

GRUTERUS.

4 *Apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt: tribunis aut ducibus, niſi milites, anteire voluit: juſſitque ut ante tribunum, &c.*] Palatinus brevius: *aut ducibus milites, juſſitque ut antea trib.* ut forte illa diſtinctio tenenda ſit, abjecto tamen præterea verbo, *milites.*

SALMASIUS.

4 *Apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt: tribunis aut ducibus niſi milites anteire voluit.*] Refingenda hæc periodus ad modulum quem præſcribit vetus Palatinus hoc modo: *apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt tribunis aut ducibus niſi milites, juſſitque ut ante tribunum quattuor milites, &c.* nec plus in hac correctione nobis licere voluimus quam ut *niſi* de noſtro adderemus, cetera hauſimus ex optimo codice.

1 *Hique ad domos ſuas reciperentur.*] Nihil mutant libri ſcripti. prima tamen editio legit: *hique ad domos ſuos reciperent*, longe alio ſenſu, & niſi fallor, falſo. voluit enim Alexander, ut milites illi, qui tribunis, ducibus, legatis apparebant, apparitionis officio peracto, ad domos ſuas reciperentur, nec hærerent in miniſterio ducum aut Tribunorum, niſi ſolum ad apparendi officium. poſſet legi: *ad domos ſuas ſe reciperent.*

2 *Quæ illius in rem militarem mores oſtenderet.*] *In re militari mores oſtenderet.* Adhæſit enim littera *m*, in utroque verbo, ex initio ſequentium dictionum.

GRUTERUS.

3 *Cujus ſocii erant in vincula conjecti.*] Purior eſſet oratio, ſi abjicerentur tres voces à fine, *in vincula conjecti.*

CASAUBONUS.

4 *Commilitones, ſi tamen iſta vobis quæ à veſtris facta ſunt diſplicent.*] Cum diffluentes luxu milites appellaſſet *commilitones*, ut ſoliti omnes principes, addit ἐπανόρθωσιν: quaſi dicat, ſi tamen commilitones, aut omnino milites eſtis, eaque vobis diſplicent quæ à veſtris facta ſunt. nihil hic mutandum.

diſplicent, diſciplina majorum Remp. tenet: [1] *quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. Neque enim ſub nobis iſta facienda ſunt quæ ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt. Milites Romani, veſtri ſocii, mei contubernales & commilitones,* [2] *amant, potant,* [3] *lavant.* [4] *Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt: hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam ſupplicio?* Tumultus poſt hoc ortus eſt. Atque iterum, [5] *Quin continetis vocem in bello contra hoſtem non contra impe-*

SALMASIUS.

1 *Quæ ſi dilabatur & nomen Romanum & imperium ammittemus.*] Melius, ut omnes libri habent, ſcribere: *diſciplina majorum remp. tenet: quæ ſi dilabitur, & nomen Romanum & imperium amittemus*, vel, *quæ ſi dilabetur.*

2 *Amant, potant, lavant, Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt.*] Græcorum hic erat mos, amare, potare, lavare: quinam igitur præter illos ad Græcorum morem ſe inſtituebant? aut qui mos ille Græcus? vitium hujus loci non vidiſſe viros doctiſſimos miror: quod equidem videram, vel priuſquam ſcriptos codices tetigiſſem; quorum ope, id etiam ſuſtuli. Illi ſic igitur præferunt: *amant, potant, lavant Græcorum morem & quidem ſe inſtituunt.* in promptu eſt legere: *amant, potant, lavant, Græcorum more & quidem ſe inſtituunt*, vel: *Græcorum in morem.* Poſſet tamen aliter legi, ac diſtingui, hoc nempe modo: *amant, potant, lavant, Græcorum more. equidem ſi inſiſtunt, hoc ego diutius feram, & non eos capitali dedam ſupplicio.* *inſiſtere* contrarium eſt τῷ deſiſtere. *& quidem ſi inſiſtunt*, hoc eſt, ſi pergunt facere quod faciunt, ſi non deſiſtunt. hanc lectionem veram opinor.

3 *Lavant.*] Lavacra & balnea militibus interdicta. Polyænus de Scipione corruptam diſciplinam in exercitu ſuo corrigente: ἀργυρῶν δὲ ἐκπωμάτων μὲν ἔχειν καὶ λέβητα μηδένα. Dionis epitoma de Antonino Caracalla qui gregarii militis more modoque vitam agebat: καὶ γὰρ συνεβάδιζε τοῖς στρατιώταις καὶ συνέτρεχε, μὴ λουτρῷ χρώμενος, μὴ τὴν ἐσθῆτα ἀλλάσσων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἔργου συνεργαζόμενος, καὶ πᾶσαν τροφὴν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις αἱρούμενος. Chryſoſtomus in priorem ad Timotheum: στρατιώτης λουτροῖς καὶ θεάτροις προσσαίχων καὶ πραγματείαις ὡς λιποτάκτης κρίνεται.

CASAUBONUS.

4 *Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt.*] Gallicanus in vita Caſſii.

5 *Qui in concione eſtis, vocem c.*] Lege ſic hanc periodum, inducto verbo *emittite*, quod in fine poſitum non agnoſcunt libri meliores: *Quin continetis vocem in bello contra hoſtem, non contra imperatorem veſtrum neceſſarium?* Sic ſtatim, *Continete igitur vocem truculentam.* ſed Alexander, etiam hic imitatus Ciceronem: quem pro Rabirio perduellionis reo orantem, cum interpellaſſet concionis clamor, ille ſeditioſos cives increpans, *Quin continetis vocem*, inquit, *indicem ſtultitiæ veſtræ, teſtem paucitatis?* ita olim emendavit illuſtravitque hunc locum Cl. Puteanus, ingenio, judicio, eruditione, atque omnibus animi dotibus inſtructiſſimus.

GRUTERUS.

5 *Quin continetis vocem in bello contra hoſtem, non contra Imperatorem veſtrum neceſſa-*

imperatorem veſtrum neceſſariam? [1] *certè campiductores*

neceſſariam.] Emendatio eſt à libris ſcriptis aliorum, ut & à Palatinis noſtris; quorum literæ omnino eo ducunt; neque agnoſcunt vocem ultimam quæ annexa vulgatis, hoc modo: *Qui in concione eſtis vocem in bello contra hoſtem non contra Imperatorem veſtrum neceſſariam emittite.*

CASAUBONUS.

1 *Certe campiductores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas.*] Puteani codex, *Campi certè doctores veſtri.* campiductores ſive campidoctores, ὁπλοδιδάσκαλοι ſunt, qui tironem vera arma docent tractare. ab his diſcebant milites & certas voces, ac formulas artis militaris; quales referunt multas & quidem pleraſque Latinas Leo imperator & alii qui Tactica Græce ſcripſerunt. vide Vegetium.

SALMASIUS.

1 *Certe campiductores veſtri.*] Scribendum heic, *campidoctores.* ſic enim optimi libri paſſim ſcriptum exhibent. & falluntur doctiſſimi viri qui à ducendo, non à docendo deducunt. exercitum quidem ducere & ductare dicebant. ſed aliud ducis officium, aliud campidoctoris. ducis enim eſt & ducere & educere in campum exercitum: at campidoctoris docere quæ ad campum pertinent. *Campus* autem locus in quo exercentur milites, ſed & in quo prælium committitur. unde & *campo occumbere* qui in prælio occiditur. & *campum colligere* victor dicebatur. vide Vegetium. ſic *ad campum exercitum producere* Cypriano eſt in prælium educere. *campum minari* apud Corippum eſt bellum denunciare:

Ergo ſigna meis Cagan contraria ſignis
Ferre parat, lituoſque mihi campumque minatur
Gens Avarum ni pacta damus?

Inde *campiones* dicti milites, & luctatores & gladiatores, qui in campo clauſo, ut vulgo dictitant, dimicabant. Iſidorus: *Campiones, gladiatores.* ſed *campus* proprie militum, ut *arena* gladiatorum. Vegetius: *nec unquam aut arena aut campus invictum armis virum probavit niſi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum.* campum ad milites, arenam ad gladiatores retulit. hæc tamen invicem vertuntur. nam & arena campus eſt gladiatorum, & campus eſt arena militum. hinc campiones gladiatores, vel arenarii. *campum pugnæ* vulgo dicimus, & *campum* locum caſtrorum, vel caſtra ipſa. campidoctores igitur à docendo non à ducendo dicti. quod & hic locus indicat: *certe campidoctores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos & Perſas emittere.* Vegetius: *præterea illo exercitii genere quod armaturam vocant, & à campidoctoribus traditur, imbuendus eſt tiro.* ſed omnes ibi libri pro *à campidoctoribus*, uno conſenſu ſcriptum exhibent, *à primis doctoribus.* ſcribendum: *ab armidoctoribus.* paulo poſt doctores armorum eodem capite eos appellat: *ita autem ſevere apud majores exercitii diſciplina ſervata eſt, ut & doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis.* ſed non multum refert utro modo legatur. nam armidoctores & campidoctores iidem. Gloſſæ campidoctorem ὁπλοδιδακτὴν exponunt, & armidoctorem ὁπλοδιδάσκαλον. armaturam ab armidoctoribus tradi ſcribit Vegetius lib. I. cap. XIII. idem eam ſub campidoctore percipi notat. lib. II. cap. XXIII. ſed armaturam pro armorum exercitio perperam accepere doctiſſimi hujus ætatis viri. exercitium armorum proprie dicebatur, quod enſe & clypeo fiebat, cujus ars erat in feriendo adverſario & ſe protegendo. de quo ſatis diximus ad Hadriani vitam. ſed & armorum exercitium ad alia etiam poteſt armorum genera extendi, quibus olim exercebant milites. nam

ad

ad omne genus armorum dicuntur exerceri Vegetio, dum ſcilicet haſtile contorquent, ſudem vibrant, jacula ſagittaſque mittunt, ad palum battuunt. hoc cenſu armaturæ exercitium apud Vegetium eſſe ſumendum cenſebat Lipſius, & ex eodem Vegetio colligi poſſe non aliud quam haſtilium, jaculorum, pilorum, ſagittarum miſſionem ſub hoc nomen veniſſe. immo nihil horum veniſſe ſub hoc nomen ita palam eſt ex Vegetio, ut valde mirer quomodo potuerit eam ſententiam ex illo auctore haurire, ex quo contrariam in eadem re cuivis colligere facile eſt. cap. XI. lib. I. tradit quomodo ad ſcuta viminea, vel ad palos antiqui exercuerint tirones. cap. ſeq. non cæſim ſed punctim ferire docendos tirones præcipit. deinde caput tertium decimum interjicit de armaturæ exercitio: capite mox ſubſequenti, id eſt XIV. ita incipit: *ſed ad inceptum revertor. Tiro qui cum clava exercetur ad palum,* &c. redit ſcilicet ad caput undecimum ubi tractaverat de palaria exercitatione. caput igitur tertium decimum quod eſt de armaturæ exercitio quaſi inſertum eſt extra rem in illum locum ab auctore, nec quicquam habet commune cum præcedentibus aut ſequentibus capitibus, quibus in omni genere armorum exercitia tradit. inſititio igitur illo capite de armatura videtur auctor interrupiſſe orationis ſuæ contextum, & continuam tractationem quam inſtituerat de variorum exercitiis armorum, de palaria, de miſſilibus jaciendis, de ſagittis, de lapidibus jactandis, de plumbatarum exercitio, idque ſatis clare oſtendit his verbis quæ initio capitis quarti decimi poſuit, ſtatim poſt caput illud de armatura: *ſed ad inceptum revertor.* ſed ut paucis abſolvam, armaturam vocat Vegetius proluſionem & meditationem campeſtrem quæ in armis & ſub ſignis fiebat, non ſecus ac ſi cum hoſte confligendum eſſet, in qua proluſione diſcebat tiro, & ordines ſervare, & vexillum ſuum comitari, ad haſtam, ad clypeum declinare, & reliquos armaturæ numeros & geſtus. cap. IV. lib. I. *neque enim parva, aut levis ars videtur armorum ſive equitem ſive peditem ſagittarium velis imbuere ſive ſcutatum armaturæ numeros omnes, omneſque geſtus docere, ne locum deſerat, ne ordines turbet, ut miſſile & deſtinato ictu & magnis viribus jaciat, ut foſſam ducere, ſudes ſcienter figere norit.* vides inter armaturæ geſtus & numeros id ſolum poni, ne locum deſerat miles, ne ordines turbet: nam reliqua quæ ſequuntur de miſſilibus jaciendis & ſudibus figendis & foſſis ducendis, ad armorum quidem generalem ſcientiam & artem pertinent, non ad armaturam. proluſionem vocat illud armaturæ exercitium cap. XII. *& milites qui parum in illa proluſione profecerant pro frumento hordeum cogerentur accipere.* lib. II. cap. XXIII. de eadem armatura loquens: *illud vero majus eſt quiddam, ordines ſervare diſcunt, & vexillum ſuum in tantis permixtionibus in ipſa proluſione comitantur, nec inter doctos aliquis error exiſtit, cum multitudinis ſit tanta confuſio.* campeſtrem meditationem alibi vocat. armaturæ artem aperte diſtinguit à reliquis armorum exercitiis, cap. XIV. lib. II. *præterea centurio eligendus eſt magnis viribus & procera ſtatura, qui haſtas vel miſſilia perite jaculetur & fortiter, qui dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſime noverit, qui omnem artem didicerit armaturæ.* non igitur ars illa fuit armaturæ, miſſilia perite jaculari, ſcienter gladio dimicare, & ſcutum docte tractare, ſed locum in bello tueri, & ordinem ſervare, & vexillum ſuum comitari. idem lib. III. cap. IV. armaturam ab illis omnibus exercitiis ſeparat: *ad ſagittas jaciendas, ad miſſilia dirigenda, ad jactandos lapides vel funda vel manu, ad armaturæ geſtum, ad vectes per ſimilitudinem gladiorum, punctim cæſimque feriendo.* artem armaturæ, militarem artem idem vocat & artem bellandi: eaque exhibebatur ſub campidoctore in proluſione campeſtri, & decurſione:

 lib. I.

lib. I. cap. XIII. *& milites qui parum in illa prolusione profecerant pro frumento hordeum cogerentur accipere, nec ante eis in tritico redderetur annona, quam sub præsentia præfecti legionis, tribunorum vel principum experimentis datis oſtendiſſent ſe omnia quæ erant in militari arte compleſſe.* Militaris quoque ars Livio dicitur, quam milites exhibebant in decurſibus & proluſionibus illis campeſtribus in quibus ſimulacra pugnæ edebantur. lib. XLIV. *inter cetera*, inquit, *ſexageni ferme juvenes, interdum plures, ab apparatoribus ludi armati inducebantur. horum inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat, in parte elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium uſum.* geſtus illos & motus & gyros, progreſſiones, receſſiones, curſus, recurſus varios, permixtioneſque, evolutiones in armis & ſub ſignis factas, *armaturæ geſtus & numeros* vocat Vegetius, & *exercitium armaturæ*, ipſam proluſionem. hæc omnia autem à campidoctore docebantur qui & totam illam meditationem campeſtrem moderabatur. is juniores milites condocefaciebat, in illis proluſionibus & pugnæ ſimulacris, quomodo ordines ſervandi, ſequenda vexilla, in clypeum, in haſtam declinandum, quo pede ſe ab hoſte reciperent, & quemadmodum obverſi adverſariis, & in quanto ſpatio reſiſterent, quo clamore in hoſtem irruendum eſſet. Cicero: *quid exercitatio legionum? quid ille curſus, clamor, quanti laboris eſt?* de clamore Lampridius hoc loco: *quin continetis vocem in bello contra hoſtem, non contra imperatorem neceſſariam? certe campidoctores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos, & Perſas emittere.* hi etiam in agmine curabant, ne aliis feſtinantibus, aliis vero tardius ambulantibus acies interrumperetur, aut tenuaretur: tardius igitur incedentes accelerare compellebant, & nimis alacres, tardius ire cogebant. vide Vegetium libro III. capite VI. campidoctores igitur, quaſi campeſtris artis, & meditationis bellicæ quæ in campo fiebat, doctores. iidem & armidoctores, quod armorum ſcientiam, & armaturam traderent. armaturam autem & campeſtrem meditationem & proluſionem idem eſſe docuimus. hinc armidoctores, & campidoctores idem. campigenos videtur etiam eos vocare Vegetius lib. II. cap. VII. ubi nomine & gradus principiorum legionis enumerat: *campigeni*, inquit, *hoc eſt anteſignani, ideo ſic nominati quia eorum opera atque virtute exercitii genus creſcit campo.* genus exercitii quod per illos creſcere in campo dicit, eſt armatura quæ tradebatur à campidoctoribus. campigenos autem inter principia legionis enumerat. nam & alio loco, campidoctores & principia ſimul poſuit: *ſingulæ centuriæ dividentibus campidoctoribus, & principiis accipiunt pedaturas.* anteſignanos autem eos interpretatur, quia campidoctores & reliqua legionis principia ante ſigna pugnabant & anteſignani dicebantur. idem lib. II. cap. XV. *ſed ante ſigna & circa ſigna, nec non etiam in prima acie dimicantes, principes vocantur, hoc eſt ordinarii ceterique principales.* Ammianus: *horum campidoctoribus, ut fortium factorum anteſignanis poſt civitatis excidium armatas ſtatuas apud Edeſſam in regione celebri collocari juſſerat imperator.* campidoctores igitur & campigeni idem, & armidoctores multis locis apud Ammianum *campiductores* pro *campidoctores* habetur excuſum. ſed ibi ſemper in libris ſcriptum eſt *campidoctores*, & ita etiam hoc loco legendum ex libris non *campudoctores*. *campidoctor* in antiquis inſcriptionibus ſcribitur. ſcio Græcos qui tactica ſcripſerunt, καμπιδουκτορας dicere, idque impoſuit viris doctis, & perſuaſit, ut crederent ubique ſcribendum in Latinis auctoribus, *campiductores*. in quo fefellit eos Græculorum in Latinis nominibus, ſed & in ſuis enuntiandis conſuetudo. nam modo [illegible], modo [illegible] dicunt: & [illegible] pro [illegible]: [illegible] pro [illegible]: [illegible] pro [illegible]: [illegible]

res veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos ac Perſas emittere; non contra eum qui acceptam à provincialibus annonam, qui veſtem, qui ſtipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis neceſſariam, ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam: [1] *& incertum, an Quirites. Non enim digni eſtis qui vel Romanæ plebi ſitis, ſi jus Romanum non agnoſcitis.* [2] Et quum vehementius freme- 54
rent, ac ferro quoque minarentur, *Deponite* (inquit) [3] *dextras contra hoſtem erigendas, ſi fortes eſtis: me enim iſta non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit reſp. non ſenatus,* [4] *non* P. R. [5] *qui de vobis vindicet.* Quum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamavit, *Quirites, diſcedite, atque arma deponite.* Mirando exemplo depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, [6] omnes non ad caſtra ſed ad diverſoria varia receſſerunt [7] Tunque primum intellectum eſt quan-

νόνια pro κανόνια, & infinita ejuſcemodi. ſic καμπιδύκτορες illis ſunt qui Latinis campidoctores.

CASAUBONUS.

1 *Et incertum an Quirites.*] Nam ignavi, ut qui non reſpondebant ad delectum, aut murci qui pollices ſibi præcidebant ut fierent militiæ inhabiles, item φιλψάλτιδες, aut qui ſimilia flagitia admittebant, graviſſime puniebantur, atque interdum vænundabantur, ut eſt apud Suet. in Octavio.

5 *Qui de vobis vindicet.*] Lege ex membranis, *qui me de vobis vindicent.*

6 *Omnes non ad caſtra, ſed ad diverſoria varia receſſerunt.*] Exauctoratis & miſſione ignominioſa miſſis, neque in Urbe, neque alibi ubi imperator eſt, morari licebat. auctor Ulpianus lege ſecunda De his qui not. inf. & ex Ulpiano Modeſtinus lege VIII. De excuſat. Sed poteſt dubitari an hæc exauctoratio per vocem QUIRITES facta, miſſæ legioni ignominiæ notam inuſſerit. nam ita demum ignominioſa miſſio erat, inquit Ulpianus, cum is qui mittebat, addebat nominatim, IGNOMINIÆ CAVSSA SE MITTERE.

SALMASIUS.

2 *Et cum vehementius fremerent ac ferro quoque minarentur.*] *Fremeret* & *minaretur* in prima editione: quod ad concionem retulit ille quiſquis eſt qui primus mutandum id putavit.

3 *Dextras contra hoſtem erigendas ſi fortes eſtis.*] *Si fortes ſitis*, Palatinus & vetus editio.

4 *Non P. R. qui de vobis vindicet.*] Scribe ex Palatino: *non P. R. qui me de vobis vindicet.* nam illud *me* omnino heic neceſſarium.

7 *Tuncque primum intellectum eſt.*] Vetus editio: *tuncque privatim intellectum eſt.* vitioſe.

GRUTERUS.

5 *Qui me de vobis vindicet.*] Sic Pal. prius aberat pronomen *me*.

7 *Tuncque primum intellectum eſt,*

 quan-

quantum ejus ſeveritas poſſet. Denique etiam ſigna ſtipatores & ii qui imperatorem circundederant, in caſtra retulerunt, arma collecta populus ad Palatium tulit: eam tamen legionem quam exautoravit, [1] rogatus poſt dies xxx. priuſquam ad expeditionem Perſicam proficiſceretur, loco ſuo reſtituit, eaque pugnante maxime, vicit: quum tamen tribunos ejus capitali affecerit ſupplicio, quod per negligentiam illorum milites apud Daphnen luxuriati eſſent, [2] vel per conniven-

quantum ejus ſeveritas poſſet.] Pal. *Tuncque privatum.* an fuit? *privatim*, pro ſingulariter ac ſpeciatim.

1 *Rogatus poſt dies triginta, priuſquam, &c.*] Sic noſter Pal. ſic aliorum mſſ. non ut publicati, *per*.

CASAUBONUS.

1 *Rogatus per dies* xxx.] Membranæ, *poſt dies* xxx.

SALMASIUS.

1 *Rogatus per dies triginta.*] Omnino ſcribendum: *rogatus poſt dies triginta priuſquam ad expeditionem Perſicam proficiſceretur.* ab exauctoratione enim illius legionis triginta dies effluxere, poſt quos rogatus eam ſuo loco reſtituit. ſic Palatinus habuit ſcriptum, nec aliter excuſum legitur in veteri editione. mirum tam puſillam mendam, tamdiu heic hæſiſſe.

2 *Vel per connivientiam.*] Vetus editio: *combentiam*, pro *covibentiam*. ſemel heic dicam, *cohibentiam* vel *conhibentiam* fere ſemper ſcriptum reperiri in antiquis libris. optimæ Gloſſæ: *cohibentia*, ῥαθυμία, συνοχή. ſic & *cohibere*, pro *connivere*. eædem Gloſſæ: *cohibet*, καμμύει, καταμύει, συνέχει, ῥαθυμεῖ. quod peccatum putant vel auctoris vel librarii eſſe, viri doctiſſimi; ſed falluntur. reperitur enim *cohibere* hac ſignificatione etiam apud Calpurnium Ecloga IV.

Jam puerum calamos & odora vincula ceræ
Jungere jam cohibes, levibus quem ſæpe cicutis
Ludere conantem vetuiſti fronte paterna.

ubi *cohibere* manifeſto pro permittere & indulgere poſuit. ſic cohibentia Cod. Theod. lib. x. tit. xx. leg. x. *vel de cetero ſciant repetendi facultatem, ſilentii ſui cohibentia, perdidiſſe.* ita enim ibi legendum. idem libro IX. tit. XL. *quod ſi quiſquam poſt judicium vendibili cohibentia licentiæ huic præſtiterit aſſenſum, haut levia ſuſtinebit.* à *coeo*, *coivus*: ut ab *ineo*, *inivus*: à *vaco vacivus*. interjecta aſpiratione etiam *cohivum* dixere pro *coivum*, ut *cohercere* pro *coercere*. & *cohicere* pro *coicere*. Gloſſæ: *cohicit*, συγκλείει, ἐμβάλλει. hinc *cohivum* Gloſſæ interpretantur roſæ calycem, qui adhuc coit, nec dum apertus eſt. *cohivum*, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. pro *cohivum* porro, *conivum* etiam dixerunt. ut *conicere*, & *coicere*: *conire*, & *coire*. Gloſſæ: *conit*, *coit*. aliæ Gloſſæ: *conivum*, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. hinc *conivulus* diminutivum. Feſtus: *conivola*, *occulta*. Iſidorus in Gloſſis *conivolos* concordes & junctos interpretatur. Gloſſæ veteres manuſcriptæ: *conibuli*, *concordes*, *juncti*. eædem: *conjuga*, *conibulus*; *comparticeps*. à *conivus* igitur, verbum *coniveo* quod eſt καταμύω: ut à *cohivus*, *cohiveo*, pro quo littera mutata corrupte dixerunt *cohibeo*. ſic enim *conibulus* pro *conivulus* ſcripſere, & *cohibulos* pro *cohivulos*. Iſidorus: *cohibuli*, *concordes*, *conjuncti*. ita & *cohibeo* pro *cohiveo*: & *cohibentia* pro *cohiventia*. & cum ſecunda in *coniveo* & *cohiveo* produci deberet, quæ in dictionibus *conivus* & *cohivus* utique producitur, mediam tamen in *cohibeo*

pro

ventiam ſeditionem feciſſent exercitus. Magno igitur 55
apparatu inde [1] in Perſas profectus, Artaxerxem regem potentiſſimum vicit, [2] quum ipſe Alexander cornua adiret, milites admoneret, [3] ſub ictu teli verſaretur, manu plurimum faceret, ſingulos quoque milites ad laudem verqis adduceret. Fuſo denique fugatoque tanto

pro *cohibet* corripuit Calpurnius, quaſi à verbo *habeo* eſſet compoſitum. Gloſſæ: *cohibet*, κατέχει, συνέχει. ſed hæc grammaticis diſcutienda relinquamus.

CASAUBONUS.

1 *In Perſas profectus, Artaxerxem regem potentiſſimum vicit.*] Minime vero vicit: quin potius ab eo victus eſt: fuitque toto eo bello infeliciſſimus Alexander. ita Herodianus: cujus diſſenſum ab aliis in hujus belli hiſtoria poſtea notam Lampridius. Hic autem eſt Artaxerxes qui devicto & occiſo Artabano rege Parthorum ultimo, primus antiquum Perſarum in Oriente imperium renovavit, imperante Romanis Alexandro Mammææ. multa de hoc & regni hujus initio Herodianus libro ſexto, Agathias hiſtoria quarta, & Georgius Monachus in Alexandri hujus temporibus. Ab iſto Artaxerxe, vel, ut nominatur Agathiæ, Artaxare, Choſroæ genus ortum, inquit Georgius. ſic autem dicti ſunt vel nomine vel cognomine plerique omnes reges Perſici hujus imperii, ut & Parthici ante nonnulli. Duravit inſtitutum ab Artaxerxe regnum ab anno quarto Alexandri, qui fuit à reparata ſalute CCXXVI. ad annum dominicum IↃCXXXII. quo anno rex Perſarum Jezdegird ab Othman filio Ophan Scenitarum Arabum Amiran victus eſt atque interfectus. hic rex Græcis ſcriptoribus quibuſdam nominatur Ἰασδαγίρδης Σαρὶν Μαρὶ βασιλεὺς Περσῶν. Georgius Chryſococcus medicus in commentario de anno Perſico vocat Ἰασδακιρδὴν Σαρίαρ, id eſt Sirois filium, quem Arabes Schehariar dicunt, ut docuit Joſephus Scaliger in tertio De emendatione. Georgio Monacho dicitur hic Ἀδεσὴρ, & Anaſtaſio quoque Adeſir, voce mirum quantum corrupta. idem Georgius non iſtum ultimum Perſarum regem facit, ſed Hormiſdam: inter quem & Adeſit interponunt alii reges duos Sarabarzam & Varranem octavum. Scriptores Græci & Latini qui ante Alexandri Mammææ tempora Perſarum nomen pro Parthorum nomine uſurpant, caute ſunt legendi. ſic autem multi ſunt locuti: etiam in his libris ſæpe.

2 *Cum ipſe Alexander cornua adiret.*] Pugnat cum his pugnam ἀπὸ σκηνῆς hiſtoria Herodiani: qui Alexandrum ſuis defuiſſe tradit, vel metu, vel monitis Mammææ matris: quæ, inquit, γυναικείᾳ δειλίᾳ καὶ ὑπερβαλλούσῃ φιλοτεκνίᾳ ἤμβλυνεν αὐτοῦ τὰς πρὸς ἀνδρείαν ὁρμάς, πείθουσα δεῖν ἄλλους ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύειν, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν παρατάττεσθαι. ſed fatetur auctor hic ſe in hac hiſtoria eos ſecutum, qui contraria Herodiano ſcripſerant.

SALMASIUS.

3 *Sub ictu teli verſaretur.*] Aliter hac locutione, *ſub ictu*, utuntur illius ætatis ſcriptores, ut cum dicunt, *ſub ictu mortis*, quibus verbis temporis momentum deſignant, quo mors excipitur. in Palatino legitur hoc loco: *ſubjectus teli.* puto legendum: *ſub jactu teli verſaretur.* eadem, aut non multum abſimilis locutio apud primos & optimos, auctores, *intra teli jactum* con-

tanto rege, qui cum ſeptingentis elephantis, [1] falcatiſque mille & octingentis curribus ad bellum venerat, equitum multis millibus, ſtatim Antiochiam rediit, & de præda quam Perſis diripuit, ſuum ditavit exercitum: quum & tribunos ea quæ per vicos diripuerant, & duces & ipſos milites habere juſſiſſet. Tumque primum Perſæ ſervi apud Romanos fuerunt: quos quidem, quia indigne ferunt Perſarum reges [2] quempiam ſuorum alicui ſervire, acceptis pretiis reddidit: pretiumque vel iis qui manu ceperant ſervos dedit, vel in
56 ærarium contulit. Poſt hoc Romam venit, triumphoque pulcherrimo acto, apud ſenatum primum hæc verba habuit. Ex actis ſenatus die ſeptimo Kal. Octobris. [4] *Perſas P. C. vicimus.* [5] *longa eloquentia opus non eſt, tantum ſcire debetis quæ illorum arma fuerint, qui apparatus. Jam primum elephanti ſeptingenti: iidemque turriti cum ſagittariis & onere ſagittarum.* [6] *Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti jacent, decem & octo perduximus.*

conſiſtere, non etiam *intra teli ictum* dicentes.

1 *Falcatiſque mille & octingentis curribus.*] Infra tamen in oratione Alexandri mille tantum ponuntur: *falcati currus mille.* niſi ſit tibi numeri nota ad hunc modulum reſtituenda. quod non caret dubitatione.

2 *Quempiam ſuorum alicui ſervire.*] V. ed. *alicubi ſervire.* ſed nos editam præferimus.

CASAUBONUS.

3 *Poſt hoc Romam venit.*] Et hoc falſum, ſi conſtat fides hiſtoriæ Herodiani.

4 *Perſas P. C. vicimus. longa eloquentia opus non eſt.*] Malim, *Perſas P. C. vicimus longè: eloquentia opus n. e.* ſic mox: *Eloquentia opus non eſt.*

GRUTERUS.

5 *Longa eloquentia opus non eſt.*] Pal. *Longæ loquentiæ.* forſan non male. aliud enim *loquentia*, aliud *eloquentia.*

SALMASIUS.

5 *Longa eloquentia opus non eſt.*] Eadem editio: *longæ eloquentiæ opus non eſt.* quæ lectio favet conjecturæ doctiſſimi Caſauboni, qui legebat, *Perſas vicimus longe. eloquentia opus non eſt.* nos nihil mutamus.

6 *Ex his trecentos cepimus.*] Optimus liber: *triginta cepimus*, quem ego numerum magis verum & ex hiſtoriæ fide eſſe puto. Septingentos elephantos habuit Artaxerxes. ex his ducenti interfecti ſunt ab Alexandro, triginta capti, decem & octo perducti tantum. mirum autem magis eſſet, ex trecentis, qui capti fuerint, decem & octo tantum perductos fuiſſe. Si quis tamen contra tendat & vulgatam lectionem tueatur, me potius habeat aſſenſorem, quam pugnatorem. facile enim ex notis numeralibus trecenti in triginta degenerare potuerunt. ſed omnino melior Palatina lectio.

1 *Fal-*

mus. [1] *Falcati currus mille. Et adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: ſed id quia & fingi poterat, facere ſuperſedimus. Centum & viginti millia equitum fudimus:* [2] *cataphractarios,* [3] *quos illi clibanarios vocant,*

CASAUBONUS.

1 *Falcati currus mille, ſed adducere i.*] Scribe, *Falcati currus mille. Et add.* at in regio eſt, *F currus* MDC. *Add.* neſcio quam ex fide. nam in eo libro mire depravati ſunt præcedentes numeri.

2 *Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant.*] Ita ſcripti cum vulgatis, non *cataphractos.* Clibanarii ex Ammiano Marcellino & Græcis Tacticis notiſſimi ſunt. non eſt vox Græca, ſed Barbara è re impoſita, ut alibi, volente Deo, ſumus dicturi.

GRUTERUS.

1 *Falcati currus mille. & adducere.*] Vulgati *ſed adducere*; ut prorſus inclinem in numerum codicis Regii, *currus mille ſexcenti. adducere.*

2 *Cataphractarios, quos illi clibanarios.*] Sic quoque Pal. non *cataphractos.*

SALMASIUS.

1 *Falcati currus mille, ſed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus.*] Valde mihi ſuſpecta vox *ſed* hoc loco. quid enim heic facit? *ſed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus, ſed id quia fingi poterat.* omnino non cohæret, numerus etiam heic falſus. ſi vera ſunt, quæ ſupra prodidit, falcatis mille & octingentis curribus ad bellum veniſſe Artaxerxem. nullus igitur dubito locum numerorum, qui heic deſunt, ab illo *ſed* occupatum. ſcribe meo periculo: *falcati currus* M. D. CCC. *adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus. ſed id quia & fingi poterat, facere ſuperſedimus.* nihil verius.

3 *Quos illi clibanarios vocant.*] Falſo ſibi perſuaſerunt eruditiſſimi viri, vocem *clibanarios* non Latinam eſſe, ſed Perſicam: in quo, ut dixi, valide falluntur. res quidem ipſa Perſica. ſed & vocem habuerunt Perſæ qua rem illam exprimerent, quam Latini vertentes vocaverunt *clibanum.* loricæ enim Romanorum & Græcorum non ſoliferreæ, ſed ſquamis contextæ, hoc eſt ex multis particulis ferreis in modum ſquamarum compoſitæ. at clibani illi Perſici erant ex ſolido ferro, idcirco ſic nominati quod clibanorum ſpeciem referrent. ideo Ammianus ſimulacris manu Praxitelis illos comparat clibanarios. tales ſunt hodie thoraces quibus utuntur noſtri milites, quas *coracias* vocamus. ſunt enim ſoliferreæ. clibanos tamen etiam nominarunt quaſlibet loricas, ſive ex hamis ſuccuſæ eſſent, ſive ex ſquamis ferreis. Græci ἁλυσιδωτοὺς καὶ φολιδωτοὺς appellant, de quibus nos alibi plura dicemus. Gloſſæ nomicæ: κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι. κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ καλύβινα. ita enim legendum. *Clibanos* igitur vox Romana vel Græca potius, quos ſic dictos putabat ille auctor Gloſſarum κλίβανα quaſi καλύβινα, quod hominem totum contegerent, more καλύβης. vulgo perperam legitur, καλαμωτά. clibanarii ergo à clibanis quos geſtabant. ſic enim illi thoraces appellati à ſimilitudine clibanorum. Auctor anonymus de re bellica in expoſitione Thoracomachi: *Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, timoris ſollicitudo ſollertia magiſtra compoſuit: ut hoc inducto primum lorica vel clibanus aut his ſimilia fragilitatem corporis, ponderis aſperitate non læderent: membra quoque veſtientis inter armorum hyemiſque diſcrimen tali ſolatio adjuta labori ſufficiant.* video clibanum

vocant, decem millia in bello interemimus: eorum armis noſtros armavimus. Multos Perſarum cepimus, eoſdemque vendidimus. [1] *Terras Interamnanas, Meſopotamiæ ſcilicet, neglectas ab impura illa bellua recepimus.* [2] *Artaxerxem potentiſſimum regem tam re quam nomine, fuſum fugavimus, ita ut eum terra Perſarum fugientem videret: &* [3] *quæ ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum,* [4] *ea rex ipſe ſignis effugerit relictis. Hæc ſunt P.C. geſta. Eloquentia opus non eſt: milites divites redeunt,* [5] *laborem in victoria nemo ſentit. Veſtrum eſt ſupplicationem decernere, ne diis videamur ingrati.* Acclamatio ſenatus: *Alexander Auguſte, dii te ſervent. Perſice maxime, dii te ſervent. Verè Parthicus, verè Perſicus. Tropæa tua & nos videmus, victorias & nos videmus. Juveni imperatori, patri patriæ, pontifici maximo:* [6] *per te victoriam undique præſumimus. ille vin-*
57 *cit qui milites regit. dives ſenatus, dives miles, dives P. R.* Dimiſſo ſenatu Capitolium aſcendit, atque inde re divina facta, & tunicis Perſicis in templo locatis, concionem hujuſmodi habuit, *Quirites, vicimus Perſas, milites divites reduximus, vobis congiarium pollicemur,*

num vocari genus illud thoracis vel loricæ ferreæ, à quo clibanarii ſunt dicti cataphracti illi equites Perſici. Thoracomactos autem dicendos non thoracomachos alibi docemus.

CASAUBONUS.

1 *Terras Interamnas, Meſopotamiæ ſcilicet.*] Delenda cenſeo poſteriora duo verba; eſt enim merum gloſſema, niſi quis putet, ipſum Lampridium cum verba Alexandri deſcriberet, interpretamentum hoc adſuiſſe: quod fortaſſe verius eſt. Græcos autem imitatur Alexander, qui terram inter Euphratem & Tigrim ſitam, Padan aut Padan Aram in ſacris literis dictam, modo Μεσοποταμίαν nominant, modo τὴν μέσην ποταμῶν.

2 *Artaxerxem potentiſſimum regem, tam re quam nomine.*] Alludit ad ſolennem titulum literarum Orientis regum, qui ſe reges magnos vocitabant. nam & hic uſurpavit: Herodianus; ἔλεγεν ἡ πρεσβεία ὅτι δὴ κελεύει μέγας βασιλεὺς Ἀρταξέρξης. infra in Valeriano.

3 *Quæ ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum.*] Reſpicit cladem Craſſi.

6 *Per te victoriam undique præſumimus.*] Supple ex omnibus membranis: *Per te victoriam de Germanis ſperamus: per te victoriam und.*

SALMASIUS.

4 *Ea rex ipſe ſignis effugerit relictis.*] *Et quæ ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum, ea rex ipſe ſignis effugit relictis.* Ita Pal. & prima editio.

5 *Laborem in victoria nemo ſentit.*] Scribendum: *laborem in victoria nemo ſenſit.*

1 *Cras*

mur, [1] *cras ludos circenſes Perſicos dabimus*. Hæc nos & in annalibus, & apud multos reperimus. Sed quidam dicunt, [2] à ſervo ſuo eum proditum non viciſſe regem, ſed ne vinceretur, fugiſſe. Quod contra multorum opinionem dici non dubium eſt iis qui plurimos legerint. [3] Nam & amiſiſſe illum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus auctor eſt contra multorum opinionem. Poſt hoc cum ingenti gloria, & comitante ſenatu, equeſtri ordine, atque omni populo, [4] circumfuſiſque undique mulieribus & infantibus, maxime militum conjugibus, pedes Palatium conſcendit, quum retro currus triumphalis à quatuor elephantis traheretur. [5] Levabatur manibus omnium Alexander, vixque illi per horas quatuor ambulare permiſſum eſt, undique omnibus clamantibus, [6] *Salva Roma, quia ſalvus eſt Alexander*. Alia die actis circenſibus,

CASAUBONUS.

1 *Cras ludos Circenſes Perſicos dabimus.*] Ludi à cauſſa ob quam edebantur cognominati. ſic Κιρκήνσιοι Ἡφαίστιοι Circenſes Vulcanales apud Euſebium in Chronico, & Georgium monachum.

2 *A ſervo ſuo eum proditum.*] De hoc ſervo nihil Herodianus, quem tamen ſequi hîc videtur.

3 *Nam & amiſiſſe illum exercitum dicunt fame, frigore & morbo, ut Herodianus.*] Hodie ſcribitur in Herodiani libris, τῶν τριῶν μοιρῶν τοῦ στρατοῦ ἂν ἔτυχε μὲν τὸ πλεῖστον ἀπέβαλε διαφόροις συμφοραῖς, νόσῳ, πολέμῳ, κρύει. Lamprid. vero legit, νόσῳ, λιμῷ, κρύει. ſed deceperunt illum ſui codices: nam Herodianus ſcripſerat πολέμῳ. narrat eo loci eximius hiſtoricus, Alexandri contra Perſas exercitum in tres partes ab eo fuiſſe diviſum: quæ perierint omnes, ſed diverſo modo: unam partem in locum iniquum deductam, cum pugnare non poſſet, Perſarum ſagittis confixam internecione deletam: alteram partem morbo extinctam: tertiam denique partem frigore ἐν ὄρεσι διαφθαρῆναι, καὶ ἀκρωτηριασθῆναι οὐκ ὀλίγους ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ. de fame nihil Herodianus. perperam igitur in hujus hiſtoriæ anacephalæoſi legit Lampr. λιμῷ pro πολέμῳ.

4 *Circumfuſiſque undique mulieribus.*] Scripta lectio, *circumfuſus*.

5 *Levabatur manibus omnium Alexander.*] Scribe, *manibus hominum*. ut in membranis. ineptum eſt *omnium*. neque enim omnes eum levabant, ſed ii ſolum homines, qui, ut fit in turba, propius eum contingebant.

GRUTERUS.

4 *Circumfuſiſque undique mulieribus.*] Sic & Pal. non ut alii, *circumfuſuſque*.

5 *Levabatur manibus hominum Alexander.*] Ita quoque Pal. noſter, non *omnium*, ut editæ.

SALMASIUS.

6 *Salva Roma, quia ſalvus eſt Alexander.*] Simile illud ſcenicum canticum apud Phædrum in jocis:

Gratare incolumis Roma, ſalvo Principe.

1 Et

bus, & item ludis ſcenicis, deinceps, congiarum populo Romano dedit. Puellas & pueros quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mammæanas & Mammæanos inſtituit. Actæ ſunt res feliciter & in
58 Mauritania Tingitana per Furium Celſum, [1] & in Illyrico [2] per Varium Macrinum affinem ejus, & in Armenia per [3] Junium Palmatum, atque [4] ex omnibus locis

1 *Et in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus.*] *Marcianum* mallet legere vir doctiſſimus, quod Geneſius pater Alexandri hoc cognomen habuerit. ſed hoc nihil eſt. nam affinis dicitur Alexandri fuiſſe hic Macrinus, eumque, niſi fallor, repperi. is enim eſt Macrinus, cujus filiam duxerat Alexander. atque hinc illum affinem Alexandri vocat. ſupra Marcianus dicitur: *Dexippus dixit uxorem eum cujuſdam Martiani filiam duxiſſe, eumdemque ab eo Cæſareo nuncupatum.* ſed ibi memini me obſervare codices ſcriptos habuiſſe, *Macrianum*, ex quo non dubium eſt legi debere, *Macrinum*. ſic enim eum paulo poſt nominabant eædem membranæ: *verum cum vellet inſidiis occidere Alexandrum Macrinus, detecta factione, & ipſum interemptum & uxorem abjectam.* nec dubito quin hic ſit Varus Macrinus præfectus Illyrici, adfinis Alexandri, cujus nempe filiam duxerat Alexander.

CASAUBONUS.

2 *Per Varium Macrinum.*] Regius, *Macrianum*. puto verius; *Marcianum*. quod cognomen Geneſii patris Alexandri.

3 *Junium Palmatum.*] Reg. *Vernium Pal.*

SALMASIUS.

4 *Ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ ſunt delatæ*] Statius lib. v. ſylvarum, ſylva prima, cum ex omnibus locis tabellas laureatas Domitiano delatas eſſe vellet dicere, ſic loquutus eſt:

—— quæ laurus ab arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Iſtri,
Quid Rheni vexilla ferant, quantum ultimus orbis
Ceſſerit, & refluo circumſona gurgite Thule:
Omnia non lætas pila attollentia frondes,
Multaque famoſa ſignatur lancea pinna.

Omnes, inquit, nuncii qui ex diverſis orbis partibus venerunt, laureatas tabellas attulere, & ſumma pila laureis ornata habuere. in poſtremo verſu hæſerunt doctiſſimi viri, nec adhuc ſe expediverunt. ipſi quidem ſatis ſe putant correctionibus ſuis expediviſſe, ſed mihi non videntur. poſſem multis quare ita mihi videatur, exponere, ſed hoc ſupervacaneum. aut in his litteris nihil video, aut legendum apud Statium:

Omnia nam lætas pila attollentia frondes,
Nullaque famoſa ſignatur lancea pinna.

paula mutatione & locum egregie reſtituimus, & ſcitu non indignum antiquitatis morem eruimus. res lætas & bene geſtas nunciaturi, non ſolum cum tabellis laureatis, ſed etiam ſummis haſtis lauro veſtitis veniebant. è contrario qui res turbidas & improſperas, aut novos motus in provinciis excitatos, aut bellum nunciabant, rei triſtis indicium pinnis in ſummo haſtarum lancearumque fixis præferebant. non igitur ſomnia ſunt, quæ vetus interpres Juvenalis notavit ad illum locum Sat. IV.

—— tanquam è diverſis partibus orbis
Anxia præcipiti veniſſet epiſtola pinna.

antea, inquit, *ſi quid nunciabant conſules in urbem, per epiſtolas nunciabant: ſi victoria nunciabantur, laurus in epiſtola figebatur: ſi autem aliquid adverſi pinnæ, figebatur.*

cis ei tabellæ laureatæ ſunt delatæ, [1] quibus in ſenatu
& apud

tur: idem tradit Servius libro nono ad illud:

— pinnata per urbem
Nuncia fama ruit. —

quidam voluit ideo hic Famam pinnatam à poëta inductam, quæ tumultum & res adverſas nunciet, ut illud tangere videretur, quod qui bellum nunciaret, pinnatas litteras diceretur afferre. non audio virum doctiſſimum, qui litteras illas ideo pinnatas dictas fuiſſe vult, quod tanta celeritate deferrentur, ut pinnas habere, & volare crederentur. ego pinnatas cenſeo appellatas quod ferrentur à militibus qui pinnas in ſummo haſtarum fixas gerebant. quod erat rei mali geſtæ; aut belli ſignum. unde & ipſi tabellarii πτεροφόροι dicebantur ab illis pinnis, quas geſtabant, quum rerum turbatarum, aut tumultus nuncium adferebant. Heſychius: πτεροφόροι· τέλος τι στρατιωτικόν. ſignificat igitur Statius ex omnibus locis felices nuntios Domitiano advenisse, nullum triſtem. quare laureatas haſtas gererent, aut laureatas tabellas adferrent, qui victorias & res ſecundas nunciabant, in promptu cauſa eſt: cur vero pinnis ſignatas lanceas præferrent cum adverſa nuncianda haberent, nihil aliud fingi cauſæ poſſe puto, quam magnæ cujuſdam, & præcipitis celeritatis argumentum: quod longe majori feſtinatione ſcilicet opus eſſet in perferendis triſtium caſuum eventibus, quam in ſucceſſibus proſperis nunciandis. nam in his nunciorum tarditas, nihil poterat adferre periculi: in illis mora non erat libera, ſed duplicata fere celeritas requirebatur, ut quam primum impendenti malo poſſet occurri. hinc nunciis & litteris publicis perferendis deſtinati olim milites, ſi quid novi incidiſſet quod minus proſperum eſſet, & ſtatim ad cognitionem principis deferri oporteret, in ſignum feſtinationis, & præcipitandi curſus pinnas in ſummis haſtis figebant. quo ſigno admoniti, qui curſui publico præpoſiti erant, intelligerent non eſſe ceſſandum, ſed rebus ceteris omiſſis, hos quam primum eſſe abſolvendos, & quaſi pinnata velocitate dimittendos qui ejuſmodi nuncium portabant. nigræ autem videntur illæ fuiſſe pinnæ ad rei triſtis indicium. ideo *fumoſam pinnam* vocat Statius. niſi quis *famoſa* malit legere. non igitur à celeritate qua utebantur in conficiendis itineribus πτεροφόροι dicti milites illi ſive tabellarii, ſed à pinnis quas gerebant. hoc etiam mihi egregie confirmarunt vetuſtiſſimæ Gloſſæ manu exaratæ, quarum mihi copiam fecit doctiſſimus Juretus, in quibus ita legi: *veredarii dicuntur à vehendo, qui feſtinanter in equis currunt, nec deſcendunt de equis, antequam liberarint reſponſa ſua: habent pennas in capite, ut inde intelligatur feſtinatio itineris, daturque eis ſemper equus paratus. non manducant niſi ſuper equos.* πτεροφόρους Plutarchus vocat hujuſmodi veredarios in vita Galbæ: καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων ἀεί τι προσχαρὲς ἐκείνῳ φράζοντες. quoſlibet nuntios ita vocavit, tam rerum ſcilicet lætarum, quam triſtium.

1 *Quibus in ſenatu lectis omnibus nominibus eſt adornatus.*] Pal. *omnibus nominibus eſt ornatus.* hanc totam narrationem ſuſpectam habuit Caſaubonus. neſcio quamobrem. hæc nomina, quibus ornatus fuiſſe dicitur Alexander, in antiquis monumentis non comparent, nec de his apud Herodianum mentio. verum quidem hoc eſt. ſed nihil prohibet acclamatione ſenatus & populi, cum illæ litteræ recitarentur, & Mauritanicum & Illyricum & Armenicum appellatum, ut & Perſicum & Parthicum ſupra ex adclamatione ſenatus idem Spartianus oſtendit. *Acclamatio ſenatus: Alexander Auguſte dii te ſervent. Perſice maxime dii te ſervent. Vere Parthicus, Vere*

& apud populum lectis, [1] omnibus nominibus eſt adornatus. His vero qui remp. bene geſſerant, conſularia ornamenta decreta ſunt, additis etiam ſacerdotiis & agrorum poſſeſſionibus iis qui erant pauperes & ævo jam graves. Captivos diverſarum nationum amicis donavit, [2] ſi ætas puerilis aut juvenilis permiſit. Si qui tamen regii aut nobiliores fuerint, eos militiæ, non tamen magnæ deputavit. Sola quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, [3] ita ut eorum ita eſſent, ſi heredes illorum militarent, [4] nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſane his & animalia & ſervos, ut poſſent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, vel per ſenectutem poſſidentium desererentur [5] rura vicina barbariæ: quod

Vere Perſicus. qui locus omni ſuſpicione mendi vitiique hunc locum liberat.

CASAUBONUS.

1 *Omnibus nominibus eſt adornatus.*] Id eſt, appellatus eſt Perſicus, Mauritanicus, Illyricus, Armenicus. ſed hæc cognomina in antiquis monumentis apparent nuſquam. quare non ſolum propter Herodianum, ſed etiam hoc nomine ſuſpecta hæc tota narratio. Regius liber verba aliquot in hanc periodum inſerit quæ alii libri non agnoſcunt. Sic ille: *quibus & in ſenatu & apud populum lectis, vario tempore cum etiam de his aucta optate* (forte, *antea fama optata, veniſſet.*) *omnibus no.* Statuant eruditi.

SALMASIUS.

2 *Si ætas puerilis aut juvenilis.*] Pal. *juvenalis.* & ita fere ſemper in libris manu exaratis ſcriptum reperitur. Gloſſæ: *juvenalis,* νεωτερικός. *juvenale,* νεωτερικόν. ſic *vernilis*, & *vernalis* dicebant.

CASAUBONUS.

3 *Ita ut eorum eſſent, ſi heredes illorum militarent.*] Obſerva conditionem hanc: neque enim apponi ſolita in deducendis coloniis. Eſt igitur hic ſpecies quædam feudi, vel potius initia quædam ejus juris, quod poſtea varie introductum eſt, & feudorum appellatione deſignatum. Erat ſane lex ſimilis feudorum conſtituendorum: ut qui prædium colendum acciperet, danti fidem & militiæ munus aut aliud ſervitium exhiberet. Simile eſt quod Vopiſc. narrat in Probo: *Veteranis omnia illa quæ anguſte adeuntur Iſauriæ loca privatis donavit: addens, ut eorum filii ab anno octavodecimo mares duntaxat ad militiam mitterentur.*

4 *Nec unquam ad privatos pertinerent.*] Privati opponuntur militantibus. Ambroſius in Agnetis paſſione: *Coronatur civitas tota: fit lætitia militantibus, atque privatis & univerſis audientibus hæc.* ſicut σχῆμα στρατιωτικὸν & ἰδιωτικὸν opponuntur. etiam in titulis militia, ceu nomen dignitatis adſcribi ſolita: ut in Neapolitano lapide: Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ. ΑΚΥΛΛΑΣ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ. ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ. ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ. ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ.

5 *Rura vicina Barbariæ.*] Terram dividunt Romani ſcriptores in Orbem

quod turpiſſimum ille ducebat. Poſt hæc quum ingenti amore apud populum & ſenatum viveret, & ſperantibus victoriam cunctis, & invitis eum dimittentibus, ad Germanicum bellum profectus eſt, deducentibus cunctis [1] per centum & quinquaginta millia. Erat autem graviſſimum reip. atque ipſi quod Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur. Pudoremque augebat quod victis jam Parthis, ea natio imminebat Reip. cervicibus, [2] quæ ſemper [3] etiam minuſculis imperatoribus [4] ſubjecta videbatur. Magnis igitur itineribus, 59

lætis

bem Romanum & Barbariam. nam quicquid alienum erat imperio Ro. Barbariam vel Barbaricum, ut ſæpius in Codice & in his ſcriptoribus, atque alibi, dixerunt. Hoc moneo quia viri quidam eruditiſſimi Barbariam hic intelligi putarunt eam Africæ regionem, quæ hodie ſic dicitur. in quo fugit eos ratio: nam ut diximus, quicquid erat ultra limitem Romanum quaquaverſum Barbariam nominabant, ut Ammianus Marcellinus & alii. Huic opponitur apud Græcos ſcriptores quoſdam Ῥωμανία, id eſt, Romanus orbis vel imperium Romanum: ſive ut loquitur Tertullianus: *Romanitas*. Epiphanius de Manete: καταλείψας τὴν τῶν Περσῶν χώραν τῇ Ῥωμανίᾳ προσέβαλε. idem alibi de Ario, καὶ ἐξαφθεῖσαν ἐξ αὐτοῦ πῦρ εἰς τὸ τυχὸν, ὃς κατείληφε πᾶσαν τὴν Ῥωμανίαν σχεδόν. quod alii Græci interdum dicunt τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔδαφος, vel τὴν πολιτείαν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὀνόματος. Barbariam in Africa non inveni nominatam apud ſcriptorem ullum antiquiorem Anaſtaſio Sinaita, mediæ vetuſtatis ſcriptore, ut ſcripta oſtendunt. Hic Pentapolim conſtituit in Africæ Barbaria: quæ regio hodieque Arabibus juxta & nobis Barbaria dicitur. Locus Anaſtaſii eſt in Anagogis ſuper ſex dierum opus: ἐν τοῖς πλησιοχώροις Αἰγύπτῳ τοῖς ἐν Πενταπόλει τῇ Βαρβαρικῇ λεγομένοις, ἀδύτοις, ἐπὶ τῶν ὑδάτων γῆ ἐπιφέρεται) ἐλέγχουσι τοὺς ἀπίστους.

SALMASIUS.

1 *Per centum quinquaginta millia.*] Palatinus: *per centum & centum quinquaginta millia.* fortaſſean ita dixerit auctor, pro ducenta & quinquaginta millia. ſic *iterum vicies*, pro quadragies in Hadriano.

2 *Quæ ſemper etiam minuſculis imperatoribus ſubjecta videbatur.*] Scribunt, *ſubjecta fuiſſe videbatur.* nihil muto, præſertim nihil mutantibus libris: nam *ſubjecta videbatur* poſitum pro *ſubjecta erat*. ſic *viſus eſt reſpondere* pro *reſpondit* apud Ulpianum. ſic in hoc eodem libro, *juſſit fures non videri judicare.* pro, vetuit judicare. de qua locutione ſupra aliquid diximus.

CASAUBONUS.

3 *Etiam minuſculis imperatoribus.*] Capitolinus initio Maximini magnos imperatores appellat eos principes, qui cum diutius imperium obtinerent, res magnas geſſerunt. ſi ita hic accipimus vocem *minuſculus*, ii intelligentur, qui & cito, & inglorii perierunt, ut Galba, Otho, Vitellius, & alii multi. ſed quam bene conveniat huic loco iſta interpretatio, judicent qui legunt.

4 *Subjecta videbatur.*] Scrib *ſubjecta fuiſſe videbatur.* id eſt, ſubjecta fuerat. ut dicemus libro ſequente.

1 *Sed*

lætis militibus, contendit. [1] Sed quum ibi quoque ſeditioſas legiones comperiſſet, abjici eas præcepit. [2] Verum Gallicanæ mentes, [3] ut ſeſe habent duræ ac retor-

SALMASIUS.

1 *Sed quum ibi quoque ſeditioſas legiones comperiſſet, abjici præcepit.*] Aurelius Victor: *ibi tumultuantes legionum pleraſque conſtantiſſime abjecit: quod in præſens gloriæ, mox exitio dedit.*

GRUTERUS.

3 *Ut ſeſe habent duræ & retrogradæ.*] Adhæret uterque Palatinus Codici Puteano, in quo *retorridæ*; quod fere eſt ut putem auctoris genuinum; extruſum ab eis qui vim ejus minus adſequerentur; deſumptam ab agriculatione.

CASAUBONUS.

2 *Verum Gallicanæ mentes ut ſeſe habent duræ ac retrogradæ.*] *Habent*, id eſt, ſunt. Capitolinus in Gordianis: *Sed ſtatim ut ſe habent hominum mentes, &c.* Pro *retrogradæ*, regius & Puteani unus, *retrorſæ*. vox elegans, & cujus merum eſt interpretamentum vulgata lectio. *retrorſus*, qui retro fert pedem. εἰς τὸ ὄπισθεν πορευτικός. ut contra *prorſus*, πορευτικὸς εἰς τὸ πρόσθεν. unde oratio proſa verſæ oppoſita: nam qui verſus ſcribunt, abſoluto uno verſu etiam minimo, & qui lineæ parvam partem occupet, retro tamen veſtigia legere coguntur, ut alium verſum inchoent: in ſoluta oratione contra: quamvis latiſſime pateat materia in qua cogitationes noſtras exaramus, nihil vetat porro pergere ad extremam uſque materiæ latitudinem. hic *retrorſus* ad animum transfertur venuſte. Sed habet alter Puteani *retorridæ*. quam vocem exhibet iterum idem liber apud Capitolinum in Maximo & Balbino, ubi editum vulgo, *verecundus*. uſus & Plinius atque alii. Sive legas *retrorſæ* ſive *retrogradæ*, idem eſt ſenſus, etſi diverſæ tranſlationes. τὸ οὐκ εὐάγωγον καὶ μὴ πειθήνιον ἀλλ' ἀντίτυπον, & ingenium refractarium auctor ſignificat: ideo addit, *& ſæpe imperatoribus graves.* Herodianus in hac hiſtoria milites in genere nominat, & ſimiliter de mobili eorum ingenio ad res novas queritur. ὄντες, inquit, καὶ ἄλλως πρὸς τὸ κινούμενον ἐπιτήδειοι, καὶ τὸ παρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας ἐγγυμνώμενοι, &c. Trebellius Pollio in Gallienis, *Gallis inſitum eſt eſſe leves ac degenerantes à civitate Romana, & luxurioſos principes ferre non poſſe.* Vopiſc. in Saturnino: *Saturninus oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietiſſima & avida ſemper, vel faciendi principis vel imperii.* idem in Caro, *Gallicanum imperium maxime conſtantem principem quærit.* At Valerianus imperator cum Poſthumium Galliæ præſidem faceret, ſic eum laudavit, ut diceret *virum digniſſimum ſeveritate Gallorum.* Hæc ſunt iſtorum de Gallorum ſive Germanorum ingeniis judicia: quibus opponi poſſunt elogia honeſtiſſima apud Strabonem, Agathiam, Procopium, alios. Sed & illa vulgo nota, & nos properamus.

SALMASIUS.

2 *Verum Gallicanæ mentes ut ſeſe habent duræ, ac retrogradæ.*] Una voce damnant hanc lectionem tam vetuſta excuſa, quam antiqui codices manu deſcripti, qui pro *retrogradæ*, legunt *retorridæ*. prima editio habet: *retrogredæ.* inde *retrogradæ* videntur feciſſe correctores. *retorridæ* igitur hoc loco *mentes*, ſunt aſperæ & difficiles, & intractabiles inflexibileſque: metaphora ducta à ſiccis & retorridis ramalibus, quæ citius frangi poſſunt quam flecti. ſic Græci ξηροὺς homines tenaces propoſiti & cedere neſcios vocant. unde proverbium, ἀγναμπτότερος βάτου αὔου, ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον. pro quo Diogenianus in explicatione ejuſdem proverbii dixit,

ἀπὸ

retorridæ & ſæpe imperatoribus graves, ſeveritatem hominis nimiam & longe majorem poſt Heliogabalum, non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis in Britannia, ut alii volunt,[1] in Gallia in vico [2]cui Sicila nomen

ἐπὶ τῷ ξηρῷ καὶ αὐθάδους τῷ τρόπον. vel à ſenibus retorridis & recoctis qui plerumque moroſi ſunt & difficiles. paſſi ſenes & retorridi, & recocti dicebantur, quos Græci ἐφθοὺς & πεπείρους vocant. coctum Latini dicebant pro maturo. unde *coctæ ficus* ſunt maturæ, & *cocta uva*: & *coqui* pro matureſcere. Virgilius:

— in apricis coquitur vindemia ſaxis.

Hyginus: *vidit arbores complures ficorum immaturas, eas expectans dum matureſcerent in arbore earum conſedit, itaque poſt aliquot dies coctis ficubus, & à corvo pluribus earum comeſis*, &c. & paulo poſt: *ut quamdiu ficus conquerentur, corvus bibere non poſſet.* ſic coctum Latini dicunt, quod Græci πέπειρον. cocta poma opponuntur acerbis & immaturis. ita & cocti ſenes quos ævi maturos dixit Virgilius. Græcis πέπειροι. Heſychius: πέπειρος γραῖα. Latini recoctam anum & retorridam dicerent. ſic ἑψημένην ὀπώραν de cocta & matura iidem Græci dicunt. Heſychius: πεπείρους ἑψημένους ἐπ' ὀπώρας λαβεῖν ἤτοι σταφυλῆς. Servius coctum veteres vocaſſe obſervat quidquid multi temporis eſſet. lib. xi. ad illud:

— ſolidum nodis & robore cocto.

antiquam haſtam fuiſſe ſignificat. nam multi temporis aliquid coctum vocatur. Horatius:

— plerumque recoctus
Scriba ex quinque viro. —

Perſius:

Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

ſic πέπανον Græci interpretantur: πέπανος ὁ πολλὼ χρόνον ἔχων περὶ τὸ ὀπτηθῆναι. decrepitæ igitur ſenectutis hominem coctum & recoctum Latini, ἐφθὸν καὶ ἄπεφθον Græci vocant, & opponunt τὸν ὠμογέροντα, cujus adhuc viridis ſenectus, & nondum penitus cocta. quia vero ejuſcemodi homines, qui longo tempore vixerunt, & qui multa ætate cocti ſunt, plerumque experientia & uſu rerum valent, hinc factum ut recoctos & retorridos pro exercitatis, & multo rerum uſu tritis uſurparent. ſic *recoctus ſcriba* Horatio. ibi Helenius Acro: *recocti dicuntur ſcribæ qui ſæpius cum proconſulibus ad provincias miſſi exercitatiores facti ſunt uſu ipſo & frequentia:* ita & retorridos pro exercitatis poſuerunt, quos Græci τρίβακας καὶ τετριβωμένους nuncupant. Phædrus de mure vetulo & multarum rerum perito, & experientia magiſtra callido facto:

Aliquot ſequutis venit & retorridus;
Qui ſæpe laqueos & muſcipula effugerat.

Gellius: *qui ab alio genere vitæ detriti jam & retorridi ad litterarum diſciplinas ſerius adeunt.* & quia plerumque qui tales ſunt, vultu ſubtriſti & ad ſeveritatem compoſito incedunt, retorridum vultum pro ſevero dixerunt. Capitolinus in Maximo: *vultu gravis & retorridus.* Petronius: *hominem exercitati vultus* dixit. hinc *retorrida mens*, hoc loco pro aſpera & difficili, ac refractaria.

1 *In Gallia in vico cui Sicila nomen eſt.*] Excerpta Spartiani & optimus Palatinus: *in vico cui Sicilia nomen eſt.* nec aliter vetus editio. Aurelius quoque Victor Schotthi, teſte ipſo Schottho ita ſcriptum habuit. ipſe autem edi curavit *Sicila* ex hoc loco. nos *Sicilia* ex auctoritate omnium librorum apud utrumque auctorem reponimus verba Victoris: *agentem caſu cum paucis vico Britanniæ; cui vocabulum Sicilia, trucidavere.*

GRUTERUS.

2 *Cui Sicilia nomen eſt.*] Fortaſſe melius Palat. uterque *Sicilia.*

nomen eſt, non ex omnium ſententia, ſed latrocinantium modo quidam milites, & hi præcipue qui Heliogabali præmiis effloruerant, quum ſeverum principem pati non poſſent, occiderunt. [1] Multi dicunt à Maximino immiſſos tyrones, qui ei ad exercendum dati fuerant, eum occidiſſe: multi aliter; à militibus tamen conſtat, quum injurioſe quaſi in puerum eundem & [2] matrem ejus avaram & cupidam multa dixiſſent.
60 [3] Imperavit annis XIII. diebus IX. Vixit annis XXIX. menſibus III. diebus VII. Egit omnia ex conſilio matris, cum qua occiſus eſt. Omnia mortis hæc fue-

SALMASIUS.

1 *Multi dicunt à Maximino immiſſos tirones qui ei ad exercendum dati fuerant.*] Idem tradit Herodianus; Maximinum nempe tyronibus præpoſitum ut eos diſciplina militari imbueret: τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ, καὶ ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι. Aurelius Victor rei bellicæ præſidentem fuiſſe dicit, cum in imperium invaſit: *Namque Cajus Julius Maximinus præſidens rei bellicæ primus è militaribus litterarum fere rudis potentiam cepit ſuffragiis legionum.* ita enim ibi legendum, pro *Trebellicæ*.

2 *Et matrem ejus avaram & cupidam multa dixiſſent.*] De hujus ſordibus verba Aurelii Victoris heic merentur adponi, eademque opera, quia mendo non vacant, emendari: *hujus mater Mammæa eo filium coegerat, ut illa ipſa quamvis permodica, ſi menſæ prandioque ſupereſſent, alteri convivio reſervarentur.* pro illis, *illa ipſa*, quæ manifeſtum mendum continent, reponebat vir eruditiſſimus, *illata*. nos faciliore negotio legimus: *ut ilia ipſa*. Juvenalis:

——— *vit frater ab imis*
Ilibus. ———

aut etiam ut nihil mutemus, *illa ipſa*. *illa* autem ſunt *hilla*. inteſtina ſcilicet farta. Acro in membranis: *hillæ & hilli dicuntur ſalſa inteſtina: Hirri poſitivus eſt, diminutive hilli dicuntur. Hæc illa quidam in diminutione neutri generis eſſe, alii dicunt: hilli ſive hilla, fartata ſalſicia.* ſalſus, ſalſicius: ut miſſus miſſicius, unde veterani miſſicii dicebantur. ſic ceſſicius. ſalſicium igitur à ſalſo. ita vocabant inteſtinum fartum. Græci ἀλλᾶντα vocant. recentiores voce Latina etiam σάλσικον & σαλσίκιον. unde σαλσικοπῶλαι ſunt ἀλλαντοπῶλαι veteri etymologico. *Hilla* igitur aut *ilia* in illo Aurelii loco legimus. ſed *ilia* magis probamus.

CASAUBONUS.

1 *Multi dicunt à Maximino immiſſos tirones.*] Sequitur Herodianum, qui hoc pluribus narrat. Tangit & Capitolinus in Maximino.

2 *Matrem ejus avaram & cupidam.*] Non ſolum avaram, ſed etiam μικρολόγον & ſordide parcam. Victor alter: *Hujus mater Mammæa eò filium coegerat, ut illa ipſa quamvis permodica, ſi menſæ, prandioque ſupereſſent, alteri convivio reponerentur.* ſcribo, *ut illata, quamvis ipſa permodica, ſi*. ita tamen deſcripſit auctor hiſtoriæ miſcellæ.

3 *Imperavit annis XIII. diebus IX.*] Eutropius diem detrahit. alii vero aliter.

1 Ma-

fuerunt: Quum natalem diem commendaret, hoſtia cruenta effugit, & ut ſe civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam ejus veſtem cum qua conſtiterat, cruentavit. Laurus in Palatio cujuſdam civitatis à qua proficiſcebatur ad bellum, ingens & antiqua, tota ſubito dedidit. Arbores fici tres, quæ ficus eas ferrent quibus Alexandrinarum nomen eſt, ſubito ante illius tentorium deciderunt, quum tentoria imperatoria his adnexa eſſent. [1] Mulier Druias eunti exclamavit Gallico

SALMASIUS.

1 *Mulier Druias eunti exclamavit Gallico ſermone.*] Harum Druiadum ſpiſſa frequenſque mentio apud iſtos auctores. unde vero illæ Druiades & quare ſic dictæ, non ita in proclivi eſt exponere. quod ad nomen ipſum attinet, Dryades ſemper ſcribuntur in optimis vetuſtiſſimis membranis ut & antiquis editionibus. nec ſane aliter ſcribi debere, veris vincemus. nam cum ὑπὸ τῶν Δρυϊδῶν dicantur, fœmininum vocis Δρυΐδης non aliud eſſe poſſit, quam Δρυΐς aut Δρυάς, non autem Δρυϊάς nec enim Δρυϊάδαι, ſed Δρυΐδαι illi dicebantur. inde ut diximus fœmina Δρυάς. quam vero cognationem habeant iſtæ Dryades cum antiquis illis Δρυΐδαις Galliarum, non poſſum videre. Druidarum religionem penitus aboleviſſe Claudius perhibetur apud Suetonium: non tamen genus illud omne videtur extinxiſſe. nam & Druidarum mentio apud recentiores, & ſtirpe Druidarum ſati quidam in Galliis dicuntur apud Auſonium. Verum hi noſtri auctores Druidarum hominum nuſquam meminerunt, ſed ubique mulierum Dryadum, quæ mulieres fere ſemper fatidicæ inducuntur & vaticinatrices & ſagæ. nominatiſſimæ autem videntur fuiſſe iſtæ Gallicanæ Dryades, ut quæ conſulerentur in rebus dubiis, non ſecus atque olim oracula Delphica. Vopiſcus in Aureliano: *dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas conſuluiſſe Dryadas ſciſcitantem utrum apud poſteros ejus imperium permaneret. tum illas reſpondiſſe dixit nullius clarius in republica nomen, quam Claudii poſterorum futurum.* & paulo poſt: *cujus puto poſteros ad eam gloriam quæ à Dryadibus pronuntiata ſit, pervenire.* idem in Numeriano: *ſemper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conſcio atque avo meo, cujus hoc dictum à Dryade ipſe retulerat.* ibidem: *niſi ut impleret Dryadis dictum.* & paulo ſupra: *quum*, inquit, *Diocletianus apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Dryade quadam muliere rationem convictus ſui faceret, &c.* paulo poſt: *poſt quod verbum Dryas dixiſſe fertur, Diocletiane jocari noli: nam imperator eris, quum aprum occideris.* quibus omnibus locis *Druiadas*, aut *Druidas* repoſuerant eruditi homines adverſus omnium membranarum & veterum editionum conſenſum, atque etiam nominis rationem. iſtud igitur mulierum genus quæ fatis fandis, & veris canendis operam dabant, in Gallia Dryades ſunt appellatæ. quamobrem non video, niſi fortaſſe ab antiquis illis Druidis. ut enim olim Druidæ ſacrificiis aderant & in rebus ſacris ſummam auctoritatem obtinebant: ſic iſtæ ſagæ & veratrices, vel quod plurimum in lucis, more antiquorum Druidum verſarentur, ibique ſacris operarentur, vel quod ex proſapia

lico ſermone, *Vadas, nec victoriam ſperes,* [1] *nec militi tuo credas.* Tribunal aſcendit ut concionaretur, & fauſtum aliquid diceret: ita cœpit, *Occiſo imperatore Heliogabalo.* [2] hoc tamen omini fuit, quod iturus ad bellum, milites alloqui minus fauſta oratione cœptaverat. [3] Sed hæc omnia vehementiſſime contempſit. Profectuſque ad bellum, in loco ſupra dicto ita occiſus eſt.

61 Pranderat forte publico, ut ſolebat, convivio, id eſt apertis papilionibus, [4] cibo militari accepto: neque enim aliud [5] à diſcumbentibus militibus in tentoriis eſt repertum. [6] Et [7] quum dormiret poſt convivium hora diei fere ſeptima, [8] unus ex Germanis, qui ſcurrarum offi-

Druidum eſſe exiſtimarentur, Δρυΐδες aut Δρυάδες ſunt appellatæ. utut ſit, fatidicæ fuere & ſortilegæ. Harum ſane mulierum quæ futura prædicerent artem in uſu fuiſſe apud antiquos Gallos & Germanos ex hiſtoria ſcimus: apud Plutarchum enim legimus in exercitu Cimbrorum & Teutonum mulieres quaſdam fuiſſe quæ ex verticibus aquarum & fluminum eventum pugnæ qualis eſſet futurus, certo ſuis prædicerent, & ante illum aut illum diem pugnam committere vetarent, ſi quidem vellent victoriam reportare. nec diverſi generis aut modi fuiſſe conſtat illas *Fatas* aut *Fatuas*, de quibus multa fabuloſe narrant antiqui noſtri Romanenſes, ut vocamus. adeo ut & quædam opera publica vetuſta, ut moros & pontes & alia id genus antiquiſſimæ fabricæ illarum nomini adſcribere non dubitarint. ſed hæc hactenus. ſufficiat enim nobis oſtendiſſe ſemel hoc loco, *Dryadas* ubique vocandas apud hos auctores, non *Druidas* mulieres iſtas Gallicanas fatidicas.

GRUTERUS.

1 *Nec te militi tuo credas.*] Sic Palatinum; in vulgatis deerat *te*.

5 *A diſcutientibus militibus.*] Ita quoque Palat. non *diſcumbentibus*, ut olim impreſſi.

7 *Cum quieſceret.*] Et heic quoque Pal. ſuffragatur ceteris mſſ. rejicitque editorum, *cum dormiret*.

CASAUBONUS.

2 *Hoc tamen omini fuit.*] Melius, *hoc enim om. f.* vel *hoc ſane ei om. fuit*.

3 *Sed hæc omnia vehementiſſime contempſit.*] Nec male legas *omnia*. vel etiam, *hæc omnia omina*.

4 *Cibo militari accepto.*] Vel *acceptus*. confer cum antedictis.

5 *A diſcumbentibus militibus.*] Ridiculus error. Volui edi, *à diſcutientibus m.* ut eſt in regio & Puteani.

6 *Et cum dormiret poſt convivium hora diei fere ſeptima.*] Cum meridiaretur, more multorum, ut dicebamus ad Suet. lib. II. cap LXXVIII. Pro *dormiret*, ſcripti, *quieſceret*.

SALMASIUS.

8 *Unus ex Germanis qui ſcurrarum officium ſuſtinebat.*] Quodnam iſtud erat ſcurrarum officium quod Germani ſuſtinebant, non omnibus notum eſſe arbitror, aut quid vox *ſcurra* hoc loco ſignificet. fallitur enim ſi quis illa notione accipiendam putat, qua vulgo ſumitur. ſcurræ heic igitur non alii quam corporis cuſtodes. quod munus & officium penes Germanos fuit. nullum certe dubium ſcurras hoc

hoc loco corporis cuſtodes ſignificare. notum enim eſt id muneris Germanos ſuſtinuiſſe. ſed quare ſcurras vocat? poſtquam docuerimus certo ſcurras dictos iſtis auctoribus ſatellites Germanos quibus corporis imperatorum erat cuſtodia mandata, tum quare ſic vocati fuerint, docebimus. in hoc igitur loco minus licet dubitare. Germanum enim hunc ex illis fuiſſe cuſtodibus corporis Alexandri perſpicuum eſt. quem ideo & contubernalem vocavit Alexander: *quid eſt, inquit, contubernalis? num aliquid de hoſtibus nuntias?* contubernalem enim honorifice appellat corporis cuſtodem. illi enim fere ſemper cum imperatore nec ab ejus latere abſcedebant, infra ſcurram barbarum eumdem vocat. *Nam & gladio barbarico & ſcurræ barbari manu, verum non in bello, ſed belli tempore periit. Scurra barbarus* eſt ille Germanus, à quo occiſus Alexander, corporis ejus cuſtos. ſic Heliogabalum per ſcurras occiſum tradit idem Spartianus. *nam ut diximus, per ſcurras occiſus eſt & per plateas tractus ſordidiſſime & in Tiberim ſubmiſſus eſt.* quo loci vir doctiſſimus, quinam ſint illi ſcurræ, quærit. ſed cum ex ejuſdem Spartiani hiſtoria conſtet à Prætorianis militibus occiſum Heliogabalum, quis non videt ſcurras illum appellare, ſtipatores & cuſtodes corporis milites prætorianos? duplex enim cuſtodia imperatoribus, ex militibus Prætorianis & Germanis. ſic ſcurram Perſicum accipio in vita Zenobiæ, ſatellitem nempe & ſtipatorem militem: *vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis, nec collo vinculum aureum deerat, quod ſcurra Perſicus præferebat.* ibi enim *ſcurra Perſicus*, eſt ſatelles Perſicus quo uſa ſtipatore fuit Zenobia, qui ejuſdem captivæ aureum vinculum præferebat, cum per triumphum duceretur. Recentiores ſcriptores buccellarios vocitarunt, quos Spartianus ſcurras. in veteribus Chronicis legitur, *ab Aetii buccellario Valentinianum interfectum fuiſſe.* ubi Aetii buccellarium intellige, ejuſdem ſatellitem vel armigerum. perperam enim doctiſſimus Turnebus ab equitibus buccellariis, petiit ejus buccellarii Aetiani interpretationem. Marcellinus enim in Chronico ſatellitem appellat qui buccellarius illi alteri nuncupatur: *Valentinianus princeps dolo maximi Patritii cujus etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per Oſtilam & Tranſtilam Aetii ſatellites, jam percuſſo Heraclio Spadone, truncatus eſt.* Idacius vero in Chronico familiares vocat: *à duobus barbaris Aetii familiaribus Valentinianus Imperator occiditur.* familiaris autem id etiam ſignificabat. buccellarius & ſcurra, res eadem. veteres Gloſſæ: *adſecla, buccellarius, ſcurra.* Buccæ Juvenali dicuntur:

— *notæque per oppida buccæ.*

idem alibi:

Mævius & Matho bucca. —

veteribus Gloſſis buccones: *Buccones, παράσιτοι, βυκκῶνες.* ſed ibi quidem buccæ, buccellarii & bucciones, pro ſcurris vel paraſitis ut vulgo accipiuntur. at illis locis, quos ſupra rettuli, ſcurræ & buccellarii, ſunt ſatellites vel armigeri alicujus principis vel magnatis, & familiares ipſius vel domeſtici vel contubernales: tot enim modis appellantur. & ab ea re ſic dicti, quod non magis ab latere dominorum ſuorum diſcederent, quam paraſiti illi veri & adſeculæ ab eorum quorum menſas ſectabantur. hinc illi paraſiti dominos & reges appellabant, quos ventris gratia adſectabantur. inde igitur ſcurræ & buccellarii vocati cuſtodes corporis Imperatorum, vel ſatellites & armigeri magnatum qui eos aſſectabantur, & eorum latera tuebantur. quilibet ſervi etiam ſic dicti. Gloſſæ: *Adſecula, domeſticus, familiaris, agaſo. Adſiclæ, pediſſequi, domeſtici.* idem: *Agaſo, domeſticus, miniſter officialis.* Agaſonem quoque pro quolibet ſervo uſurpatum optimæ Gloſſæ me docuerunt, apud quas ita legimus. *Agaſo, δοῦλος, κτήνους παραφύλαξ.* ſcurræ igitur & buccellarii & adſeculæ, & familiares &

officium ſuſtinebat, ingreſſus dormientibus cunctis, ſolo tantum imperatore intervigilante viſus eſt: cui Alexander, *Quid eſt*, inquit, *contubernalis? Num aliquid de hoſtibus nuntias?* At ille metu perterritus [1] & ſperans non poſſe evadere quod in tentorium principis irruiſſet, ad contubernales ſuos venit, eoſque ad durum principem interimendum exhortatus eſt: qui ſubito plures armatique ingreſſi, inermes & obſiſtentes contruncaverunt, ipſumque pluribus ictibus confoderunt. Aliqui dicunt, omnino nihil dictum, ſed tantum à militibus clamatum, *Exi, recede*: atque ita obtruncatum juvenem optimum. [2] Sed omnis apparatus militaris, qui poſtea eſt ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit, & potiſſimus quidem [3] per Armenios & Oſdroënos & Parthos, & omnis generis ho-
62 minum. Contempſiſſe Alexandrum mortem, cum ferocitas mentis, qua militem ſemper attrivit, tum etiam illa declarant. Thraſybulus mathematicus illi amiciſſimus fuit: qui quum ei dixiſſet, [4] neceſſitatem eſſe ut gladio barbarico periret, primo lætatus eſt quod ſibi mortem bellicam & imperatoriam crederet imminere: deinde diſputavit oſtenditque optimos quoſ-

domeſtici, miniſtri officiales, miniſteriales, nomina ſunt idem ſignificantia. de ſcurris ſane & buccellariis, quomodo eſſent accipiendi in his auctoribus, nos primi docuimus. ubi hæſerant hactenus etiam callentiſſimi iſtarum litterarum viri.

CASAUBONUS.

1 *Et ſperans non poſſe evadere.*] Transpoſita verba ab auctore. pro, *non ſperans ſe poſſe evadere.* vel *ſperans* ſimpliciter pro arbitrans.

2 *Sed omnis apparatus militaris q.*] Nullo modo ſuperioribus hæc cohærent: ut ante hæc verba aliquid deeſſe non ſit dubitandum: etſi vulnus diſſimulant ſcripti libri. videtur aliquid præceſſiſſe de inchoato bello, ſed non finito ab Alexandro. eadem ſententia apud Capitolinum in Maximinis: *Mirandum ante apparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidiſſe.* quibus ex verbis negationem excidiſſe ſuadet hic Lampridii locus: etſi Herodianum ſcimus aliter tradere. Sic notat Vopiſcus à Caro bellum Sarmaticum profligatum *apparatu*, & ut ipſe loquitur, *totis viribus Probi.*

3 *Per Armenios & Oſdroenos & Parthos.*] De his omnibus nominatim Capitolinus in Maximino.

4 *Neceſſitatem eſſe.*] Scripti melius, *neceſſe eſſe.*

quoſque violenta morte conſumptos, quum diceret
ipſum Alexandrum, cujus nomen teneret, Pompejum,
Cæſarem, Demoſthenem, Tullium, [1] & cæteros inſi-
gnes viros, non quieta morte oppetiſſe. Tantumque
animi habuit, ut putaret ſe diis comparandum ſi in
bello periret: ſed res eum feſellit. Nam & gladio bar-
barico, & ſcurræ barbari manu, verum non in bello,
ſed belli tempore periit. Mortem ejus milites, & qui 63
exautorati ab eo quondam fuerant, graviſſime tule-
runt, atque auctores cædis trucidarunt. Populus vero
Romanus, ſenatuſque omnis cum provincialibus cun-
ctis, [2] neque triſtius unquam neque aſperius accepe-
runt, ſimul quod ſucceſſoris aſperitas atque ruſticitas
Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio
poſt eum imperium delatum eſt, graviorem fati neceſ-
ſitatem videbatur oſtendere. [3] Senatus eum in deos re-
tulit.

SALMASIUS.

1 *Et ceteros inſignes viros non quieta morte oppetiſſe.*] Palat. codex, & excerpta Spartiani: *& ceteros inſignes viros qui non quieta morte oppetiſſent.*

CASAUBONUS.

2 *Neque triſtius unquam, neque aſperius acceperunt.*] Leg. *neque triſtius unquam quicquam.*

3 *Senatus eum in deos retulit.*] B. Chryſoſtomus homilia XXVI. in poſteriorem ad Corinthios: οὕτω καὶ εἰδωλολατρείας τὴν ἀρχὴν ἐκράτησαν, τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τὴν ἀξίαν θαυμαζομένων· οὕτως Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων. καὶ γὰρ αὐτὴ ταύτην εἶχε τὴν ἀξίαν, χειροτονεῖν καὶ ἐγκρίνειν θεούς. Putant viri magni, Alexandrum quem ait hoc loco vir ſanctiſſimus à Romano ſenatu in Deos relatum, hunc eſſe imperatorem Romanum Alexandrum Severum. quare iidem vocem τρισκαιδέκατον, quæ per hanc interpretationem ſtare nullo modo poteſt, damnant, & pro XIII. ſcribunt XXVI. Equidem ſæpe miratus ſum, unde illam fabellam (ſic enim dicendum eſt) ὁ χρυσοῤῥήμων pater acceperit, de recepto in numerum deorum Alexandro Macedone à ſenatu Romano: ſed quin de illo accipienda ſint ſuperiora ejus verba, dubitari à quoquam poſſe putavi nunquam. quid enim hoc clarius, aut certius? ipſa primum evincit loquendi conſuetudo Græcorum, qui ALEXANDRUM quoties nominant ἁπλῶς, Magnum proculdubio intelligunt, unicum gentis ſuæ ornamentum, & regni Græci in Aſia auctorem. Deinde attendenti palam fiet loqui ibi Chryſoſtomum de conſecratione facta ſenatus Ro. decreto ante CHRISTUM. ideo ait adſcriptum Alexandrum numero XII. deorum, & factum deum XIII. nam hæc vera mens verborum Chryſoſtomi. quis ignorat duodecim conſentes fuiſſe Romanorum deos præcipuos? notiſſimi ſunt Ennii verſus, quibus eorum nomina eſt complexus:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

idem numerus apud vetuſtiſſimos Græcos: etſi nomina non plane eadem. narrant enim veteres, Herculem cum ludicrum Olympicum inſtitueret, ſex aras binis diis conſecraſſe: Pindari interpres ad illa βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν, è quinta odo Olympionicarum, Ὀλυμπιάδι, inquiunt, βωμοί εἰσιν ἓξ, δίδυμοι τοῖς δώδεκα θεοῖς ἀνιδρυμένοι, ἑνὸς ἑκάστου βωμοῦ δύο θεοῖς καθωσιωμένου. πρῶτος, Διὸς καὶ Ποσειδῶνος. δεύτερος, Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς. τρίτος, Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος· τέταρτος Χαρίτων καὶ Διονύσου· πέμπτος Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ· ἕκτος, Κρόνου καὶ Ῥέας, ὥς φησιν Ἡρόδωρος. Reſpexit huc primus ille auctor figmenti hujus. neque enim dubitare debemus jactatum hoc primo fuiſſe inter Græcos: deinde etiam in literas miſſum ab aliquo inepto hiſtorico, qui gloriæ Alexandri plus æquo favens, anilem fabulam pro vera hiſtoria poſteris tradidit, & facilibus ad credendum lectoribus impoſuit. Non diſſimilis huic fabella eſt, quam ex Ariſto & Aſclepiade Arrianus narrat, de miſſis Roma ad Alexandrum legatis, uſque in ultimam Indiam: cum ſitſſimilius vero, quod Livius exiſtimat, ne fama quidem Romanis tum fuiſſe notum Alexandrum. Sed de quo Alexandro loqueretur Chryſoſtomus, manifeſtiſſime declarant ſequentia ibidem verba. Nam ait conſecratum ideo quod gentes urbeſque multas imperio ſuo ſubjeciſſet, bella multa feliciter geſſiſſet. ac victoriarum ſuarum multa excitaſſet trophæa quid iſtorum Alexandro Mammææ convenit? qui optimus princeps non minus infelix in bello fuit, quam pacis artibus inclytus, & vera laude digniſſimus? Certe qui illius gloriæ plurimum faverunt hiſtorici, non populos ab illo ſubactos, nec captas urbes atque imperio Ro. adjectas; ſed unicam de Perſis victoriam illius narrarunt: de qua tamen quid alii ſcripſerint, antea diximus. Addit vero Chryſoſtomus, ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ διασπασθεῖσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ τέλεον ἀφανισθεῖσαν οὐκ ἐπανήγαγε. poteratne clarius deſignari Magnus Alexander? cujus imperium poſt mortem ipſius ſtatim diviſum, & multo ante Chryſoſtomi tempora funditus everſum ſic ut veſtigium illius appareret nullum, ſicut ipſe ait, omnes norunt. At de Alexandro Mammææ quam falſo, quam ridicule hæc dicerentur? ut plane mirer tam abſurdam ſententiam viris eruditiſſimis in mentem unquam veniſſe.

SALMASIUS.

3 *Senatus eum in deos retulit.*] Placet ad hunc locum verba B. Chryſoſtomi ex homilia XXVI. in poſteriorem ad Corinthios adducere, licet jam à doctiſſimo viro producta, ut facem illis majorem adluceamus quam hactenus factum eſt. οὕτω καὶ εἰδωλολατρείας τὴν ἀρχὴν ἐκράτησαν, τῶν ἀνθρώπων ὕστερον τὴν ἀξίαν θαυμαζομένων. οὕτω τρισκαιδέκατον ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων. καὶ γὰρ αὐτὴ ταύτην εἶχε τὴν ἀξίαν χειροτονεῖν καὶ ἐγκρίνειν θεούς. putarunt ſummi in his litteris viri ſanctum patrem ibi de hoc noſtro Alexandro verba facere. cui ſententiæ ut adſtipulari facerent orationem Chryſoſtomi, miris modis eam torſerunt. ſed hos refellit jamdudum vir incomparabilis Caſaubonus. de Alexandro igitur Macedone verba Chryſoſtomi ſunt capienda. ſed fefellit ratio doctiſſimum ſanctiſſimumq; virum, qui cum legiſſet apud Athenienſes Demadem oratorem fuiſſe auctorem populo, ut ſancirent Alexandrum Magnum τρισκαιδέκατον εἶναι θεόν, id Romanis tribuit, & pro facto accepit, quod ut fieret ad populum tulit Demades in concione. nam decretum fecerat hoc Rhetor ideo ut Alexander numero duodecim Deorum aſcri-

tulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulcrum ampliſſimum meruit. [1] Dati ſunt & ſodales, qui *Alexandrini* appellati ſunt: addita & feſtivitas matris nomine, atque ipſius, quæ hodieque Romæ religioſiſſime celebratur natali ejus die. [2] Cauſa occidendi ejus ab

aſcriberetur, Ælianus Variarum l. v. οὐ δυνάμαι δὲ Ἀθηναίων μὴ οὐ φιλεῖν ταῦτα. ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. τῆς δὲ ἀσεβείας ὁ Δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκὼν, ζημίαν ἐπιμήσαντο τοῦ Δημάδου ταλάντων ἑκατὸν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ἐνέγραψε τοῖς Ὀλυμπίοις facile jam eſt videre quid in errorem impulerit doctiſſimum illum patrem. illos vero gravius errare qui apud Chryſoſtomum ſollicitabant hæc verba τρισκαιδέκατον θεὸν, & mutabant in alium numerum, ut convenire poſſet huic noſtri Alexandro. idem Ælianus narrat Alexandrum Macedonem cum Darium viciſſet, & totam Perſarum ditionem teneret, tam proſpera fortuna elatum ad Græcos litteras feciſſe, quibus ut pro Deo haberetur mandabat. cum alii alia vel aſſentirentur, vel omnino diſſentirent, Lacedæmonii ſic ſtatuerunt, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος βούλεται θεὸς εἶναι, ἔστω θεός. Plutarchus in Lycurgo de Athenienſibus Alexandrum Deum declarantibus: Ἀθηναίων γάρ ποτε οὐκ ἀνεχομένων αὐτοῦ δημηγοροῦντος ἀνέκραγεν ἐκβαλλόμενος, ὦ Κερκυραία μάστιξ ὡς πολλῶν ταλάντων εἶ ἀξία. πάλιν δὲ θεὸν ἀναγορευόντων Ἀλέξανδρον, καὶ ποδαπὸς, ἀνεῖπεν, ὁ θεὸς οὗ τὸ ἱερὸν ἐξιόντας δεήσει περιῤῥαίνεσθαι; Athenis autem ara duodecim Deorum extabat, quibus ſe tertium decimum addi volebat Alexander. Hujus aræ mentio apud Plutarchum in vita Demoſthenis. κεῖται δὲ εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος καὶ τοῦ βωμοῦ τῶν δώδεκα θεῶν, ὑπὸ Πολυεύκτου πεποιημένη. hos etiam duodecim Deos Olympios proprie vocabant. Ælianus loco ſupra citato, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐνέγραφε τοῖς Ὀλυμπίοις. id enim moris habuerunt Græci, ut quos in Deorum numerum referrent, τῶν Ὀλυμπίων παρέδρους vocaret & quaſi patres conſcriptos Deorum concilij facerent. ſic alicubi Lucianus Hephæſtionem ab Alexandro ἀποθεωθέντα πάρεδρον τῶν Ὀλυμπίων θεῶν vocat. hæc neceſſario dicenda fuere propter virum undequaque eruditiſſimum, qui putavit figmentum eſſe & anilem fabulam quod D. Chryſoſtomus ſcripſit de Alexandro in Deorum conſortium relato à Romanis. non enim in totum mera fabula eſt, ſed illa tantum parte qua factum id Romanis refert. de cetero verum eſt Alexandrum pro Deo habitum multis Græciæ populis, ut ex iis quæ retulimus animadverti poteſt. in eo igitur tantum falſus eſt Beatus vir, quod Alexandrum Senatus Romani decreto in deos relatum ſcripſit. jam enim oſtendimus Græcos hunc illi honorem habuiſſe, non Romanos, quos nec fama tenus Alexandri notitiam uſurpaſſe certum eſt. de Athenienſibus, quidam ajunt, quidam negant.

1 *Dati ſunt & ſodales qui Alexandrini appellati ſunt.*] Lege: *qui Alexandriani appellati ſunt.* ab Alexandria enim urbe, Alexandrinus civis. ſed ab Alexandro, Alexandrianus ſodalis. ſic Marciani ſodales, Antoniniani, Aureliani, & ſimilia.

CASAUBONUS.

2 *Cauſſa occidendi ejus ab aliis hæc fuiſſe perhibetur. q.*] Lege Capitolinum libro ſequenti.

ab aliis hæc fuiſſe perhibetur, quod mater ejus relicto bello Germanico Orientem ad jactantiam ſui vellet redire, atque ob hoc eſſet iratus exercitus. Sed hæc ab amatoribus Maximini ficta ſunt, qui videri noluerunt imperatorem optimum ab amico ſuo interfectum

64 [1] contra jura humana atque divina. [2] Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutius imperaret, [3] poſt eum certatim irruentibus, & aliis ſemeſtribus, aliis annuis, pleriſque per biennium, ad ſummum per triennium imperantibus, uſque ad eos principes [4] qui latius imperium tetenderunt, [5] Aurelianum dico, & deinceps. de quibus, ſi vita ſuppeditaverit, ea quæ comperta fuerint publicavimus. Repræhenſa ſunt in Alexandro hæc: [6] Quod Syrus eſſe nolebat, [7] quod aurum amabat, quod ſuſpicioſiſſimus erat, quod vectigalia multa inveniebat, quod ſe Magnum Alexandrum videri volebat, quod nimis ſeverus in milites erat, [8] quod curas privatas agebat: quæ omnia in Repub. inſti-

SALMASIUS.

1 *Contra jura humana atque divina.*] *Contra jura Romana atque divina.* ita Palatinus & princeps editio.

CASAUBONUS.

2 *Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutius imperaret.*] Etiamne Galba, Otho, Vitellius, & Macrini? ut taceam Titum & Nervam.

3 *Poſt eum certatim irruentibus.*] Malim, *certatim multis irruentibus.*

4 *Qui latius imperium tetenderunt.*] Et vivendo diutius, & Ro. imperio agri Barbarici aliquid adjiciendo. utraque interpretatio vera de Aureliano quidem; non utique in omnibus deinceps.

6 *Quod Syrus eſſe nolebat.*] Sed Romanus. bis jam dictum.

7 *Quod aurum amabat.*] Patriam in hoc prodebat ſuam. Syri enim avari audiunt paſſim apud ſcriptores vett,

GRUTERUS.

5 *Aurelianum dico & deinceps.*] Forſan, *& deincepes.*

SALMASIUS.

8 *Quod curas privatas agebat.*] Hoc inter vitia Alexandri, cetera optimi principis, quod curas privatas agebat. ſed quid eſt, quæſo te, *curas privatas agere*? neminem eſſe puto qui hoc quid ſit ſcire poſſit. & tamen hæc doctiſſimi viri taciti præterierunt. excerpta Spartiani cum optimo Palatino legunt: *quod curas privatis agebat.* quæ omnino vera eſt lectio, quam minime cum intelligerent, non mirum eſt corrupiſſe homines huic unico ſtudio deditos. inter illa igitur quæ in Alexandro reprehenſa ſunt, hoc merito etiam locum habuit quod privatis curas ageret, hoc eſt privatorum curioſus eſſet, & ſedulo ſcrutaretur & requireret, quid homines privati agerent, quid ſentirent. Spartianus

inſtituerat. Scio ſane pleroſque hunc à ſenatu Cæſarem appellatum eſſe ſed à militibus, qui verum prorſus ignorant: dicere præterea non hunc fuiſſe conſobrinum Heliogabali, qui, ut nos ſequantur, hiſtoricos ejus temporis legant, & [1] maxime Acholium, [2] qui & itinera hujus principis ſcripſit. Soles quærere, [3] Conſtantine maxime, quid ſit quod hominem Syrum & alienigenam, talem principem fecerit, quum tot Romani generis, tot aliarum provinciarum reperiantur im-

tianus ſupra: *de omnibus hominibus per fideles homines ſuos ſemper quæſivit, & per eos quos nemo noſſet hoc agere, quum diceret omnes præda corrumpi poſſe.* hoc eſt quod hoc loco dicit, *curas privatis egiſſe*, vel ut melius legi cenſeo, *curas de privatis egiſſe.* idem Hadriano fuit olim vitio verſum, quod nimis curioſe inquireret in privatorum hominum vitam. Spartianus in vita ejus: *& erat curioſus non ſolum domus ſuæ, ſed etiam amicorum, ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret: nec adverterent amici ſciri ab imperatore vitam ſuam, prinſquam ipſe hoc imperator oſtenderet.* & paulo poſt: *& hoc quidam vitioſiſſimum putant, atque huic adjungunt quæ de adultorum amore ac nuptarum adulteriis quibus Hadrianus laboraſſe dicitur afferunt.* idem igitur utrique principi Hadriano & Alexandro vitium erat inſitum, ut curioſi eſſent privatarum familiarum, & omnia etiam occulta de amicis ſcire vellent. *curas agere*, eſt *curioſum eſſe.* in actis paſſionis Beati Clementis manuſcriptis: *ſic factum eſt ut Siſinnium amicum Nervæ imperatoris non pertimeſceret beatiſſimus Clemens Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus. nam & doctrinam Clementis ſecuta uxor Siſinnii Theodora converſa ſedulum Deo exhibebat obſequium. quam vir ſuus in zelo ducens inſidias tetendit conjugi ad Eccleſiam properanti: quam ingreſſam intus per alterum ingreſſum ſecutus cœpit curas agere.* & paulo poſt: *miſſa autem facta proſtravit ſe ſancto Clementi Theodora, dicens virum ſuum curas agentem & ſecretorum Domini Jeſu Chriſti cæcitatem incurriſſe:* curas agere, pro curioſe ſcrutari. non diſſimiliter *curas habere*, poſuit Juſtinus lib. XLIII. *exinde Maſſilienſes feſtis diebus portas claudere, vigilias agere, ſtationem in muris obſervare, peregrinos recognoſcere, curas habere, ac veluti bellum habeant, ſic urbem pacis temporibus cuſtodire.*

GRUTERUS.

1 *Maxime Acholium, qui & itinera hujus Principis ſcripſit.*] Lipſio videtur legendum *& intima*; Epiſtola XVIII. Centuriæ Miſcellaneæ.

3 *Conſtantine maxime.*] Sic. Pal. non *piiſſime*, quod in aliis.

CASAUBONUS.

2 *Qui & itinera principis ſcripſit*] Sic Alexandri Magni itinera multi deſcripſerant: quorum libros Περὶ σταθμῶν Ἀλεξάνδρου, Strabo, Athenæus, alii laudant. Acholius vero non itinera ſolum Alexandri Severi deſcripſerat, ſed & vitam illius in literas miſerat: quod diſerte in ſuperioribus oſtendit Lampridius. ita autem omnes codices: neque aſſentior emendantibus. Nam & in hoc æmulatiuncula videtur fuiſſe Alexandri Magni aliqua: ſive mandatu Alexandri hujus, ſive ſponte ſua Acholius ei argumento ſe accinxit.

3 *Conſtantine Maxime.*] Scripta lectio, *Conſt. piiſſime*

2 Sed

Digitized by Google

improbi, impuri, crudeles, abjecti, injuſti, libidinoſi. Jam primum poſſum de bonorum virorum reſpondere ſententia, potuiſſe natura, quæ ubique una mater eſt, bonum principem naſci: deinde timore, quod peſſimus eſſet occiſus, hunc optimum factum: [1] ſed quia verum eſt ſuggerendum, clementiæ ac pietati tuæ lecta reſerabo. Notum eſt illud pietati tuæ quod in Mario Maximo legiſti, meliorem eſſe Remp. & prope tutiorem, in qua princeps malus eſt, [2] ea in qua ſunt amici principis mali: ſiquidem unus malus poteſt à plurimis bonis corrigi; multi autem mali non poſſunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione ſuperari. [3] Et id quidem ab Homulo ipſi Trajano dictum eſt, quum ille diceret Domitianum peſſimum fuiſſe, amicos autem bonos habuiſſe, [4] atque adeo illum magis odio fuiſſe, qui

1 *Sed quia verum eſt ſuggerendum.*] Id eſt, cauſſa propior eſt afferenda. nam & allatæ cauſſæ veriſſimæ ſunt: ſed remotiores & nimis generales; illa præſertim à natura.

2 *Ea in qua ſunt amici principis mali.*] Tam verum & certum hoc, quam vere dixit Tacitus in quarta hiſtoria, *nullum majus eſſe boni principis inſtrumentum, quam bonos amicos.*

3 *Et id quidem ab Homulo.*] Vel *Omollo*, ut ad Pium. ſcripti hic, *Omulio*.

4 *Atque adeo illum magis odio fuiſſe.*] Quem? de Domitiano neque auctor ſenſit, ut attentius præcedentia legenti conſtare poteſt: neque poteſt vere hoc de illo dici; ut probat Suetonius capite octavo. *illum* igitur vel indefinite accipe, de omni quicunque malis hominibus Remp. commendavit: vel definite refer ad Alagabalum; quem eo maxime nomine odium bonorum incurriſſe certiſſimum, quare ſuſpicor ſcribendum, *atque adeo Heliogabalum.* ſed tutior eſt prior interpretatio.

GRUTERUS.

3 *Et id quidem ab Homulo.*] Pal. *Homulio.*

4 *Atque adeo illum magis odio fuiſſe, &c.*] Aliter hæc Pal. nempe, *atque adeo illum magis odio fuiſſe quæ remp. temporis vitæ. ille quia melius eſt.*

SALMASIUS.

1 *Sed quia verum eſt ſuggerendum.*] Scriptura Palatini Codicis: *ſed quia veramiſt ſuggerendam.* legendum arbitror, *ſed quia vera mihi ſunt ſuggerenda.*

3 *Et id quidem ab Homulo ipſi Trajano dictum eſt.*] Palatinus & vet. ed. *ab Homulio.* lege, *ab Homullo.* nam ita ſcribitur in vita Hadriani & Marci.

4 *Atque adeo illum magis odio fuiſſe qui remp. pejoris vitæ hominibus commendaverat.*] Quis ille qui magis odio fuit quam Domitianus, quique rempublicam pejoris vitæ hominibus commendavit? Deinde quid hoc eſt, rempublicam pejoris vitæ hominibus commendare? an Latinum ſatis, *pejoris vitæ homines*, pro malis aut malæ vitæ hominibus? non ſatis puto. atque omnino hoc loco, ut aliis quam multis correctores non paſſi ſunt induſtriam ſuam requiri, quam abunde nobis teſtatam reliquerant hac præclara ſua correctione. nam ve-

qui Remp. pejoris vitæ hominibus commendaverat, quia melius eſt unum malum pati quam multos. Et ut 66
ad rem redeam, [1] Alexander quidem & ipſe optimus fuit.

tus & optimus liber habuit: *atque adeo illum magis odio fuiſſe quæ rempublicam temporis ſuitæ, illa quia melius eſt unum malum pati quam multos.* Iſaacus Caſaubonus pronomen *illum* referebat ad Alagabalum, ſed videtur minime advertiſſe vir doctiſſimus hunc totum locum de malis principibus & eorum amicis de Mario Maximo ſumptum eſſe, apud quem referebatur Homullus ipſi aliquando Trajano dixiſſe, Domitianum peſſimum quidem fuiſſe, bonos tamen amicos habuiſſe, atque ideo illum neſcio quem imperatorem, quem vitium ſcripturæ hoc loco nobis diſſimulat, magis odio fuiſſe quam Domitianum, etſi multis rebus Domitiano meliorem, hac ſola ratione quod amicis improbis uteretur. & ratio hæc additur, quod melius eſt unum malum pati quam multos. Imperator igitur aliquis quærendus qui ante Trajanum fuerit, de quo hunc ſermonem habuerat Homullus ad Trajanum. memoriam autem vitæ Cæſarum pervolutanti non temere alius occurrat in quem Homulli dictum convenire queat quam Claudius, quem principem certum eſt peſſimis hominibus, libertis ſuis & peſſimis fœminis uxoribus ſuis mancipatum, tyrannorum crudeliſſimorum more in republica adminiſtranda ſeſe geſſiſſe. videndus Suetonius in ejus vita & Scotthi Victor. nihil igitur certius quam hæc de Claudio intelligenda, cujus & heic nomen certiſſima conjectura reſtituendum. ſed & totum hunc locum ſic legendum ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ cenſemus: *& id quidem ab Homullo ipſi Trajano dictum eſt, quum ille diceret Domitianum peſſimum fuiſſe, amicos autem bonos habuiſſe, atque ideo Claudium magis odio fuiſſe in republica temporis ſui, quam illε, quia melius eſt unum malum pati quam multos.* alius meliora & certiora proferat de hoc loco, & virum putabo. Homullus igitur dicebat meliorem remp. eſſe & tutiorem in qua princeps malus eſſet, ea in qua ſunt principis amici mali: & dictum ſuum firmabat exemplo Imperatorum duorum Claudii & Domitiani, quorum alterum amicis ſuis, peſſimis viris indulgentem, omnium ordinum offenſam incurriſſe; alterum vero cum longe ipſe pejor eſſet, amicos tamen meliores haberet, minus odio fuiſſe hominibus temporis ſui quam illum alterum, hoc eſt Claudium, minus quidem malum, ſed amicis pejoribus uſum. ſed pace Spartiani Mariique Maximi dixerim, hoc perpetuo verum eſſe non puto. immo raro aliter uſu venit, ut mali principes malos etiam amicos ſibi adſciſcant· ἧλιξ enim ἥλικα τέρπει, & κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει, & ὅμοιος ποτὶ τὸν ὅμοιον facile congregatur. ubi igitur gentium reperias principem malum maliſque artibus deditum, qui amicitiis ſuis bonos viros curet jungere, eorumque conſiliis uti in republica adminiſtranda? corvos albos & cygnos nigros paratus ſum tibi digito monſtrare, cum talem mihi principem dabis, qui malus bonis viris amicis gaudeat. pars enim boni principis optima eſt bonos ſibi amicos quærere & conciliare, quorum præceptis pareat, conſiliis utatur, in rebus minimis, maximis. nam hoc vult nemo niſi bonus, ut verbis utar noſtri auctoris atque hæc hactenus.

1 *Alexander quidem & ipſe optimus fuit. Nam hoc vult niſi bonus, & optimæ matris conſiliis uſus eſt.*] Locus hic non parum mihi negotii faceſſit. non enim eam ſententiam poſſe putamus conſtare, quam probant eruditi viri,

fuit. [1]Nam hoc nemo vult niſi bonus & optimæ matris conſiliis uſus eſt: ac tamen amicos ſanctos & venerabiles habuit, non malitioſos, non furaces, non factioſos, non callidos, [2]non ad malum conſentientes, non bonorum inimicos, non libidinoſos, non crudeles, non circumventores ſui, non irriſores, [3]non [4]qui illum quaſi fatuum circumducerent: ſed ſanctos, venerabiles, continentes, religioſos, amantes principis ſui, & qui de illo nec ipſi riderent, nec riſui eſſe vellent: qui nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent exiſtimationem principis ſui, ſed amarent. Huc accedit quod eunuchos nec in conſiliis nec in miniſteriis habuit, qui ſoli principes perdunt, dum

viri, niſi trajectione verborum hunc in modum admiſſa: *& ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipſe optimus fuit, & optimæ matris conſiliis uſus, nam hoc nemo vult niſi bonus, ac tamen amicos ſanctos.* magnum igitur & validum putavit argumentum Spartianus quo probaret bonum fuiſſe Alexandrum, quod optimæ matris conſiliis uſus ſit. Quis enim, inquit, hoc vellet niſi bonus? non enim cujuſvis eſt, bonorum conſiliis uti, & iis obſequi quos optimos eſſe noverint, ſed eorum ſolum qui per ſe optimi ſunt. hic ergo ſenſus erit Spartiani; præterquam quod ipſe Alexander optimus fuit, & optimæ matris conſiliis uſus eſt, cui ſe regendum dabat, etiam amicos bonos ac ſanctos circa ſe habuit, & ſic perfectum & optimum principem exhibuit. cum multi principes ſint reperti qui minime quidem mali ipſi fuerunt, malis tamen amicis, quorum erant in poteſtate, libentius indulgendo, odium quod ſoli mali principes merentur, etiam incurrerunt. hæc noſtra eſt de hoc loco ſententia.

CASAUBONUS.

1 *Nam hoc nemo vult niſi bonus.*] Mutanda diſtinctio, *& ipſe optimus fuit: nam hoc nemo vult niſi bonus: & optimæ matris conſiliis uſus eſt.* præcipuam laudem Alexandri vult fuiſſe, quod optimæ matris conſiliis ſit uſus: ſed hoc quoque ſatis magnum argumentum ait eſſe, ut probetur natura fuiſſe optimus: cum non niſi optimus quiſque in imperio conſtitutus, matris conſiliis regendum ſe præbeat. in quo vel modum exceſſiſſe Alexandrum, atque adeo matris non ſua peccata fuiſſe, cum Juliano Cæſare omnes conſentiunt hiſtorici. Sed cogitent eruditi de lectione quam apud Robertum à Porta offendimus: *& ipſe optimus fuit, & optime natus conſiliis uſus fuit.*

4 *Qui illum quaſi fatuum circumducerent.*] Reg. *circumvenirent*: ſed vulgata Græcum proverbium alludit, θυλακῷ περιάγειν, de quo ad Athenæum. affine eſt, ῥινὸς ἄγεσθαι.

SALMASIUS.

2 *Non ad malum conſentientes.*] Sic, *ad bonum conſentire.* infra: *his tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari vel fieri, quum ad bonum conſentirent?*

GRUTERUS.

3 *Non qui illum quaſi fatuum circumducerent.*] Ita & Pal. non, *circumvenirent*: quod cum modo præceſſiſſet, minime erat repetendum.

1 *Qui*

dum eos more gentium aut regum Perſarum volunt vivere: [1] qui à populo etiam amiciſſimum principem ſemovent: qui internuntii ſunt, aliud quam reſpondetur ſæpe referentes, [2] claudentes principem ſuum, & agentes ante omnia, ne quid ſciat. [3] Qui quum empti ſint

CASAUBONUS.

1 *Qui à populo etiam amiciſſimum principem ſemovent.*] Melius ſcripti, *qui à populo & amicis principem ſubmovent.* eſt hypallage, pro, à principe populum & amicos ſubmovent.

2 *Claudentes principem ſuum, & agentes ante omnia, ne quid ſciat.*] Non ſoli hoc faciunt eunuchi. Vopiſcus in Aureliano: *Colligunt ſe quatuor vel quinque, atque unum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum ſit: imperator qui domi clauſus eſt verum non novit.*

3 *Qui cum emti ſint & pravi fuerint.*] Natura pravi, & genere vitæ: qui ut ait poëta,

Ἥμισυ τῆς ἀρετῆς ἀπαιρεῖ δούλιον ἦμαρ.

GRUTERUS.

1 *Qui à populo & amicis Principem ſubmovent.*] Adblanditur huic lectioni Pal. in quo, *qui eos à populo & amiciſſimum movent.* nimirum ſcribebatur *ſummovent.* prius vulgati, *qui à populo etiam amiciſſimum Principem ſemovent.*

SALMASIUS.

1 *Qui à populo etiam amiciſſimum principem ſemovent.*] Hæc pura non ſunt, ſed à correctoribus procuſa. non meliora vir doctiſſimus ex ſuis codicibus protulit. optimus Palatinus: *qui eos à populo & amiciſſimum movent.* emendo: *qui ſoli principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Perſarum volunt vivere, qui eos à populo & amicis ſummovent.* ſcriptam lectionem cum minime aſſequeretur primæ editionis auctor, ſic eam interpolaverat, *qui eos à populo etiam amiciſſimum principem movent.* quam poſtea acceptam correctores validius depravarunt.

3 *Qui quum empti ſint & pravi fuerint.*] Non temere quis hunc locum ut mendoſum ſuſpicetur. mihi ſane ſemper ita viſus eſt. quid enim mirum ſi homines pravi, nihil boni ſapiunt? quam poſtea ſuſpicionem etiam magis auxit liber Palatinæ Bibliothecæ in quo ita ſcriptum reppeti: *qui cum empti ſint, & pervi fuerit, quid tandem boni poſſunt ſapere?* quæ tamen verba quomodo quis recte reſtituat, non video, niſi ſi hoc modo: *quum enim empti ſint & evirati, quid tandem boni poſſunt ſapere?* aut *enervati.* ſed illud *evirati* placet impenſius, nec ita longe recedit ab antiquæ lectionis veſtigiis. hoc voluiſſe dicere Spartianum plane exploratum habeo: homines nempe ære emptos, & viro caſſos nihil boni poſſe ſapere. duo enim in unum concurrunt, quæ Eunuchos aliquid boni poſſe ſapere vetent, & quod empti ſint, & quod viri non ſint. Cyrillus de hoc hominum non hominum genere: καὶ οὐδὲ ὁ χειρουργηθεὶς εὐνοῦχος διὰ βίου στερρὸν ἦν ἥσσων καὶ ἡμίκακον ἦν τὸ κακόν. νῦν δὲ γένος ἄδηλον, γαστρίδουλον, θηλυμανὲς, ἰταμὸν, μέθυσον, πλεονεκτικὸν, διασυράντεον, ἀνελεύθερον, διάφυρόδουλον, πρὸς αὐτῇ τῇ φύσει σιδηροκαρδίαν, ἄνανδρον, ἄθηλυ, ἐπιμανὲς, &c. quibus illos miſeros ſuis coloribus ſcite depingit. ſane ſi vera non eſt emendatio noſtra, nihil veri continere editam lectionem, hoc eſt quod ſolum pro vero poſſum affirmare. nunc non dubito verum eſſe quod jam mihi venit in mentem: ita nimirum olim ſcriptum fuiſſe hunc locum: *quum enim empti ſint, & per vim eviriti.* *eviriti* pro *evirati.* ſic *doliti* pro *dolati.* *piciti* pro *picati* apud agrimenſores in veteribus

ſint & pravi fuerint, quid tandem poſſunt boni ſapere? Erat denique ipſius ſententia, *Ego de præfectorum & conſulum & ſenatorum capitibus mancipia ære empta ju-*
67 *dicare non patiar.* Scio, imperator Conſtantine, quo periculo iſta dicantur [1] apud imperatorem [2] qui talibus ſervit, [3] ſed ſalva Republ. poſteaquam intellexiſti quid mali clades iſtæ habeant, & quemadmodum prin-

libris: *palos picitos. probitus*, in antiquis inſcriptionibus, & *vocitus*, pro *vocatus* & *probatus*. ſcriptum etiam vitioſe *everiti* pro *eviriti*, ut ſupra, *ex conſulibus veros* pro *ex conſulibus viros*. in veteri exemplari exaratum fuiſſe notabamus. Porro E & F in veteribus libris ſæpius invicem mutari nemo eſt qui neſciat, & alteram pro altera poni. hinc *fuerit* pro *everiti* vel *eviriti* corruptum eſt. nihil igitur certius quam legendum eſſe, *per vim eviriti*, vel *evirati*. Petronius:

— male pubeſcentibus annis
Eripuere viros, exſectaque viſcera ferro
In Venerem fregere. —

1 *Apud imperatorem qui talibus ſervit, ſed ſalva republica.*] Hoc loco videtur indicare Spartianus, Eunuchos aliquando ſub Conſtantino plurimum potuiſſe, quos tamen poſtea idem princeps abjecerit, & domeſticis neceſſitatibus delegarit, cum intellexiſſet peſtem illos & perniciem eſſe Reipublicæ. legendum igitur patet: *ſcio imperator Conſtantine, quo periculo iſta dicantur apud imperatorem qui talibus ſervit, ſed ſalva republica, poſteaquam intellexiſti quid mali iſtæ clades habeant, &c.* nec alia opus emendatione. excuſat ſe Spartianus quod tam libere dicat in id hominum genus, quibus aliquando ſerviit Imperator. quod liberius dictum ut mitiget quodammodo, refert Imperatorem tandem magno Reipublicæ bono, poſtquam intellexerit, quid mali haberent illæ clades, removiſſe illos ab omni adminiſtratione, ac ſolis domeſticis miniſteriis delegaviſſe. dicat autem aliquis, Quid opus fuit Spartiano excuſare ſe apud principem quod ita de Eunuchis loqueretur? aut quod periculum ipſi metuendum fuit ab eo imperatore qui illi generi non amplius ſerviret, ſed eos prorſus abdicaſſet & abjeciſſet? noverat auctor ægre ferre principes, cum illa tangi notarique vident quæ perperam ipſi fecerunt: ideoque hac excuſatione ſe præmuniit, qua pæne palam facit, non tam vituperandi optimi principis gratia quod Eunuchis aliquando ſervierit, hæc in medium attuliſſe, quam laudandi, quod aliquando ſervire deſierit, intellecto, quantopere illi eſſent reipublicæ pernicioſi, & exitiabiles.

GRUTERUS.

2 *Qui talibus ſerviit, ſed ſalva republica. Poſtquam intellexiſti, &c.*] Poſui punctum ante vocem *Poſtquam*, ſcripſique *ſerviit*, ſuaſu membranarum Palatinarum. indicat enim auctor, Conſtantinum habuiſſe olim indulgentius iſtos eunuchos, ſed tamen abſque reipubl. ullo damno: poſtea vero ut penitius cognovit, ſemoviſſe ab omni munere publico. interim miror adhuc hanc ſcriptoris parrheſian.

CASAUBONUS.

3 *Sed ſalva Republ.*] Non aſſequor, niſi ſcribatur, *ſed ſalva reſpubl. poſt.* etiam ſic hæreo.

SALMASIUS.

3 *Sed ſalva republica.*] Hoc eſt, in ſalutem reipublicæ, quæ diu ſalva eſſe non potuiſſet, ſi diutius illis peſtibus & cladibus reipublicæ, addictum ſe exhibuiſſet Imperator. nihil igitur mutandum.

1 *Sed*

principes circumveniant, & [1] tu eos eo loci habes ut [2] nec chlamyde uti juſſeris,[3] ſed neceſſitatibus domeſticis

1 *Sed eos eo loci habes, ut nec chlamyde uti juſſeris.*] Variæ ſunt de hoc loco doctorum virorum interpretationum opiniones. Lipſius chlamydem ſervorum aulicorum propriam fuiſſe veſtem putat. atque ſic magis chlamyde uti debuiſſent Eunuchi, ſequitur enim domeſticis neceſſitatibus eos delegaviſſe Conſtantinus. quinam vero alii domeſticis neceſſitatibus principis deputati quam ſervi aulici? Caſaubonus ſummotos à militia Eunuchos heic intelligit, quia chlamydem uſurpare vetitos. quod nullo modo mihi probatur. cauſas alibi afferam. Chlamys aut lacerna illis temporibus communis omnium honeſtiorum veſtis; etiam non militantium. ſenatores, equites paſſim lacernati vel chlamydati. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius AAA. primi ſenatores intra urbem chlamyde uti vetuerunt. leg. 1. C. Theod. de habitu quo uti oportet intra urbem: *ſine exceptione matutini temporis duntaxat intra mœnia conſtitutus nullus ſenatorum habitum ſibi vindicet militarem: ſed chlamydis terrore depoſito quieta colobiorum & penularum induat veſtimenta.* ante Gratianum igitur ſenatores etiam in urbe chlamydati. de quo nos alibi. ſed & omnes qui in aula militabant in diverſis officiis Palatinis, chlamydibus uſos fuiſſe certum eſt: non tantum eos qui revera militabant ut protectores domeſtici & agentes in rebus. Eunuchos qui ſub aliis principibus omnia poterant in aula, & ſummas quaſque dignitates obtinebant tam militares & Palatinas quam civiles, chlamydatos fuiſſe quis dubitet? Conſtantinus poſtquam Eunuchos domeſticarum neceſſitatum miniſteriis delegavit, etiam chlamydem uſurpare eos prohibuit. nam regii miniſtri ſine chlamyde, tunicati tantum ſemper fuere. Ammianus Marcellinus: *ſtetit itaque ſubtabidus nuſquam reperto paludamento, tunica auro diſtincta, ut ſi gius miniſter.* Nonius qui illa ætate vixit: *paludamentum eſt veſtis quæ nunc chlamys dicitur.* Aulici igitur miniſtri omnes tunicati, pincernæ, veſtitores, cubicularii, & reliqui. tales & Eunuchi. poſtquam nihil aliud curare in Palatio ſunt juſſi, quam domeſticas neceſſitates, nec ad honores ut antea, & dignitates in republica gerendas ſunt admiſſi. hoc eſt quod dicit heic Spartianus, Conſtantinum eo loci habuiſſe Eunuchos, ut chlamyde eos uti vetuerit, & miniſteriis domeſticis delegaverit. albati miniſtri imperatorum, id eſt albis tunicis induti. Suetonius in Domitiano: *generum fratris indigne ferens & ipſum albatos miniſtros habere, proclamavit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.* nec ſolum albæ illæ tunicæ aulicorum miniſtrorum, ſed etiam auro diſtinctæ. Lampridius ſupra: *auratam veſtem miniſtrorum nullus vel in publico convivio habuit.* auratam veſtem vocat, qualem gerebant regii miniſtri, tunicam albam, auro diſtinctam. Alexander vero albatos tantum, non etiam auratos habuit miniſtros. tunicæ autem illæ imperialium miniſterianorum non per totum auro ſparſæ & intextæ, ſed paragaudis hoc eſt loris auratis prætextæ. Cod. de veſtibus holoveris leg. 11. *nemo vir auratas in tunicis aut in lineis habeat paragaudas: niſi hi tantummodo quibus hoc propter imperiale miniſterium conceſſum eſt.* albati igitur illi miniſtri, & in tunicis albis, auro limbatis, nunquam vero chlamydati. ſed hæc alibi pluribus in libro de officiis Auguſtæ domus.

CASAUBONUS.

2 *Nec chlamyde uti juſſeris.*] Summoveris à militia.

3 *Sed neceſſitatibus domeſticis delegaris.*] Dictum ante de Alexandro, juſſos ab illo eunuchos balneas mulie-

bres

cis delegaris. Jam illud inſigne, quod ſolum intra Palatium præter præfectum, & Ulpianum quidem, neminem vidit: nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de ſe, vel ſibi de aliis male loquendi, maxime occiſo Turino, qui illum quaſi fatuum & væcordem ſæpe vendiderat. His acceſſit, quod amicos & [1] parentes Alexander ſi malos reperit, aut punivit, aut, ſi vetus vel amicitia vel neceſſitudo non ſivit puniri, dimiſit à ſe, dicens, *His charior eſt mihi tota Reſpubl.*
68 Et ut ſcias qui viri in ejus conſilio fuerint, [2] Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui, Domitius Ulpianus juris peritiſſimus, [3] Ælius Gordianus

bres curare. etiam quod ſubjicitur pluribus dictum ſupra.

SALMASIVS.

3 *Sed neceßitatibus domeſticis delegaris.*] Palatinus cum veteri primaque editione: *ſed de neceßitatibus domeſticis deligaris.* cujus lectionis ſenſus hic eſſe videretur; Conſtantinum ne quidem ad neceſſitates domeſticas Eunuchos retinuiſſe, ſed eos prorſus à miniſterio ſuo removiſſe. quod idem fecerat Alexander Severus, quem narrat Spartianus non uno loco Eunuchos nec in conſiliis nec in miniſteriis habuiſſe. vulgatæ tamen lectioni magis accedimus, ut Eunuchos qui omnia poterant apud Conſtantinum, & τὰ πάντα erant, poſtquam is tandem intellexiſſet, quam damnoſi ſint rebus publicis, ab eodem ſolis domeſticis neceſſitatibus delegatos intelligamus, & loco miniſtrorum tantum habitos.

CASAUBONUS.

1 *Parentes.*] Cognatos & junctos ſanguine. expoſuimus ante ad Marci Antonini vitam.

2 *Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius.*] Filius Sabini illius viri conſularis, quem Alagabalus juſſerat occidi, ut libro ſuperiore dictum. In centunculis Pandectarum non memini fieri ullam Fabii Sabini mentionem. duos enim invenio Sabinos juriſconſultos in Digeſtorum libris: Maſurium Sabinum, cui conceſſum eſt à Tiberio ut populo reſponderet, inquit Pomponius: & Cælium Sabinum, qui teſte eodem Pomponio, plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Scribit Lampridius in Alagabalo, Ulpianum ad hunc Fabium Sabinum patrem ejus qui Alexandri fuit amicus, libros ſcripſiſſe: ſed errat Lampridius, ut pridem docuit Jacobus Cujacius in ſeptimo Obſervationum: nam Ulpiani ad Sabinum libri, quorum in Pandectis toties mentio, non ad Fabium Sabinum ſcripti ſunt; ſed, ut videtur, ad illum veterem Maſurium.

3 *Ælius Gordianus, Gordiani imperatoris pater.*] Gordianum juriſconſultum nuſquam invenio vel nominatum in totis L. Pandectarum libris: quod mirum non eſt: nam fere eorum tantum ibi fit mentio, qui de jure ſcripſerant. Sed illud mirum ſimul & obſcurum, quod hunc Ælium Gordianum Alexandri conſiliarium ait fuiſſe Gordiani imperatoris patrem. Tres fuerunt ejus nominis imperatores: de quocunque illorum hæc interpreteris, hærebis. Primus illo-

illorum qui vulgo Gordianus ſenior dicitur, cum Alexander moreretur, ad annum vitæ accedebat octuageſimum: ut ineptum ſit putare adhuc Alexandri imperio patrem illius fuiſſe ſuperſtitem, & conſiliorum imperatoris participem. Adde quod neque ex Ælia gente fuiſſe traditur Gordianus qui imperavit: neque à patre cognomen Gordiani habuiſſe, ſed vel à matre vel aliquo alio è cognatione materna. nam parentibus natum ſcribit Capitolinus Metio Marullo & Ulpia Gordiana. Nunquam igitur efficiet Lampridius, ut Ælius iſte Gordianus pater ſenioris Gordiani eſſe potuerit, ne adoptione quidem: cum repugnet manifeſtiſſime ratio temporum. Abſurdum æque ſit, de juniore Gordiano prioris filio accipere: nec minus de tertio, quem filio ſenioris quidam, plures filia ortum ſcripſerunt. nam quare diceretur horum alteruter imperator, potius quam pater aut avus: cum ab illo ceu fonte, derivatum ſit in ipſos imperium? Arbitror ex iſtis conſtare miris modis hallucinatum Lampridium, ſi ita ſcripſit. & mirum profecto hæc tanta abſurda à nemine adhuc, quod ſciam, fuiſſe animadverſa. Sed nos putamus factam Lampridio injuriam, & à mala manu eſſe illa, *Gordiani imperatoris pater.* dele igitur, ſi me audis, & ſcribe, *Ælius Gordianus, & ipſe revera vir inſignis.*

GRUTERUS.

3 *Ælius Gordianus, Gordiani Imperatoris pater, & ipſe revera vir inſignis.*] Pal. ſervat: *Ælius Gordiani Imperatoris ipſa res viri inſignis.*

SALMASIUS.

3 *Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater & ipſe revera vir inſignis.*] Offendit hic locus & hic Gordianus eruditiſſimos viros. & ſane ſi rem ipſam putemus, quem non offenderet, & ſic inquinatus locus, & ſic plane incognitus Gordianus? ſi hoc præſtamus, ut & vitioſam lectionem emendemus, & hunc Gordianum, quis ſit, indicemus; quod erit pretium induſtriæ? ſi nihil aliud, gratiam certe me initurum ſpero ab humanis & eruditis lectoribus. ſed prius proponamus antiq. ſcriptur. quæ parum diſtat ab excuſa, tamen diſtat: ſic igitur habet illa: *Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris ipſa re viri inſignis.* nec mutat editio princeps, niſi quod ſic legit poſtrema hæc verba: *ipſa repub. viri inſignis.* huic loco eximie id nocuiſſe video, quod aliis ſexcentis labem attulit, per ſingulas nempe literas compendiariam ſcribendi rationem ſic enim olim apud auctorem fuiſſe ſcriptum liquido jurare auſim. *Ant. Gordianus Gordiani Imp. f. & ipſe Imp. vir inſignis.* hoc eſt, *Antoninus Gordianus Gordiani Imperatoris filius, & ipſe imperator vir inſignis.* de alio autem aliquo Gordiano ſomniare qui illa tempeſtate vixerit & in conſiliis fuerit Alexandri Severi, & vir inſignis audire meruerit, præter hunc Gordianum Imperatorem & Imperatoris filium, non poſſumus. quare de filio magis quam de patre hæc capiamus, cum pater etiam ſub Alexandro fuerit, & apud illum plurimum valuerit, & Proconſul in Africam miſſus ſit, ratio eſt, quod hunc Gordianum inter Juriſconſultos medium collocat, quaſi qui & ipſe Juriſconſultus fuerit. hoc de Gordiano filio verum eſt, quem & præturam urbanam Alexandro auctore tenuiſſe refert in ejus vita Capitolinus, *in qua prætura tantus juriſdictionis gratia fuit, ut ſtatim conſulatum quem pater ſero acceperat mereretur.* Capitolini verba ſunt. ſed & ipſum quoque de jure reſpondiſſe teſtis his verbis idem Capitolinus: *nec tamen in vita ſua fortunæ bonis unquam degeneravit, ſemperque inter illuſtriſſimos fuit, nec civibus, nec reipublicæ ad conſultationem defuit.* ſatin per hæc verba liquet & conſultum juris fuiſſe Gordianum, deq; jure reſpondiſſe, & eum hoc nomine inter Juriſconſultos qui in conſiliis Alexandri fuere, recte poni ab Spartiano? *Ælius* autem pro *Antoninus* temere irrepſit, cum ſcriptum fuiſſet

nus Gordiani imperatoris pater, & ipſe re vera vir inſignis: [1]Julius Paulus juris peritiſſimus, [2]Claudius Venatus orator ampliſſimus: [3]Pomponius legum peritiſſimus,

Ant. atque ita ejus illud nomen ſcriptum in vetere nummo argenteo qui penes me eſt: IMP. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. P. M. TR. COSS. PP.

1 *Julius Paulus juris peritiſſimus, Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Africanus.*] Sequitur in omnibus editionibus catalogus multorum Juriſconſultorum nudo tenus nomine poſitorum inter conſiliarios Alexandri, quorum tamen plures ante Alexandrum non parvo intervallo vixiſſe certa fides eſt. ſed illos merito non agnoſcunt veteres membranæ. apparet igitur ab aliquo ſciolo juris ſemidoctore huc per vim, perque inſcitiam inſultos & intruſos eſſe, qui putaret juris omnes illos prudentes qui in Pandectis leguntur, & nominantur, una eademque ætate vixiſſe quæ Alexandri Severi fuit, quod videret nempe Paulum & Ulpianum, τῶν νομικῶν coryphæos ſub illo Imperatore claruiſſe. illud etiam unum ſatis evincit non ab auctore ſic nuda poſita iſtorum virorum nomina qui in conſiliis fuerunt Alexandri, quod cum oſtendere ſatis agat Spartianus qui & quales viri extiterint, qui in ejus conſilio fuerunt, omnes ſplendidis elogiis ornet; *& ut ſcias,* inquit, *qui viri in ejus conſilio fuerint:* at quomodo ſciemus qui viri fuerint, ſi nuda & arida tantum eorum nomina heic habeamus? debuit igitur elogio adpoſito vel nota quadam conditionis & vitæ nobis illos notos facere, quos ita claros & inſignes fuiſſe in conſilio Alexandri conatur demonſtrare, atque ita ſane auctor fecerat. ſi enim expungamus illos inſertitios, neminem abſque elogio poſitum animadvertemus. Nos igitur virum eruditiſſimum non ſequimur, qui minime putabat iſta inducenda tanquam ſpuria & ſubdititia, ſed magis vetuſtas membranas, quæ omnia hæc inducunt, quibus auctoribus non dubito totum hunc locum ſic legere & conſtituere: *& ut ſcias qui viri in ejus conſilio fuerunt, Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui: Domitius Ulpianus juris peritiſſimus: Antoninus Gordianus Gordiani imperatoris filius, & ipſe imperator vir inſignis: Julius Paulus juris peritiſſimus: Claudius Venacus orator ampliſſimus: Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctiſſimus: Ælius Serenianus omnium vir ſanctiſſimus: Quintilius Marcellus quo meliorem ne hiſtoriæ quidem continent.* nemo igitur poſthac ætatem qua vixerunt Juriſconſulti qui in hoc albo corrupto referuntur, ex iſto loco Spartiani conetur eruere. nugas enim aget ille quiſquis erit, niſi ad ſolos illos adſerendos Alexandri temporibus id faciet, qui in hac noſtra animadverſione, ex optimarum membranarum auctoritate recenſentur.

GRVTERVS

2 *Claudius Venatus.*] Pal. *Venacus.* forte *Benacus.*

3 *Pomponius legum peritiſſimus, &c.*] Iſthæc & ſequentia omnia, uſque ad *Catilius Severus*, non comparent in Palatino; quæ cum item non agnoſcantur à codicibus, quos excuſſit diligentiſſimus Caſaubonus noſter, vix cauſa eſt, cur non debeant obelo figi.

CASAUBONUS.

2 *Claudius Venatus orator ampliſſimus.*] Hunc quoque alibi non invenio.

3 *Pomponius legum peritiſſimus.*] Multos hic inter Alexandri conſiliarios nominari Juriſconſultos, qui ætate longe illum anteceſſerint, nemini obſcurum eſſe poteſt, qui in Pandectarum lectione paullo diligentius fuerit

mus, [1] Alphenus, [2] Aphricanus, [3] Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venulejus, [4] Triphonius, [5] Metianus, [6] Celſus, Proculus, [7] Modeſtinus: hi omnes

fuerit aliquando verſatus. quare memini Jacobum Cujacium multis ſuorum ſcriptorum locis Lampridii fidem hic & diligentiam deſiderare. Sed abſolvunt culpæ Lampridium veteres membranæ regiæ bibliothecæ & Puteani: quæ nominibus omnium prætermiſſis, qui in vulgatis libris poſt Claudium Venatum recenſentur, Venato ſtatim Catilium Severum ſubjungunt. abſunt enim omnia hæc à veteribus illis codicibus: *Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Marcianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venulejus, Tryphoninus, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus: hi omnes juris profeſſores diſcipuli fuerunt ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & ſocii, ut ſcribit Acholius & Marius Maximus.* Quid igitur dicemus? an hæc omnia pro ſubdititiis & adulterinis inducenda cenſebimus? equidem non puto: multi enim in hoc albo continentur Alexandri æquales quorum nomina recenſuiſſe hic Lampridium, non dubito: dixit enim vitæ hujus initio, viginti minimum juriſperitos Alexandro ſolitos adeſſe: neque fit mihi veriſimile è tam multis qui Alexandri conſilia participarunt, ſolos octo eos hic à Lampridio fuiſſe nominatos, qui ſublatis verbis ſuperioribus, ſuperſunt reliqui. Sed videamus breviter de ſingulis quorum hic nomina ponuntur: nam ita melius quid de univerſo loco ſit pronuntiandum cognoſcemus.

Pomponius legum p.] Videtur νοθεύειν: etſi enim non conſtat ſatis qua ætate Pomponius vixerit, antiquiorem tamen Alexandri ſæculo certum fuiſſe. nam Ulpianus, Paulus, Marcianus non ut æqualis hujus meminerunt; ſed ut multo vetuſtioris. ipſe Pomponius libro ſingulari cui titulum fecerat Enchiridium, priorum juriſperitorum ſucceſſionem ultra Salvium Julianum non perſequitur.

1 *Alphenus.*] Alphenum Varum ſæpe leges in Pandectis; ſed antiquiſſimum, Servii Sulpitii diſcipulum, ut auctor eſt Pomponius. huic cognominem alium fuiſſe Alexandri temporibus conjicere poſſumus ex hoc loco: probare non poſſumus. jure igitur ſuſpectum hoc nomen.

2 *Aphricanus.*] Et hoc ſuſpectum: imo palam νόθον, niſi ipſius eſt Lampridii peccatum. de ætate Africani lege quæ ſcripſit Jacobus Cujacius, quo doctiorem, acutiorem, aut judicii ſincerioris juriſconſultum nulla ætas vidit, nulla, opinor, videbit nam iſtum ardelionem ludimagiſtrum, qui à morſu ſcriptorum Cujacii non magis ſcit temperare, quam à corio uncto canis abſterreri, pro certo circumferendum omnes μιᾷ φωνῇ judicabunt, qui peponem cordis loco non habebunt.

3 *Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venulejus.*] Quinque hi inter Papiniani diſcipulos fuerunt: neque cauſſam video cur eorum nomina debeant eſſe ſuſpecta. *Martianus*, in Pandectis nominatur Ælius Martianus: *Hermogenes* ſemper ibi eſt Hermogenianus. *Venulejus* eſt, niſi fallimur, Q. Claudius Venulejus Saturninus, ex cujus libris decerpti multi floſculi hodieque in Pandectis leguntur.

4 *Triphonius.*] Videtur eſſe Claudius Triphonius: ſed errat in iſto Lampridius: niſi eſt nomen ab aliena manu. vide Cujacium libro ſeptimo Obſervationum, capite ſecundo.

5 *Metianus.*] Non alius hoc nomine mihi notus, niſi Voluſius Mæcianus: quo Magiſtro uſus in jure diſcendo Marcus Antoninus, ut ante di-

omnes juris profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & ſocii, ut ſcribit Acholius & Marius Maximus, [1] Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctiſſimus, [2] Ælius Serenianus omnium vir ſanctiſſimus, [3] Quintilius Marcellus quo meliorem ne hiſtoriæ quidem continent. His tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari vel fieri, [4] quum ad bonum conſentirent? [5] Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui circumvenerant Alexandrum primis diebus, ſed prudentia juvenis [6] his malis occiſis atque depulſis, amicitia iſta ſancta convaluit. [7] Hi ſunt qui bonum principem ſuum fecerunt:

ctum eſt. quare errorem vides, ſive auctoris, ſive illius qui Lampridii album corrupit, auxitque.

6 *Celſus, Proculus.*] Niſi fuerunt alii cognomines iis de quibus Pomponius, inepte hic recenſentur.

7 *Modeſtinus.*] Recte. nam conſtat ſub Alexandro vixiſſe, & ſequentibus etiam principibus.

GRUTERUS.

1 *Catilius Severus.*] Non diſſentit in nomine iſto à vulgaris Pal.

5 *Et eos quidem malorum cohors depulerat qui, &c.*] Melius fortaſſe Pal. *Et hos quidem malorum cohors depulerat, quæ circumvenerat, &c.*

6 *His malis occiſis atque depulſis.*] Palat. non habet duas voces priores, *his malis.*

CASAUBONUS.

1 *Catilius Severus.*] Regius, *Cæcilius Sev.* Eo nomine & cognomine plures in hiſtoria Romana, atque Faſtis; atque adeo in libris ſuperioribus: ſed illi ab antiquo Romani, non Syri, ut hic videtur fuiſſe.

2 *Ælius Serenianus.*] Reg. *Ælius Serenatus.* ſed puto verius *Serenianus.* aſſentior enim illuſtriſſimo viro, Cæſari Baronio, qui Ælium Serenianum hunc arbitratur eſſe, Cappadociæ præſidem: cujus meminit Firmilianus epiſcopus Cæſareæ in Cappadocia, in epiſtola ad Cyprianum.

3 *Quintilius Marcellus.*] Sic malo, quam ut regius, *Quintillus Marc.* eſſe hunc Marcellum qui Alexandro fuit collega in ſecundo conſulatu, Onuphrii conjectura eſt; cui & nos accedimus.

SALMASIUS.

4 *Quum ad bonum conſentirent.*] Vet. editio: *ſentirent.* ſed ſupra ſic jam dixit, *ad malum conſentire: non callidos, non ad malum conſentientes.*

7 *Hi ſunt qui bonum principem ſuum fecerunt.*] Optima, & indubitatiſſima conjectura heic lege: *hi ſunt qui bonum principem Syrum,* vel, *Surum fecerunt.* atque heic finit diſputatio quam ſupra ab his verbis inſtituerat: *Soles quærere Conſtantine Maxime, quid ſit quod hominem Syrum & alienigenam talem principem fecerit, quum tot Romani generis, tot aliarum provinciarum repperiantur improbi, impuri, crudeles, &c.* definit igitur hoc loco Spartianus bonos amicos, & quales ſuperius nominavit, viros ſanctiſſimos, graviſſimos, doctiſſimos, bonum principem, hominem Syrum

runt: & item amici mali, [1] qui Romanos peſſimos etiam poſteris tradiderunt [2] ſuis vitiis laborantes.

Syrum feciſſe; ut contra amicos malos, peſſimos principes, homines Romanos poſteris tradidiſſe. ſic igitur legendum: *hi ſunt qui bonum principem Syrum fecerunt: ut item amici mali Romanos peſſimos etiam poſteris tradiderunt ſuis vitiis laborantes.* *ſurum* ſcriptum patet fuiſſe, pro *Syrum*, ex quo *ſuum* facile factum eſt. ſic infra *Suria* idem optimus liber ſcriptum exhibebat.

CASAUBONUS.

1 *Qui Romanos peßimos etiam poſteris tradiderunt.*] Addit *Romanos*, verba reſpiciens propoſitæ à Conſtantino quæſtionis: quid Alexandrum hominem Syrum tam bonum feciſſet principem; cum multi etiam Romani fuiſſent peſſimi.

2 *Vitiis ſuis laborantes.*] *Suis*, nempè conſiliariorum. tranſmittunt enim vitia ſua mali conſiliarii in principes quorum conſilia regunt. dictum veriſſimum & omnium ſæculorum experientia comprobatum.

FINIS TOMI PRIMI.

AO! 1472167

INDEX PRIMUS RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in Contextu horum Scriptorum occurrunt.

Numeri paginas deſignant.

A.

A Libellis. 935
A memoria. ibid.
A pugione. 492
Ab epiſtolis. 933
Abgarus rex Perſarum. 270. *ſubactus.* 622
Abrahæ effigies in larario Severi Auguſti. 930
Abſinthiatum. 843
Accurare barbam pſilothro. 870
Acholius. 901.1001.1037.1048
Acclamatio Senatus ad Marci clementiam. 467. *ejuſdem ſuper Commodi cade.* 524. *ejuſdem ſuper Alexandri Severi inauguratione.* 891
Acclamatio militum ad Macrini concionem. 772
Acclamatio poſt imperatoris orationem de victoria. 1020
Accubationes de roſis & liliis. 234
Accubita. 854
Accuſare innocentem occiſum, alterum parricidium eſt. 722
Adiabeni victi. 605.612
Admiſſionales. 886
Adoptio ſub conditione. 254.307
Adorari ſe vetat Alexander Severus. 908
Adrianopoles multæ. 185
Adrianotheræ. 190
Adriani Imp. origo. 1. & ſeqq. *nativitas.* 9. *ingens memoria.* 186. 188. *joca.* 187. 192. *natura & mores.* 145. *morientis verſus.* 210. *vitæ & imperii anni.* 211. *ſigna mortis.* 217. *reliquiæ Romam pervectæ.* 256
Adriani pons. 180. *ſepulchrum.* ibid.
Adrianus Imp. unde Graculus dictus. 11. *natalem adoptionis & imperii celebrat.* 43. *adeptus imperium tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit,* 46. *bis ac ter die agros viſitavit.* 78. *pacis magis quam belli cupidus fuit.* 81. *poëmatum & litterarum omnium ſtudioſiſſimus fuit.* 143. 144. *libros vitæ ſuæ ſcripſit.* 150. *matheſeos peritiſſimus fuit.* 158. 228. *omnes reges muneribus ſuis vicit.* 161. *ſe occidere tentat.* 207. *moritur.* 209. *in villa Ciceroniana ſepultus.* ibid. *inter divos relatus.* 257
Adrumetinus ex Africa. 684
Adulteri mimici. 859
Adulterii pœna graviſſima. 766.767
Adulteros uxoris promovet Marcus. 400
Adulterum matris Conſulem deſignat Commodus. 494
Ægri bis ac ter die ab Adriano viſitati. 78. 90.92
Ægyptiaca præfectura. 58
Ægyptii. 930
Æliæ Kalendæ. 508
Ælius Adrianus Afer, Adriani Imp. pater. 7.8
Ælius Corduenus. 650
Ælius Celſus. 610
Ælius Gordianus. 1044
Ælius Maurus. 632
Ælius Serenianus JC. 1048
Ælius Verus Cæſar. 204.221. *per ſomnum periit.* 205.230
Æmilia Clara. 572
Æmilianus, Peſcennii dux. 604
Æmilius Junctus Coſ. in exilium actus. 486
Æmilius Parthenianus. 453
Æmilius pons. 823
Æquanimitas. 282. 315. *Æquanimitatis ſigna dato.* ibid.
Ærarium in ſuum ſtatum reſtituit Pertinax. 555
Ærarium Saturni, ejuſque præfecti. 327
cum Æthiopibus auriculis amicos ſuos nocturnis

nis manſionibus incluſit Heliogabalus. 873.
Æthiopis occurſus ominoſus. 637
Aëtius, Severi gener. 603
ex Ætna Solis ortus qualis conſpiciatur. 124
Affectus non tollit philoſophia, nec imperium. 273
Africanis cur dilectus Adrianus. 200
Africanus JC. 1047
Afrum quiddam ſonans. 632
Agaclytus, libertus Veri. 346. 432
Agathodæmones. 864
Agon Herculeus. 947
Agrarius mergus. 556
M. Agrippa, Severi Imp. patruus. 589
Agrippiana ſepta. 924
Agrippus hiſtrio. 429
Alani. 259. 372
Albæ. 841
Albani. 194
Albinus cur ſic dictus. 689. *Vide* Clodius Albinus.
Albinus Peſcennius. 611
Albis, fluvius. 573
Alexander, grammaticus. 290
Alexander M. 889. 932. 936. 947
Alexander Severus, Heliogabali conſobrinus. 800. 814. 819. 822. 881. 883. 889. 890
Alexandri Severi vivendi uſus qualis fuerit. 930. *odium contra fures.* 905. *mores.* 995. *mors.* 128. *Imperii & vitæ anni.* ibid. *omina mortis.* ibid.
in Alexandro Severo quæ reprehenſa. 1036
Alexandria Caſſii filia. 391. 459
Alexandria Commoda togata. 522
Alexandrina baſilica. 924. *purpura.* 971
Alexandrina ſeditio ob Apin. 110
Alexandrinæ ſitus. 1029
Alexandrinæ thermæ & Alexandrina aqua. 921
Alexandrini. 930
Alexandrini ſodales. 1035
Alexandrinum opus. 921
Alimentaria compendia. 555
Alimentariæ puellæ. 317. 319
Alimentorum cura. 331. 532. 537. 574
Allius Fuſcus occiſus. 494
Alphenus JC. 1047
Alpinus caſeus. 282
Amazoniæ ſigno ſignatæ litteræ. 685
Amazonius menſis. 507
Amici Ixionii. 858
Amicorum calumniatoribus aures præbet Adrianus. 146
Amicorum occulta omnia explorare. 103. 109
A'ναίμακτον imperium. 1009
Andron, muſicus. 290
Anguis jubatus. 269
Anitius Lupus. 493
Annaria lex. 478
Annia Cornificia. 289
Annia Fauſtina, Antonini Pii uxor. 246. 289. *ob nimiam libertatem & vivendi facilitatem multa de ea dicta.* 253. *occiſa.* 494
Annius Fuſcus. 643
Annius Libo conſul. 288
Annius Marcus, Orator. 291
Annius Veriſſimus. 290
Annius Verus. 246. *poſtea Antoninus dictus.* 261
Annius Verus ante tempus Quæſtor deſignatus. 261. *conſul & præf. urbi.* 287
Annius Verus. 290. *quando Aurelius vocatus.* 307
Annonæ inſpectio. 904
Annulos nunquam iteravit Heliogabalus. 872
Anſer feſtis diebus adhibebatur. 951
Anſerum jecinoribus canes pavit Heliogabalus. 839
Anterus, Commodi ſubactor. 481. *occiditur.* 484
Antiatum aquaductus. 267
Antinoi mors. 135. *conſecratio.* 137. *oracula.* 141
Antiochenſes. 131. 387. 459. 605. 930
Antiochia, multarum civitatum metropolis. 131
Antiochianus, præf. 821
Antiſtius Burrus. 537
Antiſtius Capella. 472
Antoniniana ſigna & vexilla. 776
Antoniniana penulæ. 775. *plateæ.* 858
Antoniniani pueri & Antoninianæ puellæ. 776
Antoniniani ſodales. 285. 347. 359. 726. 732.
Antoninianum edictum. 776
Antoninianus menſis. 271

Anto-

Antoninus Balbus. 610
Antoninus Baſſianus Caracallus. 706. *fratrem occidi fecit.* 708. *ipſe interimitur.* 718.723. *novercam ſuam Juliam uxorem duxit.* 730. *inter deos relatus.* 732
Antonini Caracalli thermæ. 921
Antoninus Diadumenus. 771
Antoninus Geta. 733. *vide* Geta.
M. Antoninus Heliogabalus, Caracalli F. 724
Antoninus Mamertini F. occiſus. 493
M. Antoninus Philoſophus. 246.287. *ejus imperii omina.* 250. 252. *ejus origo & nativitas.* 288. *habitum Philoſophi aſſumit.* 293. *poſt Veri obitum ſolus Remp. tenet.* 350. *ejuſdem imperii & ætatis anni.* 358. *imagines per omnes fere domos.* 359. *mors qualis fuerit.* 397
M. Antonini Philoſophi ſententia. 373. *oratio ad Senatum.* 464
Antoninus Pius. 206.244. *quando natus.* 246. *cur Pius cognominatus.* 248
Antonini Pii diligentia in ſubjectis ſibi populis regendis. 261. *victus qualis.* 262. *opera Romæ.* 266. *mors.* 282
Antoninus popa. 738
Antoninus Verus. 237
Antonini nomen in Heliogabali titulis eraditur. 825.827.880
Antonini nomen recuſat Alexander Severus. 889
Antonini prænomine pariter & cognomine multi honorati Principes. 784
Antoninorum numerus. 750. *ultimus Heliogabalus.* 758.794.827.877.878
Antoninorum de genere ſe dici volebant Gordiani. 878
Antoninos duos (Baſſianum & Getam) Pii exemplo, reip. ſe relinquere gaudet Severus. 632
Anubis ſimulachrum. 497. *moveri viſum.* 516
Apamena uva. 839
Aper conſul. 478.508
Apiaſtrum. 837
Apicianæ delitiæ. 835.836
Apicii imitator Heliogabalus. 835
Apis, Ægyptiorum deus, & ob eum turbæ inter populos. 110
Apolauſtus, hiſtrio. 429. *occiditur.* 493
Apollinaris. 718
Apollinis Cumani templum. 691
Apollonius Chalcedonius. 271.272.295
Apollonius, Philoſophus. 409
Apollonius, Rhetor. ibid.
Apollonius Syrus Platonicus. 22
Apollonius Thyaneus. 930
pro Apophoretis quæ dederit Heliogabalus, 843. & ſeqq.
Apoplexia, morbus. 345.433
Apparitores nullos vult Alexander. 1010
Aprugna ſumina. 839
Apulejus Ruffinus conſul. 594
Aquarum ductus infinitos nomine ſuo appellavit Adrianus. 186
Aquilius centurio. 580.644
Arabes in deditionem accepti. 622
Arabinus, furtorum crimine famoſus. 906
Aram ſibi dedicat Adrianus. 125.126
Aranearum pondo decem millia. 863
Arca Cæſarea, oppidum. 899
Arcena, urbs. 880.889
Archiereus. 930
Archiſynagogus. ibid.
Arena aureſa. 872
Argentarii. 919
Argentei ſcobe. 871
Argyraſpides. 1004
Ariſtomachus, tribunus. 821
Armenia ſibi regem à Romanis impetrat. 193
Armeniacus, cognomen. 325
Aromatica populo donata. 177
Arria Fadilla. 245
Arrius Antoninus. 245.537. *occiſus.* 493
Arrius Antoninus, qui poſtea Pius dictus, ab Adriano adoptatur. 206
Artabanes, Parthorum rex. 758
Artaxata capta. 325
Artaxerxes, rex Perſarum. 1017.1020
Arunculejus Cornelianus. 610
Arunculejus conſul. 23
Aruſpicinæ peritiſſimus fuit Severus. 927
M. Aſellio. 611
Aſellius Claudianus. 610
Aſemæ tunicæ. 942
Aſſeſſoribus ſalaria inſtituuntur. 997
Athenaum. 561.947
Athenienſium privilegia cur minuerit Severus. 594
Atidius Cornelianus. 321
Attejus Sanctus, orator. 473

Atti-

Attilius Severus Coſ. in exilium actus. 486
Attilius Tatianus affectatæ tyrannidis reus. 262
Avaritia acerbiſſimum in Imperatore malum. 459
Auctio ornamentorum imperialium. 354. *rerum aulicarum.* 370. *rerum Commodi.* 544
Aufidius Victorinus. 299.321
Augur conſul. 288
Auguratus codicillares. 1002
Augures Hiſpanorum & Pannoniorum vicit Severus Aug. 927
Auguſti ædes in Hiſpania ab Adriano reſtituta. 111
Auguſti duo pari poteſtate rempubl. gubernant. 206.237.316
Auguſtus primus imperii auctor. 895
Aviaria. 986
Avidius Caſſius. 366.439.446. *ejus mores.* 447.449. *defectio.* 385.457. *mors.* 387.457
Avidius Severus. 440
Aulicum miniſterium contractum. 981
Aurelia Meſſalina. 689
Aureliani ſodales. 320
Aurelianus Peſcennius. 611
Aurelii Victoris, cognomento Primi, verba de Macrino. 751
Aurelius Alexander Aug. 880
M. Aurelius Antoninus Baſſianus. 606. 789.790
M. Aurelius Antoninus. Vide *Antoninus Philoſophus.*
L. Aurelius Cejonius Commodus Verus Antoninus. 226.230. *ejus mors.* 240
Aurelius Fulvius. 245
T. Aurelius Fulvius Boionius Antoninus Pius. 244.245
Aurelius Philippus. 884
Aurelius Probus. 971
Aurelius Verus. 1001
Aurifices. 919
Auri ſcobs. 871
Auroſa arena. 872
ad Aurum colligendum attentus, ad ſervandum cautus fuit Alexander Auguſt. 995
Aurum coronarium. 54.256.937. *negotiatorium.* ibid.
Aurum in ſanctis quid facit. 996
Autepſæ argenteæ. 829

B.

Babylonii fines. 717
Baccatum monile. 978
Bactriani. 194
Bæbius Longus. 299
Bæbius Macer. 49
Bæbius Macrinus. 834
Bæbius Metianus. 693
Balare. 741
Balnea Alexandrina. 958
Balnea mixta vetantur à Severo. 917
Balnearis jocus. 162. *veſtis.* 987
Balneas novas ſemper habere voluit Heliogabalus. 869
Balneis ſemper mulieres adhibuit Heliogab. 870
Balneatorem in fornacem conjici jubet Commodus. 474
Balneum ſine mercede populo ab Antonino Pio exhibitum. 262
Balſama per theatri gradus ſparſa. 177
Balſamum in lucernis exhibitum. 856
Barba plena. 94
Barba poſita ad amicæ arbitrium. 416
Barba prope barbarice demiſſa. 435.436
Barbam accurare. 870. *facere.* 871
Barbam & comam urit Commodus metu tonſoris. 521
Barbæ mullorum. 836.837
Barrire. 741
Baſilica Alexandrina. 924
Baſilica Neptuni. 180. *Plotinæ.* 110
Baſſiano Aurelii Antonini nomen addit Severus. 606
Baſſianus Antoninus, Cæſar à Senatu appellatur. 612.758. *à patris virtutibus degenerat.* 635
Baſtarnæ. 372
Bellonæ ſervientes. 497
Bibulus conſul. 569
Biceps puer. 268
Bilibres forma. 967
Binariæ formæ. 965
Biothanatos. 876
Bojonia Procilla. 245
Bona damnatorum in fiſcum privatum redigi vetat Adrianus. 66

Bonæ deæ templum. 181
Bos albus purpureis cornibus natus. 690
Braccæ albæ & coccineæ. 978
Braccarii. 919
Britanni muro ceſpititio ſubmoventur ab Antonino Pio. 258
Britannia muro diſparatur ab Hadriano. 100.101
Britannia muro per tranſverſum ducto munitur à Severo. 622
Britannicum bellum. 321
Brutius Præſens. 394
Buccellatum. 453.669
Bucolici milites. 366.456
Bulentarum jus. 618
Buri. 371
Byrri cades. 491

C.

Caduſii fines. 717
Caci viſum recuperant. 208.209
Cæcilius Spado. 463
Cælius Felix occiſus. 494
Cælius mons. 516
Cælius Tatianus. 10
Cæſa, vox Maurorum. 224
Cæſares unde dicti. ibid.
Cæſaris nomen primus tantum Ælius Verus accepit. 222.407
Cajana vitia. 415
Cajetæ portus. 266
Calcanea camelorum. 835
Calceamentum nunquam iteratum ab Heliogabalo. 872
Caldaria de nardo. 856
Calenus. 299
Caligariorum corpus. 938
Calix ingens nomine Volucris. 437
Calliſtratus JC. 1047
Calliſtruthiæ. 699
Calphurnius Agricola. 321
Calphurnius. 463
Calviſius Tullus conſul. 288
Cameli in cœnis exhibiti. 864
Cameli quaterni ad currus juncti. 852
Camelis decies mille iter facit rex Perſarum. 870
Campaniæ oppida largitionibus ſublevat Adrianus. 77
Campiductores. 1012
Campus Jovis. 674
Campus Martius. 924
Candidus conſul. 25
Canes ad currum juncti. 864
Canes anſerum jecinoribus paſti ab Heliogabalo. 839
Canibus ſepulchra conſtituta. 189.190
Caninius Celer, orator. 291.292
Canon unius anni meretricibus & exoletis tribuitur ab Heliogabalo. 864
Capella Antiſtius. 472
Capillus in verticem ad gratiam reflexus. 654
Capita pſittacorum, faſianorum, & pavonum exhibet Heliogabalus. 836
Capitales cauſæ. 382
Captivi hoſtes æquius à Marco tractantur. 382
Caput jactare inter fanaticos. 806
Caput imperat, non pedes. 628
Caput Nigri pilo circumfertur. 653. *ut & Clodii Albini.* 697
Caput numquam texit Adrianus. 200
Caracallæ Antoninianæ. 726
Caracallus Antoninus. 636. *unde nomen acceperit.* 726
Carnium vilitas. 916
Carnutum. 596
Caro populo addita. 923
Carpentarius artifex. 1008
Carræ. 717
Carrucis quingentis iter fecit Nero. 870
Caſperius Æmilianus. 611
Caſperius Agrippinus. ibid.
Caſsius Avidius. Vide *Avidius Caſsius.*
Caſsius Papirius. 699
Caſsius poſt mortem Veri à Marco deſciſcit. 348
Caſsius mons. 132
Caſtrenſes miniſtri. 981
Catacriani libri. 152
Cataphractarii equites. 1018
Catenatos denos in profluentem mergi jubet Caſsius. 451
Catilina ſui temporis Caſsius. 447.703
Catilius Severus. 52.148.207.288. *conſul.* 250
Catilius Severus JC. 1048
Cato temporis ſui Sabinus. 1044
Catti, populi. 573. *eorum in Germaniam ac Rhætiam irruptio.* 321

Catuli

Catuli cum porcellis ludentes. 985
Cauchi populi. 573
Caucus argenteus. 668
Cavillationes moderate ferebat Marcus. 335
Cauſariæ liberalitates. 79
Cauſſarum & negotiorum cognitio à Severo quomodo ordinata. 904.905
Cejonius Albinus. 611
L. Cejonius Ælius Commodus Verus Antoninus. 406.407. *apoplexi moritur.* 433
L. Cejonius Commodus Verus ab Adriano adoptatus. 204.223.226. *Ælius Verus Caſar appellatus.* ibid.
L. Cejonius Commodus. 303
Cejonius Poſthumianus. 693
Cejonius Poſthumius. 689
Celer Caninius, Rhetor. 409
Celianus, magiſter Diadumeni. 789
Celſus conſul. 39. *cur occiſus.* 57
Celſus JC. 1047
Cenotaphium. 1035
Cenſura de propriis moribus. 980
Cenſus retractati. 543
Centenaria vaſa. 829
Centenariæ formæ. 967
Centeſimare milites. 765
Centumcellæ. 475
Ceraunia, ſeu cerauniæ. 841
Cerea cœna. 860
Cerebella avium. 836
Cerelliorum à Severo occiſorum nomina. 611
Cereris ſacrarium ingreditur Marcus. 392. 393
Chilo, præf. & conſul. 712
Chirodota. 548
Chlamydes auratæ. 164. *hirtæ.* 941
Chreſtologus. 566
Chriſti effigies in larario Severi Aug. 930
Chriſto templum facere voluit Severus. 993
Chriſtiani libertatem naniſcuntur. 914. *iis locus publicus conceditur.* 1002
Chriſtianos fieri ſub gravi pœna interdicit Severus. 618
Chryſoaſpides. 1004
Cibus militaris. 669.672.1005.1030
Ciceroniana villa. 209
in Ciconiam verſus planus quidam. 342
Cincius Severus. 611
Cincti jubentur diſcingi. 455
Cingius Severus. 528
Cinna Catullus. 297
Circenſes addere. 519
Circenſes natali Antonini Pii dicati. 257
Circenſes navales in euripis vino plenis exhibet Heliogabalus. 851
Cirratæ veſtes. 548
Civica, patruus Veri. 325
ad Civitatum, poſt terræ motus deformium, inſtaurationem, pecuniam dat Severus Aug. 995
Clara Æmilia. 572
Clariſſimi viri. 911
Claudius Arabianus. 611
Claudius Pompejanus. 365.539
Claudius Rufus. 610
Claudius Severus, Philoſophus. 297
Claudius Sulpicianus. 611
Claudius Venatus, orator. 1046
Cleander. 491. *plebi ad pœnam donatus.* 492
Clibanarii equites. 1018
Clodia via. 428
Clodii Albini ortus & vita. 684.689. *imperii ſigna.* 690. *mors.* 696
Clodius Albinus. 598. *debellatur à Severo.* 607. *ſupra ejus cadaver agit equum Severus.* 608
Clodius Celſinus. 607
Clodius Rufus. 611
Clypeus magnificentiſſimus Adriano poſitus. 257
Coaxare. 741
Coccejus Verus. 611
Coccina chlamys. 971
Coctilicia taberna. 537
Codes, libertus Veri. 432
Codicillares magiſtratus. 1002
Cœleſtis dea. 537
Cœleſtis vates. 749
Cœna fictitia. 860
Cœna unius modi dapibus, ſed variatis. 872
Cœnas Apicii & Vitellii vicit Heliogabalus. 856.857
Coloſſæ ſtatuæ. 921.929
Coloſſo caput ſuum imponit Commodus, dempto Neronis capite. 522
Coloſſus transfertur. 181
Colymbi aqua marina. 855
Comitiis ſæpe uſque ad noctem interfuit. 329

Commeatum populi adjuvat Severus. 913
Commodiana colonia. 495. claſſis. 522. domus. 508
Commodiani horti. 656
Commodianum ſæculum. 512
Commodianus populus. 514
Commodus Antoninus Marci F. 397. ex adulterio natus. 362. 377. Caſſii poſteros vivos incendi jubet. 469. 471. 473. crudelitatis ejus auſpicium. 474. mors. 520. inter divos relatus. 607
L. Commodus M. Antonino adoptandus datur. 307. 348
Commodus M. Antonini magiſter. 294
Commodus Hercules. 496
Commodus menſis. 506
Concide Magire. 816
Concio Albini ad milites. 704. Alexandri ad milites. 1010. 1015. ejuſdem ad populum de victoria. 1018. 1020. Macrini ad milites. 772. Diadumeni ad milites. 773
Concordiæ templum. 539
Concubinæ Commodi. 489
Concubinæ pro uxoribus conceduntur præſidibus. 991
de Condemnationibus conſtitutio Alexandri. 911
Condita militaria. 97
Conditiones ſibi nauticas & gladiatorias eligit Fauſtina. 362
Conditiones bene vaſatorum colligere. 813
Conditionibus bene vaſatorum frui. 800
Condito piſcinæ ac ſolia temperata. 842
Congiaria ter data. 923
Congiarium duplex populo ab Adriano datum. 58
in Conſtitutionibus ſanciendis Alexandri Aug. mos. 904
Conſulatus ſecundi & tertii honore multos cumulavit Adrianus. 70. 71
Conſulum ſumptus contrahuntur. 991
Conſules in unum annum vigintiquinque. 491
in Conventum vocare. 111
Convivales ſortes. 846. 847
Convivarum numerus proverbio quantus. 418
Convivia Alexandri Severi. 945. 950
Convivia coloribus exhibita. 828
Convivia Heliogabali. 860. & ſeqq. 868
Convivia per ſingulas literas imperata. 742
Convivium imperatorium ex immenſo ad certum modum redigit Pertinax. 554
Convivium profuſiſſimum. 418. 419
Convixit gladiatoribus. 479. 480
Cordus, hiſtoricus. 694. 699
Cornelius Balbus. 650
Cornelius Dolabella conſul. 246
Cornelius Fronto, Orator. 292. 409
Cornelius Repentinus. 576. 586
Cornelius Victorinus. 267
Cornificia. 567
Corona civica. 336
Coronarium aurum. 937
Coſdroës, rex Parthorum. 228
Coſtoboci. 372
Criſtæ gallinaceorum. 836
Crocum per theatri gradus ſparſum. 177
Crocutæ cum tigridibus in circo exhibitæ. 274
Cteſiphon, oppidum. 616
Cubiculares lecti ſolido argento facti. 835
Cubiculari occiduntur à Commodo. 513
Cuculio mulionicus. 876
Cuculli Bardaici. 550
Culcitras mutare. 834
Cupediarius. 867
Curatores Urbis XIV. ab Alexandro Severo conſtituti. 937
de Curatoribus & Tutoribus conſtitutio Marci. 330
Curſores alati & ventorum nominibus inſigniti. 236
Curſores ſervi. 987. 988
Cyclas. 979

D.

Daci rebellantes contuſi. 258
Dacica expeditio Trajani. 24. 30
Dalmaticatus. 861
Damalio. 916
Daphnici mores. 433
Decoctorum pœna. 169
Decimare milites. 765
Degeniare. 757
Delatores puniuntur. 543
Delatorum, ſi non probarent, pœna. 331. 767. ſi probarent, remuneratio quæ. ibid.
Deliaca ſigna. 924

Delphi-

Delphici vatis reſponſa, de Severo, Peſcennio, & Albino. 664
Denariæ formæ. 967
Deorum nominibus appellari. 714
Deſertorum bellum. 515
Detrianus, architectus. 181
Dexippus. 1002
Diadema gemmatum. 853
Diadema in pueri naſcentis capite. 781
Diadematus & Diadumenus, Macrini F. 781.782
Diadumenus, Macrini filius. 723. *cur Antoninus voluerit nuncupari.* 749. 750. 771
Diatæ Mammææ. 924
Dialogiſtæ. 448
Dianæ templum. 808
Diaſyrticum dictum. 730
Dicere ad tibias. 873
Didia Clara. 576
Didius Proculus. 572
Didius Julianus. 571.576.583. *interficitur.* 586
Dii omnes Heliogabali miniſtri. 808
Diocmitæ. 369
Diognetus, pictor. 306
Diſciplinæ ſeverioris quam crudelioris exempla. 450. & ſeqq.
Diſpoſitiones ſuas ab aulicis vendi noluit Severus Aug. 997
Divale nomen. 732
Divum ſibi, non filium adoptavit Adrianus. 229
Divus ſit, modo non vivus. 737
de Domini cæde conſtitutio Adriani. 174
Dominum ſe appellari vetat Alexander Aug. 885
Domitia Calvilla. 288
Domitia Lucilla. 572
Domitia Paulina, Adriani Imp. mater. 8
Domitiæ horti. 257
Domitianus conſul. 246
Domitius Dexter. 603
Domitius Ulpianus. 1044
in Domo aliena mutum & ſurdum eſſe decet. 277
Donativum militibus ter datum. 923
Dracunculi Ægyptii, agathodæmones. 864
Dracunculum purpureum ſe parere ſomniavit Alexandri mater. 899
Druiadis mulieris vaticinium. 1029
Druncianus. 392
Dulciarii. 863
Dulius Silanus. 493

E.

EBrios amicos plerumque claudebat Heliogabalus, & ſubito nocte leones, leopardos & urſos exarmatos immittebat. 858
Eburnea cœna. 866
Ebutianus præf. interemptus. 492
Eclectus, libertus Veri. 432
Edeſſa. 717
Edictum Antoninianum. 776
Egnatius Capito interficitur. 486
Egnatulejus Honoratus. 611
Electrei nummi. 922
Electus cubicularius. 538.562
Elephanti DCC. *in exercitu Regis Perſarum.* 1018
Elephantorum quadrigæ quatuor. 851.852
Eleuſinia ſacra. 116.905.907.1001
Encolpius. 905.1001
Epictetus philoſophus. 159
Epigramma in Alexandrum Severum. 955
Epilepſiæ remedium. 836
Epiſtola M. Antonini de Albino. 697.699. *ejuſdem de Peſcennio ad Cornelium Balbum.* 648
Epiſtola Cejonii Albini ad Ælium Baſſianum. 689
Epiſtola Commodi ad Albinum. 684. *ejuſdem epiſtola de occidendo Albino.* 705. *de Nigro.* 650
Epiſtola Diadumeni ad Patrem. 788. *ad Matrem.* 789
Epiſtola Macrini ad uxorem. 787
Epiſtola Severi Aug. ad Albinum. 695. *ad ad Senatum.* 701. *ad Rogonium Celſum, de Peſcennio.* 648
Epiſtola Veri de Avidio Caſſio. 442. *Marci de eodem.* 443.453.463. *Fauſtinæ de eodem.* 462. *Avidii Caſſii ad generum.* 469
Epiſtolarum ſubſcriptio & relectio. 933
in Epiſtolis multis Vale *tantum ſcribebat Commodus.* 512
Equeſtris locus ſeminarium Senatorum. 910
Equi aurei. 423
Equi publici honor. 299

Equis & vehiculis ſederi per civitates, vetat Marcus. 379
Equis ſepulchra conſtituta. 189. 190. 423
Equites Rom. à Senatoribus clavi qualitate diſcreti. 925
Equites Rom. primus ab epiſtolis & libellis habuit Adrianus. 197
Equum ſuum quam ſplendide tractarit Verus. 442
Equos ſederi in civitatibus prohibet Adrianus. 196
Equus ſagmarius. 798
Erubuit, ſalva res eſt. 817
Erucius Clarus conſul. 589. 611
Eudamon. 147
Eudæmones Arabes. 766
Eunuchi. 1041. *pro apophoretis dati.* 843
de Eunuchis conſtitutio Alexandri Severi. 917. 944
Euphorion literator. 290
Euripi vino pleni. 851
Eutychius Proculus Siccenſis, grammaticus. 291
Exauctoratæ legiones tumultuantes. 897. 1009
Excaldantes. 454
Excaldationes. ibid. & 691
Excubiarum deſertor qualiter à Macrino punitus. 766
Exoleti. 943. 958
in Expeditionibus Alexandri conſuetudo. 996. 999
Exuperatorius menſis. 507

F.

Fabataria. 839
Fabius Chilo. 527
Fabius Gurges. 861
Fabius Marcellinus. 1001
Fabius Paulinus. 610
Fabius Repentinus. 267
Fabius Sabinus. 1044
Fabulæ more antiquo in theatro datæ. 178
Facelaria. 838
Facere barbam. 871
Facundiæ fuit Græcæ magis quam Latinæ. 927
Facundiæ Latinæ ſtudium. 885
Fadilla. 462
Falcati currus. 1018
Falco conſul. 539. *inſidias parat Pertinaci.* 558. 569
Fames ſub Adriano. 192
Fanatici. 806
Faſianus diebus feſtis adhibebatur. 952
Faſti conſulares. 238
Favorini cum Adriano contentio. 150
Fauſtina Annia, Antonini Pii uxor. 253. *Auguſta à Senatu appellatur.* 257. *occiſa.* 494
Fauſtina Antonini Philoſophi uxor. 312. *moritur.* 389
Fauſtina, Pii filia. 271
Fauſtina prægnantis ſomnium. 472
Fauſtinianæ puellæ. 266. 390
Fauſtinianus Cerellius. 611
Fauſtinianus menſis. 271
Fauſtus Quintillus. 582
Felicis nomen recipit Macrinus. 762
Feræ mille natali Adriani exhibitæ. 70
Ferarum diverſarum multa millia manu ſua occidit Commodus. 509
Feris eos objici juſſit Commodus qui Tranquilli librum Caligulæ vitam continentem legerant. 500
Fercula fictitia. 860
Fercula XXII. ingentium epularum interjecta lotione & uſu Venereo. 868
Feſtus Peſcennius. 611
Fictilis cœna. 860
Ficus Alexandrinæ. 1029
Filios quare noluerit Heliogabalus. 870
Fiſcalis curſus. 62
Fiſci advocatus primo ab Adriano inſtitutus. 186
Fiſcus privatus principis. 336
Flamen Herculaneus Commodianus. 524
Flavia Titiana. 540
Flavius Genialis. 575. 586
Flavius Juvenalis, præf. præt. 598
Floralia ſacra. 802
Florentinus JC. 1047
P. Florianus. 575
Floribus oppreſſi. 842
Florus poëta. 155
Fœminarum inopiæ ſubvenit Adrianus. 69
Fœnum pro dignitate exhibitum. 865
Fœnus trientarium. 250. 911
Folles æris. 849

Folles pro accubitis ſtrati. 858
Forma diſceptatrice delectus habitus. 487
Formæ binariæ, ternariæ. 965. *centenariæ, denariæ, quaternariæ.* 967
Fortunam auream Pius moriens ad Marci cubiculum tranſmittit. 283.315
Forum Auguſti. 180
Forum Divi Trajani. 65.370.923
Forum Tranſitorium. 929
Forum Ulpium. 374
Frigidæ potus. 933.954
Friſii Transrhenani. 693
Fronto Cornelius. 292.409
Frugi Craſſus. 49
Frumentaria perceptioni adſcribere. 319
Frumentariæ rei conſulit Marcus. 331. 332
Frumentariæ rei proſpicit Severus. 603. 639
Fucinus lacus emiſſus. 198
Fulmen de cœlo contra hoſtes Marci precibus extortum. 382.383
Fulvia Pia, Severi Imp. mater. 589
Fulvius Pius. ibid.
Fumo necati. 450
Fumi venditor fumo necatur. 919
Fumum vendere. 917
Fumi venditor in crucem tollitur. ibid.
Fumos vendere. 815
per Fumum vendere. 275
Funambuli. 337
Funera vulgaria publico ſumptu efferri juſſa. 342
Funes blatta & ſerico & cocco intorti. 876
Funus cenſorium. 602. *imaginarium.* 569
Fures per rectores provinciarum deportari jubet Severus. 903.904. *ejuſdem odium contra eos.* 905.906.914.928.929
Furius Celſus. 1022
Furius Victorinus. 344
Fuſcianus conſul. 509.538
Fuſcus Adriano exoſus. 202

G.

Gabalus. 764
Galeria Fauſtina Auguſta. 288
Galli matris deûm. 806
Gallicanæ mentes. 1026
Gallinaceus decuplo repenſus. 669
Gargilius Martialis. 953
Gavius Maximus. 267
Geminas, libertus Veri. 346.432
Geminus, comœdus. 290
Gemma ſculptæ in calceamentis. 853
Gemmas viris uſui non eſſe cenſet Alexander. 978.1005
Gemmatum diadema. 853
Genethliaci ludi. 569
Geniatus vultu. 435
Genitalia ſibi devincire. 816
Genituram ſuam ponere. 592
Genituras ſponſarum requirit Severus. 594
Geometriæ peritus fuit Severus. 927
Georgica Clodii Albini. 700
Germani rebellantes repreſſi. 258
Germanicum bellum. 370.433.1025
GETA *Antonini cognomine cur dictus.* 606.734.735. *quando natus.* 737. *ejus vita & mors.* 738
Geta Lepitanus. 588.589
Geta, Severi filius. 613.617. *à fratre Baſſiano occiſus.* 636
Geta Severi frater. 603
Geta, Gotti. 731
GETICVS MAXIMVS. 731.743
Gibbi retorti. 503
Gladiatores ante convivium pugnantes ſibi frequenter exhibuit Heliogabalus. 860
Gladiatoria ſpectacula temperat Marcus. 332
Gladiatoriis muneribus ſumptum inſtituit Pius. 278. *ut & Marcus.* 394
Gladiatorium munus per ſex continuos dies ab Adriano exhibitum. 69
Gladiatorum nomina non minore gaudio recipit Commodus quam triumphalia. 508
Gladii aurei. 876
Gordiani. 878
Gordiani duo inter Antoninos non referendi. 750.827
Gordius auriga. 801. *præfectus vigilum ab Heliogabalo factus.* 818
Gotti, Getæ. 731
Græcoſtadium. 266
Graculus unde dictus Adrianus Imperat. 11
Grammaticis à Geta propoſitæ quæſtiones. 741
Grunnire. ibid.

H.

Halalæ vicus. 389
Harpocratio, Grammaticus. 409
Heliodorus Caßii F. 391
Heliodorus philoſophus. 147.159
Heliogabalus Baßianus Varius. 758
Heliogabalus Varius Antoninus Imp. 790. honores & dignitates vendit. 801. occiditur. 825
Heliogabalus deus. 794.796.826. eum ſolum coli cupit Heliogabalus. 797.802
Heliogabalus Phœnicibus Sol dicitur. 759
Helviani ſodales. 569.602
Helvius Pertinax. 529.713.743. vide Pertinax.
Helvius Succeſſus. 529
Hephæſtio Grammaticus. 409
Heraclitus. 599
Herculeæ idus. 508
Hercules menſis. 507
Hercules Romanus. 495
Hercules Ruſticus. 502
Herculeus agon. 947
Herculis habitu ſtatua Commodo poſitæ. 496
Herculis ſignum ſudare viſum. 516
ad Herculis virtutem ſe acceßiſſe gloriatur Caracallus. 716.717
Hereditates adire Pertinax, quas voluerit, quas non. 543
Hereditates eorum qui filios habebant, repudiavit Pius. 267
Hereditates quas acceptarit Adrianus. 168
Herennius Nepos. 611
Hermogenes JC. 1047
Hermunduri. 371.395
Hernioſos balneis ſuis excipit Heliogabalus. 859
Herodes Atticus, Orator. 292.409
Herodianus, hiſtoricus. 703.773.1009.1021
Hierocles Heliogabali amaſius. 802.821.822
Hilaria Matris deûm. 951
Hinnire. 741
Hippopotami cum tigridibus exhibiti. 274
Hiſtriones aulici publicantur. 178
Hiſtriones è Syria educit Verus. 428
Hiſtrionicum bellum. 430
Holoſerica veſtis. 969
Holoſerica veſte primus uſus Heliogabalus. 861
Homuli reſponſum de Domitiano. 1038
Honores vendi Alexander non vult. 1001.1002
Horci ædes. 794
Hordeum in culminibus arborum natum. 269
Horrea publica. 958
Hoſtias humanas cadit Heliogabalus. 810
Hydrogarum Romanor. ducum primus publice exhibuit Heliogabalus. 867

I.

Jabolenus, JC. 278
Janus geminus ſua ſponte apertus. 516
Idus Herculeæ. 508
Imperatorem eſſe, fortunæ eſt. 878
Imperatores tumultuario judicio facere, eoſdemque facile mutare inſueverant milites. 882
Imperatori novo à Senatu uno eodemque die quid delatum. 881.882
Imperatorum faſtigium ad ſummam civilitatem deducit Pius. 259
Imperio digni ſunt, quibus fato id tributum eſt. 878
Imperium in virtute eſt, non in decore. 941
Imperium incruentum. 920
Impudicitiam & verbis & geſtibus publice oſtentat Heliogabalus. 816
Impurus Heliogabalus. 825
Inaures. 978
Incendiariæ aves. 516
Inguina amaſii oſculari. 802
Inſubidus vultus. 521
Interamna. 598
Inopia ſanctior quam injuſtæ opes. 544
Interamnanæ terræ. 1020
Intimare. 665
Invictus menſis. 507
Jovis cœnatio, locus palatii. 561
Jovis epulum. 952
Jovis Nicephorii fanum. 22
Jovis Olympii ædes apud Athenienſes. 125
Jovis Syrii templum. 732
Ire raptum dignitates. 882. imperium. 753
Iſidis ſacra & templa. 497.657.728
Iſitia. 830
Iſium exornatur. 924

Italia

Italia Conſularibus quatuor regenda commiſſa. 198.250
Italica. 6
Judæi. 914. *bellum movent.* 131. *repreſſi.* 51.258
Judæos fieri ſub gravi pœna vetat Severus. 618
Judices argento & neceſſariis inſtruuntur ab Alexandro Imp. 989
Judices convicti graviter à Severo puniti. 603
Judicum ſumptus conſtituit Adrianus. 195
Judiciaria res. 330
Judiciarii dies. ibid.
in Judiciis conſiliarios Adrianus adhibet Juriſconſultos. 165.167
Julia Fadilla. 246
Julia Severi Auguſti uxor. 594. *famoſa adulteriis.* 627
Juliam novercam ſuam Antoninus Caracallus uxorem ducit. 730
Julianus interemptus. 493
Julianus Cerellius. 611
Julianus conſul. 5?8
Julianus Imp. 571.576. *interficitur.* 586
Julianus Peſcennius. 611
Julianus, præf. præt. 503.760
Julius Celſus. 167
Julius Frontinus. 884
Julius Granianus. 885
Julius Lupus. 246
Julius Paulus, JC. 1046
Julius Proculus occiſus. 494
Julius Rufus. 610
Junius Cordus. 746
Junius Palmatus. 1022
Junius Ruſticus. 296.297
Juvenalis, præf. præt. 737.740
Ixionii amici. 858

K.

K*Alendæ Æliæ.* 508. *Amazoniæ.* ibid. *Exuperatoriæ.* ibid. *Invictæ.* ibid. *Romanæ.* ibid.

L.

L*Aberius Maximinus.* 49
Laboremus, ſignum militare. 639
Lacedæmonia ſaxa. 858
Lacedæmonium marmor. 921
Lacerna coccinea. 987
Lactarii. 863
Lactibus muranarum & luporum ruſticos in mediterraneis locis pavit Heliogabalus. 855
Latius, præf. præt. 515.538.559. *conjurationem contra Commodum init.* 520. *miſſo à Caracallo veneno mori coactus.* 711
Lamia Syllanus. 246
Lampridia, Peſcennii mater. 643
Lanuviana templa. 267
Lanuvina villa. 246
Lapidationem facere. 576
Lapidea cœna. 860
Lapides divi. 808
Lararium. 930
Lararium ſecundum Severi Aug. 936
Lartii Euripiani cædes. 494
Laterani ædes. 289
Latinarum feriarum præfectus. 303
Latinis operam dare. 24
Latium multis civitatibus datur ab Adriano. 193
Latringes. 371
Latrones ad militiam vocati. 369
Lavacra pro ſexibus ſeparata. 169
Lavacra mixta ſubmota. 379
Lavacrum Agrippæ. 180
Lavacrum Oſtienſe. 267
Lavacrum publicum in ædibus aulicis. 813
Lavandi hora. 196
Laureatæ tabellæ. 1022
Laurum. 247
Laurus perſicum uno anno vincens. 899
Lecti cubiculares & tricliniares ſolido argento facti. 835
Lectiſternia celebrare. 340
Lectoria lex. 330
Lectualis morbus. 201
Lectus delicatiſſimus. 232
Legati excutiuntur, ne quid ferri haberent. 598
Legatum pœnæ cauſa relinqui Pius non vult 267
Legatum populi R. amplecti non licet plebejo. 592
Legere Alexander Aug. quæ ſcripta ſolitus. 932.935

Digitized by

Leges de jure populi & fiſci infinitas ſanxit Alexander Severus. 904
Legio adjutrix ſecunda. 14
Legio Arabica. 610
Legio Primanorum & Quartanorum. 693
Legio IIII. *Scythica.* 593.594
Legio ſecunda Parthica. 718
Legio viceſima ſecunda Primigenia. 573
Legiones tumultuantes exauctoratæ. 897. 1009
Leioſtrea. 830
Lenones præfectos urbi facere voluit Heliogabalus. 835
Leo ferus infanti parcit. 783.784
Leones ad currum juncti. 864
Leones centum in circo interfecti. 179
Leones centum una miſſione exhibiti. 274. 356
Leones exarmati. 839. *faſianis & pſittacis ab Heliogabalo paſti.* ibid.
Leones quatuor manſueti ſe ſponte capiendos præbuerunt. 269
Leporem quotidie edit Alexander Aug. 952
Leptis, oppidum. 588
Lex de aſſertionibus. 328. *auctionibus & menſariis.* ibid.
Libellis nunquam reſpondit Trajanus. 767
Liberorum nomina profitebantur cives apud Saturni ærarii præfectos. 327
Liberti. 191
Libertini in ſenatum atque in patricios lecti. 491
Libertos ad ſummas dignitates evehit Heliogabalus. 816.817
Libidinem per cuncta cava corporis recipere. 800
Libidinum genera quædam invenit Heliogabalus. 876
Libitinenſis porta. 519
Libo, legatus. 430
Limitanei duces. 1024
Linguæ pavonum & luſciniarum. 836
Linteamen lotum nunquam attigit Heliogabalus. 861
Linteis lotis uti. ibid.
Linteaminis boni & puri appetitor. 971
Lintriones. 919
Livius Laurenſis. 527
Lollianus Avitus. 531
Lollianus Gentianus. 544
Lollius Profeſſus. 60
Lollius Serenus. 693
Lollius Urbicus. 258.789
Cl. Lucanus occiſus. 494
Luccius Torquatus occiſus. ibid.
Lucilla, Marci mater. 314.317
Lucilla. 482. *in exilium acta.* 483. *occiſa.* 489
Lucilla, Veri uxor. 408
Lucius Aurelius Verus Commodus. 316
Ludi Apollinares. 951. *Jovis O. M.* 369
Ludus ad judices. 590
Lunus deus. 717.719.721
Lupanaria domi exhibet Heliogabalus. 856
Lupæ à quo conditæ. 289
Lupinariorum corpus. 938
Luſciniis. 501
Luſius Quietus. 49. *cur occiſus.* 57
Lycia Romanis rebellat. 46

M.

M*Acedones liberi pronunciati.* 47
Macellinus à ſervis cur dictus Macrinus. 768
Macer, avus maternus Severi Imp. 589
Macharæ Herculaneæ. 552
Macriniana factio. 771
Macrinus Coellius. 611
Macrinus Opilius. 745. *interemptus.* 758. 761.770
Macrinus ſic eſt Severus, quomodo Diadumenus Antoninus. 754
Macrochiræ tunicæ. 942
Mæcianus Caſſii F. ab exercitu occiſus. 387.457
Magiſtrare vitam militarem. 81
Magni *nomen recuſat Alexander Severus.* 890
Magorum opera rebus afflictis mederi conatur Julianus. 583
Malennius, Salentinorum rex. 288
Mallia Scantilla. 575
Mamertinus Petronius cum filio occiſus. 493
Mammæa. 759
Mammæa, Alexandri Severi mater. 883
Mammæanæ diætæ. 924. *puellæ.* 1022
ad Mammam. 924
Mancipia togata. 835
Manſio prima. 996
Manſuetarii. 839

Manu-

Mantilia picta edulibus. 863
Mantilia pura cocco clavata. 950
Marcelli mors. 147
Marciani ſodales. 569.602
Marcomanni. 343.813.814. *devicti.* 370. & ſeqq.
Marcomannia cur non provincia facta. 385
Marcomannicum bellum. 337.352
Marii nomen affectat Caſſius. 450
Marina in remotiſſimis à mari locis exhibet Heliogabalus. 855
Marius Maximus. 456. 460. 510. 514. 616.688.696.703.735.817.890.933. 1001.1038
Marius Punicus. 654
Marmor Lacedæmonium. 921. *porphyreticum.* ibid.
Marmorea cœna. 860
Marſicæ gentis ſacerdotes. 853
Martia, Commodi concubina. 507.520
Martialis. 718
Martialis coqui epigramma de lepore. 954
Martialis Gargilius. 953
Martianus JC. 1047
Martius Agrippa. 718
Martius Quartus præf. pr. 491
Martius Turbo. 50.55. *ex Dacia credita.* 57
Martius Verus. 425
Marullinus. 9
Marullus, mimographus. 320
Maſticatum. 830
Materianus Peſcennius. 611
Maternus Triarius. 542
Matheſeos peritiſſimus fuit Adrianus. 258. *ut & Severus.* 594.927
Matrimi pueri. 810
Matris deûm ſacra. 803
Matronæ regiæ. 978
Matronarum mores diffluentes compoſiti. 379
Matronas intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permiſit Severus. 927
Mettidia. 51
Maurentius. 575
Mauri laceſſunt Romanos. 46. *Hiſpanias vaſtant.* 366. *ad pacem poſtulandam coacti.* 258
Maurorum motus ab Adriano compreſſi. 115
Mauritania Tingitana. 1022
Maximianus Cæſar. 224
Maximinus hiſtrio. 428
Maximus conſul. 508
Medicus Palatinus. 988
Melones Hoſtienſes. 700
Memmia Aug. Alexandri Severi uxor. 911
Memmius Rufinus. 611
Memphis, hiſtrio. 429
Mendicitas militaris. 1009
Mendicitatem publicam flet Heliogab. 857
Menſa militaris. 867
Menſa ſecunda. 953
Menſæ de roſis & liliis. 234
Menſes uſitatis nominibus nuncupandos cenſet pontifex. 528
Menſium nomina in Commodi gratiam tranſmutata. 505
Meretrices à lenonibus redemtæ & manumiſſa. 859. *apud eas concionem habet Heliogab.* 861
Meretrix redempta & velut virgo culta. 870
Meſomedes lyricus. 265
Metianus JC. 1047
Mezentii ſupplicium imitatur Macrinus. 766
Micipſæ ad filios oratio. 636
Miles timere qui ſoleat. 1009
Mileſiæ fabulæ. 700
Mileſiæ Punicæ Apuleji. 703
Militaris diſciplina correcta. 81.83.84. 456
Militarium rerum tractationi quos adhibuerit Alexander Aug. 905
Militemus, pro ſigno. 541
Milites bucolici. 366
Milites expeditionis tempore quomodo diſpoſuerit Alexander. 999. *ægrotantes per tentoria ipſe viſitavit.* ibid.
Milites in Impp. creandis & mutandis temerarii. 882
Milites oſtenſionales. 939
de Militum ætate. 96
Militum cauſas quomodo audierit Alexander. 916. *eorum catalogum habere ſolitus.* 912
Milium. 953
Mimarii ſcurræ. 430
Mimici adulteri. 859
Miniſterium aulicum contractum. 981
Miniſtri ad fores. 886
Miniſtri caſtrenſes. 981
Minurrire. 741

Miſſus Sybariticus. 869
Mithriaca ſacra. 498
Modera(?)nus, adulter. 400
Modeſtinus JC. 1047
Mœſa, ſive Varia. 758.760.819
Mœſia inferior. 14
Moneta Antonini Diadumeni. 774
Monobeli. 813
Monopodii. 500
Moriones. 943
Mors vita conſentiens. 825. *mors Heliogabali.* ibid. & 877
Mortuis illigati vivi. 766
Motilenus præf. prat. veneno interemptus. 496
Mugire. 741
Mulier Senatum ingreſſa. 797.819. *Senatum ne unquam ingrederetur, cautum.* 827
Mulieres ad currum junctæ. 865
Mulieres infames. 945
Mulieres nunquam iteravit Heliogabalus præter uxorem. 856
Mullorum barbæ. 836.837
Mummius Quadratus. 315.316
Mummius Secundinus. 610
Mundæ annonæ. 989
Munerum ſparſio. 993
Munus funebre. 320
Muriſſimus. 821
Murium, ſoricum, muſtelarumque aliquot millia ſibi exhiberi jubet Heliogabalus. 863
Muſium. 182
de Muſivo pictum. 656
Muſtius Fabianus. 610
Myrrhina vaſa. 872
Myſtica. 924

N.

NAni & nanæ. 933
Narbana occiditur. 483
Narciſſus Commodi ſtrangulator, à Severo leonibus objectus. 611
Nariſci. 371
Naſci non debuit Severus, aut non mori. 626
Naſturtium. 837
Natalem adoptionis & imperii celebrat Adrianus. 43
Naves onuſtas in portu mergit Heliogabalus. 872
Neapolitani Palaſtinenſes. 605
Nebo, grammaticus. 884
Neceſſarios tantum miniſtros retinet Alexander. 901.903
Negotiatoribus, ut Romam concurrerent, maxima immunitas à Severo data. 913
Negotiatorium aurum. 937
Negotiorum tractationi quos adhibuerit Alexander Severus. 904.905
Nemeſianus. 718
Neratianus Peſcennius. 611
Neratius Priſcus. 44.167
Neroniana vitia. 415
Neronianæ thermæ. 921
Nicephoris Jovis fanum. 22
Nicomedes, Veri Imp. educator. 410
Niger, præf. pr. 491
Nigrini inſidiæ contra Adrianum Imp. 57
Nili fl. dulcedo. 663
Nivium mons in viridario Heliogabali. 855
Nomen Commodi ex omnibus monumentis eradendum cenſet pontifex. 528
Nomina fieri. 692
Nomina obſcœna gerentes. 501.502
Nominis ſui Imperator. 614
Nonæ Commodiæ. 508. *Piæ.* 509
Nonius Gracchus. 610
Nonius Murcus. 685
Norbanus occiditur. 483
Notarius falſarius quomodo ab Alexandro Severo punitus. 928
Novius Rufus. 611
Noxii trecenti cum auratis chlamydibus in harenam miſſi. 164
Numidius Quadratus. 148
Nummi Alexandri habitu figurati, electrei & aurei. 922
Nummius Albinus. 572
Nundinum. 928
Nuptus forma diſceptatrice. 487

O.

OCeani ſolium. 921
Octo ad cœnam vocati riſus movendi gratia. 865
Octominutalis. 916
Oculorum ardor ſeu fulgor. 900
Odores Indici. 872

Ocnan-

Oenanthium. 851
Olbiopolitæ. 270.271
Olei donatio per Severum facta. 913
Oleum in ſeptem annos ſufficiens populo relinquit Severus. 639
Olympias, nutrix. 898
Omen ſibi imminentis exitii. 808
Omina imperii. 777
Omina imperii Alexandri Severi. 898
Omnia fui, & nihil expedit, Severi dictum. 629
Omulus. 277
Oneſicritus, literator. 472
Onos Commodi. 502
Onychina vaſa. 872
Opera mechanica plurima Romæ inſtituit Severus. 913
Opilius Macrinus. 745. interemptus. 758. 761.770
Oratio Alexandri Severi ad Senatum, qua nomen Antonini & Magni ſibi delatum recuſat. 893
Oratio Macrini ad Senatum. 755
Oreſta, oppidum. 809
Oreſtis purificatio. ibid.
Orexis convivii. 867
Ὀρνεοτρόφος. 927
Orphei effigies in larario Severi Auguſti. 931
Orphitus conſul. 508
Orphitus, præf. urbi. 267.400
Orygis cornu. 510
Os ad oſcula paratum. 777
Oſtenſionales milites. 939
Ova perdicum. 836
Ovinius Camillus. 1000

P.

Pacorus rex. 269
Pactulejus Magnus occiſus. 494
Palaſter eximius Severus Aug. 928
Palæſtina Romanis rebellat. 46
Palæſtinis pœna remiſſa. 612
Palatinæ ædes. 478
Palladium transfert Heliogabalus. 802
Pallia de œnanthio fundere. 851
Pallium auro ſparſum. 978
Palma conſul. 39. cur occiſus. 57
Pandurizare. 874
Panis mundus. 950. ſequens. 951
Pannoniaci augures. 606.927
Pantagathi, aves. 782
Pantheum inſtauratur. 179
Pantomimi. 944
Papilionibus apertis prandet Alexander. 1005.1030
Papinianus JC. à Baſſiano cur occiſus. 635.710.712.721.743
Papius Fauſtus. 610
Parœneſes Marci. 449
Paralius occiditur. 483
Paraſitos ſuos violis & floribus oppreßit Heliogabalus, ſic ut aliqui animam efflaverint. 842. ad rotam aquariam eos ligat. 857
in Parietem caducum ſe inclinare. 205.239
Parietibus incluſi vivi homines. 767
Paris, hiſtrio. 428. ejus fabula ab Heliogabalo acta. 800
Parricidium non tam facile excuſatur, quam patratur. 722
Parthi victi. 605. eos cur ſemper in amicitia habuerit Adrianus. 193
Parthica expeditio Alexandri Severi. 1003
Parthicum bellum. 321.425. cur Severus illud affectaverit. 614. Adriani colloquio repreſſum. 116
Parthicus, cognomen. 325
ad Participatum imperii vocare. 604
Partu mulieris uno quinque pueri editi. 268. 269
Patrimi pueri. 810
Patrimonium privatum in filiam confert Pius, ſed fructus Reipubl. donat. 265. 283.302
Patris patriæ appellationem differt Adrianus. 53. ut & Antoninus Philoſophus. 325
Paulina, ſoror Adriani Imp. 9
Paulus JC. 924
Paulus, præf. 663
Paulus primus ſecutorum, inter nomina triumphalia Commodi. 515
Paupertas vera ſublevanda. 970
Pauſas edere. 728
Pelliones. 919
Penetrale ſacrum. 802
Pentapharmacum Adriani. 231
Penulæ roſei coloris. 775
Penularum uſus. 925.926
Penulis qui & quando uterentur. 25.28

Penularius, ſive Penulens, cognomen. 776
Perdicum pugna. 985
Perennis. 486. 488. *militibus lacerandus datus.* 490
Perpetuent te dii. 891
Perſæ ſervi quando primum apud Romanos fuerint. 1018
Perſica Campana. 700
Perſica tunica de gemmis. 853
Pertinax Imp. 529. 532. 537. 539. 542. *interficitur.* 562. *ſigna ejus interitus.* 567. *in deos relatus.* 619
Peſcenniana domus. 674. 675
Peſcennianæ reliquiæ. 615
Peſcenniorum à Severo occiſorum nomina. 611
Peſcennius Niger. 598. 604. *à Juliano deſciſcit.* 580. *ejus ortus, vita.* 643. 651. *mors,* 653
Peſcennius Princus. 695
Peſtilentia è Babylonia in citeriores regiones propagata. 426
Peſtilentia inſignis. 340
Peſtilentia ſub Adriano. 192
Petronii occiſi. 493
Petronius Didius Severus. 572
Petronius Junior. 611
Peucini. 372
Phalangarii. 1004
Phalanx xxx. mill. hominum. ibid.
Phallovitroboli. 553
Pharaſmanes, rex. 129. 269
Phari reſtitutio. 266
Philippus, ruſticus, nutritor Alexandri Severi. 899
Philoſophi ſalariis per provincias honorantur. 275. 277
ſub Philoſophorum ſpecie quidam Remp. & privatos vexant. 380. 381
Phlegontis hiſtorici libri. 150
Phœnicem convivis promittit Heliogabalus. 854
Phœnicopterûm cerebella. 836
Pileo naturali inſigniti pueri. 780
Piſces quomodo coquendos curavit Heliogab. 855
Piſcinæ momentariæ de roſato & roſis. 855
Piſcinis unguento nobili infectis natare. 832
Piſitheus medicus. 462
Piſo conſul. 508
Piſtores expeditionem ſequi prohibet Niger. 669
Pius non eſt qui uxorem & liberos non cogitat. 462
Planus. 342
Plateas in Palatio ſaxis Porphyreticis & Lacedæmoniis ſtravit Heliogabalus. 858
Plauſtrarii. 919
Plautiani filia. 613
Plautianus. 599. 612. 740
Plautillus. 697
Pletorius Nepos. 39. 147. *Adriano exoſus.* 202
Plotina favet Adriano. 23. 38
Plotinæ baſilica. 110
Pluvia Marci precibus impetrata. 384
Pluvia quinquennalis in Africa. 200
Poculum in honorem Alexandri M. 958
Pollio conſul. 478. 508
Pollio, grammaticus. 291
Polyæni mors. 147
Pomarii. 863
Pomis vehementer indulſit Alexander Severus. 953
Pompejanus. 462. 464. *occiditur.* 483. 711
Pompeji tumulus. 134
Pomponius JC. 1046
Pontificatus codicillares. 1002
Pontifices minores qui. 757
Popina domi Principis. 414
Popinarii cauſſa cadunt. 1002
Popinarius. 868
Populi voluptatibus indulget Marcus. 378
Populum Rom. unius fundi cultorem appellat Heliogabalus. 856
Porphyretica ſaxa. 858
Porphyreticum marmor. 921
Porphyrius Albinus. 693
Porticus inſignis. 721
Poſidippus, medicus. 347
Poſthumius Severus. 610
Potatio poſt ſecundam menſam. 957
Præciſi fanatici. 806
Præfectus prætorio Senatoria dignitas additur ab Alexandro Severo. 911
Præfectos ex Senatus auctoritate ſibi conſtituit Alexander Severus. 908
Præfectus urbicus & præfecti prætorio ad potandum coguntur ab Heliogabalo. 835
Praſtina fors. 888

Præpoſituræ locorum civilium. 998
Præſens conſul. 508
Præſides provinciarum. 914
Præſidiaria toga. 591
Præſumptio imperii. 21
Prætextæ geſtatio. 971
Prætor tutelaris. 330
Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi occurrere jubet Severus. 599
Prætorii præfectus tertius. 598
Primanorum legio. 693
Priſciani, affectatæ tyrannidis rei, mors. 262
Privatas curare. 746
Probiana purpura. 971
Probus, Severi gener. 603
Proculus, grammaticus. 292
Proculus JC. 1047
Procuratio rei privatæ. 609
Procurator araris majoris. 778. *rei privatæ.* 756
Procuratores in recipiendis tributis modeſtos vult eſſe Pius. 259
Prodigia Commodi imperio publice & privatim facta. 515
Profeſſores artium ſemper ut doctior riſit Adrianus. 149
de Promovendis ad Rempubl. annotatio Severi Aug. 998
Proſcriptorum liberis duodecimas bonorum conceſſit Adrianus. 168
Protogenes auriga. 821
Provinciæ cunctæ ſub Antonino Pio floruerunt. 261
Provinciæ præſidiales. 917. *prætoriæ.* ibid. *proconſulares.* ibid.
Provinciarum commutatio facta ſub Antonino Philoſopho. 374
Provinciarum præſides quibus rebus ab Alexandro inſtructi fuerint. 989
Pſallendi & cantandi ſcientia. 145
Pſamatoſiris, rex. 49
Pſeudoantoninus. 812
Pſeudophilippus. ibid.
Pſilothro accurare. 870
Ptolemæus Euergetes. 717
Publicatio bonorum rarior quam unquam ſub Antonino Pio fuit. 262
Pudens conſul. 508
Puellæ alimentariæ Fauſtinianæ. 266
Puellæ Mammæanæ & pueri Mammæani. 1022
Pueri & puellæ cum patre triumphante in eodem curru vecti. 337
Pueri & puellæ frumentariæ perceptioni adſcribuntur. 317. 319
Pueris ac puellis alimenta decreta. 67
Pugnaſſe Commodus dicitur DCCXXXV. 508
Puleiatum. 830
Punitorum bona. 998
Purpura Alexandrina ſeu Probiana. 971
Purpuræ objectu à militum ira defendit Ulpianum Severus Aug. 1005
Purpureum ovum. 898
Pyrrichæ militares. 179

Q.

Quadi. 345. 371. 395. *devicti.* 351
Quadratus belli Parthici ſcriptor. 427. 441
Quadratus Mummius. 315. 316
Quadratus Numilius. 148
Quadratus conſul. 25
Quadratus Numidii F. occiditur. 483
Quadruplatores. 262. 331
Quæſtoria munera. 992. 993
Quartanorum legio. 693
Quartarii aureorum. 964
Quaternariæ formæ. 967
Quindecimviratus codicillares. 1002
Quintiliorum domus extinguitur. 486
Quintilius Marcellus JC. 1048
Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: *ſententia admodum dilecta Severo.* 1007

R.

Rationales cito mutabat Severus, eos malum neceſſarium vocans. 999
Rationum conferendarum jus. 913
Rebelliones. 461
Regillus interemptus. 493
Reipublicæ adminiſtratio invitis danda. 908
Relationis quartæ jus. 541. *quintæ jus.* 313. 314. 882
Remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtare, vetitum. 715
Repentinus Cornelius. 576. 580
Repetundarum crimen. 273
Retianus. 718

Reti-

Reticulum. 978
Retorridæ mentes. 1026
Rhedæ argentatæ. 991
Rhetores ſalariis per provincias honorantur. 275.277
Rhimethalces, rex. 270
Rictare. 741
Riſus eſſe omnibus. 425
Romanæ Kalendæ. 508
Roſatum. 830.843
Rhoxolani. 372. *eorum tumultus.* 54
Rudere. 741
Ruffus conſul. 508
Rugire. 741
Rupilia Fauſtina. 288
Rupilius Bonus. ibid.

S.

Sabatia vada. 556.566
Sabina, uxor Adriani Imp. 9.204. *moroſa & aſpera.* 102
Sabinus V. C. 823
Sacerdotes undequaque Romam accerſuntur. 339.340
Sacerdotes Marſicæ gentis. 853
Sacerdotes Syri. 876
in Sacerdotibus ordinandis qui Chriſtianis & Judæis mos ſit. 997
Sacra Romana diligentiſſime curavit, peregrina contemſit Adrianus. 197
Sævire. 741
Sagati milites. 394
Salambo. 807
Salaria otioſis ab Antonino Pio ſubtracta. 262
Salarium duplex. 699
Saliatus. 301
Salii Antoniniani. 732
Saliorum collegium. 301
Saliorum præſul & magiſter. 302
Salvius Julianus. 167.480. *occiditur.* 484
Salvius Julianus JC. 571.572
Salvii Juliani decreta abolita. 619
Salvius Valens, JC. 277
Salutari Alexand. Aug. ut ſolitus. 886.907
ad Salutationem quos admiſerit Alexander Aug. 907. *quos non admiſerit.* 908
Sammonicus Serenus. 712.741.932
Sanguinem ſcalpris feralibus emittit Commodus. 504
Sarmatæ. 371.395. *Romanis bellum inferunt.* 46
Sarmatarum tumultus. 54
Sarmatia cur non provincia facta. 385
Saturnalia. 952
Saturnalitia amicis miſſa. 160
Saturni ærarium, ejuſque præfecti. 327
Saxa Lacedæmonia. 858. *Porphyretica.* ibid.
Saxa rubra. 605
Scævola, JC. 335
Scaurus Scaurini F., grammaticus. 884
Scaurus, grammaticus. 409
Scenicæ donationes temperantur. 332
Scenicorum præmia. 938
de Scipionibus judicium Nigri. 674
Scobe auri & argenti ſtratæ porticus. 871
Scriba Pontificum. 756.757
Scriniorum principes. 904
Scurrarum officium ſuſtinens. 1030
Secreta bellorum tacenda. 996
Seditio mota à legione, cujus ſocii in vincula erant conjecti. 1010
Sejus Fuſcianus. 299
Seleucia contra fidem expugnata. 427
Semiamira. 759.794.820. *occiſa.* 827
Semiamirica Senatusconſulta. 798
Semiſſis aureorum quando primum formati. 959
Senaculum in monte Quirinali. 797
Senatorem inconſulto ſenatu occidere Imperatori non licitum. 601
Senatorem principatus ſui tempore occidere vetat Marcus. 387
Senatorem ſe nunquam niſi ex ſenatus ſententia puniturum jurat Adrianus. 58
Senatores difficile fecit Adrianus. 71
Senatores peregrini. 334
Senatores, qui ducum vel tribunorum nomine militaverant, occiſi. 605
Senatores qui & quomodo facti ab Alexandro. 908.910
Senatores tantum de Senatore judicare vult Alexander Severus. 912
Senatoribus pauperibus patrimonium explet Adrianus. 67
Senatui legitimo ſemper interfuit Adrianus. 71
Senatum ſubito urbe decedere jubet Heliogabalus. 823
Senatus auctoritas. 704

Sepe-

Sepeliendi leges. 340
Sepeliri mortuos intra urbes vetuit Pius. 278
Seplaſiarius. 867
Septa Agrippiana. 924
Septa inſtaurantur. 180
Septicius Clarus. 77.102.147
Septimius Arabinus. 906
Septimius hiſtoricus. ibid. & 1001
Septimius Severus. 580.590.597
Septizonium. 630.641
Serapidis ſacra. 379
Serapio, rhetor. 883
Serapium exornatur. 924
Serenus Sammonicus. 741
Sergius, alter Caſſius. 447.448
Sergius Luſtralis. 610
Serica veſtis. 969
Serpentes in ſpectacula effuſi. 853
Servianus. 9.15.16. *Adriano iniquior.* 25. *conſul.* 31.72. *mori coactus ab Adriano.* 148.201.210
Servilius Silanus. 493
Servi vectigales. 986.987
Servorum fugitivorum pœna. 767
de Servis conſtitutio Imp. Adriani. 169
Servus furioſus cum gladio in Adrianum irruit. 113. *medicis ejus juſſu curandus datur.* ibid.
Servus locum dignitate ſua ampliorem uſurpans caſtigatur. 192
Severi nomen cur Alexandro à militibus inditum. 897.920
Severi porticus. 636
Severus Aurelianus. 661
Severus conſul. 589.737
Severus conſularis, Severi Imp. patruus. 589
Severus Imperator, unde oriundus. 588. *ejus imperii omina.* 591. *ingreſſus Romam cur odioſus atque terribilis.* 601. *ſe Pertinacem vocari jubet.* 602. *ubi perierit.* 629. *inter divos relatus.* 630. *ſigna mortis ejus.* 636. *ultima verba.* 639
Sevir turmæ equitum Rom. 312
Sevirales ludi. ibid.
Sextilius Lateranus. 410
Sextus Charonenſis, Plutarchi nepos. 296
Sextus Cocidiani filius. 486
Sextus, Philoſophus. 409
Sibyllini verſus. 20
Sic fecit, ſic patiatur. 526
Sicila, vicus. 1027
Sicilia, locus palatii. 561
Sicobotes. 371
Sigillariorum gratia collata dona. 707
Sigillaritia amicis miſſa. 160
Sigma de croco ſtratum. 865
Sigma in terra ſternere primus invenit Heliogabalus. 858
Signa prætorianis adempta, ſupina, non erecta feruntur. 601
Signa referuntur in caſtra. 1016
Silvinus Rhetor. 823
Similis, præfectus. 77
in Sinum vertere condemnationes. 512
Sol fulgido ambitu coronatus. 899
Solis ortus qualis ex Ætna conſpiciatur. 124
Solis templum. 732
Sors Præneſtina. 888
Sortes Alexandro Severo verſibus datæ. 899
Sortes convivales in cochlearibus ſcriptæ. 846.847
Sortes Virgilianæ. 900
Sortibus tentantur fata. 848
Sortis modus ab Heliogabalo inſtitutus. 849
Soſibes. 371
Soſius Pappus. 39
Soteridas medicus. 462
Species imperatoriæ. 265
Spectacula ut frequentarit Severus Auguſt. 949
ad Speculum fieri ſolita divinatio. 585
Spei veteris horti. 819
Statilius Corfulenus. 702
Statius Priſcus. 425
Statius Valens. 1001
Statuæ coloſſæ. 241.921.929
Statuæ ſummorum virorum in foro Trajani collocatæ. 924
Statuarum tituli luto tecti. 820
Statuas Commodi abolendas cenſet pontifex. 528
Statura militaris. 888
Stella crinita. 268
Stella primæ magnitudinis interdiu viſa. 899
Stellæ juxta Solem per diem viſæ clariſſimæ. 568
Stellatura. 904

Stellaturam accipere. 647
Stemma generis. 995
Stercora à Commodo cibis miſta. 502
Stilio, Philoſophus. 884
L. Stilo. 611
Stipem perdere. 530
Stipiti alligati ſontes, fumo necantur. 450
Structores. 863
Struthiones in cœnis exhibiti. 864
Struthionum DC. *capita una cœna exhibita.* 868
Subarmalia. 600
Subbalbe canorus. 741
Subſerica veſtis. 861.969
Succubitanum municipium. 288
Suetonius Tranquillus. 102
Sulpitianus. 574
Sulpitius Apollinaris. 530
Sulpitius Canus. 611
Sulpitius Craſſus occiſus. 494
Sumina aprugna. 839
Suminata. 915
Sumptibus publicis cavet Marcus. 331
Supplicatio dierum ſeptem pro Antonini nomine. 776
Suppliciorum diverſitates vendita. 512
Sura II. *conſul.* 31
Sura Petronius occiſus. 493
Sybariticus miſſus. 869
Sylla Punicus. 654
Syllæ imitator Caracallus. 714
Syngraphas debitorum exurit Adrianus. 65.66
Syriam à Phœnice ſeparare voluit Adrianus. 131

T.

Tabellæ laureatæ. 1022
Tabernarius. 868
Tabularii publici. 327
Tædiare. 932
Tarracinenſis portus reſtitutio. 266
Tarrutinus Paternus. 482. *interficitur.* 484
Tatianus. 39.49.51.71. *cum obtruncare cur niſus fuerit Adrianus.* 76
Tatius Maximus. 267
Tauroboliati. 803
Tauroſcythæ. 271
Taurus marmoreus, cornibus ramis arboris accreſcentibus, appenſus. 252
Tauſius Tunger. 562
Telephus, Grammaticus. 409
Templa & aram ſui nominis ſibi conſecrat Adrianus. 126
Templa ſine ſimulacris. 994
Templum Adriani. 266. *Agrippæ.* ibidem.
Tenebra repentina. 516
Terentius Gentianus Adriano exoſus. 203
Ternariæ forma. 965
Terra eadem & bona fert & mala. 793
Tertullus. 400.401
Teſtamenta priora non prius irrita vult eſſe Pertinax, quam alia eſſent perfecta. 513
Teſtudo ingens. 691
Teſtudinei alvei. ibid.
Tetrapharmacum Adriani. 192.933. *à quo inventum.* 231.232
Theatralia ſpectacula. 996
Theatrum Marcelli. ibid.
Theatrum Trajani ab Adriano deſtructum. 75
Thebaicum marmor. 678
Themata propoſita de nova dapum conditura. 867
Thermæ Alexandrinæ. 921. *Antoninianæ.* 724. *Neronianæ.* 921. *Severianæ.* 630
Thermis deputata. 920
de Theſauris repertis conſtitutio Imp. Adriani. 168. *de iiſdem conſtitutio Alexandri Severi.* 998
Tiberinus Heliogabalus. 825
Tiberis inundatio ſub Adriano. 192. *ſub Antonino Philoſopho.* 321
Tiburtina villa. 203.215
Tiburtinum. 606
Tigidius. 484
Tigres ad currum juncta. 864
Tiliaceæ tabulæ. 283
Titi quintus conſulatus. 9
Toga picta. 971
Toga præſidiaria. 591
Togam in Italia reſumit Marcus & milites togatos eſſe jubet. 394
Togatos ſemper eſſe Senatores & equites vult Adrianus. 194. *ipſe Imp. ſemper togatus.* 195
Toralibus aureis tecti tori. 828

Tractator. 739
Tractitius Heliogabalus. 815
Trajanus à Nerva adoptatus. 14
Trajani quartus conſulatus. 23. exceſſus. 44
Trajano divini honores decreti. 52. ejus imago curru triumphali ab Adriano vecta. 53
Tranſitorium forum. 929
Tremiſſes aureorum. 964
Triarius Maternus. 542
Tribuni juſtitia, non favere militum commendantur. 84. quales ab Adriano electi. 94
Tribuni plebis penulis utebantur. 25
Tribuni, qui per ſtellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali ſupplicio affecti. 904
Trichorus. 678
Triclinia de roſa. 832
Triclinia verſatilia. 842
Tricliniares lecti ſolido argento facti. 835
Trientarium fœnus. 250
Trientes penſiones. 923
Triphonius J C. 1047
Tripolis. 623
Troſius Aper, grammaticus. 291
Triumphus Judaicus. 617
Triumphus Marci & Lucii Antoninorum. 337
Tullius Criſpinus. 575.581.585
Tunica aurea. 853. Perſica de gemmis. ib. purpurea. ibid.
Tunicæ aſema. 942
Turbo Martius. 50.55.57.76.148
Turdorum cerebella. 836
de Tutoribus & Curatoribus conſtitutio Marci. 330

V.

VAlerianus, Pertinacis amicus. 565
Valerius Baſſianus occiſus. 494
Valerius Catulinus. 580.611
Valerius Cordus. 884
Valerius Omulus. 314
Vandali. 354
Varia, ſive Mœſa. 758.759.760. 819
Varius Heliogabalus. 757. 790. unde ſic dictus. 794
Varius Macrinus. 1022
Vaſa Samnitica. 553
Vaſa ſchematibus libidinoſiſſimis inquinata. 829
bene Vaſati. 800.814
Vaſcones, populi. 927
Vectigal lenonum, meretricum & exoletorum. 917. artium manuariarum. 919
Vectigalia ab Alexandro ut contracta. 959
Vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputantur. 911
Vectilianæ ædes. 516.541
Vectius Aper. 575
Vehicula arata, argentata, aurata, eborata, gemmata. 865
Vehicula arte fabricæ nova. 554
Vehicula DC. ducit Heliogabalus. 870
Vehicula cum ſarcinis urbem ingredi prohibet Adrianus. 196
Vehicularium munus à privatis ad fiſcum traducitur. 612
Vehicularius curſus. 278
Velius Rufus interficitur. 486
Venatio mille ferarum in ſtadio exhibita. 177
Veneris inaures. 1005
Veneris perſonam in fabula ſubit Heliogabalus. 800
Ventris onus auro excipere. 872
Venulejus J C. 1047
Verendorum utriuſque ſexus nominibus appellati homines. 501
Vernaculi. 768
Verna. ibid.
Verſatilia triclinia. 842
Verſus è Græco in Latinum tranſlati, minus diſerti. 769.770.786
Verus Antoninus. 255
Verus Cæſar. 367.406
Verus conſul. 569
Verus verum ſcribit. 460
L. Verus apoplexi mortuus. 345. Divus appellatus. 346
Veſpaſiani ſeptimus conſulatus. 9
Veſpronius Candidus. 580
Veſtæ penus. 802
Veſtales cum reliquis ſacerdotibus, legationi deprecatoriæ adhibentur. 582

Veſti-

Veſtigia Deorum exeuntia. 515
Veſtis aurata. 945. *balnearis.* 987
Veſte alba uſus Alexander. 886
Veſtes holoſericæ. 861. 969. *ſericæ.* ibid. *ſubſericæ.* ibid.
Veſtium donatio. 970
Veſtitus Adriani humillimus. 87. 88
Vettraſinus. 335
Vetronius Turinus, fumi venditor, fumo necatur. 948. 949
L. Veturius. 884
Viarum curatores. 332. 334
Viceſimæ hereditatum curator, mulio. 818
Viceſimatio. 765
Victimarii habitu victimas immolat Commodus. 487
Victoria Romana in ſenatu aligera. 899
Victovali, populi. 343. 371
Vilitatem petit pop. R. 914
Viminatium. 606
Vinariorum corpus. 938
Vindemiam Heliogabalus ut celebrarit. 817
Vindemias cum amicis agere. 275
Vinidius Verus, J C. 277
Vino in expeditione interdicit Niger. 668
Vinum poſtulantes ablegantur ad aquas Nili. 663
Vinum cum roſa conditum. 954
Virgilianæ ſortes. 19. 900
Virgilius Poëtarum Plato. 936
Virilia ſubactoribus ſuis raſit Heliogabalus. 871
Vitæ Principum verſibus ſcriptæ à Severo Aug. 927
Vitalius Victor. 610
Vitam ſuam privatam publicamque conſcripſit Severus. 626
in Vitis conſcribendis quæ notanda. 746
Vitelliana vitia. 415
Vitellius conſul. 737
Vitis quibus centurionibus ab Adriano data. 92
Vitraſia Fauſtina interficitur. 486
Vitrearii. 919
Vitruvius Secundus interficitur. 485
Vivi illigati mortuis. 766
Ulpianus J C. 823. 904
Ulpianus, præf. 663. 924. 935. 1005
Ulpium forum. 374
Ulpius Marcellus, J C. 278
Ulpius Trajanus. 10
mi Vnanime frater. 695
Uniones duo magni ponderis. 1005
Vocales exoleti. 943
Vologeſus, Parthorum rex. 321
Volucer, Veri Cæſaris equus. 422. *calix.* 437
Voluſius Metianus, J C. 278. 298
Vota hominum credula. 796
Urbaniciani milites. 743
Urbis curatores XIV. ab Alexandro Severo conſtituti. 937
Urinam facere ante Principis ſtatuas aut imagines, capitale. 715
Uſura contrahitur. 923
Utilius. 400
Uva Apamena. 839. *Laricana.* 700

Z.

Z*oticus.* 815

FINIS PRIMI INDICIS.

INDEX

INDEX SECUNDUS RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in Commentariis occurrunt.

Litera *a* primam; *b* ſecundam paginæ columnam deſignant.

A.

A. *D. P. Ante diem pridie.* 890.a *A in I mutant Latini.* 86.b. 170.b
Ab epiſtolis. 933.b
Abadir. 809.a
Abgarus. 270.a.622.a.717.b
Aboculi, aveugles. 494.a
Abſentatum vinum. 837.a.843.a
Abſentivus. 901.b
Abſentum, pro *abſinthium.* 837.a.843.a
Abſtinere guſtum. 502. b. *manum* ibid. *oculos.* 503.a
Acapna ligna. 536.a
Acclamandi mos & formulæ. 465. b. 466.a,b. 467.a,b. & ſeqq. 524.a,b
Accubare, proprie de tricliniaribus lectis. 293.b.294.a
Accubationes & accubita. 295.a. 832.b. 833.b
Accubitationes, pro *accubitis.* 234. a. 946.a
Accubitalia Cypria. 833.a
Accubitiones. 946.a
Accurare. 870.b
Accurare drepace. 41.a
Acetum filius vini. proverb. 634.a
Acetum loco vini apud veteres habitum. 668.b
Achaicus ab *Achaus.* 551.a
Acholius. 900.b.1037.b
Achreſtus. 416.a
Acroma. 944.a. pro *acroama.* ibid.b
Acroteria. 678.a
Acus cuprea vel *cyprea.* 725.a
Acutum, pro *clavo.* 91.b
Ad, pro *in.* 11.a.393.b
Ad bellandum, πρὸς τὸ πολεμεῖν. 615.a
Ad bellum inferre, pro *ad inferendum.* ib.
Ad caldarium depilari, pro *caldario.* 871.a
Ad cornu infundere, pro *cornu.* 822.b
Ad fiſtulam dicere, pro *fiſtula canere.* 874.a
Ad fratre ſuo, pro *ad fratrem ſuum.* 431.a. 848.b
Ad manum ejicere, pro *manu.* 871.a
Ad novaculam radere, pro *novacula.* ibid.
Ad pedes. 988.a
Ad pila pugnare, pro *pilis.* 823.a
Ad ſellam perducere, pro *ſella.* 822.b
Ad ſiphonem infundere, pro *ſiphone.* 871.a
Ad tibias dicere. 873.b. *agere.* 874.a
Ad vectes ferire, pro *vectibus.* 823.a
Adclamare, pro *declamare.* 590.a,b
Addere Circenſes. 519.b
Adiabena, & *Adiabena.* 622.b
Aditiales cœna, *ab aditu.* 393.a
Aditu ſepulcri prohibere. 298.b
Aditu frequenti monumenta honorare. ibid.
Adjutores à libellis, *ab epiſtolis*, *à memoria.* 934.a
Adjutores à rationibus. ibid. b. *tabulariorum.* ibid.
Adminiſtrationes, pro *adminiſtratoribus.* 661.b.662.a
Admiſſionales Palatini. 982.a
Admonere flagello. 608.a
Adnati, pro *agnati.* 425.b
Adnomen, pro *agnomen.* 411.a,b.425.b
Adnoſcere, pro *agnoſcere.* 411.a.425.b
Adonia à quibus celebrata. 808.a
Adoptionis præſumptio. 21.b
Adprehendere, pro *reprehendere.* 12.a
Adpunctari. 78.b

Adranium, vel *Adranum*, *urbs Siciliæ.* 185.a
Adranus, heros. ibid.
Adrianotheræ, urbs. ibid.
Adrianus, vide Hadrianus.
Adrumetina colonia. 572 b
Adſcriptitius. 902.a
Adſecla, *Adſecula.* 877.b.1031.b
Advivere, pro *vivere.* 256.b
Advocati fiſci. 780.a
Adulteria, pro *adulteris.* 859.b
Æbutianus. 492.a
de *Ædibus conſtitutio Hadriani.* 167.b
Ædilitas ab Hadriano omiſſa. 24.a
Ædilitas curulis janua ad Senatum. 410.b
Ægyptiaca præfectura. 57.b.58.a
Ægyptiorum dii. 110.a
Ægyptiorum ſacerdotes Prophetæ *dicti.* 137.b
Ælia & Helia, duæ gentes Romanæ. 8.a
Ælia, urbs. ibid.
Ælia vel *Ælia Hadriana.* 184.a
Ælius Gordianus. 1045.a,b
Ælius Junius Cordus. 746.a
Ælius Lampridius & Ælius Spartianus quando floruerint. 1.a,b
Ælius Serenianus. 1048 a,b
Ælius Verus in vita ſua nihil habet memorabile, niſi quod tantum Cæſar eſt appellatus. 223.a.b 224.a
Ælius Verus imbecillæ valetudinis fuit. 238.b. *caducus paries ab Hadriano dictus.* 239.b
Æmilianus, Aſiæ proconſul. 654.a
Æmilius Lætus. 515.a
Æoles Latini ſermonis patres & auctores. 279.b. Δ in B *mutabant.* ibid.
Æquanimitatis ſignum. 282.b
Aërem cenſere. 664.b
Ærarium & Fiſcus, ſynonyma. 66.b
Ærarium augere. 608.b. *refercire.* ibid.
ad *Ærarium in beneficiis deferre.* 999.a
Ærarium majus. 778.a. 780.a. *ſacrum.* 778.b. 779.a,b
Ærarius mergus. 557.a
Æs Latini etiam de auro argentoque cælato dixerunt. 939.b
Æs quaternum, pro *quaternario*, vel *ſeſtertio.* 966.a
Æthiopis occurſus, ominoſus. 638.a
Ævum, pro *ætate.* 290.a
Afra, cognomentum patris Hadriani. 7.b
Affectio tyrannidis, pro *affectatio.* 442.a
Affectores ſtupri, pro *affectatores.* 442.b
Affectus, pro *perſonis quæ præcipuo affectu amantur.* 386.a
Affectus, pro *affectio.* 446.a
Affectus, pro *liberis.* 457.b
Afficere tyrannidem, pro *affectare.* 40.a. 101.b.442.a
Affines. 772.a
Affinis, pro *fratris filio.* 574.a
Afflictare. 221.b
Apodito, pro *Afroditopolis.* 184.b
Agaſo. 877.b.1031.b
Agathodæmones. 864.a
Agentes in rebus. 105.b.323.a.981.b
Ager Tripolitanus. 624.b
Agere civem. 474.a. *patronum.* ibid.
Agere, pro *impellere.* 293.b
Agi vitio. 25.a. *libidine.* ibid.
Agino, ab *ago.* 86.a
Agitare, pro *exagitare, vexare.* 159.b
Agon Gymnicus Ἀντινόειος *in honorem Antinoi inſtitutus.* 139.b. *ubi celebraretur.* 143.b
Agon iſelaſticus. 218.b. 219.a,b. *quinquennalis.* ibid.
Agonotheta. 122.b.123.a
Agrare, idem quod peragrare. 125.b
Agrarias facere. ibid.
Agrarius. ibid.
Agrarius mergus. 556.a
Agrippæ lavacrum. 180.b
Agrippus hiſtrio. 429.a
Alæ curſoribus additæ. 236.a
Alagabalus, deus Emiſſenorum. 792.b
Alagabalus unde dictus. 790.a. & ſeqq.
Alahgabal. 792.a
Alamanni à Germanis diverſi. 730.b. *populus Germaniæ vetuſtior.* ibid. *toti Germaniæ nomen dedit.* ibid. *jam inde à tempore Vopiſci.* ibid.
Alanorum rex Pharaſmanes. 56.a
Alba, fluvius. 573.b
Alba. 840.b.841.a
Albani, populi ſupra Hiberes ſiti. 193.a
Albati miniſtri Impp. 1043.b
Aldii & miniſteriales. 983.a
Alexander Emeſenus. 495.a
Alexander Magnus ut decimus tertius eſſet deus, à Demade decretum. 1034.b. *ut*

pro

pro deo haberetur, poſt ſuperatum Darium, ad Græcos literas dat. 1035. a. an in Deorum conſortium relatus à Romanis. ibid. b. pro deo habitus multis Græciæ populis. ibid.
Alexander Mammææ. 883.b
Alexandri Macedonis morientis dictum. 45.a
Alexandria, vel Alexandra Caſſii filia. 389.a.391.b.460.a
Alexandriæ Juridicus. 618. b. deus tutelaris. ibid.
Alexandriani ſodales. 1035.b
Alexandrinis jus curiæ conceſſum. 618.a
Alia, pro altera. 282.a
Alimentaria compendia. 555.b
Alimentorum cura. 532.b
Alius ab ἄλλος. 279.b
Alius, pro aliquis. 746.a
Allectiones prætoriæ, ſenatoriæ. 542.a
Allegare, adferre. 629.b
Allius Fuſcus. 494.a
Allobrogum bellum, pro Allobrogico. 24 b
Altus color. 655.b
Alvarium, pro alvearium. 986.b
Alucitæ tabernales. 158.a
Alvei in balneis. 691.a
Amolum, amulum, amylum. 952.b. 953.a
Amantre. 315.a
Amatus, ἐρώμενος. 145.a
Amazonius Commodus. 523.b
Ambitus muralis. 115.b
Amici & comites Auguſti ſive Imperatoris. 165.a,b.166.a
Amicinum. 859.b
Amicus charus, pro valde amico. 795.b
Amœnia. 521.b
in Amore eſſe alicui. 314.a
Anaclitterium vel anaclinterium. 232.a,b. 233.a
Anchialo, pro Anchialum. 848.b
Ancuları & ancillari. 982.a
Anculus, miniſter vel nuncius. ἄγγελος. ibid.
Andron Muſicus. 290.b
Angaria. 280 a,b
Animadverſus, pro animadverſio. 446.a. 921.a
Anima, genus animalis. 157.b.158.a
Animalia avium & quadrupedum. 418.b
Animans, pro homine. 665.b
Animi mala. 957.b
Animoſa fides. 357.a
Animoſiſſime comparare. 357.a
Animoſus homo. ibid.
Annia Fauſtina. 494.b
Annona. 983.b
Annona panes. ibid.
Annonæ ſingulæ, binæ, ternæ, ſenæ. ibid. mundæ. ibid. & 989.a
Annonam excandefacere. 512.a. incendere. ibid. vaſtare. ibid.
Annius Marcus. 291.b.442.a
Annius Verus. 289.a,b.290.a
Annulatim criſpatæ comæ. 563.b
Annuli in capillorum compoſitione. ib.a,b
Annuli ἐπίσημοι. 942.b
Annuli traditione Veteres heredem & ſucceſſorem deſignabant. 31.a
Annulorum aureorum jus. 751.b
Ante fronte, pro ante frontem. 431.a
Ante ſe, pro ante. 876.b
Antecena & antecænia. 837.a
Anteferre. 878.b.901.a
Antelata, pro præmiſſa & antedicta. 901.a
Antelatus ſermo. 878.b
Anterus, Commodi ſubactor. 481.a,b. occiſus. 483.b.484.a
Anteſignani. 1014.b
Anthesterion menſis. 120.a
Anticipare, pro acceptare. 266.a
Antidoton pro quavis potione quæ propinatur ægrotis. 230.b
Antidotum pro acriore cathartico. 205.a
Antimachus poëta. 153.b. eum magni faciebat Hadrianus. 154.a. Homero etiam ipſi eum præferre non dubitabat. ibid.
Antino, Antinon, & Antinous, pro Antinoopolis. 184.a,b
Antinoopolis. 137.b
Antinous pro Hadriano mortuus. 135.a. conſecratus. ib.b. 137.a,b. & 138.a,b. ejus forma, ſtatuæ & poſitura. 136.b. 137.a,b. ſacerdotes. 137.b
Antinous Synodi deus. 139.b. oracula reddere creditus. 141 a,b. prophetas habuit. 143.a. ejus ſtatuæ in Gymnaſiis Græcorum. 139.b. in ejus honorem agon Gymnicus inſtitutus Ἀντινόειος dictus. 139. b. 143.a

Antiochenſes Hadriano inviſi. 131.a. *dicaces.* ibid.
Antipatri epigrammatarii duo. 857.a
Antipatri Theſſalonicenſis epigramma in Antimachum poetam. 154.a
Antiſthius Burrhus. 491.b
Antius Lupus. 493.a
Antonini Pii Proconſulis in Aſia clementia & moderatio. 250.b.251.a,b
Antonini Pii vita & imperii anni. 281.b. 282.a. *laudes.* 285.a
Antoniniana caracallæ. 726.a
Antoniniana thermæ. 826.a
Antoniniani ſodales. 347.a
Antoninus, quorum cognomen. 206.a.316.b. *quomodo & à quo primo uſurpatum.* ibid.
Antoninus unde Pius vocatus. 220.a,b. 248.b. 249.a
Antoninus Caracallus. 707.a
Antoninus Marcus. Vide *Marcus Antoninus.*
Antoninus menſis. 271.a
M. *Antoninus Philoſophus,* Vide *Marcus Antoninus.*
Antoninus Verus. 237.a
Anubis. 497.a. *Anubin portare.* ibid. & 728.b.729.a
Anxurnas colonia. 589.a
Apertum habere, pro *aperire.* 299.b
Aphronitri uſus in balneis. 844.a
Apiaſterum, pro *apiaſtrum.* 670.a.837.a
Apiaſtrum. 838.b
Apimen, *amen*, unde *amentum*, ab *apo*, ligo. 546.a
Apina, *ἄφυα.* 273.b
Apinari, & *apinarii.* ibid.
Apis, *Ægyptiorum Deus.* 110.a
Apium. 44.b
Apium, pro *apum.* 253.a
Apo, ligo. 546.a
Apolauſtus. 429. b. *ἀπολαυστικὴ vita.* ibid.
Apollo Chochens vel *Chochæus.* 426.b
Apollonii plures fuere eadem tempeſtate. 271.b.272.a
Apollonius Syrus Chalcidenſis. ibid.
Apollonius Chalcedonius Stoicus. 295.a,b
Apollonius Syrus Platonicus quis. 22.a,b
Apollonius Thyaneus. 930.b
Apollonis, pro *Apollinis.* ibid.
Apollono, vel *Apollonos*, pro *Apollonoſpolis.* 190.b
Apologiticum. pro *Apologeticum.* 566.b. 844.b
Apophorita, pro *apophoretis.* 843.b
Apoplexis. 346.a
Aporiari. 170.a
Apotheca. 98.b
Appellari, pro *derideri.* 273.a
Applicare oculis. 501.b. 502.a. *oſculis.* ibid.
Apruna & aprugna. 232.a
Apſides opere muſivo ornatæ. 656.a.659.a
Aqua formarum. 631.a
Aqua muliebris. 454.a
Aquariolus. 480.a
Aquilo, equus. 422.a
Arabes corvi auſpiciis reguntur. 927.b
Arbiterium, pro *arbitrium.* 670.a. 837.a
Arca. 881.a. *Arca Caſarea.* ibid.
Arca fiſci. 992.b
Arca pontificum. ibid.
Arca publica pop. Rom. ibid.
de *Arca ſolvere.* ibid.
Arcarii. ibid.
Arcaa. 881.a
Arces, arcutes, ab arcu. 476.b
Arces limitaneæ. 114.a
Archaicus ab *ἀρχαῖος.* 551.a
Archiereus. 930.a
Archigalli. 806.b
Arcio ſella. 719.b
Arcis, urbs. 881.a
Arcuaturæ. 656.b
Arec. 881.a
Arenæ propriè gladiatorum. 1012.b
Arenarii. ibid.
Argentarii. 919.a
Argentum in opere. 919.b
Argyroaſpides. 1004.a
Arma avocare. 213.b.214.a. *batalare.* 212.b.213.a. *movere.* 213.a. *rotare.* 214.b. *tractare.* ibid.
Armatura. 1012.b
Armatura ars. 1012.b. 1013.b. *exercitium.* 1014.a
Armatura & Armaturæ ut differant. 213.a,b
Armidoctores. 1012.b.1014.b
Armiludium, *armiluſtrium*, *armorum inſpectio*, *armis ludere.* 455.a,b

Armi-

Armites, antiquitus *armutes*, *ab armis*. 476.b
Armorum alta facta. 1004.a
Armorum exercitium, *ſcutum tantum & gladium comprehendit*. 212.b. 1012.b. 1013.a. *ab exercitio ſagittarum*, *miſsilium pilorumque diverſum*. 212.b
Armorum ſcientia. ibid.
Armorum peritus. ibid.
Aromatica populo donare. 177.a
Arpianus pro *Arrianus*. 388.b
Arrius Antoninus. 206.a, b. 251.a, b. 252.a. 253.b. 492.b
Arrogans color. 655.b
Arrogantes lacernæ. ibid.
Ars bellandi. 1013.b
Ars pavimenti. 657.b
Artaxerxes, *rex Perſarum*. 1017.a
Articuleianum Senatuſconſultum. 23.b
Artimas, pro *Artemas*. 140.b
in As *&* es *deſinentia vocabula*, *corripi ſolita*. 955.b
Aſima tunica. 631.b. 942.a
Aſinino lacte faciem linere ſolitum. 43.a
Aſinis qui vehi ſoliti. 799.a
Aſperſus, *genus piſcis*. 979.b
Aſſentio, pro *aſſentior*. 208.a
Aſſertio. 328.a
Aſſeſſoribus ſalaria inſtituta. 997.b
Aſsis. 961.b. *totum ſignificat*. ibid. *ex Aſſe*. ibid. *idem quod ſolidus*. 962.a *pro aureo*. ibid. *pro monade*. ibid. *pro ſex millium numero*. ibid.
Aſsis publicus, *pro tributo*. 961.b. *canonicus*. ibid.
Aſtraba. 719.b
Aſtrabarium. ibid.
Atergus. 764.a
Athenæ, *urbs in Liguribus*. 185.a
Athenæ Atticæ. ibid.
Athenæ novæ. ibid.
Athenarum pars Hadrianopolis appellata. 185.a. 186.a
Athenæum Romanum. 560.b. 561.a
Atrienſes linteis ſuccincti. 549.b
Attianus, non *Tatianus*. 10.a. 76.b
Attis Menotyrannus. 805.a
Attegatio, ἡ τῶν σιτοφορία. 29.b
Attollere palmas. 248.b
Attributus, pro *attributio*. 921.a
Avaria, pro *aviaria*. 986.b
Auctor alienjus. 82.b
Auditorium. 944.b. *auditores*, *acromata*. ibid.
Averſus, pro *averſio*. 921.a
Aufidius Victorinus. 299.a
Augmentum, *proprium tribuni nomen*. 67.b
Augures Pannoniorum. 927.b
Auguſtæ liberos in purpura parere juſſæ. 692.b
Auguſti jocus. 182.a
Auguſti duo qui primi appellati. 238.a
Auguſti tres. 617.a
inter Auguſti appellationem & Cæſaris nihil medium. 617.a, b
Auguſto qui primi templa poſuerint. 111.a
Auguſtum imperium. 901.a. *nomen*. ibid.
Auguſtus locus. ibid.
Avidii Caſsii origo. 437.a. *morum varietas*. 447. à vide Caſſius.
Avidius Severus. 440.a, b. 441.a. *forte* Heliodorus *dictus*. 442.a
Aula, pro *olla*. 737.a
Aulica fides. 695.b
Aulici, οἱ Καισαρεῖοι. 561.b
Aulici hiſtriones. 178.b
Aulici miniſtri, id eſt, *fumorum venditores*. 259.b
Aulidus, pro *aulœdus*. 216.a
Aulœdi. 264.b
Aulon & Caulon. 557.b
Avocare. 149.b. pro *oblectare*. ibid.
Auraria penſitatio. 937.b
Aurarius canon. 937.b
Aurata veſtis. 1043.b
Aurata & ſerica veſte Auguſtæ utebantur. 355.b
Aurea grana. 840.b
Aurelianis, pro *Aurelia*. 589.a
Aurelius Victor. 751.a
Auri centenaria. 968.a
Auri viginti centenaria. 32.b. 33.b
Aurichalca vaſa, pro *aurichalcinis*. 242.a. 872.b. 922.a
Aurichalcum, κεράμιον. 922.b
Aurigarum mos in poſtulando auro. 423.b
Aurio, pro *haurio*. 699.b
Auro cingere. 91.b. *cludere vel includere*. ibid.
Auro vinctum. 803.a
Auroſa harena. 872.a
Aurum & argentum, pro *nummis aureis & ar-*

& argenteis. 938.b. 939.b.
Aurum coronarium. 54.a
Aurum cinctum. 552.a
Aurum negotiatorium. 937.b
Aurum facere. 609.a
Aureum, pro *aurum.* 872.b. 922.a
Auruncul.eius. 610.b
Aurus, pro *aureus.* 242.a. 922.b
Aut, pro *haud*, vel *haut.* 398.a
Autepſa. 829.b
Avulſus, pro *avulſio.* 921.a
Auxilia in Romano exercitu in cohortes diviſa. 534.b
Auxiliorum præpoſitus. 535.a

B.

B, *pro V.* 840.a
Baccario. 480.a
Bactrani & *Bactriani*, Βάκτροι & Βακτριανοί. 194.a
Bactriani. 46.a,b
Badiſſo, βαδίζω. 660.b
Bæbii Marcellini caſus triſtiſſimus. 616.a
Bæbius Longus. 299.a
Bæbius Macer. 49.a
Bæbius Macrinus. ibid.
Balcones. 677.b
Ballare, βάλλειν. 95.b
Ballum Britanniæ. 623.a
Balnea & lavacra militibus interdicta. 1011.a
Balnea publica. 174.a. *mixta.* ibid.
Balnea quo tempore paterent & clauderentur. 196.a,b
Balnea ut & porticus inter delinimenta vitiorum. 87.a
in Balneis cœnare. 504.a,b
Balneator, qui balnea præparat. 474.b
Balſama ſpargere. 177.a,b
Balthea argentata. 89.a. *aurata.* ibid. *gemmata.* ibid.
Barba plena eſſe. 94.a. *prima.* ibid.
Barbam alentes averſabantur Antiochenſes & Syri. 426.a
Barbam novare. 871.b. *facere*, faire la barbe. *ibid.*
Barbare. Barbatores. Barbatoria. 871.b
Barbaria, vel Barbarbaricum dictum, quicquid erat ultra limitem Romanum. 1025.a
Barbati fere omnes Imperatores ab Hadriano. 426.a
Bardæi, populi. 551.a
Bardaus. Bardaicus. ibid.
Bardaicus calceus. 551.a. *cucullus.* 550.b. 551.a
Bardiaci. 550.b
Bardocucullus. ibid.
Barſaites. 682.a
Baſſianus quam diu vixerit. 723.a,b. 724.a
Baſtarni. 372.b
Baſterna. 799.b. 844.b. & ſeqq.
Baſto, Baſtum, vel *Baſtus.* 510.b
Baſtum. 845.a
Baſtum, pro *clitellis vel ſagmate.* 511.a
Batalare. 212.b. 213.a
Batalatores, θυμομαχοποιοί. 212.b
Battalia. 213.a
Battere, pro *battuere.* 213.a
Battualia. ibid.
Battuare. ibid.
Battuator. ibid.
Battuatorium. ibid.
Belinus, pro *Belenus.* 140.b
Belle fabricari. 341.b
Bellitras oppidum. 589.a
Bellonarii fanatici. 497.b
Bellum, pro *prælio.* 611.b
Bellum deſertorum. 515.b
Belum, pro *telo*, è Græco βίλος. 552.a
Benedicere aliquem. 566.b
Beneficiales, βενεφικιάλιοι. 944.a
Beneficiarii centurionum. 95.a *tribunorum.* ibid.
Beneficiarii qui. 16.a,b. 17.a,b
Beneficiarii & curioſi cur ſimul à Tertulliano poſiti. 16.b. 17.a
Beneficiarii vel Officiales Rationalis. ibid.b
Beneficiorum liber. 998.b
Benevaletudo. 249.b
Benignus & *blandus* in quo differant. 564.a
Berceaux. 86.b
Beſa, deus & urbs. 137.b. 138.a
Beſantinoum, oppidum. 138.a
Betacei, pro *betis.* 857.b
Betis. 766.b
Betis, pro *Bætis.* 680.a
Bibere per obſcœnitates. 552.b
Bibeſia dea in conviviis litatur. 649.a
Bibones, id eſt, *ebrioſi.* 157.b
Biciates. 550.a

Bigerra.

Bigerra. 550.a
Binarius nummus. 966.a,b
Biniones. 966.b
Biothanatus. 876.a
Birrus. 28.a,b
Birrus & lacerna, idem. 518.a,b
Bis centena, pro *ducenis.* 32.a. *bis decies,* pro *vicies.* ibid. *bis vicies,* pro *quadragies.* ibid. *bis trecenties,* pro *ſexcenties.* ibid.
Bithynia. 375.b
Bitraſius Pollio. 335.a
Bivilles. 550.a
Blandus & *benignus* in quo differant. 564.a.
Blumarit, nomen proprium Vandalicum vel Gotthicum. 161.b
Boëdromion menſis. 120.a
Bojonia Arcula. 245.b
Bojonia Fadilla. ibid.
Bojonia Procella. ibid.
Bojonius Antoninus Pius. ibid.
Bolever. 623.a
Bonæ deæ templum. 181.b
Boryſthenes, oppidum. 271.a
Boryſthenis equi ſepulchrum ab Hadriano conſtitutum. 189.a,b
Botta. 976.b
Boves curſui publico deſtinati. 799.b. 800.a
Braca. 976.977.a.978.b
Braccarii. 919.a
Bracharii, pro *bractarii,* vel *bractearii.* ibid.
Bractearii. ibid.
Brattea, pro *bractea.* 996.b
Brattearii. 919.a.996.b
Bratteola. ibid.
Bracteola. 996.b
Brax, βράξ, pro *braca.* 977.b
Breve, pro *parvum.* 958.a
Briganta, populi. 258.b
Bromiaca ſacra. 499.b
Bruchium. 182.b
Bubo. fœm. gen. 516.b
Bucca. 1031.b
Buccea panis. 284.b
Buccellarii. 877.b.1031.a,b
Bucciones. 1031.b
Bucrones. ibid.
Bucolia 366.b
Bucolici milites. ibid.a,b
Bulba, vulva. 839.b.840.a
Burdi & burichi. 846.a
Burdones. 846.a,b
Buri. 371.a,b
Burichales, βυριχάλιοι. 944.a
Byrrus, vel *burrus, πυῤῥός.* 27.a

C.

C pro *e.* 557.a
Cacabacei panes. 829.a
Cacare à κακκᾶν. 551.b
Cadivus & Caducus, à cado. 80.b
Caducum auſpicium. 218.a
Cadis, pro *verberatione.* 416.a
Cælius, hiſtoriographus. 158.b
Cælius Sabinus. 1044.b
Cæſa, pro *cæſione.* 885.a
Cæſar unde dictus, & quis primò. 224.b. 225.a
Cæſareanus vel Cæſarianus. 688.a,b
Cæſares, qui & Imperatores deſtinati, imperatoriis utebantur inſignibus. 612.a
Cæſarianum imperium. 599.a
nomen. ibid.
Cæſaries, pro *crinibus appoſitis.* 225.b
Cæſit, pro *cecidit.* 453.b
Calare, καλεῖν. 95.b
Calbeum, vel *calpeum.* 986.b
Calcanea camelorum in deliciis. 836.a
Calceos ſoleis mutare ſolebant Romani, cum accumberent menſæ. 195.a
Calceus Bardaicus. 551.a
Calchedon, oppidum. 761.a
Calculones. 530.b
Calices inæquales. 649.a
Calices in gemmis, pro *gemmatis.* 658.a
Calices finxit Commodus. 473.b
Calices frangere. ibid.a,b
Calliſtruthia ficus. 699.b
Calones. 127.a
Calpeum vel *calbeum.* 986.b
Calphurnius Agricola, legatus Auguſti. 322.b
Calvea ornamenta. 986.b
Camelis veſci quinam ſoliti. 835.b
Cameræ de opere muſivo ornatæ. 656.a
Camera, καμάρα. 86.b
Cameratum relatio. ibid.

Cameramtes columna. 656.b
Camina, pro *camena.* 140.b
Campeſtri ſolo tectus. 195.a.452.a
Campeſtris meditatio. 1013. b. *proluſio.* ibid. & 1014. a
Campidoctor. 1012.a,b. 1014. a
Campiductores, pro *campidoctores.* 1014.b
Campigeni. 1014.b
Campiones. 1012.a,b
Campus. 1012.b.a. *campo occumbere* ibid. a. *ad campum exercitum producere.* ib. *campum colligere.* ibid. *campum minari.* ibid. *campus pugnæ.* ibid.b
Campus Jovis. 674.b
Cancellarii. 886.b
Cancelli æréi aut ferrei ad apſidas & concamerationes confirmandas. 725.a
Canibus ſepulchra conſtitui ſolita. 189.a
Caninius Celer Orator. 292.a. 442.a
Caniſtrum à κάναςρον. 86.b
Cannenſis clades. 152.b
Canticum Muſicis modis expedire. 264.b
Caphiſterirm, pro *ſcaphiſterium.* 691.b
Capiens es, pro *capis.* 365.b
Capilli ad pectinem flexi. 211.b
Capillus prolicinus & prolixus. 654.b
Capillus reflexus, flexus. 563.a. 654.a. *renodis, criſpus.* 563. a. *ſubanellatus.* ibid.
Capillum gradibus frangere. ibid. *in annulum ponere.* ibid.
Capiſterium, pro *ſcapiſterium.* 691.a
Capite cadi. 170.b
Capitolina palmata. 971.a
Cappadoces ſervi. 128.a.
Cappadox & mancipium ſæpe idem. ibid.
Capſus, vel *capſum*, *χειράμαξα.* 115. b. 280.b
Captivitates, pro *captivis.* 662 a
Capuli enſium cornei, eburnei, &c. 90.a
Caput jactare inter fanaticos. 806.a
Caput veteribus nudum. 163.a,b
Caraca. 727.b
Caracalla & Caracallus. 706.a. 785.b
Caracalla, pallium cucullatum. 727.a
Caracallæ talares factæ ab Antonino. 726.b 727. a. *clericis aſſignatæ.* ibid. *lacernis ſimiles.* ibid.b
Carcer, pro *incarcerato.* 764.b
Carceres, pro *vinctis in carcere.* 386.a
Cardelis vel *cardelus*, pro *carduelis.* 564.b
Cardi & *cardones*, pro *carduis.* 564.a
Cardo & Cardus. 510.b
Caritates, pro *liberis.* 457.b
Carmelus deus. 791.a
Carnis vilitas Romæ. 916.b
Carpentarius. 1008.a,b
Carpentarius, militis cognomen. 1009.a
Carpentum. 799. b. 1008.a,b.
Carpentum judiciale. ibid.
Carpentum mulare. 846.a
Carpiſculus. 715.b
Carruca argentata ſenatoribus conceſſa. 991. b
Carſeolis ager. 589.a
Carthago Adrianopolis appellata. 185.a
Caſaque. 727.b
Caſeus Alpinus. 282.b
Caſius mons. 132.a,b
Caſos, inſula. 132.a
Caſsiane, id eſt, *ad morem Caſſiorum.* 471.a, b.
Caſſii morum varietas. 447.a
Catilina *dictus.* ibid.a,b
Caſtalius fons. 21.a,b. 324.a
Caſtra Albána. 709. b
Caſtra. 127. a. 265.b. *nunquam de Imperatorio comitatu.* 127. a. 981. a
Caſtra, pro *caſtellis & burgis.* 98.a
Caſtratio ſive marium eviratio vetita. 131.b
Caſtrenſe, *καςρήσιον.* 383.b
Caſtrenſis corona. 265.b
Caſtrenſes miniſtri vel *caſtrenſiani.* 126.b. 981.a.b. & *ſeqq.*
Caſtrenſis, pro *miniſtro.* 981.b
Caſtris locum capere. 92.b
Catabolici dictis en ſpiritus. 141.b. 142.a,b
Catacaumos Iliacus. 152.b
Catacriani libri obſcuriſſimi. 152.a,b
Catamidiari. 169 b. 170.a,b
Catilius Severus. 52 a. 238.b. 289.b
Catomidiare, pro *catomadiare.* 170.b
Catomis cadi. 169.b. 170.a,b. 171.a
Catonium. 171.a,b
Catti & Chatti, populus Germaniæ. 321.b
Cauca & *caucus.* 667.b. 668.a
Caucularii. 667.b
Cauculatores. ibid. & 668.a
Cauculi, pro *calculis.* 667.b
Cauculo, pro *calculone.* ibid.
Cauculones. 530.b
Cauculum. 667.b

Caverna,

Caverna, à cavo. 845.b
Caulon, & Aulon. 551.b
Cauſa. 79. a, b. *in Cauſa eſſe.* ibid.b
Cauſæ oculorum vel *inteſtinorum,* pro *doloribus.* 80.b
Cauſaria liberalitas. 79.a,b. *miſſio.* ibid.
Cauſarii. 80.a, 81.a
Cauſarius deus, locus, oculus. 80.a,b
Celeres vel *celetes, equites.* 476.b
Celerum vel *Celetum tribuni.* ibid.
Celius Tatianus. 10.a
Cella. 539. a. *cella Curiæ.* ibid.b
Cella caldaria. 856. a,b
Cellarienſes ſpecies. 862. b
Cellarium, cellæ penſio. 862. b. *quod ex cella penuaria depromitur.* ibid.
Cellarium ſalarii. ibid. & 698. b. 863.a
Celſus eques. 752. a. *celſe nati.* ibid.
Celſus J. C. 167.a,b
Cenocephali pro *cynocephalis.* 65 b
Cenſorius homo, pro *pulchro.* 376.b
Cenſorum provincia, cura morum publicorum. 194.a
Cenſuaria liberalitates. 79.b.80.a
Cenſura, pro *gravitate ac dignitate.* 376. a, b
Cenſus. 961.a.b
Cenſus magiſter. 105.a
Cenſus Galliarum. 79.b
Cenſus tranſcripti. 80.a
Centenaria dignitas. 535.a
Centenariæ formæ. 967.b
Centenarium. 967.b.968.b
Centenionalis nummus, 966.b.967.a. 968.b
Centeniones. 966.b
Centumcellæ. 474.a
Centurio militare. 718.b
Centuriones ordinarii. 700.a
Centuriones emolumenta à militibus accipiebant. 95.a
Centurionum vitis. 92. b. 93. a,b
Centyrio, pro *Centurio.* 9.a. 677. a. 777.b
Cepitius, & cepitium. 837.b
Ceraunia. 840.b
Cereris initia. 393.a
Q. Cervidius Scævola. 722.a
Ceſſator. 415.b
Ceſſicius. 1028.b
Chalce, æcus Palatii Conſtantinopolitani. 126.b
Chalcidicum. 677.a,b
Chalcis Eubææ. 295. a. *Syriaca.* ibid.
Chalcis urbs, à qua Chalcidenus. 22.b
Charadrius. 654.b
hac Charta, Græcè ὁ χάρτης. 27.b.829.b
Chilones. 655.a
Chiridotæ. 549.a
Chlamydati. 1043.a
Chochе, & Chocbaus Apollo. 426.b
Chlamydes Græcanicæ. 550.a
Chreſtologus. 566.a,b
Chlamys, lacerna. 518.a.1043.
Chlorus. 986.a
Chlorion. 654.b
Choleram ſtomachi evomere. 906.a,b
Choſdroës, Χοσρόης. 128. a. *Rex Parthorum.* ibid,b
Chriſti capillus ſubanellatus. 563. a
Chriſtiani quando præcipue lavari voluerint. 480.b
Chriſtianiſmum olim profiteri volentes, pro communi & uſitata veſte pallium ſumebant. 518.a,b
Chriſtianorum perſecutio ſub Severo. 618.a
Chriſto qui templa ædificare voluerint. 993.a,b
Chriſtologus, pro *Chreſtologus.* 566.b
Chryſendeta. 803.a
Chryſoaſpides. 1004.a
Chryſagraphare. 170.a
Cibus fortuitus. 82. a. *brevis & vilis.* ibid. *caſtrenſis.* ibid.
Cidicos, pro *Cyzicos.* 269.a
Cilices. Cilicia. 47.a
Cilici, pro *Cidici* vel *Cyzici.* 252.b
Cilium à κυλλόν, 279.b
Cilo. 710.b. 712.b
Cimiterium, pro *cœmiterium.* 216.b
Cincius Severus. 528.a.611.a
Cincti pro *militibus.* 443.b
Cindynus. 416.a
Cinis à κόνις. 86.b
Cinna Catulus. 296.b. 297.a
Circenſe ſpectaculum. 578.a,b
Circenſes addere. 519.b
Circenſes ludi. 420.b.423.a
Circenſes Perſici. 1021.a. *Vulcanales.* ibid.
Circlus, pro *circulus.* 871.b
Circumciſio legibus Domitiani, Nervæ, Hadriani Judæis interdicta. 131. b. *reſcripto Divi Pii permiſſa.* ibid.

Cirratæ militares. 549.a. 550.a
Cirri. 549.a,b
Cithæron, pro Citharon. 68?.a
Citroſæ veſtes. 549.a
Cives novi à Rep. ſemoti. 663.a,b
Civitatium, pro civitatum. 253.a
Clabulare. 281.a
Clamare ad convivium, pro vocare. 161.b
Claſſis Africana & Alexandrina. 522.b
Clariſſima. 797.b
Clariſſimus. ibid.
Clariſſimus, nomen militis. 574.a
Claſſiarii milites. 514.b
Claſſis Miſenas. 581.b. Ravennas. ibid.
Clava. 279.b.713.a
Clavare. 631.b
Clavatores. 713.b
Claudere ſpatham capulo. 90.a,b.92.a
Claudius Fuſcus Salinator. 202.a
Claudius Severus Peripateticus. 297.b
Claudius Sulpitianus, Pertinacis ſocer. 611.a
Claudius Maximus. 296.b.297.a
Claudius Pompejanus Commodum interficere tentat. 483.a
Clavi. 950.a. loco acceſſionis veſtibus cedebant. ibid.b
Clavola. 279.b
Clauſtrarii. 919.a
Clauſula enſis. 91.a
Clauſula pro anſa. ibid.
Clavula. 279.a,b
Clavularia carra vel plauſtra. 280.b
Clavularis curſus. 279.b.280.a
Cleander. 490.b. occiſus. 492.b
Clinica. Clinicus. 201.a,b
Clibanarii. 1019.a,b
Clibanus Perſicus. ibid.b
Cluſor. 90.b.91.b
Clypeum vibrare. 238.b
Cnenphonſus, pro cnephoſus. 550.a
Coactiliaria. 536.b
Coccum, coccinum & coccineum. 987.b
Coccoclavata. 950.b
hæc Cochlea, Græcè ὁ κοχλίας. 27.b
Coci eruditi. 742.a
Coctilia ligna. 536.a,b
Coctiliarii. ibid.
Coctilicia taberna. ibid. b. ejus exercitor. ibid.
Coctus, maturus. 1027.a
Coctæ ficus. ibid. uvæ. ibid.
Cocta poma. ibid.
Cocti fines. ibid.
Cocum refundere. 76.a
Cœdes, pro Cotes. 453.b
Cœleſtis dea. 537.a.720.a
Cœna cerea. 860. b. eburnea. ibid.
Cœna viteſi ſolita. 203.b
Cœna, pro ſportula, vel ſportulari cœna. ibid.
Cœna quâ horâ apud Romanos. 196. a, b. 197.a
Cœna Apiciana, Vitelliana, Alagabali. 856.b
Cœna hora apud Romanos. 933.b
Cœna ſumptuoſa. 420.a
Cœnatio, τρίκλινος. 85.b
Cœnationes lectorum numero diſtinctæ. 833.a
Cœnatoria. 194. b. 195.a
Cœnarum ſumptus ad antiquum modum redegit Hadrianus. 195.b
Coetes & Coetus, libertus Veri. 432.b
Cohercere, pro coërcere. 1016.b
Cohibentia, pro cohiventia, conniventia. 1016.a,b
Cohibere, pro connivere. 1016.a
Cohibuli, pro cohivuli. 1016.b
Cohicere, pro coicere. 1016.b
Cohivum. 1016.b
Cohives, pro cohibes. ibid.b
Cohortalini. 939.b
Cohortes. 534.b. vexillares. ibid.
Cohortes miliaria. 164.a. quingenaria. ibid.
Coïvus, à coëo. 1016.b
Collatus, pro collatione. 811.a
Colligere conſtellationem. 229.b
Collocare, de mortuis. 257.a
Colobathra. 713.a
Colobathrarii. ibid.
Color altus, pro intenſiore & vivido. 655. b. arrogans. ibid. improbus. ibid. a, b. malus. ibid. b. pallidus & luteus. 654. b. purpureus. 655. b. verecundus. 654. a, b
Color malus. 655. nequam. ibid.
Color plenus. 690. b. ſaturus. ibid.
Color roſeus, pro roſſeus vel ruſſeus. 775.a
Colorati Etruſci. 42.a
Coloſſæ ſtatuæ, pro coloſſeæ. 241. b. 922.b

Coloſſeæ

Coloſſea ſtatuæ Ælio Vero poſita. 241. a, b
Coloſſus Neronis. 181. b. *Soli conſecratus.* 182. a
Columnæ camerantes. 656. b
Colymbus, pro *piſcina*, vel *natatione.* 855. a
Coma compta gradulatim. 563. a
Combina. 531. a, b
Combinare. ibid.
Comes diſpoſitionum. 933. b. 934. a
Comes rerum privatarum. 609. b. 610. a
Comes ſacrarum largitionum. 778. b. 779. a
Comes theſaurorum. 970. a, b
Comitare. 330. a
Comitatenſes. 939. b
Comites & amici Auguſti ſive Imperatoris. 165 a, b. 166. a
Comites conſiſtorii vel *Conſiſtoriani.* 166. b. *eorum claſſis & gradus.* ibid.
Comites Principum veteri more qui. 601. a
Comitia conſularia. 928. a
Comitia, placita. 330. a
Comitia, pro *judiciis quæ in foro aut comitio celebrantur.* 329. b
Comitiva, *dignitas & officium comitis.* 736. b
Comitiva utriuſque ærarii. 779. a
in Comitium venire. 330. a
Comitium. 330. a
Commanipulus. 81. b
Commeatalis miles. 95. a
Commeatus. 913. a
Commendare diis. 217. b. *alicujus natalem.* 218. a
Commendare, pro *deponere.* 671. a
Commentarienſis. 107. b
Commiſſiones. 696. b
Committere dicuntur, poëtæ, oratores, muſici, &c. 696. b
Committere, abſolute, pro *prælium committere.* 696. a
Committere, pro *coire.* 489. a
Committere cum aliquo. ibid.
Commodæ idus. 506. b
Commodiana caſtra. 495. b. *colonia.* ibid. 509. a. & 514. b
Commodianæ thermæ. 521. a
Commodianum imperium. 599. a
Commodianus annus. 505. a, b. *populus.* 509. a. 514. b
Commodius dies. 495. b
Commodus magiſter M. Antonini. 294. a
Commodus menſis. 506. b. 507. a
Commodus ſtrangulatur. 520. a, b
Commodus quando occiſus. 539. a
Comparare, parare. 429. a. *malum alicui*, ibid. *gaudia.* ibid.
Comparativum cum ſecundo caſu. 708. b
Compendia alimentaria. 555. b
Compeſcare, pro *compeſcere.* 368. a
Compita, pro *compitalibus.* 692. a
ſe Comporter. 101. a
Computans argentum, pro *computato*, hoc eſt, *numerata pecunia.* 226. b
Concamerationes. 656. b
Concades. 114. b
Concedere, pro *conſentire.* 753. b
Conceſſio, pro *conſenſu.* 753. b
Concidere. 816. a
Concionis dimittendæ formula. 330. a
Concinentia ſigna. 891. a
Concinere, pro *conſentire.* 890. b
Concubina. 236. b
Condemnatio. 1006. a, b
Condiani fratres à Commodo interfecti. 485. a. 486. a, b
Condiani Coſ. interitus. 509. a
Condicere, pro *conſentire*, 669. a
Condicta. 97. b
Condita militaria. 97. b. 99. a, b
Conditio. 362. a, b. *conditiones* nauticæ. ibid.
Conditiones bene vaſatorum colligere. ib. b
Conditura veneta. 855. b
Conditum quid. 842. a, b
Confectores. 525. b
Congiarium ſæpius à Commodo datum. 519. a
Conibentia, vel *cohibentia*, pro *conniventia.* 1016. a
Conibulus. 1016. b
Conicere & *reicere.* ibid.
Conire & *coire.* ibid.
Conivum. ibid. *conivulus.* ibid.
Conjugale, à conjugium. 393. a
Conjugia, pro *conjugibus.* 859. b
Conivo. 1016. b
Conopeum quid. 232. b
Conquaternare. 531. a
Conſcaplium. 170. b
Conqueri contra aliquem. 259. a

Conſe-

Conſecrare. 359.b
Conſecrare aliquem vultibus. 405.a. conſecrare poſteritati. ibid.
Conſecrata ſit, pro conſecraverit. 787.a
Conſecrati. 602.b
Conſecrationem diſſipare. 814.a
Conſeillers d'eſtat. 165.a
Conſentes dii. 139.a
Conſentium à conſentio. ibid.
Conſentes dii. 1033.b
Conſentire ad bonum. 1033.b. ad malum. ibid. & 1048.b
Conſentire imperio. 414.a
Conſiliarii Auguſtorum. 166.a
Conſiſtoriani. 166.b. eorum claſſes & gradus. ibid.
Conſiſtorium Principis. ibid.
Conſobrini qui dicantur. 8.b
Conſolari, pro conſuli. 367.b
Conſolatio, pro conſultatio. 367.b.368.a
è Conſpectu, id eſt, à longe, ita tamen ut conſpici poſſit. 192.b
Conſtantia opponitur verecundiæ. 258.a.& Conſtans verecundo. ibid.
Conſtructum mare. 86.a
Conſulare, pro conſulere. 367.b.368.a
Conſulares. 198.b. 199.a, b. quando & à quo inſtituti. 199.a
Conſulares legati. 937.a
Conſulares provinciæ. 199.b
Conſularis Aquarum & Miniciæ. 200.b
Conſularis & ex conſule, idem. 937.a
Conſulatum cum principe gerere, valde honorificum. 74.b. omnes poſt Diocletianum principes uſque ad Julianum hunc honorem privatis communicare deſierunt. ibid.
Conſulatum edere in Circo. 811.a
Conſulatus poteſtas & dignitas. 71.a
Conſulere alicui vehementiſſime. 112.a
Conſulere, pro conſolari. 368.a
Conſules xxv. in unum annum creati. 595.a
Conſules nunquam ſententiam rogabantur, niſi referente principe. 73.b
Conſulum nundinum. 928.a
Continare, pro continuare. 213.a.564.b
Continuare honores. 882.a
Continuatio. 529.a. libidinis. ibid. lignariæ negotiationis. ibid.
In Continuatione rei alicujus eſſe. ibid.
Continuum, pro continuum. 564.b
Contegatus. 29.b
Contra, decontra, idem. 764.a
Contra ſe, pro è regione. 876.b
Contubernalis. 1031.a
Contubernium. 81.b
Contubernium imperatoriæ majeſtatis. 70.a
Conturbare pedes. 975.b
Converſatio. 101.a. quotidiana. ibid.
Converti regio more, pro ad mores regis ſive imperatoris. 100.a
Converti & converſari, idem. 101.a
Convivarum numerus. 946.a
Convitium. 936.a
Convivere furto. 669.a
Convivia Impp. aut privata, aut publica. 984.b
Coopertorium. 422.a
Copiatæ. 342.b
Coqui, pro matureſcere. 1037.a
Coquino à coquo. 86.a
Coracica ſacra. 499.b
Coraciæ. Cuiraſſes. 1019.b
Corocatta, animal. 274.b
Corona civica. 336.b
Coronæ caſtrenſes. 265.b
Coronæ ex foliis quibus interpoſiti aurei lemniſci. 419.a
Coronatæ fuere. 301.b. 302.a
Coronari contra aliquem. 421.b
Corporecuſtodes. 877.b.1031.a
Coſroes & Oſroës. 551.b
Coſſa, pro coxa. Cuiſſe. 215.b
Coſtoboci. 372.a,b
Credens es, pro credis. 365.b
Creſcimen, cremen, à creſco, unde crementum & incrementum. 546.a
Crina, pro criminis. 922.b
Crines magni. 225.b
Crines tortos in fluctum ponere. 563.b
Criobolium. 803.b
Criſpina, Bruttii Præſentis filia. 394.b
Criſpina. 491.b
Criſtæ gallorum gallinaceorum in deliciis. 836.a
Croci ſparſio in theatris. 177.b
Crocum, pro crocino. 852.a
Crudelitas, pro invidia ex crudelitate. 710.a
Cruſtulata, cruſtulatum & cruſtulum, res eadem. 231.a

Cryphia

Cryphia, vel crypta ſacra. 117.b
Crypta. 87.a,b.88.a
Cryptoporticus. 87.a
Cubare, proprie de cubicularibus lectis. 293 b
Cubicula de roſis facere. 234.a,b
Cuculli Bardaici. 550.b. 551.a. *Liburnici.* 551.a
Cuculli pedum, cucullopedones. 551.a. 973.b
Cucullio. 415.a
Cucus. ibid.
Cucullus, pro *ave & galero.* 551.b
Cūdare, pro *cudere.* 368.a
Cudere. 551.b
Cudones. 551.b.973.a
Culcitæ ſubalares. 834.b
Culices. 157.a,b. *cauponarum animalia.* ibid. *cur rotundi.* 157.a. 158.a. pro *culicum morſibus.* 158.a
Cultros aſſumebant ituri ad rem divinam faciendam. 124.b
Cum chlamyde velare, pro *chlamyde.* 954.a
Cum piſcibus implere, pro *piſcibus.* 855.a. 954.a
Cum quem, pro *cum quo.* 431.a
Cum roſa conditum, pro *roſa.* 954.a
Cumis colonia. 589.a
Cuppedia, pro *cupiditate.* 868.a
Cuppedii forum. ibid.
Cuppedius. ibid.
Cuppedinarii. 867.b. 868.a
Cuppedinis forum. ibid.
Cuppedioſus. ibid.
Cuppedo, idem quod *Cupido.* ibid.
Cuppes. ibid.
Cuprum, vel *Cyprum*: Cuivre. 725.a
Cuprea vel *Cyprea acus.* ibid.
à Cura amicorum Auguſti. 165.b
Cura menſariorum ad præfectum Urbi pertinebat. 328.a
Curare. 870.b
Curare, τημελῆσαι. 41.a
Curare, faire la cour. ibid.
Curare pſilothro. ibid.
Curas privatis agere. 1036.b
Curas agere. 1037.a,b
Curatores civitatum, regionum, ac viarum. 331.b
Curculio pro *gurgulio.* 415.a
Curia Alexandrina. 618.b
Curioſi olim iidem cum frumentariis. 105.b. 106.a
Curioſi, λογοθέται, vel φροντιςαὶ τοῦ δρόμου. 15.b
Curioſus domus ſuæ & amicorum. 102.b. *Deus noſtri curioſus.* ibid.
Curſor. 988.a,b
Curſores Impp. 236.a
Curſoribus alæ additæ. 236.a
Curſus clabularius. 280.a,b
Curſus clavularis. 279.a.b. 280.a
Curſus fiſcalis ab Hadriano inſtitutus. 59.b. 60. a. *idem qui publicus.* 62.b
Curſus publicus & vehicularius à quo primum inſtitutus. 58.b. 60.a
Curſus publicus ab Antonino ſublevatus. 278.b. & ſeqq.
Curſus velox. 280,a,b
Curvaturæ. 656.b
Cuſtodia Imperatoribus duplex, ex militibus Prætorianis & Germanis. 1031.a
Cyclas. 979.b
Cyclopes, Κυκλώπειος. 688.b
Cyma, æ, à κῦμα. 888.b
Cymbala mollioribus ſaltationibus adhiberi ſolita. 503.a
Cynicorum habitus in quo à reliquorum philoſophorum habitu diſtaret. 293.a
Cyprus, pro *Cyrrus.* 388.b
Cyropolis. 388.a
Cyrrhus, urbs. ibid.

D.

D, *pro Z.* 269.a
Dacica expeditio. 30.b
Dacicianus. 606.b.683.b
Daciſcus, pro *Daco.* 423.a
Dacum bellum, pro *Dacico.* 24.b
Dalmata. 369.a
Dalmatarum chirodotæ & lacernæ. 496.a
Dalmaticatum prodire in publicum, ſummo dedecori fuit. 496.a
Dalmaticatus. 861.a
Damalio. δαμάλιον. 916.a
Damaliones occidere vetuit Alexander. 915.b
Damaſcenus Jupiter. 22.b
Damoſtratia, Commodi concubina. 493.a

Daphne, & *ejus deſcriptio.* 323. b. & ſeqq. *Daphnenſis lucus.* 324.a
Daphne. 453.b
Daphnidis, pro *Daphnidiis.* ibid.
Daphnita mores, pro *Daphnitici.* ibid.
Daphnicis moribus agere. proverb. 323.b
Daphnis fons. 324.a
Dare judicium, pro *deferre.* 53.a
Daſumiorum familia. 289.a
De altari veſtes, pro *altaris.* 453.a
Deambulatorium. 677.a
De aquila caput, pro *aquila.* 453.a
De canna occidere, pro *canna.* 951.a
Decebalus, *Dacorum rex.* 56.a
Decemviri. 573.a
Decemviri litibus ſive ſtlitibus judicandis. 13.a
Decennalia Severi. 519.b
Decenter. 410.a. *decenter procerus.* ibid.
Deceptus, pro *deceptione.* 811.b
Decibilis. 827.b
Declamata, pro *declamatione.* 885.a,b
Decoctores bonorum qua pœna multati. 169.a,b.170.a
Decontra, & *contra*, *idem.* 764.a
Decorare ex muſivo. 657.a
Decubare. 315.b
Decuriones coloniarum & municipiorum etiam dicti Senatores. 9.b
De faſcina conſtringere, pro *faſcina.* 951.a
Defectus, pro *defectione.* 757.b
Defigere, phrygionis proprium. 806.b
Defigere, refigere, figere. ibid.
Deforis & *foris*, *idem.* 764.a
Degeniare. 757.b
Degeniare, pro *dedecorare*, *devenuſtare.* 435.b
De hoc, pro *hujus.* 453.a
Delatus illos. 848.b
De latus pro *à latere.* 431.a
De latus, pro *juxta.* 764.a
Deliaca. 924.b
Delicati, *qui & deliciæ*, & *delicata.* 40.b
Delinimenta, φίλτρα. 495.b
Delphica menſa. 659.b. *rotunda.* ibid.
Delus inſula ſub Athenienſibus fuit. 186.a
De manu ſua dare. pro *manu ſua.* 951.a
Demarchus, *magiſtratus.* 175.a
Denarii. 966.a.b
Denarius. 961.a
Dendrophori. 729.a,b
Dendrophorus Sylvanus. ibid.b
Deniones. 966.b
Denique. 432.a
Denses, ultimâ correptâ. 955.b
Dentrius, *Dentrianus.* 181.a
Deo unicuique ſuus attributus πάρεδρος. 139.a
Deorum collegium. 138.b. *concilium.* ibid. *conſeſſus.* ibid. *Synodus.* ibid.
Deorum novitiorum officium ſomniis & oraculis reſponſa dare & curationes facere. 141.a
Deportatione inſulæ condemnatus. 15.b
Deprimere tumultum, pro *reprimere.* 51.a,b
Deputans, pro *deputatus.* 226.a
De reſina tollere, pro *reſina.* 951.a
Deſacrare, pro *conſecrare.* 360.a
Deſacrati. ibid.
Deſarçonner. 719.b
Deſævire aliquem, pro *in aliquem.* 385.b
Deſcenſiones. 691.a
Deſecus, *idem quod ſecus*, id eſt *ſecundum.* 764.b
Deſertorum bellum. 515.b
Deſperatus, παράβολος. 525.b
Deſpexit, pro *ex alto deſpexit.* 593.a
De ſtipendiis miles, pro *ſtipendiorũ.* 453.a
Deſub & *ſub*, *pro eodem.* 764.b
Detegi, pro *commemorari.* 424.b
De torno componere, pro *torno.* 951.b
Detrectare, pro *retrectare.* 51.b
Detrianus, pro *Datrianus*, *architectus.* 181.a
Devellere & *divellere* ſignificatione longe differunt. 533.b.554.a
Devertere, *deverſorium*, *deverſari*, non *divertere*, &c. 414.a,b
De veſtris miſſis præſentia, pro *veſtrorum miſſorum.* ibid.
Devia, difficilia. 929.a
Devia oppida. ibid.
Devium ſcortum. ibid.
Devigebat, pro *defigebat.* 806.b
Deus Vide in *Dis.*
Dexippus. 1002.b
Dextrius, *Dextrianus.* 181.a
Diabolenus. 278.b
Diademate naturali inſigniti. 781.a
Diadumenus & Diadumenianus. 675.a 774.a

Diarretus, pro *diarrhytus*. 65.b
Diarritum, Zarritum. 278.b
Diatrita, pro *diatretis*. 844 b
Diceus es, pro *dicis*. 365 b
Dicente nobis. 363.a
Dicere, pro *canere*. 873.b.874.b
Dictaverat, pro *dictabat*. 38.a,b
Dicta, pro *edicta*. 281.b
Dicto ſuo, pro *ſententia ſua*. 191.b
Didia gentis ſtemma. 571.b
Didius Julianus Aug. ibid.
ad Diem. 746.a
in Diem vitæ ſuæ, pro *in tempus vitæ ſuæ*. 68.a
Dies natalis. 43.b.44.a. *depoſitionis*. 44.a
Dies ſanguinis. 497.b
Dieta, Zeta. 378.b
Dieta, Zeta. 869.a
Dieta, non *diata*. ibid.
Digerere, pro *ſcribere*. 235.a
Digeſta, pro *ſcriptis*. 235.a
Digitus impudicitiam oſtentare. 816.a. *aureos oſtentare*. ibid.b
Digitis numerandi mos. 578.a,b
Digitis aureos oſtentare. ibid.
Diglubare, pro *diglubere*. 568.a
Dignum, pro *magnificum*. 142.b
Dii conſentes duodecim. 1033 b
Dii ſeu dæmones, dynameri, paredri & catabolici. 141.b. *conſentes*. 139.a. *δυνατοί, potes, magni, ſeu Samothracii*. 141.b.142.a
Dilectus, ἐρώμενος. 145.a
Dimicha, pro *dimacha*. 86 b
Dimittere, pro *teſtamento relinquere*. 870.a
Dinoſcere, pro *dignoſcere*. 411.b
Dio, & *Dios*, pro *Dioſpolis*. 190.b
Dioclitianus, pro *Diocletianus*. 566.b. 844.b
Diocmitæ. 369.b. 370.a
Diogenes & *Diogenianus*. 675 a
Diogenetus. 306.a
Diognetus pictor. 305.a, b. & *philoſophus*. 306.a
Diomedeæ aves unde ἀντίψυχοι dictæ. 136.a
Dionyſius Alexandrinus quando vixerit. 614.a,b
Diptycha. 66.a
Diſciplina communis & publica. 194.a
Diſpenſator rationis privatæ. 778.b
ſummarum. ibid.
Diſpunctores donatores. 78.b
Diſpungere, donare. ibid.
Diſtingere. pro *diſtinguere*. 914.a
Diſtinguere ἀγωνία. ibid.
Diſtringere, ἀπεγλιχίζειν. 162.a
Ditio quaſi dictio. 146.a
Divellere & *devellere* ſignificatione longe differunt. 553.b.554.a
Dividum, pro *dividuum*. 564.b
Divus, ἀποθεωθείς. 218.a
Docimeum, Phrygiæ urbs. 370.a
Docimitæ. 369.b.370.a
Docma, pro *dogma*. 370.b
Doctior, pro *doctiſſimus*. 150.b
Doga, doie. 104.a
Dolere alicui, pro *vicem alicujus*. 820.b
Dolia in horreis defodere, moris fuit. 253.a
Dolidrus. 724.b
Dolichenus Jupiter. 22.b
Doliti, pro *dolati*. 1041.b
Dolomitæ. 369.b
Domeſtici. 877.b.1031.b
Dominicus Fontanus. 181.b
Domitiani perniſioſiſſimum exemplum. 56.a,b
Domnadius, pro *dominus adium*. 633.b
Domnus, Domna. 633.b
Domus Tiberiana. 272.b
Donationes ſcenicæ. 939.a
Donativi cuique militum legitimus modus. 319.b
Donativum. 538.b
Donum munus, junctim poſita. 923.b
Dorocortoro, pro *Dorocorterum*. 589.a
Dorſualia. 422.b
Doſſualia vel *doſſuaria*. 233.b
Dracones decem in unaquaque legione. 383. a. 384.a
Dracones in delitiis. 864.b
Drillopotæ. 552.b. 553.a
Druiades. 1029.a
Druidæ. ibid.
Druis. ibid.
Druncianus. 392.a
Drungus. 384.b
Dryades. 1029.a,b
Ducarii, pro *ducibus*. 837.b
Ducatus ordinum, via eſt ad tribunatum. 650.a

Dol-

Dulcium, ii, placenta, libum. 872. b. 873.a,b
Ducenaria dignitas. 533.b
Ducenarii. 533.a,b
Ducere, pro *adducere & reducere.* 514.b
Dulciarii. 863.b.873,a
Ducis officium. 1012.a
Dupliones. 966.b
Duplomata. 531.a
Dupondius. 966.b
Durocortoro, pro *Durocortorum.* 589 a
Duri. 371.b
Duumviri. 573.a
Dynameri dii, ſeu ſpiritus. 141.b.142.a
Dyſphoricus. 145.a

E.

E *& F in vett. lib. ſæpius invicem mutantur.* 1042.a
Eclectus, Veri libertus. 432.b
Edeſiæ deæ in conviviis litatur. 649.a
Edicere, pro *dicere.* 281.b
Effectum dare, pro *efficere.* 405.b.406.a
Effligere, efflictus. 416.a
Egyptiaci, pro *Ægyptiaci.* 679.b
Egyptus. 766.b
Ei, pro *ſibi* vel *ipſi.* 158.b
Eidem, pro *ſibi.* 651.b
Ejus, pro *ſuis.* 253.b
Ejus, pro *ſuum*, vel *ipſius.* 387.b 389.a
Electra, pro *electrinis*, 872.b.912.a
Electrina vaſa. 552.a
Electrus, pro *electrinus.* 242.a.798.b
Elementa prima. 530.b
Elephanti operi adhibiti. 181.b
Elephantus à Commodo conto transfixus. 510.a.511.a
Elephas unde. 224.b.225.a
Eleuſina Ceres. 118.b.907.b
Eleuſina ſacra. 197.b.907.b
Eleuſina inviſere. 198.a.118.a,b
Eleuſinia ſacra ſuſcipere. 116.b.117.a
Eleuſinum oppidum. 907.b
Eleuſinus, pro *Eleuſinius.* 118. b
Elogia, pro *titulis puniendorum.* 470.a
Emanere. 315.a
Emanſiones, pro *emanſoribus.* 315.a
Emendans erat, pro *emendabat.* 365. a
Emerere, ſive *merere*, pro *nanciſci.* 40.b
Eminere, pro *emanere.* 315.a
Emiſſenorum deus, Alagabalus. 792.b
Empilia. 973.b
Empuſa, ὀνόκωλις. 501.a
Energima, pro *energema.* 566.b
Enigma, pro *ænigma.* 680.a
Ennyæ, pro *enneæ.* 759.b
Enorme. 223.a
Enſeigner, *inſinuare.* 406.a
Enſis auro vinctus. 91.a
Eo, pro *ei.* 651.b
Epigramma non illautum. 762.a
Epoptæ. 119.b
Equi deſultorii. 531.b
Equis ſepulchra conſtitui ſolita. 189.a
Equitaturæ, pro *equis.* 662.a
Equo Imperatoris inſidere, privato nefas. 204.a
Equus publici bonos. 300.b
Equũ ſedere, & *equus ſederi* dicitur. 196.b
Equus expaveſcens & effrenatus. 608.a
Equus ſagmarius. 798.b. *ſellaris.* 799.a
Erarius, pro *ararius.* 557.a
Ergaſtula ſervorum & liberorum ab Hadriano ſublata. 172. a, b. *ab Auguſto repurgata.* ibid. b. *an nulla poſt Hadrianum fuerint.* 173.a. *publica & privata.* ibid.
Ergaſtuli ἔτυμον. ibid.b
Ergaſtula, pro *ergaſtulariis ſervis.* 386.a
Erogationes. 779.b
Erepere, pro *crepere.* 842.b
Eris, pro *æris.* 557.a
Errores luxuriæ. 350.b. *callidæ ſeveritatis.* ibid.
Erucius Clarus. 611.a
Eſiciatæ, pro *iſiciatis.* 831.a,b.
Eſox, piſcis. 831.a
Eſſe, pro *venire.* 92.a
Eſſoine, *vox Gallica unde.* 81.a
Eſtriviere. 719.b
Etruſci aquilarum auſpiciis regnantur. 927.b
Eubylides, pro *Eubulides.* 777.b
Eudemones. 766.a
Evectiones. 531.a
Eviratus. 1041.b
Evriti, pro *evirati.* 1041.b.1042.a
Eum, pro *ſe.* 253.b
Eunuchi. 1041.b.1042.a.1043.a.1044.a
Eunuchos habendi modus conſtitutus. 917.a
Euphorion Cherilum in delitiis habuit. 154.b

Evocati. 369.a
Evocati ſtatorum. 461.a
Euripi. 851.a
Eutychius Proculus Grammaticus. 291.a
Exauctoratio legionum tumultuantium. 897.a,b
Excaldare. 454.a,b
Excaldationes. ibid
Excipere. 51.b
Excuſare, pro *recuſare, reſpuere.* 605.b
Ex conſulibus viri, pro *conſulares.* 493.a. 937.a
Ex gladiatore, pro *eo qui gladiator fuit.* 493.a
Ex præfectis, præfectorii. 937.a
Ex quæſtoribus, quæſtorii. 937.a
Exempla marmorea. 658.a
Exercitium armorum proprie quid dicatur. 1012.b
Exequiæ. 319.b
Ex maribus, id eſt, *caſtrati.* 493.a
Ex Spania municipium, pro *Spaniæ.* 453.a
Excoctio annonarum, buccellati panis. 983.b
Exercere ſumptum diurnum. 69.b
Exerere principem. 474.a
Exercipes. 988.a
Exercitus, pro *exercitatus.* 587.a
Exerte. 592 b
Exhonoratus. 928.b
Exigere aliquem tributum, & *exigi aliquis tributum*, ſimiliter dicitur. 193.b
Exiguus, pro *parva & contemta ſortis homine.* 631.b
Exire ſortem, pro *extrahere.* 847.b
Exiſtere. 576.a,b
Expeditio. 982.b
Expeditionales ſervi. ibid.
Expeditiones, στρατεῖαι. 265.b
Experire, pro *experiri.* 208.a
Exploratores. 107.a
Expugnare. 427.b
Expulſare, expugnare. 427.a
Exſicare. 831.a
Extiſpices & eorum vocabula. 560.a
Extogatus. 29.b
Extra fano, pro *extra fanum.* 431.a
Exulum in inſulam relegatorum, qui exceſſerunt pœna. 49.b
Exuperatorius Commodus, 523.b
Exuperatorius menſis. 506.a.507.a

F.

FAba, fabula, fabilla. 838.a
Fabæ libidinem ſtimulant. 503.a
à Fabis abſtine, proverb. ibid.a
Fabatar & *fabatarium.* 839.a,b
Fabetum. 839.a
Fabia pellex. 434.b
Fabia, Veri ſoror. 404.a
Fabii Gurgitis luxus. 861.a
Fabulæ omnis generis. 178.a
Facela, vel *facilla.* 838.a,b
Facelaria. 837.b.838.b
Facelaribus, pro *faſelaribus.* 661.b
Facere aliquid ad exemplum docendi. 81.b
Facere arma, & *multum armorum.* 1004.a
Facere barbam. 871.b. *capillos.* ibid.
Facere crimen, pro *fingere.* 492.b
Facere cubicula de roſis. 234.b. *menſas.* ibid.
Facere, pro *morari, habitare.* 1004.a
Facere pecuniam. 609.a
Facere rem divinam. 931.a
Facere ungues, faire ſes ongles. 871.b
Facies pro ſpecie. 478.a,b
Facta alta armorum. 1004.a
Facultas, pro *dicendi facultate.* 186.b. 187.a
Fagum, pro *fagino.* 872.b
Faire armes. Faire beacoup d'armes. 1004.a
Falco, Coſ. 558.a,b.633.b
Fames, ultima correpta. 955.b
Familiares. 1031.b
Familiares alicujus, & *juncti alicui familiaritate.* 24.b
Famoſum, φαμωσόν. 268.a. *famoſi & famoſa.* ibid.
Farſa, aut *farta*, pro *farcimine.* 742.a
Farrata genus eduli. 742.a. *placentæ genus.* ibid.b
Farreum, libi genus. 742.b
Faſcia candida objecta Pompejo, purpurea Clodio. 974.b.975.a
Faſciæ pedules. 972.a. 974.a,b. *crurales.* 973.b. 974.a,b. 975.b. *feminales.* 976.a
Faſcinus à βασκανος. 86.b
Faſculum, pro *vaſculum.* 806.b

Faſelares, vel *faſelarii*, pro *faſelis*. 837.b
Faſtigia. 675.b.676.a.677.b.678.a
ad Fata producenda veterum ſuperſtitio. 135.a
Fatæ, aut *Fatuæ*. 1030.a
Fatale. 45.a
Fateri, id eſt, *declarare, ſignificare*. 529.a
Favere contra aliquem. 421.a. *turpiſſime favere*. ibid.
Favere, ἐπιβοᾶν. 514.b
Favere *verbum theatrorum & Circi*. 643.a
Favorini & Hadriani Imp. contentio. 150.a
Fauſtinæ templum poſitum. 390.a
Fauſtinopolis. 389.b
Fauſtinus menſis, non *Fauſtinianus*. 271.a
Feminalia. 976.a.977.a
Feralia edicta. 505.a. *ſcalpra*. ibid.
Ferre, pro *auferre*. 12.b.172.a.527.a
Ferre, pro *memorare*. 900.b
Ferre pro *referre*. 308.b
Feſſus ætate. Feſſa ætas. 206.a
Feſtinatus, pro *feſtinatione*. 811.b
Feudorum origo. 1024.b
Fibla, pro *fibula*. 871.b
Fiblatoria. ibid.
Fibræ & *fibriæ*. unde *fimbria*. 550.a
Fibrum. ibid.
Fibulæ balibeo jungi ſolitæ. 89.a. *gemmatæ prohibitæ*. ibid.
Fibulas ſtringere. 89.a. *fibula ſtringere*. ibid.b
Fictrices. 806.b
Ficus plurimum fumi dat. 949.a. *ejus ligna ad fumo necandos fontes ſæpius adhibita*. ibid.
Fideles. 983.a
Fideles, pro *ſervis*. 916.b
Fides aulica. 695.b
Fidus & *fidelis* ut differant. 916.b
Figura dicere. 613.b
Figurata. ibid.
Figurata oratio. ibid.
Figuram nummi. 966.a
Fila, pro *ſubtemine*. 535.b.546.a
Filii apud Romanos patres mortuos loco numinum colebant. 253.b
Filii, pro *filio & filia*. 562.a
Filopares. 841.a
Fimbria, pro *fibris*. 550.a. *pro capillorum cirris*. ibid.
Fiſcale onus. 63.a
Fiſcales ſpecies. 61.a.62.b. 63.a
Fiſcalis curſus ab Hadriano inſtitutus. 59.b.60.a. *ejus inſtitutionis ratio*. 60.61.a.63.a
Fiſcalis, δημόσιος. 61.a
Fiſcalis rheda. 60.a
Fiſci advocatus. 186.b,736.b
Fiſci mala cauſſa nunquam niſi ſub bono principe. 336.b
Fiſcus, pro *fiſci advocato*. 387.a
Fiſcus & Ærarium, ſynonyma. 66.b
Fiſcus privatus, τὸ βασιλικόν. 66.b
Fiſtula. 874.a.875.a
Flagellæ. 1007.a
Flagella, pro *flagellorum ictibus*. 158.a
Flagella, virga, lora, ſerviles caſtigationes. 1006.b
Flagellare, id eſt, φλαγελλῶσαι. 16.b
Flagellorum nomine plerumque etiam virgæ intelliguntur. 1007.a
Flaminicæ Marcianales. 79.a
Flammeum vel *flammulum*. 775.b
Flammeus & flammulus. 655.a
Flammula, vexilla. 655.a
Flavia Titiana Auguſta. 540.a
Flexi ad pectinem capilli. 211.b
Flexus capillus. 563.a
Flexuntes, δεξαΐκεῶς, pro *flexites*, à *flexes*. 476.b
Florus poëta & ejus fragmenta. 155.a,b
Fluctus, de capillis. 563.b
Fœderarii. 982.a
Fœminæ clariſſimæ quæ. 797.a
Fœminæ & viri olim mixtim lavabant. 174.a
Fœmineum. 673.a
Fœnei homines. ibid. *imperatores*. ibid.b
Fœneus ager, pro *inutili*. 673.a
Fœneus debitor. ibid.
Fœnegræcum & *fœnugræcum*. 839.a
Fœnore mergi, necari, trucidari. 557.a,b
Fœnus trientarium. 250.a.923.b
Folium à φύλλον. 279.b
Folles. 849.a,b.850.a,b
Folles aerei. 33.b. *Follis & ſeſtertius idem ſub Conſtantino*. ibid.
Follium viginti quinque millia. ibid.a. *viginti millia*. ibid.b
Fons Caſtalius. 21.a,b
Foris & *deſertis*, idem. 764.a

Forma

Formæ denarii. 966.a
Formæ, conſtitutiones Principum. 261.a
Formæ diverſæ ſignificationes. 630. b. 631.a
Formæ bilibres. 968.b.969.a
Formæ binariæ. 965.b.966.b
Formæ librariæ. 967 a. *centenariæ.* ib.a,b
Formæ, pro *nummis*. 966.a,b
Formæ, τύποι. 965.b.966.b
Formonſus, pro *formoſus*. 550.a
Formularia forenſis, actus & officium formularii. 736.b
Fortuna aurea, regia. 282.a
Franciſcus, pro *Franco*. 423.a
Fraudare. 647.b
Fretenſe, Φρετήσιον. 385.b
Frictrices. 806.b
Frons perticata. 511.a
Fronto Cornelius. 292.a. *qui & Cornelius Fronto.* 295.b
Fructus vitæ. 801.a,b. *ſeculi.* ibid.
Fucinus lacus. 198.a
Fuerat, pro *erat*. 786.a
Fugitans litium. 487.a
Fuit, pro *venit*. 392.b
Fulbus, pro *Fulvus*. 244.b
Fulcrum quid. 232.a
Fulgur, pro *fulmine*. 252.b.
Fulmen elicitũ precibus Marci Imp. 383.a,b
Fumi pœna ex lignis viridibus. 451.a. 949.a
Fumo rei puniti. ibid.a,b
Fumis venditis præmia percipere. 949.a
Fumis vendere. 821.a
per Fumum aliquid vendere. 275.a
Funambuli. 338.a,b
Fucino à fuco. 86.a
Funda. 607.a,b
Fundis oppidum. 589.a
Funebre munus. 320.b
Funes ſericei purpurei & coccini coloris. 876.a
Funus cenſorium. 569. a. *imaginarium.* ibid. *imperatorium.* ibid. *regium.* ibid.
Funus duplex fiebat Impp. Rom. ſi alibi quam Romæ diem obiiſſent. 209.b
Furius Victorinus. 344.b
Fuſtes, pro *ictibus fuſtium*. 158.a
Fuſtium ictus gravior quam pecuniaria damnatio. 1006.b
Fuſtibus an graviores virgæ. ibid.

G.

G, pro *c*. 557.a
G in I mutatum. 104.a
Gabalitarum deus. 791.a.792.a
Gabalus quid. 764.b
Gabalus. 881.b 825.b. *ita dictus Heliogabalus.* ibid.
Gabiis oppidum. 589.a
Gaditani cives Romæ habitabant, &c. 8.b
Galba. 986.b
Galba pugionem ante pectus demiſſum geſtabat. 492.a
Galbanum, χαλβάνη. 986.a
Galbra, galbina, galbula. 985.b.986.a
Galbeum. 986.b
Galbeus, galbinus, galbineus, galbulus, 985.b.986.a
Galbeus & galbulus. 655.a
Galbinatus. 985.b
Galea & galerus. 225.b
Galearii, ſive galiarii, ſervi militum. 127.a,b
Galeri Pannoniorum pro galeis geſtati. 551.a
Galgulus, pro *galbulus*. 654.b.655.a
Galli ſacerdotes Matris deûm. 806.a
Gallinaci, pro *gallinacei*. 951.b
Gallorum ingenium. 1026.a,b
Gallum bellum, pro *Gallico*. 24.b
Gallus, præfectus pædagogorum. 17.b
Galvus, pro *galbus*. 985.b
Gamma litera. 869.a
Ganeo[?] 156.a
Ganeum. 156.a,b
Gargilius Martialis. 953.a
Gauſapa. 104.b
hæc Gauſapa, Græce ὁ γαυσάπης. 27.b
Gauſapina penula. 26.a.774.b
Gemmatus vultus. 435.a
Gemmis obſtricta veſtis. 89.b
Geneſius Marcianus. 880.a
Genianus. 436.a. *geniana ſalicta.* ibid. *genianum triclinium.* ibid.
Genethlii dies vel *Genethliaci.* 569.b
Geniare. 757.b 435.b. *geniatus*, αἰγαῖος. ibid.
Geniare, pro *decorare*. ibid.
Geniatum officium. 436.a. *tribunal.* ibid.
Geniatus vultus. ibid.
Genio ſexus ſui male uti. 436.a
Geniſcus diminutivum à *genius*. 423 a

Genitalitii ludi. 43.a
Genius, ὁ ἄγγελ. 435.b
Gentes, ultimâ correptâ. 955.b
Gephyri, eorumque familia. 268.b
Gerere hominem. 474.a
Germaniciani. 606.b.683.b
Germanicum bellum. 352.a,b
Germanum bellum, pro *Germanicum.* 683.b.714.a
Geſtamen. 844.b. 845.a
Geta fratris Caracalli manu interemptus. 733.a,b. 734.a. *quando natus.* 737.a
Geta, Severi frater. 613.a
Getæ Gotti dicti. 743.b
Gigantes δρακοντόποδες. 498.a
Gemina, pro *Gemina.* 140,b
Gladiator pugnavit, id eſt, *gladiatoris habitu.* 488.a.514.b.718.b
Gladiatores cubicularii. 488.a.860.a
Gladiatores fiſcales & poſtulaticii. 178.b
Gladiatoria ſpectacula temperata. 332.a
Gladiatorii ludi. 79.a
Gladiatoriorum munerum ſumptibus modus impoſitus. 278.a
Glires conviviis veterum admiſſi. 849 a
Garum, pro *gyrum.* 909.a
de *Gordianorum rebus pugnantia ſcribunt veteres.* 1044.b.1045.a
Gradu pulſi milites. 1007.a,b
Gradus, in capillorum compoſitione. 563.b
Græca luxuria. 455.a
Græcanica toga. 121.b
Græcanicus enſis. 552.a
Græcienſe mare. 6.a
Græcorum mos. 1011.a
Græcoſtaſis. 266.b
Gralla. 713.a
Grallatores. ibid a,b
Grammaticorum merces Romæ & Athenis. 273.b
Graſius, pro *graſium.* 681.a
Gratanter. 756.a
ad Gratulationem exercitus, pro *ad gr..u-landum exercitui.* 1[illegible].b
Graviſcos colonia. 589 a
Grex, σύνοδος. 140.[illegible]
Griva. 648.a
Grivelatæ. ibid.
Grivelatum. ibid.
Grunda. 677.a
Grylli. 839.a
Gubernaclum, pro *gubernaculum.* 871.b
Guſa & *γεῦσα.* 941.b
Gurare, pro *gyrare.* 909.a
Guras, ſlultt. 801.b
Gurgulio. 415.a
Gurum, pro *gyrum.* 909.a
Gyla, pro *gula.* 9.a.677.a.777.b
Gynæcarii. 778.a.779.b
Gyrare per omnium ſententias. 909.a

H.

H. vel HD H. F. 1006.a
Habere, pro *eſſe.* 1026.a
Habere, pro *avere.* 892.b
Habitum, pro *habuiſſe.* 504.b
Habuerat, pro *habebat.* 38.a
Hadriani, vel *Hadrianæ.* 184.a
Hadriani carmina. 144.a.145.a
Hadriani & Favorini contentio. 150.a,b
Hadriani libri Catacriani *dicti* 152.a,b
Hadriani epigramma in ſepulchrum Boryſthenis equi. 189.b
Hadriani ſepulchrum. 180.a,b
Hadrianopoles urbes quot. 183.b.184.a,b. 809,b
Hadrianopolitæ. 185.a
Hadrianutheræ. 190.b
Hadrianus dicaculus. 187.b
Hadrianus dictus Hercules Romanus. 125.a. Averruncus. ibid. *ejus templa.* 126 a,b
Hadrian. Pharaſmanis dona deridet. 164.b
Hadrianus Sabinæ uxori moroſus & aſper. 1 2.a
Hadrianus ſacra Romana diligentiſſime curavit, peregrina contempſit. 197.a,b *Græculus audiebat.* ibid.b
Hadrianus ubi ſepultus. 209.b. *quot annos vixerit.* 211.a,b
Hadrianus quo tempore Archon apud Athenienſes. 175.b. *multis in urbibus ludos edidit.* 176.a
Hadrianus quoto à condita Urbe anno imperii habenas ſuſcepit. 2.a. *ejus nominis origo.* [illegible].a
Hadrianus πολυπράγμων. 83. a. *πολυπραγμοσύνη ſcripſit.* ibid.
Hadrumetina colonia. 372.b
Hadrumetum. 701.b.702.a
Hala, pro *ala.* 532.b

Halala, vicus. 389.b. *Halala vicus.* ibid. & 791.a.
Harpocration. 409.a
Haruſpicina vocabula. 560.a,b
Haſta laureata 1023.a
Haurire poma, oſtrea, pepones. 699.b
Haurire ſua bona. ibid.
Hecatombion, pro ἑκατομβαιών. 216.a
Helvia, & Ælia, duæ gentes Romanæ. 8.a
Heliaca ſacra. 499.b
Heliodorus Hadriano à cura epiſtolarum. 147.a,b.
Heliodorus ſophiſta. ibid.
Heliodorus. 442.a
Heliodorus, Caſſii filius, deportatus. 391.a,b
Heliogabalus quid ſignificet. 790.a,b
Helluo. 256.a
Helviani ſodales. 569.a
P. Helvius Pertinax 529.b. *cognomen* Pertinacis *unde nactus.* ibid.
Helvius Succeſſus, Pertinacis pater. 529.b
Hemicyclium. 866.a
Hephæſtio divus ab Alexandro factus. 141.a. *ſomnia per illum immitti, curationes fieri, oracula reddi aſſeruerunt.* ibid.
Hephæſtion, Grammaticus. 409.a
Heraclammon. 138.a
Heracleo, & Heracleot, pro *Heracleoſpolis.* 183.b 190.b
Herculanea laneta. 552.a. *machæra.* ibid.
Herculea idus. 507.a
Hercules menſis, non *Herculeus.* 271.b. 506.a
Hercules Romanus appellatus fuit Commodus. 495.b
Hercules Ruſticus. 502.b. *Silvanus.* ibid.
Heredibus tradebantur annuli. 31.a
Hermammon. 138.a
Hermathena. 138.a
Hermeas pro Ariſtide moritur. 135.a
Hermeraclas. 138.a
Hermunduli. 371.b
Herodes Atticus Herodes *tantum dictus.* 292.a,b.409.b.442.a
Hierophanta. 804.a
Hierophantria. ibid.
Hilaria. 951.b. 952.a
Hilarion, monachus. 584.b.585.a
Hilla & hilli. 1028.b
Hippiæ ſophiſtæ prodigioſa memoria. 188.a
Hirri. 1028.b
Hiſpanus & Hiſpanienſis. 6.a,b
Hiſtriones aulici. 178.b
Homines novi qui. 318.a.b.662.b
Homines veterridi. 503.b
Hominium, pro *hominum.* 253.a
Homo cenſorius, pro *pulchro.* 376.b
Homo conſularibus ornamentis. 301.a *equo publico.* ibid.
Homo multarum litterarum, pro *multiſcio.* 530.b
Homo nobilis ad triumphum. 702.b.703.a
Homo nullius boni. 755.a
Homo, pro *ſervo.* 917.a
Homo proſtibulus. 751.a.b
Homullus. 1038.b. *ejus dictum.* 1039.a.b
Honorati. 970.a. *honoribus uſi.* ibid.
Honoratus iſt, pro *honoratis.* 504.b
Horrea publica. 958.a,b
Horrere aliquem. 642.b
Horreum. 58.b. *fiſcale vel publicum.* ibid.
Horridus. 642.b
Horti Commodiani. 656.a
Horti Domitiæ. 256.b
Hoſa. 976.b
Hoſtis. 882.b
Humi epulari. 595.b
Humicubatio olim conſueta omnibus qui vitam delicatiorem aſpernarentur. 293.b
Hunniſcus, pro *Hunno.* 423.a
Hyacinthina, pro *hyacinthis.* 841.b
Hyanica ſacra. 499.b
Hydraulica organa. 874.a.875.a,b
Hydrogarum. 867.a
Hydromyla. 858.a
Hypogææ deambulationes ſive cryptæ. 87.a,b.88.a

I.

I, *pro E poſitum.* 140.b
I pro G poſitum. 103.a
Icterus. 654.b
Idipus, pro *Oedipus.* 216.b
Jentaculum veterum. 933.a. *ejus hora.* ibid. b
Jezdegird, rex Perſarum. 1017.a
Ignominiæ cauſſa miſſi. 1015.a,b
Ilia. 1028.a,b
Illa, pro *billa.* ibid.

Illegare, inferre. 629.b
Illuſtris, ἰλλούστριος. 960.b
Illuſum eſſe, pro *illuſiſſe*. 504.b
Illyrum bellum, pro *Illyrico*. 24.b
Ilycias, pro *glycias*. 104.a
Imagines honoratæ floribus injectis & coronis impoſitis. 711.b
Imminutio, pro *immunitas*. 513.a
Impendia. 555.b
Impenſarum modus definitus ab Imp. Conſtantino. 32.a,b
Imperator populi villicus dicitur. 902.b 903.a
Imperatores milites commilitones *appellare ſoliti*. 1010.b
Imperatores quomodo epiſtolas & orationes ſcripſerint. 722.b
Imperatores quomodo ſententiam in Senatu recitarint. 24.a. *quomodo populum olim allocuti*. ibid.
Imperatores reges *dicti*. 100.b
Imperatores omnes ab Auguſto pontifices maximi. 198.a
Imperatorem ſtantem mori debere, Veſpaſiani dictum. 241.a
Imperatores Rom. quando panulati. 29.a
Imperatorius animus. 456.b. 457.a. *minimus*. 457.a
Imperatorum exequiæ. 319.b. 320.a. *juſtitium*. ibid.
Imperii certiſſimam præſumptionem habebant, qui Cæſares adoptabantur. 599.a
Imperii fines arctati. 47.a,b
Imperio ſuſpectus. 49.b
Imperii quinquennia, decennia & vicennia celebrari ſolita. 773.a
Imperium juſtum. 468.b
Imperium ſimile & paris majeſtatis. 407.b
Imperium Romanum univerſum comprehendunt Senatores, milites, provinciales, populares. 646.a
Impetratum dare, pro *impetrare*. 406.a
Implacitare. 330.a
Implicari morbo, & *in morbum*. 714.b
Impomen, impomentum. 546.a
Improbus color, pro *purpureo*. 655.a. *cur ſic dictus*. ibid.
Improba Tyros. ibid.
Improba tegmina pedum. ibid.
Improbus labor. ibid.
Improbum votum. ibid.
Improbiora labra. ibid.
Improbius natus homo. ibid.
Improbius labiatus. ibid.
Jabolenus, pro *Zabolenus*. 278.b
Jacemivæ arbores. 901.b
Jacere crimen, pro *criminari*. 492.b
Jactans denarium, pro *jactata*. 226.b
Jactare ſe de Principe. 192.a
Jaculandi peritia ab armis diſtincta. 212.b
Jana, pro *Jani*. 630.a.b
Inante pro *ante*. 117.b
In Amazone picta. 507.b
In civitatem, pro *in civitate*. 452.b
In conſilia, pro *ad conſilia*, vel *in conſiliis*. 165.a
In exercitum, pro *in exercitu*. 452.b
In gladiatore pugnare. 507.b
In imbre fluxiſſe. 507.b
In pro *ad*. 11.a
Incendiariæ aves. 516.a
Incidere, pro *recipere & aſcribere*. 776.a *nomina incidebantur*. ibid.b
Incitatus, equus Caligulæ. 422.a
Includere. Incluſor. 90.b.91.b
Incolare, pro *incolere*. 368.a
Incoma, vel *incomma*. 887.b
Incomitare, ſeu incomitiare. 330.a
Incori lapides. 888.b. *Incoriæ aves*. ibid.
Incrementa, largitiones. 67.b
Increpare fortuna, pro *imputare*. 621.b
Incurrere aliquid. 898.a
Incurſionis quotidianæ crimina. ibid.
Index, delator. 191.a
Inducare, pro *inducere*. 368.a
Indulgentia vita. 304.a,b
Indulgentia criminum & debitorum. 273.b. 274.a
Indulgentiæ propoſitum, pro *indulgentia propoſita*. 916.a
Inervare, pro *enervare*. 222.b
Infantes cur nuper orti laventur. 689.b. *cur pannis involvantur*. 690.a
Inforare. 330.a
Infra pro *apud inferos*. 171.b
Infulæ, earumque genera. 55.a. *magiſtratuum*. ibid.b. *Infulis Pannoniæ ornatur*. ibid.
Infulcire ſe aliquo. 754.b
Infulcire aliquam rem. ibid.
Ingeniculare. 800.b
Ingenitum vitium. 350.b.351.a

Inge-

Ingentia, pro rebus ingentibus. 164.a
Ingenuum. 203.b. Ingenuum ſignum. ibid.
Inhorrere vitiis. 407.b
Ininunctus, pro junctus. 115.a
Injungere, pro jungere. 278.b.489.b
Initale. 393.a
Initalia vel initia Cereris adire. 393.a
Injuria. 936.a
Inivus, ab ineo. 1016.b
Inlegare, immittere, inferre. 629.b
Inlyſtria, pro induſtria. 777.b
Inomaus, pro Oenomaus. 216.b
Inormis, & inorme, pro enorme. 222.b
Inſciens, pro ſciens. 115.a
Inſeptus, pro ſeptus. 115.a
Inſequi, pro inſectari. 40.a.811.b
Inſerere rumores, id eſt, diſſeminare. 130.b
Inſicare, pro inſecare. 831.a
Inſicium. 831.a
Inſinuare. 406.a
Inſiſtere. 1011.a
Inſons, ἀναίτιος. 80.b
Inſtituere, pro ſtatuere. 278.b
Inſtituta, pro inſtitutione. 885.a
Inſumptus, ἀνάλωμα, pecunia. 69.b
Intentio, pro ſtudio. 306.b
Intentus, pro intentione. 811.b
Interim, pro interdum. 447.b
Interſcapulum, & Interſcaplium. 170.b
Interventor. 484.a
Inteſtinum improbe prominens. 655.a
Intimare. 405.a,b.406.a.663.a
Intimatum dare, pro intimare. 405.b
Intra teli jactum conſiſtere. 1017.b.1018.a
Intricinare. 86.a
Intus. 948.b
Intus eſſe. ibid.
Inviſere myſteria. 119.b
Jocari, paſſive. 273.a
Jocari, pro ludere. 692.b
Jocus, pro ludo, vel luſu. ibid.
Jlocalariter detrectare. 112.a
Jonarius, pro Zonarius. 278.b
Jovis cœnatio, locus. 561.b
Jovis epulum. 952.b
Jovis Nicephori fanum. 22.a
Jovis Olympii templum. 126.a. Vide reliqua in Jupiter.
Iraſco, pro iraſcor. 208.a
Iſcholæ, pro ſcholæ. 288.a. iſcla pro ſcholæ. ibid.
Iſelaſticus agon. 218.b.219.a,b
Iſiaca. Iſiacus. 804.a
Iſiaci ſacerdotes. 497.a,b. caput radebant. ibid.
Iſicia. 830.b.831.a,b
Iſidis ſacra. 497.a,b.728.a,b
Iſium. 924.b
Iſqualentia. 288.a
Italiæ adminiſtratio ab Hadriano immutata. 198.a,b.
Italica. 6.b.7.a 9.a. Italica ſtirps, 7.a
Italicenſes & Italici. 111.b
Italum inter & Italiotē quid interſit. 845.a
Iter & navigatio. 653.a
Itera. 677.a,b
Iterū vicies, pro quadragies. 32.a.1025.b
Itus, aditus, ambitus, propria juris monumentorum verba. 298.a
Jubere Cæſarem vel Imperatorem, pro ut Cæſar vel Imp. fit. 684.a
Jubere prandia. 741.b
Jubere ne, pro vetare. 669.b
Judæi ſub Hadriano rebellant. 50.b.51.a
Judæorum ac Samaritarum diſcrimen. 796.b
Judaicum bellum. 131.b.193.a
Judaicum bellum ſub Severo. 617.b. Judaicus triumphus. ibid.
Judices, de provinciarum præſidibus. 191.a
Judices periculi ſui. 334.b
Judicium dare. 53.a
Judicium, pro judice. 945.b
Judicium quid. 19.a
Judicium ſine accuſatore non poteſt inſtitui. 443.b
Judicum appellatione qui comprehendantur apud recentiores Latinos. 603.a
Jugum, ζυγόν. 278.b
Julia Auguſta, Severi uxor, philoſopha. 625.b. mater Caracalli & Getæ. 627.b. 628.a. 632.a,b. Domina dicta fuit. 633.a,b
Julia, mater Caracalli & Getæ. 740.a
Julius Capitol. quo tempore floruerit. 1.b
Julius Capitolinus verius quam elegantius ſcripſit. 244.a
Julius Rufus. 610.b
Julius Severus, Britanniæ præſes. 51.a
Julius Servianus. 9.a
Junctura quid. 419.b. junctura argentea. ibid.

Jungle. 420. a. *Jungula à jungo.* ibid.
Junius Ruſticus philoſophus. 296.a.297.a
Jupiter Caſius. 133.a
Jupiter Nicephorius. 22.a,b
Juridici loco conſularium per Italiam ab Antonino inſtituti. 332.b
Juriſdictio in Italiæ provinciis varie pro temporibus adminiſtrata. 333.a
Juriſperitorum conſilio uſus Marcus & formam ab eis præſcriptam ſecutus. 334.b
Jus prætorium præſidibus decernere. 313.b
Jus Relationis. 541.a
Juſſus non lugeri, pro *lugeri vetitus.* 230.b
Juſta forma. Juſta ſtatura. 521.a
Juvare. 361.b
Juvare alicui & *aliquem.* 230.b
Juvenalis, pro *juvenilis.* 1024.a

K.

K*Alendæ novi anni jocis, conviviis, &c. celebrabantur.* 541.b

L.

L*Aberius Maximus.* 49.a
Labia improbiora. 655.a
Labor improbus. 655.a
Labor, celatura artificum in argento. 919.b
Labor & manus & opus, idem. ibid.
Laborioſi. ibid.
Lacerna & birrus, idem. 518.a,b
Lacerna, à λαῖνα vel λάκκος. 845.b
Lacerna. 26.b.27.a.517.a,b. 886.b.926.a. *ejus uſus.* ibid. b. 28.a,b
Lacernæ albæ in ſpectaculis tantum uſurpatæ. 517.b. *pullæ.* ibid. *purpureæ.* ibid.
Lacerna & penula, idem. 774. a. *fuſcis plebs, ruſſis milites & ſervi lautiores utebantur.* ibid. b
Lacernæ arrogantes. 655.b
Lacernati Senatores. 26.b. 1043.a
Lacringes. 371.a
Lactans. 915.a.b
Lactantina caro. 915.a
Lactare, pro *lactere.* ibid.
Lactarii. 863.b
Lactarium opus. ibid.
Lactens. 915.a,b
Lacticina. 863.b
Ladi, pro *Lazi.* 252.b.269.a
Læna, ex χλαῖνα. 873.a
Læta vita homo. 145.a
Lætari immoderate. 633.a. *moderatiſſime.* ibid.
Lætoria lex. 330.b
Lætorius. ibid.
Lævare pſilothro. 41.a.
Lanceæ Herculanæ. 552.a
Langi, langones. 415.b
Laniones. 768.b. *corporicidæ dicti.* ibid.
Lanſtæ, λωποδύται. 662.a
Lanterne, *laterna.* 912.b
Lanuvina villa. 246.b
Lanuvium municipium. ibid.
Lapides divi. 808. a. *vivi.* 808. b. 809.a
Lapides ſui metalli. 523.b
Lararium. 930.b
Larcius Euripianus. 494.a
Largitionales Palatini. 982.a
Largitionales tituli. 779.b
Largitiones dictæ res privatæ principis. 779.a
Largitiones duæ, ſacræ & privatæ. ibid.
Largitionum ſacrarum comes vel præpoſitus. ibid.
Largitiones in auro, argento, & ære. 33.a
Largitionibus ſacris inferre. 779.b
Largius. 494.a
Laſcivus. 146. a. opponitur *cunctatori.* ibid.
Laterna, à *lato.* 845.b
Laticlavium, *proprius Senatorum honos.* 484.b
Latinis operam dare. 24.a
Lato, pro *Latopolis.* 184.b
Latringes. 371.b
Latrones. 369.a
Latrunculatores. 369.b
Latus miſerum. 80.b
Latus ſe, pro *juxta ſe.* 764.a
Lavacra & balnea militibus interdicta. 1011.a
Lavacra inter voluptates habita. 109.a
Lavacra mixta. 174.a
Lavacra muliebria. 453.a
Lavandi hora apud Romanos. 196. a,b. 197.a

Lava-

Lavationum varia genera. 480.a,b
Laucon, pro *Laocoon.* 481.b
Laodicia, pro *Laodicea.* ibid. & 425.b
Laumedon, pro *Laomedon.* ibid.
Laureatæ tabellæ Domitiano ex omnibus locis deletæ. 1022.a
Laureatæ haſtæ aut tabellæ res ſecundas nuntiari ſignificabant. ibid. b
Laurens ſive Laurentum. 247.a
Laurium. ibid.
Laurolavinium & Laurum Lavinium. 246.b
Lazi & Ladi, iidem populi, 269.a
Lebida. 623.b
Lecti tricliniares. 85.a,b. *è caſtris à Scipione ſublati,* ibid. b
Lectica tecta. 846.a
Lectuales, clinici. 201.a,b
Lectualis morbus, ibid.
Lectualis & *Lectuarius à lecto.* 202.a
Lectus ἀμφιχίφαλ@. 232.a,b.233.a
Legare, mittere. 629.b
Legatarii, pro *legatis.* 837.b
Legati Auguſti pro prætore. 375.a,b
Legati exercitus. 490.a
Legati prætorii, qui & legati Cæſaris pro prætore. 34.a. *Conſulares.* ibid. & 199.a.344.a
Legationes militares. 532.a. 557.b. 558.a.
Legatus legionis. 532.a.557.b
Legatus vexillariorum. 557.b
Leges in annos. 995.b
Legio Adjutrix prima. 13.a.535.b
Legio Fulminatrix. 384.a. *Melitena.* 383.b
Legio Italica prima, 535.b
Legio Minervia. 30.b.535.b
Legio Primigenia XXII. 573.b
Legio quarta Scythica. 593.b
Legiones Victrices. 573.b
Legionum tumultuantium exauctoratio. 897.a,b
Legumina libidinis continuationem adjuvant. 503.a.504.a
Lemniſci aurei. 419.a
Leontica ſacra. 499.b
Leonum confectio, Imperatorum magnificentiæ argumentum, 179.a
Lepiſta, à λιπασῆ. 170.b
Lepti, pro *Leptis.* 588.a
Leptimajus, pro *Leptis major,* ibid.
Leptiminus, pro *Leptis minor.* ibid.
Leptis. 624.b
Levare manum alicujus. 248.b. *greſſus.* ibid. *veſtigia.* ibid. & 254.b
Levigare & *leviginare*, idem. 554.a
Lex, pro *more ac ratione.* 487.a
Lex Ælia Sentia. 172.a
Lex Cornelia. 542.a
Lex Cornelia de proſcriptione. 168.a
Lex Fannia. 943.a,b
Lex Rhemnia. 331.a
Lex ſumptuaria. 195.b
Lex Theodoſiana de præturarum erogationibus. 33.b
Liber Beneficiorum. 998.b
Libera vindemia. 253.b.817.b
Libera vita & liberæ vitæ homines. 817.b
Liberi homines. ibid.
Liberalis ſimulator. 145.a
Libere vivere, id eſt, *genio indulgere.* 253.b
Liberi matribus ab inteſtato ſuccedunt lege Marci. 333.b
Libertas caſtitati opponitur. 253.b
Liberti ingrati in ſervitutem retrahebantur. 172.a
Libertini in ſenatum & patricios allecti. 491.a,b.
Libertini qui annulis aureis donabantur, equites Rom. fiebant. 751.b
Libertorum tutela. 333.b
Libertus ſuper hereditates. 18.a
Libo, frater Marci. 430.a
Libri ad doctrinam. 703.b
Liburnici cuculli. 551.a
Licinius Sura. 22.b
Licium. 546.b. *licia telæ addere.* ibid. *telæ ſuſpendere.* ibid. & 548.b
Lictor proximus. 934.a
Ligna acapna. 536.a. *cactilia.* ibid.a,b
Lignaria negotiatio. 529.a.536.b
Ligurum bellum, pro *Ligurico,* 24.b
Limbus. 979.b.980.b
Limites qui dicantur. 113.b. *limitaneæ arces.* 114.a. *urbes,* ibid.
Linea camiſia. 972.a
Lineæ. 972.a. *auro & purpura clavabantur.* ibid.b
Linere aliquem. 41.b
Linire, pro *linere.* 41.b
Lintea clavata. 950.a
Lintea & lintia. 972.a
Lintearius. 919.a

Linteo. ibid.
Lintearia ars. 972.a
Liſſe pro *liviſſe.* 41,b
Literio. 259.a
Lithoſtrea. 832.a
Litteræ. 530.b. *elementariæ.* ibid. *pinnatæ* 1023.a
Litteratores. 530.b
Livius Larenſis. 527.a,b
Locerna, vel *lucerna*, à *loco.* 845.b
Locupletatum habere, tenere, pro *locupletare.* 299.b
Locus cauſarius, ſeu *de quo quis queritur.* 79.b. 80.a,b. *miſer.* 80.b
Lollianus Avitus. 531.a
Lollius Gentianus. 544.b
Loquentia. 1018.a
Loqui bene vel male aliquem. 566.a,b
Lorarii. 1007.a
Lorii. 247.b
Lorium. ibid. a,b
Loricam refundere. 76.a
Lucanica. 715.b
Lucanici. ibid.
Lucii Veri interitus. 347.a,b. 434.a,b. *mores.* 350.a,b
Lucilla, Commodi ſoror, in exilium relegata, deinde occiſa. 483.a
Lucimen, lumen, à luceo. 546.a
Lucinæ hora. 242.a
Lucius Ceionius Commodus Ælius Verus. 240.a
Lucius Ceionius Commodus. 294.a
Lucius Commodus Verus. 317.a,b
Lucius Verus. 407.b. *ejus nativitas.* ibid. *adoptio.* ibid.
Luctus religionis ceremoniis adverſari creditus. 205.a
Lucunculus. Lucunclus. 873.b
Lucuns, untis. 873.a b
Lucunter, γλυκερτής. 873.a
Ludere armis. 455.b
Ludere ad judices, pro *judicibus*, 589.b. *ad aleam* & *tabulam*, pro *alea* & *tabula.* ibid. *ad latrunculos*, pro *latrunculis.* ibid.
Ludi unde cognominati. 1021.a
Ludi genitalitii. 44.a
Ludi gladiatorii. 79.a
Ludi Jovis Opt. Max. 366.b
Ludi Juvenales. 853.b
Ludi multis in urbibus ab Hadriano editi & inſtituti. 176.a,b
Ludi victoriales. 337.a
Ludibrium, pro *inſano ſtudio ludicrarum artium.* 437.b
è Ludo vaſa, pro *iis quibus in ludo utebantur.* 552.b
Ludovici XII. Regis Gall. dictum. 160.a
Ludus de amphitheatro. 860.a. *de loco dicitur & pugna.* ibid.
Ludus, pro *Ludio.* 662.a
Ludus pro *luſu.* 175.b
Lues, ultima correpta. 955.b
Lumen, lucimen, à luceo. 546.a
Lumenta, lomenta. 844.a
Luna & Lunus. 720.a
Luna & Sol ſimul coli ſolent. 182.a
Lunula. 720.a
Lunus deus à Carrenis dictus. 720.a
Lupanaria qua hora aperirentur. 196.b. 197.a
Luperci. 171.a
Lupinaria, lupini. 837.b
Lupinariorum corpus. 938.a
Lupus, dux Severi. 606.b
Lura. 859.b
Luſcinia, Luſcinius, Luſcinus. Luſii diverſi: Luſius Medicus: Luſius Geta: Luſius Lupus: 501.b
Luſius Quietus: Luſius Varius. 49.b. 50.a
Luſorium, amphitheatrum. 860.a
Luſorium, *pro ludo* vel *amphitheatro ipſo.* 176.a
Luſtra. 156.a
Luſtratio facta à Marco. 340.a
Luſus pro *ludo.* 175.b. 176.a
Luto ſtatuas inquinandi mos. 820.b
Luxurius epigrammatarius quando floruerit. 161.b
Lyceum, Λυκεῖον. 183.a

M.

Macedonia libera pronuntiata. 47.b
Macedonum bellum pro *Macedonico.* 24.b
Macellarii, μακελλάριοι. 768.b
Macellum, μακελλεῖον. ibid.
Machara, unde derivata. 552.a
Machera & *macera*, pro *machara.* ibid.b
Macius & Macianus. 387.b

Macro-

Macrochera tunicæ. 942.b.943.a
Maforte & *mavorte.* 941.b.979.b
*Magica carmina.*583.a.*ſacra.* 583.a,b
Magicæ artes in Circenſibus. ibid.b
Magis, ſubintellectum. 446.b
Magiſter ad epiſtolas, epiſtolarum, & ab epiſtolis. 818.b
Magiſter cenſus. 105.a
Magiſter inter Salios. 302.b.303.a
Magiſter. 934.b.936.b. *omnium officiorum.* 322.a,b
Magiſter omnium ſcriniorum. 934.a.
Magiſteriana poteſtas. 323.a
Magiſteriani. 981.b
Magiſterianus vel Magiſtrianus. 322.b
Magiſtrare & *Magiſtrari.* 81.a,b.82.a
Magiſtrati, pro *magiſtris.* 231.a
Magiſtratus de municipalibus plerunque uſurpatur. 61.b
Magiſtri ſcriniorum. 230.a
Magiſtri lineæ veſtis. 778.a. *privatæ.* ibid.
Magiſtri diſpoſitionum. 934.a
Magiſtri officiorum. 835.a
Magnanimus, pro *magnifico.* 356.b. 357.a,b
Magnitudo virtutis, pro *magnitudine virium.* 97.b
Majeſtas, ultimâ correptâ. 955.b
Majeſtatis crimina. 168.a,b
Maledictus, pro ἐπικατάρατος. 737.b
Malefaventia. 18.b
Maletractatio. 249.b
Malevaletudo. ibid.
Maliberbes. 93.b
*Malidenſis.*94.b. *malidenſia Coa.* ibid.
Mallo & *Mallus.* 510.b.564.a
Malſignes veſtes. 979.a
Malvacei, pro *malvis.* 837.b
Malus color. 655.b
Mancipes præbendorum. 990.a
*Mancipium & Cappadox ſæpe idem.*128.a
*Mandare verbo.*463.a.*ſcripto.* ibid.
Manere ab aliquo. 315.a. *apud aliquem.* ibid.b
Manere, pro *cubare.* 315.a,b
Manibus vapulare etiam dicitur *cui manus flagris caduntur.* 170.b
Manipulum, pro *manipulus.* 81.b
Manliana imperia. 450.a
Manſio & *pauſa*, *idem.* 729.a
Manſiones. 1000.b.
Mantela, mantele, mantelum. 950.b
Mantelia. 863.b
Mantelia Cypria. 833.a
Mantilia mittere. 950.a
Manum levare alicujus. 248.b
Manupretium. 919.b
Manus pugilum & gladiatorum, pro *petitionibus.* 214.a
Manus averſæ, rectæ. ibid.
Mappa laticlavia. 950.a
Mareotis Libya. 47.a
Marcia, Quadrati pellex. 495.b
Marcus Imp. Athenas viſendi cupidus, ut initia Cereris adiret. 393.a. *peſtis abſumptus videtur.* 399.b
Marcus Imp. civiliſſimus & communiſſimus. 402.b
Marcus Antoninus filio ad triumphalem currum pedes cucurrit. 349.b
Marci Antonini tranquillitas. 351.a,b. *obitus & imperii anni.* 358.
Marci Imp. moderatio in criminibus puniendis. 381.b
*Marci ſententia de Commodo filio.*396.a,b
Marcomanni. 370.b.371.a
Marcomannicum bellum. 352.a
Mareſcals hoſpitiorum. Mareſcheaux des logis. 982.a
Marilius à Marius. 9.a
Marius Maximus, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor. 23.a,b
Marmora in exemplis, pro *exemplata & figuris ornata.* 301.b.658.a
Marmoratio ex duobus marmoribus. 921.b
Marna, deus apud Syros. 907.a. *Gazæi eo nomine Jovem colebant.* ibid.
Mars Silvanus. 502.b
Marſorum vis naturalis contra ſerpentes. 852.b.853.a
Martianus vel *Martius Turbo.* 51.a
Martis villa. 529.b
*Martius Verus.*425.a. *Cappadociæ legatus.* 460.b
Marullinus à Marullus. 9.a
Maſſilia, Μασσαλία. 170.b
Maſticare, pro *maſtacare.* 170.b
Maſtichatum. 829.b.830.b
Maſurius Sabinus. 1044.b
Matellata, pro *matella.* 231.b
*Materiæ centenaria, octogenaria, &c.*450.a

Matere-

Maternus bellum deſertorum excitavit. 515.b
Mathematici. 917.a
Matribus liberi ab inteſtato ſuccedunt lege Marci. 333.b
Matrimonium Cæſaris, pro *conjux Auguſti.* 662.a
Matrona Romana penulata 28.b
Matta. 415.b
Matulata, pro *matula.* 231.b
Maximâ profuſio in filii prætura. 33.b. 34.a
Maximini Edicta de Chriſtianis. 17.b
Maximinus tyronibus præpoſitus. 1028.a. *rei bellicæ præſidens.* ibid.
Mechanarum inſtitutor. 725.b. *docti mechanis*, pro *mechanicis.* ibid.
Mediaſtinus. 474.a
Medie humilis ortus. 588.b
Medie & *medieter*, pro *mediocriter.* ibid.
Medietas, pro *mediocritate.* 227.a
Medius, pro *mediocris.* ibid.
Medii. 407.a *medii duces.* ibid.
Medium, medianum, idem. 681.b
Medium, pro *alicujus rei dimidio.* 256.b
Medius. 266,a
Megalenſia. 718.a
Megalinæ pelles, pro *mygalinis.* 65.b
Megalographia. 88.b
Megara Megara, pro τὰ μέγαρα. 379.b
Melicum carmen. 264.b
Melidia, pro *melodia.* 216.a
Melitena & *Melitena.* 57.b
Melitena legio. 383.b
Melones Hoſtienſes. 700.a
Melopepones. ibid.
Melpomine, pro *Melpomene.* 140.b
Membra, membranæ. 681.a
Membrum, membranum, idem. ibid b
Memorales, μνημονικοί. 944.a
Memphidius, pro *Memphiticus.* 453.b
Memphis, *cognomen Agrippi hiſtrionis.* 429.a,b
Mendacium ſervilis ingenii indicium. 290.a
Meniana. 676.b
Menis non alius à Luna. 730.a,b
Menoſyrmnus. 805.a,b
Mens prava, mens mala. 351.a. *incerta.* ibid. *ſuperba.* ibid.
Menſa ſecunda veterum. 953.b
de Menſa ſcriptura ſolvere. 992.b
Menſium nomina quomodo à Commodo mutata. 505.a,b.506.a
Menſores. 982.a. *eorum officium & munus.* ibid.
Menſura conviviorum. 649.a. *inæquales.* ibid. *ſine menſura.* ibid.
Mentiri alicui, pro *adulari.* 290.b
Mentis pondus. 376.b
Mentis pravæ inſtituta. 351.a
Mercimoniorum dies, pro *nundinis.* 378.b
Merere, ſive *emerere*, pro *nanciſci.* 40.b
Meretrices in ſtadio, ut in circo & amphitheatro. 918.b
Meretrices nonaria. 196.b
Mergere. 557.b. *Mergi ære alieno.* ibid.a
Mergus ærarius. 557.a
Mergi etymon. ibid.
Merula & Merulus. 501 b
Meſomedes lyricus poëta & citharœdus ſimul. 263.a, b. 264.a, b. *ejus carmen*, 263.a. *ænigma.* ibid.b
Meſapotamenſes. 193.b
Meſopotamia. 1020.a
le Meſtier. 546.b
Metalla, pro *damnatis in metalla.* 386.a
Metalla, pro *lapidibus.* 681.a
Metallus, pro *metallum.* 681.a
Metata. 190.b
Metatores. 982.a
Metelli Numidici diligentia in reſtituenda diſciplina militari. 82.b
Metici, pro *metœci*, μέτοικοι. 216.a
Metyeus, pro *metœcus.* 759 b
Microſpicus, *pro Micropſychus.* 357.b
Miles commeatalis. 95.a
Miles Rom. dextero latere cinctum enſem geſtabat. 600.b. *ſub Imperatoribus ſoli milites prætoriani ita cincti, reliqui ſiniſtros enſes habuere.* ibid.
Miliarenſe, μιλιαρήσιον. 383.b
Miliariæ cohortes. 164.a
Militare prandium. 867.a
Militare ſepimentum. 115.a
Militare ſupplicium. 452.a
Militares, pro *militibus.* 353.a.555.a
Militaris ars. 1013.b.1014.a
Militaris diſciplina reſtituta ab Hadriano. 83.a
Militaris gradus & *itinera.* 84 b

Militaris menſa. 867.a
Militaris ſtatura legitima quæ. 887.b
Militem quamdiu timueris, tamdiu time bis. 649.b
Milites æſtate in campo, hyeme ſub tecto exercebantur. 87.b
Milites alloqui quibus permiſſum. 413.a
Milites quinque horas ambulabant quotidie. 84.b. *ſtantes cibum ſumebant.* 85.a,b
Milites oſtenſionales. 939.b.940.a
Milites πλεγοφόροι. 236.a
Milites ſupernumerarii. 902.a
Militiæ finis. 97.a
Militia regiarum familiarum. ibid.
Militia Palatina. 265.b
Mimici adulteri. 859.b
Minurriunt palumbes. 741.b
Mineruæ peplo intexebantur bene meriti de rep. apud Athenienſes. 368.b
Minimo, ὀλίγῳ vel μικρῷ. 397.a
Minima re, pro *eodem.* ibid.
Minimo minus. ibid.
Miniſter ad cyathos, à cyathis, & cyathorum. 818.b
Miniſter ungendi. 520.b
Miniſteria, pro *vaſis aureis & argenteis.* 356.b
Miniſteria ſacri Palatii. 982.b
Miniſteriales. 1032.a
Miniſteriales & miniſteriani. 982.a,b. 983.a
Miniſterium. 943.b
Miniſterium, ſervice.984.a pro *abaco & delphica.* ibid.
Miniſtri aulici, caſtrenſes, Palatini, iidem. 981.a
Miniſtri ad fores & à foribus. 886.b
Miniſtri officiales. 1031.b.1032.a
Miniſtri regis ſemper tantum tunicati fuere. 1043.a,b
Minurire, vel *minurrire*: *minuritiones.* 741.a
Minuti argentei. 916.a. *arti.* ibid.
Minutuli Philippei. ibid.b
Mipa, pro *mira.* 812.b
Miræ, pro *Moiæ*. 216.a
Mircurius pro *Mercurius.* 140.b
Miriſſimus. 822.a
Miſcere, pro *inquinare.* 543.a
Miſſicius. 1028.b
Mithriaca ſacra. 498.b.499.a,b
Mittere mantilia. 950.a
Mittere mappam. 496.a. *quadrigas.* ibid.
Mneuis, Ægyptiorum deus. 110.a
Modius Romanus. 639.a
Moduli melici carminis. 264.b
Mœnia publica, pro *operibus publicis.* 521.b pro *ædificiis.* 522.a. pro *caſtris.* ibid.
Mœnire, pro *ædificare.* ibid.b
Molare, pro *molere.* 368.a
Monnoie, *moneta*, pro *æreis minutulis nummis.* 938.b
Monobeli. 552.a.813.a,b
Monometri. 501.a
Monopodia menſa. ibid.
Monopodii. 500.b.501.a
Monſpelii præſtatio. 937.b
Mopſu, pro *Mopſueſtia.* 190.b
Morbus lectualis. 201.a,b
Morbus ſonticus, ſiue comitialis. 80.b
Mores. 351.a
Morphus, pantomimus. 379.a
Mortis dignitas, pro *Imperatorio funere.* 240.a
Mos & *Mores*, *ut differant.* 100.a.101.b
Movimen, momen, à moveo. 546.a
Mucrones lucentes. 488.a,b. *plumbei.* ibid.
Mulas & mulos accipiebant de publico præſides provinciarum 989.b. 990.a
Mulier ex viro facta, id eſt, *quæ virum perdidit.* 493.b
Mulionica pænula. 28.b
Mulus centenarius. 990.a
Munda annona. 983.b.989.a
Mundus panis. 989.a. *victus.* ibid.
Munire, Juris verbum. 327.a
Munus. 56.b
Munychion menſis. 120.a
Muralis ſepes. 115.a. *ambitus.* ibid.b
Muri ceſpititii. 621.b.637.b.
Muſilegoli. 778.a
Muſciones, animalis genus. 157.b
Muſeum, muſium, muſivum. 657.b
Muſium, pro *Muſivum.* 182.b.183.a
Muſivum quid differat à pavimento. 657.b
Muſivum opus. 656.b
Muſivo decorare. 657.b
Muſivo & pictura ornare. 657.a
Muſtacea. 873.a
Muſtia gens. 610.b
Mutari, pro *mutuari.* 964.b

Muta-

Mutitari. ibid.
Myſteria inviſere. 119 b
Myſteria magna & parva. 120.a,121.a

N.

N, & V ſæpe invicem mutantur. 371.a
Nabo vel Nebo, deus Babyloniorum. 884.a
Narciſſus, Commodi ſtrangulator, leonibus objectus. 611.a 643.b
Nardus, pro nardinus. 852.a.922.a
Nario. 739.a
Nariſtæ. 371.a,b
Naſus deductus. 777.a. vulgo tractilis aut tractitius. ibid.b
Natalem alicujus commendare. 218.a
Natalis dies. 43.b. 217.b. ordinationis natales. 44.a. adoptionis. ibid.
Natinare. 86.a
Navigatio & iter. 653.a
Nebo. 884.a,b
Nec, pro nedum. 191.b
Necatio, res uſuraria. 557.b
Nemauſi baſilica. 110.b
Neo. 884.b
Neomenicarum præmium, corona ex apio. 44.b
Neonianus. 884.b
Nepos & Neptis. 23.a
Nequam color. 655.b
Neratius Priſcus J.C. nobilis. 44.b
Nero, pro aqua. 324 b
Neronis coloſſus. 181.b
Neutro, pro neutri. 651.b
Nexum. 520.b
Nicephorum oppidum. 21.a.22.a,b
Nicephorius Jupiter. ibid.
Nicomedes. 295.b
Nigrini plures diverſarum gentium Rom. 57.a
Nilæum, pro Niliacum. 619.a
Nimia cura, pro magna. 193.b
Nimium multum. ibid.
Nimium quantum. ibid.
Niſi quod, τὸ δὲ μέγιστον. 883.b
Nocere aliquem. 190.a
Nocivus à noceo. 80.b
Nodus brachiorum. 520.b
Nomina fieri, pro imponi. 692.a. Nomina, pro nominalibus. ibid.
Nomina gentilia in (enſis.) 6.a
Nomina liberis ſeptimo die imponebantur. 691.b
Nomina propria in is. 78.a
Nomina Romana varie immutata. 2.a
Nominalia quota à nativitate die à Græcis celebrata. 327.b
Nominans, pro nominatus. 226.a
Nominantia loca. ibid.
Nominis ſui vir. 523.a,b
Nomiſma, pro forma. 966.a
Non jubere, pro vetare. 230.b. 243.a. 669.b.903.b
Non tacere, pro ſcribere vel dicere. 230.b. 242.b.243.a
Nonariæ meretrices. 196.b
Noni dies, pro nundinis. 378.b
Nonia Celſa. 769.a
Nonius Marcus. 685.b
Norici. 601.a
Nos mitto, pro mittimus. 363.b
Notus. 761.a,b
Novaclum, pro novaculum. 871.b
Novaculum, pro novacula. ibid.
Novæ puellæ. 319.a.390.b
Novare barbam. 871.b. membra. ibid.
Novemſiles vel Novemſides dii. 139.a,b
Novi homines qui. 318.a,b. 440.b.662.b
Novorum nominum pueri puellæque. 319.a
Nucles. 422.b. pro nucibus. ibid.
Nullo, pro nulli. 651.b
Nullus, pro neuter. 634.a
Numerianus ludimagiſter. 608.b
Numidia gens. 148.b
Numidius Quadratus. 303.b
Nummius Albinus. 572.a
Nundinium, pro nundinum. 992.a
Nundinum conſulum. 928.a
Nuptus forma diſceptatrice. 487.b
Nymphia, Νυμφεῖα. 183.a

O.

O in I mutatur. 86.b
Oblinere. 41.b
Obrydium aurum, pro obryzo. 269.b
Obſepire. 115.a
Obſequentes. 369.a
in Obſequiis ſummis eſſe alicujus. 314.a
Obſequium, ſatellitium principis. 560.b
Obſicium, pro obſequio. 560.b

Obſidium

Obſidium ab *obſideo*. 139.a
Obſonatores. 160.b
Obſtetricum impoſtura. 780.b. 781.a
Obtruncare. 170.b
Obtundere. 500.a
Obturare cum operculo. 631.b
Occiſit, pro *occidit*. 453.b
Ocellati, pro *ocellis*. 231.a
Octavii cœna δωδεκάθεος. 418.a
Oculum digito eruere. 906.a
Odibilis. 827.a,b
Odium, *Odivum*. 657.a
Oënanthe, pro *œnanthino*. 852.a
Oenanthino ſe & veſtes perfundere ſolebant è balneo exeuntes. 851.b.852.a
Officiales, *qui & Beneficiarii*. 17.b
Officii vel Officiorum principes. 322. a, b. *magiſter*. ibid.
Olbiopolitæ. 270.b
Oleum balſamum, pro *balſamino*. 922.a. *nardum*, pro *nardino*. ibid.
Oleum Tripolitanum.624.b. *populo à Severo delatum*. 625.a. *gratuitum cur aliquando à principibus conceſſum*. 624.b
Olympii dii duodecim. 1035.b
Olympium. 151.b.185.b.186.a
Omne, pro *omnia*. 100.a
Omollus, *Omullius*, *Omullus*. 277.b
Oneſicrates, *litterator*. 472.b
Onobelos. 813.a
Onos Commodi. 502.a
Onycha, pro *onychinis*. 872.b
Operam alicui rei impendere. 46.a
Opilius Macrinus, *tyrannus*. 53.a
Opinari bene vel male. 336.a
Opinate. 336.a
Opinatus. ibid.
Opinio. *Opinor*. 43.b.335.b.336.a
Optimates. 372.b.373.a,b
Optio, pro *obſonatore*. 160.b
Optiones. 106.a,b.373.b
Oracula Sibyllina ſubdititia. 21.a
Orationes declamatæ, pro *declamationibus*. 885.a
Oratores, pro *oratoribus*. 661.b.932.b
Oratorum & Philoſophorum merces Romæ & Athenis. 275.b
Orbes pro menſis. 659.b
Orbis Lacedamonius. ibid. & 660.a
Orbis pro *menſa*. 183.a
Ordiri telam. 547.b
Ordo, *in compoſititione capillorum*. 563.b
Ordo, pro *ordine Senatorio vel etiam decurionum*. 329.a
Oreſta, *oppidum*. 809.b
Organa hydraulica. 874.a.875.a,b
Organarius. 875.b
Oribaſius miſſus ad Delphicum Apollinem, *ejuſque ſors edita*. 21.b
Oris cenſura. 376.a
Oriundo, pro *origine*. 689.a
Orna, pro *ornaturis*, *ab ornando*. 647.b
Ornamentum ſacrum. 779.b
Orocaſias mons. 132.b
Orphitianum ſenatuſconſultum. 333.b
Orydia, pro *oryza*. 269.a,b
Orygis cornu nonnulla nationes pugnarunt. 510.a
Os oſcula, vel *ad oſcula paratum*. 777.a,b
Os oblinere. 41.b. *ſublinere*. ibid.
Os verecundum & rubidum. 654.a
Oris probi homines. ibid. & 655.b
Oſculare, pro *oſculari*. 208.a
Oſculis applicare. 501.b
Oſcyla, pro *oſcula*. 9.b.777.b
Oſdroëna provincia. 128.a
Oſdroës, Οσροής. ibid.
Oſroës & *Coſroës*. 551.b.
Oſtendere. 928.a
Oſtendere multa. 1004.a
Oſtendere, φαυλίζειν. 940.a
Oſtendere, pro *oſtentare*. 442.b
Oſtendere gladiatorem, *ſcurram*, *&c*. 474. a. *principem*. ibid.
Oſtenſio, φαυλισία. 940.a
Oſtenſio, pro *oſtentatio*. 442.b
Oſtenſionale, φαυλισιῶδες. 940.a
Oſtenſionale veſtimentum. ibid.
Oſtenſionales milites. 939.b. 940.a

P.

P, *pro R*. 812.b
Pacłumejus. 493.a
Pædagogi puerorum. 19.a
Pædagogus, *educator*. 475.a
Pænula. 517. a, b. 518.a,b. *earum uſus* 25.b.26.a,b. 28.a,b
Pænula & lacerna, *idem*. 774.a
Pænula Senatoribus permiſſa frigoris cauſa. 925. b. 926. a. *ante Alexandrum tantum itineraria aut pluviales*. ibid. *hiema-*

hiemales. 926.a. *ſcortea, laneæ*. ibid.a, b. *gauſapina*. 936.a
Paenulis fuſcis plebs, ruſsis milites & ſervi honeſtiorum utebantur. 774. a. *omnes cinctæ*. ibid. *gauſapinæ*. ibid. *ſcorteæ*. 775.a
Palaeſtes. 928.a
Palaria. 213.a
Palatini ſcriniorum. 982.a
Palladia ex ligno erant. 803.a
Palladium. 802. a. *auro vinctum*. 803.a
Pallia de oenanthino fundere. 851.a,b
Pallidus color. 653.b
Pallor. *Pallidi*. ibid.
Palliolum. 727.b
Pallium, παλλίον. 104.b
Pallium auro ſparſum. 978.b.979.a
Pallium teres. 323.a
Palpatus eſt, pro *palpavit*. 787.a
Palus primus ſecutorum. 515.b
Panchreſtarii. 873.b
Panchreſtum, πάγχρηστον. ibid.
Panderius. 874.b. pro *pandurius*. ibid.
Pandura. *Pandurium*. 874.b
Pandurizare. 874.a,b
Pandurius, pro *pandurium*. 874.b
Pandurus, pro *pandurizatore*. 215.b
Panellenia. 176.a
Panes cacabacti. 829.a
Panis ſequens, & *ſecundus*, idem. 950.b. *ſequendus*. ibid.
Panis ſiccus. 284. a. *jentaculum fuit veterum*. ibid.b
Paniſcus diminutivum à *Pan*. 423.a
Panniculaia. 669.b.670.a
Pannoniorum augures. 927.b
Pano, pro *Panopolis*. 184.b
Pantheon. 180.a
Pannucella, *pannucla*. 548.a
Pannucium & *pannucellium*. 548 a
Pannucula. 548.a
Pannus à Dorico πᾶνος. 548.a
Papas, τροφεύς. 475.a
Papiannus. 710.b
Papiliones. 676.a
Papillam ejicere. 861.a
Par, pro *ſimili*. 428.b
Parabolani, ſive *parabolarii*. 342.b
Parabolare, παραβολεύεσθαι. 95.b
Paraganda. 98-.b
Paradinus. 483.a
Parangariæ. 280.a,b
Paredri deorum. 138.b.141.a,b.142.a
Parentaliorum die variarum ſpecierum diviſio fiebat in plebem. 177.a
Parentes, pro *cognatis*. 309.a
Parere ad memoriam. 663.a
Pariare. 1002.a
Parietibus ſtruere. 767.a
Parnaſſus mons. 324.a
Parricidale, à *parricidium*. 393.a
Partes, pro *adminiſtratione Reip*. 534.a pro *factione*. ibid.
Parthamoſapes. 48.a,b
Parthamoſiris. ibid.
Parthamoſpates. ibid.b
Parthi, *Parthyai*, & *Parthyeni*. 427.a
Participatus. 586.a,b
Participatus imperii. 411.a
Paſcere. 100.a
Paſcere animum pictura. 149.b
Paſcere, pro *convivium exhibere* vel *epulari*. 161.a. 984.a.b. 985.a. *apud aliquem*, pro *convivari*, *convivio intereſſe*. ibid.b
Paſſe-temps, paſſer le temps. 149.b
Patina, πατάνη. 170.b
Patrica ſacra. 499.b
Paucas explere, pro *pauſas*. 661.a
Pavimentum quid à muſio differat. 657.b
Paulus vel *Palus*, *gladiator*. 508. a.515. a, b
Pavor ridiculus. 839.b
Pauſa & *manſio*, *idem*. 729.a
Pauſas edere. 661.a. 729.a. *explere*. ibid.
Pauſare. ibid.
Pauſarii. 729.a. *eorum collegium ſive corpus Romæ*. ibid.
Pecognoſcere, pro *recognoſcere*. 812.b
Pectinata tecta. 675.b
Pectinones. ibid.
Pecunia, *pro aereo nummo*. 939.b
Pecunioſi oſtentator. 146.a
Pedagogus, pro *pædagogus*. 680.a
Pedale. 972.b
Pedocuculli. 551.a
Pedortes. 977.b
Pedule. 972.b.973.b.974.b
Pedules. 551.b
Pedules, vel *pedules faſciæ*. 972.b.975.b
Pedulia. 972.b.976 a
Pellex, παλλακή, quaſi legitimæ conjugis

jugis dimidium. 236.b
Pellis à φελλός. 27.b
Peluſia, pro *Peluſium.* 379.b
Peluſia, Peluſium, Peluſiaca lens, Peluſiaca religio. 380.a
Peluſiota. ibid.
Peluſiota, ſtulti hominis *convitium.* ibid.
Penates, ſimpliciter, pro *ædibus* vel *domo.* 253.b
Pentanummi. 966.b
Pentapharmacum. 231.a
Peplo dignus, proverb. 368.b
Per ſe. 130.b
Percidere. 816.a
Percutere. 267.b
Perditas ſuas res habere, pro perdere. 299.b
Peregrinus, pro *obſcuri generis homine.* 462.a
Perennis, περέννιος. 960.b
Periapta. 716.b
Peribulum. 676.b 677.a
Peribulum, pro *indiculo aut tabella.* 334.a,b. 335.a
Peripſima, pro *peripſema.* 566.b
Permanens es, pro *permanes.* 365.b
Permix alea. 414.b. *Pernoctes patres.* ibid. *capellæ.* ibid.
Perpeti, pro *pati ut aliquid fiat.* 882.a
Perſciens alicujus. 487.a
Perſcribere. 228.a
Perſica ſacra. 499.b
Pertica. 511.a. *Perticata frons.* ibid.
Pertinacis imperii natalis. 569.b *anni vitæ.* ibid. *imperii tempus.* 570.a. *cædis dies.* ibid.
Pertinax, id eſt, *ſordide parcus.* 620.b
Pertinax, ὁ μονόγνωμος, καὶ ἐπίμονος. 529.b
Pertinax, Commodi equus. 422.b
Pertinax Imp. Vide *Helvius Pertinax.*
Pervium. 929. *per viam aliquam urbem habere.* ibid.
Peſcennius & Peſcennianus. 674.b. 675.a
Peßimi, pro *ultimis.* 928.b
Peßimus, pro *vili & infimo.* 69.a. pro *nequam & ἀσώτῳ.* ibid.
Peſſum, κάτω. *unde peſſum dare.* 69.a
Petere aliquem, pro *rogare.* 537.a
Petunſus, pro *retunſus.* 388.b. 812.b
Phalangarii. 511.a
Phalanges. ibid.
Phallopotæ. 552.b
Phalloveretrobeli. ibid.
Phallovitrobeli. 552.a
Phallos. 552.a. & 553.a
Pharaſmanes, Alanorum rex. 56.a
Pharaſmanis dona deridet Hadrianus. 164.
Pharaſmanes reges tres cognomines Hadriani temporibus. 129.b
Pharorum forma & numerus. 266.b
Phaſianus ſobriis principibus ultimus deliciarum finis erat. 565.a
Philippi ſententia de Alexandro. 396.a,b
Philocommodus. 496.b
Philoſopha anicula appellatus Marcus à Caſſio. 443.a.b
Philoſophantium habitus. 293.a
Philoſophiæ veſtigium. 388.a
Philoſophorum & Oratorum merces Romæ & Athenis. 275.b
Philoſtratus quando vixerit. 147.b
Philumene pro Ariſtide moritur. 135.a
Phlegon, Hadriani libertus. 150.b. 151.a *ejus Olympiadum libri.* 151.b. 152.a. *Adrianus dictus.* 632.a
Phœnix, unica avis. 854.a,b
Phormio. Φορμίων. 916.a
Phrygiſci equi. 423.a
Phrynis Mitylenæus, poëta & citharœdus. 264.a
Pialia. 218.b. 219.a. 244.b. 249.a
Picens bellum, pro *Piceno.* 24.b
Picile, pro *pœcile*, ποικίλη. 216.a
Piciti, pro *picati.* 1041.b
Picus Martius. δρυοκολάπτης. 500.a
Pila prima. 673.b. *pilæ tauraria.* ibid.
Pilare. 871.b
Pilare, πιλεῖν. 95.b
Pilare, pro *expilare.* 172.a
Pileatus natus eſt, proverb. Gallic. 781.a
Pilentum. 798.b
Pileum naturale. 780.b
Pileus. 551.b
Pineæ, ſubſtantive, pro *nucibus.* 422.b
Pingere de muſivo. 657.a
Pinius & Pinnius. 751.a
Pinna in ſumma haſtarum ſeu lancearum res triſtes nuntiabant. 1022.b
Pinnatæ litteræ. 1023.a
Pipiones. Pijons. 987.a,b
Piſcinum retia è mari bonum protelo trahi

ſolita

ſolita. 857.a
Pitholaus, Commodi educator. 472.b. 473.a. 475.a
Pittacium. πιττάκιον, πίτταξ. 912.a,b
Pittance, à pittacium. 912.b
Pius Imp. cur ſic dictus. 220.a,b. 248.b. 249.a
Placenta. 873.a
Placentarii. ibid.
Placibilis. 827.b
Placita. 330.a
Planus. 342.b
Platunia, ſive platonia. 269.b
Plebeji à principum complexu arcebantur. 592.a
Pleniberbes. 94.b
Plenus color. 690.b
Ploximum. 280.b
Pluſquam pro valde. 707.a
Pluteus, interior pars lecti. 233.b
Pluviale. 927.a. Pluviale veſtimentum. 926.b
Pluvium. 927.a
Poclum, pro poculum. 871.b
Pocula in gemmis, pro gemmata. 301.b
Pocula, pro potione. 830.a,b
in Poculis libidines calare. 552.b
Poculum à potus. 797.b
Podager. 865.a
Pœna legis theatralis. 169.a
Pœnæ nomine legare. 267.a
Polanus, Pollienus, Pollenius, vel Pulliemus. 147.a
Poledri, pro pulitris. 987.a
Polemon Sophiſta. 250.b
Poleptica, pro polyptica. 65.b
Poliarium. 65.b
Pollio Grammaticus Latinus. 291.a
Pollutus, pro polluit. 504.b
Pollutus ſtupris, pro polluit. 615.b
Polymita. 548.b
Polyptica, ſyngraphæ, & charta publica pro eodem. 65.b
Pomale. 90.b
Pompabilis ornatus. 940.a
Pompaticum. ibid.
Pompeji tumulus in Caſſio monte. 133.a
Pondus, pro gravitate. 376.b
Pondus mentis. ibid.
Ponimen, pomen, à pono. 346.a
Poparum ſtans. 560.a
Populares, pro populo. 555.a
Populares, id eſt, populus Romanus mœnibus Romæ incluſus. 646.a
Populares pro turba populi. 354.a
Populus, pro plebe & viliſſimo quoque è populo. 579.a
Populus Rom. à Commodo Commodianus appellatus. 509.a. 514.b
Porgula, pro pergula. 677.b
Porticus ut & balnea inter delinimenta vitiorum. 87.a
Porticus curva. 656.a
Porticus Severi. 656.a
Porticus viridis. 87.b. 88.a
Poteſtas facere, pro faciendi. 913.b
Poteſtatum mercimonium. 1002.a
Potiſma, pro pytiſma. 660.a
Potuiſſe, κινδυνεύειν. 228.a
Præcincti, pro militibus. 443.b
Præciſi fanatici. 806.a
Præfecti baphiorum, textrinorum. 778.a. 779.b
Præfectura prætorii. 71.b
Præfecturæ à quibus adminiſtratæ. 374.b
Præfectus militare. 718.b
Præfectus & Præfecturæ infulis ornatus ut differant. 55.b
Præfectus prætorio. 786.a
Præfectus Urbi Latinarum cauſſa. 303.a,b
Prælium, pro bellum. 611.b
Præmittere, pro præire. 489.a
Præpoſiti theſaurorum. 970.a
Præpoſituræ militum. 998.a. 999.a
Præpoſitus auxiliorum. 535.a. vexillationibus. ibid.
Præpoſitus ſacrarum largitionum. 778.b. 779.a
Præſens, pro præſentes. 363.b
Præſente nobis. ibid.
Præſentes, qui præſunt. 936.b
Præſentia & præſens. 321.a
Præſes & Procurator, idem. 130.a,b
Præſidales provinciæ. 130.a. 199.a,b
Præſides, qui præſident. 936.b
Præſidiaria toga. 591.a
Præſumptio. 21.a,b
Præſumptio adoptionis. 40.a,b. tota præſumptio. ibid.
Præſul ſive præſultor, Saliorum princeps. 302.a,b
Prætores ſoliti ludos edere. 267.a

Præto-

Prætoriæ provinciæ. 198.b
Prætorianorum veſtis pacis. 599.b
Prætorii qui. 543.a
Prætorium, villa urbana. 854.b
Prætura onus, non honos. 34.a
Præturarum erogationes definitæ. 33.b
Prandii hora apud Romanos. 933.b
Praſinæ, pro *ſmaragdis.* 841.a
Praſina factio. 417.a
Prebenſio, pro *reprehenſio.* 12.a.b
Pretium manus. 919.b
Priapi vitrei. 552.b.553.a
Primates officii. 322.b
Primiceris. 322.a
Primipilaris & primipilarius. 644.b
Primus, optimus. 928.b
Princeps locus. 221.b.901.a
Princeps legitimus apud Romanos. 632.a
Princeps officii. 936.b
Princeps rogare ſententiam, nunquam rogari ſolitus. 74.a
Principes olim, ſcutum quatientes variis motibus, exercebantur in campo. 238.b
Principes mali malos amicos ſibi aſciſcunt: boni, bonos. 1039.b
Principes novi primam relationem de defunctorum virtutibus faciebant. 579.b
Principes officiorum. 322.a,b
Principes ſcriniorum. 933.b
Principis boni perfecta idea. 261.b
Principum mos venientibus de cubiculo occurrendi. 72.a
Principum Romanorum varii mores. 45.a
Priores officii. 322.b
Privata ratio, pro *rationali rei privatæ.* 609.b
Privatas curare. 785.b
Privati qui dicantur. 1024.b
Privato nefas habere miniſteria eodem cultu quo imperatoria. 356.a
Privatus cubabat. 747.b
Proba. 99.b
in Probo & aſpero ſolvere. 942.b
Probitus, pro *probatus.* 1042.a
Procedere & proceſſiones facere quando dicti Imperatores. 456.b.457.a
Proceres. 372.b.373.a.
Procerus membra decenter. 283.b
Procli prodigioſa memoria. 188.a
Proconſulare imperium. 255.a.313.a,b.541.a. *etiam Impp. delatum.* ibid.
Proconſulares provinciæ. 198.b.199.b
Proconſules Auguſti. 313.b
Proconſules. 198.b.199.a,b.375.b.817.a
Proconſules qui dicti. 34.a,b.36.a. *Proconſules Auguſti.* 34.a,b. *Proconſul Tiberii.* ibid.
Proconſules cur Imperatores aliquot dicantur. 36.b.313.a,b
Procurator & Præſes, idem. 130.a,b
Procurator ærarii majoris. 777.a,b.778.a
Procurator ad viceſimam, à viceſima, & viceſimæ. 818.b
Procurator centenariorum, ducenariorum. 553.a,b. *centenarius, ducenarius.* ibid.
Procurator choragii majoris. 777.b
Procurator ducenarius. 990.b
Procurator patrimonii & hereditatum. 18.a
Procurator rationis privatæ. 609.a,b. *rei privatæ.* ibid.b
Procuratores Principum. 997.a
Procuratores in provinciis tam Cæſaris, quam populi. 35.a
Procuratores rei privatæ. 780.a
Procuratores Trajani. 37.a.b
Procuratores latius evagari. ibid.b
Programma. 455.a
Projecta. 676.b
Proinde, pro *adeo.* 590.b
Prologus fabulâ longior. proverb. 222.b
Promiſcus, pro *promiſcuus.* 564.b
Prope invitus ac volens. 325.a
Prophetæ Antimi. 143.a,b
Propburum. 677.a
Propolæ circumforanei. 479.a
Proprætores Cæſaris. 34.b
Propulſare, propugnare. 427.a
Prorſus. 1026.a
Proſerere. 767.a
Proſicare. 831.a
Proſicium. 831.a
Proſtibulus homo. 751.a. *proſtibula mancipia.* ibid.b
Protector. 716.b
Protectum. 676.b
Provenire, pro *evenire.* 448.b. *provenire alicui.* ibid.
Provincia quid. 374.b
Provinciæ unde dictæ. 75.b
Provinciæ legatoriæ. 917.b

Provinciæ, pro *viis*. 428.a,b
Provinciæ præſidales. 130.a
Provinciales. 636.a
Provinciarum diviſio. 198.b. *&* *ſeqq*.
Provinciarum commutatio in poteſtate Romanor. Impp. 199.a,b.374.a,b
Provinciarum diviſio in legatorias & proconſulares. 376.a
Provinciæ præſidiales, conſulares, proconſulares, prætoriæ. 374.b.375.a
Provinciæ legatoriæ, præſidales, proconſulares. 816.b
Provinciarum regendarum tempus lege arctatum. 662.a
Provolans. 676.b
Provocatus eſt, pro *provocavit*. 504.b
Proximi rationalium & tabulariorum. 934.a
Proximi ſcriniorum. 933.b.934.a,b
Prytanium, Πρυτανεῖον. 183.a
Pſeudoantoninus. 812.a
Pſilothro curare. 41.a. *lavare*. ibid.
Pterophori. 104.a.108.a
Ptolemæus Phyſcon. 717.a
Publicæ pro *publicæ litteræ, chartæ* vel *tabulæ*. 785.a,b
Publicare, pro *publice ſpectandum exhibere*. 178.b.169.a
in Publico procedere, pro *in publicum*. 496.a
Pudibilis. 827.b
Puellæ novorum nominum. 390 b
Pueri pro hoſtiis mactati. 583.b
Pueri ad frumentationem admiſſi. 67.a
Pueri & puellæ alimentariæ. 319.a
Pueri & puellæ olim cum patre triumphante in curru vehebantur. 337.a
Pueros facere. 708.a
Pugio, inſigne imperii. 492.a. *ab Imperatoribus præfecto prætorio commiſſus*. ibid.
à Pugione. ibid.
Puleiatum. 829.b.830.b
Puletica, pro *polypticha, epiſtolæ amatoriæ*. 65.b
Pullata turba. Pullatus circulus. 517. b
Pulletrus. 987.a
Pulli, pullici, & *pulliceni* Poucins. 987.a
Pullienus, Pullius. 147.a
Pullitræ, vel *pultræ*. 987.a
Pulſus eſt, pro *pepulit*. 787.a
Pulveratum. 829.b
Puncta, pro *punctione*. 885.a
Puncta, pro *ſalariis*. 78.b
Punica lingua tradux ac propago fuit Hebraicæ. 225.b
Pupilla mortis tempore albeſcunt. 567.b
Pupula, pro *pupillæ*. 568.a
Pura mantilia. 950.a,b
Purpura ſumma. 1005.a,b
Purpura Alexandrina. 971.b. *clara*.ibid. *Probiana*. ibid.
Purpura Imperatorum propria. 692.b
Purpurea tegumenta. 422.a
Putare, pro *deputare*. 773.b
Putas, ultimâ correptâ. 955.a.b
Puteolis colonia. 589.a
Puteus à πυθίου. 660.a
Pylades, pantomimus. 379.a
Pyrrichæ militares. 179.a,b
Pytiſma. Pytiſſare. 660.a,b

Q.

QUadi. 371.b
Quadratus, hiſtoriæ Rom. ſcriptor. 427.a.b.440.b
Quadratus, Numidii Quadrati F. 482.a
Quadrupli. 966.b
Quæſtura janua ad Senatum. 410.b
Quæſtura multiplex, urbana, palatina, provincialis. 592.a
Quæſturæ petendæ legitimus annus. 23.b
Qualitas, pro *quantitate*. 925.a
Quam poſtea, pro *poſteaquam*. 414.a
Quam prius, pro *priuſquam*. ibid.
Quare, id eſt, *ob quam rem*. 220.b
Quartarii aurei. 964.b.965.a
Quarto, pro *quater*. 954.a
Quaternarii. 966.a
Quaterniones. 966.b
Quatuorviri. 573.a
Qui, pro *quoniam*. 671.b
Qui talis, pro *qualis*. 400.a
Quidici, pro *Cyzici*. 252.b
Quinarii. 966.a,b
Quingenariæ cohortes. 164.a
Quiniones. 966.b
Quinquennales. 175.a,b
Quintiliorum domus extincta. 485.a,b
Quintiliorum interitus. 509.a
Quintilius Marcellus. 1048.b

Quintilius à Quintius. 9.a
Quotquot, pro *quotcunque.* 564.a

R.

RAbougri. 503.b
Radere, pro *eradere.* 172.a
Radimen, *ramen*, *à rado*, unde *ramentum.* 546.a
Ragiunt aſini. 741.b
Ramale, *à ramo.* 670.a
Ramen, *radimen*, *ramentum.* 546.a
Ramenta, *æ.* 436.b
Ramenta auri. 436.a,b
Raſamen, *raſura.* 436.b
Ratio patrimonii, pro *patrimonii rationali.* 609.b
Rationales Principum. 997.a
Rationales rei privatæ. 780.a
Rationalis. 610.a
Rationis privatæ procurator. 609.a,b. *diſpenſator.* ibid.
Rationarium imperii. 265.a.998.b
Rationes provinciarum, pro *tributis*. 964.a
Rebellio, maſcul. gen. 259.a.401.b
Rebellio, pro *rebellis.* 315.a
Recitare. 947.a
Recocta anus. 1027.a
Recoctus homo. ibid. *ſcriba.* ibid.b
Recuſare. 259.b.260.a
Recuſare, pro *repellere & amoliri.* 651.a
Recuſati. 260.a
Reddere, pro *dare.* 12.a
Reddere Reip. principatum. 471.b
Redire, pro *ire.* 12.a
Reditus, *qui Græcis* ἐπάνοδος. 12.a
Reductare. 221.b
Referre, pro *ſcribere.* 235.a
Reflexus capillus. 563.a
Refrigerare indigentibus. 79.a
Refrigerium, pro *ſolatio* vel *ſalario.* 78.b
Refugia. 87.a
Refundere, pro *transfundere*, vel *transferre.* 76.a
Refutare, pro *non recipere.* 257.a
Regina, pro *Auguſta.* 100.b
Regis appellationem abominati veteres Romani. ibid.
Regna, pro *regibus.* 661.b
Relata, pro *ſcriptis.* 235.a
Relationis jus. 541.a
Relationis quartæ omen. ibid.
Religio Chriſtiana & Judaica prohibita. 707.a
Reliqua. λοιπάδες. λοιπογραφίαι. 65.a
Reliquiæ. λείψανα. ibid.
Reliquiarum exceptio. 51. a. *inſpectio.* ibid.b
Remiſſius agere. 364.b
Remittere. 54.a
Repromittere, pro *promittere.* 12.a
Res fiſcales. 62.b
Reſidere, pro *præſidere.* 123.a
Reſona, *à reſonando.* 647.b
Reſpublica ſex menſibus ſine principe. 53.b
Reſtituere quid? 68.a
Retare. 871.b
Rete, *reticulum.* 339.a
Retentare. 221.b
Reticulum minutum. 232.b
Retorridæ mentes. 1026.a,b
Retorridus. 1027.a. *mus.* ibid.b
Retorridus. 503. b. *retorridi homines.* ibid.
Retractare, pro *detrectare.* 112.b.739.b
Retractator. ibid.
Retrectare. 878.a
Retrogradus. 1026.a
Retrorſus. 1026.a
Revertere, pro *reverti.* 208.a
Rezgnare nummum. 671.a
Rheda fiſcalis. 60.a.61.a
Rhinema. 436.b
Ricinium. 979.b
Rimethalces. 270.b
Rocus vel *rucus.* 976.b
Rœcus. 270.b
Rogari ad Palatium: in ſenatum, pro *vocari.* 1000.b
Romanenſis eccleſia, id eſt, *ejuſdem cum Romana fidei.* 6.a,b
Romanenſe, ῥωμανήσιον. 383.b
Romanitas, Romanum imperium. 1025.a
Romanus orbis. ibid.
Romuli exceſſus. 477.b
Roſa, pro *roſeis.* 922.b
Roſatum. 829.b. 830.b
Roſeus color, pro *ruſſeus* vel *ruſſius.* 775.a
Roſum unguentum, pro *roſeo.* 922.b
Rotæ aquariæ. 857.a. *earum*, *quarum uſus in aquimolinis*, *inventio.* ibid.

 Rotare

Rotare arma. 214.b. *ſcutum.* ibid.
Roxolani, populi. 54 b
Rucus vel *rocus.* 976.b
Rumigerator. 816.a
Rumor, pro *favore.* 795.b
Rupilius Bonus. 288.b

S.

SAbatia vada. 529.b
Sabatra. 623 b
Sabina uxor Hadriano moroſa & aſpera. 102.a
Sabinianus procurator Auguſti in Britannia. 35.a
Sacerdotes Saturni, qui infantes immolabant in crucem acti. 36.a
Sacerdotum Chriſtianorum & Judæorum ordinandorum mos. 997.b
Sacra facturi Romani caput lacinia togæ vel prætextæ velare ſoliti. 218.a
Sacra κρύφια vel crypta. 117.b. *operta.* 118.a. *Samothracia.* ibid. *ſecreta.* ibid.
Sacra peregrina, Ægyptiaca. 197.b
Sacra ſuſcipere. 116.b.117.a
Sacrare. 359.b
Sacrare & conſecrare idem. 602.b
Sacrati & ſacratiſſimi Imperatores. 359.b.602.a
Sacrati inter divos. ibid.
Sacrificia humana lege Hadriani vetita. 583.b
Sacris exceſſe jubebantur noxii. 393.a. *Athei, Chriſtiani, Epicurei.* ibid.b
Sævire aliquem, pro *in aliquem.* 385.a
Sævire urſi dicuntur. 741.b
Sagæ Theſſalæ. 584.a
Sagma 798.b. *ut differat à ſella.* ibid.
Sagmarius equus. 799.a
Sagones. 104.a
Sagum. 104.a,b. 422.a.599.b
Saje, ſagum. 104.a
Sajones. 104.a.105.b
Salambo Venus unde dicta. 807.b.808.a
Salambonem exhibere. 807.b
Salarium. 862.b
Salarium à ſtipendio diſtinctum. 698.a,b
Salarium, argentum, veſtes, miniſteria de publico accipiebant præſides provinciarum. 990.a,b
Saliare carmen. 368.b
Salio ab ἅλλω. 279.b
Saliorum collegium. 301.a,b
Salii in pulvinar Martis coronas jaciebant. ibid.
Saliſſe, σαλίζω. 660.b
Saliſſatores. ibid.
Salviæ gentis ſtemma. 571.b
Salvius Julianus JC. ibid.
Salius. 302.b
Salma. 799.a
Salſicium. σαλσιγκον & σαλσίκιον. 1028 b
Salſicius à ſalſus. ibid.
Saltor. Saltus. 302.b
Salutatio mores Principum Romanorum probabat. 880.a
Salutationi matutinæ toga propria. 29.a
Samaritæ miniſtri menſariorum. 796.b
Samaritarum & Judæorum diſcrimen. ibid.
Sambucæ, muſicariæ mulieres. 215 b
Sambucus, pro *ſambucicine.* ibid.
Samnitica vaſa. 553.b
Samothracii dii. 141.b.142.a
Sancitus, pro *ſanctione.* 811.b
Sanctum, ſubſtantivè pro ſimulacro. 807.b
à Sanguine comparare. 689.b
Sanguinis dies. 952.a
Sauterus vel *Santerus.* 481 b.483.b
Saraca & ſarica. 727.b
Sarapias uno fœtu quinque enixa liberos. 268.b
Sarmatæ, ſeu Sauromatæ. 37.a
Sarmatarum plura genera. 371.a
Sarracens hydropotæ. 664 a
Sarracum. 340.a. *Sarraclum.* ibid.b
Satellites. 1031.b
Satis, pro *valde.* 385.a.625.b
Satis agere, pro *impellere.* 293.b
Saturus color. 690.b
Savadia, pro *Sabadiæ.* 270.a
Saumarius, pro *ſagmarius.* 799.a
Scanici. 938.a
Scæva conſilia. 661.b. *ſcævum crimen.* ibid.
Scalæ ferrea, ſcanſoriæ. 719.a
Scalpra feralia. 505.a
Scanſores. 719.b
Scaphiſterium. 691.a
Scaurinus, Grammaticus. 408.b

Scau-

Scaurus. ibid.
Scaurus, Grammaticus. 884.b
Scenicæ donationes temperatæ. 332.a. 939.a
Scenicorum præmia. 938.a,b
Schema, æ. 436.b. 888.b
Scipiones φιλόκαλοι. 674.a
Scipionis Æmiliani ſeveritas in exigenda diſciplina militari. 82.b
Scire aliquem, pro *noſſe.* 487.a
Scire, pro *cognoſcere.* 707.b. 708.a
Sciſcitari, pro *experiri.* 307.a
Scordiſca. Scordiſcalæ. Scordiſcum. Scordiſcus. 423.a. *Scordiſcarii.* ibid.
Scorteæ. 26.a. 775.a. 926.b
Scortum, pellis. *Scortiſcum.* 423.a
Scribendo adeſſe. 797.a
Scrinia quatuor. 933.b
Scriniarii. 935.a. *ab epiſtolis.* ibid.b. *à libellis.* ibid.
Scriniorum magiſtri. 230.a
Sculpare, pro *ſculpere.* 368.a
Scurra barbarus. 1031.a. *Perſicus.* ibid.
Scurræ. 877.a.b. *corporis cuſtodes.* 1030.b. 1031.a
Scuta exercitoria & luſoria. 238.b
Scutale. 670.a
Scutra, ſcutriſcum. 423.a
Scutum jactare. 238.b. *quatere.* ibid.
Scutum rotare. 214.b. *tractare.* ibid.
Se, pro *eum.* 537.b
Se, pro *eo.* 641.b
Sebadia ſacra, Σαβάζια. 269.a
Seceſpita. 91.a
Secor, pro *ſequor.* 95[illegible].b
Secta, pro *moribus.* 407.b
Seculum aureum Commodianum. 512.a
Secundarum auctores. 590.b
Secundò, pro *bis.* 953.a. *ſecundum.* ibid.
Secundum, pro *ſequendum.* 950.b
Secundus panis. ibid.
Sedere, pro ὀχεῖσθαι. 1000.b
Sederi, pro *inſideri.* 196.a
Seipſum, pro *ipſum.* 285.b
Sejus Fuſcianus. 299.a
Selaſticum, pro *Iſelaſticum.* 219.b
Selinus Ciliciæ. 44.a
Sella & ſagma ut differant. 798.b
Sella aurea Regum Parthorum. 129.a
Sella regia ſedere, privato nefas. 204.a
Semen, ſerimen, à *ſero.* 546.a
Semetipſum, pro *ipſum.* 285.b
Semiſſes aureorum. 959.a,b. 960.a
Semo Sancus Deus Fidius. 140.b
Senacula Romæ tria. 797.b
Senaculum à Senatus. 797.b
Senatores Romani. 536.a
Senatores ſententiam dicturi ſurgebant. 24.a
Senatores & populares, hoc eſt, *Senatus & populus Romæ duntaxat.* 646.a
Senatuſconſultum Articuleianum. 23.b
Senatuſconſultum Daſumianum. 289.a
Senatuſconſultum Orphitianum. 333.b
Senatuſconſultum Silanianum. 169.a
Senatuſconſultum Vitraſianum. 335.b
Senatus dimittendi formula. 330.a
Senatus ubi haberi potuerit. 561.a
Senſus communis. 403.b
Sententiæ primæ, ſententiæ ſecundæ eſſe. 73.a,b
Sepeliendi & ſepulchrorum leges. 278.a. 341.a,b
Sepes naturalis. 115.a. *muralis.* ibid.
Sepimentum militare. ibid.
Sepes & ſeptum, pro *ſtabulo.* 115.b
Sepire, pro *muro lapideo circumdare.* 115.a
Seplaſiarius. 867.b. 868.b
Septimiana porta. 630.b
Septimò, pro *ſepties.* 954.a
Septiones urbis, pro *muris.* 115.a
Septizodium, pro *Septizonium.* 641.a
Septizonium Severi. 630.b
Sepulchra equis canibuſque conſtitui ſolita. 198.a,b
Sepulchra equorum. 852.b
Sepulchra viſendi mos. 298.a
Sepulchrum Volucris equi Imperatoris Veri. 423.a
Sequani. 376.a
Sequens panis. 950.b
Sequutores. 515.a
Serapis, Alexandriæ deus tutelaris. 618.b
Serapidis ſacra. 380.a
Serapium. 924.b
Sereni Sammonici duo. 712.b
Serere ſermones. 430.b
Serica & aurata veſte Auguſtæ utebantur. 355.b
Serimen, ſemen, à *ſero.* 546.a
Sero, id eſt, *veſperi.* 865.a
Serraculum. 340.a
Serrago à *ſerra.* 436.b
Servianus bis conſul ante Hadrianum. 72.b.

ei tertius conſulatus datus. 73.a
Servi honeſtiorum eodem habitu quo milites. 774. a. *ruſſis pænulis induti.* ibid. b. *etiam tunicati.* ibid.
Servi ad veſtem. 886.b
Servi à pedibus & ad pedes. 988.a
Servi arcarii. 992.b
Servi diſpenſatores. 778.b
Servi vectigales. 987.a
Servi prioribus temporibus rari in caſtris. 127.a
Servis aureorum annulorum uſus interdictus. 92.a
Servilia munera. 127.a
Servilius à Servius. 9.a
Servitia, pro *ſervis.* 932.b
Servitutium, pro *ſervitutum.* 253.a
Servus à pedibus, & ad pedes. 818.b
Seſe, pro *ipſum.* 372.b
Seſtertia deni aurei. 596.b
Seſtertii novies millies, quæ ſumma. 66.b
Seſtertium iterum vicies. 32.a. *quadragies quæ ſumma.* ibid.
Seſtertium tria millia. 856.a,b
Seu, pro *&.* 748.b
Severi primus ingreſſus quare odioſus. 601.a
Severi Imperatoris ortus. 588.a,b
Severus Philoſophiæ deditus. 625.b. *ejus commentarii vitæ privatæ & publicæ.* 626.a
Severus, pro *Verus.* 475.a,b
Seviri diſtincti in ſeniores & juniores. 312.b
Sextus Chæronenſis philoſophus. 296.a,b
Si, pro *quum*, vel *ſi quando.* 412.b
Sibilare, fiſtulare. 473.b
Sibilus. 474.a
Sibyllina oracula ſubdititia. 21.a
Sicca, urbs. 291.a
Sicilia, locus. 561.b
Sicilia, vicus Britanniæ. 1027.b
Sicobotes. 372.a,b
Sigillaria. 707.b
Sigma. 833.b. 834.a. 858.b. 866.a. *octo capiebat.* 834.b
Signa aurumque, pro *ſignis aureis.* 979.a
Signa, pro *vexillis.* 941.a
Signa ſupina luctus indicium. 601.a
Signatum, pro *ſignum.* 231.b
Signum, pro *cognomine.* 782.a,b
Silanus. 493.a
Siliquatici præſtatio. 937.b
Simia, ſimius & ſimus. 501.b
Similis, præfectus prætorio. 77.a,b
Simma, pro *ſigma.* 859.a
Simo magus. 140.b
Simul pro *ſtatim.* 398.b
Simulacrum ſemel dedicatum movere, religio erat. 641.b
Simulatrices veteribus appellatæ ſagæ & incantatrices. 209.b
Simus vocis, id eſt *Echo.* 501.b
Singularis & *ſingularius.* 644.b
Sinus, pro *nodo & annulo capilli.* 563.b
Sirpea. 280.b
Soamis. 759.b
Sodales Alexandriani. 1035.b
Sodales Helviani. 569.a
Sol & Luna ſimul coli ſolent. 182.a
Solaria. 676.a.677.a
Solatia, pro *alimentis & ſalariis.* 78.b. *accommodato ſolatio*, id eſt, *communicata opera.* ibid.
Soleæ lanatæ. 973.b.974.a.978.a
Solem condere. 708.a
Soleis calceos mutare ſolebant Romani, cum accumberent menſæ. 195.a
Soliaris cella. 724.b
Solicismus, pro *ſolæciſmus.* 216.a
Solidius, pro *gravius.* 238.b
Solidus quid, ejuſque pondus. 965.a,b
Solidus & *aſſis* idem. 991.b.962.a
Sollicitum alicui eſſe, pro *de aliquo.* 820.b
Solum, pro *ſolus.* 393.b
Solutos habere, pro *ſolvere.* 299.b
Sontes & *ſontici.* 80.b.81.a
Sontia, id eſt, *αἰτίαι*, *à ſonte*: & corrupte *ſondia* vel *ſonnia.* 81.a
Sontica cauſa. ibid.
Sonticus morbus. 80.b
Sophiſtarum merces Romæ & Athenis. 275.b
Soracum, σώρακος. 34?.b
Sors excidit, vel *extitit.* 19.b
Sortes Virgilianæ. ibid. & 20.b
Sortes convivales. 846.b.847.a,b.848.b
Spania, pro *Hiſpania*: *Spanus*, pro *Hiſpanus.* 8 2.288.a
Sparſus auro, albo, coloribus. 979.b
Spartum, λεύκαιον. 178.a

Spa-

Spatha: Spatham eburneo capulo claudere. 90.a,b.92.a
Speciale *bellum gerere.* 352.a
Species fiſcales. 61.a.62.b.63.a
Spectacula, pro *ſpectatoribus.* 859.b. 932.b
Specularii. 584.b
Speculum in divinatione. ibid.a
Speculatores. 106.a,b.107.a. *carnificu officium peragebant.* 107.b
Spelunca Matronæ. 324.b
Sperare, pro *opinari.* 581.a
Speratus, nomen propr. 525.a,b. 526.a
Spes dea. 819. b. *vetus.* ibid.
Sphæra, σφῖρα, pro *ſphæra*, σφαῖρα. 552.b.680.a.766.b
Spiculum, pro *acu matrondi.* 302.a
Sponda, exterior pars lecti. 233.b
Spondere quid. 21.b
Stamen. 545.b. 546.a. *à* στάμων, Dor. pro στήμων. 547.a. *ſtaminis cum ſubtemine connexus.* ibid.b
Stamma, pro *ſtegma.* 859.a
Stapedes. 718.b
Statio Cæſarum, imperatoria, regia. 221.a
Statio, in capillorum compoſitione. 563.b
Stationarii ſine apicibus Principis ad veredorum exhibitionem cogi non poterant. 15.b
Statius Priſcus. 325.b
Statores qui, & eorum munus. 461.a. 877.b
Statua coloſſea. 241.a,b
Statuas luto inquinandi mos. 820.b
Statuas publice ponendi jus penes Senatum fuit. 612.a
Statura militaris legitima quæ. 887.b
Stellæ, pro *impoſturis, à ſtellando.* 647.b
Stellare, στέλλειν. 95.b.647.a,b
Stellaturæ. 95.b. 647.a,b.
per Stellaturas aliquid auferre. ibid.a,b
Stellator. 647.a
Stellatus enſis. 91.a
Stellionator. 647.a,b
Stellionaturæ. ibid.
Stellionatus crimen. 647.a
Stellio. ibid.
Stemma, pro *ſtegma.* 859.a
Sternere, pro *referre in literas, & hiſtoriæ inſerere.* 222.a
ternere ſigna in lectis, in terra. 859.a
Stibadia. 833.a.859.a.866.a
Stipendium. 56.b
Stipendium à ſalario diſtinctum. 698.a,b. *ſimplex, duplum, quadruplum.* ibid.
Stirpare. 871.b
Stoici cum tunicis ſub pallio. 293.a
Storea. 415.b
Stratores. 323.a.718.b
Striculus, pro *hiſtriculus.* 219.b.288.a
Strio, pro *hiſtrio.* 219.b
Strix, pro *hiſtrix.* 219.b.288.a
Structores, οἰκοδόμοι δεῖπνων. 418.b
Struthio. σρϐίων. 916.a
Struthocameli. 864.b.865.a
Studentes res, pro *multo ſtudio dignæ.* 226.b
Studia, μυστῖα. 388.b
Sub & deſub, pro eodem. 764.b
Sub hora mortis. 64⁻.b
Sub ictu mortis. ibid.
Sub mortis tempore. ibid.
Sub jactu teli. 1017.b
Sub ictu teli. ibid.
Sub ictu mortis. ibid.
Subalares culcitæ. 833.b
Subantellatus capillus. 563.a
Subarmale. 599 b. 600.a
Subditivus. 889.b
Subgrundæ. 677.b
Sublavare. 361.a,b
Sublevare. ibid.b
Sublinere. 41.b
Subplantare. 520.b
Subſcium. 941.b
Subtegmen vel *ſubtemen.* 545.b.ex *ſubteximen, à ſubtexo.* 546.a
Subucula. 775.a
Subvectæ eſſent, pro *ſubvexiſſent.* 504.b
Subvectæ, pro *quæ ſubvexerunt.* 615.b
Subvenire. 361.b
Succeſſorem dare. 76.a. *mittere.* ibid.
Succeſſorem accipere. 207. a. *dare.* ibid.
Succurrere. 361.b
Suda, pro *ſudatura*, vel *ſudato, à ſudando.* 647.b
Suda & ſudis, idem quod ſudatum. 115.b
Sudatum pro *vallo.* ibid.
Sudis, pro *ſepe.* ibid.
Sugimen, ſumen, à ſuge. 546.a
Sulpius Apollinaris. 611.b. *Sulpius Canus.* ibid.

Sulpitius Apollinaris. 530.a.b
Sumen. 914.b.915.a
Sumen, ex ſugimen, à ſugo. 546.a
Sumere ſacrum. 117.a,b
Suminata. 914.b.915.a
Summates: 372.b
Sumptus, pro *pecunia.* 69.b.996.b
Sumptum diurnum exercere. 69.b
Sumptus ſimul cum honoribus hominibus tenuioris cenſus decernebantur. 31.b
Sumptuum publicorum imminutio. 330.b. 331.a
Supellex caſtrenſis. 982.b
Super, pro *inſuper.* 644.a
Super hereditates libertus. 18.a
Super Medicos. ibid.
Super pædagogos, id eſt, *præfectus pædagogorum.* 17.b
Super velarios, id eſt, *præfectus velariorum.* 18.a
Superbia candoris. 655.b. *lapillorum.* ibid.
Superbia dos propria militum. 765.a
Superbus color. 655.b
Superducere novercam. 404.b
Superjumentarius, i.e. *jumentariorum præfectus.* 18.a
Superpoſitus Medicorum. ibid.
Superſtationarius, i. e. *ſtationariis præpoſitus.* ibid.
Supplicatio, λιτανεία. 115.b
Supplicium militare. 452.a
Supra numerum, militiæ imaginariæ genus. 902.a
Supra plantam evagari. 37.b
Sus ſuminata. 915.a
Suſcipere ſacra. 116.b.117.a. *initia.* 119.a
Suſpectus imperio. 49 b
Suſpectus, id eſt, *cum ſuſpectum haberet.* 615.b
Suum, pro *ejus.* 389.a,b.537.b
Suus, ὁ αὐτοῦ ἴδιος. 221.a
Syarium, pro *ſuarium.* 677.a.777.b
Sylvanus Dendrophorus. 729.b
Symia Syra. 759.b
Symiamira. 759.b.794.b
Symiamirus, pro *Symiamiricus.* 798.b
Symmachi profuſio in filii prætura. 32.b. 33.b
Synaliphe, pro *Synalœphe.* 216.a
Synodi archiereus. 140.a. *deus.* 139.b. *ſacerdos.* 140.a
Synodus deorum. 138.b. μυστῶν. ibid. *tam ſcenicorum quam xyſticorum.* 139.b. 140.a
Syracuſa, locus in edito ſingularis Auguſti. 561.b
Syri avari. 1036.a
Syriſcus, pro *Syro.* 423.a

T.

Tabellæ laureatæ. 1022.a,b
Tabernæ. 156.a
Tabernæ vinariæ qua hora aperirentur Romæ. 196.b.197.a
Tabulæ auctionariæ. 545.a
Tabulæ tiliaceæ. 283 a
Tabularii qui. 327 b
Tabularius caſtrenſis. 982.b
Tacente nobis. 363.a
Tactica Hadriani. 83.a,b
Tadiare. 932.a,b
Taifali. 372.a
Talia a θάλλος. 279.b
Tamen παρέλκει, *aut poſitum eſt pro* autem, *vel* quidem. 18.b.19.a
Tamen, pro *autem.* 409.b.488.b
Tamen, pro *ſane.* 560.a
Tantum peragravit. 125.b
Tarraconenſes inter primos Auguſto templa poſuerunt. 111.a
Tarruntenus Paternus. 482.a
Tavernes. 156 a
Taurobolarii. 803.b. & ſeqq.
Taurobolium. ibid.
Taurobolata. Tauroboliatus. 804.a
Tauroſcythæ. 270.b
Tecta erant aut plana, aut faſtigiata. 676.a,b. *pectinata.* 675.b. *protecta & projecta.* 676.b
Tecta manualis. 845.b. 846.a. *tecta lecticæ.* ibid.
Tectoria, κατὰ πλάσματα. 42.b
Tegillum. 415.b
Teges. ibid.
Tegeticula. ibid.
Tegiculum. ibid.
Tela. 546.b. pro *inſtrumento in quo texitur.* ibid.
Tela jugalis. 546.b
Telæ faciendæ ratio. ibid.a
Telæ licia addere. ibid.b

Tela

Tela licia ſuſpendere. ibid.
Telam jugo jungere. 547.a *ſtamine intendere.* ibid.a,b
Telæ plur. num. 546.b
Telephus, Grammaticus. 409.a
Telum, pro eo quo viri ſunt. 813.a
Templis indormire, ibidemque captare ſomnia, ſolebant homines morbis petituri remedium. 208.b
Temporis alteni flores. 419.b
Temporum mutatio hiſtoriæ Auguſtæ auctoribus familiaris. 38.a
Tenax. 610.b
Tendere, pro *extendere.* 556.a
Tenebra. 516.a
Tenere locupletatum, pro *locupletare.* 299.b
Tenere ſuos fines latius, pro *dilatare.* ibid.
Tentipellia. 42.b
Tergo vapulare. 170.b
Termen, τέρμων. 547.a,b
Terminati, pro *terminis.* 231.a
Ternarius nummus. 966.a,b
Terniones. ibid.b
Terpander poëta & citharœdus. 263.b. 264.a,b
Terra benigna. 564.a
Terra diviſa in orbem Romanum & Barbariam. 1024.b.1025.a
Terracena & *Terracina.* 57.b
Tertiarii aurei. 964.b
Tertiò, pro *ter.* 954.a
Tertullinus & Tertullianus à Tertullo. 9.a
Tertyllianum SC. pro *Tertullianum.* ibid.
Teſſellatio. Teſſellatores. 659.a
Teſſera frumentaria. 639.a
Teſſerarii. 106.a,b
Tetrarcha. 128.a
Tetrapharmacum. 231.a
Teutiſcus, pro *Teuto.* 423.a
Theatralis pœna. 169.a
Thena. 186.a
Thenſaurus, pro *theſauro.* 550.a
Thermæ Alexandrinæ. 921.b
Thermæ Antoninianæ. 724.b
Thermæ Commodianæ. 521.a
Thermæ Severianæ. 630.b
Thermæ qua hora aperirentur. 197.a
Theſaurenſes. 970.a
Theſauri. ibid.
Theſaurorum comes. ibid. *officiales.* ibid. *præpoſiti theſaurorum.* ibid.
Thoracomachi. 775.a.1019.b
Thoraconacli. 1020.a
Thracum bellum, pro *Thracico.* 24.b
Tiberii proconſulatus apud Tertullianum. 35.b.36.a
Tiberius proconſul Africæ. 36.a
Tibialia. 976.a.977.a
Tignarius faber. 1008.b.1009.a
Timotheus poëta & citharœdus. 264.a
Tintinnabulus, pro *tintinnabulum.* 681.a
Titi Auguſti dictum. 159.b
Titianus, Gallicani in conſulatu collega. 10.a,b.11.a
Titianus. 148.a
Titia & Titius. 510.b.564.a
Titus Aurelius Fulvius Boionius Antoninus Pius. 244.b
Tocullio. 259.a
Toga, pro *togato.* 386.b
Toga Graecanica. 122.b. *Romana.* 123.a
Toga præſidiaria. 591.a
Toga pura. 950.a
Toga ſalutationi matutinæ propria. 29.a,b. 30.a
Toga ſubmiſſa. 195.a
Togas cœnatoriis mutare ſolebant Romani, cum accumberent menſæ. 195.a
Togati in ſpectaculis ſedebant Romani. 517.a
Togati, pro *ſalutatoribus.* 29.a,b
Tota, pro *toga.* 104.a
Tonnelles. 86.b
Toparcha. 128.a
Topiarium opus. 87.a.& 88.a
Topiariam facere. 87.b
Topium, τοπεῖον. 87.b.88.a.183.a
Torale. 827.b
Toreuma, argentum cælatum. 920.a
Tori reſlatiles. 858.b. *plumei.* ibid.
Tota felicitas, libertas, præſumptio, ſecuritas. 40.a,b
Totum de phaſianis edere. 872.b
Totum, pro *omnia.* 638.a,b.868.b
Tractare, pro *trahere.* 825.a
Tractator. 739.a,b
Tractoriæ. 531.a
Tractus, pro *tractatus.* 40.a.442.a,b
Tragidi, pro *tragœdis.* 216.a
Trahere rem, pro *tractare.* 442.a,b
Trahere de aliqua re, pro *tractare.* 40.a
Trajani vinoſitas. 25.a

Tralli, pro *Tralles* vel Τράλλεις. *alias* Τράλλοι, *populus Illyricus.* 252.a,b
Trama. 545.b.546.a
Tranſmittere, pro *tranſire.* 489.b
Tranſire negotium, pro *tranſigere.* 847.b
Tranſire, de morbis contagioſis. 399.b
Tranſitio & Tranſitus, pro *contagione.* ibid.
Trapedia, pro *trapezia.* 269.b
Tremeſinum, pro *tremiſſe.* 960.a
Tremiſii, vel *tremißii.* ibid.b
Tremiſſes aureorum. 959.a,b.960.a,b
Tremißis, τρεμίσσιος. 960.b
Trenurtium. 607.b
Treßis. 961.b
Tria flumina. Tres tabernæ. 809.b
Tribaci. 503.b
Tribones. ibid.
Tribunus non niſi plena barba factus. 93.a. *& avi maturus.* ibid.b
Tribuni à militibus emolumenta accipiebant. 95.a. *in eos ſevere vindicatum qui per ſtellaturam à militibus aliquid accepiſſent.* ibid.
Tribuni milites commeatales facere vetantur. ibid.
Tribunus militare, pro *loco tribuni.* 488.a
in Tribunis faciendis quæ ſpectaris Hadrianus. 93.a,b
Tribunorum beneficiarii qui. 16.b
Tribunitia poteſtas. 255.a
Tributum capitis. 964.a,b
Tributum inter & vectigal diſtinctio. 963.b
Trica. 86.a
Tricino à trico. ibid.
Tricinus, pro *ſpiſſo & tardo.* ibid.
Tricinus quæſtus. ibid.
Trico. 415.b
Trichilia vel *Trichila.* 86.a,b
Trichorum. 675.b
Triclinia verſatilia. 842.a
Tricliniares lecti. 85.a,b
Triclinium. 85.b.833.b.834.a.866.b
Trientarium fœnus. 250.a
Trientes aureorum. 959.b. *iidem cum tremißibus.* 960.b
Trimma, æ. 436.b. *trimma auri.* ibid.
Tripolis. 623.b.624.a
Triſciles, *vaſis genus.* 501.a
Tritor, τριβώτης. 920.a
Triumphantes per circum & forum in Capitolium veniebant. 349.a,b
Triumviri capitales. 573.a. *monetales.* ibid.
Troſius Aper Grammaticus. 291.a
Troſſuli, pro *equitibus.* 476.b. 477.a,b. pro *delicatis.* 477.a
Troſſulum, *oppidum*, ibid.
Truncatus, pro *truncatio.* 921.a
Tubiruci. 976.b
Tubruci. ibid.a,b. *byrrei.* ibid.
Tubus & Tubulus. 976.b
Tueri, id eſt, *videre*, *curare*, *defendere.* 98.b
Tueri, paſſiva notione. 48.a
Tufa, vexillum. 941.b
Tumberella, tumbereaux. 281.a
Tungrorum cohortes. 562.a
Tunica aſemæ. 631.b.932.a
Tunicæ cirratæ. 549.a
Tunica, pro *panulis militaribus.* 774.b
Tunicati in municipiis, non togati. 247.a
Turda & Turdus. 501.b
Turunda. 873.a
Tußici. 80.b
Tutilia gens. 400.a
Tyana, *Tyanæ*, *pro* τὰ Τύανα. 22.b. 379.b
Tyana & Tyanæ. 57.b
Tympana mollioribus ſaltationibus adhiberi ſolita. 503.a
Tyſcia, pro *Tuſcia.* 777.b

V.

V, pro B, *poſitum.* 20.b
V, Vacantivus. 901.b
Vacationes militares. 557.b
Vacefacere, pro *vacuefacere.* 564.b
Vacivus, *à vaco.* 80.b.1016.b
Vacum, pro *vacuum.* 563.b
Vada Sabatia. 556.a
Valli. 622.b.637.b
Vaporare, pro *calefacere.* 870.a
Vappo, *animal volans.* 157.b
Varianæ thermæ. 794.a.826.a
Variſtæ. 371.a,b
Varus Macrinus. 1022.a
Vaſa è ludo, pro *iis quibus in ludo utebantur.* 552.b
Vaſa electrina. 552.a

Vaſa Samnitica. 553.b
Vaſati. 800.b
Vaſſalli, vaſſi, & fideles. 983.a
Vates inter Salios. 302.a,b
Vatii & *Vatiæ.* 86.b
Uberitas, pro *ubertas.* 670.a
Ubi, pro *quò.* 460.a
Udere & *cudere*, idem. 551.b
Udones. 551.b.973.a,b.976.a
Vectigal ἀσελγόν. 664.b
Vectigal inter & Tributum diſtinctio. 963.b
Vectigalia, pro *tributis capitis.* 963.a
Vectigalium ratio ſub Alexandro Severo. ibid.
Verus, Cappadociæ legatus. 460.b
Vectiliana domus. 516.a.541.b
Vehementiſſime alicui conſulere. 112.a
Vehicularius curſus. 58.b.59.b.60.b.278.b. & ſeqq.
Vejos colonia. 589.a
Vel pro *&*. 356.a,b.418.b.423.b.499.a.619.a.824.a.964.a
Vela theatrica. 514.b
Velarii. 886.b
Velarii domus Auguſtanæ. 514.b
Velius Rufus. 486.a
Vena lapidum. 681.a. pro *ipſis lapidibus.* ibid.
Venatio. Venaiſon. 305.a
Venatio & *venatus ut differant.* 952.b.956.b
Venationes amphitheatrales. 305.a
in *Venationes pergere.* ibid.
Venatus, inter venandum. 215.b
Veneuati homines. 673.b
Venenum generis humani. 673.b.674.a
in *Venetia*, hoc eſt, *in agro Veneto.* 595.b
Venire, pro *obvenire, contingere.* 671.b.995.a
Venire in ſponſionem cum aliquo. 40.a
Ventralis. 670.a
Venteralis, pro *ventralis.* ibid.& 837.a
Veratores. 749.b
Veratura. ibid.
Verecundus. 258.a.336.b
Veredarii. 104.b.988.a,b
Veredi. ibid.
Veredarii unde dicti. 1023.b
Veredo an non plus quam triginta pondo imponerentur. 968.a
Veretraſinus. 335.b.502.a
Veretrillopotæ. 552.b
Veritate fieri. 821.b. *vendere.* ibid.
Vernæ, pro *præſtigiatoribus.* 768.a
Vernacula urbanitas. ibid.
Vernaculi. 768.a. pro *præſtigiatoribus.* ibid.
Vernalis & *vernilis.* 1024.a
Verpa. 553.a
Verpus. ibid.b
Vertere, pro *avertere.* 172.a
Verti, pro *verſari.* 101.a
Vertigo, pro *verſatilitate.* 554.b
Verus quomodo Commodi proavus. 686.a,b
Verus Marci frater Parthicus. 614.b
Verus. vide *Lucius Verus.*
Veſpronius Candidus. 580.a
Veſtes ἄσημοι. 979.a. *ἐπίσημοι.* ibid. *διάχρυσοι.* ibid. *πολύσημοι.* ibid. *malſignes.* ibid. *χρυσόφειδοι.* ibid.
Veſtes cirratæ. 549.a,b. *citroſæ.* ibid.b. *fimbriatæ.* ibid.
Veſtes exiguæ. 631.a
Veſtes inſignes. 940.b
Veſtes privatæ. 261.a
Veſtes ſui coloris. 523.b
Veſtes texturâ ſolum confectæ. 726.a
Veſtimentum oſtenſionale. 940.a
Veſtis holoſerica. 861.a
Veſtis nova veterem excludat. 455.b.970.b
Veſtitores. 983.a
Vetraſinus, vel *Vetraſius.* 335.a
Vetus cæcus. 208.b.883.a. *conſul.* ibid. *imperator.* ibid.
Vexare quid? 380.b
Vexilla pura. 950.a
Vexilla. 534.b
Vexillares cohortes. ibid.
Vexillarii. ibid.
Vexillatio & vexillum, idem. 535.a
Vexillorum dux. 534.b
Vexillorum color. 775.b
Via Æmilia. 532.b
Via, pro *in via.* 345.a
Via ſacra. 181.b
Vicaria, dignitas & officium vicarii. 736.b
Victoali vel Victuali & Victovali pop. 343.a,b
Victoriales ludi. 337.a
Victoriarum ſimulacra. 637.a

Victua.

Victuali. 372.a
Videbatur ſubjecta, pro *ſubjecta erat.* 1025.b
Videre, pro *viſere.* 92.a
Videre & *videri* dicitur Imperator. 935.b
Videri imperatorem, pro *ſalutari.* 30.a
Videri judicare, pro *judicare.* 431.b.903.b.1025.b
Video, ultimâ correptâ. 955.a,b
Vigintiviratus aditum ad honores patefaciebat. 573.a
Vilitatem proponere. 512.a
Villicus. 923.a
Villicus urbis, pro *præfecto.* ibid.
Villicus alimentorum. ibid.
Villicus à plumbo. ibid.
Villicus hortorum. ibid.
Viminatium, oppidum. 606.a
Vinariorum corpus. 937.b
Vincula, lora. 1007.a
Vindemiam agere ſolebant etiam Imperatores. 275.a
Vindius Verus. 278.a
Viocuri. 573.a
Vir nominis ſui. 523.a,b. *moris ſui.* ibid.b. *negotii ſui.* ibid.
Virdarium & virdiarium. 855.b
Virdarium, pro *viridarium.* 986.b
Virdicata. 855.b
Virgæ an graviores fuſtibus. 1006.b. *aliquando pro fuſtibus.* 1007.a
Virgatores. ibid.
Virgidemia. ibid.
Virgilianæ ſortes. 19.b.20.b
Viri & fœminæ olim mixtim lavabant. 174.a
Virtus, pro *corporis robore.* 96.b.97.a,b
Virtutes, pro *præclaris factis.* 350.a
Virtutis præmia in militia Romana. 30.b
Viſere myſteria. 119.b
Viſi conſulere, pro *qui conſulebant.* 431.b
Viſum eſt quod putaretur, pro *nonnulli putaverant.* ibid.
Viſus eſt venire, pro *venit.* ibid.
Viſus eſt reſpondere, pro *reſpondit.* 1025.b
Vita, pro *morte.* 406.b
Vitæ cauſſa. 801.a,b. *fructus.* ibid.
Vitem dare. 92.b
Vitis centurionum. 92.b.93.a,b
Vitiis inhorrere. 407.b
Vitium ingenitum. 350.b. 351.a
Vitrarii, ὑαλυργοί. 919.a
Vitraſia gens. 335.b
Vitraſianum Senatusconſultum. ibid.
Vitreum. 828.a,b
Vitruvius Secundus. 484.a
Vivere, pro *mori.* 68.a.406.b
Vivi homines parietibus ſtructi. 767.a
Vivi lapides. 809.a
Ulpius Marcellus. 490.a
Ulti. 464.b
Ultimo, ut poſtremo. 207.a
Umbilici. 231.a
Umidia familia. 148.b
Umidius Quadratus. ibid.
Umorem & umidum ſcribebant veteres. ibid.
Ungues deaurati. 436.b
Ungues facere, faire ſes ongles. 871.b
Vobis ipſi, pro *vobis ipſis.* 363.a,b
Vocales pueri & puellæ. 943.a,b
Vocalis, βοηάλιος. 960.b
Vocari, pro *derideri.* 273.a
Vocis ſimus, id eſt, *Echo.* 501.b
Vocitus, pro *vocatus.* 1042.a
Volones. 369.a
Volonolo. 325.b
Volucris, equus Veri. 422.a,b. *ejus ſepulchrum in Vaticano.* 423.a
Volumina in operibus. 181.a
Voluntarii. 369.a
Volupiates, pro *ſpectaculis.* 378.a
Voluptarius, pro *voluptuarius.* 410.a
Voluſius Mæcianus, JC. 298.b
Volutæ. 656.b
Vos ipſe, pro *vos ipſi.* 363.a,b. 431.a. 848.b
Vota & votorum dies. 205.b
Vota & apud tyrannos crimina ſunt. 314.a
Voti dies. 378.b
Urbanicianus. 683.b
Urbes limitaneæ. 114.a
Urbes perviæ. 929.b. *tranſitoriæ.* ibid.
Urina in locis ſacris non facienda. 715.b
Urorum cornibus pro poculis uſi quidam populi. 134.a
Uſcudama. 809.b
Uſura quibus Romæ permiſſa. 923.a
Uſura beſſalis, trientalis. ibid.
Uſuræ trientes. 250.a

Ut pote. 266.a
Ut, pro *velut.* 147.a
Utilia. Utilius. 400.b
Vulcatius Gallicanus. 437.a,b
Vulgæ aures, pro *vulgaribus.* 242.a
Vulgari ſermone contexere. 360.b
Vulgaris & *vulgarius.* 644.b
Vulnera naturalia. 211 b
Vultu gemmatus. 435.b
Vultus gemmatus. 435.a. *lentiginoſus*. ibid.
Uvæ Apamenæ. 839.b
Uxor, dignitatis nomen, non voluptatis. 230.a

X.

Xyſtica Synodus. 138.b
Xyſtica certationes. 488.b

Y.

Y, Litera, pro V uſurpata. 9.a

Z.

Zaberna, à Zaba. 845 b
Zabolenus. 278.b
Zarritum, Diarritum. 278.b
Zeta, dieta. 278.b.869.a
Zeta, non *Zata.* ibid.
Zona. 669.b.670.a
Zonarius, Jonarius. 278.b
Zydritæ, gens vicina Lazis. 129.b

INDEX TERTIUS
RERUM ET VERBORUM GRÆCORUM,

Quæ in Commentariis memoratu digna occurrunt.

Litera *a* primam; *b* ſecundam paginæ columnam deſignant.

A.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδείκετοι ἄνδρες. proverb. 273.a
Ἀγγελιαφόροι. 104.a,b
Ἀγκυρίσαι. 520.b
Ἀγκυρισμός. ibid.
Ἀγναμπτότερος βάτου ἄσε. 1026 b
Ἀγορασταί. 160.b
Ἀγοραῖον. 125.b
Ἀγυρτικὴ σκευή. 19.b
Ἀδιάφοροι. 416.a
Ἀδύμιον. 411.b
Ἀδριανοὶ, & Ἀδριανοί, urbs. 183.b. 185.a
Ἀδριάνεια. 176.a
Ἀδριάνειον quid. 126.a,b
Ἀδρομίζειν. 94.a
Ἀετὸς, αἴτωμα. 675.b.676.a.678.a
Αἰγυπτία τράπεζα. 183.a
Αἰδεῖσθαι, pro, cedere precibus. 336.b
Αἰδεῖσθαι ἱερῆα. ibid τὸν ἱκέτην. ibid.
ἡ Αἶξ τὴν μάχαιραν. 124.b
Αἶπος. 80.b
Ἀκρωτήριον. 678.a,b. pro ἀκρωτήριον. 944.a
Ἀλλακτόν. 158.a.511.a
Ἀλλαντοπῶλαι. 831.a
Ἀλλάσιον. 171.b
Ἄμμος. 520.b
Ἀμφίβληστρα. 232.b
Ἀμφικέφαλος κλίνη. 232.a,b
Ἀμφικεφάλαι. 233.a
Ἀμφίμαλλοι. 549.b.350.a
Ἀναβαστός. 510.b.511.b
Ἀναβολεῖς. 718.b.719.a

Ἀνα-

Ἀναγνίαι. 57.b
Ἀναίτιος. 80.b
Ἀνακλιντήριον. 232.a,b
Ἀνάκλιντρον. 232.b.233 a
Ἀνάκλισις. ibid.
Ἀνάκλιτοι θρόνοι. 233.b
Ἀνάκλιτον. 233.a
Ἀνάκλιτρον. 232.a
Ἀναλίσκειν & ἀνάλωμα. 69. a, b. 70.a
Ἀναλύειν τὴν δαπάνην. 76 a
Ἀναξυρίδες. 975.b. & ſeqq.
Ἀναστρέφεσθαι. 101.a
Ἀνάστασις, ἀναστατωμένη οἰκία. 676 b
Ἀνάφορον. 510.b.511.a
Ἀναψυχή. 79.a
Ἀνεμώνιον. 171.b
Ἀνεύπαστοι. 199.b
Ἀντιόχεια, Ἀντιόχου πόλις, Ἀντίοχον, ἡ Ἀντιοχά. 143.b.184.a,b
Ἀντιστράτηγος Καίσαρος. 34.b
Ἀντίψυχοι. 136.a
Ἄνωθεν. 424 a
Ἄξιός ἐστι τοῦ πίτυλου. proverb. 368.b
Ἀπαθανατίζειν. 602.b
Ἄπεφθον. 1027.a
Ἀποθεοῦν. 602.b
Ἀπόθετον. 97.b.99.b
Ἀποκριτιῶν. 315.a
Ἀποστλεγγίζεσθαι. 162.a
Ἀποτίμωνον. 107.b
Ἀπόψεις. 156,b
Ἅπτεται μῶμος καὶ τῶν ἀψαύστων. 347.a
Ἀρακτηνή. 881.a
Ἀργυρόκρανος. 21.a
Ἀρετὴ pro κατόρθωμα. 350.a
Ἄρκη & Ἄρκοι. 57.b
Ἀρτήριον. 973.a.978.a
Ἀρτήρ. 973.a.976.b
Ἄργοι ἐν τύποις. 301.b
Ἀργοσιτῶν. 284.b
Ἀρχὴ oppidum. 881.a
Ἀρχὴν ἄρξαι 122.b.123.a.b
Ἀρχιραβδοῦχος. 934.a
Ἄρχων, præſes. 130.a
Ἄσημον. 942.a
Ἄσημος χιτών. 631.b.942.a
Ἀσκλήπιον, pro Ἀσκληπιεῖον. 126.a
Αὐθέψης, ὁ. 829.b
Αὐτολήκυθοι. 162.a
Ἀφάνα, apina. 273.b
Ἀφανίζειν, apinari. ibid.
Ἀφροσύνη. 131.a
Ἀχθοφόροι. 108,a
Ἀχρεῖος, ἀχρειότης. 416.a
Ἀχρειῶ, deculor. 416.a
Ἄχρος & ἄχραμος. 654.b
Ἄχραμοι. 655.b
Ἄχραμοι ἐργασίαι. 654.b

B.

Βάδος, ἡ βάδισις. 855.a
Βακτηρία. 845.a
Βαστάζειν ἴχνος. 248.b
Βαστὸν pro βάθρον. 845.a
Βαστὸς & βαστὸν, βαθός. 510.b.845.a
Βατήρ. 845.a
Βέλεαρ pro δέλεαρ. Æol. 279.b
Βέλος, pro eo quo viri ſunt. 813.a
Βελφοὶ pro δελφοὶ Æol. 279.b
Βενεφικιάλιοι, i. e. Beneficiarii. 16.b
Βίρρης aut βίῤῥης. 988.b
Βηρίον. 26.b.28.b
Βῆρος. 518.a,b
Βοῦς ἔστηκεν. proverb. 138.a
Βιασοθάνατος. Βιοθάνατος. Βιοθανής. 876.a
Βίος, converſatio. 101 a,b
Βίος ἐκδεδιῃτημένος. 96.a
Βοκάλιοι. 944.a
Βόλβος, pro βόλβα. 840.a
Βολερόν, pro βωληρόν. 623.a
Βυκκίζειν. 284.b.933.a
Βυκκισμός. 933.a
Βυλδώτης. 9.b
Βυλλωτήριον. 965.b
Βωληροί. 623.a
Βῶλος. ibid.

Γ.

Γαλαθηνοί. 915.a
Γάνειον. 156,a,b
Γάνος. ibid.b
Γανῦται. ibid.a
Γάνος. ibid.
Γάνυμαι. ibid.
Γενικός. 105.a

Γλάξ veteribus lac. 873.a
Γλυκαντής. ibid.
Γλυκάσματα. ibid.b
Γλυκῖναι. ibid.
Γλυκόεις, ους. ibid.a
Γράμμα, ζωγράφημα. 144.b
Γραμματηφόροι. 104.a,b
Γραμματισταί. 530.b
Γράφειν, pro pingere. 144.b
Γυνὴ κακὸν ἀναγκαῖον. 999.a
Γύπωνες. 713.a

Δ.

Δ in B Æoles mutant. 279.b
Δαίμονες ὀνειροπομποί. 141.a,b.
πάρεδροι. ibid.
Δεικνύειν τὰ ἱερά. 117.b
Δεῖπνον ἐν συνεδρίῳ. 203.b
Δεκαστάτηρα νομίσματα. 966.b. 969.b
Δεκάχαλκον. 966.b
Δέλφιξ. 659.b. Δελφίς. ibid.
Δέλφιξ, pro delphica. 977.b
Δενδροφορεῖν. 729.b
Δερματοχιτών, ſcortea. 26.a
Δεύτερα ἄλφιτα, & δευτερεῖα. 951.a
Δήμιοι. 107.b
Δημιόπρατα. 545.a
Δημόσια, horrea. 98.a,b
Δημοσίᾳ ἱππεύειν. 59.b.63.a.300.b. 301.a
Δημόσιον. 99.b
Δημόσιον ὄχημα. 60.b
Δημόσιος ἵππος. 301.a
Διάγγελοι. 106.a,b
Διάγειν φροντίδας. 149.b. χρόνον. ibid.
Διαγωγή, oblectamentum. 149.b
Διάζεσθαι. 547.b
Δίασμα. ibid.
Διδασκαλίας σπάσματος. 406.a
Διάδοχοι πέμπειν. 76.a,b
Διακεντεῖν. 806.b
Διάχρυσοι veſtes. 979.a
Διαχωρίζειν πράγματα. 914.a
Δίζυφα pro ζίζυφα. 269.b
Δικέρατον & δικεράτιον. 549.b. 550.a
Δίμαλλοι. 550.a
Διοῦν ἀσπίδας. 238.b
Δῖνος, ἡ δίνησις. 855.a
Δίνουμμον. 966.b
Διόπται. 106.b.107.a
Διοπτῆρες. 106.a,b
Διπλοῦς. 564.a.556.b
Διστάτηρα νομίσματα. 966.b
Δίχαλκον. ibid.
Δίχρυσον. ibid.
Διωγμῖται. 370.a
Διῶκται. ibid.
Διῶστρα. 278.b
Δοκεῖν, pro εἶναι! 431.b
Δρίλλος vel δρίλος, δρίλλη. 553.a
Δρυΐδης. 1029.a
Δρυΐς. ibid.
Δυστάνιος. 145.a
Δυσωπεία. δυσωπεῖσθαι. 304.b

E.

Ἐγκατοικοδομεῖν. 767.a
Ἔγκομμα. 888.a
Ἐγκόπτειν πάτταλον. 887.b
Ἔγχωρος. 523.b
Ἔθος & Ἦθος. 100.a
Εἰλήματα. 181.a
Εἰλίποδες γυναῖκες. 975.b
Εἰς κεφαλὴν ἐμοί. proverb. 517.a
Εἰσελαύνειν. 218.b.219.a
Ἐκδεδιῃτημένος. 96.a
Ἐκδιαιτηθῆναι. 96.a
Ἐκκλησιάζειν. 578.a
Ἐκτίμησιν. 131.b
Ἔλεγχος. 335.b
Ἐλευθεριάζειν, ἐλευθερία, ἐλεύθερος. 254.a
Ἐλεφαντίκωπος σπάθη. 91.a
Ἕλκη ἔμφυτα. 211.b
Ἐμβάσεις. 691.a
Ἐμβελεῖσθαι. 112.a. μετ' ἐμβελείας κολάζειν. ibid.
Ἐμπίλιον. 973.b.975.b
Ἐνδῦσαι pro ἐνδύσαι. Æol. 279.b
Ἔνδον εἶναι. 948.b
Ἐνήλατα. 232.a.233.b
Ἐνοπλομαχίας diverſæ ſpecies. 584.a
Ἐντείλασθαι ῥήματι, verbo mandare. 463.a

Ἐξαρτήματα. 716.a
Ἐξ ὀμμάτων, ex oculis, id eſt, cæci. 493.b
Ἐξονυχίζεσθαι. 871.b
Ἐξαστρα. 278.b
Ἐπαυξάνειν τὴν σπουδὴν. 512.a
Ἐπένδυμα. 29.b
Ἐπενδύτης. 518.a.775.a
Ἐπιβατεύειν. 754.a
Ἐπιβοήματα. 466.a
Ἐπιδεικτῶν. 940.a
Ἐπιδεικτικόν. ibid.
Ἐπιδείξασθαι. ἐπίδειξις. 928.a
Ἐπικεφάλαιον. 961.a,b
Ἐπίκλιντρον. 233.a
Ἐπιλαμβάνεσθαι. 12.a,b
Ἐπίσημον. 942 a,b
Ἐπιστέλλεσθαι, ſcripto mandare. 463.a
Ἐπίτροπος, procurator. 130.a. 756.b
Ἐπίχειρα προσώπου λαμπρυντικά. 42.a
Ἐποπτεία, ἐπόπτευσις. 119.b
Ἐποπτεύειν. 117.b
Ἐπόπτης. 107.b
Ἐπώνυμος. 524.a
Ἐράσυλος ab ἐραστής. 173.b
Ἐρώτυλον & ἐρώτυλος ab ἔρως. 173.b
Ἐρωτηταί. 106.b.107.a
Ἐσθὴς ἐπιχώριος. 122.b
Ἐσπερματικῆς ſpecies. 584.b
Ἐτησίοι. 171.b
Ἐτομαίνιον. ibid.
Εὐπυρίδαι. Εὐπυρίδης. 176.b
Εὐσέβεια. 219.a.244.b.249.a
Εὔχεσθαι ὑπὲρ τινός. 217.b
Εὔχηρος, εὔχειμος. 655.b
Εὔψυχος. 145.a
Ἔφεδροι. 515.a
Ἐφεσπίς. 518.a.599.b
Ἐχθές. 1027.a

Z.

Ζῶστρα, ζῶσμα. 278.b
Ζυγὸν, jugum. ibid.

H.

Ἦθος & Ἔθος. 100.a
Ἡλιαστήρια. 676.b
Ἡλιοκάμινοι. ibid.
Ἡμεροδρόμοι. 107.a
Ἡρώων παῖδες λῶβαι. proverb. 634.a

Θ.

Θαλῆς πελάγιον. 1040.b
Θάλλος. 279.b
Θαυματοποιοί, batalatores, ludiones. 212.b
Θεοὶ δυνατοί. 141.b
Θύλακοι. 977.a
Θυρσοφορεῖν. 729.b
Θυσία. 116.a
Θώραξ & χιτὼν, idem. 775.a

I.

Ἰπαλιῶται. 845.a
Ἰδιοπράγμων. 523.b
Ἴδιος λόγος. 609.b
Ἰδιότροπος. 523.b
Ἰδιόχειρος. ibid.
Ἰδιώνυμος. ibid.
Ἱερομηνία. 116.a
Ἱκανότης. 187.a
Ἰκτύμβριον γέρας. 990.b.991.a
Ἴκελον. 677.b
Ἴστια, καὶ ἱστίον. 831.a
Ἴσιον, pro Ἰσεῖον. 126.a
Ἰσοπολίς. 547.a
Ἰσός. ibid.
Ἴτλαι. 547.a

K.

Καβυπατεύειν. 811.a
Καῖρος, pro filo ſeu ſubtemine. 547.b
Καιρῶσαι. ibid.
Κακογένειος. 94.b
Κάλιξ, pro caliga. 977.b
Καλύβη. 1019.b
Καμπήσιος, καμπίσιος. 983.a
Καπυρίζειν. 156.b
Καπυριστής. ibid.
Καπυρὸς γέλως. ibid.
Κάρπιοι ὄφεις. 986.a
Κάρπιον. ibid.
Καρπωθείς. 549.a
Κάσιος Ζεύς. 133.b
Καστωτικὰ ἱμάτια. 134.b
Καστωτικὸν ἄμμα. 132.a. 134.b
Καμπήσιος, 983.a. καμπύλος. ibid.

Κα[...]

Καταμόνας, pro μόνος. 393.b
Κατασφάττειν ἱερεῖον. 142.b
Καταβολή. ibid.
Καταβολικοί. ibid.
Καταβόλοι. ibid.
Καταγλωττίζειν. 155.b
Κατάγλωττον. 154.b.155.a
Κατακαυμὸς, ſive Καταγαυσμός. 153.a,b
Κατακλείειν τὸ ξίφος. 90.b
Κατακλείς. 91.a
Κατακλινεῖς. 201.b
Κατάκλιτον. 233.a
Καταμεσιᾶσαι. 170.a
Καταπλέκτειν ἱμάτιον δρώματι. 852.a
Καταπλάσματα πρόσωπα λαμπρυντικά. 42.b
Κατάσκοπος. 107.b
Κατασπαργανοῦν. 222.a
Καταστολὴς. 719.b
Καταχωρίζειν. 222.a
Κατοπτρομαντείας ſpecies. 584.a,b
Κάτω. 171.b
Κάτωθεν. 424.a
Κατωμάδια. 170.b
Κατωμαδὸν τύπτεσθαι. ibid.a
Κάτωμον, τὸ, & κάτωμα, τά. ibid.b
Κατώνιον. 171.b
Καυκαλίς. 668.a
Καύκαλον. ibid.
Καυσὶς, καυτός. 845.a
Κέλης, eques, Æolice κέλης. 476.b
Κειμήλια χρυσοῦ. 967.b.968.a
Κερμάτιον. 939.b
Κερόκωποι ασπίδες. 91.a
Κῆνσος. 959.a.961.a
Κινδυνεύειν. 228.a
Κίνος, ἡ κίνησις. 855.a
Κινσός. 959.a.961.a
Κλαδα, pro κλάδοι. Æol. 279.b
Κλάδοι. ibid.
Κλάπα. 713.a.b
Κλάπος. ibid.b
Κλαπωτός. ibid.
Κληρονομαντεία. 19.a
Κλῆρος ἐξέπεσε, i. e. ſors excidit, *vel* extitit. 19.b
Κλίβανα. 1019.b
Κλινῆρεις. 201.b
Κλιντήριον. 232.b
Κλώβοιον, pro κλώβιον. 1014.b
Κνίφαλον. 233.a
Κοινονομοσύνη. 402.b.403.b
Κοινοῦν. 543.a
Κόκκυς & κόκκυξ. 551.b
Κολακεύειν. 41.b
Κολάπτειν. 500.a
Κόλλυβον. 939.b
Κόλυμβος pro κολύμβησις. 854.b
Κομβίνα. 531.a,b.532.a
Κομβινεύειν. ibid.
Κομβινεύματα. ibid.
Κοπανίζειν. 213.a
Κοπανιστήριον. ibid.
Κορυπτόλης, ἀπὸ τῆς κορύπτω. 27.a
Κορύπτυλος à κορύπτης. 173.b
Κυδία, pro καδία. 1014.b
Κυκία & κυκκία, pro κοκκία. 839.b.1014.b
Κυνάπια, pro κανάπια. 1014.b.1015.a
Κύρβεια. 719.b
Κυρτζουβράκια. 976.b
Κυφίζειν χεῖρα. 248.b
Κοφίνωσις. 170.a
Κρᾶμα, κραμάτιον. 922.b.923.a
Κράμβα. 156.b
Κραμβαλίζειν. ibid.
Κρηπίς. 845.a
Κρόκη. 545.b.546.a.548.a
Κροκόττας. 274.b
Κροκῶσαι. 547.b
Κροκωτός. ibid. κροκωτόν. 548.a
Κροσσός. 549.b
Κροσσωτοί. ibid.
Κρῆμα. 944.a
Κύκλος, limbus. 979.b
Κύκλος, menſa. 183.a
Κῶλα ξύλινα. 713.a
Κωλόβαθρα. 713.a
Κωμάζω, comiſſo. 170.b
Κῶνον. 422.b
Κώπη χρυσόκολλος. 91.a

Λ.

Λ, pro P. poſitum. 16.b
Λαμβάνεσθαι, pro ἐπιλαμβάνεσθαι

νεοθαι. 12.a
Λαρ⊛ χάσκε. 556.a
Λείψανα, reliquiæ. 65.a
Λέσβιον. 972.a
τὰ Λεοντικὰ παραλαμβάνειν. 499.a
Λιθόστρωτον. 659.a
Λῖται. 134.a,b
Λιτανεία, ſupplicatio. 115.b
Λογιστής. 667.b
Λογοθέται. 15.b
Λοιπάδες. λοιπογραφίαι. 65.a
Λορόσηκτα. 719.a
Λουγδοῦνα, pro Lugdunum. 379.b
Λουτροφόροι. 662.a
Λυκείκιον, pro λυκείκιον. 1014.b
Λυτρόν. 454.a
Λύκειον, Lycium. 657.b
Λύκ⊛, lupus. 115.a
Λυρικοὶ νόμοι. 264.b
Λωρίκιον. 775.a

M.

Μαινόλης à μαίνω. 27.a
Μαλλός. 550.a
Μαλλωτὸς. ibid.
Μανδύη. 26.b. 28.b. 517.a,b. 775.a. 886.b
Μάραγδ⊛, pro σμάραγδ⊛. 691.b
Μάσταξ. 170.b
Μεγαλοχαρία. 88.b
Μεγαλόφρων. 357.a
Μεγαλοψυχεῖν. ibid.b
Μεγαλόψυχ⊛. ibid.a
Μελοποιεῖν. 264.b
Μέλ⊛. ibid.
Μέταξα. 548.b
Μῆλον pro enſis capulo. 90.b
Μίλι. 720.b
Μικρόψυχ⊛. 357.a,b
Μίμ⊛, pro μίμησις. 854.b
Μίτ⊛, ſubtemen. 548.b. 979.a
Μονοσελής. 813.b
Μονόκωλοι. 501.a
Μονοσκελεῖς. ibid.
Μονοσόρτυγξ Πείαπ⊛. 813.b
Μονοφαγία criminis loco quondam objici ſolita. 402.a
Μυσεῖον. 657.b
Μυσεία(ς). 658.a,b
Μυσεῖαξ. 116.b. 117.a
Μύκης. 90.b
Μυλίττα Veneris nomen. 808.a
Μυρρινῶνες ψαλιστοί. 88.a
Μυρώ, μοιρώ. 759.b
Μύσται. 119.b
Μυστήρια μεγάλα καὶ μικρά. 120.a, 121.a
τὰ Μυστήρια παραλαμβάνειν. 116.b, 117.a

N.

Νεανίδωμα. 601.b
Νέμειον ἄνθ⊛, i. e. apium. 44.b
Νεώρια, navalia. 98.b
Νῆμα, ſtamen. 548.b
Νήματα πλώνης. ibid.
Νικηφόρ⊛ Ζεύς. 22.a,b
Νίμματα συγγραφῆς. 43.a
Νορᾶν ἀσπίδα. 238.b
Νομίζειν δραχμήν. 966.a
Νόμισμα. ibid.
Νόμ⊛. 263.b. 264.a. Νόμοι αὐλητικοί. ibid. κιθαρῳδικοί. ibid.
Νοστερὸν, pro νοσηρόν. 623.a
Νυμμία. 939.b
Νυμφῶν εὐναί. 232.b

Ξ.

Ξένα. 827.b
Ξερὸν, pro ξηρόν. 623.a
Ξηρόν. 1026.b

O.

Ο'άρων, Ω'ρίων. 944.b
Ο'δοιπόρια. 974.a
Ο'δόνια. 974.a. 976.a
Οἰκεῖοι, οἰκειακοί. 877.b
Οἰκήσεις ἐφορῶν. 87.a
Οἶκ⊛ τρίκλιν⊛ & δικλίνιν⊛. 866.a
Οἰνάνθιον & οἰνανθάριον. 852.a,b
Ο'λοσφύρ⊛. 94.b
Ο'λύμπιον, pro Ο'λυμπίειον. 126.a
Ο'νόκωλις. 501.a
Ο'νόματα τίθεσθαι. 692.a
Ο'πις, Οὖπις, & Ω'πις. 99.a
Ο'πισθοσφενδόνη. 670.b
Ο'πλοδιδακτής. 1012.b
Ο'πλοδιδάσκαλ⊛. ibid.a,b
Ο'πλοφύλακες. 214.b

Ο'πίσις,

Ὀπίεις, ἧς. 873.a
Ὀρῶν. 98.b
Ὄελον. 98.b.99.a
Ὀρθομαρμάρωσις. 658.a
Ὀρθοστρώσεις. ibid. b
Ὀρθόστρωτοι τοῖχοι. ibid.b
Ὀρνεοσκόπος. 927.b
Ὄρος. 98. b. Ionicè οὖρος. 99. a. Doricè ὦρος. ibid.
Ὀρῶντα πράγματα. 226.b
Οὐαρδαῖοι. 551.a
Οὐδεὶς ὀδύρεται μυχόμενος. proverb. 205.b
Οὐδαπάρεια. 972.b.973.a
Οὐλόθριξ. 654.a
Οὖλος, οὐλωθείς. 563.a

Π.

Παίχρηστον. 873.b
Παιδοκαρφίαι. 327.b
Παλλακή. 236.b
Παλλακεία. 127.a,b
Πάλλαξ. ibid.b
Παναθήναια. 176.a
Πάνδυρος, vel πάνδουρος, vel πάνδορος. 874.a
Πανελλήνια. 176.a
Πανία. 973.a
Παράβολος. 525.b
Παρακοίτης. 236.b
Παρακλίτης. 233.a
Παραρράμματα. 549.b
Πάρεδροι τοῦ Ὀλυμπίου θεῶν. 138.b. 1035.b
Παρελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. 122.b
Παρθυαία χώρα, καὶ Παρθυηνή. 427.a
Πάπαλος. 888.a
Πάπωσις. 658.a
Πέδικλα. 719.a
Πέδιλον. 972.b
Πεδόρκα. 978.a
Πέζαι. 975.a 979.b
Πέλλωτρον. 976.b.977.a
Πελλύτα. 973.a
Πέλυτρον. 976.b
Πεζαίτημμα. 966.b
Πεπαινός. 1027.a
Πέπειροι. ibid.
Πελάμματα. 716.a
Περίαπτα, ibid.
Περίβολος. 115.b
Περίδειπνα. 161.a
Περιδειπνίζειν. ibid.
Περίδρομος. 980.a
Περιειλήματα ποδῶν. 974.a
Περιήγησις. 980.a
Περιηγητὸς χιτών. ibid.b
Περικεφαλαία. 225.b
Περίκλυσις. 980.b
Περιπίζια. 975.a
Περιπεζίδες. ibid.
Περιπόδια. 975.a.979.b
Περίπολος, & περιπολεῖν. 125.b
Περιρροή. 980.a
Περισκέλια. 977.a
Περισκελίδες. 975.a
Περιτίμιον. 131.b
Πήλιον & Πηλία. 379.b
Πλώη. 545.b.548.a
Πλωίζειν. ibid.
Πλωΐον. ibid.
Πῆνος. ibid.
Πιλεῖν. 973.a
Πίλιον. 551.b
Πιλοποιητική. 536.b
Πιλοποιός. ibid.
Πῖλος. 551.a,b. 973.a,b. 974.a. 975.b. 977.a
Πίναξ ἀγυρτικός. 19.b
Πίουρος pro ἐπίουρος. 219.b
Πιτίμια pro ἐπιτίμια. ibid.
Πλάνος. 342.b.854.b
Πλακόεις, πλακοῦς. 873.a
Πλατῶνες & πλατανίαι. 269.b
Πλέγματα. 280.b
Πληρεγχύειος. 94.b
Ποδίαι. 975.b.976.a
Ποδεῖα. 973.b
Πόδιον. 972.b.973.b.976.a.977.a
Ποδόπανα. 972.b
Ποιεῖν χρόνον. 1004.a. ὅπλα πολλά. ibid.b
Ποικίλοι, ποικιλότροποι. 647.a
Πόρπη. 89.a,b
Προβάλλεσθαι. 547.b
Πρόστασις. 21.a,b
Πρόγνωσις, præſumptio. 40.b

Προκάθαρσις. 120.b
Πρόλογος δρόμαιος μακρότερος. 222.b
Πρόληψις. 21.a
Προπτής. 146,a
Προπηλακίζειν. 820.b
Προπόμαιος. 830.b.837.a
Πρὸς τὸ δυνατὸν τοῖχον ῥέπειν. proverb. 205.a
Προσκεφάλαιον. 233.a
Πρόσκοπος. 107.b
Προσκυνεῖν τῇ μάστιγι. 424.a
Πρόσοδοι, reditus. 12.a
Προστῆναι τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως. 663 a
Πρύνικος. 146.a
Πρυνικία νυκτερινή. ibid.
Προφορεῖσθαι. 547.b
Πρόφορος. 676.b.677.a
Προφυλακτικὸν πρόσωπον θηλυκόν. 42.a
Πρυτανεῖον, Prytanium. 657.b
Πρωθήβης. 94.a
Πρωτοχυτιάζειν. ibid.
Πρωτοχυτιάτης. ibid.
Πρωτόπαλος. 515.a
Πτεροφόροι. 104.a. 108.a. 1023.a
Πυραύσται, animalis genus. 158.a
Πυρίνιον. 980.a
Πυριχεῖον. 182.b.183.a,b
Πυροφόροι, πυρφόροι. 108,a,b
Πυρρός. 27.a
Πυτίζειν, Πύτισμα. 660.a,b

Ρ.

Ρ'Άμματα. 549.b
Ρ'άμματα ἄνθινα. 301.b
Ρ'αψῳδομαντεία, Ρ'αψῳδομαντική, Ρ'αψῳδομάντεις. 19.a,b
Ρ'όμβος ἀπὸ τοῦ ῥέμβειν. 855 a
Ρ'ινᾶν. 739.a
Ρ'ινὸς ἅπτεσθαι. 1040 b
Ρ'ίτζιος pro ἱερίτζιος. 219.b
Ρ'οδάνη. 546.a
Ρ'όδων ἐξ ἀκανθῶν. proverb. 634.a
Ρ'οδόσταγμα, pro ῥοδόσταγμα. 859.a
Ρ'οικός, ῥυκός. 759.b
Ρ'οίκου κελευσματία. 270.b
Ρ'ύσιμον pro ἐρύσιμον. 219.b
Ρ'υτά. 134.a,b
Ρ'αδιὸς pro ἐραδιός. 219.b
Ρ'ωπικὸν ἀντὶ τοῦ ὡραῖον. 88.b
Ρ'ωποχαφία, Ρ'ωποχάφος. ibid.
Ρ'ωποπώλης. 868.b

Σ.

ΣΑμματοποιοί. 1008.b
Σάκκος. 977.a
Σάλα. 807.b
Σαλαγεῖν. ibid.
Σαλάβη. 808.a
Σαλαΐζειν. 807.b
Σαλαισμός. ibid.
Σαλάμβη. ibid.
Σάλος. ibid.
Σάλσικα pro σαλσίκια. 831.a
Σαλσίκιον & σάλσικον. 1028.b
Σαλσικοπῶλαι. ibid. & 831.a
Σάμβαλα pro σάνδαλα. Æol. 279.b
Σανδάλιον. 974.a.978.a
Σαράβαρα. 975.b
Σεβαστά. 219.a
Σείειν ἀσπίδα. 238.b
Σεληναῖα. 719.a
Σεληναῖα σιδηρᾶ. ibid.
Σέλινον, corona ex apio. 41.b
Σελοπύγια. 719.a
Σηκὸς Πανσελήνιος. 126.a
Σηκός, ſepis. 115.a
Σικχαίνεσθαι. 642 b
Σικχαντὸν εἶναι. ibid.
Σικχασία. ibid.
Σίλλυβα, σίλλυβοι. 27.b.549.b
Σινδών. 549.b
Σιτεύσιμον. 831.b
Σίττυβαι. 27.b
Σκαιός, ſcævus. 661.b
Σκάφαι. 691.a
Σκάφευσις. 766.a
Σκαφισμός. ibid.
Σκαφισῆρα. 691.a
Σκαφολυσίαι. ibid. σκαφολυτρεῖν. ibid.
Σκελέαι. 975.b.976.a 977.a
Σκεπαστόν, σκεπαστά. 415.a,b
Σκεπαστόν, σκεπαστρόν. 845.a
Σκόλοψ. 888.a
Σκοπεῖ. 108.a

Σκῶλον. 888.a
Σκωπτόλης à σκώπτω. 27.a
Σμήγματα προσώπου πλεβαϊκά. 42.b. 43.a
Σμικρίναι. 357.b
Σμικρίνης. ibid.
Σοαμὶς, σομμιὰς, σομμία. 759.b
Σοφὸς τὰ ἔργανα, vel τὰ περὶ ἔργανα. 14.a
Σπαθάριον. 90.a
Σπάθη. ibid.
Σπανία pro Ἱσπανία. 219.b
Σπανοπώγων. 94.b
Σπουδάζειν ἀκοσμότερον. 421.b
Στῆσαι. 859.a
Στίγμα. ibid.
Στίμματα. 55.a
Στιφανικὸν τέλεσμα. 54.a
Στέφανος ἐν ῥαφαῖς. 301.b.302.a
Στήμων. 545.b. 547.a,b. στήμονος σπάθησις. 547.b
Σπλεβώματα. 43.a
Στόλος. 95.b
Στρατεῖαι. 265.b
Στρατόπεδον, imperatoris comitatus. 127.a. 265.b
Στρόβιλος. 422.b
Στρόφια. 55.b
Στρῶσις. 652.b
Συγγενεῖς. 7.b
Συναιδεῖν. 891.a
Συγκλίτης. 233.a
Συναναστρέφεσθαι. 101.a
Συνδυάζειν. 531.b.532.a
Συνδυασμός. ibid.
Σύνεδροι deorum. 139.a
Συνέδριοι θεῶν. ibid.
Συνθήκη. 532.a
Συνθηκίζειν. ibid.
Σύνθημα. 531.b.532.a
Σύνθρονοι deorum. 138.b
Σύνναοι. 139.b
Συντάξεις. 56.b
Συνωμία. 170.b
Σφιγατήρια. 518.a
Σφραγίς. 942.b
Σφραγῖδα γλώσσῃ ἐπικεῖσθαι. 121.a
Σχιὰς pro ἰσχιάς. 219.b
Σχίνα κόμματα pro ἰσχίνα. ibid.

T.

Ταμεῖον, fiſcus, ærarium. 67.a
Ταρράκιναι & Τερράκιναι. 57.b
Ταυροκαθάπται. 673.b
Τέλεσμα. 961.a
Τετανόθριξ. 654.a
Τετανόθρον & τετανώματα. 42.b.43.a
Τετάρτη. 964.b
Τετρανόμμιον. 966.a
Τετράσσαρον. ibid.
Τετραστάτηρα νομίσματα. ibid.b
Τηβεννοφορία, attogatio. 29.b
Τημελῆσαι, curare. 41.a
Τιπάδες, πιπάδες. 691.a
Τεταρτηρός. 964.b.965.a
Τρίκλινος. 85.b
Τετραστάτηρα νόμισματα. 966.b
Τείχωρον & τείχωνον idem. 675.a,b. 676.a
Τροχάλη, τροχάλιον, τροχαλόν. 86.b
Τροχάλισις τῶν καμαρῶν. ibid.
Τρυσσός. 477.a,b
Τρώκτης. 647.b
Τύβη vel τύβος. 941.b
Τυρόεις, τυροῦς. 873.a

Υ.

Ὑδραυλεῖν. 875.a
Ὑδραύλης. 875.b
Ὑδρόεις, οῦς. 873.a
Ὑπαίτιος. 80.b
Ὑπαυχένια. 834.b
Ὑπεκπέμπεια. 206.b
Ὑπεξαιρεῖν. ibid.
Ὑπεραίρειν. 507.b
Ὑπόθυμος. 80.b
Ὑποβαστάζειν. 254.b
Ὑπομνηματογράφος. 107.b

Φ.

Φάβα, φάβος. 839.a
Φαιλώνης. 27.a
Φάλαινα. 158.a
Φαινόλα, ſive φαινόλας, veſtis aſtricta. 28.a
Φαινόλης. 26.b.27.a. φαινόλης χιτών. 27.a
Φαινολὶς αὔλως. 27.a.28.a.b
Φαιρετής, pro σφαιρετής. 691.b

Φαλα-

Φαντασία. Φαντασιώδης. Φαντάζειν. 940.a
Φελόνης, φελόνιον. 27.a,b
Φελλόνης à φελλός. ibid.b
Φελλός. 27.b. φελλὸς, pellis. ibid.
Φέρειν τὔνομα. 524.a
Φερώνυμ⸫. 523.a.b
Φθέγξασθ αὐλῷ & πρὸς αὐλόν. 874.a
Φίλτρων conficiendorum artes. 583.a
Φόρμιον. 415.b
Φόρον. 964.a
Φραγελλῶσαι, i.e. flagellare. 16.b
Φρυϊκτοὶ τ͂ δρόμου. 15.b

X.

Χαλκόνδετον. 91.b
Χαράκωμα. 115.b.280.b
Χαρακτήρ. 966.a
Χαράττειν. ibid.
Χειρίδωτον. 549.a
Χειριδωτόν. ibid.
Χιτὼν ἄσημ⸫. 942.a. πυῤῥός. 27.a. φαινόλης. ibid.
Χιτὼν & θώραξ, idem. 775.a
Χλαμύς. 26.b. 518.a
Χλανίδες. Χλανίσκες. 986.a
Χλανίς. 985.b.986.a
Χονδροβολίας ἔδαφ⸫. 659.a. χονδροβόλοι. ibid. χονδροβολεῖν. ibidem.
χόνδρ⸫. ibid.
Χρί⸫. 873.a
Χρηστολόγ⸫. 566.a,b
Χρηστός. ibid.
Χρυσέμβαφον. 803.a
Χρυσένδετον. ibid.
Χρυσένδετ⸫ σπάθη. 91.a
Χρυσόκλειστα. 91.b
Χρυσοκόλλητον σκεῦ⸫. 91.a
Χρυσόπαστον. 978.b
Χρυσοπλώη. 548.a
Χρυσόπλωοι vestes. 545 b.548.a
Χρυσόσημον. 979.a

Ψ.

Ψαλὶς, ψαλίζειν. 88.a
Ψαλιστοὶ μυῤῥιναῖνες. ibid.
Ψηφίς. Ψηφοτίθημι. Ψηφωτή. 659.a
Ψηφιστής. 667.b
Ψηφοπαίκτης. ibid.
Ψηφολόγημα. Ψηφολογητ. Ψηφολογικά. 659.a
Ψιλόσημοι tunicæ. 631.b
Ψυχαὶ, animalis genus. 157.b.158.a

Ω.

Ὦπις, Οὖπις, & Οὐπις. 99.a
Ὠραν πωλεῖν. 436.a
Ὡρεῖον. 98.b. Ὤρειον. ibid.
Ὦρ⸫. ibid.
Ὠφέλειαι. 555.b

FINIS.

AO1 147?167

Digitized by Google